CATENA AUREA

D. THOMAE

AQUINATIS.

R. S.
BURGOS.
Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1ª
Estante 3
Plúteo 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Societatis Jesu. Burgis. 1862.

DOCTORIS ANGELICI

IN MATTHÆVM, MARCVM, LVCAM,

ET IOANNEM.

CATENAM AVREAM COMPLECTENS,

Ex sententiis Sanctorum Patrum, miro artificio connexam,
quorum Catalogum & Chronologiam,
versa pagina ostendit.



ROMAE M. D. LXX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS ET CHRONOLOGIA PATRVM,

ex quorum ſententiis hoc opus contextum eſt, quo ſcilicet tempore maxime floruere.

GRÆCI.		LATINI.	
Dionyſius Areopagita.	an. do. 96	Iulius Africanus, græce tñ ſcripſit.	an.d.240
Origenes.	an.do.238	Cyprianus Carthaginenſis.	an.do.245
Dionyſius Alexandrinus.	an.do.250	Hilarius Pictauorum epiſc.	an.do.360
Titus Boſtrenſis:	an.do.300	Damaſus Papa.	an.do.370
Euſebius Cæſarienſis.	an.do.320	Ambroſius Mediolanenſis.	an.do. 385
Athanaſius Alexandrinus.	an.do.350	Hieronymus Presbyter.	an.do.400
Didimus Alexandrinus.	an.do. 355	Auguſtinus Hipponenſis epiſc.	an.do.420
Gregorius Nazianzenus.	an.do.370	Leo Papa primus.	an.do.480
Ioſephus Hieroſolymitanus:	an.do.370	Proſper Rhegienſis.	an.do. 455
Baſilius Cæſarienſis.	an.do.375	Maximus Taurinenſis.	an.do.465
Gregorius Nyſſenus.	an.do.380	Fulgentius Ruſpenſis epiſc.	an.do. 500
Epiphanius Salaminæ epiſc.	an.do.385	Gregorius Papa primus.	an.do.605
Ioan. Chryſoſtomus.	an.do.390	Iſidorus Hiſpalenſis epiſc.	an.do.630
Seuerianus Gabalenſis.	an.do. 395	Beda presbyter Angloſaxo.	an.do.734
Theophilus Alexandrinus.	an.do.400	Alcuinus ſeu Albinus.	an.do.770
Cyrillus Alexandrinus:	an.do.434	Haymo.	an.do. 854
Iſidorus Peluſiotes Abbas.	an.do.434	Rabanus Maurus.	an.do. 855
Theodoretus Cyrenſis epiſc.	an.do.454	Remigius.	an.do.880
Ioan. Damaſcenus.	an.do.730	Petrus Alphonſus.	an.do.1100
Theophylactus.	an.do.900	Gloſſæ diuerſorum.	
Euthymius Monachus:	an.do.1180		
Græcus Anonymus.			

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

AD VRBANVM IIII. PONT. MAX. IN CATENAM SVPER MATTHAEI EVANGELIO AEDITAM.

EPISTOLA DEDICATORIA.

SANCTISSIMO, ac Reuerendiſſimo Patri domino Vrbano, diuina prouidentia Papę Quarto: Frater Thomas de Aquino, ordinis Fratrum Prædicatorum, cum deuota reuerentia, pedum oſcula beatorum. Fons ſapientiæ vnigenitũ Dei verbum præſidens in excelſis, per quod pater ſapienter fecerat, & ſua uiter diſpoſuerat vniuerſa, in fine temporũ carnem ſumere voluit, vt ſub tegumento naturæ corporeæ, ſplendorem eius, humanus intuitus poſſet inſpicere, quem in celſitudine maieſtatis diuinæ attingere non valebat. Diffuderat ſiquidem radios ſuos, ſapientiæ videlicet ſuæ indicia ſuper omnia opera, quæ creauit, quodam vero ampliori priuilegio imaginem propriam hominum animabus impreſſerat: quantum diligentius expreſſerat in cordibus ipſum amantium ſecundum ſui muneris largitatem. Sed quid eſt hominis anima in tam immenſa creatura, vt diuinæ ſapientiæ veſtigia poſſit comprehendere ad perfectionem? quinimmo, & ſapientiæ lux infuſa hominibus per peccati tenebras, & occupationum temporalium caligines fuerat obumbrata, & intantum eſt quorundam cor inſipiens obſcuratum, vt Dei gloriam in Idola vana conuerterent, & quæ non conueniunt facerent: in ſenſum reprobum incidentes. Diuina vero ſapientia, quæ ad ſui fruitionem hominem fecerat: eum ſui inexpertem eſſe non ſinens, totum ſe in humanam naturam contulit; eam modo ſibi aſſumendo mirabili, vt errantem hominem ad ſe totaliter reuocaret. Huius igitur ſapientiæ claritatem nube mortalitatis velatam, primus Apoſtolorum princeps fide conſpicere meruit, & eam conſtanter abſque errore, & plenarie confiteri dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. O beata confeſſio, quam non caro & ſanguis, ſed Pater cœleſtis reuelat: hæc in terris fundat eccleſiam, aditum præbet in cœlum, peccata meretur ſoluere, & contra eam portę non præualent inferorum. Huius igitur fidei, ac cõfeſſionis hæres legitime, Sanctiſſime Pater, pio ſtudio mens veſtra inuigilat, vt ante ſapientiæ lux fidelium corda perfundat, & hæreticorum confutet inſanias, quæ portę infarorum merito deſignantur. Sane ſi ſecundum Platonis ſententiam beata cenſetur Reſpublica, cuius Rectores operam ſapientiæ dare contingerit: illi ſiquidem ſapientiæ, quam imbecillitas intellectus humani erroribus plerumque commaculat: quantomagis ſub veſtro regimine beatus cenſeri poteſt populus Chriſtianus, vbi tanta diligentia excellentiſſimę illi ſapientię curam impenditis, quam Dei ſapientia carnalibus membris induta, & verbis docuit, & operibus demonſtrauit? Et huius ſiquidé diligentię ſtudio Veſtræ Sanctitati cõplacuit mihi committere Matthæi euangelium exponendum, quod iuxta propriam facultatem executus, ſollicite ex diuerſis Doctorum libris prædicti euangelij expoſitionem continuam compilaui: pauca quidem eorum Auctorum verbis, vt plurimum ex gloſſis adijciens, quæ vt ab eorum dictis poſſent diſcerni: ſub gloſſæ titulo prænotaui. Sed & in Sanctorum Doctorum dictis hoc adhibui ſtudium, vt ſingulorum auctorum nomina, necnon in quibus habeantur libris aſſumpta teſtimonia deſcribatur: hoc excepto, quòd libros & expoſitionem ſupra loca, quæ exponebantur non oportebat ſpecialiter deſignari: puta ſicubi nomen inueniatur Hieronymi, de libro mentione, non facta: datur intelligi, quòd hoc dicat ſuper Matthæum. Et in alijs ratio ſimilis obſeruetur, niſi in his, quæ de commentario Chryſoſtomi ſuper Matthæum ſumuntur, oportuit inſcribi in titulo ſuper Matthæum, vt per hoc ab alijs, quæ ſumuntur de ipſius Homiliario diſtinguantur. In aſſumendis autem Sanctorum teſtimonijs, plerumque oportuit aliqua reſcindi de medio ad prolixitatem vitandam, necnon ad manifeſtiorem ſenſum, vel ſecundum congruentiam expoſitionis literæ ordinem commutari. Interdum etiam ſenſum poſui, verba dimiſi, præcipue in Homiliario Chryſoſtomi, propter hoc quòd eſt tranſlatio vitioſa. Fuit autem mea intentio in hoc opere, non ſolum ſenſum proſequi literalem, ſed etiam myſticum ponere: interdum etiam errores deſtruere, necnon confirmare catholicam veritatẽ. Quod quidem neceſſarium fuiſſe videtur, quia in euangelio præcipue forma fidei Catholicæ traditur, & totius vitæ regula Chriſtianæ. Prolixum igitur præſens opus non videatur alicui: fieri enim non potuit, vt hæc omnia ſine diminutione proſequerer, & tot ſanctorum ſententias explicarem, omnimoda breuitate ſeruata. Suſcipiat itaque Veſtra Sanctitas præſens opus, veſtro diſcutiendum, corrigendumque iudicio, Veſtræ ſollicitudinis, & obedientiæ meæ fructum, vt dum a vobis emanauit præceptum, & vobis reſeruetur finale iudicium, ad locum, vnde exeunt flumina, reuertantur.

D. THOMAE AQVINATIS
IN CATENAM SVPER MATTHAEI EVANGELIVM.
PRAEFATIO.

In præfatio ne toti⁹ op.

SLOSSA Euangelij pronunciator apertus Isaias Propheta, euangelicę doctrinę sublimitatem, nomen, & materiam breuiter comprehendens, euangelicum doctorem ex persona domini alloquitur dicens: Super montem excelsum ascende tu, &c. Vt autem ab ipso euangelij nomine sumamus exordiū. AVG.

1. Euāg. nomen.

Lib. 2. ca. 2.

Cap. 40. b

contra Faustum: Euā gelij nomen latinę in terpretatur bonum nuncium, vel bona annunciatio, quod quidem cum aliquod bonum annunciatur, semper dici potest, proprie tamen hoc vocabulum obtinuit annunciatio Saluatoris. Narratores quippe originis factorum, dictorum, pasionum domini Iesu Christi proprie dicti sunt euangelistę. CHRY. in Homiliario super Matthæum. Quid enim his bonis nunciatis fiat equale? Deus in terra, homo in cœlo, amicitia Dei ad nostram facta naturam, prolixum solutum prelij, diabolus confusus, mors soluta, paradisus apertus. Et hęc omnia supra dignitatem nostram, & cum facilita te nobis data sunt: non quia laborauimus, sed quia dilecti sumus a Deo. AVG. in de Vera religione. Cum enim omnibus modis medeatur animis Deus, pro temporum opportunitatibus, quę mira sapientia eius ordinantur, nullo modo beneficientius consuluit generi humano, quàm cum vnicus filius confubstantialis Patri, & coęternus, totum hominem suscipere dignatus est: & verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita enim demonstrauit quàm excelsum locum inter c reaturas habeat humana natura in hoc, quòd hominibus in vero homine apparuit. AVG. in Sermo. de Nati. Demum factus est Deus homo, vt homo fieret De⁹. GLO. Hoc igitur bonum euangelizandum prenunciat Prophe ta dicens: ¶ Ecce Deus vester. ¶ LEO in epistola ad Flauianum: Exinanitio autem illa, qua se inuisibilis visibilem prębuit, & creator, ac dominus omnium rerum vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non desertio potestatis. GLO. Ne ergo sic Deus adesse credatur, vt fieret aliqua diminutio potestatis, subiungit Propheta: ¶ Ecce dominus in fortitudine veniet. ¶

Hom. 1.

Cap. 16.

Epist. 10.

Lib. 1. c. 11.

AVG. de Doctrina christiana: Non per locorum spatia venien do, sed in carne mortali mortalibus apparendo. BEDA in Serde Dñi passione. De ineffabili autem Dei potentia factum est, vt dum Deus verus est in carne passibili, conferatur homini gloria per cotumeliam, incorruptio per supplicium, vita per mortem.

Lib. 2. c. 30.

AVG. de Peccatorum meritis. Fuso enim sanguine sine culpa omnium culparum chirographa deleta sunt, quibus homines a diabolo antea tenebantur. GLO. Quia ergo per virtutem Christi patientis homines a diabolo antea tenebantur. GLO. Quia ergo per virtutem Christi patientis homines a peccato liberati, sertui facti sunt Dei. Sequitur: ¶ Et brachium eius dominabitur.

Sermo. 18.

LEO Papa in Sermone de passione. Affuit autem nobis in Christo singulare prędium, vt in natura pasibili mortis conditio nō maneret, quam impasibilis essentia recepisset, & per id quod non poterat mori: posit id quod mortuū fuerat suscitari. GLO. Et sic per Christum nobis immortalis glorię aditus aperitur. vnde sequitur: ¶ Ecce merces eius cum eo. de qua, scilicet ipse dicit:

Lib. 4. ca. 2.

Merces vestra copiosa est in cœlis. AVG. contra Faustū: Aeternę enim vitę promisio regnumque celorum ad nouum pertinet testamentum, temporalium vero promisiones testamento veteri continentur. GLO. Sic ergo quatuor nobis de Christo euan

2. Materia euangelij.

gelica doctrina tradit: diuinitatem assumentem, humanitatem assumptam, mortem per quam a seruitute eripimur, resurrectionē per quam nobis aditus glorioſæ vitæ aperitur, & propter hoc

Hom. 4.

3. Euang. figurę.

in Ezechiele sub figura quatuor animalium demonstratur. GRE. super Ezechi. Ipse enim vnigenitus Dei filius veraciter factus est Homo, ipse in sacrificio nostræ redemptionis dignatus est mori, vt Vitulus, ipse per virtutem suæ fortitudinis surrexit, vt Leo, ipse etiam ascendens ad cœlos est eleuatus, vt Aquila. GLO. In qua ascensione manifeste ostendit suam diuinitatem. Matthæus ergo in homine intelligitur, quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marcus in Leone, quia agit de resurrectione. Lucas in Vitulo, quia agit de Sacerdotio. Ioannes in Aquila, scribens sacramenta diuinitatis. AMBRO. Super Lucam. Et bene accidit, vt quoniam euangelij huius librum ſm Matthæum dicimus esse moralem, opinio huius præmitteretur: mores enim proprie dicuntur humani. Figura autem Leonis ascribitur Marco, quia a potentiæ cœpit expræssione diuinæ, cum dixit: Initium euangelij Iesu Christi filij Dei. Ioāni autem figura Aquilæ, eo quòd diuinæ miracula resurrectionis expræsit. GREGO. In Ezechi. Hæc autem ipsa vniuscuiusque libri euangelica exordia testantur: nam quia ab humana generatione cœpit, iure per horem Matthæus: quia per clamorem in deserto, recte p Leoné Marcus: q a a sacrificio exorsus est, bene p Vitulum Lucas: quia vero a diuinitate verbi cœpit, digne per Aquilā significat Ioannes. AVG. de Con. euan. Vel Matthæus, qui regiā Christi personam maxime commendauit per Leonem significatur. Lucas autem per Vitulum, propter victimam Sacerdotis. Marcus autem, qui neque stirpem regia, neque sacerdotalem narrare voluit, & tamen in humanis versatus ostenditur, hominis figura significatur. Hæc autem tria animalia, Leo, Homo, Vitulus in terra gradiuntur. vnde isti tres Euangelistæ in istis maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est est. At vero Ioannes, velut Aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis acutissimis cordis oculis iutuetur, ex quo datur iutelligi tres Euangelistas circa actiuam vitam fuisse versatos, Ioannem vero circa contemplatiuam. Doctores autem Græcorum per hominem intelligunt Matthæum, quia genealogiam Domini secundum carnem descripsit: per Leonem vero Ioannem, quia sicut Leo suo rugitu, cunctis bestijs timorem incutit, sic & Ioannes, cunctis hæreticis timorem incussit: per Vitulum intellexerunt Lucam, quia Vitulus Sacerdotalis est hostia, & ipse semper circa templum, & Sacerdotium versatus est: & per Aquilam Marcum intellexerunt, quia Aquila in scripturis diuinis solet significare Spiritum sanctum, qui locutus fuit per ora Prophetarum, & ipse a prophetico testimonio exorsus est. HIERO. Circa numerum vero Euangelistarum, sciendum est plures fuisse, qui euangelia scripserunt, sicut & Lucas Euangelista testatur dicens. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare, &c. Et sicut perseuerantia vsque ad præsens tempus monimenta declarant, quæ a diuersis auctoribus edita, diuersarū hæresum fuere principia, vt est illud, iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum, duodecim quoque Apostolorum, & Basilidis, atque Apellis, & reliquorum, quos enumerare longissimum est. Ecclesia autem, quæ supra petram Domini voce fundata est, quatuor flumina Paradisi instar eructans, quatuor annulos, & angulos habet: per quos quasi arca testamenti, & custos legis Dominini lignis mobilibus vehitur. AVG. de Con. euan. Vel quoniam quatuor sunt partes orbis terræ: per cuius vniuersitatem Christi Ecclesia dilatatur. Alius autem fuit eis ordo cognoscendi, atque prædicandi: alius aūt scribendi. Ad cognoscendum quippe, atq; prædicandum primi fuerunt, qui secuti sunt Dominum in carne præsentem, docentem audierunt, facientemque viderunt, atque ex eius ore ad euangelizandum sunt missi. Sed in conscribendo euangelio, quod diuinitus ordinatum esse credendum est, ex numero eorum, quos ante passionem Dominus elegit primum, vltimumque locum duo tenuerunt: primum Matthæus, vltimum Ioannes, vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, sed tñ Christum in illis loquentem secuti erant, tanquàm filij amplectendi, ac per hoc in loco medio constituti, vtroque ab eis latere munirentur. REMI. Matthæus quidem scripsit in Iudæa sub tempore Caij Caligulæ Imperatoris. Marcus in Italia, Romæ sub tempore Neronis, vel Claudij secundum Rabanū. Lucas vero in Achaiæ, Beotiæq; partibus, rogatus a Theophilo. Et Ioannes Epheſi in Asia minori sub tempore Neruę Principis. BEDA: Sed tamen, cum sint quatuor Euāgelistæ: non tam quatuor euāgelia, q̄ vnum quatuor librorum veritati consonum ædi derunt. Sicut enim duo versus

Lib. 1. ca. 2

4. Euan. numerus.

Lib. 1. ca. 2

5. Euang. ordo localis.

eandem

eandem prorsus habentes materiam, prò diuersitate metri, & verborum duo sunt, & tamen non nisi vnam continent sententiam: sic euangelistarum libri, cum sint quatuor, vnum continent euangelium, quia vnam doctrinam faciunt de fide catholica. CHRY. in Homiliario super Matth. Sufficiebat autem, vt vnus Euangelista omnia diceret: sed cum quatuor ab vno ore omnia loquantur, nō secundum eadem tempora, nęque in eisdem locis conuenientes, & adinuicem colloquentes maxima fit demonstratio veritatis. Et hocipsum quod in aliquibus modicis dissonare videntur, maximum signum veritatis est. Si enim per omnia consonarent, crederent inimici, quòd ex placito quodam humano conuenientes scripserint, quæ scripserunt. In principalibus quidem, quæ pertinent ad informationem vitæ, & prædicationem fidei, nequaquam dissonant, nec in paruo. Si autem in miraculis, hic quidem hæc, ille vero illa dixit, hoc te non conturbet: si enim vnus omnia dixisset, superfluus esset numerus reliquorum. si omnes diuersa, nequaquam consonantię demonstratio appareret. si autem aliquid de temporibus, vel modis differenter annunciant, hoc nihil impedit

Homil. 1. 6. Euāg. dissonantia.

Lib. 1. ca. 2. 7. Euangel. narrationis ordo.

eorum, quæ dicta sunt veritatem, vt infra ostendetur. AVG. de Con. euan. Q uàmuis autem singuli eorum suum quendam narrandi ordinem tenuisse videantur: non tamen vnusquisque eorū velut alterius præcedentis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata prætermisisse, quæ scripsisse alius inuenitur, sed sicut vni cuique inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. GLO. Sublimitas autem euangelicæ doctrinæ cō sistit quidem primo in eius excellentissima auctoritate. AVG. de Con. euan. Inter omnes enim diuinas auctoritates, quæ sanctis literis continentur, euangelium merito excellit, cuius primi prædicatores Apostoli fuerunt, qui dominum Iesum saluatorem nostrum Christum etiam in carne præsentem viderunt, quorum quidam, hoc est Matthæus, & Ioannes, etiam scripta de illo, quæ scribenda visa sunt, libris singulis ediderunt. Ac ne putaretur, quod attinet ad percipiendum, ac prædicandum euangelium interesse aliquid, vtrum illi annuncient, qui eundem dominum hic in carne apparentem secuti sunt, an alij, qui ex illis comperta fideliter crediderunt, diuina prouidentia procuratum est per Spiritum sanctum, vt quibusdam etiam ex illis, qui primos Apostolos sequebantur: non solum annunciandi, verum etiam scribendi euangelium tribueretur auctoritas, GLO. Et sic patet, quòd sublimitas euangelicæ auctoritatis a Christo dependet, & hoc de signatur in verbis Prophetæ præmissis cum dicitur. ¶ Super montem excelsum ascende tu. ¶ Mons enim excelsus Christus est: de quo idem Isaias dicit. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, idest, super omnes sanctos, qui a monte Christo montes dicuntur, quia de plenitudine eius omnes acceepimus. Recte autem ad Matthæum dicitur: ¶ Supra montem excelsum ascende tu, quia sicut prædictum est, ipse in

8. Euang. sublimitas triplex.

Lib. 1. ca. 1. in pricipio.

Lib. 1. ca. 7.

propria persona facta Christi vidit, & eius doctrinam audiuit. AVG. de quæ. euan. Illud autem discutiendum est, quod solet nonnullos mouere: cur ipse dominus nihil scripserit, vt aliis de ipso scribentibus necesse sit credere. Sed nequaquam dicendū est, quod ipse non scripserit, quandoquidem membra eius id operata sunt: quod dictāte capite cognouerunt. Quicquid enim de suis factis, & dictis nos legere voluit: hoc scribendum illis tanquam suis manibus impetrauit. GLO. Secundo etiam habet euangelica doctrina sublimitatem virtutis. vnde Apostolus dicit, quòd euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti. Et hoc ostendit Propheta in præmissis verbis, cum dicit: ¶ Exalta in fortitudine vocem tuam. ¶ in quo etiam & modum euangelicæ doctrinæ designat in exaltatione vocis: p qua doctrinæ claritas dar. AVG. ad Volusi. Modus enim ipse quo sancta scriptura contexit

Epist. 3. prope finem.

est oibus accessibilis, pauciſsimis penetrabilis, ea q aperte cōtinet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum. Ea vero, quæ in mysterijs occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit quo non audeat accedere mens tardiuscula, & inerudita quasi pauper ad diuitem: sed inuitat omnes humili sermone quos non solum manifesta pascat: sed etiam secreta exerceat veritate: hoc ta in promptis, q̄ in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus aperta desiderantur: desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter intimātur. His salubriter & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. GLO. Sed quia vox exaltata longius auditur, potuit in exaltatione vocis euangelicæ doctrinæ publicatio designari, quia non ad vnā tantum gentem: sed ad vniuersas nationes prædicanda mandatur. Prædicate, inquit Dominus, euangelium omni creaturę. GRE. Potest enim omnis creaturæ no

Ho euā. 29 Cōtra adu. legis lib. 1. cap. 17.

mine natio gentium designari. GLO. Tertio autem habet euangelica doctrina altitudinem libertatis. AVG. In veteri enim testamento, propter temporalium bonorum promissionem, malorumque comminationem seruos parit temporalis Hierusalem. In nouo autem, vbi fides in petra charitatem, qua lex posset impleri: non magis timore pœnę, quàm dilectione iustitiæ liberos parit Hierusalem æterna. GLO. Vnde & hanc sublimitatem doctrinæ euangelicæ Propheta designat dicens. ¶ Exalta, noli timere. ¶

10. Quibus scripsit Matthæus.

Restat autem videre quibus, & qua de causa hoc euangelium sit scriptum. HIERO. Matthęus enim euangelium in Iudæa sic breo sermone edidit, ob eorum maxime causam, qui in Hierusalem crediderant ex Iudæis: cum enim primo prædicasset euangelium in Iudęa, volens transire ad gentes, primus euangeliū scripsit hebraicæ, quod fratribus a quibus ibat in memoria dereliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium prędicari, sic & contra hæreticos scribi. CHRY. super Matth. Cor

11. Ordo Matthæi.

pus autem suę narrationis ordinauit Matthæus: primum ergo natiuitatem, deinde baptismum, tertio tentationem, quarto doctrinam, quinto miracula, sexto passionem, septimo resurrectionem, & ascensionem ipsius: non solum historiam de Christo exponere volens per hoc, verumetiam euangelicæ vitæ statum docere, quoniam nihil est, quòd ex parentibus nascimur, nisi iterū per aquā, & spiritum renati fuerimus ex Deo. Post baptismum autem necesse est contra diabolum stare: post hoc quasi omni superata tentatione factus idoneus ad docendum. Siquidem Sacerdos est, doceat, & doctrinam suam bonæ vitæ, quasi miraculis factis commendet: si laicus est, operibus doceat fidem. Deinde necesse est exire nos de hoc stadio mundi, & tunc restat, vt tētationum victoriam resurrectionis merces sequatur & gloria. GLO.

Patet igitur ex præmissis euangelij nomen, euangelicę doctrinæ materia, scriptorum euangelij figura, numerus, tempus, lingua, differentia, & ordo, euangelicæ doctrinæ sublimitas, & quibus hoc euangelium sit conscriptum, & ordo processus ipsius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. THOMAE AQVINATIS, CATENA

IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHEVM

CAPVT PRIMVM.

Sup Matth. Via aciem hominis Matthæus significat, quasi de homine exorsus est scribere, licens, ¶ Liber generationis. ¶ RABA. Quo exordio satis ostendit generationem Christi secundum carnem suscepisse narrandam. CHRY. Iudæis enim euangelium scripsit, quibus superfluum erat exponere diuinitatis naturam, quā cognoscebāt, necessariū autem fuit eis mysteriū incarnationis ostēdere. Ioannes autē cū gentibus euangelium scripsit, quæ non cognoscebant si Deus filium habet: ideo necessarium fuit primum illis ostendere, quia est filius Dei deus: deinde quia carnem suscepit. RABA. Cum autem paruam libri particulam teneat generatio dixit: ¶ Liber generationis. ¶ Consuetudo enim hebræorum est vt voluminibus ex eorum principiis imponant nomina, vt est Genesis. GLO. Planior autem sensus esset. Hic est liber generationis, sed hic est mos in multis, vt Visio Isaiæ, subaudis, hæc est. Generationis autem singulariter dicitur, quamuis multæ per ordinem replicentur, quia propter Christi generationem ceteræ hic inducuntur. REMI. dicit autem, ¶ Liber generationis Iesu Christi, ¶ quia nouerat scriptum esse, Liber generationis Adæ, & ideo sic exorsus est, vt opponeret librum libro, Adam nouum, Adę veteri, quia omnia per istum sunt restaurata, quæ per illum sunt corrupta. HIER. In Isaia autem legimus: Generationem eius quis enarrabit? non ergo putemus euangelistam prophetæ esse contrarium, vt quod ille impossibile dixit esse affatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione dictum est. CHRY. in hom. Nec tamē parua ęstimes te audire hanc audiens generationem. est enim valde auditu mirabile, quòd ineffabilis Deus ex muliere nasci dignatus est, & habere progenitores Dauid, & Abraham. REMI. Si autem aliquis dixerit, quia propheta de natiuitate humanitatis dixit: non est respondendum. Nullus generationem dñi narrauit, sed perrarus, quia Matthæus, & Lucas. RABA. In hoc autem, quod dicit: ¶ Iesu Christi, ¶ regalem & sacerdotalē in eo exprimit dignitatem. na Iesus, qui nominis huius præsagium prætulit: primus post Moysen in populo Israel ducatum tenuit: Aaron vero mystico consecratus vnguento, primus in lege sacerdos fuit.

Quæst. 49. AVG. de quæ. Noui, & veteris testamēti. Quod autem per olei vnctionem præstabat Deus illis, qui in reges, vel sacerdotes vngebantur, hoc præstitit spiritus sanctus homini Christo addita expiatione. Spiritus enim sanctus purificauit, quod de Maria virgine in corpus saluatoris profecit, & hæc est vnctio corporis saluatoris quare Christus est appellatus. CHRY. super Matthæū. Quia vero impia prudentia Iudęorum negabat Iesum de Dauid semine esse natum, subdit. ¶ filij Dauid, filij Abraham. ¶ Quare autē non sufficiebat dicere illum filium Abrahæ solius, aut Dauid solius? quia ad ambos de Christo nascituro ex eis promissio fuerit facta. ad Abraham quidem sic: Et in semine tuo benedicētur omnes gentes terræ. Ad Dauid autem ita: De fructu vētris tui ponam super sedem tuam. Ideo ergo vtriusq; filum dixit, vt vtriusq; promissiones in Christo adimpletas ostēderet. deinde, quia Christus tres dignitates fuerat habiturus, rex, propheta, sacerdos. Abrahā propheta fuit & sacerdos. sacerdos sicut Deus ad illum dicit in Gen. 15. nesi. Accipe mihi vaccā ruffam, sicut ait dñs ad Abimelech de illo, Propheta est & orabit pro te. Dauid rex fuit & propheta: sacerdos autem non fuit. Ideo ergo amborum filius nominatus est, vt vtriusq; patris triplex dignitas originali iure recognosceretur in Li. 3. in expo. cap. 3. Christo. AMBRO. super Lucam: Ideo etiam duos generis auctores elegit, vnum qui de cognatione populorum promissum accepit, alterū qui de generatione Christi oraculum consecutus est. & ideo licet sit ordine successionis posterior, prior tamen describitur, quia plus est promissum accepisse de Christo, quàm de ecclesia, quæ est per Christū, potior est enim qui saluat, eo quod saluat. HIERO. Ordo etiam præposterus, sed necessario commutatus. Si enim primum posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuisset Abraha, vt generationis series texeretur.

CHRY. super Matth. Altera autem ratio est, quia regni dignitas maior est quàm naturæ. nam & si Abraham præcedebat in tempore, Dauid præcedebat in dignitate. GLO. Quia vero ex hoc titulo appareat totum hunc librum conscribi de Iesu Christo, ne cessarium est præcognoscere quid sit sentiendum de ipso. sic enim melius exponi potuerunt, qui in hoc libro de eo dicuntur.

AVG. de quæ. Euang. Error autem hereticorum de Christo tribus generibus terminatur, aut de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroq; fallunt. AVG. de here. Cherintus ergo, & Ebion Iesum Christum hominem tantum fuisse dixerūt, quos secutus Paulus Samosatenus, Christum nō semper fuisse: sed eius initium ex quo de Maria natus est asseuerat: nec enim aliquid amplius quàm hominē putat, & hæc hæresis postea a Photino confirmata est. AVG. contra hæreticos. Ioannes autem apostolus istius insaniam longe ante spiritu sancto conspiciens, eum alto imperitiæ sopore demersum suæ vocis præconio excitat dicens: In principio erat verbum. Ei ergo qđ in principio erat apud Deum, non relinquitur in nouissimo tempore, vt originis suæ ab homine principiū sumpserit. Item inquit: Pater glorifica me illa gloria, quam habui apud te priusquam mundus fieret. audiat Photinus eum gloriam ante principium possidere. AVG. de here. Nestorii autem peruersitas fuit, vt hominem tantummodo ex beata Maria virgine genitum prædicaret, quem verbum Dei non vnitatem personæ, & in societatem separabilem recepisset, quod catholicorū aures nequaquam ferre potuerunt.

Lib. 1. ca. 45.

Cap. 8. 10. 44. 45.

Cap. 89.

CYRILVS ALEX. Ait enim apostolus de vnigenito, quòd cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Quis est ergo ille qui est in forma dei? aut quomodo exinanitus est, & descendit ad humilitatem secundum hominis formam? Et quidem si prædicti hæretici in duo diuidentes Christū, idest in hominem & verbum, hominem dicunt sustinuisse exinanitionem, separātes ab eo Dei verbum: præostendendum est, quia in forma & in æqualitate intelligitur, & fuit patris sui vt exinanitio nis sustineret modū. Sed nihil creaturarū est, si secundum propriā intelligatur naturam in patris æqualitate: quomodo ergo exinanitus dicitur, & ex qua eminētia vt esset homo descendit: Aut quomodo intelligitur assumpsisse tamquam non habens in principio serui formam? Sed aiunt quòd verbum patri æquale existens habitauit in homine nato per mulierem. Et hæc est exinanitio. Certe audio filium dicentem sanctis Apostolis. Siquis diligit me, verbū meum custodiet. Audis quomodo in eis qui se diligunt, se & sibi cohabitare dixit deum patrem? Putas ergo ipsum exinanitum, & vacuatum, dabimus & serui formam accepisse, quia in diligentium se animabus facit mansionem. Quid autem spiritus habitans in nobis putatis, & ipse humanationis dispensationem adimplet. ABBAS. Isidorus ad archipf. Verum ne vniuersa annumeremus, vnum ad quod vniuersa intendunt dicemus, quia illum qui Deus erat, humilia loqui & dispensatiuum simul & vtile est, & nihil inuiolabili naturæ præiudicat. Eum vero qui homo est, diuina & supernaturalia quædam loqui summę præsumptionis est malū: nam regi quidem licet etiā & humiliter agere, militi vero non licet imperiales voces emittere. Si igit Deus erat humanatus, etiā humilia locū habent. Si vero homo tantū erat, excelsa non habent locū. AVG. de here. Sabellū discipulū Noeti quidam perhibēt, qui dicebat Chm eundē & patrē & spiritū sanctū. AVG. contra hereti. Huius autem insanissimi furoris audaciam cęlestium testimoniorum auctoritate frenabo, ad demonstrandam propriæ substantiæ filij personam, non illam, quæ homini susceptо congruere cauillatur assumens: sed illa in medium proferens testimonia, quæ sine vllo ancipitis intelligentiæ scrupulo diuinitati eius competere omnes pariter confitentur. In Genesi enim Deū dixisse legimus: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā. Eccē pluraliter dicit. Faciamus, alium videlicet iudicās ad quem loquentis factus est sermo. Si vnus est, ad imaginem suam fecisse diceretur, nunc aūt alius & alterius imaginem apertius fecisse describitur. GLO. Alij vero, veram Christi humanitatem negauerunt. Valentinus enim dixit, Christum a patre missum spiritale vel cęleste corpus attulisse, nihilq; assumpsisse de Maria virgine: sed per illam tanquā per riuum, aut fistulam sine assumpta carne transisse. Nos aūt non ideo credimus natū ex Maria virgine, & aliter in vera carne existere atq; hominibus apparere non posset: sed

Epistola. 1. circa med.

Cap. 41.

sed quia sic scriptum est in ea scriptura, cui nisi crediderimus nec Christiani, nec salui esse poterimus. Si autem de cœlesti vel aerea, vel humida creatura corpus assumptum, vellet commutare in humanę carnis verissimam qualitatem, hoc eum potuisse facere quis

Cap. 46. negaret? AVG. de hęresi. Manichęi vero dixerunt, phantasma esse dominum Iesum Christum, nec fœmineo posse nasci ex vtero. AVG. lxxxiij. q.

Quæst. 13. Sed si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus: & si fallit, veritas non est. Est autem veritas Christus: non ergo phantasma fuit corpus eius. GLO. Et quia principium huius euangelii, & etiam euangelii secundum Lucam manifeste ostendit Christum natum ex fœmina, ex quo apparet vera Christi humanitas, ergo vtriusque euangelij principia negant. AVG. contra Faustum, vnde Faustus dicit. Euangelium quidem a prędicatione Christi, & esse cœpit, & nomiuari, in quo ipse nusquam se natum ex hominibus dicit. At vero genealogia a Deo non est euangelium, vt nec eius scriptor ausus fuerit eum euangelium nominare. Quid enim scribit? Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: non ergo liber euangelij Iesu Christi: sed liber generationis. At vero Marcus, quia generationem scribere non curauit: sed tantum prædicationem filij Dei, quod est euangelium: vide quàm competenter sit exorsus. Euangelium, inquit, Iesu Christi filij Dei, vt hic satis appareat genealogiam non esse euangelium: namque & in ipso Matthæo post inclusum Ioannem in carcere, tunc legitur Iesum cœpisse prædicare euangelium regni. ergo quicquid ante hoc narratur, genealogiam esse constat, non euangelium. Ad Ionnem ergo, & Marcū me contuli, quorum mihi principia non immerito placuerunt,

Lib. 2. ca. 1.

Lib. 2. ca. 2. quia nec Dauid, nec Mariam inducunt, nec Ioseph, contra quem Aug. Quid ergo respondebit Apostolo dicenti: Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid, secundū euangelium meum? Quod autem erat Apostoli Pauli euangelium:

Cap. 49. hoc etiam cæterorum Apostolorum, & omnium fidelium. hoc. n. alibi dicit: Siue ego, siue illi euangeliū prædicauerunt. AVG. de hæresi. Arriani autem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum volunt esse vnius eiusdemque substantiæ, naturæ, aut existentiæ: sed esse filium creaturam Patris: Spiritum vero sanctum creaturam

Cap. 6. creaturæ: hoc est ab ipso filio creatum volunt: Christum etiam sine anima carnem suscepisse arbitrantur. AVG. 1. de Trini. Sed Ioannes in eo declarat filium non tū Deū esse: sed etiam eiusdem cum Patre substātiæ, quia cum dixisset: Et Deus erat verbum, addidit: Omnia per ipsum facta sunt. vnde apparet ipsum factū non esse, per quem facta sunt omnia. & si factus non est, creatus nō est: & sic eiusdem cum Patre substantiæ est. omnis enim substantia,

Cap. 13. q̄ Deus non est, creatura est. AVG. contra Fœlicianum. Nescio enim quid nobis mediatoris persona contulerit, qui medius nostrum non redimens carnem, q̄ sine anima, nec beneficiū possit sentire susceptum. Si enim venit Christus saluum facere quod perierat, quia totus homo perijt, totus beneficio Saluatoris indiget: & ideo Christus veniendo, totum saluat corpus, & animam assumendo. AVG. in lib. lxxxiij. q. Quomodo etiā ipsi respondent tam manifestis obiectionibus, ex euangelica scriptura, in qua contra eos dominus tam multa commemorat? vt est illud: Tristis est anima mea vsque ad mortem. & Potestatē habeo ponendi animam meā, & multa huiusmodi: qui si dicant in parabolis eum locutū esse, habemus euangelistarum rationes, qui res gestas narrantes sicut eum corpus habuisse testantur, sic eum indicant habere animam per affectiones, q̄ non possunt esse, nisi in anima. eis enim narrantibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & multa hmōi. AVG. de hæresibus. A pollinaristę aūt. sicut Arriani, Christū dixerunt carnem solā sine anima suscepisse. In qua quæstione testimonijs euāgelicis victi, mentem, quę rationalis est anima hois, defuisse animę Christi, sed pro hac ipsum verbum in ea fuisse dixerunt. AVG.

Cap. 55.

Quæst. 80. in lib. lxxxiij. q. Sed si ita est beluā quandā cum figura humani corCap. 55. poris Dei verbum suscepisse crederetur. AVG. de hæresibus: De ipsa vero eius carne sic a recta fide dissensisse perhibentur, vt dicerent carnem illam, & verbum vnius, eiusdemque substantię esse, contentiosissime asseuerantes verbum carnem factum, hoc est, verbi aliquid in carnem fuisse mutatum, atque conuersum, non autē carnē de Marię carne suscepisse, conuersum atque mutatum: non

Epist. 28. autem in carnem de Maria susceptam. CYRIL. in epistola ad Ioannem Anti. Furere autem arbitramur eos, qui suspicati sunt, quòd mutationis obumbratio circa diuinam verbi naturam pōt contingere: manet enim quod est semper, & non mutatur, nec

Epist. 22. conuertionis est capax. LEO ad Constantinopol. Nos autem non ita dicimus Christum hominem, vt aliquid ei desit, quod ad humanā certū est prinere naturā, siue aīam, siue mentem rōnabilem, siue carnem, q̄ non de fœmina sumpta sit, sed facta de verbo in carnē conuerso atque mutato. Quæ tria falsa Apollinaristarū hæresis, tres varias protulit partes. LEO ad Palest. Eutices quoque tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis, atq; aiæ veritate, totū dñm nr̄m Iesum Christum vnius asseret esse naturę, tanq̄ verbi diuinitas ipsa se in carnē, aiamq; verteret, & concipi, nasci, aut nutriri, & cętera hmōi: eius tū esse tiæ fuerit. s. diuinæ, q̄ nihil horum in se sine carnis recepit veritate, qm̄ natura vnigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti, simulq; impassibilis, & simpiterna. Verum si ab Apollinaris peruersitate hæreticus iste decesserit, ne conuinceretur, de itatem passibilem sentire, atque mortalem, & tamē verbi incarnati. i. verbi & carnis vnam auder pronunciare naturā, non dubie in Manichęi, & Martionis transit insaniam, & dñm Iesum Christum simulatorie omnia credit egisse, nec humanum ipsum corpus: sed phantasticam corporis speciem, oculis apparuisse cernentium. IDEM ad Iulianum. In eo vero, quòd Eutices in Epali iudicio ausus est dicere ante incarnationem duas fuisse in Epist. 11. Christo naturas: post incarnationem aūt vnam, necessarium fuit, vt ad reddendam rōnem professionis suę sollicitis interrogationibus vrgeretur. Arbitror. n. eum talia loquentem hoc hre persuasum, quòd aia, quā Saluator assumpsit: pri in cœlis sit commorata q̄ de Maria virgine nasceretur. Sed hoc catholicę mentes, auresq; non tolerant, quia nil secum dns de cœlo veniens nostrę cōditionis exhibuit. Nec animam eius, q̄ anterior extitisset, nec carnem, q̄ non materni corporis esset accepit. vnde quod in Origene merito damnatū est, qui animarum antequam corporibus inserentur nō solum miras, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, quòd in isto plectatur. REMI. Has igitur hæreses in principio euangelij sui Euangelistę destruunt: nam Matthęus, cū narrat eum duxisse originem per Reges Iudæorum: verum hoiem eum ostendit, & veram carnem habuisse. Similiter & Lucas, qui sacerdotalem stirpem, & personam describit. Marcus autem, cum ait: Initium euangelij Iesu Christi filii Dei. Et Ioannes, cum ait: In principio erat verbum, manifestant eum ante omnia sęcula semper fuisse Deum apud Deum Patrem.

b ¶ AVG. de con. euan. Matthęus euangelista ostendit generationem Christi, ſm carnē se suscepisse narrandā, q̄a genealogia Christi exorsus est. Lucas autem tanquam sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans: non ab initio euangelij sui, sed a baptismo Christi generationes enarrat vbi testimonium Ioannes perhibuit dicens: Ecce qui tollit peccata mundi. In generationibus etiam Matthei significatur nostrorum susceptio peccatorum a domino Christo. In generationibus autem Lucę significatur abolitio nostrorum peccatorum ab ipso: ideo generationes Christi Matthęus descendens enarrat: Lucas autem ascendens: humanam autem Christi generationem Matthęus descendendo describens ad Abrram generationes commemorat. AMBR. super Lucam. Prior enim Abraam meruit fidei testimonium, quia credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: ideo etiam auctor generis debuit significari, quia instaurandę ecclesiæ sponsionem primus emeruit, cum dicitur: Benedicentur in te omnes tribus terrę. Et iterum Dauid delatum est, quòd Iesus filius eius diceretur. vnde huic prerogatiua seruatur, vt ab eo generationis dominicę manaret exordium. GHRY. Euangelista igit Matthęus generationem dominicę carnis per seriem parentum volens commendare memorię ordiens, a patre Abraam dicit: ¶ Abraam genuit Isaac. ¶ Cur non dixit Ismael, quem primitus genuit? Sequitur: ¶ Isaac autem genuit Iacob. ¶ Cur non dixit Esau, qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad Dauid peruenire non posset. GLO. Omnes tamen fratres Iudæ, cum ipso in generatione computat, quod etiam ideo factū est: quia Ismael, & Esau non remanserunt in cultu vnius Dei: fratres vero Iudę in populo sunt computati. CHRY. Vel propterea: duodecim Patriarcharum meminit, vt eā q̄ ex progenitorū nobilitate est elationem auferret. Etenim multi horum ex ancillis nati fuerunt: sed omnes similiter erant Patriarchę, & Tribuū Principes. GLO. Ideo aūt Iudam noiatim posuit, quia de illo tantū dns descendit. In singulis aūt Patribus, non solum debet notari historia: sed allegoria, & moralitas. allegoria quidē, in quo vnusquisque Patrū Christū pfiguret. moralitas in hoc notatur, quòd ex singulis Patribus in nobis aliqua virtus p significationē nois, vel exemplum ædificet. Abraam ergo in multis locis figurā Christi portat. & pterea in noīe. Abraā. n. pater multarū gentiū interprætatur, & Chs est pater multorum fideliū. Abraam etiā de cognatione sua exijt, & in terra aliena demoratus est, & Christo derelicto Iudaico populo, ad gentes per prędicatores suos exiuit. CHRY. super Matthæ. Isaac autem interpretatur risus: risus aūt sctorum est, non stricta cachinatio labiorum, sed rōnabile gaudium cordis, quod fuit mysterium Christi. Sicut enim ille parentibus in vltima senectute donatus est letitia suis, vt cognoscatur, quia non erat filius naturæ, sed gratiæ: sic & Christus in nouissi-

Lib. 2. ca. 4.

Cap. 3.

Homil. 3.

Homil. 3.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Psal.17. mo sine productus est a matre Iudæa gaudium cunctis: sed iste per virginem,ille de anu,ambo contra spem naturæ. REMI. Iacob supplantator interpretatur,& de Christo dicitur: Supplantasti in surgentes in me subtus me.{Iacob genuit Iudam,& fratres eius.} CHRY. Super Matthæ. Et noster Iacob genuit duodecim Apostolos in spiritu non in carne, verbo non in sanguine. Iudas autem interpretatur confessor, quoniam Christi erat imago, qui confessor patris erat futurus, dicens: Confiteor tibi pater domine cœli,& terræ.

c Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Amidab autem genuit Naason. Naason autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid Regem.

GLO. Moraliter autem Abraam nobis virtutem fidei per exempla Christi significat, cum de eo legatur. Abraam credidit Deo,& G reputatum est ei ad iustitiam. Isaac significat spem, quia interpretatur risus: fuit enim gaudium parentum: spes vero similiter est gaudium nostrum,dum æterna bona sperare facit,& de eis gaudere. Abraam ergo genuit Isaac,quia fides generat spem. Iacob autem significat charitatem. Charitas enim amplectitur duas vitas, actiuam per dilectionem proximi, contemplatiuã per dilectionẽ Dei: actiua per Liam, contemplatiua per Rachel significatur. Lia enim laborans interpretatur,quia actiua in labore est: Rachel visum principium,quia per contemplatiuam principiũ, idest Deus videtur. Nascitur ergo Iacob de duobus parentibus, quia charitas nascit de fide & spe,quod.n.credimus, & speramus,diligimus.

c ¶ GLO. Prætermissis aliis filiis Iacob,Euangelista Iudæ prosequitur generationem,dicens. {Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. AVG. de Ciui. Dei. Nec Iudas primogenitus nec istorũ geminorũ aliquis fuit primogenitus Iudæ: sed ante illos iã tres genuerat. Eos itaq; tenuit in ordine generationum, p H quos ad Dauid, atq; inde quo intenderet, pueniret. HIERO. Notandũ aũt in genealogia Saluatoris nulla sanctarũ assumi mulierũ,sed eas quas scriptura reprehndit, vt qui pp̃ peccatores venerat,de pctoribus nascẽs,omniũ peccata deleret. vnde & in sequentibus Ruth Moabitis ponitur. AMBRO. sup Lucã. Lucas autẽ Cap.3. hic declarauit,vt immaculatã sacerdotalis generis seriem declararet:sed Sancti Matthæi consilium a rationis iustitia nõ abhorret: nam cum euangelizaret secundum carnem generatum esse, qui omnium peccata susciperet subiectum iniuriis: subditum passioni.nec hoc quidem putauit exortem asserendum esse pietatis, vt maculatæ quoque originis non recusaret iniuriam: simul ne pudet ecclesiam de peccatoribus congregari:cum dominus de peccatoribus nasceretur.postremo vt beneficium redemptionis etiam a suis maioribus inchoaret:nequis putaret originis maculam impedimento posse esse virtuti:nec se insolens de sui nobilitate iactaret. CHRY. in ho. Post hoc monstratur omnes obnoxios I Hom.3. fuisse peccatis: instat enim Thamar fornicatio Iudam accusans,& Dauid a fornicata muliere genuit Salomonem,Si autem a magnis lex non est impleta nec a minoribus:& sic omnes peccauerunt: & Cap.3. necessaria facta est Christi præsentia. AMBRO. super Lucã. Vide autem quia non ociose Matthæus vtrumque significauit cũ phares tantummodo commemorationum causa deposceret: quia hic in vtroque mysterium est. per geminos enim gemina describitur vita populorum:vna secundum legem: altera secundũ fidẽ. CHRY. super Matthæum. Per Zaram enim significatur Iudaicus populus,qui primus apparuit in luce fidei quasi de uulua tenebrosa mundi procedens,& ideo significatus est cocco circuncisionis,putantibus omnibus: quia ipse populus dei erat futurus: sed posita est ante faciẽ eius lex:quasi sæpes vel maceria. Sic ergo impeditus est populus Iudaicus per legem:sed temporibus Christi rupta est sæpes legis quæ erat inter Iudæos,& gentes: sicut ait Apostolus,medium parietem macerie soluens:sic factum est vt gẽ tilis per phares significatus:postquam rupta est lex per Christi mã K data:primus ad fidem procedat:& postea sequitur Iudaicus populus. Sequitur. Phares autem genuit Esrom. GLO. Iudas genuit Phares & Zaram antequam intraret Aegyptum, in quam ambo postea cum patre transierunt. In Aegypto vero Phares genuit Esrom.Esrom autem genuit Aram.Aram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason: & tunc Moyses eduxit eos de Aegypto.Naason autem fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertum:in quo genuit Salmon.Iste Salmon fuit princeps de tribu Iuda:quæ cum Iosue terram promissionis intrauit. CHRY. super Matth.Quoniam autem ex aliqua causa,secundum prouidentiam dei posita horum patrum nomina credimus. Sequitur, Naason autem genuit Salmon. Iste Salmon mortuo patre fuit princeps in tribu Iuda, quæ cum Iosue terram promissionis intrauit. CHRY. super Matth. Accipit autem vxorem nomine Raab. hæc autem Raab dicitur fuisse Raab meretrix de hiericho, quæ F suscepit exploratores filiorum Israel: abscondit eos & seruauit incolumes. Cum autẽ Salmo nobilis esset inter filios Israel,quia de tribu erat Iuda,& quia filius principis erat:vidit Raab sic fidelem,quasi magnam aliquam constitutã:meruit accipere in vxorẽ. Forsitan autem & ideo interpretatur Salmon quasi per ipsum nomen inuitaretur a prouidentia dei: vt acciperet vas electionis Raab. Interpretatur enim Salmon: accipere vas. Sequitur. Salmon autem genuit Booz đ Raab, GLO. Iste Salmon in terra promissionis genuit de illa Raab Booz. Booz autem genuit Obeth ex Ruth, CHRY. super Matth. Quomodo autem Booz acceperit vxorem Moabitidem nomine Ruth:exponere estimaui superfluum:cum de his scriptura sit omnibus manifesta,Hoc autem dicimus solum, quoniã Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz, quia deos patrum suorũ repulit,& deum viuentem elegit. Et Booz pro merito fidei suæ illam accepit vxorem:vt ex coniugio tali sanctificato genus nascẽretur regale. AMBRO. super Lucam. Quomodo autẽ Ruth Cap.3. cum esset alienigena Iudeo nupsit, & qua ratione in Christi generatione eius putauerit euangelista copulæ commemorationẽ esse facienda,quæ legis serie mæchabatur. Quia ergo non de legitima saluator generatione manauit, videtur esse deforme nisi ad apostolicam sententiam reuertaris,quia non est lex posita iustis: sed iniustis. Hæc enim cum esset alienigena & moabitis,præsertim cum lex Moysi prohiberet has nuptias moabitis: quia excluderet ab ecclesia quo introiuit in ecclesiam: nisi quia sancta & immaculata moribus supra legem facta est. Diffinitionem ergo legis excesIn præf.Bibliæ sit & meruit inter maiores dominici generis computari: propter cognationem mentis electam: non corporis. Magnum autem nobis exemplum est: quòd in illa nostrum omnium qui ex gentibus collecti sumus: ingrediendi in ecclesiam domini figura præcessit. HIERO. in Epistola ad Paulinum. Ruth etiam moabitis Esaiæ explet vaticinium dicentis. Emittite agnum domine dominatorem,terræ de petra deserti ad montem filiæ Syon. Sequitur. Obeth autẽ genuit Iesse. GLO. Iesse pater Dauid binomius est: quia frequentius vocatus est Esai. Sed quia Prophera vocat eum non Esai, sed Iesse dicens, Egredietur virga de radice Iesse, vt ostẽderet illam prophetiam completam in Maria & in Christo:Euangelista posuit Iesse. Sequitur. Iesse autem genuit Dauid regem. REMI. Sed quærendum est quare sanctus Euangelista solum Dauid nominauerit regem,quod ideo dixit,vt ostenderet eum primum fuisse regem in tribu Iuda. ipse autem Christus est Phares diuisor,vt est illud, Diuidet agnos ab hedis. est & Zarã oriens, vt est illud. Ecce vir: oriens nomen eius est. Esrom sagitta vt est illud. Posuit me sicut sagittam electam. RABA. Vel alterum propter abundantiam gratiæ & latitudinem charitatis. Aram electus secundum illud, Ecce puer meus electus. vel excelsus secundum illud. Excelsus super omnes gentes dominus. ipse est Aminadab. idest voluntarius qui dicit. Voluntarie sacrificabo tibi. Idem est & Naason,idest augurium,quæ nouit præterita,præsentia,& futura. vel serpentinus,secundum illud. Moyses exaltauit serpentem in deserto.Est & Salmon,idest sensibilis qui dicit. Ego sensi de me virtutem exisse. GLO. Ipse accipit Raab, idest ecclesiam de gentibus. Raab enim fames vel latitudo vel impetus:quia ecclesia gentium esurit & sitit iustitiam: & impetu doctrinæ Philosophos & reges conuertit. Ruth etiam interpretatur videns vel festinans: & significat ecclesiam: quæ puro corde videt deum & festinat ad brauium supernæ vocationis. REMI. Est & Booz: in quo robur. vt est illud. Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me. Est & Obeth seruiens,ut est illud. Filius hominis non venit ministrari,sed ministrare. Est & Iesse incensum, secundum illud. Ignem veni mittere in terram. Ipse est Dauid manu fortis, secundum illud. Dominus fortis & potens desiderabilis. secundum illud. Veniet desideratus cunctis gentibus. Pulcher aspectu,secundum illud.Speciosus forma præ filiis hominum. GLO. Interim videamus quas virtutes isti patres in nobis ędificent: quia fides,spes, & charitas omnium virtutum sunt fundamentum. Sequentes virtutes sunt quasi superadditiones. Iudas interpretatur confessio. duplex est autem confessio: est altera fidei, altera peccatorum. Si ergo post tres supradictas virtutes peccatur, necessaria est non solum fidei,sed peccatorum confessio. Post Iudam sequitur phares & Zaram, phares diuisio, Zaram oriens interpretatur: & Thamar amaritudo. Confessio enim generat diuisionem a vitiis, & ortum virtutum, & amaritudinem pœnitentiæ. Post phares sequitur Esrom qui sagitta interpretatur. postquàm.n.aliquis diuisus est a vitiis & secularibus,dẽt fieri sagitta ut in aliis vitia prẽcando

cando perimat. Sequitur Aram, qui interpretatur electus vel excelsus: quia postquam aliquis a mundo remotus est, & alijs profecit,necesse est vt Deo electus,hominibus celebris, excelsus in virtutibus habeatur. Naason interpretatur augurium:hoc autem augurium non est seculare sed cæleste. De hoc gloriabatur Ioseph fratribus mandans. Vos detulistis cyphũ domini mei, in quo augurari solebat: Cyphus est diuina scriptura,vbi est potus sapientiæ.in hac auguratur sapiens: quia ibi videt futura, ideſt cælestia. Sequitur. {Salmon,} ideſt sensibilis. postquam enim aliquis studet in diuina scriptura: fit sensibilis,ideſt discernens gustus rationis:quid bonum, quid malum, quid dulce, quid amarum. Sequitur. {Booz,} B ideſt,fortis:instructus enim in scripturis, sit ad omnia aduersa toleranda fortis. AVG. super Matth. Iste autem fortis est filius raab,ideſt ecclesiæ.Raab enim interpretatur latitudo vel dilatata: quia.n.ex omnibus finibus terræ vocata est ecclesia ideo gentium latitudo appellatur. RABA. Sequitur Obeth, ideſt seruitus: non enim idoneus est ad seruitutem, nisi qui fortis est, quæ seruitus generatur ex ruth,ideſt festinantia. Oportet enim pro ptum esse seruum non pigrum. CHRY. super Matth. Nunc autem, qui diuitias & non mores, pulchritudinem & non fidem,& quod in meretricibus quæri solet, hoc in coniugibus optant, non generant subditos filios vel sibi vel Deo: sed contumaces, & contra se & contra Deum:vt filij eorum sint pœna inreligiositatis eorũ. Iste Obeth genuit Iesse, ideſt refrigerium: nam quicumque est subditus Deo, & parentibus suis, tales filios generat, Deo præstante, a quibus refrigeratur. GLO. Vel Iesse, ideſt incensum. Si enim seruimus ex amore & timore,erit deuotio in corde,quę ex igne & C desiderio cordis, suauissimum incensum offert Deo. postquam autem aliquis idoneus est seruus,& sacrificium Deo factus, sequitur vt sit Dauid, ideſt manu fortis, qui contra hostes fortiter dimicauit:& Idumeos tributarios fecit. Similiter ipse debet carnales,ideſt homines verbo & exemplo Deo subiugare.

d ¶ GLO. Secundi quatriduarij generationis seriem euangelista decurrit: quæ a regibus continetur: & ideo a Dauid incipit, qui primus in tribu Iudæ regnauit dicens. {Dauid rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. AVG. de cõ.euan. Quia enim Lib.2.cap.4. in generationibus Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum,ideo ipse a Dauid per Salomonem descendit,in cuius matre ille peccauit. Lucas vero a Dauid per Nathan ascendit: per quem prophetam Deus peccatum illius expiauit: quia in generaLib.2.ca.16. tionibus Luce significatur abolitio peccatorum. AVG. in lib. Retra. Dicendum tamen fuit cuius nominis prophetam: ne putaretur idem fuisse homo,cum alter fuerit:quamuis,& ipse hoc nomine vocaretur. REMI. Quærendum est autem, quare euangelista Bersabee proprio nomine non nominauit sicut cæteras mu D lieres? quod ideo est:quia cæterę mulieres quamuis reprehensibiles fuissent:tamen laudabiles erant virtutibus. Bersabee vero,non solum fuit conscia adulterij: sed etiam homicidij mariti sui: & ideo proprio nomine eam non nominauit in genealogia domini. GLO. Tacet etiam nomen Bersabee, vt nominando Uriam reducat ad memoriam illud maximum scelus, quod in eum fecit. Cap. 3. AMBRO. super Lucam. At vero sanctus Dauid in eo Dauid est præcellentior,qp hominem se ipse cognouit,& commissum super arrepta Uriæ vxore peccatum penitentiæ curauit lachrymis abluendum:ostendens nobis neminem propriæ virtuti debere confidere. habemus enim aduersarium magnum, qui vinci a nobis fine Dei adiutorio non possit,& plerumque in illustribus viris grauia peccata reperies, vt quasi homines tentationi potuisse succumbere cognoscas,ne virtutibus egregijs plusquàm homines crederentur. CHRY. super Matth. Salomon autem interpretatur pacificus,quoniam omnibus in circuitu gentibus pacificatis,& E tributa reddentibus, pacificum habuit regnum. Salomon autem genuit Roboã. Roboã interpretatur a multitudine populi. Multitudo enim mater est seditionis: quia quod a pluribus peccatur, plerũq; manet inuindicabile.Paucitas aũt magistra est disciplinę.

e ¶ HIERO. In quarto autem regum volumine legimus de Ioram,Ochoziam fuisse generatum. Quo mortuo,Iosabeth filia Ioram regis:soror Ochozie tulit Ioas filium fratris sui,& eum internitioni,quæ exercebatur ab Athalia subtraxit. Cui successit in regnum filius eius Amazias: post quem regnauit filius eius Azarias,qui appellatur Ozias:cui succesſit Ioatham filius eius. Cernis ergo quòd secundum fidem historiæ, tres reges in medio fuerunt quos euangelista prætermisit. Ioram quoque non genuit Oziam: sed Ochoziam & reliquos quos numerauimus. verum quia euangelistæ propositum erat Thesseradecades, in diuerso tẽporis statu ponere & quia Ioram generi se miscuerat impijssimę A Iezabelis, iccirco vsque ad tertiam generationem eius memoria tollitur: ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. HILA. Purgata vero labe familiæ gentilis iam regalis, in quarta genera- In Matth. tionum consequentium origo numeratur. CHRY. sup Mat. canone 1. Quod Spiritus sanctus per prophetam contestatus est dicens, vt

Abias autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat.
e Iosaphat autem genuit iorã.
Iorã autem genuit oziam. Ozias

dispergeret omnem masculum de domo Achab & Iezabel:impleuit Iehu filiꝰ Nasi, & accepit promissionem:vt vsq; ad quartam generationem, sedeant filij eius in sede regni super Israel. Quanta ergo benedictio facta est super Iehu,qui vindictã fecerat super domũ Achab, tanta maledictio facta est super domum Ioram propter filiam iniqui Achab,& Iezabel:vt vsque ad quartam generationem, præcidantur filij eius regum numero, & sic peccatum eius descendit in filios eius:sicut fuerat scriptum: Reddam peccata patrum in filios, vsque ad tertiam & quartam generationem. Videte ergo quàm Exod.20. periculosum est inire coniugia ex genere impiorum. AVG. de Quæst. quæst.Nou.& ve te ris testamenti. Vel non immerito sublati sunt de numero cæterorum Ochozias,Ioas,& Amasias. Sic enim eorũ continuauit impietas, vt nullum interuallum haberet. Solomon autem merito patris dimissus in regno est. Roboam autem merito filij:illi autem tres maligne agentes erasi sunt. Ad perditionem enim generis exemplum est, quando iugiter malignitas panditur. Sequitur: {Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz.} Achaz autem genuit Ezechiam,cui cum esset sine liberis dictum est: Dispone domui tuæ,quia morieris. Ideo fleuit,nó propter lõgiorem vitam, cum sciret inde Salomonem placuisse Deo, quòd non petisset ampliores annos, sed quia dubitabat, ne promissio Dei impleretur:cum se sciret esse de Dauid,per quem oportebat venire Christum, & ipse erat sine liberis. Sequitur. {Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. CHRY. sup Matth. Sed non sic positum est in libro Regum:vbi talis est ordo.Iosias genuit Eliachim, postea vocatum Ioachim. Ioachim autem genuit Iechoniam: sed Ioachim sublatus est de numero regum: quia non populus Dei constituerat eum in regnum: sed Pharao per potentatum. Si enim iustum fuit, vt propter solam commissionem generis Achab, tollerentur tres reges de numero regum, quare non erat iustum, vt similiter tolleretur Ioachim, quem Pharao vi hostili fecerat regem? Et sic Iechonias qui est filius Ioachim, nepos autem Iosię sublato patre de numero regum ipse est positus, pro eo quasi filius Iosiæ. HIERO. Vel aliter: Sciamus Iechoniam priorem ipsum esse quàm Ioachim, secundum autem filium non patrem, quorum primus per k. & m.secundus per ch.& n.scribitur. Quod scriptorum vitio & longitudine temporum apud grecos latinosq; confusum est. AMBRO. super Lucam. Duos.n. fuisse Ioachim, regnorum libri indicant. Sic enim scriptum est, Cap. 3. dormiuit Ioachim cum patribus suis, & regnauit Ioachim filius eius pro eo,filius autem est cui Hieremias nomen imposuit Iechoniam. Et bene sanctus Matthæus a propheta voluit disrepare, vt nõ Ioachim, & Iechoniam vocaret simul, quia maiorem fructum dominicæ pietatis astruxit. Generis enim nobilitatem dominus in hominibus non requisiuit: sed de captiuis & peccatoribus congrue nasci voluit, qui remissionem veniebat prædicare captiuis: non igitur suppresit alterum euangelista: sed vtrũque significauit, quòd vterque Iechonias dictus sit. REMI. Sed quæri potest,quare dicat euangelista eos natos in transmigratione: cum nati fuissent antequam transmigratio fuerit facta? ideo autem dicit hoc: quia ad hoc nati sunt, vt de regno totius populi pro suis & aliorũ peccatis captiui ducerentur. Et quia præscius erat Deus eos esse ducendos captiuos: iccirco dixit eos natos in transmigratione. De his autem quos sanctus euangelista in genealogia domini simul ponit, sciendum quia aut similes fuerunt fama aut infamia. Iudas & fratres eius laudabiles fuerunt fama: similiter Phares & Zara,Iechonias & fratres eius notabiles fuerũt infamia. GLO. Mystice autem Dauid est Christus,qui Goliam,ideſt diabolum superauit. Urias autem,ideſt luxuria,ideſt diabolus qui dicit:Similis ero altissimo.cui ecclesiam coniugatam Christus de solario paternæ maiestatis adamauit, & pulchram factam sibi matrimonio copulauit. Vel Urias, ideſt iudaicus populus, qui per legem de luce gloriatur. Sed huic Christus legem abstulit, quam de se loqui docuit. Bersabee autem est puteus satietatis,ideſt abundantia gratiæ spiritalis. REMI. Vel Bersabee interpretatur puteus septimꝰ, siue puteus iuramenti, per quod significatur fons baptismatis, in quo datur donum spiritus septiformis, & sit ibi adiuratio contra diabolum. Est & Christus Salomon pacificus,secundum illud apostoli:Ipse est pax nostra. Et Roboã latitudo populi, secundũ illud.

יְהוֹיָקִים Ieoiakim
יְהוֹיָכִין Ieoiachin

Multi

Multi venient ab oriente & ab occidente. RABA. Vel impetus populi: quia velociter populos conuertit ad fidem. REMI. Ipse est Abia, ideſt pater dominus, ſecundum illud: Vnus est pater vester qui in cęlis est. & iterum: Vos vocatis me magiſter & domine. Est & Asa, ideſt attollens, ſecundum illud, Qui tollit peccata mundi. Est & Iosaphat, ideſt iudicans, ſecundum illud. Omne iudicium dedit filio. Est & Ioram, ideſt excelsus, ſecundum illud: Nemo ascendit in cælum, niſi qui de cęlo descendit. Est & Ozias, ideſt robuſtus domini, ſecundum illud: Fortitudo mea & laus mea dominꝰ. Est & Ioatham conſummatus vel perfectus, ſecundum illud

autem genuit Ioathā. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis.

f Et poſt tranſmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autē genuit Iacob. g Iacob autem genuit Ioſeph

Apoſtoli: Finis legis Chriſtus. Est & Achaz conuertens, secūdum illud, Conuertimini ad me. RABA. Vel comprehendens: quia nemo nouit patrem niſi filius. REMI. Est & Ezechias fortis dominus, vel dominus confortauit, ſecundum illud: Confidite, ego vici mundum. Ipse est Manaſſes obliuionis siue oblitus, ſecundum illud: Peccatorum vestrorū non recordabor amplius. Est & Amon fidelis, ſecundum illud: Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Est & Iosias: vbi est incensum domini, ſecundum illud: Factus in Agonia: prolixius orabat. RABA. Quòd vero incensum orationum ſignificat Pſal. teſtatur dicens: Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Vel domini ſalus, ſecundum illud: Salus autem mea in ſempiternum erit. REMI. Ipse Iechonias præparans vel domini præparatio, ſecundum illud: Si abiero & præparauero vobis locum. GLO. Moraliter autem poſt Dauid ſequitur Salomon, qui interpretatur pacificus. Tunc enim aliquis fit pacificus motibus ſedatis illicitis, & quaſi iam in æterna tranquillitate poſitus cum Deo ſeruit, & alios ad eum conuertit. Sequitur Roboam, ideſt populi latitudo: poſtq; enim nō habet quod in ſe vincat, amplecti alios debet, & late populum Dei ad ſuperna trahere ſecum. Sequitur Abia, i. pater dominus. His enim præmiſſis pōt ſe profiteri filium Dei, & tunc eſſe Asa, i. attollens vt de virtute in virtutem ad patrem ſuum aſcendat, & tunc erit Ioſaphat, ideſt iudicans, vt alios iudicet & a nemine iudicetur. Ita fit Ioram, ideſt excelſus quaſi in cæleſtibus habitans. Vnde efficitur Ozias, i. robuſtus domini, quaſi robur ſuum Deo attribuens, & in ſuo propoſito perſeuerans. Et ſequitur Ioathan, ideſt perfectus, quia quotidie in maius proficit. Et ſic fit Achaz, i. comprehendens, ex operatione enim augmentatur agnitio, ſecundum illud: Annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Sequitur: Ezechias, i. fortis dominus: quia Deum fortem eſſe intelligit: & ideo in amorem eius conuerſus fit Manaſſes, ideſt obliuioſus temporalia tradens obliuioni, & ex hoc fit Amon, i. fidelis: qui enim temporalia contemnit, neminem in re ſua defraudat. Et ſic fit Ioſias, i. ſalutem domini ſecure expectans. Ioſias enim ſalus domini interpretatur.

f ¶ CHRY. ſuper Matth. Poſt tranſmigrationem inter priuatas perſonas, primo ponit Iechoniam quaſi priuatum & ipſum.
Cap. 3. AMBRO. ſuper Lucam. De quo Hieremias dicit. Scribe virum iſtum abdicatum: quia non exurget ex ſemine eius, ſedens in throno Dauid. Quomodo autem ex ſemine Iechoniæ, nullus regnaturus dicitur per prophetam? ſi enim Chriſtus regnauit: ex ſemine autem Iechoniæ Chriſtus est, propheta mentitus est. Sed illic futuros ex ſemine Iechoniæ nō negatur: & ideo de ſemine eius Chriſtus est, & quòd regnauerit Chriſtus, non contra prophetā est: non enim ſęculari honore regnauit. Ipse enim dixit. Regnum meum non est de hoc mūdo. { Iechonias autem genuit Salathiel. CHRY. ſuper Matth. De Salathiel quidem nihil legimus vel boni vel mali: tamen putamus ſanctum eum fuiſſe, & in captiuitate aſſidue Deum petiiſſe pro ipſa calamitate quæ cōtigerat Iſrael: ideo petitionem Dei eum appellatum fuiſſe. interpretatur enim petitio Dei. { Salathiel autem genuit Zorobabel, qui interpretatur fluitio poſtpoſita, vel ex commiſtione. Vel hic doctor Babylonię. Legi, ſi verum est neſcio: quia ſacerdotale & regale genus miſtum est in Zorobabel. Propter iſtū autem reuerſi ſunt filij Iſrael in terram propriam, quia cum contenderent tres pro ſua ſententia, vicit Zorobabel, & pronunciata est omnibus fortior veritas eſſe, propter quod Darius conceſſit ei filios Iſrael redire in ſua: & ideo recte ſecundum prouidentiam Dei, nominatus est Zorobabel, i. doctor Babyloniæ. Quæ enim maior doctrina, quàm oſtendere veritatem dominatricem eſſe omnium rerum? GLO. Sed hoc videtur eſſe contrarium generationi, quæ legitur in Paralipomenō. Dicitur enim ibi. Iechonias genuiſſe Salathiel & Phadaia, & Phadaia, & Zorobabel Zorobabel Moſollam: Ananiam & Salomith ſororem eorum. Sed ſcimus multa in Paralipomenon vitio ſcriptorum deprauata. Vnde multę & indeterminatę genealogiarum veniunt quæſtiones, quas iubet apoſtolus euitari. Vel potest dici. Salathiel, & Phadaia eundem eſſe quaſi binomium. Vel Salathiel & Phadaia fratres eſſe, & filios eiuſdem nominis habuiſſe, & hiſtoriographum ſecutum fuiſſe generationem Zorobabel filij Salathiel. De Abiud vſque ad Ioſeph nulla hiſtoria inuenitur in Paralipomenō: ſed alij multi annales leguntur fuiſſe apud Hebręos, qui dicebantur verba dierum, de quibus Herodes rex alienigena dicit multos combuſſiſſe, vt ordo regię ſtirpis confunderetur. Et forſitan Ioſeph nomina parentum ibi legerat, vel alio quoquo modo retinuerat: vnde euangeliſta ſeriem iſtius generationis poterat ſcire. Notandum tamen, quòd prior Iechonias domini reſurrectio, ſequens domini præparatio dicitur. Vtrumque autem conuenit domino Chriſto qui dicit. Ego ſum reſurrectio & vita, & vado parare vobis locum. Salathiel. i. petitio mea Deus, illi conuenit qui dicit. Pater ſancte, ſerua illos quos dediſti mihi. REMI. Est etiam Zorobabel, i. magiſter confuſionis, ſecundum illud. Magiſter vester cum publicanis & peccatoribus manducat. Ipse est Abiud, i. pater meus iſte, ſecundum illud. Ego & pater vnum ſumus. Est & Eliachim, ideſt Deus reſuſcitans, ſecundum illud reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Est & Azor i. adiutus, ſecundum illud. Qui me miſit mecum est. Ipse est & Sadoch iuſtus ſiue iuſtificatus, ſecundum illud. Traditus est iuſtus pro iniuſtis. Est & Achim, i. frater meus iſte, ſecundum illud: Qui fecerit voluntatem patris mei, hic meus frater est. Est etiam Eliud, i. Deus meus iſte, ſecundum illud. Deus meus & dominus meus. GLO. Est & Eleazar, ideſt Deus meus adiutor. Est & Mathan, i. donans vel donatus, ſecundum illud. Dedit dona hominibus. & ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum daret vnigenitum. REMI. Est & Iacob ſupplantans, quia non ſolum ipſe ſupplantauit diabolum: ſed & huius poteſtatem ſuis filiabus dedit, ſecundum illud. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes. Est & Ioſeph, i. apponens, ſecundum illud. Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. RABA. Sed videamus, quid moraliter iſti patres ſignificent: quia poſt Iechoniā, qui dicitur præparatio domini, ſequitur Salathiel, i. petitio mea Deus. qui enim præparatus est non petit, niſi ſolum Deum. Sed iterum fit Zorobabel, i. magiſter babyloni, ſ. terrenorum hominum quos facit cognoſcere de Deo, quòd pater eſt: quod ſonat Abiud, & tunc ille populus reſurget a vitijs. vnde ſequitur. Eliachim qui reſurrectio interpretatur, & idē & bene operandum ab intus, quod ſonat Azor. Fit Sadoch, i. iuſtus, & tunc dicit fidelis per dilectionem proximi, ipſe est frater meus, quod ſonat Achim. Et per dilectionem Dei dicit Deus meus, quod ſonat Eliud, & ſequitur Eleazar, i. Deus meus adiutor: quia recognoſcit Deum ſuum adiutorē. Ad quid autem tendit, oſtendit Mathan qui dicitur donum vel donans. expectat enim Deum datorem, ſicut luctatus est in principio & vitia ſupplantauit. Sic & in fine vitæ quod ad Iacob pertinet, & ſic peruenitur ad Ioſeph, ideſt ad augmentum virtutum.

g ¶ GLO. Poſt omnes generationes patrum ponit vltimo generationem Ioſeph viri Mariæ, propter quam omnes aliæ introducuntur dicens. Iacob autem genuit Ioſeph. HIE. Hunc locum obiicit nobis Iulianus auguſtus, de diſſonantia euangeliſtarum. cur Matthæus Ioſeph filium dixit Iacob, & Lucas filium eū appellauerit hely, non intelligens conſuetudinem ſcripturarum, quòd alter ſecundum naturam, alter ſecundum legem ei pater ſit. Scimus enim hoc per Moyſen Deo iubente præceptum, vt ſi frater aut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat vxorem, ad ſuſcitandum ſemen patris vel propinqui ſui. Deut. 25. Super hoc Aphricanus temporum ſcriptor, & Euſebius ceſarienſis plenius diſputauerunt. IVLIVS Apher in libro ad Ariſtidem. Euſeb. li. 1. hiſto. eccle. cap. 6. Mathan enim & Melchi diuerſis temporibus, ex vna eademq; vxore. Esta nomine, ſingulos filios procrearunt, quia Mathan per Salomonem deſcendit vxorem eam primum cęperat, & relicto filio vno Iacob nomine defunctus est. poſt cuius obitum, quoniam lex viduam alij viro non vetat nubere: Melchi qui per Mathan genus ducit, cum eſſet ex eadem tribu: ſed non ex eodem genere, relictam Mathan accepit vxorem, ex qua ipſe ſuſcepit filium nomine Hely, per quos ex diuerſo patrum genere efficiuntur. Iacob & hely vterini fratres quorum alter, i. Iacob fratris Hely ſine liberis defuncti, vxorem

vxorem ex mandato legis accipiens genuit Ioſeph, natura quidem generis ſuum filium, propter quod & ſcribitur. Iacob autem genuit Ioſeph. Secundum legis vero præceptum Hely efficitur filius Iacob: quia frater erat ad ſuſcitandum fratris ſemen acceperat, & per hoc recta inuenitur, atque integra generatio. Et ea quam Matthęus enumerat, & ea quam Lucas qui legalē ſucceſſionē, quę velut adoptione quadam erga defunctos conſtat, cōpetenti ſatis per hoc deſignauit indicio, obſeruans ne in huiuſmodi ſucceſſionibus genuiſſe aliquem nominaret. AVG. de con. euan. Commodius enim filius eius dictus est a quo
Lib. 2. ca. 3. fuerat adoptatus q̄ ſi diceretur ab illo genitus, cuius carne non B erat natus. Matthęus autem dicēs: Abraam genuit Iſaac, & in hoc perſeuerans donec diceret: Iacob genuit Ioſeph, ſatis expreſſit eū patrem produxiſſe ſecundum ordinem generationū, a quo Ioſeph non adoptatus: ſed genitus erat, quàmquàm ſi etiam Lucas genitū diceret Ioſeph ab Hely, ne ſic nos hoc verbum perturbare deberet. neque enim abſurde quiſquàm dicitur non carne: ſed charitate genuiſſe, quem ſibi filium adoptauerit. IVLIVS Apher eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Hęc autem non nobis ad ſubitum reperta: aut
Euſeb. li. 1. cap. 6. abſque vllis authoribus commentata ſunt: ſed ipſi ſaluatoris noſtri ſecundum carnem propinqui, ſeu ſtudio tanti ſeminis demon ſtrandi: ſeu edocendi quę ſecundum veritatem geſta ſunt, hęc tra-
Lib. 2. ca. 4. diderunt. AVG. de con. euan. Merito autem Lucas, qui non ab initio euangelij ſui, ſed a baptiſmo Chriſti generationes enarrat, tanquàm ſacerdotem in expiandis peccatis magis aſſignans, adoptionis originem ipſe ſuſcepit: quia per adoptionem efficimur filij C Dei credendo in filium Dei. Per carnalem vero generationem quam Matthęus proſequitur, filius Dei potius propter nos homo factus est. Satis autem oſtendit Lucas ſe dixiſſe Ioſeph filiū Hely, quòd illi fuerit adoptatus, cum Adam filium dixerit Dei, qui per gratiam quam poſtea peccando amiſit, tanquàm filius in paradiſo
Hom. 4. conſtitutus ſit. CHRY. in Hom. Poſitis igitur progenitoribus vniuerſis, & ſiniens in Ioſeph, addit. { Virū Marię. } monſtrans quòd propter illam & hunc in genealogia poſuit. Cum autem virum audieris, tibi ſuſpitio non ſubeat nuptiarum: ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſę vxores, & ſponſi viri vocantur. GENNADIVS. De eccleſiaſticis dogmatibus. Na-
Cap. 2. tus est autem Dei filius ex homine, i. ex Maria, & per hominem, i.
Cap. 11. non ex Maria. & non per hominem, i. ex viri coitu, ſicut Ebion dicit. vnde ſignāter ſubdit. { De qua natus est Ieſus. } AVG. De he reſibus. Quod est contra valentinum, qui dixit Chriſtum, nihil
Lib. 26. c. 7. aſſumpſiſſe de virgine: ſed per illam tanquàm per riuum aut fiſtu- D lam pertranſiſſe. AVG. contra Fauſtum. Cur autem carnem, ex vtero fœminę aſſumere voluerit, ſumma conſilij penes ipſum eſt, ſiue quòd vtrūque ſexum hoc modo honorandum iudicauit, aſſumendo formam viri & naſcendo de fœmina: ſiue aliqua alia
Quæſt. 49. cauſa quam non temere dixerim. AVG. De queſt. no. & vete. teſta. Quod autem per olei vnctionem præſtabat Deus his, qui in reges vngebantur: hoc præſtitit Spiritusſanctus homini Chriſto
Lib. 2. ca. 1. addita expiatione qua natus eſt: Chriſtus eſt appellatus. Et hoc eſt quod dicitur. { Qui vocat Chriſtus. } AVG. de con. euāge. Non tamen erat fas, vt eum ob hoc a coniugio Marię ſeparandum putaret, quòd non ex eius concubitu: ſed virgo peperit Chriſtum. hoc enim exemplo magnifice inſinuatur fidelibus coniugatis, & ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere coniugium, non per miſto corporis ſexu: ſed cuſtodito mentis affectu, preſertim quia naſci eis filius potuit, ſine vllo cōplexu carnali. AVG.
Lib. 1. c. 11. de nupt. & concu. Omne autem nuptiarum bonum impletum est E in illis parentibus Chriſti, fides, proles, & ſacramentum: prolem cognoſcimus ipſum dominum: fidem quia nullum adulterium: ſacramentum: quia nullum diuortium. HIERO. Quęrat autem diligens lector & dicat. cum Ioſeph non ſit pater dñi ſaluatoris, quid pertinet ad dominum generarionis ordo, deductus vſq; ad Ioſeph? Cui reſpondebimus primo, non eſſe cōſuetudinis ſcripturarum vt mulierum in generationibus ordo taxetur: deinde ex vna tribu fuiſſe Ioſeph & Mariam. vnde ex lege eam accipere cogebatur vt propinquam, & quod ſimul cenſentur in Bethleem,
Lib. 1. c. 11. vt de vna videlicet ſtirpe generati. AVG. de nup. & concu. Fuit & ſeries generationis vſque ad Ioſeph perducenda, ne in illo coniugio virili ſexui: vtique peccatorum peccatori fieret iniuria, cum veritati nihil deperiret: quia ex ſemine Dauid erat & Maria.
Lib. 23. c. 9. AVG. contra Fauſtum. Nos ergo credimus etiam Mariam fuiſſe in cognatione Dauid: quia eius ſcripturis credimus, quę vtrūque dicunt, & Chriſtum ex ſemine Dauid ſm carnem, & eius matrē Mariā, non cum viro concūbendo: ſed virginem. CONCILIVM AGATENSE. Cauendus autem est hic Neſtorij error, qui ſic

A dicit. cum diuina ſcriptura dictura eſt, aut natiuitatem Chriſti, quę ex Maria virgine est, aut mortem, nuſquàm videtur ponens Deus: ſed aut Chriſtus, aut filius, aut dominus, quàm hæc tria naturarum ſignificatiua duarum: aliquando quidem huius, aliquando vero illius, aliquando autem & illius & iſtius. Accipe autem ad hoc teſtimonium { Iacob genuit Ioſeph virum Marię, de qua natus eſt Ieſus, qui dicitur Chriſtꝰ. } Deus enim verbum ſecunda ex muliere nō eguit natiuitate. AVG. con tra Felicianum. Sed nō alius Dei & alius hois: ſed idē Chriſtus Dei & hominis filius fuit. & ſicut in vno homine aliud animus & aliud corpus, ſic in mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius fuit: vnus tamen ex vtroque Chriſtus dominus fuit. Aliud inquam pro diſcretione ſubſtantię, non alius pro vnitate perſonę. Sed obiicit hęreticus. Neſcio quomodo natum doceatis ex tempore, qué coęternum patri dicitis iam fuiſſe? naſci enim est velut quidam motus rei nō extātis antequam naſcatur, id agens. beneficio natiuitatis vt ſit. Quo colligitur, eum qui erat, naſci non potuiſſe, ſi naſci potuit, non fuiſſe. Ad quod reſpondetur. Eingamus ſicut plerique volunt eſſe in mundo animā generalem, quæ ſic ineffabili motu ſemina cuncta viuificet, vt non ſit concreta cum genitis. nempe cum hæc in vterum paſſibilem materiam, ad vſus ſuos formatura peruenerit: vuam facit ſecum eſſe perſonam eius rei, quam non eandem conſtat habere ſubſtantiam. & ſit operante anima & patiente materia ex duabus ſuſtantijs vnus homo, cum anima aliud doceatur, aliud caro, ſicq; animam naſci fatemur ex vtero, quàm ab vtero venientem vitam dicimus contuliſſe concepto. Naſci inquam ex matre dicitur, qui ex hac ſibi corpus aptauit, in quo naſci poſſet: non quia antequam naſceretur quantum ad ſe attinet, ipſa pœnitus non fuiſſet. Sic ergo immo multo incomprehenſibilius est, atque ſublimius, natus est ſuſceptione perfecti hominis de matre filius Dei, qui per omnipotentiam ſingularem omnibus genitis eſt cauſa naſcendi.

Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtū, generationes quatuordecim.

h ¶ CHRY. ſup Matth. Poſitis generationibus ab Abrahā vſque ad Chriſtum, eas in tres partes diuiſit, per generationes 14. quia ter completis. 14. generationibus, numeratus est in Iudæis ſtatus hominum. ab Abraam enim vſque ad Dauid fuerunt ſub Iudicibus: a Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis ſub Regibus: a tranſmigratione vſque ad Chriſtum ſub Pontificibus. Hoc ergo vult demōſtrare: ſicut ſemper completis. 14. generationibus, mutatus eſt hominum ſtatus, ſic completis. 14. generationibus a trāſmigratione ad Chriſtum, neceſſe eſt a Chriſto mutari ſimiliter hominum ſtatum, quod & factum est. poſt Chriſtum enim omnes gentes ſub vno Chriſto iudice, rege, & pontifice factæ ſunt. vnde quando iudices, reges, & pontifices Chriſti dignitatem præſigurabant, ſemper principia eorum in figura fuerunt Chriſti: primus iudicum Ieſus naue, primus regum Dauid, primus pontificum Ieſus filius Ioſedech. hoc in figura Chriſti fuiſſe, dubitat nemo.
Hom. 4. CHRY. In ho. Vel ideo in tres partes diuiſit omnes generationes, demonſtrans, quòd neque regimine tranſmutato factī ſunt meliores: ſed ſub iudicibus, regibus, pontificibus, & ſacerdotibus in eiſdem permanſerunt malis, propter quod & captiuitatem babylonis commemorat, manifeſtans quòd neque ex hoc ſunt correcti. Deſcenſus autem in Aegyptum non meminit: quia Aegyptios nō timebant, ſicut Babylonios vel Aſſyrios, & quia aliud erat antiquum, hoc autem recens, & quia illuc non propter peccata dedu
Cap. 3. cti fuerant ſicut in Babylone. AMBRO. ſuper Lucam. Illud autem non prætermittēdum putamus, quod a Dauid temporibus, vſque ad Iechoniam cum. 17. fuerunt reges Iudeæ. 14. generationes Matthæus poſuit. Oportet autem cognoſcere, poſſe plures eſſe ſucceſſiones. pauciores generationes: poſſunt enim diutius viuere aliqui & ſerius generare: aut certe penitus exortes exiſtere: itaque non quæ regum, eadem generationum tempora. GLO. Vel potest dici tres reges eſſe prætermiſſos, vt ſuperius dictum eſt.
Cap. 3. AMBRO. ſuper Lucam. Rurſus ergo cum a Iechonia vſque ad Ioſeph generationes 12. computētur: poſtea. 14. generationes deſcriptas eſſe commemorauit. Sed ſi diligenter aduertas, hic quoque 14. generationum poteris inuenire rationem. 12. enim a Ioſeph numerantur. 13. est Chriſtus. duos autem Ioachim, i. duos Iechonias fuiſſe hiſtoria indicat, patrem & filium. non igitur ſuppreſſit alterum euangeliſta, ſed vtrumque ſignificat: ita addito minori Iechonia, generationes. 14. computantur. CHRY. ſuper Matth. Vel vnus Iechonias bis numeratur in euangelio, ſemel ante tranſmigrationem: iterum autem poſt tranſmigrationem. hic enim Iechonias cum eſſet vnus, duas habuit conditiones. fuit. n. & rex ante tranſmigrationem, quaſi rex factus a populo Dei, factus eſt & priuatus poſt tranſmigrationem: ideo ante tranſmigrationē

numeratur

numeratur inter reges quasi rex: post transmigrationem autem inter priuatos. AVG. in li.de Con.euan. Vel ideo vnus in illis progenitoribus bis numeratur, i. Iechonias a quo facta est quædã in extraneas gentes deflexio, quoniam in Babylonia transmigratus est. Vbi autem ordo a rectitudine flectitur vt eat in diuersum, tanquàm angulum faciat: illud autem quod in angulo est, bis numeratur. & hic iã Christum præfigurat a circumcisione ad præputium migraturum, & lapidem angularem futurum. REMI. Ideo autem.14. posuit generationes: quia denarius significat de calogum, quaternarius vero quatuor libros euangelij. vnde in hoc ostendit concordiam legis & euangelij. Ideo etiam quaternarium numerum triplicauit, vt ostenderet: quia perfectio legis, prophetię, & gratiæ, in fide sanctæ trinitatis consistit. GLO. Vel in hoc numero septiformis gratia Spiritus sancti significatur: hic enim numerus ex septem conficitur, quod autem geminatur, significat gratiam Spiritus sancti, corpori & animæ esse necessariam ad salutem. Sic ergo hæc generatio diuiditur in tres tesseradecades. Prima est ab Abraham vsque ad Dauid, ita quòd Dauid ibi includitur: sed secunda a Dauid vsque ad transmigrationem, ita quòd Dauid ibi non includitur: sed transmigratio sub eo continetur. tertia est a transmigratione vsque ad Christum, in qua si dicamus Iechoniã bis numeratum, transmigratio inclusa est. In prima significantur homines ante legem, in qua quosdam homines naturalis legis inuenies, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, omnes vsque ad Salomonem. In secunda significantur homines sub lege: omnes enim qui in ea inueniuntur, sub lege fuerunt. In tertia homines gratiæ, quia terminatur ad Christum qui gratiæ dator fuit, in qua etiam liberatio a captiuitate Babylonię facta est, significans liberationem a captiuitate per Christum factam. AVG. de Con.euan. Cum autem quaterdenas generationes tribus distinxisset articulis: non tamen eas dixit in summa vt diceret: Fiunt omnes 42. vnus enim in illis progenitoribus bis numeratur, s. Iechonias. sic ergo non. 42. quòd faciunt ter. 14. sed propter vnum bis numeratum. 40. & vna generationes fiunt. Matthæus igitur qui regiam in Christo constituerat insinuare personam, excepto Christo. 40. homines in generationum serie numerauit. Numerus enim iste illud tempus significat quo in hoc sæculo regi nos oportet a Christo, secundum disciplinam laboriosam, quam significat illa virga ferrea. Quòd autem numerus iste hanc temporalem vitam æternamque significet: illa interim causa de proximo occurrit, quòd & tempora annorum quadripartitis vicibus currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur, ab oriente & occidente, aquilone & meridie 40. autem quater habent decem. Porro ipsa decem ab vno, vsque ad quatuor progrediente numero consummant. GLO. Vel de narius ad decalogum refertur, quaternarius ad præsentem vitam, quæ per quatuor tempora transit, vel per decem vetus testamentum, per quatuor nouum. REMI. Si quis autem voluerit dicere quòd sunt 40. & duæ generationes, quia non est vnus Iechonias: sed duo. dicendum est, quòd & iste numerus congruit sanctę ecclesiæ: nascitur enim a septenario & senario: nam sexies septem 40. & duo faciunt. Senarius refertur ad laborem, septenarius vero ad requiem.

Lib.2. ca.4.

i Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto.

i ¶ CHRY. super Matth. Quoniam superius dixerat: Iacob autem genuit Ioseph, cui desponsata Maria genuit Iesum: ne aliquis audientium sic estimaret esse natiuitatem quomodo præcedentium patrum, ipse ordinem narrationis suæ præcedens dicit: Christi autem generatio sic erat. ac si dicat: Generatio quidem eorum quos exposuimus patrum sic fuit, quemadmodum retuli, Christi autem generatio non sic. sed ita erat: Cum esset desponsata mater.

Hom. 4.

CHRY. in Hom. Quasi enim aliquid nouum dicturus præmittit modum generationis dicere: ne audiens virum Mariæ, æstimes natum esse lege naturæ. REMI. Potest autem ad superiora referri hoc modo: Sic erat Christi generatio sicut dixi, idest Abrahã genuit Isaac, HIERO. Sed quare non de simplici virgine: sed de desponsata concipitur? primum vt per generationem Ioseph, origo Mariæ monstraretur. secundo ne lapidaretur a Iudæis vt adultera. tertio vt in Aegyptum fugiens, haberet solatium mariti. Martyr etiam Ignatius quartã addidit causam, vt partus inquiens eius celaretur diabolo: dum eum putat non de virgine: sed de vxore generatum. CHRY. super Matth. Ideo autem & desponsata & domi habita: nam quemadmodum in ea, quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio naturalis: ita in ea quæ extra domum concepit, est suspecta coniunctio. HIERO. contra Heluidiũ: Sciendum autem, quòd Heluidius, quidam homo turbulentus accepta materia disputandi, blasphemare contra Dei matrem incępit: cuius prima propositio fuit: Matthæus loquitur sic: Cum esset desponsata. Ecce inquit habes desponsatam, non commendatam vt dicitis, & vtique non ob aliud desponsatam, nisi quoniam nupturam. ORIGE. Desponsata fuit quidem Ioseph, non tamẽ in concupiscentia iuncta. Mater eius inquit, mater imaculata, mater incorrupta, mater intacta. Mater ei⁹, cuius eius? mater est Dei: vnigeniti domini, regis omnium plasmatoris, & redemptoris cũctorum. CYRIL. Quid enim videbit aliquis in sancta virgine præter alias? ñ Dei mr̃ non sit, sed Christi vel domini, vt Nestoriusdicit, nihil. n. absurdum est etiam si voluerit quis matrem vniuscuiusque vnctorum Christi nominare genitricem. Sola vero præter illas sancta Virgo & Christi genitrix, intelligitur ac dicitur. Genuit enim non purum hominem secundum vos, sed incarnatum potius, & hominem factum ex Deo patre verbũ. Sed forsitan illud ais: Dic mihi, putasne diuinitatis facta est virgo? Et ad hoc quoque dicimus, quia natum est ex ipsa Dei substãtia eius verbum, & sine principio temporis semper existens genitori, in nouissimis autem temporibus, quoniam caro factũ est, hoc est vnitum carni animam habenti rationalem, natum etiam dicitur carnaliter per mulierem, Assimulatur autem quodammodo natiuitati, quæ est secũdum nos hoc sacramentũ: matres etenim terrenorum ministrant naturæ coagulatam paulatim carnem perficiendã in specie humana. Immittit autem animali spiritum Deus. Sed licet sint istæ solummodo terrenorum corporum matres: attamen parientes totum animal, & non partem peperisse dicuntur. Tale autem aliquid gestum percipimus in generatione Emanuel: natũ enim est ex patris substantia Dei verbum. Quia vero carnem assumpsit propriam eam faciens, necessarium est confiteri, quia natus est secundum carnem per mulierem. Quia igitur & Deus vere est, quomodo dubitabit quispiam sanctam virginem dicere genitricem? LEO Papa in ser. de natiui. Non autem te Dei conceptus turbet, partus te non confundat auditus, quando virginitas quicquid est humani pudoris excusat, aut quæ hic verecundiæ læsio, vbi inijt deitas, cum amica sibi semper integritate consortium? vbi est interpres angelus? fides pronuba, dispensatio castitas, donatio virtus, iudex conscientia, causa Deus, conceptio integritas, virginitas partus, virgo mater? CYRIL. ad Ioã. Antiochenum: Sed si de cælo, & non ex ipsa sanctum corpus Christi factum esse diceremus, vt Valentinus, quomodo intelligeretur Dei genitrix Maria? Nomen autem matris ostendit, cum subdit, Maria.

Lib.1. ca.3.

BEDA super Lucam: Interpretatur autem Maria stella maris hebraicæ, domina syriace, quia & lucem salutis & dominum mũdo edidit. Cui autem desponsata fuerit, ostendit subdens, Ioseph,

Hom. 4.

CHRY. super Matth. Ideoq; fabro lignario Maria desponsata erat, quoniam Christus ecclesiæ sponsus omnium salutem hominum operaturus erat, per lignum crucis. CHRY. in Homelia: Quod autem sequitur: Antequàm conuenirent. non dicitur, antequàm duceretur in domum sponsi: etenim iam intus erat. Consuetudo enim multotiens veteribus erat in domo desponsatas habere, quod & nunc quoq; fieri videtur, & generi Loth intus cum ipso erant. GLO. Sed dicitur: Antequàm conuenirent. ad carnis cõmistionem. CHRY. super Matth. Vt non ex compassione carnis & sanguinis nasceretur, qui ex Deo natus est, vt carnis & sanguinis solueret passionem. AVG. de Nup. & conc. Nuptialis etiã

Lib.1. c.12.

concubitus ibi non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat, sine vlla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato, vt hinc etiam doceret omnem, quæ de concubitu nascitur carnem esse peccati, quando quidem sola, quæ non inde nata est, non fuit caro peccati. AVG. in ser. de nati. Nascitur etiam ab intacta fœmina Christus: quia fas nõ erat, vt virtus per voluptatem, castitas per luxuriã, per corruptionem incorruptio nasceretur. nec poterat nisi nouo ordine aduentare de cælo, qui vetustum mortis destruere veniebat imperium. Regnum igitur tenuit virginitatis, quæ regem genuit castitatis. ideo etiam dominus noster virgineum sibi requisiuit hospitium habitandi, vt nobis ostenderet Deum in casto corpore portari debere, ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stilo ferreo, ipse grauidauit Mariam Spiritus sancto. vnde dicitur: Inuenta est in vtero habens. HIERO. Non ab alio inuenta est nisi a Ioseph, qui pœnè licentia maritali omnia nouerat. CHRY. super Matth. Nã sicut historia non incredibilis docet, quando gesta sunt quæ refert Lucas: Ioseph absens erat, nec enim conueniens est putare præsente Ioseph introisse angelum ad Mariam, & dixisse quæ dixit, & Mariam respondisse quæcũque respondit. Et si credamus angelum potuisse intrare ad eam & loqui: plane tamen Mariam abiisse in montana & mansisse cum Helisabeth mensibus tribus, possibile nõ fuit præsente Ioseph: quia necesse erat vt abstentationis eius, & mansionis diutinę requireret causas. postquàm autem rediit peregre post tot menses, inuenit eam grauidam manifeste. CHRY. in Hom.

Hom. 4.

Proprie autem dicit: Inuenta est, quod de non excogitatis dici cõsuetum est. Ne autem molestes euangelistam interrogando, qualiter sit natus ex virgine breuiter expediuit se dicens, De spiritu sancto, quasi Spiritus sanctus est, qui est hoc miraculum operatus. neque. n. Gabriel, neque Matthæus apostolus dicere potuerunt. GLO. Hoc ergo quod dicitur: Est ex Spiritu sancto, euangelista ex parte sua adduxit, vt cum diceretur habere in vtero: omnis mala remoueretur suspitio a mentibus audiẽtium. AVG. serm. de tempore 191. Nõ autem sicut quidam sceleratissime opinantur, spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine: sed potentia ac

Lib.2. ca.5.

virtute creatoris dicimus operatum. AMBRO. in lib. de Spiritu sancto, Quod. n. ex aliquo est, aut ex substantia est, aut ex potestate eius est: ex substantia sicut filius, quia a patre. ex potestate sicut ex Deo omnia, quomodo & in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto. AVG. in Enchir. cap. 38. Profecto autem iste modus, quo natus est Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratia Dei qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso ex ordine naturæ suæ quo esse cæpit, verbo Dei copularet in tantam personæ vnitatem, vt idem ipse esset filius Dei: Sed cum illam creaturam quam virgo concepit & peperit, quamuis ad solam personam filij pertinentem tota trinitas fecerit, neque. n. separabilia sunt opera trinitatis, cur in ea facienda solus Spiritus sanctus nominatus est? an & quando vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuersa operari Trinitas intelligitur? HIERO. Sed inquit Heluidius, neque de non conuenturis euangelista dixisset priusquàm conuenirent: quia nemo de non pransuro dicit antequàm pranderet, quasi siquis diceret. Antequàm in portu praderem, ad Aphricam nauigaui, non posset stare sententia: nisi ei in portu prandendum sit quadoque. aut non potius sit intelligendum sic, quòd ante licet sæpè & consequentiam indicet: tamen nonnũquàm ea tm̃ quæ prius cogitabantur ostendit, nec necesse sit. vt cogitata fiant. Cum ideo aliud interuenerit: ne ea quæ cogitata sunt fierent. HIERO. Non ergo sequitur vt postea conuenerit: sed scriptura, ꝙ factum non sit ostendit. REMI. Vel hoc verbum conueniendi: non ipsum cõcubitum: sed tempus significat nuptiarum, i. quando ea quæ fuerat sponsa, incipit esse vxor. Est n. sensus: Antequam conuenirent, i.

Lib.2. ca.5.

antequàm rite solẽnia nuptiarum celebrarent. AVG. de con. euang. Hoc quemadmodum factum sit quod hic prætermisit Lucas: exponit post commemoratum conceptum Ioannes ita enarrans: In mense autem sexto, missus est angelus. & infra: Spiritus sanctus superueniet in te. hoc ergo est quod Matthæus commemorauit dicens: Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. nec contrarium est: quia Lucas exposuit quod Matthæus prætermisit: sicut non est contrarium: quia Matthæus deinceps, continet quod Lucas prætermisit. Sequitur enim: Ioseph autem vir eius cum esset iustus. vsque ad eum locum, vbi scriptum est de Magis, ꝙ per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Siquis autem velit vnam narrationem ex omnibus, quæ de Christi natiuitate dicuntur ab alterutro, si hæc prætermittuntur, ordinare sic poterit: Christi generatio sic erat: Fuit in diebus Herodis. vsque ibi: Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Et tunc addendum est quod hic dicitur: Et inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

Hom. 4.

k ¶ CHRY. in Hom. Cum dixisset euangelista, ꝙ ex Spiritu sancto, & sine concubitu inuenta est in vtero habens, ne suspectum habens Christi discipulum quasi grandia de suo magistro fingentem, introducit Ioseph, per ea quæ passus est ad fidem eorum quæ dicta sunt conferentem: vnde dicit: Ioseph autem vir eius cũ esset iustus. AVG. in ser. de natiui. Intelligens enim Ioseph Mariæ vterum grauidari turbatur, ꝙ Mariam quam de templo domini acceperat, & nõdum cognouerat, grauidam sentiebat: secũq; æstuabat disputans & dicens: Quid faciam? prodo: aut taceo? Si prodidero, adulterio non consentio, sed vitium crudelitatis incurro: quia secundum Moysi sententiam, lapidandam eam esse cognosco. Si tacuero, malo consentio, & cum adulteris portionem meã pono: qm̃ ergo tacere malum est, adultertum prodere peius est, dimittam eam a coniugio. AMBRO. super Lucam. Pulchre autem docuit sanctus Matthæus, quid facere debeat iustus, qui opprobrium coniugis deprehenderit, vt incruentum ab homicidio, castum ab adulterio præstare se debeat. & ideo dicit: {Cum esset iustus.} Vbiq; ergo in Ioseph iusti gratia, & persona seruatur, vt testis ornetur: lingua. n. iusti loquitur iudicium veritatis. Sed quomodo Ioseph cum crimẽ celet vxoris, iustus describit? HIERO. In lege enim præceptum est, non solum reos: sed conscios criminis obnoxios esse peccato. CHRY. in Hom. Sed sciendum, quòd iustum hic virtuosum in omnibus dicit. Est enim iustitia specialis quædam, vt auaritiam non habere, & altera vniuersalis virtus, & sic nomine iustitiæ maxime vtitur scriptura. Iustus igitur existẽs, ideest benignus & mitis, voluit occulte dimittere eam, quæ non solum traditioni, sed etiam pœnæ secundum legem obnoxia videbatur: sed Ioseph vtrumque remisit quasi supra legem viuens, sicut enim Sol antequàm radios monstret, mundum clarificat, sic & Christus antequàm nasceretur, multa signa perfectæ virtutis apparere fecit. AVG. de Ver. domini: Vel aliter. Si solus nosti, quia aliquis peccauerit in te, & eum corã hominibus arguere, non es corrector, sed proditor. vnde vir iustus Ioseph tanto flagitio quod de vxore fuerat suspicatus magna benignitate pepercit. Estuabat vtique certa adulterij suspitio, & tamen quia ipse solus sciebat, noluit eam diuulgare, sed occulte dimittere, volens, pdesse peccanti, non punire peccantem. HIERO. Vel hoc testimonium Mariæ est, ꝙ Ioseph sciens illius castitatem. & admirans quod euenerat, celat silentio cuius mysteriũ nesciebat. REMI. Videbat enim grauidam, quam nouerat castam, & quia legerat. Egredietur virga de radice Iesse. vnde nouit Mariam duxisse originem, & legerat etiam: Ecce virgo concipiet, non diffidebat hanc prophetiam in ea esse implendam. ORIGE. Sed si suspitionẽ in ea non habebat, quomodo iustus erat, vt immaculatam dimitteret? Ideo ergo dimittere volebat, quoniam magnum sacramentum in ea esse cognoscebat, cui approximare se indignum æstimabat. GLO. Vel cum vellet eam dimittere, iustus erat, cum occulte pius notaꝝ eam ab infamia defendens, & hoc est, cum esset iustus, voluit dimittere eam, cum nollet eam traducere in publicũ, ideest diffamare, voluit hoc facere occulte. AMBRO. super Lucam; Nemo autem quam non accepit, dimittit: & ideo quam volebat dimittere, fatebatur acceptam. GLO. Vel cum nollet eam traducere in domum suam ad cohabitationem assiduam, voluit occulte dimittere eam, ideest tempus nuptiarum mutare: vera. n. virtus est, cum nec pietas sine iustitia, nec sine pietate seruatur iustitia, quæ separatæ ab inuicem dilabuntur. Vel iustus erat per fidem, qua credebat Christum de virgine nasciturum. vnde voluit se humiliare ante tantam gratiam.

l ¶ REMI. Quia sicut dictum est, cogitabat Ioseph occulte Mariam dimittere. hoc autem si fecisset, perpauci essent, qui non magis suspicarentur eam esse meretricem quàm virginem: iccirco repente consilium Ioseph diuino mutatum est consilio. vnde dicitur. Hęc autem eo cogitante. GLO. In quo notatur animus sapientis, qui nihil temere vult incipere. CHRY. in Homiliario. Notatur etiam mansuetudo Ioseph, quia nulli enarrauit suã suspitionẽ, neque ei, quę suspecta erat, sed in se cogitabat. AVG. in Serm de Natiui. Sed Ioseph ista cogitante, non timeat Maria Dauid filia, quoniam sicut Dauid veniam contulit sermo prophetici, sic Mariã liberat Angelus Saluatoris. Ecce enim iterum virginis ille paranimphus Gabriel aduenit. vnde sequitur. {Ecce Angelus Domini apparuit Ioseph..} GLO. Hoc igitur verbo apparuit, significatur potestas apparentis, qui quando vult, & quomodo exhibet se videndum. RABA. Quomodo autem Angelus Ioseph apparuit demonstrat, cũ dicitur; In somnis, ideest quomodo Iacob scalam vidit per imaginationem quanda oculis cordis ostensam. CHRY. in Homiliario: Ideo autem non apparuit manifeste Ioseph, sicut Pastoribus, quia valde fidelis erat: Pastores autem indigebant quasi rudes. Virgo autem indiguit, quasi primo de maximis instruenda. Similiter etiam Zacharias indiguit ante conceptionem prolis mirabili visione. GLO. Apparens Angelus nomen exprimit, genus commemorat, & timorem excludit dicens: Ioseph fili Dauid, Ioseph, eum ex nomine, quasi notum, & familiarem sibi ostendit. CHRY. super Matthæũ. Filium Dauid eum nominans, voluit eum adducere in memoriã promissionis Dei ad Dauid, vt de semine eius Christus nasceret. CHRY. in Homiliario. Dicens autem: Noli timere: monstrat eum iam timere ne offenderet Deum, quasi adulteram habens, alias neque cogitasset eam expellere. SEVE. Sponsus etiam ne timeat admonetur, quia pius animus, dum compatitur, plus paueſcit, ac si dicat: Hic non est mortis causa, sed vitæ, quia quę vitam parturit: non meretur occidi. CHRY. super Matthæ. Dicens etiam ne timeas, cognitorem se cordis eius ostendere voluit, vt p hoc futurorum bonorum, quæ de Christo erat dicturus faceret fidem. AMBRO. super Lucam: Non autem te moueat, ꝙ eam coniugem vocat: non enim virginitatis ereptio: sed coniugij testificatio, nuptiarum celebratio declaratur. HIERO. cõtra Heluidium: Non tamen est putandum, ꝙ ex eo ꝙ vxor est appellata sponsa esse desierit, cum hanc esse consuetudinem scripturę nouerimus. ꝙ sponsos viros, & sponsas appellet vxores, sicut Deuteronomij testimonio approbatur. Si quis, inquit, inuenerit virginem desponsatam viro in campo, & vim faciens dormierit cum ea moriatur.

Ser.16.

Hom. 1. ex varijs locis.

Lib. 2. non longe post principiũ.

Hom. 4.

Ser. de tẽp. 10. & de Natiui. 14.

Lib. 2. non longe ab initio.

Lib. 2. ibid.

Non longe a principio Libri.

Universidad de … Bibliote…

Hom. 4. riatur: quia humiliauit vxorem proximi sui. CHRY. in Ho. Dicit autem: Noli timere accipere, i. domi retinere: iam enim mēte dimissa erat. RABA. Vel noli timere accipere eam nuptiali conuentu & assidua cohabitatione. CHRY. sup Matth. Propter tres autem causas apparuit angelus Ioseph hoc dicens ei: Primo ne iustus homo, ignorans faceret rem iniustam ex proposito iusto: deinde propter honorem ipsius matris: nam si dimissa fuisset, apud infi-

m Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suū a peccatis eorum.

deles, turpi suspitione carere nō poterat: Tertio vt intelligens Ioseph sanctam conceptionem, diligētius se custodiret ab illa quàm prius: ideo tamen non ante conceptionem virginis venit ad Ioseph, vt nec cogitaret hæc quæ cogitauit, ne pateretur quæ passus est Zacharias culpam infidelitatis incurrens de conceptione coniugis iam longeuę: incredibilior enim erat res virginem posse con-
Homil. 4. cipere quàm anum. CHRY. in Hom. Vel ideo turbato iam Ioseph angelus venit, vt appareat Ioseph sapientia, & vt hoc ipsum fieret ei eorum quæ dicebantur demonstratio. Dum enim audit ab angelo, quæ intra se cogitauerat, indubitabile signum erat, ꝙ a Deo mitteretur, cuius solius est scire cordis secreta. Sermo etiam euangelistæ insuspicabilis fit, demonstrans Ioseph passum quod improbabile est virum pati, Virgo etiam omnem malam suspitionem effugit ex hoc, quòd vir qui Zelotipiam passus est, eam suscepit, & post conceptionem seruauit. Ideo autem virgo Ioseph, hæc quæ angelus nunciarat non dixit: quia non æstimabat sibi credi a sponso, & maxime iam in suspitionem adducto. Virgini autē ante conceptionem annunciat angelus, ne si post conceptionem differret, in angustia esset. Oportebat autem extra turbationem esse illam matrem, quę omnium conditorem recepit. Non solum autē angelus ab iniqua commistione virginem excusat: sed & supra naturam concepisse demonstrat, non solum timorem auferens, sed & lætitiam addens. vnde subdit: Quod enim in ea natum est de Spiritusancto est. GLO. Aliud est nasci in ea, & aliud ab ea. nasci ab ea, est prodire in lucem: nasci in ea est idem quod concipi. vel secundum præsentiam angeli quam habet ex Deo, cui futurū quasi
Quæst. 52. præteritum est natum dicitur. AVG. De quæst. no. & vet. testa. Sed si de Spiritusancto natus est Christns, cur dictum est: Sapientia ædificauit sibi domum? Quomodo ista gemina ratione debet intelligi? Primum enim domus Christi ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. deinde potest & corpus eius dici domus eius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritussancti: factum filij Dei est, propter naturæ & voluntatis vnitatem: siue enim pater faciat, siue filius, siue spiritussanctus: Trinitas est quę operatur,
Cap. 38. & quicquid tres fecerint, Dei vnius est. AVG. in Enchi. Numquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis Christi, esse Spiritumsanctum, vt Deus pater verbum genuerit? Spiritussanctus hominem? quod ita absurdum est, vt nullę fideles aures id valeant sustinere. Quomodo ergo dicimus Christum natum de Spiritusancto, si non eum genuit Spiritussanctus? an quia fecit eum? inquantum enim homo est, factus est, sicut Apostolus dicit: Factus ex semine Dauid, s. carne: neque enim quia mūdum istum fecit Deus: dici eum fas est Dei filium, aut natum ex Deo: sed factum, vel creatum, vel conditum. hic autem cum confiteamur eum, natum de Spiritusancto & Maria virgine, quomodo non sit filius Spiritus-
In Enchir. cap. 39. sancti, & sit filius Mariæ virginis? non ergo concedendum est, quicquid de aliqua re nascitur, continuo eiusdem rei filium nūcupandum. vt enim omittam aliter de homine nasci filium, aliter capillum, pediculum & lumbricum, quorum nihil est filius. Certe homines qui nascuntur ex aqua, & spiritu, non aquę filios, recte eos dixerit quispiam: sed Dei patris & matris ecclesiæ. Sic ergo de Spiritusancto natus est, & filius Dei patris est non Spiritussancti.

Hom. 4. m ¶CHRY. in Ho. Quia hoc quod angelus ad Ioseph dixerat supra humanam cogitationem & legem naturæ erat, non solū ex præteritorum reuelatione confirmat quæ dixerat: sed etiam ex futuris dicens: Pariet autem filium. GLO. Vt enim nón videretur Ioseph, amplius coniugio non esse necessarius, cum conceptio esset facta sine eius auxilio: ostendit, quòd quamuis non sit necessarius conceptui: tamen vtilis est procurationi: quia ipsa pariet filiū, & tunc matri & filio erit necessarius: matri vt ab infamia defendat: filio vt eum nutriat & circūcidat. Quæ circūcisio notatur vbi dicit: Et voca. no. eius Iesum. In circūcisione enim solet dari nomen. CHRY. super Matth. Non autem dixit pariet tibi filium sicut ad Zachariam. Ecce Helisabeth vxor tua pariet tibi filium: quia mulier quæ ex viro concipit: marito suo filium parit: quia magis ex illo est quàm de ipsa, hæc autem quæ non de viro conceperat, non viro filium peperit, sed sibi tantummodo. CHRY. in Ho.
Hom. 4. Vel indeterminate hoc posuit: vt ostendat, quòd eum peperit orbi terrarum vniuerso. RABA. Dicit autem: Vocabis nomen, &
Hom. 4. non impones, quia ab æterno impositum est. CHRY. in Hom.

F Hinc aūt oñdit admirabilem esse partum: quia Deus est, qui nomē desuper per angelum mittit, nec nomen quodcūque, sed quod est infinitorum bonorum thesaurus. Ideoq; interpretatur illud angelus, bonam substituens spem, & ex hoc ad credendum quod dicebatur inducit. Facilius namque sollicitamur ad prospera, & promptius fidem accōmodamus secundis. HIERO. Iesus. n. Hebræo sermone saluator dicitur. Etymologiam ergo nominis significat dicens: Ipse

n Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicētem: Ecce virgo in vte-

enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Ostendit. n. eundem totius mundi saluatorem, & nostræ salutis authorem. Saluat quidem non incredulos: sed populum suum, hoc est, in se credentes saluat, non tam a visibilibus hostibus, quàm potius inuisibi-
G libus, hoc est a peccatis saluat, non armis pugnando: sed peccata relaxando. SEVE. Veniant & audiant qui requirunt, quis est quem Maria genuit? Ipse. n. saluum faciet populum suum, non alterius saluum faciet populum. vnde? a peccatis eorum: esse Deum qui peccata donat si Christianis non credis: crede infidelibus vel Iudæis dicētibus: Nemo potest peccata dimittere, nisi solus Deus.

n REMI. Mos fuit euangelistæ, ea quæ dicit de veteri testamento confirmare, propter iudæos, qui in Christum crediderant, vt agnoscerent ea esse completa in gratia euangelij, quæ prædicta fuerant in veteri testamento, & subdit: Hoc autem totum factum est. Quærendum autem est in hoc loco quare dixerit, hoc totum factum esse, cum superius solam conceptionem narrauerit? Sed sciendum, quòd hoc ideo dixit, vt demonstraret quòd ante in præsentia Dei factum fuit, quàm fieret apud homines. Siue quia præteritarum rerum erat narrator, totum factum esse dixit: quia quādo hoc scripsit, iam totum factum erat. RABA. Vel hoc totum factum esse dicit, quòd virgo desponsaretur, quòd casta seruaretur,
H quòd grauida inueniretur, quòd per angelum reuelaretur: vt adimpleretur quod dictum est. Non enim hoc impleretur, quòd virgo conciperet & pareret: nisi desponsata esset, ne lapidaretur, & nisi ab angelo secretum detegeretur: & ita eam Ioseph acciperet, dimissa per infamiam efflueret, & lapidatione periret. Si ergo ante partum periret, cassaretur prophetia quæ ait: Pariet filium. GLO. Vel potest dici, quòd, vt non ponitur causaliter. non enim ideo impletum est: quia implendum erat: ponitur autem cōsecutiue, sicut & in Genesi suspendit alterum in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur, quia vno suspenso, coniectoris veritas est probata, sic & in hoc loco intelligendum est, quòd hoc facto quod prædictum est. prophetia impleta est. CHRY. in Hom. Vel aliter: Quia vi- Hom. 5.
dit angelus abyssum diuinæ misericordiæ, naturæ leges solutas, & eum qui erat omnibus superior, ad hominem qui erat omnibus inferior descendisse. Hæc & huiusmodi vno verbo ostendit dicens:
I Hoc autem totum factum est, quasi, dicat, ne putes, quòd hæc nunc tantum Deo placeant: olim præordinata sunt: decenter enim angelus non virgini, sed Ioseph prophetiam inducit, quasi in prophetis meditanti & experto. Et primo quidem virginem cōiugem appellauerat, nunc autem virginem cum propheta inducit, vt hoc etiam a propheta audiret, quasi diu pręmeditatum. vnde ad fidem eorum quæ dicebantur, inducit Esaiam, vel magis Deum. nō enim dicit: Vt impleretur quod dictum est ab Isaia: sed quod dictum est a domino per Isaiam. HIERO. super Isaiam: Quoniam au- Lib. 3. in expositione cap. 3.
tem præmittitur in propheta: Dabit dominus ipse uobis signum. nouum debet esse atque mirabile. Si autem iuuencula vel puella vt iudæi volunt, & non virgo pariat, quale signum poterat appellari, cum hoc nomen ætatis sit, non integritatis? Et reuera virgo Hebraice Bethula appellatur, quæ in præsenti loco non scribitur in propheta. Sed per hoc verbo positum est Halma, quod præter 70 omnes adolescentulam transtulerunt. Porro halma apud eos, ambiguum est. dicitur enim & adolescentula & abscondita. ergo בְּתוּלָה עַלְמָה
K halma non solum puella vel virgo: sed virgo abscondita dicitur & secreta, quæ numquàm virorum patuerit aspectibus, sed magna parentum diligentia custodita sit. Lingua quoque punica, quæ de Hebræorum fontibus manare dicitur, proprie virgo halma appellatur. In nostro quoque sermone halma, dicitur sancta, omniumq; penè linguarum verbis vtuntur Hebræi, & quantum cum mea pugno memoria, numquàm me arbitror halma de muliere nupta legisse: sed de ea quæ est virgo, vt non virgo solummodo sit: sed in annis adolescentiæ: potest. n. fieri, vt virgo sit vetula. Ista aūt virgo erat in annis puellaribus, vel certe virgo non puella, quæ adhuc virum nosse non posset. HIER. super Matth. Pro eo autem, quòd euangelista Matthæus dicit: In vtero habebit. in propheta quia futura prædicit, significat quòd futurum sit, & scripsit, Accipiet. Euangelista autem, quia non de futuro: sed de præterito narrat historiam, mutauit accipiet & posuit, Habebit: qui autem habet, nequaquàm accepturus est. Dicit autem: Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium. LEO in epistola ad Flauianum: Conceptus

ceptus quippe est de spiritusancto intra vterū Virginis matris, quę ita illum salua virginitate edidit, quemadmodum salua virginitate concepit. AVG. in ser. de Natiui. Qui enim dirupta corporū membra in aliis poterat reintegrare tangendo, quāto magis in sua matre quod inuenit integrū non violauit nascēdo? creuit enim in eius partu corporis integritas potius quàm decreuit, & virginitas ampliata est potius q̄ fugata. THEO. in Ser. Ephesi. concilij. Quia vero Photinus

ro habebit & pariet filium, & vocabitur nomē eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.

purum hominem dicit, qui natus est, Dei nō dicens partum, & qui ex vulua processit hominem proponit a Deo diuisum, dicat nunc quomodo natura humana per vuluam virginalem nata, virginitatem vuluæ seruauit incorruptā, nullius enim hominis mater Virgo permansit. Sed quia natus est carne Deus verbum, custodit virginitatem, seipsum per verbum esse ostendens, neque enim nostrū verbum cum paritur corrumpit mentē, neque Deus verbū partum eligens peremit virginitatem; Sequitur, {Et vocabunt nomen eius Emanuel. CHRY. in Hom. Consuetudo quidem est scripturę res quæ contingunt pro nominibus ponere. Nihil ergo est aliud quod dicit, Vocabunt nomen eius Emanuel, quàm videbunt Deū
Lib. 3. ad expositionem Cap. 7. cum hominibus, vnde non dicit, Vocabis, sed vocabunt. RABA. Primo quidem angeli psallentes, secundo Apostoli prædicātes adhuc & sancti martyres, deinde cuncti credentes. HIERO. sup Esaiam, Septuaginta autem reliqui transtulerunt similiter Voca-
Karatha bis, pro quo hic scriptum est vocabunt, quod in hebręo non habet: verbū enim charatim, quòd oēs interpretati sunt vocabis, potest intelligi & vocabis, ꝙ ipsa scilicet virgo quæ cōcipiet & pariet Christum, Emanuel appellatū sit nomine, quod interpretatur nobiscū Deus. REMI. Quærendum autem est, quis est interpretatus hoc nomen, Propheta aut Euangelista, aut aliquis translator, Sed sciendum ꝙ Propheta non est interpretatus, sancto autem euangelistæ quid necesse fuerat interpretari, cum scriberet hebræo sermone? fortassis quia hoc nomen obscurum erat apud hebræos, iccirco dignum erat interpretatione. Sed magis credendum est quòd aliquis translator sit interpretatus, ne haberetur hoc nomen obscurum apud latinos, hoc denique nomine, duæ substantiæ, diuinitatis scilicet & humanitatis in vna persona domini nostri Iesu Christi designantur, quia qui ante omnia sęcula ineffabiliter genitus est a Deo patre, idem ipse in fine temporum factus est Emanuel, idest nobiscum Deus ex Virgine matre. Quod autē dicitur nobiscū Deus, potest intelligi hoc modo, nobiscum factus est, idest passibilis, mortalis & per omnia nostri similis absque peccato, siue quia substan-
Lib. 3. in exposit. ca. 7. tiam nostræ fragilitatis quā assumpsit, substātiæ suæ diuinitatis in vnitate personæ coniunxit. HIERO. super Esaiam. Sed sciendum ꝙ Hebræi hoc de Ezechia filio Achaz prophetari arbitrātur, quòd ipso regnante capta sit Samaria: quod omnino probari nō potest. Siquidē Achaz filius Ioathan regnauit super Iudæā & Hierusalem annis xvj. cui successit in regnum filius eius Ezechias annos natus. xxiij. & regnauit super Iudæā & Hierosolymā annis. xxix. quomodo ergo quā vidit primo anno Achaz ꝓphetiā de Ezechiæ conceptu dicitur & natiuitate: cum eo tempore cum regnare cęperat Achaz iam nouem esset Ezechias annorum? nisi forte sextum Ezechiæ regni annum quo capta est Samaria, infantiam eius appellari dicant non ætatis, sed imperij: quod coactum esse ac violentum etiā stultis patet. Quidam de nostr. s Esaiam prophetam duos filios habuisse cōtendit, Iasub & Emanuel, Emanuel de ꝓphetissa vxore sua esse generatum in typum domini saluatoris, hoc autem fabulo-
In Dialogo con. Iudæos sum est. PETRVS. Alfonsus, {Non enim scitur, quòd aliquis homo illius tēporis Emanuel sit vocatus. Sed obiicit hebræus, qūo stare poterit quod hoc propter Christum dictum sit & Mariam, cū ab Achaz vsque ad Mariam multa centena annorum transierunt? Sed licet ad Achaz loqueretur propheta, nō solum tamen ad eum vel de suo tempore dicta est prophetia. Propter hoc enim dictum est, Audite domus Dauid, nō audite Achaz. Iterū, Dabit dominus ipse vobis signum, addit ipse, Ac si diceret, non alius, ex quo pōt intelligi ipsum dñm signum esse futurum. Quod etiam pluraliter ait, vobis & non tibi, innuitur nō propter Achaz vel ad ipsum solū
Lib. 3. ad expofi. cap. 7. hoc dictum fuisse. HIERO. super Esaiam, {Est ergo sic intelligendum quod dicitur ad Achaz. Iste puer qui nascetur ex virgine domus Dauid, nunc appelletur Emanuel, idest nobiscū Deus, quia a rebus ipsis probabiliter a duobus regibus inimicis liberata, patebit Deum te habere præsentem. Postea autem vocabitur Iesus, idest saluator, eo quòd vniuersum genus hominum sit saluaturus. Non mireris ergo o domus Dauid ad rei nouitatem, si virgo Deum pariat quæ tantam habeat potestatem vt multo post tempo-
Li. 12. ca. 45 re nasciturus te nunc liberet inuocatus. AVG. Contra Faustū. Quis autem dementissimus diceret cū Manicheo verius esse fidei de Christo sine teste non credere, cum Apostolus dicat, Quomodo credent ei quem non audierunt? aut quomodo audient siue prædi-

A cante? Vt autem non contemnerentur, neque fabulosa ducerētur, quæ Apostoli nunciabant, demōstratur hæc a prophetis fuisse prædicta, quia etsi attestabantur miracula, non defuissent qui magicæ potentiæ cuncta illa tribuerent, nisi talis eorum cogitatio contestatione prophetica vinceretur. Magicis enim artibus longe antequàm nasceretur Prophetas sibi constituere a quibus prænunciaretur, nemo vtiq; diceret, Si etiam dixerimus homini gētili, crede Christo, quia Lib. 13. con Faustū ca. 7

o Exurgēs autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus domini, & accepit Mariam coniugem suam. Et non cogno-

Deus est, & responderit, Vnde credo? prolataque authoritate prophetarum ostenderimus fidem prophetarum ex his quæ ventura cecinerunt, euenisse cernuntur. Credo enim quòd eum nō lateret, quātas a regibus huius sæculi persecutiones prius pertulerit Chri-
B stiana religio, videat nunc ipsos reges terræ Christi imperio subiugatos, omnesque gentes eidem seruientes, quæ omnia per prophetas fuerunt prædicta. Hoc ergo audiens de scriptura prophetica & cernens in vniuersa tria completa moueretur ad fidem. GLO. Horum ergo errorem euangelista excludit dicens, {Vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam.} Prophetia autem alia est ex prædestinatione Dei, quā necessarium est euenire omnibus modis, vt sine nostro impleatur arbitrio, vt illa de qua modo agimus, vnde dicit, Ecce: ad demonstrādum certitudinem prophetiæ: alia est ex præscientia Dei cui nostrum admiscetur arbitrium, & cooperante gratia consequimur præmium, vel ab ea iuste relicti tormentum: alia non ex præscientia, sed est quædam comminatio more humano facta: sicut illud, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, intelligendo, nisi Niniuitæ corrigantur.

o ¶ REM. Eo aditu rediit vita quo ingressa est mors. Per inobedientiā enim Adæ omnes perditi sumus, per obedientiā Ioseph om-
C nes ad pristinum statum incipimus reuocari, nam his verbis magna nobis virtus obediētiæ commendatur, quibus dicitur. {Ex. autem Io. a son. se. sicut præce. ei ange. domini.} GLO. Non tantum quod præcepit angelus fecit, sed etiā sicut præcepit. Quisquis etiam a Deo monetur soluat moras, surgat a somno, faciat quod iubetur, {Et acce. Ma coniu. suam.} CHR. super Matt. Non in domo accepit eā, nec enim adhuc dimiserat eam de domo, sed de animo suo deposuerat eam, & iterum in animum suum eam recepit. REMI Vel accepit celebratis nuptiis vt coniux vocaretur, non tamen vt concumberet, quia sequitur, {Et non cognoscebat eam.}
HIER. contra. Heluidium, Sed Heluidius superfluo labore de- Nō lōge ab initio libri
sudat, cognoscendi verbum ad coitum magis quàm ad scientiam esse referendum, quasi hoc quisquam negauerit, & eas ineptias quas redarguit aliquando prudens quispiam potuerit suspicari. Deinde vult dicere, quòd Donec siue Vsque aduerbium, certum tempus significet, quo completo fiat aliud quod vsque ad illud tempus nō fiebat, vt hic. {Non cogno. eam do. pe. filium} Apparet inquit cognitā
D esse post partum, cuius cognitionem filii tantum generatio differebat. Et ad hoc approbandum congerit de scripturis exempla quàm plurima. Ad quod respōdemus, Et nō cognoscebat, & Vsque vel Donec in scripturis dupliciter intelligenda. Et de eo quidem qđ scriptū est. Nō cognoscebat: ad coitū esse referēdum ipse disseruit nullo dubitante, quin ad scientiam sæpe referatur, vt ibi, Remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Sic etiam Donec in scriptura sæpe certū tempus, sicut ipse disseruit significat, sæpe infinitum. vt est illud, Donec consenescatis, ego sum: nunquid postquam illi senuerint, Deus desistet? Et saluator in euangelio, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi, ergo post cōsumationē seculi a discipulis abscedet? Et Apo Oportet illum regnare donec ponat inimicos sub pedibus eius, nunquid postquam illi sub pedibus erunt, regnare desistet? Intelligat ergo eā de quibus posset ambigi si non fuissent scripta significari. Cętera vero nostræ intelligentiæ dereliqui, iuxta quod euangelista illud in-
E dicat, de quo scandalum poterat moueri, non eam cognitam esse a viro vsque ad partum, ut multo magis intelligeremus cognitā non fuisse post partum. HIERO. super Matth. Vt siquis dicat Donec ille vixit, nō est hoc locutus, nunquid per hoc significauit, quia post mortem ille locutus est? quod fieri non potest. sicut & Ioseph ante partum credibile fuit vt non cognosceret eam, quia nondum cognoscebat mysterii dignitatem; postquàm vero cognouit, qa est facta vnigeniti Dei templum, quomodo poterat hoc vsurpare? Sed sequentes Eunomium, putāt, quia illi ausi sunt hoc dicere quòd Ioseph hoc ausus fuit, sicuti insanus neminem reputat esse sanum. HIERO. contra Heluidium, Ad summam illud requiro, cur se abstinuerit Ioseph vsque ad partus diem. respondebit vtique, quia angelum audierat dicentem, Quod in ea natum est. Qui ergo somnio tantum credidit, vt vxorem nō auderet tangere, hic postquàm pastores audierat, Magos viderat, miracula tanta cognouerat, templum Dei spiritussancti sedem domini sui matrem audebat attingere? CHRY. super Matth. Potest etiā dici ꝙ verbū cognoscendi hic

Universidad de Deusto Biblioteca

di hic accipitur pro agnitione: vere enim non agnouit eam ante cuius fuerat dignitatis, & postquam peperit, tunc cognouit eam, quia speciosior & dignior facta fuerat q̃ totus mũdus, q̃a quẽ totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. HILA. in Ho. Vel al'r, Propter sanctissimæ Mariæ gl'ificationẽ a Ioseph cognosci non potuit, donec peperit, dominũ.n.gloriæ habens in vtero quomodo cognosceretur, si Moysi cum Deo colloquentis glorificata

scebat eam, donec peperit fi'iũ suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel, quantomagis Maria agnosci vel intueri non poterat, quem dominum potentiæ vtero habebat? Post partũ autem a Ioseph agnita inuenitur specie
Ibidem. faciei, non tactu libidinis. HIERO. super Matthæum, Ex hoc autem quod dicitur. {Filium suum primogenitũ.} quidam peruersissime suspicantur & alios filios habuisse Mariam dicentes, primogenitum non dici nisi qui habeat & fratres, cum hic mos scripturarum sit, vt primogenitum non eum vocent, quem fratres sequũtur, sed eum qui primus natus sit. HIERO. contra Heluidium, Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur & fratres, tamdiu sacerdotibus primogenita non debẽtur, quãdiu & alia fuerint procreata. GLO. Vel primogenitus dicitur inter omnes electos per gratiam, proprie autem vnigenitus Dei patris vel Mariæ dicit. Sequitur: { Et vocauit nomen eius Iesum.} Die octauo quo fiebat circuncisio & nomẽ imponebatur. REMI. Liquet autem hoc nomen fuisse notissimum sanctis patribus & Dei prophetis, maxime illi qui dicebat, Defecit in salutari tuo anima mea, & exultauit cor meũ in salutari tuo. Et illi qui dicebat, Exultabo in Deo Iesu meo.

CAPVT. II.

AVGV. in Ser. de Epi. Post miraculum virginei partus, quo vterus diuino numine plenus, saluo pudoris signo Deum hominemque profundit, inter obscuras cubiculi latebras & præsepis angustias, in quibus infinita maiestas membris contractioribus stabulabat, dum pendet ad vbera & vilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cœlo sydus terris effulsit, & totius mundi dissipata caligine, noctem conuertit in diem, ne dies celaretur in nocte, vnde Euangelista dicit, {Cum ergo natus esset.} REMI. In principio autem huius euangelicæ lectionis tria ponit. Personam, cum dicitur. { Cum na. esset Iesus locum cum ait, { In Bethleem Iudæ.} tempus, cum addit, {In diebus Hærodis regis.} Et hæc tria ad confirmationem narrandæ rei ponuntur. HIERO. super Matth. Putamus autem ab euangelista primũ editũ, sicut in hæbraico legimus Iudæ nõ Iudeæ. Quę est enim aliarum gentium Bethleem, vt ad distinctionẽ eius hic Iudeæ poneretur? Iudæ aũt iccirco scribitur, quia & aliã bethleẽ in Iudęa legimus in li. Iesu filij Naue. GLO. Duæ enim Bethleem sunt, alia quæ est in terra Zabulon, altera quę in terra Iuda, quæ prius vocata est Effrata. AVG. in lib. de Con. euan. De ciui-
Lib. 2. ca. 2. tate aũt bethleem Matthæus Lucasque consentiunt. Sed quomodo & qua causa ad eam venerint Ioseph & Maria, Lucas exponit, Matthæus prætermittit. Econtra de Magis ab oriente venientibus Lucas tacet, Matthæus dicit. CHR. super Matthæũ. Sed videamus quid ad vtilitatem respiciat, q̃ euãgelista tẽpus designat quo Christus nascitur dicens. {In diebus He. regis}. quod dicit, vt prophetiam Danielis impletam demonstraret, quę post. lxx. septimanas annorum Christum nasciturum esse prædicit. Nam ex illo tempore vsque ad regnum Herodis. lxx. septimanarum anni sunt consummati; vel ideo quia quandiu iudaica gẽs sub iudaicis regibus, quãuis peccatoribus tenebat Prophetæ mittebantur ad remediũ eius, nunc qñ lex Dei sub potestate regis iniqui tenebat, & iustitia Dei sub dominatione Romana premebat, nascitur Christus, quia magna & desperabilis infirmitas, medicũ artificiosiorẽ quęrebat, vel iõ regis alienigenæ mentionẽ fecit, vt impleretur prophetia quæ dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda nec dux de femore eius, do.
Lib. 3. satis longe nec veniat qui mittendus est. AMB. super Lucam. Fertur autem quòd Idumei latrones ascalonam ingressi, Antipatrum inter alios adduxerunt captiuum. Is igitur imbutus mysterijs Iudęorum, Hircano iudææ regi amicitia copulatur, quem pro se ad Pompeiũ Hircanus direxit, & quia legationis fructu potitus est, per eam gratiam partem regni affectauit. Occiso autem Antipatro, filius eius Herodes sub Antonio Senatusconsulto Iudæis regnare præceptus est, in quo claret Herodem nulla affinitate generis Iudæorum regnũ quæ-
Hom. 6. circa medium. sisse. CHR. in Hom. Dicitur autem: {Herodis regis.} dignitatẽ addens, quia & alius filius fuit Herodes qui Ioannem interfecit.
CHRY. super Matth. Dum ergo hoc tempore natus esset. { Ecce Magi veniunt. hoc est, confestim vt natus est, magnum Deum
In cap. Daniel. 2. ostendentes in paruulo homine. HIER. Magi vero sunt qui de singulis rebus philosophantur, sed sermo cõmunis Magos pro ma-

F leficis accipit, qui aliter tamen habentur apud gentẽ suã, eo q̃ sint philosophi caldeorũ, & ad huius artis scientia reges quoq; & principes eiusdem gentis omnia sapiunt, & ipsi primum ortum domini intellexerunt. AVG. in ser. de Epi. Isti autem Magi quid fuerunt Ser. 2. de te[mpore] nisi primitiæ gentium? Israelitæ pastores, Magi gentiles, illi prope, illi longe, vtrique tamen ad angularem lapidem cucurrerunt. Manifestatus est ergo Iesus non doctis, nec iustis, præualet nãque imperitia rusticitate

CAP. II.

Cvm natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis

pastorum, & impietas in sacrilegijs Magorum, vtrosque sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit stulta eligere vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. GLO. Hi autem Ma-
G gi reges fuerunt, qui etsi tria munera obtulisse dicuntur, nõ ideo nõ plures quàm tres fuisse probantur, sed vt per eos gentes quæ ex tribus filijs Noe natæ sunt, venturæ ad fidem præfigurarentur, vel tot fuerunt principes, qui plures duxerunt in comitatu suo. Venerunt autem non post annum, quia tunc inueniretur in Aegypto non in presepio, sed tertiadecima die. Ad ostendendum autem vnde venirent dicitur. {Ab oriente.} REMI. Sciendum est autem, quia varia est de Magis opinio. Quidam enim dicunt eos fuisse Chaldeos, Chaldei enim stellam pro Deo colebant, & iccirco dixerunt quòd nuncupatiuus eorum Deus, ostenderit Deum verum natum. Alij vero dicunt Persas eos fuisse, nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terræ fuisse. Alij vero dicunt illos fuisse nepotes Balaam, quod magis est credendum. Balaam enim inter cætera quæ prophetauit dixit, Orietur stella ex Iacob. Illi vero habentes hanc prophetiam, mox vt viderunt stellam nouam, intellexerunt regem natum & venerunt. HIERO. Hanc enim stellam futurã vaticinio Balaam nouerant, cuius erant successores, Sed quærendum est si Chaldei
H vel Persæ aut de finibus terrę fuerunt, quomodo in tam breui spatio Hierosolymam venire potuerunt? REMI. Sed sciendum est, quòd aliqui solent dicere quòd puer qui tunc natus est in tam breui spatio temporis de vltimis finibus terræ ad se perducere potuit. GLO. Vel non mirandum est eos in xiij. diebus venisse in Bethleem, cũ equos arabicos, & dromedarios haberent, qui scilicet sunt veloces ad iter. CHR. super Matth. Vel per biennium ante Christi natiuitatem profecti sunt, & stellã eos præcedebat, & neque esca, neque potus defecit in peris eorum. REMI. Vel si fuerunt successores Balaam, reges illorum nõ longe distant a terra promissionis, iccirco in tam breui spatio temporis hierusalem venire potuerũt. Sed tunc quærendum est, quare euangelista dicat eos ab oriente venisse. Quod ideo est, quia ab illa regione venerunt, quæ in orientali parte Iudęis posita est. Pulchre autem ipsi ab oriente venisse dicuntur, quia omnes qui ad dominum venit, ab ipso & per ipsum
I veniunt. Ipse enim est oriens, secundum illud, Ecce vir oriens nomen eius. CHR. super Matthæum. Vel ab oriente venerunt vnde dies nascitur, inde initium fidei processit, quia fides lumen est animarum. Ab oriente ergo venerunt, sed Hierosolimam. REMI. Quamuis dominus ibi natus non esset, quia licet agnoscerent natiuitatis tempus, locum tamen non cognouerunt. Hierusalem enim regia ciuitas est, & crediderunt quòd talis puer non nisi in vrbe regia nasci debuisset. Siue ideo venerunt, vt adimpleretur quod scriptum est. De syon exiuit lex, & verbum domini de Hierusalem, quia ibi primo annunciatus est Christus. Siue vt studio Magorum damnaretur pigritia Iudæorum. {Venerunt ergo Hierosolymam
Ser. 2. dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorũ?} AVG. in ser. de Epi. Cum aũt multi nati atq; defuncti essent reges Iudæorum, nunquid quemquam eorum adorandum magi quæsierunt, quia nec quemquam eorũ de cœlo loquentẽ didicerũt? Nõ itaq; regi Iudæorũ qualẽ esse illic solebãt, hunc tam magnũ hominẽ longinqui alienigenæ ab eodẽ regno prorsus ab extraneis a se deberi arbitrantur. Sed
K talẽ natũ esse didicerant, in quo adorando, se salutem quæ secundũ Ex ser. Deum est, consecuturos minime dubitarent; neque enim ętas erat saltem, cui adulatio humana seruiret, non de membris purpura, nõ in capite diadema fulgebat, non pompa famulantiũ, non terror exercitus, non gloriosa fama præliorũ, hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerunt. Iacebat in præsepio Aug. de Epi. puer, ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate. Sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiæ gentium, non terra portante, sed cœlo narrante didicerant, vnde sequitur. { Vidimus enim stellã eius in oriente. } Annunciant & interrogant, credunt & quęrunt, tamquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem. GREGORIVS. in Hom. Sciendum autem, quòd Priscillianistæ hæretici qui nasci vnumquemque hominem sub constitutionibus stellarum putant, hoc in adiutorium sui erroris assumunt, quòd noua stella exijt, cum dominus in carne apparuit, cuius fuisse fatum, eandem quæ apparuit stellam putant. AVG. contra Faustũ Lib. 2. c[a].

Et secundum Faustum hic stella inducitur, quæ con[illegible]
sim, ut recte genesidium hoc magis nuncupari possit quàm euan-
Lib. 5. ca. 1. gelium GRE. in Hom. Sed absit a fidelium cordibus, ut esse quid fatum dicant. AVG. de Ciui. dei. Nam homines quando fatum audiunt, usitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi vim positionis syderum, qualis est, quãdo quis nascitur siue concipitur, q̃ aliqui alienant a Dei uoluntate. Et hi ab auribus omniũ

regis, ecce Magi ab Oriente venerunt hierosolymam dicentes Vbi est qui natus est, rex Iudeorum? Vidimus enim stellã eius in Oriente, & uenimus adorare eum.

repellendi sunt, qui qualiũcumque deorum volunt esse cultores. Aliqui vero stellas, hanc putant habere potestatem traditam sibi a summa Dei potestate, qui magnam cælo faciunt iniuriam, in cuius uelut splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente, fuerant auertenda. CHRY. super Matt. Si ergo aliquis
B adulter & homicida fiat per stellam, magna est iniquitas illarum stellarum, magis autem illius qui creauit stellas, nam cum sit præscius futurorum Deus, ex quo tanta iniquitas futura erat per stellas, si uoluit ei dare non est bonus, si uoluit ei dare, & non potuit, impotens est. Si etiam stellæ est, quòd aut mali sumus aut boni, ergo nec bonum nostrum laudandum est, nec malum uituperãdum, quia nec in nobis est uoluntarius actus: ut quid enim mali mei pœnam suscipiam, quod non uoluntate, sed necessitate commisi? CHRY. super Matth. Ipsa denique mandata Dei ne peccent homines, aut hortamenta ut faciant bonum, hanc insipientiam destruunt. Quis, n. iubet aliquem ne faciat malum, quod non potest declinare? aut faciat bonum, ad quod non potest peruenire?
Lib. 6. philosophiæ, c. 1. GREG. Nyss. Insipientes uero sunt & orationes omnibus s'm fatum existentibus, exulat autem ex prouidentia Dei cum pietate, cum his & homo organum solũ inuenitur superni circularis mo-
C tus, ad hoc n. moueri ad operationes aiunt, non solum partes corporis, & animæ excogitationes, & uniuersaliter qui hoc dicũt, quæ in nobis sunt, & contingentis naturam destruunt ea, & nihil aliud est hoc, quàm omnia euertere, vbi etiam de reliquo erit liberum arbitrium, liberum. n. oportet esse quod est in nobis. AVG. de ciui.
Lib. 5. ca. 6. Dei. Non usquequaque autem absurde dici potest, ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sydereos, sicut solaribus accessibus & decessibus, uidemus anni tempora uariari, & lunaribus incrementis atque decrementis augeri & minui quędam genera rerum sicut conchas & mirabiles ęstus Oceani, non autem
Lib. eo. c. 1. animi voluntates positionibus syderum subdi. Quòd si dicantur stellæ significare ista potius quàm facere, quid est, q̃ nunquam dicere potuerunt, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentibus, professionibus, actibus, honoribus, cæterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus, atque in ipsa morte plerũque sit tanta diuersitas, ut similiores sint multi extranei, quàm ipsi inter se gemini, per exiguum temporis interuallum in nascendo separari, in conceptu
D Lib. eo. c. 8. autem per concubitum vno etiam momento seminati? Quidam vero non astrorum constitutionem, sed omnium connexionem seriemque causarum, quam Dei summi tribuunt uoluntati, & præ-
Lib. eo. c. 1. senti fati nomine appellant. Si quis ergo res humanas fato tribuit quia ipsam Dei uoluntatem uel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat, quoniam fati nomen solet a
Lib. eo. c. 9. loquentibus, poni in syderum constitutione, vnde voluntatẽ Dei fati uocabulo non nuncupamus, nisi forte ut fatum a fando. i. a loquendo dictum intelligamus. Scriptũ est, Semel locutus est Deus, duo hæc audiui. Vnde non est multum cum eis de verbi contro-
Lib. 2. ca. 5. uersia laborandum atque certandum. AVG. contra Faustum, Si autem sub fato stellarum nullius hominis Genesim ponimus vt liberum arbitrium voluntatis ab omni necessitatis vinculo uindicemus, quanto minus illius temporalem generationem sub astrorum conditione credimus factam, qui est vniuersorum æternus creator & dominus? Itaq, illa stella quam viderunt Magi Christo secundum carnem nato, non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabatur. Proinde non ex illis erat stellis, quæ ab initio creaturæ itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo virginis partu nouum sydus apparuit, quod mysterium officii sui etiam ipsis Magis quærentibus Christum, cum ante faciem præiret, exhibuit, donec eos vsque ad ipsum locũ, vbi Deus verbum infans erat, præeundo perduceret. Quidã aũt astrologi ita constituerunt nascentiũ hominũ fata sub stellis, vt aliquam stellarum hoĩe aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum qui natus est perrexisse asseuerent. Sortem quippe nascentis astrorũ ordini colligari arbitrantur, nõ astrorum ordinem ad hoĩs nati diem posse mutari. Quapropter si stella illa ex his erat, quæ in cælo peragũt ordines suos, quõ poterat discernere, qđ Christus acturus erat, quæ nato Christo iussa est relinquere quod agebat? Si autem vt probabilius creditur ad demonstrandum Christum, quæ non erat, exorta est, nõ ideo Christus natus est, quia illa extitit, sed

hic stella inducitur quia confirmat Genesim

Christo, sed Christum stellæ fatũ fuisse diceremus, ipse quippe illi, Hom. 5.
non illa huic nascendi attulit cãm: CHRY. in Ho. Non est hoc etiam astronomiæ opus a stellis scire eos qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura prædicere, hi autem tp̃s natiuitatis nõ cognouerunt, vt hinc sumẽtes initium a stellarũ motu futura cognoscerent, sed ecõuerso. Dicũt ergo {Vidimus stellam eius} GLO. i. propriã, quia hãc creauit ad ostẽsionem sui. AVG. in ser. de Epi. Pastoribus angeli, Magis stella Christum demonstrat, vtrisque loq tur lingua cælorum, quia lingua cessauerat prophetarum. Cęlos angeli habitant, & sydera exornant, vtrisque ergo cęli ennarãt gloriam Dei. GRE. Et rationabiliter Iudęis, tanq̃ ratione vtenti- Hom. euangeliorũ 10.
B bus rationale animal. i. angelus prædicare debuit. Gẽtiles vero q̃a ratione vti nesciebant, ad cognoscendum dñm non per vocem, sed per signa perducũtur, quia & illis prophetiæ tanq̃ fidelibus, & istis signa tanq̃ infidelibus data sunt. Eisdem autem gentibus Christũ, cum perfectæ esse ętatis Apostoli pręd icãt, cumque paruulum & necdum per humanioris officium loquentem stella gentibus denuntiat, quia nimirum rationis ordo poscebat, vt loquentem iam dñm, loquentes nobis prædicatores, & necdum loquentem elemẽta muta pręd icarent. LEO Papa in serm. de Epiph. Ipse etiam Serm. 3. de Epiph.
Christus expectatio gentium, de quibus quondam beatissimo patri Abrahę innumerabilis fuit promissa successio, non carnis semine, sed fidei fęcunditate generanda, & ideo stellarum multitudini comparata, vt ab omni gentium patre, non terrena sed cælestis progenies speraretur. Ad credendũ ergo promissæ posteritatis hæredes in syderibus designari, ortu noui syderis excitant, vt in quo cęlum est adhibitum in testimonium, cæli famuletur obsequium.
C CHRY. in Hom. Qũ autem non cælestium vna stellarum hæc Hom. 6.
fuit, manifestum est, nulla. n. alia stellarum hac via procedit, hæc. n. ab oriente in meridiem ferebatur. ita. n. Palestina ad Persidem iacet. Secundo autem a tempore quo videbatur, non. n. in nocte apparuit tantum, sed in media die, quod non est virtutis stellæ, sed nec etiam Lunæ. Tertio ab eo q̃ apparebat, & occultabatur rursus, cum. n. intrauerunt Hierosolymam, occultauit seipsam, deinde vbi Herodem reliquerunt, seipsam monstrauit: neque etiam proprium quendam gressum habebat, sed cum oportebat ire Magos, ibat, quando autem stare oportebat, stabat, sicut & de columna nubis erat in deserto. Quarto, quia non sursum manens partum virginis ostentabat, sed deorsum descendens hoc faciebat, quod non est stella motus, sed virtutis cuiusdam rationalis, unde vr hæc stella virtus inuisibilis fuisse in talem apparentiam formata. REMI. Nonnulli dicunt hanc stellam fuisse Spiritumsanctum, vt ipse qui postea super baptizatum dñm descendit in specie columbæ, in specie stellæ apparuit Magis. Alii dicunt fuisse angelũ, vt ipse qui ap-
D paruit pastoribus, apparuerit etiam Magis. GLO. Sequitur etiam. {In oriente} Vtrum stella in oriente orta sit, an ipsi ibi positi natam & occidentẽ viderint, ambiguum est, potuit. n. nasci in Oriẽte & eos in Hierusalem perducere. AVG. in ser. de Epipha. Sed dicturus es. A quibus audierunt quòd talis. s. stella Christum natũ significaret? profecto ab angelis aliqua monitiõe reuelationis. Quæris fortassis, ab angelis bonis an malis? Christum quidem & angeli mali, hoc est dæmones, filium Dei esse confessi sunt. Sed cur non & a bonis non audierint, quando in Christo adorando salus cor[dis] iam quærebatur, non iniquitas damnabatur? Potuerunt ergo illis & angeli dicere. Stella quã vidistis, Christus est. Ite, adorate illum, sibi natus est, & simul iudicate qualis quantusque natus sit. LEO Papa in serm. de Epiph. Vel præter illam stellæ speciem, quæ Serm. 4.
corporeum incitauit obtuitum fulgentior ueritatis radius eorum corda perdocuit, & hoc quidem ad illuminationem fidei pertinebat. AVG. in lib. de quæst. No. & ve. testa. Vel Iudæorum na- Quęst. 63.
E tum regem intellexerunt, cum stella indice temporalis rex soleat designari. Hi enim Magi Chaldæi non mali uolentia astrorum cursum, sed rerum curiositate speculabantur. Sicut enim datur intelligi, traditionem Balaam sequebantur qui dixit, Orietur stella ex Iacob. vnde videntes stellam extra ordinem mundi, hanc intellexerunt, quã Balaam futuram indicem regis Iudæorum prophetauerat. LEO Papa in serm. de Epiph. Potuerunt autem Serm. 4.
illis credita & intellecta sufficere, vt corporali intuitu non inquirerent, quod plenissimo viso mentis inspexerant, sed diligentia sagacis officij ad videndum, vsque ad puerum perseuerans nostri temporis hominibus seruiebat, vt sicut omnibus nobis profuit, quòd post resurrectionem domini vestigia vulnerum eius, Thomæ apostoli explorauit manus: ita ad nostram vtilitatem proficeret, quòd infantiam ipsius Magorum probauit aspectus. Vnde dicunt { Venimus adorare eum. }
CHRY. super Matth. Sed numquid nesciebant, quia in Hie-

+ illa extitit quia Christus natus unde oporteret non stellam

cumque rege uiuente, alterum regem pronunciat, aut adorat, punitur in sanguine? Sed dum considerabant regem futurum, non timebant pręsentem, adhuc non viderant Christum, & iam parati erant mori pro eo. O beati magi, qui ante conspectum crudelissimi regis, priusquam Christum cognoscerent, Christi facti sunt confessores.

b Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudę. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquàm minima es in principibus Iuda. Ex te. n. exiet dux, q regat populū meū Israel.

¶ b AVG. in ser. de Epiph. Sicut magi desiderant redemptorem, ita Herodes timet successorem, vnde sequitur. { Audiēs autem Herodes rex turbatus est. } GLO. Rex dicitur vt ex collatione eius qui quæritur, hic intelligatur extraneus. CHRY. super Matth. Et ideo turbatur audiens regem natum Iudæis ex genere Iudæorum, cum esset ipse genere Idumeus, ne regno reuoluto iterum ad Iudæos, ipse a Iudæis expelleretur, & semen eius post ipsum præcideretur a regno, semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim rami arborum in excelso positarum, etiam si leuis aura flauerit mouentur, sic & sublimes homines etiam leuis nuntii fama conturbat, humiles autem sicut in conualle plerumque in tranquillitate consistunt. AVG. in serm. de Epiph. (Serm. 2.) Quid autem erit tribunal iudicantis, quando superbos reges timere faciebat natiuitas infantis? Pertimeant regem ad patris dextram iam sedentem, quem rex impius timuit adhuc matris vbera lambentem. (Serm. 4.) LEO Papa in ser. de Epiph. Superfluo tamen Herodes timore turbaris, non capit Christum regio tua. nec mundi dominus potestatis tuę cępit esse contentus angustiis. Quem in Iudæa regnare non uis, ubique regnat. GLO. Vel nō solum propter se timuit, sed propter iram Romanorum: decreuerant enim Romani, ne quis rex uel Deus, sine eorum consilio diceretur. (Vbi supra.) GREG. in Hom. Cęli autem rege nato, rex terrę turbatus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperitur. (Serm. 6.) LEO Papa in serm. de Epiph. Herodes etiam diaboli personam gerit, cuius tunc fuit incentor, ita nunc quoque est indefessus imitator. Cruciatur enim uocatione gentiū, & quotidiana potestatis suę destructione torquetur. CHRY. super Matth. Vterque ergo zelo proprio turbatur, & sui regni successorem timebat, Herodes terrenum, diabolus autem cælestem. Ecce autem & Iudaicus populus turbatur, qui magis de auditu isto gaudere debuerat, quia rex Iudæus surgere dicebatur. Sed turbabantur, quia de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui. Aut certe turbabantur, ne forte iratus Iudaico regi genus eius uexaret. Vnde sequitur { Et omnis hierosolyma cum illo. } GLO. Volens illi fauere quem timebat, populus enim plus iusto eis fauet, quos crudeles sustinet. Sequitur { Et congregans omnes principes sacerdotnm & scribas populi. Vbi nota diligentiam inquirentis, ut si inuenerit faciat quod postea se uelle ostendit, sin autem, accusatus sit Romanis. REMI. Scribę autem dicti sunt, non tamen ab officio scribendi, sed potius ab interpretatione scripturarum, erant enim legis doctores. Sequitur { Sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Hic attendendum est, quia non dixit vbi Christus natus est, sed ubi nasceretur. Callide enim interrogauit eos, ut posset agnoscere si de rege nato lętarentur, Christum autem uocat, quia nouerat inungi regem Iudæorum CHRY. super Matth. Vt quid autem interrogat Herodes, qui non credebat scripturis? aut si credebat, quomodo sperabat posse interficere illum, quem regem futurum esse dicebant? Sed diabolus instigabat, qui credebat, quòd scripturæ non mentiuntur: sic sunt omnes peccatores, qui hoc ipsum quod credunt, perfecte credere non permittuntur, ꝙ enim credunt, veritatis est uirtus, quę non potest esse occulta, ꝙ autem non credunt, excecatio est inimici. Si enim perfecte crederent, sic viuerent quasi post modicum transituri de hoc mundo, nō quasi in æternum mansuri. Sequitur { At illi dixerunt. In Bethleem Iudæ } (Serm. 1.) LEO Papa in ser. de Epiph. Magi quidem humano sensu significatum sibi regis ortum existimauerunt in ciuitate regia esse quærendum, sed qui serui susceperat formam, & non iudicare venerat, sed iudicari, Bethleem pręelegit natiuitati, Hierosolymam passioni. (In ser. conc. Ephesini.) THEO. Si enim maximam Romam elegisset ciuitatem, potentia ciuium mutationem orbis terrarum factam putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati utilitatem ascriberent. Sed quid fecit? omnia egena & uilia elegit, ut diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, (Hom. 10.) propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egenus sit pecuniis, & hoc tibi exponit præsepe. GREG. in Hom. Bene etiam in Bethleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nāque est qui ait. { Ego sum panis viuus, qui de cælo descēdi. } CHRY. super Matthæ. Cum autem debuissent cælare myste-

Hierusalem regnabat Herodes numquid non intelligebant quia quicumque

...præfiniti a Deo, maximem conspectu alienigenæ regis, facti sunt non prædicatores operum Dei, sed proditores mysteriorum eius, & non solum manifestant mysterium, sed etiam propheticum protulerunt exemplum. Vnde subiungunt { Sic enim scriptum est per propheram } scilicet Michæam { Et tu, Bethleem terra Iuda. GLO. Hoc sic ponit, ut ab eis dictum est, qui etsi non verba, veritatem sensus quodammodo ponunt. HIERO. Vnde hic reprehendūtur Iudæi de ignorantia, quoniam prophetia dicit. Tu Bethleem effrata, illi dixerunt. Tu Bethleem terra Iuda. CHRY. super Matthæ. Sed adhuc ipsam prophetiam præcidentes, interficiendorum paruulorum facti sunt causa, sic enim scriptum erat. Ex te exiet rex, qui pascet populum meum Israel, & dies eius a diebus sæculi. Si ergo integram prophetiam G protulissent, considerans Herodes, quia non erat rex terrenus, cuius dies a diebus sæculi erant, in tantum furorem non exarsisset. HIERO. super Matthæ. Est autem sensus prophetię talis. Tu Bethleem terra Iuda, uel effrata (quod ideo dicitur, quia est alia Bethleem in Galgalis sita) quàmuis paruus uicus sis inter millia ciuitatum Iuda, tamen ex te nascetur Christus, qui erit dominator Israel, qui secundum carnem de Dauid est, de me tamen natus est ante sæcula, & ideo dicitur. Egressus eius ab initio a diebus ęternitatis, quia in principio uerbum erat apud Deum. Sed hoc ultimum, ut dictum est, Iudæi tacuerunt, alia uero mutauerunt, uel propter ignorantiam ut dictum est, uel ad maiorem manifestationem, vt Herodi alienigenæ intellectum prophetiæ aperirent, vnde pro eo quòd propheta dixit: Effrata, quod erat nomen antiquum & forte Herodi ignotum, dixerunt, terra Iuda. Pro eo autem quòd propheta dixerat. Minima es in milibus Iuda, uolens osten H dere paruitatem eius quantum ad populi multitudinem, dixerunt. Nequaquàm minima es in principibus Iuda, uolentes ostendere magnitudinem dignitatis, prouenientem ex dignitate principis nascituri, quasi dicerent. Magna es inter ciuitates ex quibus principes prodierunt. REMI. Vel talis est sensus, quàmuis minima uidearis inter urbes principatum habentes, tamen non es minima, { quia ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel } dux autem iste Christus est, qui populum fidelem regit & gubetnat. (Hom. 7.) CHRY. in Hom. Intende autem certitudinem prophetiæ, non enim dixit, quòd in Bethleem erit, sed quòd de Bethleem exiet, ostendens quòd ibi solum nasceretur. Quomodo autem habet rationem de Zorobabel, hæc dicta esse, ut quidam dicunt? non enim exitus eius fuit a principio ex diebus sæculi. Neque etiam ex Bethleem exiuit, cum non in Iudæa, sed in Babylonia natus sit. Est etiam ad hoc quod dicit. Nequaquam mi- I nima es, quia ex te exiet, nullus enim alius illustrem fecit uillam, in qua nasceretur quàm Christus. Post natiuitatem enim a finibus orbis terrarum veniunt visuri præsepe & tugurii locum, non autem dixit. Ex te exiet filius Dei, sed dux qui pascet populum meum Israel, oportebat enim in principio condescendere, ut non scandalizarentur, & quæ ad salutem hominum pertinebant prędicare ut magis inducerentur. Quòd autem dicit { Qui regat populum meum Israel. } Israel enim hic dicit eos, qui crediderunt ex Iudeis, si autem non omnes Christus rexit, eorum est accusatio. De gentibus autem interim tacuit, ne scandalizaret Iudæos. Vide autem mirabilem dispensationem, Iudæi enim, & Magi simul se inuicem docent. Iudæi a Magis audiunt, quòd Christum in orientis regione stella prædicabat, & Magi a Iudæis, quòd prophetæ antiquitus eum nuntiauerunt, ut geminato testimonio confirmati, ardentiori fide expeterent, quem & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat authoritas. AVGVSTI. K in sermo. de Epiph. (Serm. 2.) Poterat enim stella quæ Magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre virgine Deus infans, ad ipsam eos perducere ciuitatem, sed tamen subtraxit se, nec eis prorsus apparuit, (Serm. 6.) donec de ciuitate in qua Christus nasceretur, & ipsi Iudæi dicerent { In Bethleem Iudæ } similes facti fabris archæ Noæ, qui aliis ubi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt, similes lapidibus a miliariis uiam ostenderunt, nec ipsi ambulare potuerunt. Audierunt, & abierunt, inquisitores dixerunt, & remanserunt doctores. Nunc quoque Iudæi simile aliquid nobis exhibere non desinunt, nonnulli enim paganorum, quando eis de scripturis testimonia clara proferimus, ut nouerunt Christum ante prophetatum, suspecti ne forte a Christianis ista conficta sint, malunt credere codicibus Iudęorum, & sicut tunc magi fecerant, Iudęos dimittunt inaniter lectitare, ipsi pergunt fideliter adorare.

rium Regis praefiniti a Deo magis maxime conspectu alienigenae.

c ¶ CHRY.

Universidad de ... Biblioteca

A e ¶ CHRY. super Matth. Postquā audiuit Herodes rn̄sum duplici modo credibile, primum quia a sacerdotibus fuerat dictū, deinde quia exemplo prophetico fuerat comprobatum: non tn̄ ad deuotionem flectitur nasciturì regis: sed ad malitiam interfectionis eius per dolum. vidit.n. quia non poterat magos nec blandimē tis flectere: nec minis terrere, nec auro corrumpere, vt consentirent in interfectionē regis futuri: ideo illos decipere cogitauit. vnde dicit: { Tūc Her. clā voca. Magis. } Occulte autem vocauit eos: vt non viderent Iudæi, quos habebat suspectos: ne forte quasi regem suę gentis amantes proderent cōsilium eius.

c Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellę, quę apparuit eis, & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum: Qui cum audissent regem, abierunt, B d Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniēs staret supra vbi erat puer. e Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eū, & aptis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurum, thus, & myrrhā.

{ Diligenter didicit ab eis tēpus stellę. } REMI. Idcirco diligenter: quia callidus erat, & timebat ne non reuerterentur ad eum, vt tunc sciret quid ageret de puero occidendo. AVG. in serm. de Epipha. Ferme autem biennio ante, visa est stella mirantibus quid esset. Sed tunc intelligitur indicatum eis cuius esset stella, quæ iam diu videbatur quādo natus est, qui per illam significatur. Sed postq̄ Christo nato reuelatum est Magis, venerunt ab oriēte, & 13. die adorauerunt eum, quem ante paucos dies natum fuisse didicerunt. CHRY. in Hom. Vel ante multum tempus hæc stella apparuit, qm̄ multum tempus in itinere erant Magi consumpturi, vt confestim cum natus esset Christo assisterent, eum in fascijs adorantes, vt mirabilior appareret. GLO. Secundum alios vero a die natiuitatis Christi creditur stella tm̄ apparuisse, & peracto officio cū C (In Hom. de Epiph.) noua esset desijt esse. ait.n. { Fulgentius: } Puer natus nouā stellam fabricauit. Cognito autem loco & tempore personam pueri vult nō ignorare. vnde dicit: { Ite, & interrogate diligenter de puero } illud præceperat quod absque præcepto erant facturi. CHRY. in Ho. Non autem dicit: Interrogate de rege: sed de puero: ei.n. etiam nomen potestatis inuiderat. CHRY. super Matth. Ergo vt ad hoc eos induceret, deuotionem promittebat, & per eam gladium acuebat, & malitiam cordis sui humilitatis colore depingebat. Talis est consuetudo omnium malignorum, quando aliquem in occulto grauius lædere volunt, humilitatem illi, & amicitias fingūt. Vnde dicit: { Et cum inueneritis renuntiate mihi, vt ego veniens adorem eum. } GRE. in Hom. Adorare eum se velle simulat, vt quasi hūc si inuenire possit, extinguat. Sequitur: { Qui cum audissent regem, abierunt. } REMI. Audierunt magi Herodem, vt quærerent dominum: sed non vt ad eum reuerterentur. Significabant.n. bonos auditores, qui bona quæ audiunt a malis prædicato- D ribus faciunt: sed tamen opera illorum non imitantur.

(Hom. 7.) d CHRY. super Matth. Ex hoc loco oñditur, quia cum stella deduxisset magos prope Hierusalem abscondita est ab eis, vt relicti a stella cogerentur in Hierusalem interrogare de Christo simul & manifestare, propter duo, primo ad confusionem Iudæorum, qa gentiles stellæ tantummodo visione confirmati, Christum per alienas prouincias requirebant, & Iudæi ab infantia prophetias legentes de Christo, & in suis finibus natum non susceperunt, demum vt interrogati sacerdotes, vnde nascitur Christus, ad præiudicium suum rn̄derent, de Bethleem: quia qui Herodē docuerant de Christo, ipsi ignorabant de illo: & ideo post interrogationem, & rn̄sionem habitam subditur: { Et ecce stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos, } vt considerantes obsequium stellæ, regis intelligerent dignitatem. AVG. in ser. de Epi. Et vt Christo plenum redderet obsequium, temperauit gradum, donec magos perduce- E ret ad puerum. Obsequium prębuit, non imperium adduxit. supplices oñdit, hospitiū radiauit amplissimo lumine, & tecta nati pfudit, sicq; discessit. vñ seqt. { Vsq; dū ve. staret supra, vbi erat puer. } CHRY. super Matth. Quid autem mirum si solæ iustitiæ orituro, stella ministrabat diuina? Stetit.n. supra caput pueri, quasi dicens: Hic est, vt quia loquendo monstrare non poterat, stando demonstraret. GLO. Hic autem apparet, ꝙ stella in aere posita erat, & domui in qua puer erat multum vicina: aliter.n. domum (Cap. 2.) non discreuisset. AMBRO. super Lucam: Hæc autē stella via est, & via Christus, quia secundum incarnationis mysterium Christus est stella: ipse enim est stella splendida & matutina. vnde vbi Herodes est, non videtur. vbi autem Christus: rursum videtur & viam monstrat. REMI. Vel stella significat gratiam Dei, Herodes diabolum. qui autem per peccatum se diabolo subdit: mox gratiam perdit, quòd si per penitentiam recesserit, mox gratiam inuenit, quæ non dimittit: donec perducat ad domum pueri, idest ecclesiam. GLO. Vel stella est illuminatio fidei, quæ ad proximum ducit, quam dum diuertunt ad Iudæos: magi amittunt, quia dum a malis consilium quęrunt, veram illuminationem perdūt.

e ¶ GLO. Postquàm præmisit stellæ obsequium: subiungit euangelista magorum gaudium dicens: { Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. REMI. Et sciendum, quòd non satis fuit dicere euangelistæ. Gauisi sunt. sed addidit: Gaudio magno, & valde. CHRY. sup Matt. Gauisi ergo sunt, qa spes eorum non erat decepta: sed amplius confirmata, quòd tanti itineris non sine causa susceperunt laborem. GLO. Gaudio gaudet, qui propter Deum gaudet, qui est verum gaudium. Addidit autem & magno: quia de magno gaudebant. CHRY. Per mysterium enim stellæ intelligebant, quoniam dignitas tunc nati regis excedebat mensuram omniū mundalium regum: addidit etiam valde. REMI. Quia voluit ostendere, quòd magis gaudent homines de rebus perditis quàm semper possessis. Subditur autem: { Et intrantes domum inuenerunt puerum. } LEO Papa in sermo. de Epiph. (Sermo. 4.) Quantitate paruum, alienę opis indigū, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum, quia sicut fidelia erant testimonia, quæ in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis ostenderent: ita probatissimum debebat esse, sempiternam illam essentiam filij Dei, veram suscepisse hominis naturam. { Cum Maria matre eius. } CHRY. super Matth. Non diademate coronata, aut in lecto aureo recumbente: sed vix tunicam habente vnam, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis qualem habere potuit carpentarij vxor peregre constituta. Si ergo regem terrenum quærentes venissent, magis fuissent confusi quàm gauisi, quia tanti itineris laborem, sine causa suscepissent. Nunc autem quia cælestem regem quærebant. & si nihil regale videbant: in eo tamen solius stellę testimonio contenti, gaudebant oculi eorum contemptibilem puerum aspicere, quia spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat, { vnde procidentes adorauerunt eum. } vident enim hominem, & agnoscunt Deum. RABA. Diuino autem nutu factum est, quòd abierat Ioseph, ne aliqua malæ suspitionis occasio daretur gentibus. GLO. Qui licet morem suæ gentis in donis offerendis sequātur, Arabes enim auro, thure & diuersis generibus aromatum abundant, tamen aliquid mysterij muneribus demonstrare volebant. vnde sequitur: { Aptis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. } GRE. Aurum quippe regi congruit: thus vero in Dei sacrificium ponebatur: myrrha autem mortuorum corpora condiuntur. (Ho. 10. euā.) AVG. in serm. de Epi. Aurum igitur soluitur quasi regi magno, thus immolatur vt Deo, myrrha præbetur quasi pro salute omnium morituro. CHRY. Hæc autem & si tunc non intelligebantur, secundum quasi mysterium ista gerebant, vel quid significaret vnumquodq; munus, eorum nihil contrarium est. Gratia.n. quę illos hæc omnia facere hortabatur, ipsa ordinauerat vniuersa. REMI. Et sciendum, quòd isti non singuli singula obtulerunt: sed singuli tria, & singuli cum suis muneribus, regem Deū & hominem prædicauerunt. CHRY. in Hom. Erubescant ergo Marcion & Paulus samosetanus, qui nolunt videre, quæ magi viderunt ecclesiæ progenitores, Deum in carne adorantes. Nam quòd in carne vera sit, panni monstrant & præsepe. quoniam autem non vt purum hominem adorant, sed vt Deum, demonstrant dona, quæ Deo offerre decens erat. Confundantur & Iudęi videntes se præuentos a Magis, & neque post illos venire studentes. GREGO. (Ho. 10. euā.) Potest & in his aliud intelligi. Auro namque sapientia designatur, Salomone teste, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure quod Deo incenditur, virtus orationis exprimitur, secundum illud. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham vero carnis mortificatio figuratur. Nato ergo regi aurum offerimus, si in conspectu eius sapientiæ lumine splendemus. Thus offerimus, si per orationum studia Deo redolere valeamus. Myrrham offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. GLO. Tres autem viri qui offerunt, significant gentes de tribus partibus mundi venientes. Thesauros aperiunt dum fidem cordis per confessionem ostendunt. Bene autem in domo docentes, ne thesaurum bonę conscientiæ iactando propalemus. Offerunt tria munera, hoc est fidem sanctæ Trinitatis: vel apertis thesauris scripturarum, Historicum, Moralem, & Allegoricum sensum offerunt, vel Logicam, Physicham, & Ethicam, dum illa fidei seruire faciunt.

Universidad de Burgos Biblioteca

f ¶ AVG. in ser. de Epiph. Herodes impius factus ex timore crudelis voluit deseuire. Sed quomodo poterat capere eum, qui ipsas fraudes venerat amputare? Vt ergo eius fraus elideretur, sequitur, {Et responso accepto.} HIERO. Qui.n.munera obtulerunt dño, consequenter rñsum accipiunt. Responsum, qđ græce χρηματισθέντες dr, nõ per angelum fit, sed p ipsum dominũ, vt meritorum Ioseph priuilegium demonstraretur. GLO. Fit autem hæc rñsio per ipsum dñm: quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille qui dicit: Ego sum via. non tñ loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tempus reueletur, & vt vera humanitas habeatur. Dicit autem: Et respon so accepto. Sicut enī Moyses tacit' clamat, sic isti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet voluntas. Dicit autem:{Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam} quia infidelitati miscendi non erant Iudæorum.

f Et respóso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

g Qui cum recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem: Ex ægypto vocaui filium meum.

h Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis: iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erãt in Bethleem & in omnibus finibus eius: a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.

Hom. 8. CHRY. in Ho. Intuere autem Magorum fidem qualiter nõ scãdilizati sunt in seipsis dicentes: Si magnus est puer hic, quæ necessitas fugę est, & occultę recessionis? Hoc.n.est vere fidei non quærere causas eorum, quæ vere præcipiuntur: sed suaderi solũ ab eis. CHRY. sup Matt. Si autem Magi Christum quasi terrenum regem quæsissent: inuenientes eum apud ipsum mansissent: nunc autem adorauerunt & reuersi sunt. Cum autem reuersi fuissent, manserunt colentes Deum magis quàm ante, & prædicantes multos erudierunt. Et denique cum Thomas iuisset ad prouinciam illam, adiuncti sunt & baptizati, facti sunt executores prædicationis ipsius.

Hom. 10. GRE. Magnum vero nobis aliquid Magi innuunt, ꝙ in regionem suam per aliam viam reuertuntur. Regio quippe nr̃a paradisus est ad quem Iesu cognito redire p viam qua venim' phibemur. A regione etenim nr̃a, supbiendo, inobediẽdo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discessimus: sed ad eam necesse est vt flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refrenando, redeamus. CHRY. super Matth. Nec etiam erat possibile, vt quia ab Herode ad Christum venissent, redirent ad Herodem. qui enim relicto Christo ad diabolum transeunt per peccatum, frequenter per pniam reuertuntur ad Christum. Qui enim fuit in innocentia, dum nescit quid sit malum, facile decipit. Sed cũ expertus fuerit malũ quod inuenit, & recordatus bonũ qđ perdidit: cõpunctus redit ad Deum. Qui aũt relicto diabolo, venit ad Christum, difficile redit ad diabolũ, quia dum gaudet in bonis q̃ inuenit, & recordaẽ mala quæ euasit, difficile redit ad malum.

g ¶ RABA. Hic prætermittit Matthæus diẽ purificationis, in qua oportebat primogenitum offerri in templo, & agnum vel par turturum, aut columbarum. Et quàmuis timerent Herodem: tñ non sunt ausi transgredi legem, quin ad tẽplum puerũ deferrẽt. Cum itaq; rumor de puero iam inciperet dilatari: mittitur angelus qui in Aegyptum faciat puerum transportari. vnde dicit: {Angelus do.ap.in som.Ioseph.} REMI. Per hoc, ꝙ semp angelus Ioseph in somnis apparuisse dr̃, mystice designatur: quia illi qui a curis terrenis, & sæcularibus negocijs quiescunt, perfrui angelica visione merenẽ. Dicit ergo ei.{Sur.& acci.pue.& ma.eius.} HILA. Cum desponsatam eam iusto significabat, coniugem nũcupauit: sed post partum mater tm̃ Iesu oñditur, vt quemadmodũ iusto Ioseph deputaretur Mariæ in virginitate coniugium: ita venerabilis eius oñderetur in Iesu matre virginitas. CHRY. super Matt. Non autem dicit, accipe matrem & puerum eius: sed ecõuerso: quia non propter matrem puer natus est: sed propter puerum mr̃ præparata est. Sequitur: {Et fuge in Aegyptum.} Qũo autẽ filius Dei ante hoiem fugit? Aut qs liberet de inimicis, si & ipse inimicos suos timet? Et primum quidem oportet, vt regula humanæ naturæ quã suscepit conseruet, & in hac parte: qa humanæ naturæ, & puerilitati conuenit fugere ptãtem minantem: deinde vt cæteri Christiani cum necessitas persecutionis aduenerit fugere non erubescant. Sed quare in Aegyptũ? Recordatus est.n.dñs, qui non in finem irascitur, quanta mala fecerit super Aegyptum: ideo mittit filium suum in eam, & dat illi magnę reconciliationis signũ, vt decem plagas Aegypti vna medicina sanaret, vt populus qui ante fuerat persecutor ppl'i primogeniti, custos fieret filij vnigeniti, vt quia illi violenter dñati sunt: isti cum deuotione seruirent, vt iã non irent ad mare rubrũ demergendi, sed vocarentur ad aquas baptismatis viuificandi. AVG. in ser.de Epi. Audi etiam magni mysterij sacrm. Moyses aliqñ in Aegypto perfidis clauserat diem:

F illuc Christus adueniens sedentibus in tenebris reddidit lucem, fugit vt illuminaret, nõ fugit vt lateret. Sequitur: {Et esto ibi vsq; dum di.tibi, futurum est.n.vt Hero.quærat pue.ad perdẽdum eũ.} {Putabat.n.infœlix tyrannus saluatoris aduentu regali se solio detrudendum: sed non ita est. non ad hoc venerat Christus, vt alienam gloriam inuaderet: sed vt suam donaret. Sequit:{Qui cõsur.acce.puer.& mat. eius noc. & secessit in Aegyptũ}. HILA. Sidolis plenã: Iam.n. post Iudæorum insẽctationem Iudæã relinquẽs: Christus ad gentes inanissimis religionibus deditas, cõlendus infert. HIE. Qñ igitur tollit puerum & matrẽ eius, vt in Aegyptũ transeat, nocte tollit & ĩ tenebris. qñ vero reuertiẽ in Iudęam: nec nox nec tenebræ ponuntur in euangelio. CHRY. super Matthæ. Omnis.n.persecutionis angustia nox est, refrigeriũ autem dies. RABA. Vel quia luce vera recedente lucis ipsius osores in tenebris remanserunt, ipsa vero redeunte illuminantur. Sermon. de Innoc.

Hom. 8. CHRY. in Hom. Vide autem statim ipso nato tyrannum insanire, & ꝙ mater cum puero ad extraneam effugatur regionem, vt si tu incipiens alicui spirituali rei deseruire, videaris tribulari, nõ turberis: sed oia viriliter feras, hoc hñs exẽplũ. BEDA. Quòd.n. dñs a parentibus sublatus est in Aegyptũ, significat electos sæpius malorũ improbitate suis effugandos ex sedibus, vel etiã exilio dãnandos. H Si quidem ipse qui suis erat præcepturus: Cum vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, primus fecit qđ pręcepit: fugiendo hoiem quasi homo in terra, quem stella Magis paulo ante adorandum monstrauit ex cœlo. REMI. Quòd aũt dñs in Aegyptum iturus esset, prædixerat Isaias cum ait: Ecce dñs ascendet super nubem leuem & ingredietur Aegyptum, & disperdet simulacra Aegypti. REMI. Consuetudo aũt fuit istius euãgelistæ oia quæ dixit cõfirmare: & hoc ideo, quia iudæis scribebat: Ideoq; subiũgit{Vt adimple.quod dictum est a do.per pphe.dicẽ. Ex Aegy.vo.fi.meum.} HIERO. De optimo genere interpratãdi: Hoc.70.interpretes non habẽt: sed in Oseæ propheta iusta Hebraicam scribitur veritatẽ: Quia puer Israel est, & dilexi eum. Et ex Aegypto vocaui filiũ meum, pro quo.70.transtulerunt: Quia paruulus est Israel & dilexi eum, ex Aegypto vocaui filium meũ. Lib.3. in expositione cap.11. HIERO. super Oseæ: Hoc aũt testimonio vtitur euangelista, qa hæc typice referuntur ad Chrm. Notãdum.n.ꝙ in hoc propheta, I & in alijs ita de aduentu Chri, & de uocatione gentiũ prænunciaẽ, vt radix historiæ non penitus deseratur. CHRY. in Hom. Est etiam prophetiæ lex multa multotiẽs dici de alijs, compleri aũt in alijs, sicut de Symeone & Leui dictum est. Diuidam eos in Iacob, & dispergam in Israel, quod non in eis sed in nepotibus cõpletum est, quod & hic apparet. Christus.n.natura Dei filius est, & sic in eo vere prophetia completur. Hom.8. HIERO. Possumus aũt & hunc locũ cõciliare, & inducemus testimoniũ ex Numeris: Deus ex Aegypto vocauit eum, gl'ia eius sicut vnicornis. REMI. Per Ioseph aũt designaẽ ordo pdicatorum, p Mariam sacra Scriptura, per puerum notitia Saluatoris, per persecutionem Herodis persecutio quam passa est ecclesia in hierosolymis, per fugam Ioseph in Aegyptum transitus prædicatorum ad gentes infideles: Aegyptus enim tenebre interpræẽatur. per tempus quo fuit in Aegypto spatium temporis ab ascensione domini, vsque ad aduentum Antichristi, per obitum Herodis, extinctio inuidię in cordibus Iudæorum

K h ¶ CHRY. super Matth. Postquàm paruulus Iesus Magos suo imperio subiugauit, non potestate corporis sed gratia spiritus, irascebatur Herodes, quia quos ipse sedẽs in throno regni suadere non potuit, his Iesus paruulus placuit in præsepio iacens: deinde contemnentes eum, Magi addiderunt causas doloris. vnde dicitur: {Tunc Herodes videns quoniam illu.esset a Magis, ira. est valde.} Illa enim regum ira magna & inextinguibilis est, quam regni zelus accẽdit. Sed quid fecit? {Mittẽs occidit omnes pueros.} Sicut.n.bestia vulnerata, quicquid oculis eius occurrit, quasi actorem sui vulneris dilaniat, sic & ille delusus a Magis iram suam super paruulos diffundebat. Dicebat enim cogitans in furore: Certe Magi puerum inuenerunt, quem regnaturum dicebant, nam rex regni zælo repletus, de his omnia timet, omnia suspicatur. Ideo ergo misit & interfecit omnes paruulos, vt vnum inueniret in oibus. AVG. in ser.de Epi. Et dum insequitur Christum regi nr̃o coæuum, procurauit exercitum stolis victricibus candidatum. AVG. in ser. de Innocentibus. Ecce prophanus hostis beatis Serm.3. paruulis

paruulus nũquàm tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio, nam quantum contra eos iniquitas abundauit, tantũ gratia benedictionis effulsit. IDEM. O paruuli beati: ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum prodesse non existimat Christi: nam qui natus habere potuit prædicatores angelos, narratores cęlos, adoratores Magos, potuit & illis, ne pro eo sic moꝛerentur præstare, si sciret illa morte perituros, & nõ potius maiore fælicitate victuros. Absit vt ad liberãdos homines Christus veniens, de illorum præmio, qui pro illo interficerentur, nihil egerit: qui pendens in ligno pro eis a quibus interficiebaẽ, orauit. RABA. Non est autem cõtentus vastatione bethleem, sed & adiacentia loca vastauit, nec vllam misericordiam ætatis habuit, a filio vnius noctis vsque ad filium duorum annorum: quin omnes occideret. vnde subdit:{In bethleem, & in omnibus finibus eius a bimatu & infra.} AVG. in serm.de Epi. In cælo enim viderant magi ignotissimam stellam non ante paucos dies: sed ante finem biennij, sicut inquirenti Herodi patefecerunt. vnde a bimatu & infra occidit infantes: propter quod sequitur{secundum tempus quod exquisierat a magis.} AVG. in ser.de Inno. Vel quia timebat ne puer cui sidera famulantur, speciem suam paulo super ætatẽ, vel infra trãsformaret, vel ætatem sui temporis occultaret: ideo videtur pueros Lib.2.c.11. a bimatu vsq; ad pueros vnius diei interfecisse. AVG. de con. euan. Vel aliquorum magis propinquantium periculorum terroribus agitatus: Herodes ab illa cura.s.interficiendi pueros mente abrepta in alijs potius occupatur. vel potuit credere magos fallaci stellæ visione deceptos, postea q̃ non inuenerunt quem natum putauerant, erubuisse ad se redire, atque ita timore depulso, a persequendo puero quieuit. & sic completis diebus purgationis, tute cum illo ascendere potuerunt. Quis.n.non videat vnum illum diem regem multis occupatum latere potuisse, deinde vulgatis rebus, quæ in templo dictę factæq; fuerãt: Herodes sensit se a magis illusum: ac deinde sicut hic dicit, multos infantes occidit. In festo Innocen. BEDA. in Ho. In hac autem morte puerorum, omnium Christi martyrũ preciosa est mors designata: ꝙ paruuli occisi sunt, significat per humilitatis meritum ad martyrij perueniendum gloriam, quòd in Bethleẽ & in omnibus finibus eius occisi sunt: ostendit ĩ Iudæa vnde ecclesiæ cępit origo, & vbique per orbem persecutionem sæuituram: ꝙ bini occisi sunt, doctrina & operatione perfectos indicant. Quòd vero infra, simplices: ꝙ illi quidẽ occisi sunt, & Christus euasit, insinuat corpora martyrum ab impijs posse perimi: sed Christum ab eis non posse auferri.

i Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: Vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Hom. 9. i ¶ CHRY. in Hom. Quia euangelista horrore impleuit auditorem, crudelem occisionem narrans: rursus mitigationem apponit: ostendens quòd hæc non facta sunt Deo nequeunte prohibere atque ignorante: sed per prophetam prædicentem. vnde dicit:{Tunc impletum.} Lib.6. in expo.cap.31. HIERO. super Hiere. Hoc Hieremiæ testimonium Matthęus, non secundum Hebraicam veritatem, nec iusta.70.protulit. Ex quo perspicuum est euangelistas, & apostolos non interpretationem alicuius secutos: sed tanquàm Hebræos quod legebant Hebraice suis sermonibus expressisse. HIER. super Matth. Quòd autem dicitur: {In rama.} non putemus loci nomen esse, quod est iusta Gabaa: sed Rama excelsum interpretatur, vt sit sensus. Vox in excelso audita est, i.longe lateq; dispersa. CHRY. super Matth. Vel qm̃ de morte innocẽtium: mittebaẽ ideo in excelso audiebatur, ẽm illud: Vox pauperis penetrat nubes. Quòd autem dicit Ploratus. fletum paruulorum oñdit. Quòd autem dicit Vlulatus, matrum significat lamentum. in paruulis autem mors faciebat finem doloris, in matribus autem semper per memoriam reparatur. & ideo dicit: Vlulatus multus, Rachel plorans filios suos. HIER. De Rachel natus est Beniamin, in cuius tribu non est Bethleem. Quæritur ergo: quomodo Rachel filios Iudæ, i.filios bethleem quasi suos ploret? Respondebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethleem in effrata, & ex corpusculi hospitio, matris nomen accepit: Siue quoniam Iuda & Beniamin duæ tribus iunctę erant, & Herodes præceperat non solum in Bethleem interfici pueros: sed & in omnibus finibus eius: per occisionem Bethleem intelligimus multos etiã de Beniamin fuisse cæsos.

Quæst. 62. AVG. De quæ.no.& ve.test. Vel quia filij Beniamin, qui ad Rachel pertinent: olim a reliquis tribubus extincti sunt, & in præsenti & in futuro erasi. Tunc ergo Rachel cæpit filios suos plangere, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt æternæ vitæ hæredes existerent: cui.n.aliquid aduersum euenit, ex fœlicitate alterius infausta sua miserius luget. REMI. Assumpsit autem sanctus euangelista ad exaggerandam magnitudinem luctus, vt dice-

A ret etiam Rachelem mortuam plorasse filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. HIER. Et hoc secundum duplicem intelligentiam: siue ꝙ eos in æternum mortuos existimaret, siue ꝙ se cõsolari nollet de his, quos sciuit esse victuros, vt sit sensus: Noluit consolari de hoc, ꝙ non essent. HILA. Nõ enim non erant hi, qui mortui putabantur, in æternitatis.n. profectum per martyrij gloriam efferebantur. consolatio autem rei amissæ erat pstanda, nõ auctæ. Rachel ecclesiæ typum prætulit diu sterilis, nunc fœcundæ. huius ploratus ex filijs, non

K Defuncto autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in ęgypto dicens: Surge & accipe puerum & matrẽ eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quęrebant animam pueri.

B iccirco quia peremptos dolebat auditur: sed quia ab his perimebatur, quos primum genitos filios retinere voluisset. RABA. Vel significat eclesiam quidem plorare sanctorum de hoc sæculo ablationem: sed non ita velle se consolari, vt qui sæculum morte vicerunt, rursus ad sæculi certamina secum redeant toleranda, quia non sunt vltra reuocandi in mundum. GLO. Vel non vult cõsolari in præsenti: quia non sunt, sed omnem spem & consolationem ad æternam transmittit vitam. RABA. Bene autem Rachel: quia ouis vel videns dicitur, ecclesiam figurat, cuius tota intẽtio vt Deum contempletur, inuigilat, & ipsa est ouis centesima quam pastor in humeris reportat.

k ¶ EVSEBIVS. Ex ecclesiastica historia: Cum pro sacrilegio, quod Herodes in saluatorem commiserat, & scelere quod inique vox eius peregerat: vltio eum diuina perurgeret in mortem, corpus eius, {vt Iosephus} refert, morbus inuasit diuersus: ita vt diceretur a vatibus non morbi corporis hæc: sed diuinæ vltionis esse supplicia: ipse autem furore iam plenus nobiliores & primarios C ex omni Iudæa ad se colligi, & recludi iubet in carcere: mandans, statim vt spiritum exhalasset, omnes interfici, vt eius obitum omnis Iudæa defleret inuita. Lib.2. Eccl. hist.c.10. Ioseph lib.19.cap.7. Paulo autem antequàm nouissimum spiritum redderet: Antipatrum filium suum iugulauit, post duos pueros quos ante necauerat.s.Alexandrum & Aristobolum: Talis igitur Hærodis finis, qui digna supplicia scelere, quod in Bethleẽ erga paruulos gesserat, & pro insidijs saluatoris exactus est: ab euãgelista designatur cum dicit:{Defuncto autẽ Herode.} HIERO. Multi propter ignorantiam historiæ labuntur in errorem, putantes eundem esse Herodem, a quo in passione dominus irridetur, & qui nunc mortuus esse refertur. Ergo Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai. quẽ Tyberius Cæsar Lugdunũ relegauit, fratremq; eius Herodem successorem regni fecit. Primo ergo Herode defuncto{Ecce apparuit angelus domini in somnis Ioseph in ægypto dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius.} DIONY. In cælest.Hierarch. Cap.4. D Vide qm̃ & ipse Iesus supercęlestibus essentijs super existens, ad id quod secundum nos est immutabiliter veniens, non refugit ad se ordinatam & assumptam humanam ordinationem: sed obediens subditur Dei patris per angelos dispositionibus, & p medios ipsos annunciatur Ioseph a patre disposita filij ad ęgyptum recessio, & iterum ad Iudæam ex ęgypto transductio. CHRY. super Mat. Vides.n. quia Ioseph ad ministerium Mariæ erat electus, eunte enim illa in Aegyptum & redeunte, quis ministerium ei tantę necessitatis impleret: nisi desponsata fuisset? Nam in prima quidem facie Maria puerum nutriebat, & Ioseph conseruabat. reuera autem puer & matrẽ nutriebat, & Ioseph tuebatur. sequitur: {Et vade in terram Israel.} Quasi medicus enim descẽdit in Aegyptum, vt visitaret eã languentem erroribus, nõ vt remaneret in ea. Ratio aũt reuersionis assignatur cũ subditur: {Defuncti sunt enim, qui quærebant animã pueri.} HIER. Ex hoc loco intelligimus non solũ Herodem: sed etiam sacerdotes & scribas eo tpe necem domini fuisse meditatos. E REMI. Sed si multi fuerunt, quomodo in tam breui spatio extincti sunt? quia vt dictum est: Herode mortuo, occisi sunt omnes maiores, qui in custodia tenebanẽ. CHRY. super Matth. Quod dicitur consilio factum esse, quia consenserũt Herodi, vt inquireret puerum & occideret: quia scriptum est: Turbatus est Herodes, & omnis hierosolyma cum illo. REMI. Aut certe locutus est euangelista per speciem tropi, quando multi ponuntur pro vno. In hoc autem quòd dicit: Animã pueri, destruunẽ hæretici, qui dixerunt Christum non sumpsisse animam: sed loco animę habuisse diuinitatem. BEDA in Hom. De Innoc. Quòd aũt occisis pro dño pueris Herodes non longe post obijt, & Ioseph dñm cum matre ad terram Israel reduxit: significat omnes persecutiones, quæ contra eccl'iam erant mouendę, persecutorum morte vindicãdas, & pacem ecclesiæ denuo reddendam, & sanctos qui latuerant ad sua loca reuersuros. vel quòd defuncto Herode, redit ad terram Israel Iesus, denunciat ꝙ Enoch & Helia prædicantibus: Iudęi sopita modernę inuidię flamma, fidem veritatis accipient.

Universidad de Bibliote

1 ¶ GLO. Angelicę admonitioni Ioseph nō inobediens fuit. vnde sequitur: {Qui consurgens accepit pue. & mat. eius & ve. in terram Israel. Non. n. determinauerat angelus, in quo loco terrę Israel, vr dubitante Ioseph iterum reuertatur, & frequentiori visitatione angeli certior redderetur. vnde sequitur: {Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudea p Herode patre suo: timuit illò ire. IOSE. Habuit siquidem Herodes vxores nouem, ex quarum septē numerosām susceptis sobolem: primogenitus eius Antipater ex Iosida, Alexander, & Aristobol² ex Mariamne: Archelaus ex Mathaca Samaritide: Herodes antipas, qui postea tetarcha fuit, & Philippus ex Cleopatra hierosolymitide. Tribus igitur primis ab Herode interfectis, & post mortem eius occasione testamenti patris Archelao gubernationem regni vsurpante, & causa de successione regni ad Cæsarem augustum delata: tandem de consilio Senatus omnem Herodis Monarchiam distribuit: mediam partem. s. Idumeam, & Indæam tradens Archelao sub nomine Tetrarchię, pollicitus se facturum eum regem, si se dignum præbuisset. Mediam vero partem in duas secuit tetrarchias, secessit galilea in partem Herodis tetrarchę: Ituręę vero & traconitidis regio Philippo. Factus est ergo post Herodem defunctum Archelaus quasi Dyarch², quod dominij genus, hic regnum appellat. AVG. de con. euan. Sed hic aliquis quæret, quomodo sicut Lucas narrat: ibant parentes eius per omnes annos pueritiæ Christi in Hierusalem: si Archelai timore ibi prohibebantur accedere? Hoc dissoluere non est difficile: fieri. n. poterat, vt per diem festum, inter tam ingentē turbam latenter ascenderent mox reuersuri: cum tñ alijs diebus habitare metuerent: vt nec solēnitate prætermissa essent irreligiosi: nec continua mansione perspicui. Iste quoque intellectus patet, vt q. Lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalem: tunc accipiamus factum: cum iam non metueretur Archelaus, qui secundum historiam Ioseph, solum. 9. annis regnauit. Sequitur: {Et admonitus in somnis secessit in partes Galileæ.} Sed forte hic quispiam moueatur cum Matthæus dixerit: ideo timuisse Ioseph, cum puero redeuntem ire in Iudęam: quia cum patre suo Herode Archelaus filius eius regnabat, quomodo potuit ire in Galileam: vbi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, vt Lucas testat? Quasi vero ipsa sint tempora quibus puero timebatur, quæ Lucas commemorauit, quæ vsque adeo mutata erant, vt in ipsa Iudæa nō rex esset Archelaus: sed præses Pilatus. GLO. Sed tunc quæritur, quare non timuit Ioseph in Galilæam ire, cum & ibi Archelaus regnaret? Sed melius potuit latere cum puero in Nazareth, quàm in Hierusalem, vbi erat caput regni Archelaus? CHRY. in Ho. Immo quia regionem ortus sui mutauit, res in posterum caligine obducta est. Omnis quippe impetus persequentis in Bethlehem, eiusq; fines defecerat. Venit igitur Ioseph in Nazareth, & periculum fugiens, & in patriam rediens. vnde sequitur: {Et ve. habi. in ciui. quæ voca. Naza. AVG. de con. euang. Forte & hoc mouet, quo dicat Matthæus propterea cum puero Iesu parentes eius isse in galileam, quia metu Archelai in Hierusalem ire noluerint, cum propterea magis isse galilæam videantur, quia ciuitas eorum erat Nazareth galilææ, sicut Lucas non tacuit? Sed intelligendum est, quia vbi angelus in somnis in ægypto dixit ad Ioseph: Vade in terra israel, sic intellectum primo esse a Ioseph, vt putaret rectius esse pergere i Iudæam: ipsa. n. primitus intelligi potuit terra israel. Postquam vero comperit ibi regnare Archelaum, noluit obiicere se periculo, cum posset terra israel etiam & galilæa intelligi, quia & ipsam populus israel incolebat. Quamquam possit & aliter solui, quia potuit videri parentibus Christi, non esse habitandum ibi cum puero: nisi in Hierusalem vbi erat templum domini, & illuc iuissent, nisi Archelai præsentia terrerentur. Non autem diuinitus iubebantur in Iudæa vel Hierusalem habitare, vt de Archelao quod timebant contemnere: sed in terra Israel in qua etiam, vt dictum est, potetat intelligi galilea. HILA. Verum typica ratio conseruata est: Ioseph. n. apostolorum tenet speciem, quibus Christus circūferendus est creditus. Hi tāquàm Herode mortuo, i. populo eius in passione dñi deperdito, iudæis prædicare sunt iussi: missi. n. erant ad oues perditas domus israel: sed manente hæreditariæ infidelitatis dñatu metuunt, & recedūt, admoniti per visum spiritus sancti, donum in gentibus contemplantes ad eas conserūt Christum. RABA. Vel hoc vltima tempora ecclesiæ designat, qñ plurimis iudæorum ad prædicationem Enoch & Heliæ conuer

1 Qui consurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo timuit illò ire, & admonitus in somnis secesit in partes Galileę. Et veniēs habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth, vt ad impleretur quod dictum est per prophetas, quoniā nazareus vocabit.

fis: cæteri ad instinctum Antichristi contra fidem pugnabunt. Pars igitur iudææ in qua regnabat Archelaus Antichristi sequaces oēdit. Nazareth autem galilææ, quo transfertur Christus, parte eiusdem gentis, quæ fidem est susceptura designat. vnde galilæa transmigratio, Nazareth autem flos virtutum interpretatur, quia ecclesia quo ardentius a terrenis ad cælestia transmigrat, eo magis virtutum flore & germine abūdat. GLO. Huic autem prophetæ testimonium adiūgit dicens: {Vt imple. quod dixit per p. phe. quoniā Nazar. voca.} HIERO. Si fixum de scripturis posuisset exemplum: nūquàm diceret: Quod dictum est per prophetas: sed simpliciter: Quòd dictum est per prophetam. Nunc aūt pluraliter prophetas vocans: oēdit se non verba de scripturis sumpsisse, sed sensum. Nazareus interpretatur sanctus, sanctum autem dñm futurum oīs scriptura commemorat. Possumus & aliter dicere, q. etiam eisdem verbis iusta Hebraicam veritatem in Isaia scriptum sit: Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius consurget. CHRY. super Matth. Aut forte legerunt, & aliquos prophetas ita dicentes, qui non sunt nobis canonizati, sicut Nathan & Esdra. Et qñ hoc prophetatum erat, manifestat Philippus dicens ad Nathanaelem: quē scripsit Moyses in lege, inuenimus Iesum a Nazareth. vnde etiam prius Christiani Nazarei vocabantur: sed apud Antiochiam mutatum est hoc nomen, & dicti sunt Christiani. AVG. de cō. euā. Hæc autem omniā, quæ sunt a narratione Magorum, & deinceps Lucas tacet: hoc proinde cognoscendum, q. deinceps ad cætera valeat, sic vnumquęq; euangelistarum contexere narrationem suam, vt tanē nihil prætermittētis series digesta videatur. tacitis. n. quæ non vult dicere, sic ea quæ vult dicere illis quæ dicebat adiūgit, vt ipsa continuo sequi videantur. Sed cum alter dicit ea, quæ alter tacuit, diligenter ordo consideratus indicat locum: vbi ea potuerit a quo prætermissa sunt transilire.

Lib. 17. c. 1.

Lib. 2. c. 10.

Lib. 2. ca. 8.

Lib. 2. ca. 9.

Lib. 2. ca. 5.

Lib. 2. ca. 6.

Hom. 14.

CAP. III.

IN diebus autem illis venit Ioānes baptista prędicans in deserto iudeę & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Hic est enim de quo dictum est per Isaiam prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius.

CAP. III.

CHRY. super Matth. Sol appropians anteq̄ appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, vt præcedens aurora aduentum diei demonstret: sic dñs natus in mundo, anteq̄ appareat, per doctrinam spiritus sui fulgore transmisso illuminauit Ioannem, vt præcedens ille aduentū annuncier saluatoris: & ideo post ortum Christi enarratum, doctrinam eius enarraturus euangelista, & baptismum in quo testimonium habuit de præcursore, & baptista præmittit dicēs: {In diebus autem illis venit Ioan. bapti. prędi. in deserto.} REMI. His autem verbis beati Ioannis non solum tempus, & locum, & personam: sed etiam officium & studium demonstrat. Tempus generale demonstrat cum dicit: In diebus autem illis. AVG. de con. euang. Hoc autem tempus Lucas per terrenas potestates expressit cum dixit: Anno. 15. Sed intelligere debemus Matthæum cum diceret: In diebus illis, in multo longiori spacio accipi voluisse: mox enim vt narrauit regressum de ægypto Christum, quod vtiq; tempore pueritiæ vel infantiæ factum est, vt possit stare quod Lucas de illo cum. 12. esset annorum narrauit, continuo intulit: In diebus autem illis. non vtique pueritiæ tantum illius dies insinuans: sed omnes dies ab eius natiuitate vsque quo prædicare cæpit Ioānes. REMI. Personam ostendit cum dicit. Venit Ioannes, i. manifestauit se, qui iādiu prius latuerat. CHRY. in Hom. Sed quare necessarium fuit, vt Ioannes Christum pręueniret operum testimonio Christum prędicante? primo quidem vt hic Christi dignitatem discas, q. sicut pater, ita & ipse prophetas habet: secundū illud Zacharię. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Deinde vt nullam causam inuerecundię iudęis relinquat, quod & ipse demōstrat dicens: Venit Ioannes neque manducans neque bibens, & dicunt dęmonium habet. venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt. Ecce homo edax. Sed & aliter necessarium erat ab alio prius dici, quę de Christo erant, & non ab ipso: aliàs iudęi quid dixissent, qui post testimonium Ioannis dixerunt: Tu testimonium perhibes de teipso? testimonium tuum non est verum. REMI. Officium subiungit cum dicit: Baptista. in quo domini viam pręparauit. nisi enim baptizari homines consuescerent, baptismum Christi abhorrerent. Studium ostendit: cum ait: Prędicans. RABA. Quia etiam Christus prędicaturus erat. postquàm enim visum fuit idoneum tempus. s. circa triginta annos incipiens prædicationē suam, viam dño pręparauit. REMI. Locum

Cat. Aur. S. Thom. B 4 modo

cum subiungit dicens: In deserto iudeæ. MAX. Vbi ad prædicationem eius nec insolens turba prostreperet: nec infidelis auditor rediret: sed hi tm audire possent, q. prædicationē cura diuini cultus expeterent. HIERO. super Isaiam: Vel in hoc considerandum est, q. salutare Dei, & gloria domini non prædicatur in Hierusalem: sed in solitudine ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine. HILA. Vel etiam ad Iudæam venit desertam Dei frequentatione non populi, vt prædicationis locus, eorum quibus prædicatio erat missa, sollicitudinem testaretur. GLO. Vel typice desertum significat vitam a mundi illecebris segregatam, quæ pœnitentibus competit. AVG. in lib. de Pœnitentia: Nisi autem pœniteat aliquem vitæ veteris, nouam non potest inchoare. HILA. Et ideo pœnitentiam regno cælorum appropinquante pronunciat, per quam est reditus ab errore, recursus a crimine, & post vitiorū pudorem professio desinendi dicens: Pœnitentiam agite. CHRY. super Matthæ. Vbi manifestat in ipso principio, quia benigni regis est nuncius: non enim peccatoribus minas intendebat: sed indulgentiam promittebat. Solent reges nato sibi filio, indulgentiam in regno suo donare: sed ante transmittunt acerbissimos exactores. Deus autem nato sibi filio, volens donare indulgentiam peccatorum, prætermisit quasi exactorem exigentem & dicentem: Pœnitentiam agite. O exactio quæ non facit pauperes: sed diuites reddit. Nam cum quis debitum iustitiæ suæ reddiderit, Deo nihil præstat, sed sibi lucrum suæ salutis acquirit. Pœnitentia. n. cor eorum dat, sensus illuminat, & ad susceptionem Christi præparat humana præcordia. vnde subiungit: Appropinquabit enim regnum cælorum. HIERO. Prius Baptista Ioannes regnum cælorum prædicat, vt præcursor domini hoc honoretur priuilegio. CHRY. in Hom. Ideoq; quod nunq̄ Iudæi audierant, neque etiam a prophetis cœlos, & regnum quod ibi est prædicant, & nihil de cętero de terra dicit: Sic ergo ex nouitate eorum, quæ dicuntur exigit eos, ad quærendum qui prædicatur. REMI. Regnum autem cælorum quatuor modis dicitur, nempe Christus, secundum illud. Regnum Dei intra vos est. Sancta scriptura, secundum illud. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Sancta ecclesia, secundum illud. {Simile est regnum cælorum decem virginibus.} Supernum solium, secundum illud. {Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent in regno cælorum.} & hoc totū hic potest intelligi. GLO. Dicit autem: Appropinquabit enim regnum cælorum: quia nisi appropinquare, nemo redire posset: quia infirmi & cæci, via quæ est Christus, carebant. AVG. de Con. euāg. Hæc autem verba Ioannis, alij euangelistæ prætermiserunt. Iam vero quod sequitur: Hic est qui dictus est per Isaiam prophe. di. Vox clamantis in deser. rec. facite semitas eius. ambigue positum est, nec elucet: vtrum ex persona sua euangelista commemorauit, an ad hæc verba eiusdem Ioannis secutus adiunxerit, vt totum hoc Ioannes dixisse intelligatur: Pœnitentiam agite, appro. enim regn. cœlorum. Hic est enim &c. Neq;. n. hoc mouere dicitur, quia nō ait: Ego sum, sed Hic est. Nam & Matthęus dixit: Inuenit hominem sedentem in telonio, & non dixit: Inuenit me: quod si ita est, non est mirum, si & interrogatus quis diceret de seipso: sicut narrat Ioannes euangelista respondit: Ego vox clamantis in deserto. GREG. in Ho. Sciturautem, quia vnigenitus filius verbum patris vocatur, secundum illud: In principio erat verbum. Ex ipsa autem nostra locutione cognoscimur: quia vox sonat, vt verbum possit audiri. Aduentum itaq; dñi Ioannes præcurrens vox dicitur, quia per eius mysterium patris verbum ab hominibus auditur. CHRY. super Matthæ. Vox etiam est sonus confusus, nullum secretum cordis ostendens, sed hoc tantūmodo significans, quia vult aliquid dicere ille qui clamat. Verbum autem est sermo, mysterium cordis aperiens. Ad hæc vox inter hoies & aialia cōis est, verbum autē est hominum tm. Ideo ergo Ioannes dictus est vox: non verbum, quia per eum Deus, sua consilia non demonstrauit: sed hoc solū, q. Deus aliquid facere in oibus meditabatur, postea autem per filium suum plenissime mysterium suę voluntatis aperuit. RABA. Qui recte vox clamantis ob fortitudinem prædicationis dicitur. Tribus autem modis clamor accidit, hoc est, si longe positus est cui loquatur, si surdus, si per indignationem, & hæc humano generi acciderunt. GLO. Est igitur Ioannes quasi vox verbi clamantis. verbum. n. clamat in voce, i. Christus in Ioanne. BEDA. Sicut etiā & clamauit in oibus, qui a principio aliquid diuinitus dixerunt: & tm iste solus est vox. quia per eum pśens verbū oīditur, quod alij longe nunciauerunt. GREG. Ipse autem Ioannes est clamas in deserto, quia derelictę ac destitutę iudeę solatium redemptoris annunciat. REMI. Quantum aūt ad historiam attinet, in deserto clamabat: quia remotus erat a turbis iudęorū. Quid autem clamet: insinuat cum subiungit: Parate viam dñi. CHRY. sup Matth. Sicut. n. magno regi in expeditionem venturo præparatores præcedunt, qui sordida abluunt, dirupta componunt, sic & dominum nostrum præcessit Ioannes, qui ab humanis cordibus pœnitentiæ scopis peccatorum sordes eiiceret, & quæ dissipata fuerāt spiritualium præceptorum ordinatione componeret. GREGO. in Hom. Omnis autem, qui fidem rectam, & bona opera prædicat. domino ad corda audientium viam parat. Rectas domino semitas facit, dum mundas in animo cogitationes per sermonē bonę prædicationis formar. GLO. Vel fides est via qua verbum ad cor descendit, cum mores in melius mutantur, fiunt semitæ rectæ.

b ¶ CHRY. super Matth. Postquàm ostendit, quia ipse est vox clamantis in deserto, prudenter euangelista subiunxit: {Ipse autem Ioannes.} In quo ostenditur, quæ sit vita ipsius: nam ipse quidem testificabatur de Christo, vita autē eius de ipso. nemo autē potest esse alterius testis idoneus, nisi prior fuerit suus. HILA. Fuerant enim prædicanti Ioanni & locus opportunior, & vestitus vtilior, & cibus aptior. HIERO. De pilis. n. camelorum habebat vestimentum, non de lana. aliud austerę vestis indiciū est, aliud luxuriæ mollioris. CHRY. super Matth. Seruis autem Dei nō conuenit habere vestimentum ad speciem visionis vel ad carnis delectamentum, sed tm regumentum nuditatis. habebat. n. Ioannes vestem non mollem neque delicatam: sed cilicinam, grauem & asperam, & conterentem corpus, potius quàm fouentem, vt de virtute animæ eius, ipse habitus corporis loqueretur. Sequitur: {Et zo. pelli. circa lumbos suos.} Consuetudo enim erat apud Iudæos vt zonis laneis vterentur: ideo iste quasi durius aliquid facere volens, zona pellicea cingebatur. HIERO. Porro quod sequitur: Esca eius erat locustæ & mel siluestre, habitatoris solitudinis congruum est, vt non delicias ciborum: sed necessitates humanæ carnis expleret. RABA. Tenui victu contentus, & ex minutis volatilibus, & melle inuento in truncis arborum. In dictis autem Arnulphi galliarum Episcopi, reperimus minimum genus locustarum fuisse in deserto Iudææ, quæ corpusculis in modum digiti manus exilibus, & breuibus in herbis facile capiuntur, coctæq; in oleo pauperem præbent gustum. Similiter narrat in eodem deserto esse arbores habentes lata folia & rotunda: lactei coloris & mel liti saporis, quæ natura fragilia manibus fricantur & æduntur. Et hoc est quod mel siluestræ dicitur. REMI. Sub hoc autem habitu vestimentorum, & vtilitate ciborum ostendit se peccata totius generis humani deflere. RAB. Potest & habitus & gustus eius, qualitatem internę conuersationis exprimere. nam austeriori bus vtebatur indumentis, quia vitam peccantium increpauit. zona quidē pellicea, qua cinctus fuit & Helias, mortificationis est indiciū. Locustas & mel siluestre ædebat, quia dulcius sapiebat turbis prædicatio eius: sed citius finem sortita est. in melle. n. dulcedo, in locustis est alacer volatus: sed cito deciduus. REMI. Per Ioannem autem, qui Dei gratia interpretatur significatur Christus, qui muudo gratiam attulit. per vestimentum illius designatur ecclesia gentium. HILA. Cum exuuijs immundarum pecudum, quibus gentiles pares existimantur, Christi prædicator induitur, fitq; sanctificatum habitu prophetali, quicquid in eis vel inutile fuerat, vel sordidum. zonæ aūt præcinctio, efficax in omne opus bonum est apparatus, vt ad omne ministerium Christi simus accincti. In esum etiam eliguntur locustę fugaces homini, & ad omnem aduentum nostri sensus euolantes, nos, s. qui ab omni sermone & congressu ipsis quibusdam corporis saltibus efferebamur voluntate vagi, in operibus inutiles, in verbis quæruli, sede peregrini, nunc sumus sanctorum alimonia & satietas prophetarum electi simul cum melle siluestri, dulcissimum ex nobis cibum non ex aluearijs legis, sed ex truncis siluestrium arborum præbituri.

c ¶ CHRY. super Matthæ. Conuersatione Ioannis exposita, conuenienter subinngit: Tunc exibat ad eum, amplius enim resonabat conuersatio vitæ eius in eremo, quàm vox clamoris ipsius. CHRY. in Homelia. Erat enim mirabile in humano corpore tantam patientiam videre, quod denique & Iudæos magis attrahebat, magnum Heliam in eo videntes. Conferebat autem ad stuporem, quòd dereliquerat eos gratia prophetarum, & post longum tempus reuersa videbatur ad eos. Prædicationis etiam modus immutatus ad id proderat: nihil. n. assuetorum apud alios prophetas audiebant, puta prælia & victorias Babylonicas & Persicas, fed cælos, & quidē illic regnum & supplicium gehennæ. Dicit autem: {Tunc exibat ad eū Hieroso. & ois iudæa, & ois regio circa Ior. & bapti. ab eo in Iord. GLO. Baptismo pcurrente, non peccata dimittente. REMI. Baptismus. n. Ioannis figuram gerebat cathecuminorū: nam sicut

Lib. 11. in ex po. ca. 40.

Remigij sęculo, nō erat huiusmodi capitulorū enumeratio, sed per incuriam, ex margine in textum transla ta est.

Ho. 7. euan.

Ho. 7. euan.

Ho. 20. euā

Hom. 10.

Universidad de … Biblioteca

modo catechizantur pueri,vt digni fiant ſacramento baptiſmatis: ita Ioannes baptizabat vt baptizati ab eo, poſtea deuote viuendo digni fierent accedere ad Chriſti baptiſmum. In iordane autem baptizabat,vt ibi aperiretur ianua regni cæleſtis, vbi datus eſt aditus filijs Iſrael terram promiſſionis intrandi. Sequitur {Confitentes pctā ſua.}

d Videns autem multos phariſæorum, & ſaducęorum venientes ad baptiſmū ſuum, dixit eis. Progenies viperarū quis demonſtrabit vobis fugere a vētura ira. Facite ergo fructum dignum pœnitentię. Et ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

CHRY. ſuper Matth. Ad cōparationem enim ſanctitatis Ioannis, quis poterat arbitrari ſe iuſtum? Sicut.n.veſtis cādida ſi fuerit poſita iuſta niuem ad comparationem niuis ſordida inuenieť, ſic ad comparationē Ioānis, omnis homo videbatur imundus: & ideo peccata ſua confitebantur. Confeſſio autem peccarotum teſtimonium eſt conſcientiæ timentis Deum. Perfectus.n.timor ſoluit omnem pudorem. Illic autem turpitudo confeſſionis aſpicitur,vbi futuri iudicij pœna non creditur. Et qa ipſum erubeſcere pœna eſt grauis: ideo iubet nos Deus confiteri peccata noſtra,vt verecundiam patiamur pro pœna, nam & hoc ipſum pars iudicij eſt: RA. Bene autem qui baptizandi erant exire ad prophetam dicuntur: quia niſi quis ab infirmitate recedat, pompæ diaboli ac mundi illęcebris abrenunciet, baptiſmum ſalubre conſequi non poterit. Bene autem in Iordane, qui deſcenſio eorum dicitur: baptizātur: quia de ſuperbia vitæ ad humilitatem verę confeſſionis deſcenderant. Exemplum aūt iam tunc confitendi peccata, ac meliorem vitam promittendi baptizandis dabatur.

Lib.3.ca.1. ¶ d GREG. in Paſto. Pro qualitate audientium formari debet ſermo doctorum, vt & ad ſua ſingulis congruat: & tamen a communis ædificationis arce numq̄ recedat. GLO. Vnde neceſſe fuit, vt poſt doctrinam quam Ioannes turbis tradiderat, euangeliſta etiam illius doctrinæ faceret mentionem qua inſtruxit eos, qui prouectiores videbantur. Et ideo dicit: {Videns autē multi phari-
Lib.8.ca.4. ſæi & ſaducei veni.ad bap.ſuum.} ISIDO. In lib. Etymolog. Phariſæi & ſaducei, inter ſe contrarij ſunt: nam phariſæi ex Hebræo in Latinum interpretantur diuiſi, eo quòd traditionum, & obſeruationum iuſtitiam præferunt: vnde diuiſi vocantur a populo quaſi per iuſtitiam. Saducei interpretantur iuſti: vendicant.n. ſibi quod non ſunt, corporum reſurrectionem negant, & animam cum corpore interire prædicant. Hi tantum quinque libros legis recipiunt, prophetarum vaticinia reſpuunt. GLO. Hos ergo qui inter Iudæos maiores videbantur, videns Ioannes ad baptiſmum ſuum venire, dixit eis: {Progenies viperarum, quis vobis demonſtrabit fugere a ventura ira?} REMI. Cōſuetudo ſcripturarum eſt ab imitatione operum nomina imponere, ſecundum illud: Pater tuus Amorreus, ſic & iſti ab imitatione viperarum progenies viperarum dicuntur. CHRY. ſuper Matth. Sicut enim artificioſus medicus ſi viderit ægrotantis colorem, intelligit ſpeciem paſſionis, ſic Ioannes venientium ad ſe phariſæorum prauas cogitationes intellexit: forſitan enim apud ſe cogitauerūt: Imus, & confitemur peccata noſtra, nullum laborem nobis imponit, baptizamur, & conſequimur indulgentiam peccatorum. Inſipiens, numquid facta digeſtione impuritatis non eſt neceſſaria ſumptio medicinæ? ſic multa diligētia neceſſaria eſt homini poſt confeſſionem & baptiſmum, vt vulnus peccatorum perfecte ſanetur, ideo dicit: Progenies viperarum. Natura enim viperarum eſt, ꝙ ſtatim cum momorderit hominem currit ad aquam, quam ſi non inuenerit moritur: ideo iſtos dicebat progeniem viperarum: quia peccata mortifera committentes currebant ad baptiſmum, vt ſicut viperæ per aquam tantum pericula mortis euaderent. Item viperarum natura eſt rumpere viſcera matrum ſuarū, & ſic naſci. quoniam ergo iudæi aſſidue perſequentes prophetas corruperunt matrem ſuam ſynagogam: ideo progenies viperarum nuncupantur. Item viperę a foris ſpecioſæ ſunt & quaſi pictæ: intus autem veneno replete: ita & iſti pulchritudinem ſanctitatis oſtendebant in vultu. REMI. Cum ergo dicitur: Quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira? ſubauditur, niſi Deus. CHRY. ſuper Matth. Vel quis vobis demonſtrauit: num Iſaias propheta? abſit. Si.n.ipſe vos docuiſſet non ſpē in aquam poneretis tm̄: ſed etiam in operibꝰ bonis. ille.n.dicit: Lauamini, & mūdi eſtote, auferte nequitiam ab aīabus veſtris, diſcite benefacere. Numquid etiam Dauid dicens: Lauabis me & ſuper niuē dealbabor? Abſit. ille.n.ſic dicit poſtea: Sacrificiū Deo ſpūs contribulatus. Si ergo eſſetis diſcipuli Dauid: cum gemitu ad baptiſmum veniretis. REMI. Si vero, quis demonſtrabit, ſub futuro legatur tpe, hic eſt ſenſus: Quis doctor, qs prædicator dabit vobis conſilium, vt poſſitis euadere iram æternæ damnationis? AVG. in lib. de Ci. dei: Deus autem propter quādam operum ſiſ̄itudinem, non propter affectionum infirmitatē ſm ſcripturas iraſcitur: nec tn̄ vlla paſſione turbatur. hoc.n.verbū vin

F dictæ vſurpauit effectus, non ille turbulentus affectus. Si ergo vultis effugere, facite dignū fructum pniæ. GRE. in Hom. In quibus verbis notandum eſt, ꝙ non ſolum fructum pniæ: ſed dignos Hom. 20. in euang.
pniæ admonet eſſe faciendos. Sciendum.n.eſt, quia quiſquis illicita nulla commiſit, huic iure conceditur vt licitis vtatur. At ſiquis in culpam lapſus eſt, tanto a ſe debet licita abſcindere, quāto ſe meminit & illicita perpetraſſe. Vniuſcuiuſque ergo conſcientia conuenitur, vt tanto maiora quærat bonorum operum lucra ꝑ pniam, quanto grauiora ſibi intulerit damna per culpā: ſed

G Iudæi de generis nobilitate gloriantes: iccirco ſe agnoſcere peccatores nolebant: quia de Abrahæ ſtirpe deſcenderant: & ideo eis recte dicitur: {Et ne velitis dicere intra vos, patrē habemus Abrahā} Hom. 11.
CHRY. in Ho. Hæc autem dixit, non prohibens illos dicere ex illo ſe eſſe: ſed prohibet in hoc confidere: virtuti aīæ non inſiſtētes. CHRY. ſuper Matth. Quid.n.prodeſt ei quē ſordidant mores gñatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Melius eſt.n.alicui, vt in eo glorientur parentes, quia talē filium habent: q̄ vt ipſe in parentibus glorieť. Sic & vos nolite gloriari dicentes, quia patrem habemus Abrahā: ſed magis erubēſcite: quia filij eſtis eius, & ſanctitatis eius non eſtis hæredes. De adulterio.n.natus vr̄, qui nō aſſimilat patrem. Parentum igitur gloriam excludit dicens: Et ne velitis dicere. RABA. Quia ergo præco veritatis ad dignum pniæ fructum faciēdum eos incitare volebat, ad humilitatem prouocabat ſine qua nullus pœnitere pōt: ſubdēs:

H Dico.n.vo.qm̄.po.eſt Deus de lapi.iſtis ſuſci.fi.Abrahæ. REMI. Fertur, ꝙ in eo loco prædicauit Ioannes circa Iordanem, vbi iubēte Deo.12.lapides de medio alueo iordanis ſublati poſiti ſunt. potuit ergo fieri vt hos demonſtrando diceret. De lapidibus iſtis. HIERO. In quo Dei indicat potentiam, ꝙ qui de nihilo cuncta fecerat, poſſet & de ſaxis duriſſimis populū procreare. GLO. Prima.n. ſunt rudimenta fidei credere Deum poſſe quicquid voluerit CHRY. in Hom. Ex lapidibus autem generari homines, ſic eſt ei, ꝙ ex Sara proceſſit Iſaac. vñ & propheta dicit: Aſpicite ad petram de qua exciſi eſtis. Huius igitur prophetiæ eos memores faciens, monſtrat ꝙ poſſibile eſt, nunc etiā ſimile fieri. RABA. Vel aliter: Lapidum nomine gentes ſignificatæ ſunt, quæ lapides coluerunt. CHRY. ſuper Matth. Item lapis durus eſt ad opus: ſed cum factum fuerit opus ex eo deficere neſcit, ſic & gentes cum difficultate crediderunt quidem: tñ credentes permanent in æternum in fide. HIER. Lege Ezechi. Auferam inquit a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum in lapide duritia, in carne

I mollitudo mōſtratur. RABA. De lapidibus ergo filij Abrahæ ſuſcitati ſunt: quia dum gentiles in Abrahæ ſemine, i. in Chriſto crediderunt, eius filij facti ſunt, cuius ſemini ſunt vniti. Sequitur: {Iam.n.ſecuris ad radicē arboris poſita eſt.} CHRY. ſuꝑ Mat. Securis eſt acutiſſima ira conſummationis, quæ totum præciſura eſt mundum. Sed ſi poſita eſt, quare non præcidit? quia rationabiles ſunt arbores, & in poteſtate habent facere bonum aut non facere, vt videntes ad radices ſuas poſitā eſſe ſecurim, timeant & faciant fructum. Ergo denunciatio iræ, quod eſt ſecuris poſitio: etſi ī malis nihil agat: tñ a malis ſegregat bonos. HIERO. Vel ſecuris eſt prædicatio euangelij: iuxta Hieremiam, qui verbum domini comparat ſecuri cedenti petram. GRE. in ho. Vel ſecuris Hom.20.
eſt redemptor noſter, qui velut ex manubrio, & ferro ex diuinitate conſtans & humanitate: tenetur ex humanitate, ſed incidit ex diuinitate, quæ videlicet ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: quia etſi per patientiam expectat: videtur tamen quid factura eſt. {Om-

K nis enim arb.quæ nō fa.fru.bo.excidetur, & in ig: mittetur.} Quia vnuſquiſq; peruerſus paratam citius gehennę concremationem inuenit, qui hæc fructum boni operis facere contēnit. Securim aūt non iuſta ramos poſitam, ſed ad radicem dicit. cum.n.malorum filij tolluntur, rami infructuoſæ arboris abſcindunt, cum vero tota ſimul progenies cum parente tollitur, infructuoſa arbor a radice abſciſa eſt, ne remaneant vnde praua iterum ſoboles ſuccreſcat. CHRY. in Hom. Cum autem dicit: Omnis excludit primatū, Hom. 11.
qui eſt a nobilitate, quaſi dicat: Etſi nepos fueris Abrahæ, ſuſtinebis pœnam ſine fructu manens. RA. Quatuor autem ſunt ſpēs arborum, quarum vna tota eſt arida, cui aſſimilantur pagani: altera viridis, ſed ſine fructu, cui aſſimilantur hypocritæ: tertia viridis & fructuoſa, ſed venenoſa, cui aſſimilantur hæretici: quarta viridis eſt & fructum bonū gignit: cui aſſimilantur viri catholici. GRE. Hom. 20.
in Ho. Igitur omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur & in ignem mittetur: quia paratam gehennę concremationem inuenit, qui hic boni operis fructum facere contemnit.

e ¶ GLO.

e ¶ GLO. Quia in præcedentibus verbis Ioannes explicauerat, quod ſupra ſummarie de agēda pœnitentia prædicauit: reſtabat, vt etiā diſtinctius prædicaret, quod de regni cœlorum appropinquatione iam dixerat: & ideo dixit: {Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. GREG. in Homil. Ioannes, non in ſpiritu, ſed in aqua baptizat, quia peccata ſoluere nō valebat. corpora quidem per aquam lauat, ſed tamen animas per veniā nō lauat.

e Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calciamenta portare. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni.

Hom. 10. CHRY. in Homiliario. Cum enim nōdū eſſet oblata hoſtia, neque peccatum ſolutum eſſet, nec ſpiritus deſcendiſſet in aquam: qualiter fieret remiſſio peccatorum? Sed quia Iudæi nequaquam propria ſentiebant peccata, & hoc erat eis cauſa malorum: aduenit Ioannes in cognitionem eos ducens propriorum peccatorum pœnitētiam memorando. GREGO. in Homiliario: Cur ergo baptizat, qui peccata non relaxat, niſi vt præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, qui naſciturum naſcendo præuenerat, baptizaturum quoq; dominum baptizando præueniret? CHRY. ſuper Matthæ. Vel miſſus erat Ioannes ad baptizandum, vt ad baptiſmum veniētibus præſentiam filij Dei in corpore prędicaret, ſicut ipſe teſtať alibi dicens: vt manifeſtetur in Iſrael: ideo ego veni in aqua bapti-
Tract.4. zare. AVG. ſuper Ioannem: Vel ideo baptizat, quia oportebat baptizari Chriſtum. Sed quare non ſolus ipſe baptizatus eſt a Ioāne, ſi ad hoc miſſus erat Ioannes per quē baptizaretur Chriſtus? Quia ſi ſolus Dominus baptizatus eſſet baptiſmate Ioānis, non deeſſent, qui putarent baptiſmum Ioannis maiorem eſſe q̄ baptiſmū Chriſti, vſque adeo, vt ſolus Chriſtus eo baptizari meruiſſet. RABA. Vel ideo baptizat, vt pœnitentes hoc ſignaculo ab impœnitentibus ſecernendo ad baptiſmum dirigat Chriſti. CHRY. ſuper Matthæ. Quia ergo propter Chriſtum baptizabat: ideo ad Chriſtum venientibus ipſum prædicat appariturum, & eminentiam poteſtatis eius annunciat dicens: {Qui autē poſt me venturus eſt, fortior me eſt. REMI. Sciendum eſt autem, ꝙ quinque modis venit Chriſtus poſt Ioannem, naſcendo, prædicando, baptizando, moriendo, & ad inferos deſcendendo. Et pulchre dominus dicitur fortior Ioanne, quia ille purus homo, hic vero Deus & homo. RABA. Ac ſi Ioannes dicat: Ego quidē fortis ſum ad pœnitentiam inuitando, ille peccata remittēdo: ego regnum cœlorum prædicando, ille donando: ego in aqua baptizā-
Hom.11. do, ille in ſpiritu. CHRY. in Homiliario: Cum autem audieris: {Quia fortior me eſt.} ne æſtimes ſm comparationē me hoc dicere: neque enim inter ſeruos illius ordinari ſum dignus, vt viliſſimam miniſterij ſuſciperem particulam. vnde ſubdit: {Cuius D
non ſum dignus calciamenta portare. HILA. Apoſtolis enim circunferendo prædicationis gloriam derelinquens, quibus ſpecioſis pedibus pacem Dei erat debitum nunciare. CHRY. ſuper Matthæum: Vel per pedes Chriſti intelligere poſſumus Chriſtianos, præcipue Apoſtolos cæteroſque prædicatores, inter quos erat Ioannes Baptiſta, calciamenta autem ſunt infirmitates, quibus operit prædicatores. Hæc ergo calciamēta Chriſti omnes prædicatores portant: & Ioannes etiam portabat, ſed ſe dignum non eſſe portare pronunciat, vt maiorem oſtenderet gratiam Chriſti meritis ſuis. HIERO. in alio Euangelio ait: {Cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti. hic humilitas, ibi miniſterium demonſtrať, quia Chriſtus cum ſponſus ſit, & Ioannes nō mereatur ſponſi corrigiam ſoluere, ne vocetur domus eius iuxta legem Moyſi, & exemplum Ruth domus diſcalciati. CHRY. ſuper Matthæum. Quia vero nemo poteſt dare dignius beneficiū, q̄ ipſe eſt, nec facere alterum quod ipſe nō eſt: recte ſubdit. {Ille vos E
baptizabit in Spiritu ſancto, & igni}. Ioannes quidem cum ſit corporalis, ſpiritualem baptiſmum dare non poteſt, ſed baptizat in aqua, quæ corpus eſt: & ideo corpus cū corpore baptizat. Chriſtꝰ autem ſpiritus eſt, quia Deus eſt. Spiritus etiam ſanctus, ſpiritus eſt: anima quoque, ſpiritus eſt: ideo ſpiritus cum ſpiritu, ſpiritum noſtrum baptizat, Baptiſmus autem ſpiritus proficit, quia ingrediens ſpiritus circumplectitur animam, & quaſi muro quodam inexpugnabili circuit eam: & non permittit, vt carnales concupiſcentiæ præualeant contra eam. non quidem facit, vt caro non cōcupiſcat: ſed tenet animam, vt ei non conſentiat. Et quoniā Chriſtus iudex eſt, baptizat in igne, ideſt in tentationibus: in igne autē baptizare non poteſt homo purus. Ille enim tentandi habet licentiam, qui remunerandi habet poteſtatem. hic autem baptiſmus tribulationis, ideſt ignis comburit carnem, vt non germinet concupiſcentias: nam caro ſpirituales quidem pœnas non timet, ſed carnales. Ideo ergo dominus ſuper ſeruos ſuos carnales tribulationes mittit, vt timens anguſtias ſuas caro non concupiſcat malum. Vides ergo quia ſpiritus repellit concupiſcentias, & præualere nō

A ſinit. ignis autem ipſas concupiſcentiarum radices comburit. HIERO. Vel in Spiritu ſancto, & igni, quia ignis eſt Spiritus ſanctus, quo deſcendente, ſedit quaſi ignis ſuper linguas credentiū Et impletus eſt ſermo domini dicens: Ignem veni mittere in terram, ſiue quia in præſenti ſpiritu baptizamur, & in futuro igni, ſm illud Apoſtoli: Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probauit. CHRY. in Homiliario: Non autem dicit: Dabit vobis Spiritumſanctum: {ſed baptizat vos in Spiritu ſancto copiam gratiæ metaphorice oſtēdens. Hom.11.

Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum: paleas autem comburet igni ineſtinguibili.

Per hoc etiā monſtratur, ꝙ ſola voluntate etiam in fide in-
B diget ad iuſtificandum: non laboribus, & ſudoribus: & ſicut facile eſt baptizari, ita facile eſt per eum tranſmutari, & fieri meliores. In genere vero vehementiam gratiæ, quæ vinci non poſſit demōſtrat, & vt intelligat, ꝙ ſimiles antiquis & magnis Prophetis repēte ſuos faciat: propter hoc.n.ignis meminit, quia plures viſionum prophetalium per ignem apparuerunt. CHRY. ſuper Matth. Patet ergo, ꝙ baptiſmus Chriſti non ſoluit Ioannis baptiſmum: ſed in ſe incluſit. qui.n.baptizatur in nomine Chriſti, vtrumque baptiſmum habet, & aquæ, & ſpūs, quia Chriſtus & ſpūs erat & corpus ſuſcepit, vt & corporale, & ſpirituale baptiſma daret. Ioannis autem baptiſmus non includit in ſe baptiſmum Chriſti, quia quod minus eſt, maius in ſe includere non poteſt. Ideo Apoſtolus cum inueniſſet quoſdā Epheſios Ioannis baptiſmate baptizatos: iterum baptizauit eos in nomine Chriſti, quia in ſpiritu non erāt baptizati: qm̄ & Chriſtus iterum baptizauit eos, qui a Ioanne fuerant baptizati, ſicut ſermo Ioannis demonſtrat dicens: {Ego vos
C baptizo in aqua, ille vos baptizabit in ſpiritu. nec videbatur iterum baptizare, ſed ſemel, quia enim amplius erat baptiſma Chriſti q̄ Ioannis: nouum dabatur, & non iteratum. HILA. Salutis igitur noſtræ, & iudicij tempus deſignati in Dño dicens: {Baptizabit vos in Spūſancto, & igne.} quia baptizatis in Spūſctō reliquū ſit conſummari igne iudicij. vnde ſubditur: {Cuius ventilabrum in manu ſua. RABA. Per ventilabrum. i. paleam diſcretio iuſti examinis deſignatur, quod habet dominus in manu. i. in poteſtate, quia Pater omne iudicium dedit filio. Sequitur: Et permundabit aream ſuā. CHRY. ſuper Matth. Area. i. eccleſia, Horreū vero regnū cœleſte: Ager aūt hic mundus. Mittens ergo dñs Apoſtolos, cæteroſq; doctores quaſi meſſores: præcidit oēs gentes de mūdo, & in aream eccleſię congregauit. hic ergo trituradi ſumus: hic ventilandi. oēs.n.hoīes in rebus carnalibus delectantur, ſicut grana in palea. ſed qui fidelis eſt, & boni cordis habet medullam: mox

D vt leuiter tribulatus fuerit, negligens carnalia currit ad dominum: ſi autem modicę fidei fuerit: vix cum grandi trribulatione Qui autem omnino infidelis eſt & vacuus quamtumcumq; cōtritus fuerit, non tranſit ad Deum. Triticum autem cum primū trituratum fuerit, iacet cum paleis in vno loco cōfuſum: poſtea autem ventilatur vt ſeparetur, ſic & in vna eccleſia fideles cum infidelibus habentur commixti, ideo mouetur perſecutio quaſi ventus vt ventilabro Chriſti iactati, quia iam diſiuncti fuerant actibus, ſeparentur & locis. & vide quia non dixit. Mundabit aream ſuam: ſed permundabit. neceſſe eſt enim, vt diuerſis modis tentetur eccleſia, donec permūdetur. Et primum quidē ventilauerūt illam Iudęi: deinde Gentiles, modo Heretici, poſtmodum peruentilabit Antichriſtus. Sicut enim quando modica eſt aura non permundatur tota tritici maſſa: ſed leuiores paleę iactantur, grauiores autem remanent, ſic & modo modico flatu tentationis ſufflante peſſimi homines recedunt. Si autem ſurre-
E xerit maior tempeſtas: ēt illi qui videntur eſſe ſtabiles ſunt exituri. ideo neceſſaria eſt tentatio maior, vt permūdetur eccleſia. REMI. Hanc etiā aream. ſ. eccleſiā dñs mundat in hac vita cū vel per iudicium ſacerdotum mali de eccleſia tolluntur, vel per mortem de hac vita abſcinduntur. RABA. Vniuerſaliter autem areæ purgatio in fine perficietur, quando mittet angelos ſuos filius hominis, & colliget de regno ſuo omnia ſcandala.
GREG. xxxiiij. Mor. Nam poſt trituram vitæ præſentis in Cap.3.
qua nunc triticum ſub paleis gemit, ita illo extremi iudicij ventilabro triticum paleaq; diſcernitur, vt nec in tritici horreū paleæ tranſeant, nec in palearum ignem horrei grana dilabantur. & hoc eſt quod ſequitur. {Et congre.triti.ſuum in hor.paleas autem combu.igni inextin.} HILA. Triticum ſuum perfectos, ſcilicet credentium fructus dicit cœleſtibus horreis recondendum, paleas vero infructuoſorum hominum inanitatem. RA. Verum hoc inter paleas & zizania diſtat, ꝙ paleæ nō alio quàm triticorum ſemine prodeunt, zizania vero de diuerſo. Paleæ ergo ſunt, qui fidei ſacramentis imbuuntur: ſed ſolidi non ſunt, zizania vero, qui & opere & profeſſione ſecernuntur a bonorum

norum

Universidad de Biblioteca

norum sorte. REMI. Ignis autē inextinguibilis dicitur pœna æternæ damnationis, siue quia quos semel suscepit numquā extinguit, sed semper cruciat: siue ad differentiam ignis purgatorij, qui ad tempus accēditur & extinguitur. AVG. de Concord. euang. Si autem quæritur, quæ verba potius Ioannes baptista dixerit: vtrum

Li.2.ca.12.

quæ Matthęus, an quæ Lucas, an quæ Marcus eum dixisse commemorat, nullo modo hic laborandum esse iudicat, qui prudenter intelligit ipsas sententias esse necessarias cognoscendę veritati quibuslibet verbis fuerint explicatæ. Et in hoc apparet non debere eos arbitrari mentiri, quanquam si pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt, vel viderunt, non eodem modo, atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata. Quisquis autem dicit euangelistis per Spiritumsancti potētiam hoc potuisse concedi, vt nec in genere verborum, nec in ordine, nec in numero discreparent: non intelligit quanto amplius euangelistarum excellit auctoritas, tanto magis per eos fuisse firmandam cæterorū hominum veram loquentium fecuritatem. Quod autem alius dixit. {Cuius non sum dignus calciamēta portare.} alius vero. {Calciamenti corrigiam soluere,} nō verbis tantum, sed & re ipsa videtur aliud esse. Merito ergo quæri potest. quod horum Ioannes dixerit? Verum etiā videtur narrasse, qui hoc potuit narrare quod ille dixit, qui autem aliud, etsi non est mentitus certe, vel oblitus aliquid pro alio dixisse putabitur. Omnem autem falsitatem abesse ab euangelistis decet, nō solum eam, quæ mentiendo promittit, sed etiam eam, quæ obliuiscendo, ita si ad rem pertinet aliquid aliud intelligere. Ex vtroque dictorum recte existimandum est Ioannem vtrumque dixisse, siue aliud alio tempore, siue confestim. Si autem nihil intendit Ioannes cum de calciamentis domini diceret, nisi excellentiam eius, & suam humilitatem, quodlibet dictorum dixerit: eandem tñ sententiam tenuit, quisquis etiam verbis suis per calciamentorum commemorationem eandem significationem humilitatis expræssit. vnde ab eadem volūtate non aberrauit. Vtilis ergo modus & memoriæ commendandus non esse mendacium cum quisque voluntatē eius explicat, de quo aliquid narrat etiam dicens aliquid aliud quod ille non dixit: voluntatem tamen suam explicauit eandem quam & ille, cuius verba commemorat. Ita enim salubriter dicimus nihil aliud esse quærendum, q̄ quid velit ille, qui loquitur.

f ¶ GLO. Postquam prædicatione sui præcursoris Christus mundo prænunciatus est, tandem qui diu latuerat: hominibus se manifestare voluit. vnde dicitur: {Tunc venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannē, vt baptizaret ab eo.} REMI. Est sciendū, quòd in his verbis describuntur personæ, loca, & tępus & officiū. tempus cum dicit: {Tunc.} RABA. Quando, scilicet tricenarius erat, in quo ostendit nullum, vel Sacerdotem, vel Prædicatorem debere instituī, nisi sit perfectæ ętatis. Ioseph tricenarius regimen Aegypti suscepit. Dauid ea ætate regnum inchoauit. Ezechiel sub eodem tempore Prophetiam promeruit. CHRY. in Homil. Quia etiam post baptismum hunc legem cessare oportebat: hac ætate ad baptismum venit, qui potest omnia peccata suscipere, vt lege seruata nullus dicat, quia ideo eam soluit, quia implere non potuit. CHRY. super Matthæ. Tunc etiam, scilicet quando Ioannes prædicauerat: Pœnitentiam agite. vt cō firmaret prædicationem ipsius, & vt testimonium acciperet a Ioanne. Sicut autem cum processerit Luciser, lux solis non expectat occasum Luciferi: sed eo procedente ægreditur, & suo lumine obscurat illius candorem: sic & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes implere: sed adhuc eo docente apparuit. REMI. Personę ponuntur, cum dicit: {Venit Iesus ad Ioannem.} i. Deus ad hominem, Dominus ad seruum, Rex ad militem, lux ad lucernam. Loca designātur, cum dicit: {A Galilæa in Iordanem.} Galilæa enim transmigratio interpretatur. Quicumque ergo vult baptizari, transmigret de vitijs ad virtutes, & veniendo ad baptismum se humiliet. Iordanis enim interpretat descensus. AVG. Multa autem mirabilia in hoc flumine sæpius facta esse scriptura sancta commemorat, inter cætera dicens: {Iordanis conuersus est retrorsum, ante quidem, retrorsum aquæ conuersæ fuerant: modo retrorsum peccata conuersa sunt, sicut etiam Helias in Iordane diuisionem fecit aquarum, & Christus in eodem Iordane separationem operatus est peccatorum. REMI. Officium designatur cum sequitur: {Vt baptizaretur ab eo. CHRY. super Matth. Non vt ipse remissionem peccatorum acciperet per baptismum, sed vt sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis. AVG. Saluator enim ideo baptizari voluit, non vt sibi mundiciam acquireret, sed vt nobis fluenta mundaret. Ex quo ipse in aquam demergitur, ex eo omnium peccata abluit aqua. Nec mirū q̄ aquam, hoc est substantiam corporalem ad purificandam animam dicimus peruenire, peruenit plane, & penetrat conscientię vniuersa latibula. Quāuis enim ipsa sit subtilis, & tenuis, benedictione tamen Christi facta subtilior: occultas vitæ causas ad secreta mentis subtiliore rore pertransit. Subtilior enim benedictionum cursus q̄ aquarum meatus. vnde quæ de Saluatoris baptismate benedictio fluxit, tanquam fluuius spiritalis omnium gurgitum tractus vniuersorum fontiū venas impleuit. CHRY. super Matthæ. Adhuc autem ad baptismum venit, vt qui humanam susceptit naturam, totum humanæ naturæ inueniatur impleſſe mysterium, nam quāuis ipse non erat peccator: tamen naturam suscepit peccatricem. Propterea etsi pro se baptismate non egebat, tamen in alijs carnalis natura opus habebat. AVG. in Sermo. de Epi. Item ideo baptizari voluit, quia voluit facere, quod faciendū omnibus imperabat, vt bonus magister doctrinam suam non tam verbis insinuaret, quām actibus exerceret. AVG. super Ioannem: Hinc ergo dignatus est a Ioanne baptizari, vt cognoscerent serui, quanta alacritate debeant currere ad baptisma Domini, quādo ipse non dedignatus est accipere baptisma serui. HIE. Item baptizari voluit, vt baptismate suo, Ioannis baptisma cōprobaret. CHRY. in Homil. Quia vero baptismus pœnitentiæ erat, & in demonstrationem delictorum inducebatur, ne aliquis æstimaret, q̄ hac ratione Christus ad Iordanem venit: ideo venienti dixit: {Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?} quasi dicat. CHRY. super Matthæ. Vt tu me baptizes, est idonea ratio, vt iustus efficiar, & dignus cœlo. vt autem ego te baptizem, quæ est ratio? Omne bonum de cœlo descendit in terram, non de terra ascēdit in cœlum. HILA. Denique a Ioanne baptizari prohibetur, vt Deus: & ita in se fieri oportere vt homo docet. Vnde sequitur: {Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modo.} HIERO. Pulchre dixit modo, vt ostenderet Christum in aqua a Ioanne, Ioannem a Christo spiritu baptizandum. Sine aliter: {Sine modo,} vt qui formam serui assumpsi, expleam & humilitatem eius, alioquin scito te in die iudicij meo esse baptismate baptizandum. vel {Sine modo,} vt dicit Dominus, habeo & aliud baptisma, quo & baptizandus sum. Tu me baptizas in aqua, vt ego te baptizem per me in sanguine tuo. CHRY. super Matth. In quo etiam ostendit, quia postea Christus baptizauit Ioannem, quāmuis etiam in apocryphis libris hoc manifeste scriptum sit. Sed modo sine, vt iustitiam baptismatis non verbis, sed factis adimpleam: prius suscipiam, postea prædicabo. Vnde sequit: {Sic enim decet nos omnē implere iustitia.} vbi non hoc significat, vt si fuerit baptizat⁹ adimpleat omnem iustitiam, sed sic, idest quemadmodum baptismatis iustitiam prius factis impleuit, postea prædicauit: sic & omnem aliam iustitiam, ſm illud. Cœpit Iesus facere, & docere. Aut ita: sic oportet nos implere omnem iustitiam baptismi. i. ſm dispensationem humanæ naturæ. Sicut enim impleuit iustitiam nascendi, crescendi, & similium. HILA. Erat & per eum omnis implenda iustitia, per quem solum lex poterat impleri. HIERO. Non autem addit iustitiam legis sue naturæ, vt vtrumque intelligam⁹. REMI. Vel sic: Decet, nos implere omnem iustitiam. i. ostendere exemplum omnis implendę iustitiæ in baptismo: sine quo non aperitur aditus regni cælestis. vel etiam discunt superbi exēplum humilitatis: ut non dedignentur baptizari ab humilibus mēbris: dum viderint me baptizatum a te Ioanne seruo meo. Illa autem est uera humilitas, quam comes obedientia sequitur: vnde subditur: Tunc dimisit eum. i. ad ultimum assensum præbuit, ut baptizaret eum.

g ¶ AVG. in ser. de Epi. Quia ut dictum est, cum saluator noster abluitur, iam tunc nostrum baptismum tota aqua mundatur, vt secuturis postmodū populis, lauacri gratia ministretur. Oportuit etiam Christi baptismo ea designari, quæ per baptismū consequuntur fideles. vnde dicitur. {Baptizatus autem Iesus, cōfestim ascendit de aqua.} CHRY. super Matth. Factū Christi ad misterium pertinet omnium quo postmodum fuerant baptizandi, & ideo dixit confestim. Et non dixit simpliciter ascendit, quia omnes qui digne baptizantur in Christo, confestim de aqua ascendūt, idest proficiunt ad uirtutes, & ad dignitatem subleuantur cælestem. Qui enim in aquam ingressi fuerant carnales & filii Adę peccatores: confestim de aqua ascendunt spiritales filii dei facti. si autem quidam ex sua culpa nihil proficiunt baptizati, quid ad baptismum? RABA. Quid ergo nobis dominus sui corporis intinctu baptismi lauacrum dedicauit nobis, quam prius acceptum baptisma cæli aditum patere & spiritum sanctum demonstrauit: vnde sequitur. {Et aperti sunt ei cœli.} HIERO. Non reserationē elementorum, sed spiritalibus oculis, sicut & Ezechiel in principio voluminis sui apertos esse commemorat. CHRY. super Matth. Si enim ipsa creatura cœlorum rupta fuisset, non dixisset. {Aperti sunt ei,} quia quod corporaliter aperitur, omnib⁹ est apertum. Sed dicet aliquis: quid enim ante oculos filij Dei clausi fuerant cœli, q̄ etiam in terra constitutus erat in cœlo?

h Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

tum Dei descendentem, sicut columbam: & venientem super se.

Sed sciendum, q̄ sicut ſm dispensationem humanā baptizatus est: sic secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cęli. secundum autem naturam diuinam erat in cęlis. REMI. Sed nunquid tunc primo aperti sunt ei cęli: etiam ſm humanam naturā? fides enim ecclesiæ & credit, & tenet q̄ non minus aperti sunt ei cęli ante, quām post. Ideo ergo dicitur: quòd aperti sunt ei cęli: quia omnibus renatis aperitur ianua regni cęlestis. CHRY. super Matthæū. Forte enim erant inuisibilia quædam obstacula prius, quibus obsistentibus animę defunctorum non poterant introire cęlos. Nullam enim animam ante Christum arbitror ascēdisse in cęlum ex quo peccauit Adam: & clausi sunt cęli. Sed ecce baptizato Christo aperti sunt tantum. Postquām vero tyrannū vincit per crucem, quia nō erant necessarię portę cęlo nunquām claudendo, non dicunt angeli: Aperite portas: iam enim erant apertæ: sed Tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur cæli, & vident ea quæ sunt in cælo: non carnalibus oculis uidendo: sed spiritalibus fidei credendo, Aut ita: Cæli sunt scripturæ diuinæ quas omnes legunt, non tamen omnes intelligunt, nisi qui fuerint sic baptizati: vt accipiant spiritum sanctum. Vnde & apostolis primitus erant clausæ scripturæ prophetarum: sed accepto spiritu sancto, reseratę sunt eis omnes scripturæ. Tamen quocumque modo intelligatur, cœli aperti sunt ei, idest omnib⁹ propter eū: sicut si imperator alicui pro alio petenti dicat: Hoc beneficiū non illi do: sed tibi idest propter te illi. GLO. Vel tantus splendor circunfulsit Christum in baptismo: vt empyreum videretur cęlum reseratum esse. CHRY. in ho. Si autem tu non vides non incredulus sis. Etenim in principiis spiritalium rerum semper sensibiles apparent visiones, propter illos qui nullam intelligētiam incorporalis naturæ suscipere possunt, vt si postea nō fiāt, ex his quæ semel facta sunt recipiant fidem. REMI. Sicut autē omnibus per baptismum renatis aperitur ianua regni cælestis, ita omnes in baptismate accipiunt dona spiritussancti. Ideo subdit: {Et vi. spi. Dei descen. sicut colum. & ve. super se. AVG. in ser. de Epi. Christus enim postquām natus est hominibus renascitur sacramentis: vt quemadmodum tunc eum miramur incorrupta matre progenitum, ita & nunc suscipiamus illum pura vnda submersum. filium enim genuit mater & casta est, Christum lauit vnda: & sancta est. Denique spiritussanctus qui tunc illi intvtero affuit: modo eum in gurgite circunfulsit. qui tunc Mariā castificauit: nunc fluenta sanctificat. Vnde dicit: {Et vidit spiritū dei descendentem. CHRY. super Matt. Ideo autem spiritussanctus speciem columbæ suscipit: quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix est charitatis: omnes autem iustitiæ species, quas habent serui dei in veritate: possunt habere serui diaboli in similatione. Solam autem charitatem sancti spiritus non potest immundus spiritus imitari. Ideo ergo hanc priuatam speciem charitatis sibi seruauit spiritussanctus: quia per nullius testimonium sic cognoscitur vbi est spiritussanctus: sicut per gratiam charitatis. RABA. Significātur etiam quatuor virtutes in baptizatis per columbam. Columba enim secus fluenta habitat: vt viso accipitre, mergat se & euadat. Meliora grana eligit: alienos pullos nutrit, non lacerat rostro, felle caret, in cauernis petrę nidificat: gemitum pro cantu habet: ita & sancti secus diuinæ scripturæ fluenta resident vt incursum diaboli euadant: sanas sententias quibus pascantur eligunt, non hæreticas. homines qui diaboli fuerunt pulli idest imitatores, doctrina nutriunt & exemplo, bonas sententias lacerando non peruertunt hęreticorum more. Ira irreconciliabili carent, in plagis mortis Christi qui petra firma est, nidum ponunt, idest suum refugium & spem, sicut etiam alij delectantur in cantu, ita ipsi in gemitu pro peccatis. CHRY. in ho. Veteris etiam recordatur historiæ. in diluuio apparuit hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem orbis tranquillitatem annuncians, quæ omnia typus erant futurorum. Etenim nūc columba apparet, liberatorem nobis demonstrans, & pro ramo oliuæ adoptionē gñi humano affert. AVG. Li. 2. de Tri. Est autē in promptu intelligere cur spiritussanctus missus dicatur, cum in ipsum dominum corpo rali specie velut columba descendit, facta est enim quædam creaturæ species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur spiritussanctus. Hęc autem operatio visibiliter expressa, & oculis oblatā mortalibus, missio spiritussancti dicta est, non vt appareret inuisibilis eius substantia, sed vt corda hominū exterioribus visis commota, ad occultam æternitatem conuerterentur. Non autem sic assumpta est creatura in qua spiritussanctus apparuit in vnitate, scilicet personæ, sicut assumpta est humana illa forma ex virgine. Neque enim columbam beatificauit spiritus, aut sibi in personæ suæ unitatem in æternum coniunxit.

Proinde, quamquā illa columba spiritus dicta sit, vt ostenderetur per columbā spiritum demōstratum, non tamen ita possumus dicere spiritumsanctum & Deum & columbam, sicut dicimus filium & Deum & hominem, nec sicut dicimus filium agnū Dei, non solum Ioanne Baptista dicente, sed etiam Ioanne Euāgelista vidēte agnum occisum in Apocalypsi, illi quippe uisio prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spiritales imagines corporum. De illa vero columba nullus vnquām dubitauit, quin oculis visa sit, nec sicut dicimus filium petram. (scriptum est enim, Petra erat Christus.) ita possumus dicere spiritū columbā. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi quem significabat, non autem sic illa columba, quæ ad hæc tantūmodo significanda repente extitit. Magis autem simile hoc mihi videtur flammę illi quæ in rubo apparuit Moysi, & illi quam populus in eremo sequebatur, & fulguribus ac tonitruis quæ fiebat dum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis extitit species, vt aliquid significaret atque præteriret. propterhas ergo corporales formas missus dicitur spiritussanctus, illæ uero species corporales ad demonstrandum quòd opus fuit, ad tempus apparuerunt, & esse postea desiterunt. HIERO. Sedit autem columba super caput Iesu, nequis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad domin um. vnde sequitur. {Et venientem super se.}

h ¶ AVG. in Ser. de Epiph. Non enim vt ante per Moysen, aut prophetas nec p typos, aut figuras, venturum in carne pater filium docuit, sed palam venisse monstrauit dicens. {Hic est filius meus.} HILA. Vel vt ex his quæ consumabantur in Christo cognosceremus post aquæ lauacrum, & de cęlestibus portis sanctū in nos spiritum immolare, & cęlestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione filios Dei fieri. HIERO. Mysterium autem Trinitatis in baptismate demonstratur: dominus baptizatur, spiritus descendit in habitu columbæ, patris vox filio testimonium perhibentis auditur. AVG. in Ser. de Epiph. Nec mirum si in dominico lauacro mysterium non defuit Trinitatis, cum nostrum lauacrum Trinitatis compleat sacramentū. voluit enim Dominus primo circa se exhibere, quod erat postea humano generi præcepturus. AVG. de Fide ad Petrum. Quāmuis autem Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint vna natura, firmissimē tamē tene tres esse personas, Patremq̄ solum esse, qui dixit. {Hic est filius meus dilectus.} Et filium solum esse, super quem illa vox Patris insonuit, & Spiritumsanctum solum esse, qui in specie Columbæ super Christum baptizatum descendit. AVG. 4. de Trini. Hæc autem opera sunt totius Trinitatis. In sua quippe substantia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnum sunt, sine ullis interuallis temporum, vel locorum. In meis autem uocibus separati sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, nec simul dici poterunt, & in literis usibilibus sua separatim locorum spacia tenuerunt, quia similitudine vtrumque cognoscitur inseparabilem in seipsa Trinitatem per uisibilis creaturæ speciem separabiliter demonstrari. q̄ autem solius Patris uox sit, ostenditur ex hoc quod dicit: {Hic est filius meus.} HILA. in libro de Trini. Non solū nomine contestatus est eum esse filium, sed proprietate. Multi. nos filij Dei sumus, sed non talis est hic filius. hic enim & ꝓprius & uerus est filius origine non adoptione, ueritate non nuncupatione, natiuitate non creatione. AVG. super Ioannem. Pater autem diligit Filium, sed quomodo Pater Filium, non quomodo Dominus seruum, sed quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Et ideo subditur. {In quo mihi complacui.} REMI. Vel ad humanitatem Christi referatur si legatur. {In quo mihi complacui.} talis est sensus, in quo mihi complacui, quia istum solū repperi sine peccato. Si uero legatur. {In quo mihi complacuit,} subauditur placitum meum constituere, ut per eum agerem, quæ agenda sunt, idest genus humanum redimere. AVG. de Conuan. Hæc autem uerba, & alij duo, Marcus & Lucas similiter narrant, sed de uerbis uocis, quæ de cęlo facta est, variant locutionem salua tamen sententia. Quod enim Matthæus ait dictum. {hic est filius meus dilectus.} & alij duo dicunt. {Tu es filius meus dilectus.} ad eandem sententiam explicandam ualet. uox enim cęlestis unū horum dixit. sed euangelista ostendere uoluit ad id ualere quod dictum est. {Hic est filius meus.} ut illis potius, qui audiebant inducaretur, ꝓ ipse esset filius Dei, atque ita dictum referre uoluit. {Tu es filius meus.} ac si illi diceretur. {Hic est filius meus.} Non enim

Christo

Tract. 5

Hom. 12.

Hom. 12.

Sermo. de Tem. 36.

Cap. 5. & 6.

Cap. 2.

Cap. 21.

Tract. 14.

Lib. 2. c. 14.

Universidad de … Biblioteca

Christo indicabatur quod sciebat:sed audiebant qui aderant, propter quos vox facta est. Iam vero quod alius dicit: {In quo mihi complacui.} alius: {In te complacuit mihi.} Si quæris quid horū illa voce sonuerit, quodlibet accipe: dum intelligas eos, qui non eandem locutionem retulerunt: eadem retulisse sententiam. quòd enim Deus in filio sibi complacuit: admonetur aliquis ex eo, quod dictum est. In te complacui. quòd autem in filio pater placuerit hominibus: admonetur ex eo quod dictum est: {in te complacuit mihi.} seu intelligatur hoc dictum esse ab omnibus Euangelistis tanquam diceretur. In te complacitum meum constitui: hoc est, implere quod mihi placet.

CAP. IIII.

Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, vt tētaret a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: postea esurijt. b Et accedens tentator: dixit ei;

CAP. IIII.

CHRY. super Matthæ. Postquam baptizatus est Dominus a Ioanne in aqua: ducitur a spiritu in desertū, vt batizaretur igne tentationis. vnde dicitur. { Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu.} { Tunc} scilicet quando Pater clamauit de cœlo: {Hic est filius meus dilectus.}
Hom.13. CHRY. in Homiliario. Quisquis ergo post baptismum maiores sustinet tentationes non turberis: etenim propter hoc accepisti arma, vt non vaces, sed vt prælieris. Ideo autem tentationem a te Deus non prohibet. primum quidem, vt discas, quoniam multo factus es fortior. Deinde, vt magnitudine donorum non extollaris. tertio vt diabolus experientia cognoscat, ꝙ perfecte ab eo abscessisti. quartō, vt per hoc fortior reddaris. quintō, vt crediti tibi thesauri signum accipias. neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiori honore effectum videret. HILA.
Hom.16.in Euangelio. In sanctificatis enim maxime diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. GREG. in Homiliario. Dubitari autem a quibusdam solet, a quo spiritu sit ductus Iesus in desertum, propterhoc quod subditur: Assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatē. Sed vere & absque vlla quæstione conueniēter accipitur, vt a Spiritusancto ductus esse credatur, vt illuc eum suꝰ spiritus duceret, quò hunc ad tentandum spiritus malignus inue-
Cap.13. nit. AVG. in 4. de Trini. Cur seipsum quoque tentandum præbuit? vt ad superandas tentationes mediator esset: non solum per adiutorium, verum etiam per exemplum. CHRY. super Matth. Est autem ductus a Spiritusancto: non quasi minor maiori, p̄cepto. non enim solū ductus dr̄, qui alicuius potestate ducitur: sed etiā ille, qui alicuius rationabili exhortatione placatur, sicut scriptum est de Andrea, ꝙ inuenit Simonem fratrem suum, & adduxit eum ad Iesum. HIERO. super Matthæ. Ducitur autem inuitus, aut captus, sed voluntate pugnandi: CHRY. Ad homines enim diabolus vadit, vt tentet eos, quoniam autem aduersus Christum diabolus ire non poterat: ideo contra diabolum Chri-
Ibidem. stus processit. vnde dicitur: {Vt tentaretur a diabolo. GREGO. in Homiliario: Sed sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur: suggestione, delectatione, & consensu. & nos cum tentamur, plerumque in delectatione, aut in consensu labimur, quia dē carnis peccato propagati in nobisipsis etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus vero, qui in vtero virginis incarnatus in mundo sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentē peccati delectatio non momordit, atque ideo omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit. CHRY. in Homiliario: Tunc autem maxime instat diabolus ad tentandum, cū viderit solitarios. vnde etiam in principio mulierem tentauit sine viro eam inueniens, vnde & sic per hoc etiam diabolo datur occasio tentandi, ꝙ ducitur in desertum. GLO. Hoc desertum est inter Hierusa-
דָּמִים lem, & Hierico vbi morabantur Latrones, qui locus vocatur Damin, ideſt sanguinis, propter effusionem sanguinis quam ibi latrones faciebant. vnde & homo cum descendisset a Hierusalē in Hierico, incidisse dicitur in Latrones gerens figuram Adæ, qui a dæmonibus victus est. Conueniens ergo fuit, vt ibi Christus diabolum superaret, vbi diabolus hominem sub figura superasse dictum est. CHRY. super Matthæ. Non solum autem Christus ductꝰ est in desertum a spiritu: sed & omnes filij Dei habentes Spiritum sanctum. non enim sunt contenti sedere ociosi: sed Spiritussanctus vrget eos aliquid magnum apprehendere opus qđ est ire in deserto quantum ad diabolum, quia non est ibi iniustitia, qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum est extra carnem & mundum, qa non est ſm voluntatem carnis, & mundi. Ad tale ergo desertum omnes filij Dei exeunt vt tententur, vtputa si non proposuisti ducere vxorem, duxit te spiritussanctus in desertum, ideſt extra fines carnis & mundi, vt tenteris a concupiscentia carnis. Quomodo enim tentatur libidine qui tota die est cum vxore? Scire autem debemus, quòd filij Dei non tentantur a diabolo nisi in de-
F sertum exierint: filij autem diaboli in carne & mundo constituti confringuntur, & parent sicut bonus homo, si vxorē habuerit nō fornicatur, sed sufficit ei vxor sua. Malus autem, etiam habens vxorem fornicatur, & non est vxore contentus, & sic in omnibus inuenies. Filij ergo diaboli non exeunt ad diabolum, vt tententur. Quid enim opus habet ad certamen exire, qui non desiderat vincere? Qui autē gloriosiores sunt filij Dei extra fines carnis exeunt contra illum, quia victoriæ gloriā cōcupiscunt. Propterea & in hoc Christus exijt ad diabolum, {vt tentaretur ab eo.} CHRY. in Homil. Hom.13.
Vt autem discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, ꝙ quoniam post baptismum
G non lasciuię, sed ieiunio intendere oportet: ipse ieiunauit non eo indigens, sed nos instruens. CHRY. super Matth. Et vt quadragesimi nostri ieiunij poneret mensuram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. Vnde sequitur. {Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.} CHRY. in Homiliario: Non autem ultra processit ieiunando q̄ Moyses, & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. GREGO. Ibidem.
in Homiliario: Ipse autem actor omnium in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoque quātum possumus, quadragesimæ tempore carnem nostram per abstinentiam affligamus. Quadragenarius autem numerus custoditur, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euangelij impletur: denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogum
H sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata cōtempsimus, dignum est, ut eandem carnem quaterdecies affligamꝰ. Vel sicut in lege offerre debemus decimas rerum: ita ei offerre contendimus decimas dierum. A prima enim dominica quadragesimæ, usque ad paschalis solemnitatis gaudia sex hebdomadæ veniunt, quarum dies quadraginta & duo sunt, ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur, remanent trigintasex. Dum vero per tercentum sexagintaquinque dies annus ducitur: nos autem per trigintasex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus. AVG. in lib. lxxxiij. Quæstionum. Vel aliter: Quæst. 81
Omnis sapientiæ disciplina est creatorem, creaturamq; cognoscere. Creator est Trinitas, Pater, & Filiꝰ, & Spiritussanctus: creatura vero partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus tribuit. Diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mēte. Partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum & frigidum, humidum & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, qua-
I ter ductus, ideſt numero, qui corpori debetur multiplicatus, quia per corpus administratio geritur quadragesimum numerum conficit, cuius partes ęquales ad quinquaginta perueniūt. vnum enim & duo, & quatuor & quinque, & octo & decem, & viginti, quæ sunt partes quadragenarij simul iuncta, efficiunt quinquaginta. Et ideo tempus quo ingemiscimus, & dolemus, quadragenario numero celebratur. Status autem beatitudinis, in quo erit gaudium, quinquagesimæ celebratione præfiguratur, ideſt a Pascha vsq; ad Pentecostem. AVG. in Sermo. de quadragesima: Non autem quia Christus post acceptum baptismum continuo ieiunauit, regulam obseruationis dedisse credendum est, vt post Christi baptismum continuo ieiunare necesse sit. Sed quando acriori certamine cum tentatore confligitur, ieiunandum est, vt corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humiliatione victoriam. CHRY. super Matthæum: Sciebat autem Dominus cogitationem diaboli, quia volebat eum tentare: audierat enim
K quia Christus natus est in hoc mundo angelis prædicantibus, pastoribus referentibus, magis quærentibus, & Ioanne ostendente. vnde Dominus processit contra eum, non quasi Deus, sed quasi homo, magis autem quasi Deus & homo. Nam per quadraginta dies non esurire, non erat hominis: aliquando autem esurire non erat Dei. vnde esuriuit, ne manifeste intelligatur Deus, & sic diaboli spem tentandi extingueret: suam autem victoriam impediret. vnde sequitur. { Postea esurijt. } HILA. Nam post quadraginta dies non in quadraginta diebus esurijt: igitur cum Dominus esurijt non inedię surrepsit operatio, sed naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat a Deo diabolus, sed a carne vincendus, qua rerum ratione indicat post quadraginta dierum consummationem, quibus post passionem in sæculo erat commoraturus, esuritionem se humanæ salutis habiturum, quo in tempore expectatum Deo Patri munus, hominem quem assumpserat reportauit.

b ¶ CHRY. super Matthæ. Quia diabolus videns per quadraginta dies Christum ieiunantem, desperauerat: postquam esurientem

rientem sensit: iterum cœpit sperare. vnde sequitur: {Et accedens tentator.} Si ergo ieiunaueris, & tenteris, ne dicas, quia perdidi fructum ieiunij mei. Nam etsi non tibi profuit ieiunium tuum, vt
Ibid. non tenteris: tn̄ p̄ficiet, vt a tentationibus non vincaris. GREG. in Homil. Sed si ipsum ordinem tentationis aspicimus: pensamus quanta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus .n. hostis primum hominem ex gula tētauit: cum cibum ligni vetitum ad comedendum suasit. Ex vana gloria cum diceret: Eritis sicut Dij. Ex auaritia cum diceret. Scientes bonum & malū.

Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. c Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim, qnia angelis suis mādauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus rursum: Scriptū est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Auaritia enim non solum pecuniæ est, sed etiam altitudinis, cū supra modum sublimitas ambitur. Quibus autem modis primum hominem strauit, istis modis secundo homini tentato succubuit. Per gulam tentat, cum dicit: {Dic vt lapides isti, panes fiant.} Per uanā gloriam, cum dicit: { Si filius Dei es, mitte te deorsum.} Per sublimitatis auaritiam, cum regna mundi ostendit dicēs: {Hæc omnia
Cap.4. tibi dabo.} AMBRO. super Lucam: Inde autem cœpit vnde iā vicerat, scilicet a gula: vnde dixit ei: {Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.} Quid autem sibi vult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum? sed venisse per infirmitatem corporis non putabat: aliud explorantis, aliud tentantis est, & Deo se profitetur credere, & homini conatur illudere. HILA. Eam ergo in tentando conditionem operis proposuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret, & in homine oblectamento cibi potentiam esurientis illuderet. HIERO. Sed duobus contrarijs teneris o diabole: si ad imperium eius possunt lapides panes fieri: ergo frustra tentas eum, qui tantæ potentiæ est. si autem non potest facere, frustra Dei filium suspicaris. CHRY. super Matthæ. Sicut autem diabolus omnes homines excecabat: sic modo inuisibiliter a Christo est excecatus. Post quadraginta enim dies esurientem sensit, & per quadraginta non esurientem non intellexit, cum suspicatus est eum non esse filium Dei, non cogitauit quoniam fortis athleta ad ea quæ infirma sunt, descendere potest: infirmus autem ad ea quæ fortia sunt, ascendere non potest. Magis ergo ex eo ꝙ per tot dies non esurijt intelligere debuit quia Deus est, q̄ ex eo ꝙ post toc dies esurijt, quia homo est. Sed dicit: Moyses & Helyas quadraginta dies ieiunauerunt, & homines erant: sed illi ieiunantes, esuriebant, & sustinebant. iste quadraginta diebus, non esurijt: sed postea. Esurire enim & non manducare, patientiæ est hnmanæ: nō esurire autem, diuinæ naturæ. HIERONYM. Propositum autem Christi erat humilitate vincere, vnde aduersarium vi- E
cit testimonijs legis, non potestate virtutis, vt hocipso, & hominē plus honoraret, & aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi a Deo, sed quasi ab homine vinceretur. vnde sequitur. { Cui respondens, dixit ei: Scriptum est, Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, qđ procedit de ore Dei. GREG. in Homil. Sic ergo tentatus a Diabolo Dominus: sacri eloquij p̄cepta respondit, & qui tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit, quatenus nobis præberet exemplum, vt quoties a prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quàm ad vindictam. CHRY. super Matthæ. Non autem dixit: non in solo pane viuo, ne videat de se dictum esse: sed inediæ: non in solo pane viuit homo, vt posset diabolus dicere: {Si filius Dei es,} abscondit se, vt non ostendatur, quod potest si homo est, astute excusat se, ne ostendatur non posse. RABA. Testimonium autem hoc de Deuteronomio D
sumptum est. Ergo siquis non vescitur verbo Dei iste non viuit, quia sicut corpus humanum non viuit sine terreno cibo, ita & anima viuere non potest sine Dei verbo. Procedere autem verbum de ore Dei dicitur, cum voluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat.

c ¶ CHRY. super Matth. Cum ex præmisso Christi responso nihil certum discere diabolus potuisset: vtrum Christus Deus esset an homo: assumpsit eum ad aliam tentationem dicens apud se. Iste qui fame non vincitur, etsi filius Dei non est: tamen sanctus est: valent enim homines sancti fame non vinci, sed postquam omnem necessitatem carnis vicerunt, per vanam gloriam cadūt: ideo cœpit eum tentare in gloria vana, propter quod sequitur: { Tunc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatē.} HIERO. Assumptio ista non ex imbecillitate Domini venit, sed de inimici superbia, qui voluntatem Saluatoris necessitatem putat. RABA. Sancta autē ciuitas Hierusalem dicebatur, in qua Tēplum dei erat, & Sanctasanctorum, & cultus vnius Dei ſm legem Moysi. REMI. In quo ostenditur, quia diabolus fidelibus Christi etiam in sanctis
A locis insidiatur. GREG. in Homil. Sed ecce dū dicitur: Deus hō in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus, humanæ aures audire expauescunt, iniquorum tamen omnium diabolꝰ caput est. Quid est autem mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit a membris illius crucifigi? GLO. Diabolus enim semper ad alta ducit eleuando p iactantiam, vt præcipitare possit. Et ideo sequitur: { Et statuit supra pinnaculū Tēpli.} REMI. Pinnaculum sedes erat Doctorum: Templum .n. non habebat culmen erectum, sicut nostræ domus habent, sed & planum erat desuper
B more Palestinorum, & in ipso templo tria tabulata erant. Et sciēdum, quia in pauimento pinnaculum erāt, & in vnoquoque tabulato pinnaculum erat. Siue ergo statuerit eum in illo pinnaculo, quod erat in pauimento, siue in illis, quæ erant in primo, secundo, vel tertio tabulato: intelligendum est, ꝙ in illo statuisset eum, vnde aliquod præcipitium esse potuit. GLO. Nota vero hæc omnia corporeis sensibus esse completa, quia enim prima adinuicem conferuntur, in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est. CHRY. super Matth. Sed forte dicis, quomodo in corpore constitutum videntibus omnibus statuit supra Templum? sed forsitan diabolus sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur, ipse autem nesciente diabolo, inuisibiliter sic agebat, vt a nemine videret. GLO. Ideo autem duxit eum supra pinnaculum, cum vellet eū de vana gloria tentare, quia in cathedra Doctorum multos deceperat inani gloria, & ideo putauit istum positum in sede magisterij inani gloria extolli posse. vnde sequitur: {Et dixit: Si filius Dei es, mitte te deorsum. HIERO. In omnibus enim tentationi-
C bus hoc agit diabolus, ut intelligat, si filius Dei sit. Dicit aūt: mitte te, quia vox diaboli, qua semper homines cadere deorsum desiderat persuadere potest, præcipitare non potest. CHRY. super Matthæ. Per hanc autem propositionem, quomodo poterat cognoscere si est filius Dei, an non? Volare enim per aerem non est proprie opus Dei, quia nulli utile est. Si ergo aliquis uolauerit prouocatus, propter ostentationem solā hoc facit, & est potius ex diabolo, q̄ ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit esse quod est, & non est necessarium ei apparere quod non est, quanto magis filius Dei ostendere se necessarium non habet, de quo nemo potest tantum cognoscere quantum est apud se? AMBRO. super Lucam Cap. 4.
Sed quia Sathanas transfigurat se sicut angelum lucis: & de scripturis ipsis diuinis laqueū fidelibus parat: utitur testimoniis scripturarum, non ut doceat, sed ut fallat. unde sequitur: { Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te. HIERO. Hoc enim in Nonagesimo Psalmo legimus. uerum ibi nō de Christo, sed de uiro sancto prophetia est. male ergo diabolus interpretatur scripturas. CHRY. super Matth. Vere enim filius Dei angelorum manibus non portatur, sed ipse magis angelos portat. & si portat manibus angelorum non ut offendat ad lapidem pedem suū quasi infirmus, sed propter honorem quasi Dominus. O diabole, quoniam filius Dei manibus portatur legisti, & quia super aspidem & basiliscum calcat, non legisti. Sed illud qnidem exemplum profert quasi superbus: hoc autem tacet quasi astutus. CHRY. in Homil. Intuere etiam, quia testimonia a Domino allata sunt conuenienter: a Diabolo aūt indecēter: nō.n. quod scripū est. { Angelis suis. suadet proijcere seipsum, & præcipitare. GLO. Est ergo sic exponendū. Ait .n. scriptura de quolibet bono homine, ꝙ Angelis suis .i. administratoribus spiritibus p̄cepit de ipso, ꝙ in manibus suis .i. in auxilijs suis tollēt eū, & custodiāt, ne offendat pedē .i. affectum mentis, ad lapidem .i. ad ueterem legem scriptam in lapideis tabulis. vel per lapidem potest intelligi omnis peccati occasio, & ruinę. RABA. Notandum est autem, quòd Saluator noster licet permisisset se a diabolo supra pinnaculum templi poni: tamen renuit ad imperium eius descendere, nobis exemplum donans, ut quisquis imperauerit uiam ueritatis artam nos ascendere obtemperemus. Si autem uult nos de altitudine ueritatis, & uirtutum ad ima erroris & uitiorum præcipitare, non illum audiamus. HIERO. Falsas autem de scripturis diaboli sagittas ueris scripturarum frangit clypeis. unde sequitur. Ait illi rursum Iesus: scriptum est: { Non tentabis dominum Deum tuum. HILA. Diaboli enim conatus contundens, & Deum se protestatur & dominum. CHRY. Non autem dixit: {Non tentabis me dominum Deum tuum, sed ita: {Non tentabis dominum Deum tuum, quod poterat dicere omnis homo Dei tentatus a diabolo, quonia & qui hominē Dei tentat, Deū tentat. RABA. Vel aliter. Suggerebatur ei quasi homini, ut aliquo signo exploraret quantum Deum posset. AVG. Contra Faustum: Pertinet

Universidad de Deusto Biblioteca

net autem ad sanam doctrinam: quando habet homo quid faciat, non tentare dominum deum suum. THEO. Tentat enim deū, qui sine ratione obiiciens se periculo, quidpiam agit. HIERO.
Quæst.6.in Deu. Et notandum q̄ necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulit: vt secundæ legis sacramenta monstraret.

d ¶ CHRY. super Matthæū: Diabolus ex secundo responso incertus, trāsit ad tertiam tentationem, quia enim Christus rhetiā ventris disrupérat: rhetia vanæ gloriæ transuerat ponit ei rhetia auaritiæ, propter quod dicitur. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. Quem scilicet diabolus circuiens omnem terram excelsiorem cæteris cognoscebat. Quanto enim excelsior fuerit mons, tanto ex eo spaciosior terra videtur. vnde sequitur. {Et ostendit omnia regna mūdi: & gloriā eorum.} Ostendit autem ita non vt ipsa regna, vel ciuitates eorum, vel populos vel argentum, vel aurū videret: sed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum, vel ciuitas posita erat, vtputa si ascendens super excelsum locum digito extenso dicam tibi, Ecce ibi est Roma aut Alexandria, non sic ostendo tibi vt ipsas videas ciuitates: sed partes terræ in quibus positæ sunt, sic & diabolus poterat Christo singula loca demonstrare digito, & vniuscuiusque regni honores & statum verbis exponere. nam ostēsum
Hom. 30. dicitur etiam, quod exponitur ad intelligendum. ORIGE. super Lucam. Vel aliter: Non est arbitrandum q̄ regna ei mundi ostendens, Persārum verbi gratia regnum, Indorumque ostenderit, sed ostendit ei regnum suum, quomodo regnaret in mundo. i. quomodo alii regnentur a fornicatione, alii ab auaritia. REMI. Gloriā eorum appellat aurum, argentum, & lapides preciosos, & temporalia bona. RABA. Ostendit autem hæc diabolus domino, non quòd ipse visum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotū demonstrare, sed vanitatem pompę mundanę quam ipse diligebat quasi speciosam ac desiderabilem uerbis ostendens in amorē Christo suggerens venire volebat. GLO. Qui non concupiscentię oculo intuetur sicut nos: sed sicut medici vident morbos, sine læsione. HIERO. Sequitur. {Et dixit illi, hæc omnia tibi dabo.} Arrogans & su perbus de iactantia loquitur, non enim potest omnia regna dare, cum sciamus plerosque sanctos viros a deo reges factos. CHRY. super Matth. Sed ea quæ per iniquitatē fiunt in mundo, vtputa per furtum, aut per periuria acquisitas diuitias diabolus dat. Non ergo diabolus quibus vult diuitias dare potest, sed his qui volunt ab illo recipere. REMI. Miranda etiam est diaboli dementia. illi promittebat dare regna terrena: qui suis fidelibus dat regna cælestia: & gloriam mundi ei qui est cælestis gloriæ dominus. AMBRO. Habet autem ambitio domesticum
I periculum, vt enim dominetur aliis prius seruit, curuatur obsequio: vt honore dominetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior. vnde aperte subditur. Si cadens adoraueris me. GLO. Ecce antiqua diaboli superbia. Sicut enim in principio voluit se similē deo facere, ita nunc volebat diuinum sibi vsurpare cultū dicens, {Si cadens adoraueris me.} Ergo qui adoraturus est diabolū ante corruit. Sequitur. Tunc dicit ei Iesus. Vade Sathana. CHRY. super Matth. In quo finem tentandi diabolo ponit, ne progredia tur vlterius tentans. HIERO. Non autem vt plerique putant, eadem Sathanas & Petrus condemnantur sententia. Petro enim dicitur. Vade retro me Sathana. i. sequere me qui contrarius es meæ voluntati, huic autem dicitur. Vade Sathana, & non ei dicitur Retro, vt subaudiatur. Vade in ignem æternum qui paratus est tibi, & angelis tuis. REMI. Vel secundum alia exempla. K
Vade retro, id est reminiscere, recordare inquanta gloria cōditus fuisti, & inquantam miseriam cecidisti. CHRY. super Matth. Videndum autem quia Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam dicente sibi diabolo. Si filius dei es, mitte deorsum, non est turbatus, neque diabolum increpauit. Nunc autem quando diabolus vsurpauit sibi dei honorem exasperatus est, & repulit eū dicens. Vade Sathana, vt nos illius discamus exemplo, nostras qui dem iniurias magnanimiter sustinere, dei autem iniurias, nec vsque ad auditum sufferre, quoniam in propriis iniuriis esse quempiam patientem laudabile est, iniurias autem dei dissimulare nimis est impium. HIERO. Dicens autem diabolus saluatori. {Si cadens adoraueris me,} e contrario audit, quòd ipse magis adorare
Cap. 20. eum debeat dominum, & deum suum. AVG. contra sermo. arianorum. vnde sequitur. Scriptum est enim. {Dominum deū tuū adorabis, & illi soli seruies.} Vnus dominus de nostrer est ipsa tri
Cap. 1. nitas, cui soli seruitutem pietatis iure debemus. AVG. 10. de ciuitate dei. Nomine autem seruitutis cultus deo debitus intelligitur, latriam quippe nostri vbicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem, sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcepit apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, grece nuncupari solet dulia. latria vero aut semper aut tam frequenter, vt pene semper ea seruitus dicitur, quæ pertinet ad colēdum deum. CHRY. super Matth. Diabolus autē sicut rationabiliter intelligi potest non quasi obediens præcepto recessit, sed diuinitas Christi & spiritus sanctus qui erat in eo excussit inde diabolū. vnde sequitur. {Tunc

G reliquit eum diabolus.} Quod ad nostram proficit cōsolationem, quia non tamdiu homines dei diabolus tentat quamdiu vult, sed quādiu Christus permittit. Etsi enim permittit eum paulisper tē tare, tamen repellit propter infirmam naturam. AVG. 9. de ciCap.21. uitate dei. Post tentationem vero sancti angeli spiritibus immundis metuendi quomodo ministrabant, & per hoc magis magisque innotescebat dæmonibus quantus esset. vnde sequitur. {Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.} CHRY. super Matth. Non autem dixit, descendentes angeli, vt ostendat quia semper ad ministerium eius erant in terris, sed tunc præcipiente domino recesserunt ab eo, ut locus diabolo aduersus Christum daretur, ne forte uidens angelos circa eum non appropinquaret ad eum. In quibus autem rebus illi ministrabant scire non possumus, utrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctiones animarum, an ad effugationem dæmonum, quæ omnia per angelos facit, unde eis facientiH bus ipse facere videtur, tamen manifestum est, q̄ non propter necessitatem impotentiæ eius ei ministrabant, sed propter honorem potestatis ipsius: non enim dicitur, q̄ adiuuent eum, sed q̄ ministrent. GREGO. in ho. Ex his autem vnius personæ vtraque natura ostenditur, quia & homo est quem diabolus tentat, & idem ip se deus est cui ab angelis ministratur. CHRY. super Matth. Tunc breuiter perstringamus quid significent Christi tentationes. Ieiunium est abstinentia rei malę, esuries est desiderium eius, usus eius est panis. Qui ergo peccatum sibi conuertit ad usum, lapidem conuertit in panem. Respondeat ergo diabolo persuadē ci, quia non in solo usu illius rei uiuit homo, sed in obseruantia mandatorum dei. Quando uero quis inflatus fuerit quasi sanctus, ductus est quasi super templum, & quando astimauerit se consiste re in sanctimoniæ summitate, positus est supra pinnam Templi. Et hæc tentatio sequitur primam, quia victoria tentationis gloriatio nem operatur, & fit causa iactantiæ, sed uide q̄ Christus ieiunium vltro susceperit. Super templum autem diabolus eum duxit, ut tu ad abstinentiam laudabilem sponte procedas. Extolli autem ad
I fastigium sanctitatis non acquiescas, fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Ascensio autem montis est processio ad altitudinem diuitiarum, & gloriæ huius mundi, quæ de superbia cordis descendit. Cum ergo uolueris dies fieri, quod est ascendere in montem, incipis cogitare de diuitiis & honoribus acquirendis, & tunc princeps mundi gloriam regni sui tibi ostendit. Tertio loco prouidet tibi causas, ut si uolueris illa consequi, seruias ei, negligēs iustitiam dei. HILA. Victo autem a nobis calcatoque diaboli capite, angelorū ministeria & uirtutū in nos cælestium officia non desutura ostenditur. AVG. de Con. euang. Lucas has tentatio-
Lib.2.c.16. nes non eodem ordine prosecutus est, unde incertum est qd̄ prius factum sit, utrum regna terræ prius demonstrata sint, & postea in pinnam templi leuatus sit, an econuerso, nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. GLO. Sed quod dicit Lucas magis uidetur secundū historiam esse. Sed Matthæus has refert tentaJ tiones, secundum hoc q̄ in Adam factæ sunt.

e ¶ RABA. Postquā Mat. de 40. dierum ieiunio & de tentatione Christi & de angelorum ministerio narrauit, continuo subiecit dicēs. {Cū autē audisset Iesus, quia Ioannes traditus esset.} CHRY. super Matth. Sine dubio a deo quia in uirum sanctum nemo potest aliquid, nisi tradiderit eū deus. Sequitur. {Secessit in Galileā.}
Hom.14. scilicet de Iudæa, ut passionem suam opportuno tempori reseruaret, deinde ut nobis fugiendi periculum daret exemplū. CHRY. in ho. Non enim accusabile est non proiicere seipsum in periculum, sed incidentem non stare uiriliter. Recedit etiam de Iudæa, Iudaicam inuidiam mitigans, simul quidem prophetiam cōplens, magistros orbis terrarum piscari studens qui in Galilea morabantur. Attende etiam qualiter ad gentes abiturus a Iudæis accepit causam. etenim cum præcursorem in uincula misissent, impellunt Iesum transire ad Galilæam gentium. GLO. Vt autem refert Lucas, uenit Nazareth, ubi erat nutritus, & ibi intrauit in synagogam. ubi legit & dixit multa, propter quæ uoluerunt eū præcipitare de monte, & tunc descendit Capharnaum. vnde modo ait Matthæus: {Et relicta ciuitate Nazareth, uenit, & habitauit Capharnaum.} HIERO. Nazareth, est in Galilea uicus iuxta monte Thabor: Capharnaum, est oppidum in Galilæa gentium iuxta stagnum Genezareth: & ideo dicit: {Maritima.} GLO. Addit etiam: {In finibus Zabulon, & Neptalim, ubi prima captiuitas Hebræorum fuit ab Assyrijs. Vbi ergo prima legis oblitio est, ibi prima euāgelij prædicatio, vt de loco quasi medio diffflueret ad Gentes, & Iudæos. REMI. Reliquit autem vnam. s. Nazareth, vt prædicando & miracula faciendo plures illuminaret. in quo facto reliquit prædicatoribus exemplum, vt eo tempore & illis in locis studeant prædicare, quando multis prodesse possunt. Sequitur: {Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Neptalim.} In prophetia ita habetur: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris, trans Iordanem Galili-
Li. 3. in exoſi.cap.4. leæ gentium. HIERO. super Esaiam: Dicitur autem primo tempore alleuiata esse ab onere peccatorum, quia in regionibus duarum Tribuum, primum Saluatore euangelium prædicauit, nouissimo vero tempore aggrauata est fides eorum, plurimis Iudæorum in errore permanentibus. Mare autem hic lacum appellat Genezaret, qui Iordane influente efficitur, in cuius littore Capharnaum, & Tyberias, & Bethsaida, & Corozahim sitæ sunt, in qua maxime regione Christus prędicauit. Vel secundum Hebræos in Christum credentes, hæ duæ Tribus Zabulon & Neptalim ab Assyrijs captę sunt, & Galilea deserta est, quam Propheta dicit esse alC leuiatam, eo quòd peccata populi sustineret: sed postea reliquæ Tribus quæ habitabant trans Iordanem, & in Samaria ductę sunt in captiuitatem, & hoc inquiūt: Scriptura nunc dicit, quòd regio, cuius populus primum captiuatus est, ipsa primum lucem prædicātis viderit Christi. {Vel secundum Nazareos.} Aduenięte Christo, primo terra Zabulon, & Neptalim est Pharisæorum erroribus liberata, postea per euangelium Apostoli Pauli ingrauata est, ideſt multiplicata prædicatio in terminos Gentium. GLO. Hic autem in euangelio diuersi nominatim ad idem verbum reducuntur: ita & terra Zabulon & terra Neptalim, quæ est via maris, quæ est trans
In lib. de locis Hebr. Iordanem, scilicet populus Galilæe gentium, qui ambulabat in tenebris. HIERO. Nota autem quòd duæ Galileæ sunt: vna quæ dicitur Iudęorum, & alia quę dicitur Gentium. Diuisa est enim Galilea a tempore Salomonis, qui dedit viginti ciuitates in Galilæa Hyram Regi Tyri, quæ pars dicta est postea Galilæa Gentiū: reliqua Iudæorum. Vel legendum est: Trans Iordanem Galileæ Gentium. Ita, inquam, vt populus, qui vel sedebat, vel ambulaD bat in tenebris lucem viderit, nequaquam paruam, vt aliorum Propheta rum: sed magnam, scilicet illius, qui in euangelio loquitur, Ego sum lux mundi. Et qui habitabant in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Inter mortem & vmbram mortis hoc interesse puto, quòd mors eorum est, qui cum operibus mortis ad inferos perexerunt. Vmbra autem mortis eorum est, qui dum peccant, nondū de hac vita egressi sunt: possunt enim, si voluerint agere pœniten
Hom.14. tiam. CHRY. super Matthæ. Vel in regione vmbrę mortis sedebant Gentiles, quia colebant idola, & dæmones. Iudæi autem, qui legis opera faciebant, in tenebris erant, quia Dei iustitia nondum erat eis manifesta. CHRY. in Homil. Vt autem discas, q̄ neque lumen, neque tenebras sensibiles ait, de lumine dixit. Lumen magnum, quod alibi dicitur lumen verum: tenebras autem exponens nominauit vmbram mortis. Deinde monstrans, quòd nō ipsi quærentes inuenerunt, sed Deus ipsis apparuit, dixit q̄ lumen ortum est, & effulsit. non enim prius ipsi ad lumen cucurrerunt, ete nim in vltimis malis homines erant ante Christi prȩsentiam: neE que enim ambulabant in tenebris, sed sedebant, quod signum erat, quia non sperabant liberari. Sicut enim nescientes quo oporteret progredi, ita comprehensi a tenebris sedebant, iam non potentes stare. Tenebras autem vocat hic errorem, & impietatē. RABA Allegorice autem, Ioannes est vox præcedens verbum, & alij Prophetæ. Postquam autem Propheta cessauit & ligatus est: accessit verbum, complens quod prædicauerat vox. i. Propheta. Et recessit in Galilęam. i. de figuris ad veritatem. Vel in Galilæam. i. in ecclesiam, vbi est transmigratio de vitijs ad virtutes. Nazareth interpretatur flos. Capharnaum villa pulcherrima. Reliquit ergo florem figurarum, quo fructus euangelij significabatur, & venit in ecclesiam, quæ est Christi virtutibus pulchra. Et maritima est, quia iuxta fluctus seculi posita, quotidie tunditur procellis persecutio num. Inter Zabulon, & Neptalim sita est. i. Iudæis communis, & Gentibus. Zabulon enim habitaculum fortitudinis dicitur, quia Apostoli, qui de Iudæa electi sunt: fortes fuerunt. Neptalim dilatatio, quia Gentium ecclesia per orbem dilatata est. AVG. de Con. euan. Ioannes autem euangelista priusquam iret Iesus in Ga
Lib.2.c.1 lileam dicit de Petro, & Andrea, & Nathanaele, & de miraculo in Chana Galilææ, quæ omnia cæteri Euangelistę prætermiserunt, id cōtexentes suis narrationibus, quòd Iesus reuersus sit in Galilæam. vnde intelligitur fuisse interpositos aliquos dies, quibus illa de discipulis gesta sunt, quæ interponuntur a Ioane. REMI.

pharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Neptalim, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Propheram: Terra Zabulon, & terra Neptalim: via maris trans Iordanem Galileæ Gentiū, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,

& sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.

f Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite: Appropinquabit enim regnum cœlorum.

g Ambulans autem Iesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres,

B Sed illud solertius attendendum est, quare Ioannes dicat dominū iisse in Galilęam, antequam Ioannes missus fuisset in carcerem? Nam post vinum de aqua factū, & descensum eius in Capharnaū, & post ascensum eius in Hierusalem: dicitur in euangelio Ioannis, q̄ rediit in Iudæa, & baptizabat: & nondum erat missus Ioannes in carcerem: Hic autem dicitur, q̄ postquam traditus fuit Ioānes, recessit in Galilæam. & hoc quidem dicit Marcus. Non autem debet hoc contrarium videri: nam Ioannes primum aduētum Domini in Galilęam descripsit, qui. f. fuit ante incarcerationem Ioannis. Sed & de secundo aduentu alibi facit mentionem, cum ait, q̄ Iesus reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. & de hoc tantum secundo aduentu in Galilæam, qui. f. fuit post incarcerationē Ioannis alij Euangelistæ dicunt. EVSE. libro. 3. Eccle. historię: Cap.24. Ioannem enim tradunt vsque ad vltimum pene vitæ suæ tempus absque vllius scripturę indiciis euangelium prædicasse, sed cū triū euangelistarum euangelium ad ipsum notitia puenisset: probasse quidem veritatem dictorum, deesse tamen vidit aliqua, & maxime quæ primo prædicationis suæ tempore dominus gesserat, certum est enim, q̄ in aliis tribus euangelijs hæc videntur sola contineri, quę in eo gesta sunt, anno quo Ioannes Baptista, vel inclusus est in carcerem, vel punitus. Matthæus enim post tentationem Christi continuo subiecit. Audiens autem, quia Ioannes traditus esset, & Marcus similiter. Lucas vero priusquam aliquid de actibus Christi referret, dicit, q̄ Herodes conclusit Ioannem in carcerem. Rogatus est ergo Ioannes Apostolus, vt ea quæ prȩterierant priores ante traditionem Ioannis Saluatoris gesta conscriberet: & ideo dicit in euangelio suo: Hoc fecit initium signorum Iesus.

f ¶ CHRY. super Matth. Ille debet Christi iustitiam prędicare, qui ventri suo contradicere potest, qui sæculi istius bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat. Et ideo dicitur: Exinde cœpit Iesus prædicare. i. ex quo tentatus, famen vicit in deserto, auaritiam spreuit in monte, vanam gloriam repercussit in Templo. vel, Exinde cœpit prædicare, ex quo traditus est Ioannes: nā si prędicante Ioanne prædicare cœpisset: vilem reddidisset Ioannem, & inueniretur prædicatio Ioannis esse superflua quantum ad istius doctrinam, sicut si vno tempore Sol cū Lucifero oriatur: gratiam Luciferi celat. CHRY. in Homil. Ideo etiam non prædi- Hom.14.
cauit donec Ioannem in carcerem mitteretur, ne ex hoc multitudo scinderetur, propter quod etiam Ioannes nullum fecit signum, vt per miracula omnes traherentur ad Christū. RABA. In hoc etiam docet, ne quis ab inferiori persona sermonem cōtemnat. vñ de Apostolus. Si cui sedenti reuelatū fuerit, prior taceat. CHRY. super Matthæ. Sapienter autem inde prędicationis suæ sumpsit initium, non vt conculcet Ioannis doctrinam, sed vt magis confirmet, & testē eū verū fuisse demonstret. HIERO. In quo ét ondit se eiusdē esse Dei filiū, cuius ille fuerat Propheta. Et ió dicit: {Pœnitētiā agite. CHRY. sup Matt. Nō. n. statim iustitia prdicauit, quā oēs cognoscebāt, sed priam qua oēs indigebant. Quis ergo ausus est dicere: Volo bon⁹ esse, & nō possum? Pnia. n. correctio est volūtatis. & si vos mala nō terrent, vt. f. pniam agatis, saltē bona delectēt. vñ sequit: {Appropinquabit. n. regnū cœlorū}. i. btitudo regni cœlestis, ac si dicat: Parate vos p pniam, q̄ appropinquauit tps mercedis ęternæ. REMI. Et notandū q̄ non dicit: Appropinquauit regnū Chananæorum, aut Iebuzęorū, sed regnū cœlorū. lex. n. promittebat bona tpalia, sed Dñs regna cœlestia. CHRY. in Homil. Hom.14.
Cōsiderandum etiā, q̄ in hac prdicatione, nihil de seipso manifestę prdicabat, qđ interim cōuenies erat, quia nondū de eo decentē habebant opinionem. Incipiens etiā nihil graue, & onerosum dixit, sicut Ioannes dixerat: Securim excindendæ arbori imminentem, & huiusmodi. sed in principio benigna proposuit: regnum cœlorum euangelizans. HIERO. Mystice aūt Ioanne tradito Christus incipit prdicare, quia desinente lege, cōsequenter oritur euangelium.
g ¶ CHRY. super Matth. Antequā Christus aliquid dicat, vel faciat, vocat Apostolos, vt nihil illos lateat, nec verborū Christi, nec operum, vt postmodum fiducialiter dicere possint: Non possumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus quæ vidimus,& audiuimus non loqui. Hinc est quod dicitur: {Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ.} R A B A. Mare Galileæ idem est quod stagnum Genezareth, mare Tyberiadis, & lacus salinarum. G L O. Decenter autem per piscatoria vadit loca piscatores piscaturus. vnde sequitur: {Vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus,

Hom.14.

& Andræam fratrem eius.} R E M I. Vidit autem non tam corporaliter, q̃ spiritualiter, ad corda eorum respiciens. C H R Y. in Homil. In medijs autem operationibus existentes eos vocauit, monstrans q̃ omnib⁹ occupationibus sequelam suam præponere oporter. vnde sequitur: {mittentes retia in mare.} quod quidem eorum officio congruebat, propter quod sequitur: {Erant enim piscatores. A V G. in Sermo. de Calend, Ianuarij: Non enim elegit Reges, aut Senatores, aut Philosophos, aut Oratores: immo elegit plebeios, pauperes, & indoctos piscatores. A V G. super Ioannem. Si enim doctus eligeretur, fortassis ideo se diceret electum, quia doctrina eius eligi meruit. Dominus autem noster Iesus Christus volens superbos frangere cervices, non quæsiuit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator. C R H Y. super Matth. Futurę etiam dignitatis gratiam artificij opere prophetabant. nam sicut qui retia iactat in aquam, nescit quos pisces comprehensurus est, sic & doctor quando diuini sermonis retia super populum iactat, nescit qui sint accessuri ad Deum. Sed quousque Deus exeitauerit, illi ad hærent eius doctrinæ. R E M I. De his autem piscatoribus loquitur Dominus per Hieremiam dicens: Mittam in vos piscatores meos, & piscabuntur vos. vnde & hic subditur: {Venite post me.}

Tract. 7.

G L O. Non tam pedibus, quàm affectu, & imitatione. Et faciam vos fieri piscatores hominum. C H R Y. super Matth. 1. doctores, vt cum rete verbi Dei comprehendatis homines de mundo tempestuoso, & periculoso, vbi homines non ambulant: sed feruntur, quia diabolus cum delectatione compellit eos in mala, vbi alterutrum homines se coinedunt, sicut pisces fortiores deuorant iuniores, vt translati viuant in terra, corporis Christi membra facti.

Hom. 5. in Euangelio.

G R E G O. in Homil. Nulla autem Petrus, & Andræas Christũ miracula facere viderant, nihil ab eodẽ præmio ęternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum hoc quod possidere videbantur obliti sunt. vnde sequitur. {At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum.} In quo affectũ debemus potius pensare quàm sensum. Multum enim reliquit qui sibi nihil retinuit, multum dimisit, qui cum re possessa concupiscentijs renunciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt, quanta a non sequẽtibus concupisci potuerunt. Exteriora enim nostra domino quantumlibet parua sufficiunt, nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Aestimationem quippe precij regnũ Dei non habet, sed tantum valet, quantum habes. C H R Y. super Matth. Nõ autem prædicti discipuli secuti sunt Christum Doctoris cupientes honorem, sed operis lucrum', sciebãt enim quàm præciosa est anima hominis, quàm grata est apud Deum salus ipsi⁹, & quanta est merces. C H R Y. in Homil. Tantæ igitur promissionis crediderunt, & per sermones quibus sunt capti crediderunt se alios posse piscari. C H R Y. super Matth. Hæc igitur cupientes secuti sunt omnibus relictis, in quo nos docuerunt, quia nemo põt terrena possidere, & perfecte ad cœlestia peruenire. G L O. In his ergo datum est exemplum illis, q̃ sensum deserunt pro Christi amore. Subdit aũt exẽplũ eorũ, q etiã carnales affectus pro Deo postponũt. vñ dr. {Et ,pcedẽs inde, vidit aliõs duos.} Nota qa vocat binos

Hom. 5. in Euangelio.

& binos, sicut alibi legit, q̃ misit eos binos & binos ad prædicandũ. G R E G. in Hom. Quatenus hic nobis tacitus innuat, qa qui charitatẽ erga alterũ non hẽt, pdicationis officiũ suscipere nullatenus debet. Duo enim sunt pcepta charitatis, & minus quàm inter duos charitas haberi non potest. C H R Y. super Mat. Super charitate etiam fraternitatis, ecclesiæ recte posuit fundamenta, vt ex radicibus charitatis exuberans quasi humor ascendat in ramis, & hoc super naturalem charitatem, vt non solum per gratiam, sed etiam p naturã ipsa charitas firmior habeatur. vnde dicit: {Fratres,} sic. n. fecit Deus, & in veteri testamento super Moysen, & Aaron fratres: ponens ędificationis initium. Quoniam autem abundantior est gratia noui testamenti quàm veteris, ideo primum populum ædificauit super vnam fraternitatem: hunc autem super duas. Iacobum, inquit, Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, quod est maximæ paupertatis indicium. vetera enim reficiebant, qui noua vnde emerent non habebant. Et quod ad maiorem pietatem eorum pertinet in tanta paupertate sic patri suo, succurrebant, vt secum eum baiu-

Simonẽ, qui vocatur Petrus, & Andræam fratrẽ eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eũ. Et promouentes inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in naui cũ Zebedeo patre eorum: reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

larent in naui, non vt ille istos adiuuaret in opere, sed vt isti illum consolarentur sua presentia. C H R Y. in Homil. Non parua autem est hic demonstratio virtutis, inopiam facile ferre, ex iustis nutriri laboribus, colligari inuicem amoris virtute, patrem inopem, habere secum, & in eius obsequio laborare. C H R Y. super Mat. Aestimare autem primos velociores ad prędicandum, quia retia mittebant: istos autem quasi pigriores, quia adhuc retia cõponebant, non sumus ausi, quia differentiam eorum cognoscere solius est Christi. Forte ergo illi propter Petrum dicti sunt mittentes retia, qui prędicauit euangelium: sed non composuit. Isti autem propter Ioannem componentes, qui euangelium composuit. Sequitur: {Et vocauit eos.} Erant enim habitatione ciues, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis coniuncti pietate. Ideo simul vocauit eos, ne tot bonis coniunctos dissimilis vocatio separaret. C H R Y. in Homil. Vocando autem nihil eis promisit sicut prioribus: obedientia enim eorum qui præuenerant, viam eis ad credendum præparauerat. Sed & multa de ipso audierant. f. tranquam familiares, & consanguinitate coniuncti. Sequitur: {Illi autem relictis retibus & patre, secuti sunt eũ.} C H R Y. super Matth. Tria enim sunt quæ relinquere debet qui venit ad Christum: actus carnales, qui per retia piscationis significantur; substantiam mundialem quæ per nauem: & parentes qui per patrem. Reliquerunt ergo nauem vt fierent ecclesiastice nauis gubernatores. Reliquerunt retia, vt non pisces afferrent ad ciuitatem terrenam: sed homines ad cœlestem. Reliquerunt vnum patrem, vt spiritales patres omnium fierent. H I L A. Eis igitur artem, & patriam domum relinquentibus, docemur Christum secuti, & secularis vitæ sollicitudine, & paternæ domus consuetudine non teneri. R E M I. Mystice autem per mare designatur iste mundus: propter amaritudinem, & fluctuationem. Galilea autem interpretatur volubilis, siue rota, & significat mundi volubilitatẽ. Ambulauit igitur Iesus iuxta mare, dum ad nos per incarnationẽ venit, quia non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati susceptit ex virgine. Per duos fratres, duo populi designantur, qui ab vno Deo patre creati sunt, quos vidit quando eos misericorditer respexit. Per Petrum enim, qui interpretatur agnoscens & dicitur Simon, idest obediens, designatur Iudaicus populus, qui per legem Deum agnouit, & præceptis eius obediuit. Per Andræam, qui interpretatur virilis, siue decorus, intelligitur Gentilis populus, qui post agnitionem Dei viriliter in fide permansit. Nos populum vocauit, quando prædicatores in mundum misit dicens: {Venite post me.} .i. relinquite deceptorem, & sequimini creatorem. De vtroque etiam populo facti sunt hominum piscatores, idest prædicatores. Relictis autem nauibus. i. carnalibus desiderijs, et retibus. i. mundi cupiditatibus, secuti sunt Christum. Per Iacobum etiam intelligitur Iudaicus populus, qui per cognitionem Dei diabolum supplantauit: Per Ioannem Gentilis populus, qui sola gratia saluatus est. Zebedęus autẽ, quem relinquunt, & interpretatur fugitiuus, siue labens, significat mundum, qui transit & diaboliũ, qui de cœlis lapsus est. Per Petrum etiam, & Andræam mittentes retia in mare designantur illi, qui in prima ætate dum de naui corporis sui mittunt retia carnalis concupiscentię in mare huius seculi, vocantur a domino. Per Iacobum & Ioannem reficientes retia designantur illi, qui post peccata ante aduersitates veniunt ad Christum recuperantes quæ perdiderunt. R A B A. Duæ naues duas ecclesias figurant: eam quæ ex circuncisione, & eam quæ ex præputio vocata est. Quilibet etiam fidelis sit Simon Deo obediendo: Petrus peccatum suum agnoscendo: Andræas viriliter labores patiẽdo, Iacobus vitia supplantando. G L O. Et Ioannes, vt totum gratię Dei ascribat. & ideo quarta tantum vocatio ponitur: per quos prædicatores Dei, a quatuor mundi partibus vocatos signetur. H I L A. Vel in hoc futurorum euangelistarum numerus figuratur. R E M I. Per hoc etiam quatuor virtutes principales designatur. prudentia enim refertur ad Petrum, propter diuinam cognitionem: iustitia ad Andręam, propter operum virilitatem: fortitudo ad Iacobum, propter diaboli supplantationem: temperantia ad Ioannem, propter diuinę gratiæ effectum. A V G. de Consen. euan. Sane mouere potest, quomodo Ioannes dicat non in Galilęa, sed iuxta Iordanem Andræam secutum esse dominum cum alio, cuius nomen tacetur: deinde Petrum ab illo nomen accepisse, Cæteri autem tres Euangelistæ de piscatione vocatos eos dicunt satis inter se conuenienter, maxime Matthæus, & Marcus. nam Lucas Andręam non nominat, qui tamen intelligitur in eadem nauifuisse. Hoc etiam videtur distare, q̃ tantum Petro a domino dictũ esse commemorat Lucas: Ex hoc iam homines eris capiens, quod

Lib. 2. c. 1.

Matthęus

Matthæus & Marcus ambobus dixisse narrant: sed potuit prius Petro dici secundum Lucam, & ambobus postea secundum alios duos. Sed quod de Ioanne diximus, diligenter considerandum est, cum & locorum plurimum intersit, & temporis, & ipsius vocationis. Sed intelligendum est, Petrum & Andream non sic vi disse Dominum iuxta Iordanem, vt ei iã inseparabiliter inhærerent: sed tantũ cognouisse quis esset, & eum miratos ad propria remeasse. Forte autem quod prætermiserat recapitulat, quia sine vlla consequentis temporis differentia dicit {Ambulans autem iuxta mare.} Quæri etiam potest, quomodo binos & binos seorsum eos vocauerit, sicut narrat Matthæus, & Marcus, cum Lucas dicat, Iacobum & Ioannem, tanquam socios Petri ad adiuuandum vocatos fuisse, & simul subductis ad terram nauibus Christum secutos? vnde intelligendum est hoc primo esse factum quod Lucas insinuat, & eos ad capturam piscium ex more remeasse. Non enim erat dictum Petro, quòd pisces nunquam esset capturus, cum post resurrectionem hoc fecerit: sed quòd homines esset capturus: postea hoc factũ est quod Matthæus, & Marcus narrat: non enim subductis ad terram nauibus, tanquam cura redeundi secuti sunt eum, sed tanquam iubentem, vt sequerentur.

h Et circuibat Iesus totam Galilęã docens in Synagogis eorũ, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorẽ, & oẽm infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei oẽs male habẽtes varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paraliticos, & curauit eos. Et secutę sũt eũ turbę multę de Galilęa, & De capoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

h ¶ C H R Y. super Matthæum: Omnis rex pugnaturus contra aduersarium prius congregat exercitum, & sic vadit ad pugnam, sic & Dominus contra diabolum pugnaturus, prius congregauit Apostolos, & sic cœpit euangelium prædicare. vnde sequitur: {Et circuibat Iesus.} R E M I. In quo Doctorum vita instruitur. Vt enim non sint pigri, docentur per hoc quod dicitur: {Circuibat Iesus.} C H R Y. super Matth. Quia enim illi vt debiles ad medicum venire non poterant: ipse sicut studiosus medicus, circuibat grauiter ægrotantes, & Dominus quidem circuibat singulas regiones. Qui autem sunt vnius regionis Pastores considerando debent circuire populi singulas passiones, vt ad remedium passionis eorum, aliquod medicamentum in ecclesia proferatur. R E M I. Vt autem non sint acceptores personarũ, docentur prædicatores per hoc quod subiungitur: {Totam Galilæam.} Vt autem vacui non discurrant: docentur per hoc quod subditur: {Docens.} Vt autem non paucis, sed multis prodesse studeant: monentur per hoc quod sequitur: {In Synagogis.} C H R Y. in Homil. Hinc quoque Iudæos docebat, quòd nec esset Dei aduersarius, nec animarum seductor, sed quòd patri cõsentiẽs aduenisset. R E M I. Vt autem non errores, neque fabulas, sed salutaria prædicent: docẽtur per hoc quod subditur: {Prædicans euangelium regni.} Distat autem inter docens, & prædicans: docens enim refertur ad præsentia, prædicans ad futura: docebat enim de præsentibus mandatis, prædicabat de futuris promissis. C H R Y. super Matth. Vel docebat iustitias naturales, quas scilicet ratio naturalis docet, vt castitatem, humilitatem, & huiusmodi, quas per seipsos omnes bona esse intelligunt, de quib⁹ necessaria est doctrina, non tantum propter manifestationem quã tum propter excitationem cordis. Prævalentibus enim delectationibus carnalibus, scientia iustitiæ naturalis quasi in obliuionẽ deducta obdormit. Cum ergo cœpit Doctor reprehendere carnalia mala, eius doctrina non nouam scientiam introducit, sed oblitam commonefacit. Prædicabat autem euangelium annunciando bona, quæ antiqui manifeste, nec audierant, vt beatitudinem cœlestem, mortuorum resurrectionem, & huiusmodi. Vel docebat interpretando prophetias de ipso. Euangelium prædicabat denunciando in se bona futura. R E M I. Vt autem Doctores doctrinam suam virtutibus commendare studeant, docentur per hoc quod subditur: {Sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.} Infirmitas quidem est corporum, languor autem animarum. C H R Y. super Matthæum. Vel per languorem animæ aliquam passionem intelligimus, vt auaritiam, libidinem, & huiusmodi. Per infirmitatem autem infidelitatem, per quam aliquis infirmatur in fide. Vel per languores intelligũtur grauiores corporis passiones, per infirmitates autem leuiores: sicut autem passiones corporales diuinitatis virtute sanabat, sic spirituales verbo pietatis. Primo autem docet, & postea sanat propter duo. Primo, quia præmittitur quod magis necessarium est. verba enim pietatis ædificant animam non miracula. deinde quia verba per miracula commendantur, & non econuerso. C H R Y. in Homil. Considerandum autem, quòd quando nouum fit aliquid, ac politicæ cuiusdam introductio, signa Deus facere consuetuit, præstans suæ potentiæ pignora his, qui legem eius accepturi sunt. Sic cum hominem facturus esset, prius mundum creauit, ac tum demum facto homini legem in Paradiso dedit. Et cum Sancto Noe legem positurus esset, magna vtique mirabilia mõstrauit. Sed & Iudæis quidem cum legem laturus esset, priius prodigia magna ostendit, ac tum demum eis præcepta legis imposuit. Ita hic sublimem quandam viuendi introducturus disciplinam, auctoritatem mandatis suis præstruxit claritate signorum. quia enim æternum regnum qã prædicabat, non apparebat, ex his quæ videntur, etiam illud quod nondum apparebat, manifestum fecit. G L O. Sed qa prædicatores debent habere bonum testimonium ab his qui foris sunt, ne si vita despicitur, prædicatio contemnatur, subditur. {Et abijt opinio eius in totam Syriam.} R A B A. Syria est omnis regio ab Euphrate, vsque ad mare magnum: a Capadocia, vsque ad Aegyptum, in qua est prouincia Palestina, in qua habitant Iudæi. C H R Y. in Homil. Intende autem moderationem euangelistæ, quia non vnũquemque nobis enarrat curatorum, sed breuibus verbis copiositatem transcurrit signorum. vnde sequitur. {Et obtulerunt ei omnes male habentes.} R E M I. Per quos varias vult intelligi infirmitates, sed leuiores. Cum vero dicit: {Varijs languoribus, & tormentis comprehensos, illos vult intelligi, de quibus subinfertur: {Et qui dæmonia habebant.} G L O. Languor diuturnus est tormentũ: & morbus acutus, vt dolor lateris & huiusmodi. qui autem dæmonia habebãt, sunt qui a dæmonibus vexabant. R E M I. Lunatici enim dicti sunt a Luna, quæ dum menstruis temporibus crescit & decrescit, ipsi vexantur. H I E R O. Dæmones enim obseruantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, vt in creatorem blasphemiæ redundarent. A V G. 22. de Ciuita. Dei: Illiciuntur tamen dæmones ad habitandum per creaturas, quas non ipsi: sed Deus condidit delectabilibus, pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, quæ cuiusq; delectationi congruunt. R A B A. Paralytici autem sunt corpore dissoluti: paralysis enim græce, latine dicitur dissolutio. Sequitur: {Et curauit eos.} C H R Y. super Matthæum. Cum in quibusdam locis dicatur: Multos curauit: hic simpliciter dicitur: & curauit eos: signans, quòd omnes curauit. Sicut & nouitius medicus intrans ciuitatem, omnes ad se venientes curat: propter suam opinionem commendandam. C H R Y. in Homil. A nullo autem eorum fidem exquisiuit, quoniam nondum virtutis suæ demonstrationem dederat, & illi e longinquo venientes, & ægros adducentes, non paruam ostenderant fidem. Sequitur: {Et secutæ sunt eum turbæ multæ.} R A B A. Quæ quadripartitæ sunt: alij propter cœleste magisterium, vt discipuli: alij ob curationem infirmitatum: alij sola fama & curiositate, volentes experiri, an verum esset quod dicebatur: alij per inuidiam, volentes eum in aliquo capere, & accusare. Mystice autem Syria interpretatur elara, Galilæa volubilis, vel rota, idest diabolus & mundus, qui & superbus est, & ad ima semper rotatur, in quo fama Christi per prędicationem innotuit: dæmoniaci enim sunt idolatrę, lunatici, instabiles, paralytici, pigri, & dissoluti. G L O. Turbæ autem, quæ sequuntur Dominum, sunt de ecclesia, quæ spiritualiter est Galilęa transmigrans ad virtutes. Et Decapolis decem præcepta seruans in Hierosolyma, & Iudæa, quam visio pacis, & confessio illustrat. {Et trans Iordanem} quia baptismo transito, terram promissionis intrat. R E M I. Vel sequuntur Dominum de Galilæa, idest de volubilitate mundi. {& Decapoli} quę est regio decem vrbium, & significat decalogi transgressores. {Et de Hierosolyma} quia scilicet prius innoxia pace detinebatur. {Et de Iudæa} idest de confessione diabolica. {Et de trans Iordanem} qui prius erant in Paganismo constituti, sed transeuntes per aquam baptismi venerunt ad Christum.

Cap. 6.

Cate. au. S. Tho. C CAP.

CAP. V.

HRY. super Matthæ. Omnis artifex secundum professionem suam, opportunitatem operis videns gaudet. Carpentarius enim si viderit arborem bonam, concupiscit eam præcidere ad opus artificij sui. Et Sacerdos, cum viderit ecclesiam plenam, gaudet animus eius, & delectatur, vt doceat. Sic & Dominus videns magnam congregationem populi, excitatus est ad docendum. vnde dicit: ¶ Videns autem turbas Iesus, ascendit in montem. ¶ AVG. de Concor. euange. Vel hic potest videri multas turbas vitare voluisse, & ob hoc ascendisse in montem, vt solis discipulis loqueretur. CHRY. in Homil. Per hoc autem quòd non in ciuitate & foro: sed in monte & solitudine sedit, eruditur nos nihil ad ostentationem facere, & a tumultibus abscedere, & præcipue cum philosophandum est, ac de rebus serijs disserendum. REMI. Hic enim sciendum est, quòd tria refugia legitur Dominus habuisse, nauim, montem, & desertum: ad quorum alterum quotiescumque a turbis opprimebatur, conscendebat. HIERO. Nonnulli autem Simpliciorum fratrum putant Dominum ea quæ sequuntur in Oliueti monte docuisse, quod nequaquam ita est. Ex præcedentibus enim & sequentibus in Galilæa mostratur locus quem putamus esse, vel Thabor, vel quemlibet alium montem excelsum. CHRY. super Matt. Ascendit autem in montem: primo quidem, vt impleret prophetiam Esaiæ dicentis: Super montem ascende tu: deinde vt ostendat quoniam in altitudine spiritalium virtutum consistere dicitur, qui docet Dei iustitiam pariter & qui audit. nemo enim potest in valle stare, & de monte loqui. Si in terra stas, de terra loquere. Si autem de cœlo loqueris in cœlo consiste. Vel ascendit in montem, vt ostendat, quòd omnis qui vult discere mysteria veritatis, in montem ecclesiæ debet ascendere, de quo Propheta: Mons Dei, mons pinguis. HILA. Vel ascendit in montem, quia in paternæ maiestatis celsitudine positus, cœlestia vitæ præcepta constituit. AVG. de Sermone Domini in monte: Vel ascendit in montem, vt significet, quia minora erant præcepta iustitiæ, quæ a Deo data sunt per Prophetas populo Iudæorum, quem timore adhuc alligari oportebat. Per filium autem suum maiora populo quem charitate iam conuenerat liberari. Sequitur. ¶ Et cũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. ¶ HIERO. Ideo autẽ stans, sed sedens loquitur, quia non poterant eum intelligere in sua maiestate fulgentem. AVGV. de Sermo. Domini in monte: Vel quòd sedens docebat: pertinet ad dignitatem Magistri. Ac cesserunt autem ad eum discipuli eius, vt audiendis verbis illius essent ẽt corpore viciniores, qui præceptis implendis animo ápropinquabant. RABA. Mystice autem sessio Domini incarnatio eius est, quia nisi Dominus inearnatus esset, humanum genꝰ ad eum accedere non potuisset. AVG. de Concor. euange. Mouet autem, quòd Matthæus in monte dicit hunc habitum esse sermonem a Domino sedente: Lucas autem in loco campestri a Domino stante. Hæc igitur diuersitas facit videri alium fuisse illum, alium istum. Quid enim prohibet Christum quædam alibi repetere, quæ ante iam dixerat? aut iterum facere, quę ante iam fecerat? Quanquam etiam possit illud occurrere in aliqua excellentiori parte montis: primo cum solis discipulis Dominum fuisse, quando ex eis duodecim elegit: deinde cum eis descendisse non de monte, sed de ipsa montis celsitudine in campestrem locum, idest in aliquam æqualitatem, quæ in latere montis erat, & multos capere posset, atque ibi stetisse, donec ad eum turbæ congregarentur, ac postea cum sedisset, accessisse propinquius discipulos eius, atque ita illis, cæterisque turbis præsentibus, vnum habuisse sermonem, quẽ Matthæus, Lucasque narrant diuerso narrandi modo: sed eadem veritate rerum. GREGO. 4. Moral. Sublimia autem præcepta Domino in monte dicturo premittitur. ¶ Et aperiens os suum docebat eos ¶ qui dudum aperuerat ora Prophetarum. REMI. Vbicumque autem legitur Dominus aperuisse os, inspiciendum est, quia magna sunt, quæ sequuntur. AVG. de Sermo. Domini in monte: Vel dicit: Aperiens os suum, vt ipsa mora commendet aliquanto longiorem futurum esse sermonem. CHRY. in Homil. Vel hoc dicit, vt discas, quoniam nunc quidem docebat os aperiens in loquendo: nunc autem vocem, quæ est ab operibus emittens. AVG. de Sermo. Domini in monte. Si quis autem pie, sobrieque considerauerit, inueniet in hoc sermone quantum ad mores opportunos pertinet, perfectum vitæ Christianæ modum, vnde sic ipse sermo concluditur: Omnis qui audit verba mea hęc & facit ea: similabo eum viro sapienti. AVG. de Ciuitate Dei:

Lib.2.c.19.

Hom.15.

Lib.1.ca.1.

Lib. 1.ca.1.

Lib.2.c.19.

Cap.4.

Hom.15.

Lib.19.c.1.

CAP. V.

IDens autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

b Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

F Nulla autem est causa philosophandi, nisi finis boni, quòd autem beatum facit, ipse est finis boni. Et ideo a beatitudine incipit dicens: ¶ Beati pauperes spiritu. AVGVSTI. de Sermone Domini in monte: Præsumptio quidem spũs audaciam, & superbiam significat. vulgo etiam magnum spiritum superbi habere dicuntur, & recte. nam spiritus ventus vocatur: quis vero nesciat superbos inflatos dici quasi vento distentos? Quapropter recte hic intelligitur: Pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, idest, non habentes instantem spiritum. CHRYSOST. in Homil. Vel spiritum hic elationem, & animum dicit, quia enim sunt multi humiles nolentes rerum necessitate coacti, non est laus. vnde illos beatificat, qui se ex electione humiliant. Ideo autem hic incipit radicitus euellens superbiam, quia hæc fuit radix, & fons malitiæ vniuersæ, contra quam ponit humilitatem, velut quoddam stabile fundamentum, qua subiecta, cum stabilitate alia superædificantur. hac autem destructa, pereunt quæcumque congregaueris bona. CHRYSOST. super Matthę. Ideo autem dixit manifeste: ¶ Beati humiles spiritu ¶ vt sic humiles ostendant, vt semper adiutorium Dei sint mendicantes. vnde in græco dicitur: Beati πτωχοὶ ptochi, idest mendici, vel egeni. Sunt enim multi naturaliter humiles, & non ex fide, qui non pulsant adiutorium Dei: sed solum qui secundum fidem sunt humiles. CHRYSOST. in Homil. Vel quia pauperes spiritu hic dicit formidantes, & tremẽtes Dei iussiones, quomodo Dominus per Esaiam commendat. Quid autem amplius quàm simpliciter humiles? Humilium enim hic quidem mediocriter est: hic autem superabundanter. AVGVSTI. Superbi ergo appetant regna terrarum: sed humilium est regnum cœlorum. CHRY. super Matthæum: Nam sicut cœtera vitia deponunt ad inferos, maxime tamen superbia, sic & omnes virtutes inducunt in regnum cœlorum, maxime tamen humilitas, quia proprium est, vt qui se humiliat, exaltetur. HIERON. Vel beati pauperes spiritu, qui scilicet propter Spiritum sanctum voluntarie sunt pauperes. AMBRO. de Offi. Inde autem incipit beatitudo iudicio diuino, vbi erumna estimatur humana. GLO. Pauperibus autem in præsenti conuenienter promittuntur diuitiæ cœli.

b ¶ AMBRO. super Lucam: Cum simpliciter contentus fuero inops, supereſt vt mores meos temperem. Quid enim mihi prodest carere sæcularibus, nisi fuero mitis? Congrue igitur sequitur: ¶ Beati mites. ¶ AVGVST. Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed vincunt in bono malum. AMBRO. super Lucam: Mitiga ergo affectum tuum, vt non irascaris, aut certe iratus ne peccaueris. Præclarum est enim motum temperare consilio, nec minoris virtutis dicitur prohibere iracundiam, quàm omnino non irasci: cum plerumque illud lentius, hoc fortius estimetur. Rixentur igitur immites, & dimicent pro terrenis, & temporalibus rebus. Sed beati mites, quoniam ipsi hęreditabunt terram, de qua euelli non possunt: illam, inquam, terram, de qua in Psalmo dicitur: Portio mea in terra viuentium. Significat enim quandam stabilitatem hæreditatis perpetuæ, vbi anima per bonum affectum tanquam loco suo requiescit, sicut corpus in terra. Et inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra, ipsa est requies, & vita Sanctorum. CHRYSOST. super Matthæum: Vel terra hic, sicut quidam dicunt, quàm diu est in hoc statu terra mortuorum est, quia vanitati subiecta est: cum autem liberata fuerit de corruptione, fit terra viuorum, vt mortales hæreditent immortalem. Alterum exponentem legi, quasi cœlum, in quo habituri sunt Sancti dicatur terra viuorum, quod quantum ad inferiorem regionem cœlum est, quantum autem ad superius cœlum dicitur terra. Alij dicunt, quia corpus nostrum terra est, & quàm diu subiacet morti, terra est mortuorum. Cum autem fuerit conforme factum gloriæ corporis Christi, erit terra viuorum. HILA. Vel hæreditatem terræ mitibus Dominus pollicetur, idest eius corporis quod ipse assumpsit habitaculum, quia per mansuetudinem mentis nostræ habitat Christus in nobis, nos quoque clarificati corporis eius gloria vestiemur. CHRY. in Homil. Vel aliter: Christus hic spiritalibus sensibilia immiscuit, qm enim estimatur qui mitis est omnia sua perdere, contrariũ promittit dicens, qp cum stabilitate sua possidet, qui non est proteruꝰ, qui aũt aliter est, multotiens animam, & hæreditatem paternam perdit. Quia vero Propheta dixerat: Mansueti hæreditabunt terram, a consuetis verbis contexit sermonem. GLO. Mites etiam qui seipsos possederunt, hæreditatem Patris in futuro possidebunt. plus autem est possidere quàm habere: multa enim habemus, quæ statim amittimus.

Cap.6.

c ¶ AMBRO. super Lucam: Cum hoc feceris, vt scilicet sis pauper & mitis, memento quia peccator es, lugeto peccata. vnde sequitur: ¶ Beati qui lugent. ¶ Et bene tertia benedictio est peccata deflentis, qa Trinitas est, q̃ peccata condonat. HILA. Lugentes enim hic dicuntur non orbitates, aut contumelias, aut damna merentes, sed peccata yetera flentes. CHRY. super Matth. Et qui sua quidẽ peccata lugent, beati sunt, sed mediocriter: beatiores autem sunt, qui aliena lugent peccata, tales conuenit esse omnes Doctores. HIERO. Luctus enim hic non mortuorum ponitur communi lege naturę, sed peccatis, & vitijs mortuorum. Sic fleuit Samuel Saulem, & Paulus eos, qui post immunditiam, pœnitentiam non egerunt. CHRY. super Matth. Cum autem consolatio sit lugentium, cessatio luctus, qui sua peccata lugent, consolabuntur in dulgentiam consecuti. CHRY. in Homil. Et licet talibus sufficiat venia frui, non terminat retributionem in peccatorum remissionem, sed & multarum facit particeps consolationũm & hic, & in futuro. Semper enim maiores laboribus Deus dat retributiones. CHRY. super Matthæ. Qui vero aliena peccata lugent, consolabuntur, qui cum in sęculo illo prouidentiam cognouerint Dei, & intellexerint, quòd qui perierunt non fuerunt Dei, de cuiꝰ manu nemo rapere poterit, de eis luctu derelicto in sua beatitudine

Lib.1.c.4.

lætabuntur. Vel aliter. AVG. in Sermo. Domini in monte. Luctus est tristitia de amissione charorum. Conuersi autem ad Deũ ea quæ in hoc mundo chara habebant, amittunt. non enim gaudẽt his rebus, quibus ante gaudebant, & donec fiat in illis amor æternorum, nonnulla mœstitia sauciantur. Consolabuntur ergo Spiritu sancto, qui maxime propterea Paraclitus nominatur, idest, Consolator, vt temporalem amittentes, æterna letitia perfruantur. Et ideo dicit: ¶ Quoniam consolabuntur. ¶ GLO. Vel per luctum duo genera compunctionis intelliguntur. s. pro miserijs huius mũdi, & pro desiderio cœlestium. vnde filia Caleph petiuit irriguum superius, & inferius. huiusmodi autem luctus nó habet, nisi pauper & mitis, qui cum mundum non diligat, qp miser est, re cognoscit: & ideo cœlum concupiscit. Conuenienter ergo lugentibus promittitur consolatio, vt qui tristatus est in præsenti, gaudeat in futuro. Maior est autem retributio lugentis, q̃ pauperis & mitis. plus enim est gaudere in regno, q̃ habere & possidere: multa enim cum dolore possidemus. CHRY. in Homil. Notandũ autem, qp hanc beatitudinem non simpliciter, sed omnino cum intensione, & cumulo posuit: ideoq; non dixit, qui mœrent, sed qui lugent. Siquidem præceptum istud totius philosophiæ magisterium est. Si enim qui filios, vel proximos mortuos lugent, toto illo doloris sui tempore, nec pecuniarum, nec gloriæ amore tenentur, non inuidia consumuntur, non iniurijs permouentur, nec aliis vitijs obsidentur, vtpote solis luctibus mancipati: multomagis, qui propria peccata lugent, sicut ea lugere dignum est, celsiorẽ hanc philosophiam debent ostendere.

Cap. 6.

d ¶ AMBRO. super Lucam: Postquàm delicta defleui, esurire incipio, & sitire iustitiam. Aeger enim, cum in graui morbo est, nõ esurit. vnde sequitur: ¶ Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. HIERO. Non nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitiæ patiamur famem, vt sub hoc exemplo nunquã nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. CHRY. super Matth. Quoniam omne bonum quod non ex amore ipsius boni faciunt homines, ingratum est ante Deum. Esurit autem iustitiam qui ſm iustitiam Dei desiderat conuersari. sitit autem iustitiam qui scientiam eius acquirere cupit. CHRY. in Homil. Iustitiam autẽ dicit vel vniuersalem, vel particularem auaritiæ cõtrariam. Quia enim de misericordia dicturus erat, præmonstrat qualiter misereri oporteat, quia non ex rapina, neque ex auaritia. vnde etiam qđ est auaritiæ propriũ. s. esurire, & sitire, iustitiæ attribuit. HILA. Sitientibus autem, & esurientibus iustitiam, beatitudinem tribuit significans extensam in Dei doctrinam sanctorum auiditatem, perfecta in cœlo satietate repleri. Et hoc est quod dicitur: ¶ Quoniam ipsi saturabuntur. CHRY. super Matthæ, largitate remunerantis Dei, quoniam maiora erunt præmia Dei, quam sanctorum desideria. AVG. de Ser. Domini. Vel illo cibo saturabuntur in

Lib.1.ca.5.

præsenti, de quo Dominus dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, quod est iustitia. & illa aqua, de qua quisque biberit, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. CHRY. in Homil. Vel rursus sensibile præmium statuit. quia enim plurimos diuites facere putatur auaritia, dicit hoc esse contrarium, magisque id præstare iustitiam. qui enim iustitiam diligit, tutissime omnia possidet.

e ¶ GLO. Iustitia & misericordia ita coniunctæ sunt, vt altera ab altera debeat temperari. iustitia enim sine misericordia crudelitas est: misericordia sine iustitia, dissolutio. vnde misericordia post iustitiam subdit, dicens: ¶ Beati misericordes. REMI. Misericors dicitur, quasi miserum habẽs cor, quia alterius miseriam, quasi suam reputat, & de malo alterius, quasi de suo dolet. HIERO. Misericordia hic non solum in eleęmosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. AVG. Beatos autem dicit esse qui subueniunt miseris, quoniam eis ita rependitur, vt de miseria liberentur. vnde sequitur: ¶ Quoniam ipsi misericordiam consequentur. ¶ HILA. Intantum enim Deus beneuolentiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt suam misericordiam sit solis misericordibus præstaturus. CHRY. in Homil. Videtur autem esse æqualis retributio, sed est multo maior: non enim est æqualis humana misericordia & diuina. GLO. Merito ergo misericordibus, misericordia impenditur, vt plus accipiant quàm meruissent. & sicut plus recipit qui vltra saturitatem habet, quàm ille qui habet tantum ad saturitatem, sic maior est gloria misericordiæ, quàm præcedentium.

f ¶ AMBRO. super Lucam: Qui misericordiam defert, misericordiam amittit, nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiam quærit: nullus est fructus. vnde sequitur: ¶ Beati mundo corde, GLO. Conuenienter autem sexto loco ponitur cordis mũditia, quia sexto die homo conditus est ad imaginem Dei, quæ qui

C

dem obtenebrata erat in homine per culpam, sed immundis cordibus reformatur per gratiam. Merito autem post prædicta sequitur, quia nisi illa præcedant mundum cor in homine non creatur. CHRY. in Homil. Mundos autem hic ait, vel eos qui vniuersalem virtutem possident, & nullius sibi malitiæ conscij sunt, vel eos qui in temperantia consistunt, quæ maxime necessaria est ad videndum Deum, secundum illud Pauli: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Quia enim multi miserentur quidem: sed impudica agunt, monstrans, quòd non sufficit primum, scilicet misereri: hoc de munditia apposuit. HIERO. Mundus autem Deus, a mundo corde concupiscitur. Templum enim Dei non potest esse pollutum. Et hoc est quod dicitur: ¶ Quoniam ipsi Deum videbunt. CHRY. super Matthæ. Qui enim omnem iustitiam facit & cogitat, mente sua Deum videt, quoniam iustitia figura est Dei: Deus enim iustitia est. Secundum ergo, quòd aliquis eripuerit se a malis, & fecerit bona, secundum hoc Deum videt aut parum, aut amplius, aut interdum, aut semper secundum possibilitatem humanam. In sęculo autem illo, mundi corde Deum videbunt facie ad faciem, non in

D

speculo, & in enigmate sicut hic. AVG. in Ser. Domini in monte. Stulti autem sunt qui Deum videre istis exterioribus oculis quærunt: cum corde videatur, vt pote solis luctibus mancipati: multomagis qui propria peccata lugent, sicut ea lugere dignum est, celsiorẽ hanc philosophiam debent ostendere.

Cap. 6.

d ¶ AMBRO. super Lucam: Postquàm delicta defleui, esurire incipio, & sitire iustitiam. Aeger enim, cum in graui morbo est, nõ esurit. vnde sequitur: ¶ Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. HIERO. Non nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitiæ patiamur famem, vt sub hoc exemplo nunquã nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. CHRY. super Matth. Quoniam omne bonum quod non ex amore ipsius boni faciunt homines, ingratum est ante Deum. Esurit autem iustitiam qui ſm iustitiam Dei desiderat conuersari. sitit autem iustitiam qui scientiam eius acquirere cupit. CHRY. in Homil. Iustitiam autẽ dicit vel vniuersalem, vel particularem auaritiæ cõtrariam. Quia enim de misericordia dicturus erat, præmonstrat qualiter misereri oporteat, quia non ex rapina, neque ex auaritia. vnde etiam qđ est auaritiæ propriũ. s. esurire, & sitire, iustitiæ attribuit. HILA. Sitientibus autem, & esurientibus iustitiam, beatitudinem tribuit significans extensam in Dei doctrinam sanctorum auiditatem, perfecta in cœlo satietate repleri. Et hoc est quod dicitur: ¶ Quoniam ipsi saturabuntur. CHRY. super Matthæ, largitate remunerantis Dei, quoniam maiora erunt præmia Dei, quam sanctorum desideria. AVG. de Ser. Domini. Vel illo cibo saturabuntur in

E

h Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cœlorũ. i Beati estis cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.

Lib.1.ca.8. enim prodest alios per te pacari, cum in tua anima sint bella vitiorum? AVG. in Ser. Domini in monte: Pacifici aũt in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subiicientes rationi, carnalesque concupisceutias habentes edomitas, fiunt regnum Dei, in quo ita ordinata sunt omnia, vt quod est in homine præcipuum, & excellens, imperet cæteris reluctantibus, q̃ sunt nobis bestijsque communia, atq; idipsum quod excellit in homine, idest mens, & ratio subijciatur peccatori quod est ipsa veritas filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superioribus subiiciatur. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis. AVG. in lib. Retract. Non tamen cuiquam prouenire potest in hac vita, vt lex repugnans legi mentis, omnino non sit in membris. Sed hoc nunc pacifici agunt domando concupiscentias carnis, vt ad pacem plenissimam quandoque veniatur. CHRY. super Matth. Pacifici autem ad alios sunt, non solum qui inimicos in pace reconciliant, sed etiam illi qui immemores malorum, diligunt pacem. Pax enim illa beata est, quæ in corde posita est. non tantum in verbis. Qui autem pacem diligunt, filij sunt pacis. HILA. Pacificorum autem beatitudo adoptionis est merces. Et ideo dicitur: { Quoniam filij Dei vocabuntur. } Parens enim omnium Deus noster est, neque aliter transire in nuncupationem familiæ eius licebit, nisi fraternæ inuicem charitatis pace viuamns. CHRY. in Homil. Vel quia cum pacifici dicantur, qui non aduersum se mutuo dimicant, sed alios diffidentes in cõcordiam reuocãt, iure etiam filij Dei appellantur, quia vnigeniti hoc præcipuum fuit opus, distantia copulare, conciliare pugnãtia. AVG. Vel quia in pace perfectio est, vbi nihil repugnat pacifici filij Dei dicuntur, quoniam nihil resistit Deo. Et vtique filij Dei similitudinem pacis debent habere. GLO. Maximam ergo dignitatem habent pacifici, sicut qui filius Regis dicitur, in domo regia summus est. Septimo autem loco beatitudo hæc ponitur, q̃a in Sabbatho veræ requiei dabitur pax: sex ætatibus transactis.

h ¶ CHRY. in Homil. Posita pacificorum beatitudine, ne aliquis existimaret, quòd semper pacem sibi quærere sit bonum: subdit: { Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam } hoc est propter virtutem, propter defensionem aliorum, propter pietatem. Iustitiam enim cõsueuit pro omni virtute animæ ponere.

Lib.1.ca.9. AVG. in Sermo. Domini in monte: Pace enim intrinsecus constituta, ac firmata, quascumque persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, augerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est. HIERO. Signanter autem addidit. {Propter iustitiam.} Multi enim propter sua peccata persecutionem patiuntur, & non sunt iusti. Simulque considera, quòd octaua veræ circuncisionis beatitudo martyrio terminetur. CHRY. super Matth. Non autem dixit: Beati qui a gentibus persecutionem patiuntur, ne putes illum solum beatum, qui persecutionem patitur propter idola non colenda, ideo & ab hæreticis persecutionem patiens propter veritatem non relinquendam beatus esse, quia propter iustitiam patitur. Sed & siquis ex potentibus, qui Christiani videntur, forsitan propter sua peccata correctus a te fuerit te persecutus: beatus es cum Ioanne Baptista. Si enim verum est, quòd Prophetæ martyres sunt, qui a suis occisi sunt, sine dubio qui propter causam Dei aliquid patitur, etsi a suis patitur, mercedem martyrij habet. Et ideo non posuit scriptura personas persequentium, sed solam causam persecutionis, vt non aspicias, quis te persequitur, sed propter quid. HILA. Sic ergo ad postremum eos in beatitudine numerat, quibus omnia pro Christo pati, qui iustitia est, pron⁹ affectus est. His igitur & regnum seruatur, quia in contemptu sæculi sunt pauperes spiritu. vnde dicit: {Quoniam ipsorum est regnum cœlorum. } Vel octaua beatitudo tanquam ad caput redit, quia consummatum, perfectumque ostendit, & probat. Itaque in prima, & in octaua nominatum est regnum cœlorum. septẽ enim sunt quæ perficiunt: nam octaua clarificat, & perfectum demonstrat, & per hos gradus perficiantur & cęteri, tanquam accipiatur

Cap.6. rursus exordium. AMBRO. super Lucam: Vel aliter: Primum regnum cœlorum sanctis præpositum est in absolutione corporis: secundum post resurrectionem esse cum Christo. Post resurrectionem tuam, terram incipies tuam possidere absolutus a morte, & in ipsa possessione consolationem reperies. Consolationem sequitur delectatio: delectationem diuina miseratio: Cui autem miseretur Dominus, & vocat: & sic vocatus videt vocantem. Qui autem Deum viderit: in ius diuinæ generationis assumitur, & tunc demum quasi Dei filius cœlestis regni diuitijs delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. CHRY. in Homil. Ne autem mireris si secundum vnamquamque beatitudinem regnum non

F audis, quia cum dicit: { Consolabuntur, misericord iam consequentur } & cætera huiusmodi, per hęc vniuersa nihil aliud quàm regnum cœlorum occulte insinuat, vt nihil sensibile expectes. Neque enim beatus est, qui in his coronatur, quæ cum præsenti vita discedunt. AVG. Diligenter autem attendendus est numerus harum sententiarum. Li.i.de Ser. cap.9. his enim septem gradibus congruit operatio Spiritussancti septiformis quã Isaias describit: sed ille a summo: hic ab imo, quia ibi docetur fili⁹ Dei ad ima descensurus: hic homo de imis ad similitudinem Dei ascensurus. In his

G prius est timor, qui congruit hominibus humilibus, de quibus dicitur: { Beati pauperes spiritu, } idest non alta sapientes: sed timentes. Secunda est pietas, quæ conuenit mitibus: qui enim pie quærit, honorat, non reprehendit, non resistit, quod est mitem fieri. Tertia est scientia, quæ conuenit lugentibus, qui didicerunt, quibus malis nunc vincti sunt, quæ quasi bona petierunt. Quarta quæ est fortitudo, congruit esurientibus & sitientibus, quia desiderantes gaudium de veris bonis laborant, a terrenis cupientes auerti. Quinta consilium, conuenit misericordibus, quia vnicum remedium est de tantis malis erui, dimittere alijs & dare. Sexta est intellectus, & conuenit mundis corde, qui purgato oculo, possunt videre quod oculus non vidit. Septima est sapientia, quæ conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperant spiritui. Vnum autem præmium, quod est regnum cœlorum, varie nominatum est. In primo, sicut opor-

H tebat positum est regnum cœlorum quod est perfecte sapientiæ initium, ac si diceretur: Initium sapientię timor Domini. Mitibus hæreditas tanquam testamentum Patris cum pietate quærentibus. Lugentibus consolatio, tanquam scientibus quid amiserunt, & in quibus mersi sunt. Esurientibus saturitas, tanquam refectio laborantibus ad salutem. Misericordibus misericordia, tanquam optimo consilio vtentibus, vt hoc eis exhibeatur, quod exhibent. Mundis corde, facultas videndi Deum tanquam purum oculum ad intelligenda æterna gerentibus. Pacificis Dei similitudinem. Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut completa esse in Apostolis credimus. nam quod post hanc vitam promittitur: nullis verbis exponi potest.

i ¶ RABA. Superiores sententias generaliter dirigebat: iam incipit loqui præsentes compellans: prædicens eis persecutiones quas pro nomine eius passuri erant dicens: { Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos. AVG. Quæri autem po- Lib.1.d' ser. Cap.9.

I test quid intersit quod ait: Cum vobis maledicent, & dicent omne malum: cum maledicere hoc sit malum dicere? Sed aliter est maledictum iactatum cum contumelia coram illo qui maledicitur, aliter cum absentis fama læditur. Persequi autem est vim inferre, vel insidijs appetere. CHRY. super Matthæum: Si autem verum est, quoniam qui calicem aquæ porrexerit: merces eius non perit, consequenter qui vel vnius leuissimi verbi iuiuriam fuerit passus, vacuus non erit a mercede. Vt autem blasphematus sit beatus, duo conuenire debent, ut & mendaciter blasphemetur, & propter Deum: alioquin si vnum defuerit: non est beatitudinis merces. Et ideo dicit: {Mentientes propter me.} AVG. Quod propter illos dictum puto, qui volunt de persecutionibus, & de fama suæ turpitudinis gloriari, & ideo dicere ad se pertinere Christum, quòd multa de illis dicuntur mala, cum & vera dicantur quando & de errore illorum dicuntur, etsi aliquando falsa iactantur: non ta-

K men propter Christum ista patiuntur. GREGO. super Ezechielem: Hom.9. Quid autem poterit obesse si homines vobis derogent, & sola vos conscientia defendat? Sed tamen linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suam malitiam excitatam debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. vnde & hic dicitur: { Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. } GLO. Gaudete mente quidem, & exultate corpore, quia merces uestra non tantum magna est, sicut aliorum, sed copiosa est in cœlis. AVG. Non hic cœlos puto dici superiores partes huius visibilis mundi: non enim merces vestra in rebus uisibilibus collocanda est: sed in cœlis dictum puto in spiritalibus firmamentis, ubi habitat sempiterna iustitia. Sentiunt ergo istam mercedem, qui gaudent spiritualibus: sed ex omni parte perficietur, cum mortale hoc induerit immortalitatem. HIERO. Gaudere igitur & exultare debemus, ut merces nobis in cœlestibus præparetur. hoc qui uanam sectatur gloriam, implere non potest. CHRY. super Matthæum: Quia quantum aliquis lætatur de

laude

K Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. l Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat oĩbus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hoĩb⁹, vt videãt op̃a vestra bona, & glorificent patrẽ vr̃m, q̃ in cœlis est.

laude hominum, tantum de vituperatione tristatur, qui vero gloriam concupiscis in cœlo, opprobria non timeas in terris. GRE. Hom.9. super Ezech. Aliquando tñ detractores debemus compescere, ne dũ de nobis mala desseminant, eorum qui audire a nobis bona poterant corda innocentia corrumpant. GLO. Non solum autem præmio, sed etiã exẽplo eos ad patiẽtiam prouocat, cũ subdit: { Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. } REMI. Magnã.n. consolationem accipit homo in tribulatione positus: dum recordatur passiones aliorum, a quibus exemplum patientię accipit, ac si diceret. Memẽtote quia illius vos estis Apostoli, cuius & illi fuerunt Prophetæ. CHRYS. in Homil. Simul & insinuat coęqualitatem sui honoris ad patrem, ac si dicat: Sicut illi propter patrem, ita & vos propter me patiemini. Cum etiam dixit Prophetas, qui fuerunt ante vos, monstrat & ipsos Prophetas iam factos. AVG. Persecutionẽ aũt hic generaliter posuit, & in maledictis, & in laceratione famæ.

k ¶ CHRY. in Homil. Quoniam sublimia præcepta Apostolis dederat, & multo q̃ in lege ueteri maiora, ne turbarentur, ac dicerent: Quo nam modo hæc implere poterimus? eos laudum ad mistione permulcet, dicens: {Vos estis sal terræ.} Per quod ostẽdit quàm necessarie ista præcipiat. Non enim pro vestra, inquit, salute tantummodo, aut pro vna solum gente, sed pro vniuerso prorsus orbe hæc vobis doctrina committitur. Proinde non oportet vos adulari, atq; palpare, sed econtrario salis instar mordicare. Quòd si homines mordendo, ac perstringendo, male audieritis, gaudete. Hoc.n. salis est opus, laxa quæque mordicare, atque restringere, sic itaque aliorum maledictio nihil uobis adferet incommodi, sed vestræ potius firmitatis testimonium erit. HILA. Est hic ꝓprietas quærenda dictorũ, quã Apl'orum officiũ, & ipsius salis natura monstrabit. hoc igit̃ in oẽm vsum humani gñis effectũ incorruptionẽ corporibus, quibus fuerit aspersum impartit, & ad oẽm sensum cõditi saporis aptissimum est. Apl'i aũt sunt rerum cœlestium p̃dicatores, & æternitatis velut salitores: merito sal terræ nũcupati, quia per virtutem doctrinę quasi salientes æternitati corpora seruant. REMI. Sal etiã ꝑ aquã, & ardorẽ Solis, & ꝑ flatum venti in naturã alterã cõmutat̃, sic & apl'ici viri ꝑ aquã baptismi, & ardorẽ dilectionis, & flatum Spũssancti in spiritalem regenerationẽ cõmutati sunt. Sapiẽtia ẽt cœlestis ꝑ Apl'os p̃dicata, exiccat humores carnalium operum, aufert fœtorem, & putredinẽ malæ conuersationis, & vermen libidinosę cogitationis, & illũ de quo dicit Propheta: Vermis eorum non morit̃. REMI. Sunt Apl'i sal terrę.i. hoĩum terrenorum, qui amãdo terrã, terra vocant̃. HIER. Vel Apl'i sal terræ appellant̃, q̃a ꝑ illos vniuersum hoĩum cõdit̃ gen⁹. CHRY. sup Mat. Doctor.n. cũ fuerit oĩbus p̃dictis virtutib⁹ ornatus, tunc est quasi optimũ sal, & totus popl's de illo condit̃, videndo eum, & audiendo. REMI. Et sciendum q̃a nullum sacrificium offerebat̃ Deo in veteri Testamento, nisi prius condiret̃ sale, quia nullus pôt laudabile sacrificium Deo offerre absq; sapore cœlestis sapientiæ. HILA. Verum q̃a cõuersioni hõ subiacet: iõ Apl'os sal terrę nuncupatos monet in traditę sibi ptãtis virtute ꝑsistere, cum subdit. {Quod si sal euanuerit, in quo saliet̃? } HIER.i. si doctor erraue rit, a quo alio doctore emendabit̃? AVG. Et si vos, ꝑ quos cõdiendi sunt popl'i metu ꝑsecutionũ t̃palium, amiseritis regna cœlorũ, q̃ erunt hoĩes, ꝑ quos vobis error auferat̃? Alia lr̃a hẽt. Si sal infatuatum fuerit, oñdẽs fatuos esse iudicandos, q̃ t̃palium bonorum, vel copiam sectantes, vel inopiã metuentes amittunt æterna, q̃ nec dari pñt ab hoĩbus, nec auferri. HILA. Si aũt doctores infatuati nil saliant, & ipsi sensu accepti saporis amisso viuificare non pñt corrupta, reddunt̃ inutiles. vnde sequit̃: { Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & cõculcet̃ ab hoĩbus.} HIER. Exemplum de agricultura sumptum est. Sal.n. vr in condimentum ciborum, & ad siccandas carnes necessarium est, ita alium usum non habet. Certe legimus in scripturis vrbes quasdã ira victorum sale seminatas, ita vt germen nullũ in ipsis oriret̃. GLO. Postq̃ ergo illi, qui capita sunt aliorum defecerint, nulli vsui apti sunt, nisi ad hoc vt mittant̃ foras ab officio docendi. HILA. Vel etiam de ecclesiæ promptuarijs proiecti, pedibus incedentium conterantur. AVG. Non aũt calcat̃ ab hoĩbus, q̃ patit̃ ꝑsecutionẽ, sed q̃ ꝑsecutionẽ timẽdo infatuat̃. Calcari.n. non pôt, nisi inferior. inferior aũt non est, qui q̃uis corpe multa in terra sustineat, corde tñ in cœlo fixus est.

l ¶ CHRY. super Matth. Sicut doctores ꝑꝑ bonam conuersationem sunt sal quo popl's conditur: ita ꝑꝑ verbũ doctrinæ sunt lux, qua ignorantes illuminantur. prius aũt est bñ viuere, q̃ bñ docere, & iõ postq̃ Apl'os dixerat sal, consequenter vocat eos lucem dicẽs: {Vos estis lux mundi.} Vel quia sal in eo statu tenet rem, ne

A ad deterius mutetur: lux aũt ad melius ꝑducit illustrando: ꝑꝑ q̃d Apl'i dicti sunt pri⁹ sal, ꝑꝑ Iudæos, & ꝑꝑ popl'm Christianũ, a q̃b⁹ Deus cognoscit̃, quos seruant in Dei sc̃ia: lux aũt ꝑꝑ gentes quas ad sc̃iæ lumen perducunt. AVG. Oportet autem hic mundum Lib.1.d' ser. non cęlum & terrã, sed hoĩes, qui sunt in mundo intelligi, vel qui do.cap.11. diligunt mundũ, q̃b⁹ illuminãdis Apl'i missi sunt. HILA. Natura enim luminis est vt lucem quocumque circũferatur emittat, illatumq; ędib⁹ tenebras ĩterimat, luce dominãte. Igit̃ mundus extra cognitionẽ Dei positus, obscurat̃ igno

B rantiæ tenebris, cui ꝑ Apl'os sc̃iæ lumẽ inuehitur, & cognitio Dei claret, & de paruis eorum corpusculis quocumq; incesserint, lux tenebris ministrat̃. REMI. Sicut autem Sol dirigit radios suos: ita & Dñs, qui est sol iustitię direxit Apl'os suos ad effugandas humani generis tenebras. CHRY. in Hom. Intellige aũt q̃ magna Hom.15. eis promittit, vt qui in regione propria cogniti non erant, ad fines orbis terrarum eorum ueniret fama, nec persecutiones quas prædixerat eos potuerunt occultare, sed propter hoc magis præclari redduntur. HIERO. Ne autem Apostoli abscondantur ob metum, sed tota libertate se prodant, docet eos fiduciam prædicandi, cum consequenter dicit: {Non pôt ciuitas abscondi supra mõtem posita.} CHRY. in Homil. Hom.15. Per hoc etiam eos docet esse sollicitos de propria uita quasi in oculis omnium positos, sicut ciuitas, quæ est supra montem posita, uel lucerna supra candelabrum lucens. CHRY. super Matth. Hæc autem ciuitas ecclesia sanctorum est, de qua dr̃: ps 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas. Ciues

C eius sunt oẽs fideles, de quib⁹ Apostolus: Vos estis ciues sanctorũ. Hæc ergo ciuitas posita est supra montẽ Christum, de quo Daniel: Lapis abscisus sine manibus factus est mons magnus. AVG. Vel Lib:1.d' ser. posita est supra montem, idest supra magnam iustitiam, quam significat mons, in quo disputat Dñs. do.cap.12. CHRY. super Matthę. Non potest ergo ciuitas abscondi posita supra montem, etiam si ipsa voluerit. Mons enim qui eam portat, facit eam omnibus manifestã: sic & Apostoli, & Sacerdotes, qui fundati sunt in Christo, non possunt esse absconditi, etiam si voluerint, quia Christus eos manifestat. HILA. Vel ciuitatem, carnem quam assumpserat nuncupat, quia in eo per naturam suscepti corporis, quędam humani generis congregatio continetur, & nos per consortium carnis suæ sumus habitatio ciuitatis. Abscondi ergo non potest, quia in altitudine positus celsitudinis Dei, admiratione operum suorum offertur omnibus contemplandus. CHRY. super Matthæum:

D Quare autem Sanctos suos Christus manifestet, & non sinat eos esse absconditos, per alteram comparationem ostendit, cum subditur: { Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: sed supra candelabrum.} CHRY. in Homil. Hom.15. Vel per hoc quod dixit: {Non potest ciuitas abscondi} demõstrauit suam uirtutem: In hoc autem quod subdit: {Neque accendunt lucernam,} eos inducit ad liberam prædicationem, ac si diceret: Ego quidem lucernã accendi, vt vero perseueret ardens, vestri erit studij, nõ solum propter vos, sed propter alios, qui illuminabunt̃, sed & propter gloriã Dei. CHRY. super Matthæ. Lucerna est verbum diuinum, de quo dictum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Accendentes lucernam, sunt Pater, & Filius, & Spiritussanctus. AVG. Li.i. de Ser. ca.12. Quid autem putamus dictum esse. Et ponunt eam sub modio? vt occultatio tantum lucernæ accipienda sit, tanquam si diceret: Nemo accendit lucernam. & occultat eam, an aliquid etiam modius significat? vt hoc sit ponere lucernam sub modio: superio-

E ra facere corporis commoda, per prædicationem veritatis. Sub modio ergo lucernam ponit, quisquis lucem doctrinæ commodis temporalibus obscurat, & tegit. Et bene modius dicitur res corporalis, siue propter retributionem mensurę, quia ea quisquis recipit, quæ gessit in corpore, siue quia temporalia bona, quę corpore peraguntur circa dierum mensuram, quam significat modius, inchoãtur & trãseunt: æterna vero & spiritualia nullo tali fine coercentur. Super candelabrum autem lucernam ponit, qui corpus suum ministerio verbi subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis: per ipsam enim corporis seruitutem excelsior lucet doctrina, dum per vocem & cæteros corporis motu bonis operibus insinuatur discentibus. CHRY. super Matthæum. Vel modij sunt homines mundiales, quoniam sicut modij desuper quidem vacui sunt, subtus autem pleni, sic omnes mundi amatores in rebus spiritualibus insensati sunt: in terrenis autem sapientes: & ideo quasi modius uerbum Dei tenet absconditum, quando propter aliquam causam terrenam verbum Dei non est ausus palam proloqui, nec fidei ueritatem. Candelabrum est ecclesia, quæ baiulat

verbum vitæ,&omnis ecclesiasticus vir. HILA. Vel Synagogã Dominus modio comparauit quæ susceptos fructus intra se tantum receptãs,certum modium dimensæ obseruantiæ continebat. AMBRO. super Lucam.Et ideo nemo fidem suam intra mensuram legis includat,sed ad ecclesiam conferat,in qua septiformis spiritus relucet gratia.

m Nolite autem putare, quoniã veni soluere legem, aut prophetas.Non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnũ, aut apex vnus non pręteribit a lege,donec omnia fiãt. Qui ergo soluerit vnũđ mãdatis istis minimis,& docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autem fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

n Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum,non intrabitis regnum cœlorum. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio.Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo,

BEDA in Homil. Vel ipse Christus accẽdit lucernã, qui testam humanæ naturę flamma suæ diuinitatis impleuit, quã nec credentibus abscondere,nec modio supponere, hoc est sub mensura legis includere,vel intra vnius gẽtis terminos noluit cohibere. Candelabrũ ecclesiã dicit,cui lucernam supposuit, quia nostris in frontibus fidem suæ incarnationis affixit. HILA. Vel lucerna Christi ponitur in candelabrum.i.in ligno per passionem suspensa,quæ lumen æternum est in ecclesia habitantibus præbitura. Et ideo dicit:{Vt luceat omnibus qui in domo sunt.}AVG.Siquis enim domum vult accipere ecclesiam, non est absurdum. Vel domus est ipse mundus propter id quod superius ait:{ Vos estis lux mundi.} HILA. Tali etiam lumine monet fulgere Apostolos, vt ex admiratione operis eorum Deo laus impartiatur. vnde sequitur:{ Sic luceat lux vestra coram hominibus,vt videant opera vestra bona. CHRY. super Matth.i. sic illuminate docentes, vt non vestra tantum audiant verba,sed vt opera videant,vt quos illuminaueritis per verbum quasi lux, condiatis per exemplũ quasi sale. Per illos autem doctores, qui docent,& faciunt magnificatur Deus: nam disciplina Domini ex moribus familiæ demonstratur. Et ideo sequitur. { Et glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est.} AVG. Si tantummodo diceret.{Vt videãt opera vestra bona,} finem constituisse videretur in laudibus hominum , quas quærunt hypocritę,sed addidit:{ Et glorificent patrem vestrum,qui in cœlis est,} ut hoc ipsum quòd homo ꝓ bona opera placet hominibꝰ, non ibi finem constituat, sed referat ad laudem Dei, & propterea placet hominibus, vt in illo glorificetur Deus. HILA. Non ꝙ ab hoibus oporteat gloriam quærere, sed vt dissimulantibus nobis,opus nr̃m his inter quos viuimus,in honorem Dei eluceat. m ¶ GLO. Postquàm hortatus est audientes, vt se præpararẽt ad omnia sustinenda pro iustitia,& non absconderent quod accepturi erant,sed ea beniuolentia discerent,vt cæteros docerent,incipit eos informare quid doceant, tanquam si quæreretur. Quid est hoc quòd non vis abscondi,pro quo iubes omnia tollerari?nũquid aliquid dicturus es extra ea quæ in lege sunt scripta? Ideo inquit:{Nolite putare quoniam veni soluere legẽ, aut Prophetas:} CHRY. super Matth.Quod propter duas causas dicit:Primum vt discipulos suos his verbis ad suum prouocaret exemplum, vt sicut ipse omnem legem adimplebat, sic & illi studerent implere. Denique futurum erat,vt calumniarentur eum Iudæi, quasi legẽ soluentem,priusquam incurrat calumniam, calumnię satisfacit, ne putaretur sic venisse,vt simpliciter legem prædicaret,sicut Prophetæ fecerant. REMI. Duo dixit,negat venisse se soluere, & affirmat venisse se implere: & ideo addit:{ Non enim veni legem
Li.1.de Ser, cap.14. soluere,sed implere.} AVG. In hac autem sententia duplex est sensus.Nam adimplere legem aut est addendo aliquid quod minꝰ
Hom.16. habet,aut faciendo quod habet. CHRY. in Homil. Impleuit igitur Christus Prophetas,complendo omnia quæ per eos de ipso fuerant dicta:legem autem,primo quidem nihil transgrediendo legalium,secundo iustificando per fidem,quod lex per literam face-
Lib.19.c.7. re non valebat. AVG. contra Faustum: Demum etiam,quia sub gratia positis in hac mortali vita difficile erat implere,quod in lege scriptum est: Non concupisces, ille per carnis suæ sacrificium sacerdos effectus impetrat nobis indulgentiam etiam hinc adimplens legem,vt quod per nostram infirmitatem minus possumus: per illius perfectionẽ curetur, cuius capitis membra effecti sumꝰ.
Lib.19.cap. 22.&.23. Puto etiam sic esse accipiendum quod dicitur:{Nõ veni legem soluere,sed adimplere.}his videlicet additamentis,quæ vel ad expositionem pertinent antiquarum sententiarum, vel ad conuersationem in eis. Aperuit enim Dominus etiam iniquum motum ad nocendum fratri,in homicidij genere deputari. Maluit etiam nos Dominus non iurantes non recedere a vero,quàm verum iuran-
Lib.17.c.1. tes appropinquare periurio.Sed cur,o Manichæi legem non accipitis & Prophetas,cum Christus ad eos se non venisse soluere dixit,sed adimplere ? Ad hoc respondet Faustus hæreticus: Quis hoc testatur dixisse Iesum?Matthæus: Quomodo ergo Ioannes non id testatur,qui fuit in monte? Matthæus hoc scripsit,qui postquam Iesus descendit de monte,secutus est eum?Ad hoc Augusti
Lib.17.c.3. nus rñdet. Si nemo de Christo vera dixit, nisi qui vidit eum, vel audiuit,hodie de eo vera dicit nullus. Cur ergo ex ore Ioannis nõ potuit vera Matthæus audire de Christo:si ex libro Ioannis possumus vera loqui de eo, nos tãto tꝑe post nati? hinc.n.non solum Matthæi, sed etiam Lucæ, ac Marci euangelium, & non impari

F auctoritate receptum est.Huc accedit,quia & ipse Dñs potuit narrare Matthæo quod egerat,antequam eum vocasset. Aperte autẽ dicite non vos credere euangelio: nam quæ in euangelio non nisi quod vultis creditis,vobis potius q̃ euangelio creditis. Item Faustus.Probemus & Matthæũ hoc nõ scripsisse,sed aliũ (nescio quem
Lib.17.c.1. suo nomine.) Quid enim dicit?Cum transisset Iesus vidit sedẽtem hoiem ad Tęlonium Matthæũ noie. Et quisergo scribens de seipso dicat: vidit hoiem,& non vidit me?Ad quod Augustinus:Ita Matthæus de se,
Lib.17.c.4. antequam de alio scripsit,sicut & Ioannes fecit dicens:Conuersus Petrus vidit alium discipulum, quem diligebat Iesus. Manifestũ est enim hunc morem fuisse Scriptorum cum gesta narrarent. Itẽ
G Lib.17.c.2. Faustus:Quid ꝙ etiam ex ipso sermone quod præcepit:non putare quia venerit legem soluere:magis intelligi datur quia solue-
Lib.17.ca.5. ret, neque nihil tale eo faciente Iudæi suspicari hoc possent ? Ad quod Augustinus.Hoc quidem ualde infirmum est, non enim negamus Iudæis non intelligentibus uideri potuisse Christũ destructorem esse legis,& Prophetarum. Item Faustus. Quid ꝙ etiã lex
Lib.17.ca.3. & Prophetæ nec adimpletione gaudent cum in Deuteronomio dicat:Hæc præcepta quæ mando tibi obseruabis, nec addas quicq̃ eis,nec minuas? Ad quod Augustinus:Non intelligit Faustus quid
Lib.17.c.6. sit legem implere:cum hoc de verborum adiectione putat accipiẽdum. Plenitudo enim legis charitas est quã Dñs dedit mittendo fidelibus Spm̃sanctum.Impletur ergo lex,vel cum fiunt,quę ibi præcepta sunt,vel cum exhibentur quæ ibi prophetata sunt. Itẽ Fau-
Lib.18.c.1. stus,ꝙ nouum Testamentum Iesum cõdidisse fatemur, quid aliud
Lib.18.c.4. q̃ destructionẽ fatemur veteris Testamenti?Ad quod Augustinus:
H In ueteri Testamento figuræ erant futurorũ quas rebus per Christum præsentatis auferri oportebat,vt eoipso lex & prophetę implerentur,in quibus scriptum est:Daturum Deum nouum Testamentu.Item Faustus:Hoc igitur si dixit Christus,aut aliud signi-
Lib.18.c.2. ficans dixit,aut quod absit,mentiens dixit,aut omnino nec dixit: sed Iesum quidem mentitum fuisse nullus dicat, ac per hoc aliter dictum est,aut nec omnino dictum est, me quidem iam aduersus capituli huius necessitudinem Manichæa fides reddidit tutũ, quæ prinicpio mihi non cunctis quæ ex Saluatoris noie leguntur scripta:passim credere persuasit. Esse enim multa zizania,quæ in contagium boni seminis,scripturis penè oibus noctiuagus quidam se-
Lib.18.c.3. minator insparsit. Ad quod Augustinus: Manichæus docuit impiam peruersitatem, ut ex euangelio quod hæresim tuam non impedit hoc accipias,quod aũt impedit non accipias.Nos aũt docuit Apostolus piam prouisionem,ut quisquis nobis annunciauerit, præter id quod accepimus, anathema sit. Dñs autẽ exposuit quid
I sint zizania,non aliqua falsa ueris scripturis immissa,sicut tu inter
Lib.18.c.4. pretaris: sed hoies filios maligni. Item Faustus. Cum te Iudæus interpellabit,cur legis,& Prophetarum præcepta non serues,quæ Christus dixit,non se uenisse soluere,sed adimplere? cogeris, aut uanę superstitioni succũbere,aut capitulum profiteri falsum, aut
Lib.18.c.5. te Christi negare discipulũ. Ad quod Augustinus: Nullas ex hoc capitulo catholici patiuntur angustias,quasi legis, & Prophetarũ præcepta non seruent,quia charitatem Dei & proximi habent, in quibus præceptis pendet lex & Prophetæ. Et quæcumque ibi rebus gestis, uel sacramentorum celebrationibus, uel locutionum modis figurate prophetata sunt: in Christo, & ecclesia compleri cognoscunt. Vnde nec uanæ superstitioni succumbimus, nec istud euangelij capitulum falsum esse dicimus, nec
Li.19.c.16. Christi discipulos nos negamus. Qui ergo dicit. Si Christus legem, & Prophetas non soluisset, illa sacramenta legis, & Prophetarum in Christianorum celebrationibus permanerent. Po-
K test dicere:si Christus legem, & Prophetas non soluisset, adhuc promitteretur nasciturus,passurus,resurrecturus: cum ideo magis hoc non soluerit, sed adimpleuerit, quia iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabant, sed annunciatur, quòd natus sit, passus sit, resurrexit, quod hæc sacramenta, quæ a Christianis aguntur, iam personant. Patet ergo, quanto errore delirent, qui putant signis sacramentisque mutatis etiam res ipsas esse diuersas, quas ritus propheticus pronunciauit promissas, & euangelicus demonstrat impletas. Item Faustus. Quæren-
Lib.19.c.1. dum est si hoc Christus dixit, cur dixerit: utrum ne compalpandi Iudæorum furoris causa, qui sancta sua ab eo conculcari uidentes, nec audiendum quidem eum existimabant,aut vt nos,qui ei
Lib.19.c.2. credebamus ex gentibus, instrueret legis subire iugum. Si autem hæc non ei fuit causa dicendi, illa debet esse, quam dixi,nec hoc ipsum mentitus est. Sunt enim tria genera legum, unum Hebræorum, quod peccati, ac mortis Paulus appellat. aliud Gentium, quod naturale uocat, dicens: Gentes naturaliter, quæ legis sunt faciunt. tertiũ est ueritatis,de qua dixit. Lex spũs uitæ

vitę.Item Prophetæ alij sunt Iudæorum,de quibus notum est alij Gentium,de quibus Paulus dicit: dixit quidam proprius eorum Propheta:alij veritatis,de quibus Iesus dicit:Mitto ad vos Sapien
Lib.19.c.3. tes,& Prophetas. Et quidem si obseruationes hebraicas adimpletionis gratia protulisset,dubium non erat, quin de Iudæorum lege,& Prophetis dixisset. Vbi vero sola recenset antiquiora ꝑcepta,idest:Non occides,non mœchaberis, quæ olim promulgata fuerãt per Enoch, & Seth,& cęteros iustos,cui non videatur hoc eum dixisse de veritatis lege,& Prophetis.Vbi vero Iudæorum quędam visus est nominasse,pœnitus era
Lib.19.c.7. dicauit,præcipiendo contraria,vt est illud.Oculum pro oculo,dẽtem pro dente. Ad quod Augustinus. Manifestum est quam legẽ, & quos Prophetas Christus non venerit soluere,sed implere.Ipsa
Li.19.c19. enim est lex,quę per Moysen data est: non autem sicut Faustus opinatur,quædam Dominus adimpleuit, quæ ab antiquis iustis iam dicta erant ante legem Moysi,sicut:{Non occides.}Quædam vero soluit,quæ propria videbantur legis Hebræorum. nos enim dicimus:Et hęc pro tempore bene fuisse tunc instituta,& nunc a Chri
Li.19.c.18. sto non soluta,sed adimpleta,vt patebit per singula.Hoc etiam nõ intelligebant,qui in ea peruersitate manserunt, vt gentes cogerẽt iudaizare hæretici,scilicet qui Nazaræi dicuntur. CHRY. super Matthæ. Quoniam vero omnia quæ ab initio mundi vsq; ad finem erant futura, mystice erant prophetata in lege, ne videatur aliquid eorũ quæ fiunt,Deus nõ antea cognouisse,propterea dicit: Non potest fieri,vt transeat cœlum, & terram, donec omnia quæ in lege prophetata sunt rebus ipsis fuerint adimpleta. & hoc est quod dicit: {Amen, quippe dico vobis,donec transeat cœlum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. REMI. Amen,hebræus sermo est,& latine dicitur vere,fideliter,siue fiat. Duabus autem de causis hoc sermone vtitur Dominus,siue propter duritiam illorum, qui tardi erant ad credẽdum,siue propter credentes,vt profundius attenderent ea quæ sequuntur. HILA. Per hoc autem,quod ait:{ Donec trãseat cœlum,& terra: cœlum quidem & terram maxima elementa non arbitramur esse soluenda. REMI. Permanebunt enim essentiali-
Li.i.de Ser. do.cap.15. ter:sed transibunt per renouationem. AVG. Per hoc autem,ꝙ ait:{Iota vnum, aut vnus apex non transibit a lege.}nihil potest aliud intelligi,nisi vehemens exprę sio perfectionis, quando per literas singulas demonstrata est, inter quas literas iota, minor est cæteris,qa vno ductu fit. Apex etiam ipsius aliqua in summo particula,quibus verbis ostendit in lege ad effectum, & minima quæque perduci. RABA. Apte quoque græcum iotha, & non iod hebræum posuit,quia iota in numero,decem significat,& Decalogum legis enumerat,cuius quidem apex, & perfectio est euãgeliũ, CHRY. super Matthæum: Si autem ingenuus homo, vel in vili mendacio inuentus fuerit erubescit,& vir sapiens verbum quod dixit non relinquit in vacuum, quomodo verba diuina sine exitu vacua poterant permanere? vnde concludit. { Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis,& docuerit sic homines minimꝰ vocabitur in regno cœlorum.} Puto autem, quòd ipse Dominus manifeste hoc respõdit,quæ sunt minima mandata: monstrans dicendo.{Si quis soluerit vnum de mandatis istis minimis.} idest quæ modo dicturus sum. CHRY. in Homil. Non enim pro veteribus legibus hoc dixit: sed pro his, quæ ipse erat præcepturus,quæ quidem minima vocat,licet magna sint. Sicut enim multotiens de se humilia locutus est, ita & de suis præceptis humiliter loquitur. Vel aliter. CHRY. super Matthæum: Mandata Moysi in actu facilia sunt:{ Non occides, non adulterabis.} Ipsa enim criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit:& ideo in remuneratione modica sunt, in peccato autem magna. Mandata autem Christi,idest Non irascaris,non concupiscas,in actu difficilia sunt: & ideo in remuneratione magna, in peccato autem minima. Minima igitur dicit ista Christi mandata: Non irascaris, non concupiscas.ergo illi, qui leuia peccata committunt,minimi sunt in regno Dei.i.qui iratus fuerit,& grande peccatum non fecerit,a pœna quidem securus est.s.damnationis æternæ: non tamen est in gloria.s.quam consequuntur illi,qui etiam hæc minima im-
Li.i.de Ser. cap.16. plent. AVG. Vel econuerso illa, quæ præcepta sunt in lege dñr minima,quæ aũt Christus dicturus est,sunt maxima.Mandata aũt minima significanẽ per vnum iota,& vnum apicem.{Qui ergo soluerit,& docuerit sic}.i.ſm ꝙ soluit,minimus vocabit in regno cœlorum.Et fortasse ideo nõ erit,quia ibi,nisi magni esse nõ possunt. GLO. Soluere aũt,est non agere,qđ recte quis intelligit,vel non intelligere quæ deprauauit,aut minuere integritatem superadditionis Christi. CHRY. in Homil. Vel cum audieris minimum

Iod hebręis denariũ numerũ significat,sicut iota apđ Gręcos: hoc tñ inter se differũt,ꝙ Iod in alphabeto hebraico decimũ tenet locum, Iota uero inter gręcas literas nona est.

A in regno cœlorum,nihil aliud suspicare q̃ supplicium, & gehẽnã. Regnum.n.consueuit dicere non solum regni vtilitatem, sed tp̃s resurrectionis,& aduentum Christi terribilem. GREG. in Ho. Vel per regnum cœlorum ecclesia intelligenda est, in qua Doctor qui soluit mandatum,minimus vocatur, quia cuius vita despicit: restat,vt eius prædicatio cõtẽnat. HILA. Vel minima dicit dñi passionem,& crucẽ,q̃ siquis tanq̃ erubescenda non confitebit,erit minimus.i.nouissimꝰ ac penè nullus: Confitenti vero,magnã in cœlo vocationis gloriam pollicetur.vnde
B sequit.{ Qui aũt fecerit, & docuerit magnus vocabitur in regno cœlorum.} HIERO.Suggillat in hoc Pharisæos,qui cõtemptis mandatis Dei statuebant proprias traditiones,ꝙ non eis prosit doctrina in populo,si vel paruũ quod in lege est,destruant. Possumus autem & aliter intelligere,ꝙ magistri eruditio, etiam si paruo peccato obnoxia sit,deducat eum de gradu maximo, nec prosit docere iustitiam quam minima culpa destruit:beatitudoq; perfecta sit, quæ sermone docueris,opere complere. AVG. lib.1.de Ser. Vel Cap.17.
aliter.Qui soluerit illa minima.s.præcepta legis, & sic docuerit: minimus vocabitur.Qui autẽ fecerit illa minima, & sic docuerit, non tã magnus habendus est,sed tñ non tã minimus q̃ ille qui soluit,vt aũt sit magnus, facere debet,& docere, quæ Christus docet. n ¶ HILA. Pulcherrimo ingressu opus legis cępit excedere, aditum in cœlum,Apostolis,nisi iustitiam Pharisęorum anteissent, denũcians nõ futurũ,& hoc est,qđ dicit:{Dico.n.vobis. CHRY. super Mat.Iustitiam aũt hic dicit vniuersalem virtutem: intende aũt gratiæ additamentũ. Discipulos.n.suos adhuc rudes,magistris
C qui in veteri testamento erant vult esse meliores: Scribas autẽ, ac Pharisæos non dixit iniquos,quia non dixisset eos habere iustitiã: vide etiam qm̃ hic uetꝰ Testamentum confirmat, comparationem faciens eius ad nouum: plus enim & minus eiusdẽ generis est, Scribarum aũt,& Pharisæorum iustitiæ sunt mandata Moysi.super impletiones aũt illorum mandatorũ,sunt madata Christi.Hoc est qđ dicit:{Nisi quis legis mandata,& hæc mea præcepta,quæ ante illos minima existimabantur impleuerit,non intrat in regnum cœlorum,qm̃ illa de pœna liberant, quæ.s.transgressoribus legis debetur:non autem in regnum inducunt: hæc autem & de pœna liberant,& in regnũ inducunt.Cum autẽ sit idem soluere minima mãdata,& non custodire,quare supra de soluente dicit, ꝙ minimus uocabitur in regno Dei,hic autem de non conseruante,non introibit in regnum cœlorum? Sed uide quia minimum esse in regno, idem est & non intrare in regnũ.Esse autem aliquem in regno,non est regnare cum Christo,sed esse tantum in populo Christi, tanq̃
D si dicat de soluente,ꝙ inter Christianos quidem erit, tñ minimus Christianus. Qui autem intrat in regnum, sit particeps regni cũ Christo. Consequenter & iste qui non intrat in regnum cœlorũ, gloriam quidem non habebit cũ Christo,erit tamen in regno cœlorum.i.in numero eorum,super quos Christus cœlorum Rex regnat. AVG.9.de Ciui.Dei. Vel aliter,{Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum,& Pharisęorum}.i.super eos qui soluunt quod docent,quia de ijs alibi dictum est.Dicunt enim,& non faciunt,ac si dicat: Nisi ita abundauerit iustitia uestra, ut uos non soluatis,sed faciatis potius quod docetis, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Alio ergo modo intelligendum est regnum cœlorũ, ubi ambo sunt, & ille: scilicet qui soluit quod docet,& ille qui facit: sed ille minimus,ille magnus,quod quidem regnum cœlorũ est ecclesia præsens. Alio autem modo regnum cœlorum dicitur, quo non intrat,nisi hic qui facit,& hoc est ecclesia, qualis in futuro erit. AVG. contra Faustum·Hoc autem nomen,regnum cœ
E lorum,quod tã crebro nominat Dominus, nescio utrum in libris ueteris Testamenti quisquam inueniat: proprie enim pertinet ad reuelationem noui Testamenti,quod ori eius etiam nominãdum seruabat,quem Regẽ ad regendum seruos suos uetꝰ Testamentum præfigurabat. Hic ergo finis quo præcepta referenda sunt, occultus erat in ueteri Testamento,quàmuis ſm eum, etiã tunc uiuerent sancti, qui futuram eius reuelationẽ uidebant. GLO. {Nisi abundauerit.} referendum est ad intellectum Pharisæorũ,& Scribarum,non ad continentiam ueteris Testamenti. AVG. contra Lib.19c.28.
Faustum: Pœne enim omnia quæ monuit,uel pręcepit Dominus, ubi adiungebat: {Ego aũt dico uobis}inueniuntur,& in illis ueteribus libris:sed quia non intelligebant homicidium,nisi pereptio- Li.19.c.23.
nem corporis humani,aperuit Dominus omnem iniquum motũ ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. unde subdit: {Audistis quia dictum est antiquis: Nõ occides.} CHRY.super Matt.Volens Christus ondere,quia ipse est Deus, qui aliqñ locutus est in lege,& qui nũc mandat in grã illud mandatũ qđ ponitur

in lege ante oia.ſ.prohibitiua,quę ſunt contra proximum,& nunc
Cap. 20. ponit in principio mandatorum ſuorum. AVG. 1.de Ciui.Dei:
Non autem quod audiuimus:Non occides,virgultum vellere ne-
fas ducimus, ſm Manichæorum errorem, nec de irrationabilibus
animalibus diſtinctum intelligimus,quia iuſtiſſima ordinatione crea
toris,vita & mors eo-
rum noſtris vſib⁹ ſub-
ditur. vnde reſtat, q̄
de homine intelliga-
mus,quod dictum eſt:
Cap. 21. Non occides,non alte
rum ergo nec te:neq;
enim qui ſe occidit,aliud q̄ hominem occidit: nequaquam autem
contra hoc præceptum fecerunt,qui auctore Deo bella geſſerunt,
ac perſonam gerentes publicę poteſtatis iuſtiſſimę rationis impe-
rio, ſceleratos morte punierunt. & Abraham non ſolum non eſt
culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus eſt nomine
pietatis,q̄ voluit filium obedienter occidere: hi ergo excipiuntur
quos Deus occidi iubet ſiue lege data, ſiue ad perſonam pro tem-
pore expreſſa iuſſione: non autem ipſe occidit,qui miniſteriū dat
iubenti,ſicut adminiculum gladius vtenti,nec Sampſon aliter ex-
cuſatur,q̄ ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi q̄ la-
Hom. 16. tenter ſpūs hoc iuſſerat,qui p illum miracula faciebat. CHRY.
in Homil.Per hoc autem q̄ dicit: {Dictum eſt antiquis,} oſtendit
multum tempus eſſe,ex quo mandatum hoc acceperant. Hoc er-
go dicit,vt auditores ad ſublimiora progredi præcepta cunctan-
tes acrius incitet,vt ſi quiſpiam doctor dicat puero negligenti,ne-
ſcis iam quantum temporis in ſyllabarum meditatione conſum-
pſeris? & ideo ſubdit:{Ego autem dico vobis quoniam omnis qui
iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.} In quo conſidera legiſlato-
ris poteſtatem:nullus enim antiquorum Prophetarum ita locut⁹
eſt:ſed ſic.Hæc dicit Dominus, quia illi vt ſerui ea quæ ſunt Do-
mini annunciabant: hic autem vt filius ea quæ ſunt patris,quæ ét
ſua ſunt,& illi conſeruis prędicabant,hic autem ſuis ſeruis legem
Cap. 4. ponebat. AVG. 9. de Ciuita.Dei:Duæ quidem ſunt ſententiæ
Philoſophorum de animi paſſionibus: Stoicis vero non placet hu
iuſmodi paſſiones cadere in ſapientem.Peripathetici enim has paſ
ſiones in ſapientē cadere dicunt,ſed moderatas,rationiq̄ ſubiec-
tas,ſicut cum ita præbetur miſericordia,vt iuſtitia conſeruetur.
In diſciplina autem Chriſtiana nō tam quæritur vtrum prius ani
mus iraſcatur,aut triſtetur: ſed vnde. CHRY. ſuper Matthæ.
Qui enim ſine cauſa iraſcitur, reus erit: qui vero cum cauſa, non
erit reus. nam ſi ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia
ſtant,nec crimina compeſcuntur. Itaque, qui cum cauſa non ira-
ſcitur,peccat: patientia enim irrationabilis vitia ſeminat,negligē
tiam nutrit:& non ſolum malos,ſed etiam bonos inuitat ad malū.
HIERO. In quibuſdam ergo codicibus additur:Sine cauſa,cæ-
terum in veris definita ſententia eſt,& ira penit⁹ tollitur. Si enim
iubemur orare pro perſequentibus: omnis iræ occaſio tollitur:ra-
dendum ergo eſt,ſine cauſa,quia ira viri iuſtitiam Dei non operat.
Græci oēs habēt ἐκτῆ, quod teme re, uel ſine cauſa ſignificat. CHRY. ſuper Matth. Sed tamen iracundia quæ cum cauſa eſt: I
non eſt iracundia,ſed iudicium: iracundia enim proprie intelligi-
tur commotio paſſionis:qui aūt cū cauſa iraſcitur,ira illius nō eſt
ex paſſione, ideo iudicare dicitur non iraſci. AVG. in lib. Re-
tract. Illud etiam dicimus intuendum quid ſit iraſci fratri ſuo,qm̄
non fratri iraſcitur,qui peccato fratris iraſcitur. Qui ergo fratri
Lib.1.c.19. non peccato iraſcitur,ſine cauſa iraſcitur. AVG. 14. de.Ciuit.
Cap.9. Dei: Iraſci autem fratri vt corrigatur,nullus ſanę mentis reprehē
dit: huiuſmodi enim motus de amore boni,& de ſancta charitate
venientes,vitia dicenda non ſunt,cum rectam rationem ſequant.
CHRY. ſuper Matthæ. Puto autem non de iracundia carnis lo
quitur Chriſtus: ſed de iracundia animæ: caro enim non poteſt
obedire,vt non conturbetur. Quando ergo homo iraſcitur,& nō
vult facere quod ira compellit, caro eius irata eſt,animus aūt eius
Li.i.de Ser. non eſt iratus. AVG. Sic ergo in hoc primo eſt vnum, ideſt ira K
do. cap. 19. ſola.in ſecundo autem ſunt duo.ſcira,& vox,quæ iram ſignat.vnde
ſequitur:{Qui autem dixerit fratri ſuo racha,reus erit concilio.}
Nonnulli de greco trahere voluerunt interpretationem huius vo
cis,putantes pannoſum dici racha,quoniam græce dicitur pannus
ῥάκος.i.racos. Probabilius autem non eſt eſſe vocem ſignificanté
aliquid:ſed indignantis animi motum exprimentem. Has autem
voces Grammatici interiectiones vocant,velut cum dicitur a do-
lente,heu. CHRY. in Homil. Vel racha eſt verbum contem-
ptus,& paruipenſionis.Sicut enim nos,vel famulis,vel iunioribus
ini ungentes dicimus: Vade tu,dic illi tu,ita & qui Syrorum vtun
tur lingua,racha dicunt pro tu.Dominus enim & quæ paruiſſima
ſunt euellit,& cum honore nobis inuicem vti iubet. HIERO.
רקה .i.ra cha Vel racha hebræum verbū eſt,& dicitur Κερὸς.i. Kenos inanis, aut
vacuus,quem nos poſſumus vulgata iniuria abſque cerebro nunc-
upare. Signanter autem addidit:{Qui dixerit fratri ſuo.}Frater
enim noſter nullus eſt,niſi qui eundem nobiſcum habet patrem.
CHRY. ſuper Matthæum: Indigna autem res eſt dicere homi-

F nem vacuum,qui habet in ſe Spiritumſanctum. AVG. In ter-
tio autem ſignificantur tria, ira, & vox quæ iram ſignificat, & in
voce vituperationis expreſsio. vnde dicitur:{Qui autem dixerit
fatue,reus erit gehēnę ignis. Gradus itaque ſunt in iſtis peccatis:
primo,vt quiſquis iraſcatur,& motum retineat corde receptum.
Iam ſi extorſit vocem
o Si ergo offers munus tuum ad non ſignificantem ali
altare, & ibi recordatus fueris, quid: ſed animi mo-
quia frater tuus habet aliquid tum ipſa eruptione
aduerſum te,relinque ibi munus teſtantem, plus eſt q̄
ſi ira ſurgens ſilentio
præmeretur. Sed ad-
G huc plus eſt ſi etiam verbum proferatur, quod iam certam vitu-
perationem deſignat. CHRY. ſuper Matthæum; Sicut autem
nemo eſt vacuus, qui habet Spiritumſanctum, ita nemo eſt va-
cuus, qui Chriſtum cognoſcit: ſed ſi racha idem eſt,quod vacuus,
quantum ad ſenſum verbi, vnum eſt dicere fatue, & racha, ſed
differunt quantum ad dicentis propoſitum: racha enim verbum
uulgare erat apud Iudæos, quod non ex ira, neque odio, ſed ex
aliquo motu vano dicebant: magis fiduciæ cauſa, quàm iracun-
diæ. Sed forte dices, ſi racha iracundiæ cauſa non dicitur, quare
peccatum eſt? quia contentionis cauſa dicitur, non ædificationis.
ſi enim nec bonum uerbum dicere debemus,niſi pro ædificatione,
quanto magis illud quod in ſe naturaliter malum eſt? AVG.
Vide etiam nunc tres reatus, iudicij, concilij, & gehēnæ ignis: in
quibus quoſdam gradus factos admouet a leuioribus ad grauiora.
nam in iudicio adhuc defenſionis locus datur. ad concilium au-
tem pertinere uidetur ſententiæ prolatio,quando inter ſe iudices
conferunt quo ſupplicio damnari oporteat: in gehēna uero ignis
certa eſt damnatio,& pœna damnati. unde patet quantum inter-
ſit inter iuſtitiam Pharisæorum, & Chriſti. ibi enim occidentem
H reum facit iudicio: hic autem ira facit reum iudicio, quod ho-
rum trium eſt leuiſſimum. RABA. Gehēnam hic Saluator in
ferni cruciatum nominat, quam nomen traxiſſe putant a ualle
idolis conſecrata, quæ eſt iuxta Hieruſalem,repleta olim cadaue-
ribus, quam & Ioſiam contaminaſſe in libro Regum legimus. Hom.16.
CHRYS. in Homili. Hic autem primum gehēnæ nomen
poſuit, poſtquam de regno cœlorum ſupradixerat, oſtendens q̄
illud dare,eſt ex ſuo amore: hoc autem ex noſtra deſidia. Mul-
tis autem hoc graue uidetur, ſi pro ſolo uerbo tantam patiemur
pœnam, propter quod quidam dicunt hoc hyperbolice dictum eſ
ſe. Sed timeo,ne uerbis hic noſmetipſos decipientes, illic opere
ultimum patiamur ſupplicium. Non ergo æſtimes hoc eſſe one-
roſum, plures enim pœnarum, & peccatorum a uerbis habent
principium: etenim parua uerba, multotiens homicidium pe-
pererunt,& ciuitates integras euerterunt. Nec enim paruum
æſtimes.fratrem ſtultum uocare, auferens ei prudentiam & intel-
lectum quo hoies ſumus & ab irrationabilibus diſtam⁹. CHRY.
ſuper Matthæum: Vel{reus erit concilio}.i.ut ſit unus ex concilio
eorum,qui aduerſus Chriſtum fuerint,ſicut Apoſtoli in ſuis Ca-
nonibus interpretantur. HILA. Vel qui Spirituſancto ple-
num conuitio uacuitatis inſinuat, ſit reus concilio Sanctorum,
contumeliam Spirituſancti ſanctorum iudicinm animaduerſio-
ne luituras. AVG. Quiſquis autem dixerit, quo grauiori ſup
plicio punitur homicidium,ſi gehēna ignis punitur conuitium,
cogit intelligi eſſe differentiam gehēnarum. CHRY. in Ho-
milia. Vel iudicium & concilium ſunt pœnæ in præſenti: gehēna Hom.16.
autem pœna futura. Ideo autem irę iudicium appoſuit, ut oſten
dat, quòd non eſt poſſibile hominem omnino eſſe ſine paſsio-
nibus, ſed refrenare eas poſsibile eſt, & propterea determinatam
pœnam non appoſuit,ne uideretur prorſus iram prohibere. Cō
cilium autem poſuit nunc pro iudicio Iudæorum, ne uideatur
ſemper noua inducere, ac peregrina docere. AVG. In iſtis au
tem tribus ſententijs ſubauditio uerborum intuenda eſt. ha-
bet enim prima ſententia omnia uerba neceſſaria, ut nihil
ſubaudiatur. {Qui iraſcitur, inquit, fratri ſine cauſa, ſecun-
dum quoſdam. In ſecunda uero, cum ait:{Qui autem dixe-
rit fratri ſuo racha.} ſubauditur ſine cauſa: nam in tertia, ut
ait:{Qui autem dixerit fatue.} duo ſubaudiuntur:{fratri ſuo
& ſine cauſa.} & hoc eſt unde defenditur, quòd Apoſtolus
Galathas uocat ſtultos, quos etiam fratres nominat. non enim
id facit ſine cauſa.
o ¶ AVG. Si iraſci non eſt fas fratri, aut dicere racha,
aut fatue, multo minus in animo tenere aliquid, ut in odium
indignatio conuertatur. & ideo ſubdit:{Si ergo offers munus
tuum ad altare,& ibi recordatus fueris,quia frater tuus habet ali-
aliquid aduerſum te. HIERO. Non dixit. Si tu habes aliquid
aduerſus fratrem tuum, ſed ſi frater tuus habet aliquid aduer-
ſum te, ut durior tibi reconciliationis imponatur neceſsitas. Cap.20.
AVG. libro 1. de Sermo. Do. Tunc enim ipſe habet aduerſus
nos,ſi nos eum in aliquo leſimus. nam nos aduerſus illum ha-
bemus, ſi ille nos leſerit, ubi non eſt opus pergere ad reconcilia-
tionem

tionem.non enim veniam poſtulabis ab eo,qui tibi fecit iniuriam,
ſed tantum dimittas, ſicut tibi a domino dimitti cupis, quod ipſe
commiſeris. CHRY. ſuper Matth. Si autem ille te læſerit, &
prius rogaueris, magnam habebis mercedem. CHRY. in Ho.
Sed ſi aliquis propter amorem proximi ei reconciliari non curat,
ad hoc eum inducit,
vt ſaltem eius opus
non remaneat imper
fectum, & præcipuè i
loco ſacro. vnde ſub-
dit: {Relinque ibi
mu. tu. ante. alta. &
va.prius reconci.fra.
tuo.} CHRY. ſu-
per Matth. Ecce a di-
ſcordantibus accipe-
re non vult ſacrificium.Hinc ergo perpēdite quantum ſit malum B
diſcordiæ, propter quod & illud abiicitur,per quod culpa relaxa-
tur. Vide autem miſericordiam Dei,quomodo hominum vtilita-
tes,amplius aſpicit quàm ſuos honores. plus enim diligit concor-
diam fidelium,quàm munera.quàmdiu enim fideles homines ali-
quam diſſenſionem habuerint,munus eorum non ſuſcipitur:ora-
tio enim non exauditur.Nemo enim inter duos inimicos pōt eſſe
fidelis amicus amborum: ideo & Deus nō vult eſſe amicus fideliū,
quàmdiu inter ſe fuerint inimici.Et nos ergo fidem Deo non ſer-
uamus ſi inimicos eius diligimus, & amicos eius odimus. Qua-
lis autem præceſſit offenſio,talis debet ſequi reconciliatio.ſi cogi-
tatu offendiſti,cogitatu reconciliare.ſi verbis offendiſti,verbis re-
conciliare.ſi operibus offendiſti,operibus reconciliare. Omne.n.
peccatum quo modo committitur,eo modo de ipſa pœnitētia agi
tur. HILA. Reconciliata autem humana pace reuerti in diui-
na iubet,in Dei charitatem de charitate hominum tranſituros.Et
ideo ſequitur:{Et tunc veniens,offeres munus tuum.} AVG. C
Si autem quod hic dicitur accipiatur ad literam: fortaſſis aliquis
credit ita fieri oportere ſi frater ſit præſens.non enim diutius dif-
ferri poteſt, cum munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si
vero de abſente, & quod fieri poteſt etiam trans mare conſtituto,
aliquid tale veniat in mētem,abſurdum eſt credere ante altare mu
nus relinquendum,q̄d poſt terras & Maria pererrata offeras Deo:
& ideo prorſus intro ad ſpiritualia refugere cogimur, vt quod di
ctum eſt,ſine abſurditate poſſit intelligi. Altare itaq; ſpiritualiter
fidem accipere poſſumus. Munus enim quod offerimus Deo, ſiue
doctrina,ſiue oratio,vel quicquid aliud.Deo acceptum eſſe nō po-
teſt,niſi fide ſulciatur.Si ergo fratrem in aliquo læſimus,pergendū
eſt ad reconciliationem,non,pedibus corporis,ſed motibus animi,
vbi te humili affectu proſternas fratri in conſpectu eius,cuius mu
nus es oblaturus.Ita enim & ſi præſens ſit, poteris eum non ſimu-
lato animo lænire veniam poſtulando,atque inde veniens,ideſt in
tentionem reuocans,ad id quod agere cæperas offeras munus tuū. D
p ¶ HILA. Quia nullum tempus vacuum affectu placabili-
tatis dominus eſſe permittit, cito in vitæ noſtræ via reconciliari
nos aduerſario præcepit,ne in mortis tempus non inita pace tran
ſeamus:& ideo dicit.{Eſto conſen.aduer.tuo cito, dum es cum eo
in via,ne forte tra.te aduer.iu. HIERO. Pro eo, quòd nos ha-
bemus in Latinis codicibus. Conſentiens,in Græcis ſcriptum eſt:
Lib.1.ꝺ ſer. d.ca.22. εὐνοῶν, eunoon quod interpretatur beniuolus aut benignus.
AVG. Sed videamus quis ſit aduerſarius,cui iubemur eſſe beniuoli?aut enim diabolus eſt,aut homo,aut caro,aut Deus,aut pœ-
ptum eius. Sed diabolo non video qualiter iubeamur eſſe beniuo-
li aut conſentientes:vbi enim beniuolentia,ibi amicitia,nec quiſ-
quàm dixerit amicitiam,cum diabolo eſſe faciendam, neque con-
cordare cum illo expedit, cui ſemel renuntiando bellum indixi-
mus, neque conſentire illi debet, cui ſi numquàm conſenſiſſemus,
nūquàm in iſtas inciditſſemus materias. HIERO. Quidam ta- E
men dicunt a ſaluatore præcipi,vt ſimus beniuoli erga diabolum,
ne faciamus eum pœnam ſuſtinere pro nobis,quem dicunt pro no
bis eſſe torquendum,ſi ei conſenſerimus vitia ſuggerenti. quidam
cautius diſputant in baptiſmate ſingulos pactum inire cum dia-
bolo ei abrenunciando.Si ergo ſeruauerimus pactum beniuoli, &
conſentientes ſumus aduerſario, & nequaquam in carcere reclu-
dendi. AVG. Non autem video,quomodo accipiam ab homi-
ne nos iudici tradi,vbi Chriſtum iudicem intelligo, ante cuius tri
bunal omnes exhiberi oportet. Quomodo ergo iudici traditu-
rus eſt, qui ante iudicem pariter exhibetur & etiam ſi occidendo?
quis nocuerit homini, non erit iam tempus, quo concordet cum
eo in via,i.in hac vita: nec tamen ideo non ſanabitur pœnitendo?
Carni vero multominus video quomodo conſentientes eſſe iu-
beamur:magis enim peccatores ei conſentiunt. qui vero eam ſer-
uituti ſubiiciunt, non ei conſentiunt, ſed eam ſibi conſentire co-
gunt. HIERO. Quomodo etiam caro mittenda erat in carce-
rem ſi animæ non conſenſerit,cum & anima,& caro pariter reclu-
dendæ ſint,nec quicquàm poſſit caro facere, niſi quod animus im-

A peruerit? AVG. Fortaſſis ergo iubemur Deo conſentire,quia
ab eo peccando receſſimus, vt aduerſarius noſter dici poſſit dum Lib.1.ꝺ ſer.
nobis reſiſtit:Deus enim ſuperbis reſiſtit. Quiſquis ergo in hac vi cap.22
ta non fuerit reconciliatus Deo,per mortem filij eius,tradetur ab
illo iudici,i.filio cui pater iudicium dedit. Quomodo autem po-
teſt rectè dici, homo
& in carcerem mittaris. Amen eſſe in via cum Deo,
dico tibi, non exies inde, donec niſi quia Deus vbiq;
reddas nouiſsimum quadrantē. eſt? aut ſi non placet
dici impios eſſe cum
q Audiſtis, quia dictum eſt an Deo,qui vbique præ-
tiquis, Non mechaberis. Ego au ſto eſt, ſicut non dici-
tem dico vobis, quia omnis qui mus cæcos eſſe cum
viderit mulierem ad concupi- luce,quæ eos circum-
fundit. Vnum reli-
quum eſt, vt hic ad-
uerſarium præceptum Dei intelligamus,quod aduerſatur peccare
volentibus, & datum eſt nobis ad hanc vitam, vt ſit nobiſcum in
via,cui oportet nos conſentire cito, legendo, prędaudiendo, defe-
rendo ei culmen authoritatis,vt quod aliquis intelligit, non ode-
rit, propter hoc quòd aduerſatur peccatis ſuis, ſed magis diligat
propter correctionē. Quòd vero obſcurum eſt oret vt intelligat.
HIERO. Sed ex præcedentibus manifeſtus eſt ſenſus, quòd do
minus nos ad concordiam proximi cohortatur. nam ſupradictum
eſt:{Vade recon.fra.tuo. CHRY. ſuper Matth. Feſtinat enim
dominus, vt ad amicitiam feſtinemus inimicorum noſtrorū, q̄ diu
viuimus in hac vita,ſciens, quàm periculoſum eſt, ſi vnus ex ini-
micis pace non facta mortuus fuerit.Si enim inimicantes per mor
tem iueritis,ante iudicem tradet Chriſto, conuincens te reum iu-
dicio eius. Tradet autem te iudici, etiam ſi te prius rogauerit, qui
enim rogat prius inimicum,reum facit eum ante Deum. HILA.
Vel aduerſarius tradet vos iudici, quia manens in eum ſimultatis
veſtræ ira vos arguit. AVG. Iudicem intelligo Chriſtum:pater Lib.1.ꝺ ſer.
enim omne iudicium dedit filio. Miniſtrum autem intelligo ange cap.21.
lum. Et angeli inquit miniſtrabant ei, & cum angelis ſuis ventu-
rum credimus ad iudicandum. vnde ſequitur:{Et iudex tradat te
miniſtro.} CHRY. ſuper Matt. Vel Miniſtro,i.angelo pœna-
rum crudeli,& ille mittet te in carcerem gehennæ.vnde ſequitur:
Et in carcerem mittaris. AVG. Carcerem autem intelligo pœ-
nas videlicet tenebrarum,&ne quis iſtum carcerem contemneret,
Sequitur,{Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouiſsi-
mum quadrantem. HIER. Quadrans, genus nummi eſt,quod
habet duo minuta. hoc eſt ergo: Non egredieris de carcere, donec
etiam minuta peccata perſoluas. AVG. Aut enim pro eo poſi- Lib.2.ꝺ ſer.
tum eſt, quòd nihil relinquitur impunitum, ſicut cum volumus cap.21.
exprimere aliquid ita exactū, vt nihil relinqueretur,dicimus vſq;
ad fecem vel ſignificantur ſub nomine quadrantis nouiſſimi terre-
na peccata. Quarta enim pars elementorum huius mundi, & ea
nouiſſima terra inuenitur.In hoc autē,quod dictum eſt{Soluas.}
ſignificatur pœna æterna, ſicut poſitum eſt, Donec,vbi dictum eſt:
Sede a dexteris meis,donec ponam inimicos tuos ſub pedibus po-
ſiti,definit regnare,ita & hic accipi poteſt: Non exies inde,donec
ſolueris nouiſſimum quadrantem.ſemper non exiturum,quia ſol
uet ſemper nouiſſimum quadrātem, dum ſempiternas pœnas pec-
catorum terrenorum luit. CHRY. ſup Matt. Vel ſiquidem in
hoc ſæculo ſi pacem feciſſes etiam grauiſſimi operis,poteris accipe
re indulgentiam.ſi autem ſemel condemnatus fueris,miſſus in car
cerem non ſolum de grauibus peccatis,ſed etiam de verbo ocioſo,
quod poteſt ſignificari per quadrantem, exigentur a te ſupplicia.
HILA. Quia enim charitas plurimū peccatorum tegit,nouiſſi
mum pœnę quadrantem ſoluemus, niſi prætio ipſius culpa crimi
num redimatur. CHRY. ſuper Matthæ. Vel anguſtię huius
mundi appellantur carceres,in quas plerūque peccātes mittuntur
a Deo. CHRY. in Hom. Vel loquitur hic de iudicibus,q̄ ſunt Hom. 16.
in mundo iſto,& de via quæ eſt ad hoc iudicium,& de carcere iſto,
vt non ſolum a futuris,ſed a præſentibus auditorem inducat, quæ
ſunt ante oculos, & magis conſueuerunt mouere, ſicut & Paulus
dicit:Si malefeceris, time poteſtatem: non enim ſine cauſa gla-
dium portat.
q ¶ CHRY. in Hom.Poſtquàm dominus, quid primum mā Hom. 17.
datum contineret edocuit,ſ.Non occides, inſtituto peragens or-
dine, prouehitur ad ſecundum.d.{Audiſtis quia dictum eſt anti-
quis: Non mechaberis. AVG. de 10. chordis,i.non ibis ad ali- Cap.10.
quam aliam præter vxorem tuam. ſi enim hoc exigis ab vxore, nō
vis hoc reddere vxori, cum debeas in virtute præcedere vxorem.
Turpe autem eſt,vt vir dicat non poſſe fieri,quod fœmina facit,vir
non poteſt? Noli autem dicere:Vxorem non habeo,ad meretricē
pergo,nec hoc præceptum violo,quod dicit, Nō mœchaberis.iam
enim noſti pretium tuum, iam noſti quod manduces,quod bibas.
Abſtine ergo te a fornicationibus. Cum enim imagine Dei, quod
es tu,corrumpis per fornicationes,& defluentias libidinis,ipſe etiā
dominus, qui ſcit quid tibi vtile ſit hoc præcipit ne per illicitas
voluptates

voluptates corruat templum eius quod esse cœpisti. AVG. contra Faustum: Sed quoniam putabant pharisæi tantummodo corporalem cum fœmina illicitam commistionem vocari Mechiam, demonstrauit dominus talem concupiscentiam, nihil aliud esse dicens: {Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupi-
Li.19.c.23. scendum eam, iam mechatus est eam in corde suo.} Quod autem lex præcipit, non concupisces yxorem proximi tui, videbatur Iudæis intelligendum esse de ablatione, non de cõcubitu. HIERO. Inter πάθος pathos, & προπάτειαν propathian, idest, inter passionem & propassionem hoc interest, q̃ passio reputatur in vitium. propassio licet vitij culpam habeat: tamen nõ tenetur in crimine. Ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si ergo consenserit, de propassione transiuit ad passionem, & huic non voluntas peccandi est, sed occasio. Quicumque igitur viderit ad concupiscendum, i. si sic aspexerit, vt concupiscat, & facere disponat, iste recte mœchatus dicitur in corde suo. AVG. Nam tria sunt quibus impletur
Lib.1.d̃ ser. do.cap.23. peccatum. s. suggestio quæ per memoriam fit siue per corporis sensus, quòd si frui delectauerit, delectatio illicita refrenanda est. Si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum est. verumtamen delectatio ante consensum vel nulla est vel tenuis, cui consentire peccatum est. Si autem & si factum processerit, videtur satiari & extingui cupiditas. Sed postea cum suggestio repetitur, maior accenditur delectatio, q̃ adhuc minor est quàm illa, quæ in consuetu
Cap.2. dinem vertitur, quã vincere difficile est. GREG. in 21. Mora. Quisquis vero incaute exterius respicit, plurimumq; in delectatione peccati cadit, atque obligatus desiderijs, incipit velle quod noluit. valde namque est, quòd caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi, per oculos alligata, vix magni luctaminis manu soluitur. Prouidendum ergo nobis est, quia intueri non debet, qđ non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur, a lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam
Hom. 17. raptores ad culpam. CHRY. in Hom. Si ergo studeas venustis vultibus oculos frequenter infigere, profecto capieris, etiam si secundo & tertio possis fortasse animum continere. Neque enim extra naturam aliamq; humanam cõsistis. Qui enim in se flammam cupiditatis accenderit, etiam absente muliere quam vidit, iugiter apud se turpium rerum simulacra depingit, & nõ inquã ad flagitiũ ipsumetiam opere peruenit. Si qua vero ideo ornatur & comitur, vt in se oculos hominum irritet, etiam si nullum pulchritudine sua potuerit vulnerare, dabit tamen extrema supplicia. parauit quippe venenum, porrexit poculum, etiam si nullus qui biberet inuentus sit. Quod autem ad solos viros videtur dirigere, etiam fœminis competit. Cum enim capiti loquitur, tori profecto corpori admonitio communis est.

r ¶ GLO. Quia non solum peccata vitanda sunt, sed & occasiones peccato rum tollendæ, postquàm docuit vitare mœchiæ peccatum, non solum in opere sed etiam in corde, consequenter docet occasiones peccatorum abscindere dicens, {Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te. CHRY. super Matth. Sed si secundum prophetam, non est sanitas in carne nostra, quot membra quis habet debet abscindere, vt secundum malitiam carnis, sufficiat pœna membrorum. Sed videamus si sic possibile est intelligere de oculo corporali vel manu, sicut totus homo cum conuersus fuerit ad Deum, mortuus est peccato, sic & oculus cum defierit male aspicere, eiectus est peccato, sed neque sic conuenit: Si enim dexter oculus scandalizat, sinister quid facit? numquid contradicit dextero, K
Lib:1. d̃ ser. do.cap.24. vt quasi innocens reseruetur? HIERO. In dextero ergo oculo & dextera manu, & fratrum & vxoris, & liberorum atque affinium, & propinquorum innuitur affectus, quem si ad contemplandam veram lucem nobis impedimento cernimus, debemus truncare huiusmodi portiones. AVG. Quemadmodum autem in oculo contemplatio, sic in manu actio recte intelligitur. per oculum autem intelligimus dilectissimum amicum. solet. n. ab eis qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam, ita dici. Diligo eum, vt oculum meum. Oportet autem intelligi per oculum amicum consiliarium, quia oculus iter demonstrat. Quòd autem additum est Dexter, fortasse ad augendam vim dilectionis valet: dextrum. n. oculum homines magis formidant amittere. Vel quia dexter est, intelligitur consiliarius in rebus diuinis. sinister autem oculus est consiliarius in rebus terrenis, vt sic ille sit sensus, Quicquid illud est quod ita diligis, vt pro dextero oculo habeas, si scandalizat te, i. si impedimento est tibi ad veram beatitudinem, eiice eum, & proiice abs te. De siniſtro autem scandalizante superfluum erat dicere, quandoquidem nec dextero parcendum est. Dextera autem manus accipitur dilectus adiutor in diuinis operibus, siniſtra autem in operibus quæ huic vitæ, & corpori sunt necessaria. CHRY, super Matthæ. Vel aliter, vult Christus vt non solum de periculo nostri peccati curemus: sed etiam ne ad nos pertinentes turbæ aliquid agant, vt puta si habes aliquem amicum, qui res tuas bene aspicit quasi proprius oculus, aut qui curat res tuas quasi propria manu, si eum agnoueris aliqđ turpiter agere, proiice eum longe abs te, qa scandalizat te, quia nõ solum pro nostro peccato, sed etiam proximorum quos prohibere possumus dabimus rationem. HILA. Fit ergo innocentiæ gradus celsior, carere enim non solet proprijs vitijs, si extrinsecus incidentibus admonemur. HIERO. Vel aliter, Quia supra de concupiscentia mulieris dixerat, recte nunc cogitationem & sensum in diuersa volitantem oculum nuncupauit. per dexteram autem, & cæteras corporis partes, voluntatis ad effectum initia demonstrantur. CHRY. super Matthæ. Oculus enim iste carnalis speculum est interioris oculi. Habet autem & corpus suum sensum, quod est oculus siniſter, & appetitum quod est manus siniſtra. Partes autem animæ dextrę vocantur, quoniam in libero arbitrio anima est creata, & sub lege iustitię vt recte videat & agat. Pars autem corporis, quæ non habet liberum arbitrium, & est sub lege peccati siniſtra dicitur. Non autem carnis sensum vel appetitum præcidere iubet, desideria enim carnis retinere possumus, vt non faciamus quod desiderat caro, præcidere autem non possumus, vt non desideret. Qñ autem ex proposito volumus malum & cogitamus, tunc dexter sensus & dextera voluntas nos scandalizant: & ideo hic præcidere iubet. Possunt enim præcidi propter arbitrij libertatem. Vel aliter: Omne bonum generaliter quod nos vel alios scandalizat, præscindere debemus a nobis, sicut si visito aliquam mulierem causa religionis, bonus respectus est oculus dexter: sed si assidue visitans decidi in laqueum desiderij eius, vel etiam quidam videntes scandalizantur, dexter oculus scandalizat, quod bonum est scãdalizat. oculus enim dexter est bonus respectus, i. intentio, manus dextera bona voluntas. GLO. Vel oculus dexter, est vita contemplatiua, quæ scandalizat in desiderium mittendo vel arrogantiam, vel cum ex infirmitate contemplari ad purum non valemus. Dextera autem manus est bona operatio, vel vita actiua quæ scandalizat, dum per sæculi frequentiam, & occupationis tędio illaqueamur. Siquis ergo non potest frui contemplatiua, non torpeat ocio ab actiua. vel ne dum occupatur actibus aresçat ab interna dulcedine. REMI. Sed quare eiiciendus sit dexter oculus & dextera manus abscindenda, manifestat cũ subdit: Expedit enim. CHRY. super Matthę. Quoniam enim alter alterius membra sumus, melius est vt sine vno tali membro saluemur, quàm vt volentes tales habere, & ipsi pereamus cum eis. Vel melius est, vt sine vno respectu, aut vno bono opere saluemur, quàm dum omnia opera bona volumus facere, cum omnibus pereamus.

s ¶ GLO. Docuerat superius dominus alienam vxorem nõ esse concupiscendam: consequenter hic docet suam non esse dimittendam dicens, Dictum est autem, quicumque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. HIERO. In posteriori parte istum locum plenius dominus & saluator exponit, quòd Moyses libellum repudij dari iusserit, propter duritiam cordis maritorũ, non dissidium concedens, sed auferens homicidium. CHRY. super Matth. Quando enim Moyses filios Israel eduxit de Aegypto, genere quidem erant Israelitæ, moribus autem Aegyptij, propter mores gentilium contingebat, vt vir odiret vxorem, & quia dimittere illam non permittebatur, paratus erat interficere eam, aut assidue affligere: ideo iussit dari libellum repudij, non quia bonum erat, sed quia remedium erat mali peioris. HILA. Sed dominus æquitatem in omnes concilians manere eam maxime in cõiugiorum pace præcepit. vnde subdit: {Ego autẽ dico vobis, qa omnis qui dimiserit vxorem suam.} AVGVST. contra Fau- Li.19.c.26.
stum. Quod hic præcepit dominus de vxore non dimittenda non est contrarium ei quod lex præcipit, vt Manichæus dicebat, neque enim ait lex: Qui voluerit dimittat vxorem, cui esset contrarium non dimittere, sed vtique nolebat dimitti vxorem a viro, qui hanc interposuit moram, vt in dissidium animus præceps libelli conscriptione refractus absisteret, præsertim quia vt perhibent apud Hebræos, scribere literas Hebræas nulli fas erat, nisi Scribis solis, qui excellentiorem profitebantur scientiam. Ad hos igitur lex mittere voluit eum, quem iussit libellum dare repudij, si dimissiset vxorem, qui inter ipsum & vxorem pacifice agendo, concordiam suaderent, & libellum non scriberẽt, nisi in animo nimis peruerso consilium concordiæ non valeret. Sic ergo neque primorum hominum legem per verborum additamenta impleuit, neque illam quæ per Moysen data est, quasi contrariorum oppositione destruxit, vt Manichæus dicebat, sed potius omnia ex Hebręorum lege commemorata ita commendauit, vt quicquid ex persona sua insuper loqueretur, vel ad expositionem requirendam valeret, siquid illa obscure potuisset, vel ad tutius obseruandum quod illa voluisset.
Lib.1.c.25. AVG. De ser. do. in monte. Qui ergo dimittendi moram quæsuit, significauit quantum potuit duris hominibus se nolle dissidium. Dominus ergo ad illud confirmandũ, vt non facile vxor dimittatur, solam causam fornicationis excepit dicens, {Excepta causa fornicationis,} ceteras vero vniuersas molestias si quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali fortiter sustineri. CHRY. super Matth. Si enim extraneorum vitia supportare debemus dicente apostolo: Inuicem onera vestra portate, quãto magis vxorum? vir autem Christianus non solum se inquinare non debet, sed nec alijs inquinandi occasionem præbere, alioquin illorum crimen ad ipsius redundat peccatum, qui alijs committenti criminis factus est causa. Qui ergo dimittens vxorem occasionem dedit adulteriorum committendorum, vt & illa adulteretur in alterum, & alter in illam pro adulterijs huiusmodi condemnatur, & ideo dicit, q̃ qui dimiserit vxorem suam, facit eã mœchari.
Hom. 17. AVG. de ser. do. in monte: Vlterius etiam mœchum dicit virum qui eam duxerit, quæ dimissa est a viro. s. per libellum repudij. & ideo subdit: {Et q̃ dimissam duxerit, adulterat.} CHRY. in Ho. Non enim dicas quoniam vir suus eam dimisit, quia etiam postq̃ dimissa est, remanet dimittentis vxor. AVG. de serm. do. Hui-
us autem rei apostolus terminum ostendit, qui tamdiu obseruandum dicit, quàmdiu vir eius viuit. Illo autem mortuo dat nubendi licentiam. Si autem non conceditur alteri nubere mulieri viuente viro a quo recessit, multo minus fas est illicita, cum quibuslibet stupra committere, neque etiam contra istud præceptum, quo dominus dimitti coniugem vetat, facit, qui cum ea non carnaliter, sed spiritualiter viuit, cum non eam dimittat. Beatiora nãque sunt coniugia eorum, qui inter se pari consensu continętiam seruant. Oritur autem hic quæstio, cum dominus causa fornicationis permittat dimitti vxorem, qualiter hic intelligenda sit fornicatio, vtrum vt eam fornicationem credamus dictam, quæ stupris comittitur, an quemadmodum scripturæ solent fornicationem vocare omnem illicitam corruptionem, sicut est idolatria vel auaritia, & omnis iam transgressio legis per illicitam concupiscentia? Sed si licet secundum apostolum, vt dimittatur coniunx infidelis, quàmuis melius sit non dimittere, & tamen non licet secundum præceptum domini vt dimittatur coniunx, nisi causa fornicationis. Fornicatio est etiam ipsa infidelitas, porro si infidelitas fornicatio est & idolatria infidelitas, & auaritia idolatria, non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam poterit recte a fornicationis genere
Lib.1.c.19. separare si auaritia fornicatio est? AVG. in lib. Retract. Nolo tamen putare lectorem in re tam difficili istam sibi disputationem nostram debere sufficere: non enim omne peccatum fornicatio est spiritalis, neque enim omnem peccantem Deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, cũ perdat omnem qui fornicatur ab eo, vtrum etiam propter hanc liceat dimittere vxorem, latebrosissima quæstio est, licere tamen
Quæst. 83. propter istam, quæ in stupris cõmittitur nulla quæstio est. AVG. in lib. 83. Quæstionum. Si enim aliquis asserat solam fornicationem dominum admittere ad causam relinquendę coniugis, quæ concubitu illicito perpetratur, poterit dicere dominum de vtroq; fideli dixisse, vt neutri liceat alterum relinquere, nisi causa fornicationis. AVG. de ser. Do. Non autem tantum fornicantem vxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoque vxorem dimittit a qua ipse cogitur fornicari, causa fornicationis vtique dimittit, non tantum illius, sed & suæ: illius, quia fornicatur, suæ, ne
Cap.16. fornicetur. AVG. de Fide & operibus: Eodem etiam modo rectissime dimittit si viro suo dicat, non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut si quid aliud vel facinorosum, vel flagitiosum in viro monuerit. Tunc enim ille cui hoc vxor dicit, si veraciter pœnitens est, membrum quod eum scandalizat amputabit. AVG. de ser. Domi. in monte. Nihil autem est iniquius q̃
Lib.1.d̃ ser. do.cap.28. fornicationis causa vxorem dimittere: si & ipse conuincitur fornicari, occurrit ei illud, in quo alterum iudicas teipsum condẽnas. De eo autem quod dicit: {Et qui dimi.dux.adul.} potest quæri,

vtrum sicut mœchatur illæ, qui eam ducit, sic & illa quam ducit. iubetur enim ab apostolo, & illa manere innupta, aut viro reconciliari. Sed tamen si discesserit a viro multum interest, vtrum dimittat, an dimittatur. si enim ipsa virum dimiserit & alteri nupserit, videtur cupiditate mutandi coniugij virum priorem reliquisse, quæ adulterina cogitatio est. sed si dimittatur a viro, inueniri non potest, quomodo cum vir & mulier pari consensu misceantur, vnus eorum mœchatus sit & non alter. Huc accedit, quia si mœchat ille ducendo eam, quæ dimissa est a viro, ipsa facit eum mœchari, quod hic dominus vetat.

f ¶ GLO. Docuerat supra dominus non esse iniuriam proximo inferendam, prohibendo iram cum homicidio, concupiscentiam cum adulterio, & dimissionem vxoris cum libello repudij, nunc autem consequenter docet ab iniuria Dei abstinendum, cum prohibet non solum periurium tanquàm malum, sed etiam iuramentum tanquàm mali occasionem: vnde dicit: {Iterum audi. qa dict. est anti. non periu.} Dicitur enim in Leuit. Non periurabis in nomine meo. & ne creaturas facerent sibi deos, præcepit reddere Deo iuramenta, & non iurare per creaturas. vnde subditur: {Red. autem do. iura. tua.} idest si iurare contigerit, per creatorem iurabis, non per creaturam: vnde dicitur in Deuter. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. HIER. Hoc autem quasi paruulis fuerat lege concessum, vt quomodo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent, sic & iurare permitteretur in Deum, non quòd recte hoc facerent, sed quòd melius esset Deo hoc exhibere quàm demonijs. CHRY. super Matth. Nemo enim frequenter iurat, qui non aliquando periuret, sicut qui fecit consuetudinem multa loqui, aliquando loquitur importuna.
AVG. contra Faustum: Quia vero periurare graue peccatum est, Lib.19.c.23
longius autem remotus est a periurio, qui nec iurare consueuit, quàm qui verum iurare procliuis est, maluit nos dominus non iurantes recedere a vero, quàm verum iurantes, appropinquare periurio. vnde subdit, {Ego autem dico vobis non iurare omnino.}
AVG. de ser. Do. in monte: In quo pharisæorum iustitiam, quæ Lib.1.c.30.
est non peierare confirmat. non enim potest periurare, qui non iurat: sed quoniam ille iurat, qui adhibet Deum testem, considerandum est ne contra hoc præceptum domini Apostolus feciſſe videatur, quia sæpe hoc modo iurauit cum dixit: Quæ scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. & testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo, nisi forte quis dicat tunc cauendam esse iurationem, cum aliquid dicitur per quod iuratur, vt non iurauerit, quia non dixit per Deum, sed dixit, testis est mihi Deus. ridiculum est hoc putare, sed tñ etiã sciat hoc modo iurasse apostolum dicentem, Quotidie morior per gloriam vestram fratres. Quod ne quis ita exisſimet dictum, tanquam si diceretur: Vestra gloria me fecit quotidie mori. Greca exemplaria diiudicant, in quibus quod scriptum est, νὴ τὴν καύχησιν ὑμετέραν, ni tin kauchisin himeteran, idest, per gloriam vestram, non nisi a iurante dicitur. AVG. con- Nñ aduerbium iuran
tra menda. Sed pleraq; in verbis intelligere non valentes in factis tis est, quod
sanctorum colligimus quemadmodum oporteat accipi quod facile in aliam partem duceretur, nisi exemplis reuocaretur. Iurauit interpres tra
apostolus in epistolis suis & sic ostendit, quomodo accipiendum stulit, pter.
est quod dictum est: {Dico autem vo. non iu.om.} ne. scilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur, ex facilitate autem iurandi veniatur ad consuetudinem, a consuetudine in periurium decidatur. Et ideo non inuenitur iurasse nisi scribens, vbi cõsideratio cautior non habet linguam præcipitem, & tamen dominus omnino ait, non iurare. non enim concessit vt id liceret scribentibus, sed quia præcepti violati reum paulum præsertim in epistolis conscriptis nefas est dicere, Intelligendum est illud quod positum est. Omnino ad hoc positum, vt quantum in te est non affectes, vbi quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusiurandum.
AVG. contra Faustum: In præscriptis ergo vbi est consideratio Lib.19.c.23
maior, pluribus locis Apostolus iurasse inuenitur, ne quisquam putaret etiam verum iurando peccari, sed potius intelligeret humanæ fragilitatis corda non iurando tutius a periurio conseruari.
HIERO. Denique considera, quòd hic saluator non per Deum iurare prohibuit, sed per cęlum, per terram, & per hierosolymam, & per caput tuum, hanc enim per elementa iurandi pessimam consuetudinem semper habuere Iudęi, qui autem iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat. Iudæi autem per angelos & vrbem hierusalem, & templum & elementa iurantes, creaturas venerabantur Dei honore, cum in lege præceptum sit, vt non iuremus
nisi per dominum Deum nostrum. AVG. de ser. Do. in monte: Lib.1.c.31
Vel

Vel ideo additū est, {Neque per cęlum.} quia iudæi non putabant se teneri iuramento, si per ista iurassent, ac si dicat: Cum iuras per cælum & terram, non te arbitreris non debere domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare conuinceris, cuius cælum thronus est, & cuius terra scabellum est, quod non est sic dictum quasi habeat Deus collocata membra in cælo & in terra, vt nos cum sedemus, sed illa sedes Dei iudicium significat. Et quoniam in hoc vniuerso mundi corpore, maximam speciem cælum habet, sedere in cælo dicitur, tanquam præstantior sit excellenti pulchritudine vis diuina, terramque dicitur calcare, quòd minimam speciem ordinet in extremis. Spiritualiter autē sanctas animas cęli nomine significat, & terræ peccatrices, quoniam spiritalis omnia iudicat. Peccatori autem dictum est: Terra es & in terram ibis. Et qui in lege manere voluit, sub lege ponitur: & ideo cō gruenter dicit, Scabellum pedum eius. Sequit: {Neque per hierosolymam, quia ciuitas est magni regis} quod melius dicitur, quàm diceret mea, cum tamen hoc dixisse intelligatur. Et quia ipse vtique est dominus, domino iusiurandum debet, qui per hierosolymam iurat. Sequitur: {Neq; per caput tuū iuraueris.} Quid enim poterat quisquam magis ad se pertinere arbitrari quàm caput suum? Sed quomodo nostrum est, vbi potestatem faciendi vnum capillum album, aut nigrum non habemus? Propter quod dicitur. {Quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum.} ergo Deo debet iusiurādum, quisquis etiam per caput suum iurare voluerit, & hinc etiam cætera intelliguntur.

Hom. 17. CHRY. in Hom. Attendite autem, quòd elementa mundi extollit, non ex propria natura, sed ex habitudine quam habent ad Deum, ne idolatriæ daretur occasio. RABA. Qui autem iurare prohibuit, quomodo loqui oporteat docuit subdēs: {Sit autem sermo vester est est, nō non}, i. quod est, sufficiat dicere est, quod nō est, sufficiat dicere non est. Siue ideo dicitur bis est est, non non, vt quod ore affirmes, operibus probes, & quod verbis negas, factis nō confirmes. HILA. Vel aliter: In fidei simplicitate viuentibus iurare opus non est, cum quibus semper quod est est, quod non nō, & per hoc eorum & opus & sermo omnis, in vero est. HIERO.

Li.i. de Sermo. do. cap. 30. Euangelica igitur veritas non recipit iuramētum, cum omnis fermo fidelis pro iuramento sit. AVG. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, refrenet se quantum potest, vt non ea vtatur nisi in necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod vtile est credere, nisi iuratione firmetur. hoc ergo est bonum & appetendum, quod hic dicitur: Sit sermo vester est est: non non. quod autem his abundantius est, a malo est, i. si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitate eorum, quibus aliquid suades, quæ vtique infirmitas malum est. itaque non dixit: Quod amplius est, malum est. tu enim non malum facis qui bene vteris iuratione, vt alteri persuadeas quod vtiliter persuadeas, sed a malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

Hom. 17. CHRY. in Hom. Vel a malo est, i. ab infirmitate eorum quibus lex iurare permisit. Ita enim Christus non mōstrat veterem legem diaboli esse: sed a veteri imperfectione ducit ad abūdantem nouitatem.

u ¶ GLO. Quia superius docuerat domiuus non esse proximo iuriuram inferendam, nec irreuerentiam domino, consequenter hic docet qualiter se Christianus habere debeat ad iniuriam sibi inferentes. vnde dicit. {Audi. quia di. est: oculū pro ocu. & den-

Lib. 19. c. 25 pro dente.} AVG. contra Faustum: Quod quidem ad reprimēdas flammas odiorum in se inuicem sæuientium, & immoderatos animos refrenandos ita præceptum est. Quis enim facile contentus est tantum repędere vindictæ, quantum accepit iniuriæ? Nonne videmus leuiter lęsos homines, moliri cedem, sitire sanguinem, vixq; inuenire in malis inimici vnde satientur? Huic igitur immoderatè ac iniustè vltioni lex iustum modum figens, pœnam talionis instituit, hoc est, vt qualem quisque instituit iniuriam tale supplicium rependat, quod non fomes sed limes furoris est, non vt id quod sopitum erat hinc accenderetur: sed ne id quòd ardebat, vltra extenderetur. Imposita est enim iusta vindicta, quæ iuste debetur ei, qui passus fuerit iniuriam. Quod autem debetur, & si benigne remittitur: non tamen inique repetitur. Itaque cum peccet, qui immoderate vult vindicari, non peccet autem, qui iuste vult vindicari, remotior est a peccato, qui non vult omnino vindicari. & ideo subdit: {Ego autem dico vobis non resistere malo.} Poterā autem & ego sic ponere: Dictum est antiquis: Non iniuste vindicabis. ego autem dico vobis, ne vindicetis, quod adimpletio est. Si p hæc verba quod legi defuit, a Christo additum mihi videretur, ac non potius id quod lex volebat efficere, ne iniuste se quisquam vindicaret, conseruari tutius si omnino se non vindicaret. CHRY. super Matth. Sine hoc enim mandato, legis mandatum stare non potest, quia si secundum legis mandatum omnibus reddere mala

F pro malis cœperimus, omnes efficiemur mali, eo quòd persequētes abundent. Si autem secundum Christi præceptum non resistitur malo, & si mali non lęniuntur, tamen boni permanebunt boni. HIERO. Dominus ergo noster vicissitudinem tollens, trūcat initia peccatorum: in lege nāque culpa emēdatur, hic peccatorum auferuntur exordia.

u Audistis quia dictum est: oculum pro oculo, dentē pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo, sed siquis te percus- GLO. Vel potest dici, quòd dominus hoc dixit, iustitiæ veteris legis aliquid addens. AVG. de ser. Do. in monte. Pharisæorum enim iustitia minor est, non excedere vindictæ modum, & hoc est pacis inchoatio. perfecta autem pax est, talem pœnitus nolle vindictam. Intra illud ergo primum quod præter legem est, vt maius malum pro minori malo reddatur. Et hoc quod dominus perficiendis discipulis dicit, ne pro malo vllum malum reddatur, medium locum tenet, vt tantum reddatur, quantum acceptum est, per quod a summa discordia ad summam concordiam transitus factus est. Quisquis enim malum prior infert, maxime a iustitia distat: quisquis autem nulli prior malefecit: sed tamen læsus rependit grauius, recessit aliquantulum a summa iniquitate. Qui vero tantum reddit, quantum accepit, iam aliquid donat. iustum est. n. eum qui lęsit prior, grauius lædi. Hanc ergo inchoatam minime iustitiam ille perficit, qui legem venit implere. Duos autem gradus qui inter sunt, intelligendos reliquit. nam est qui non reddat tantum, sed minus. Et hinc ascendit, qui omnino nil reprenderit, quod parum videtur domino, nisi & amplius sis paratus suscipere. Quapropter non ait, non reddere malum pro malo, sed non resistere aduersus malum, vt non solum non rependas quod tibi fuerat irrogatum, sed etiam non resistas, quin aliud irrogetur. Hoc enim est quod conuenienter exponitur: { Sed si quis te percusſin dexter. maxil. tuam, præbe ei & alteram. Quod ad misericordiam pertinere hi maxime sentiunt, qui eis quos multum diligunt seruiunt, vel prauis vel phreneticis, a quibus multa sæpè patiūtur, & si eorum salus id exigat, præbent se etiam vt plura patiantur. Docet ergo dominus medicus animarum, vt discipuli sui, eorum quorum saluti consulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent. Omnis namque improbitas ex imbecillitate animi venit, quia nihil innocentius est eo, qui in virtute perfectus est. AVG. Ea vero quæ in nouo testamento a sanctis facta sunt, valent ad exempla intelligendarum scripturarum, quę in præceptis digesta sunt, velut cum legimus in euangelio: Accepisti alapam, exemplum autem patientiæ nullum quàm ipsius domini excellentius inuenimus, & ipse cum alapa percussus esset, non ait: Ecce alteram maxillam, sed ait: Si male dixi, exprobra de malo, si autem bene, quid me cedis? vbi ostendit illam præparationem alterius maxillæ in corde faciendam. AVG. in ser. do. in monte: Paratus enim fuit dominus nō solum in alteram maxillam cedi pro salute omnium, sed in toto corpore crucifigi. Quæri autem potest, quid sit dextera maxilla. Sed cum facies sit, qua quisque cognoscitur, in faciem cedi secundum Apostolum est contemni ac despici. Sed quoniam facies non potest dici dextera & sinistra, & tamen nobilitas est, secundū Deū & sm sæculum ita distribuitur, tanq̄ in dexteram maxillam & sinistram, vt in quocūque discipulo Christi contemptum fuerit, q̄ Christianus est, multo magis in se contemni paratus sit, si quos huiusmodi sæculi honores habet. Omnia autem in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur, quoniam vnū est, quod restitui non potest, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non potest, vindictæ solatium quæri solet. Quid enim prodest, quòd percussus repercutis, nūquid propterea quod in corpore læsum est restituitur? sed tumidus animus talia fomenta desiderat. CHRY. super Matth. Nūquid autem si repercusseris eum compescuisti eum, vt te non percutiat? sed magis excitasti eum vt adhuc percutiat. Nam iracūdia per iracundiam non compescitur, sed amplius irritatur. AVG. in ser. Do. in monte. Vnde dominus potius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quàm alieno supplicio suum mitigandam; neque tamen hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valet. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit illud propositum quo quisquam paratus est ab eo, quem correctum esse vult plura deferre. Requiritur tamen vt & ille vindicet, cui ordine rerum potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua pater in filium paruulum quem odisse non potest. Sancti autem viri, nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & illis q mortе puniebantur, non ipsa mors noceret. sed peccatum quod augeri posset si viuerent. Inde est, quòd Helias multos morte affecit, de quo cum exemplum cœpissent discipuli, repræhendit in eis dominus non exemplum prophetæ, sed ignorantiam vindicandi, animaduertens eos non amore correctionis, sed odio desiderare vindictam. Sed postquàm eos docuit diligere proximum, infuso etiam spiritu sancto, non defuerunt tales vindictæ. nam & verbis Petri

De Mēdac. ad Consentium ca. 15.

Lib. 1. c. 33.

Lib. 1. c. 36.

Lib. 1. c. 35.

Lib. 1. c. 37.

Lib. 1. c. 37.

Ananias

Ananias & vxor eius exanimes ceciderunt. Et Paulus apostolus A tradidit quendam Sathanæ in interitum carnis: & ideo quidam ad uersus corporales vindictas, quæ sunt in veteri testō, nescio qua

Epist. 50. cęcitate sæuiant, quo animo facta sunt nescientes. AVG. ad Bonifa. comitem: Quis autem mente sobrius regibus dicat, non ad vos pertinet, quis velit esse siue religiosus siue sacrilegus, quib⁹ dici non potest: non ad vos pertinet in regno vestro, quis velit pudicus esse aut impudicus? Melius est quidem ad Deum colendum doctrina homines duci, quàm pœna compelli. Multis autem profuit, quod experimentis probauimus, prius dolore vel timore cogi, vt postea possint doceri, aut q̄ iam verbis didicerāt, opere sectari. Sicut enim meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Agnoscat in apostolo Paulo prius cogentem Christū, & postea docentem. AVG.

Lib. 1. c. 39. in ser. Do. in monte: Tenebitur ergo in hoc iniuriarū genere quod per vindictam luitur iste modus a Christianis, vt accepta iniuria non surgat odium, sed paratus sit animus plura perpeti, nec correctione negligat, q̄ vel consilio vel authoritate vti potest. HIER. Secundum autem mysticos intellectus percussa dextera nostra, nō debemus sinistram præbere, sed alteram, hoc est alteram dexterā: iustus enim sinistram non habet. Si nos hæreticus in disputatione percusserit, & dextrum dogma voluerit vulnerare, opponatur ei aliud de scripturis testimonium. AVG. in ser. Do. in monte: Aliud autem iniuriarum genus est quod integrum restitui potest, cuius duæ sunt species. vna ad pecuniam, altera ad opera pertinet: vnde de primo horum duorum subdit: { Et ei qui vult tecum in iudicio cōtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.} B C Sicut ergo quod positum est de percussa maxilla omnia significat, quæ sic ingeruntur ab improbis vt restitui non possint, nisi vindicta, ita quod positum est de vestimento omnia significat, quæ possunt restitui sine vindicta, & hoc etiam ad præparationem cordis, non ad ostensionem operis præceptum recte intelligitur. Et quod de tunica & vestimento dictum est, in omnibus faciendum est, quę aliquo iure temporaliter, nostra esse dicimus. Si enim de necessarijs hoc imperatum est, quanto magis superflua contemnere conuenit? Et hoc ipse signat cum dicit: { Qui vult tecū in iudicio contendere.} Omnia ergo intelligūtur de quibus in iudicio nobiscum contendi potest. Sed vtrum & de seruis accipiendum sit, magna qō est. non enim Christianum oportet sic possidere seruum quomodo equm, quàmuis fieri possit vt maiori prætio valeat equs quàm seruus. Sed si seruus rectius a te regitur quàm ab illo, qui eum cupit auferre, nescio vtrum quisquam audeat dicere, eum vt vestimē tum debere contemni. CHRY. super Matthæ. Indigna autem res est, vt homo fidelis stet in iudicio ante conspectum iudicis infidelis. Vel si fidelis certe sæcularis, & qui te venerari debuerāt, propter dignitatem fidei, iudicat te propter necessitatem causæ, & perdes dignitatem Christi propter negocium mundi. deinde omne iudicium irritatio cordis est, & cogitationum malarum. nam si videris, quòd causa tua fraudibus aut pecuniis expugnetur, & simi liter tu causæ tuæ adesse festinas, & si ab initio hoc consilium non

Cap. 78. habuisti. AVG. in Enchiridion. Et ideo prohibuit hic dominus suos de sæcularibus rebus, cum alijs habere iudicium, tamen cum Apostolus sinit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus, extra ecclesiam vero terribiliter vetat, manifestum est, quid secundum veniam concedatur infirmis. GREG.

Lib. 31. c. 10 in Moralibus: Sed tamen quidam dum temporalia nobis rapiunt solummodo sunt tolerandi. Quidam vero sunt seruata charitate prohibendi, non sola cura ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Plus enim ipsis raptoribus debemus E metuere quàm rebus irrationabilibus defendendis inhiarie. Cum autem pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, apparet quòd plus res quàm proximus amatur. AVG. in ser. Do. Tertium vero iniuriarum genus, quod ad operam pertinet ex vtroq; confectum est, & cum vindicta, & sine vindicta potest restitui, nā qui angariat hominem, & cogit, se improbe adiuuari ab inuito, & pœnam improbitatis potest luere, & operam reddere. In hoc ergo genere iniuriarum, dominus docet animum Christianum esse patientissimum, & ad plura perferēda paratum. vnde subdit: { Et qui cūque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo.} & hoc vtique monet, non tam vt pedibus agas, quàm vt animo sis paratº.

Hom. 18. CHRY. in Hom. Angariare enim est iniustè trahere, & sine ratione vexare. AVG. de ser. Do. in monte. Sic ergo dictum putamus; { Vade cum il. alia duo} scilicet milia, vt tria compleri voluerit, quo numero significatur perfectio, vt meminerit quisquis hoc facit, perfectam se implere iustitiam, propter quod & tribus exemplis hoc præceptum insinuauit, & in hoc tertio exemplo, simplo duplum additur, vt triplum compleatur. Vel per hoc accipitur, q̄ in præcipiendo tanquàm tolerabilius incipiens paulatim creuerit. nam primo præberi voluit alteram maxillam, cum fuerit dextra percussa, vt minus perferre paratus sis, quàm pertulisti. Deinde illi qui tunicam vult tollere, iubet & pallium dimitti, vel vestimentum secūdum aliam literam, quod aut tantūdem est, aut non multo amplius. Tertio de mille passibus, quibus addēda dicit, duo milia vsq; ad duplum perducit.

tem petit a te, da ei, & volēti mutuare a te ne auertaris.

Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui

Sed quoniam parum est non nocere, nisi & beneficium præstes, cōsequenter adiungit & dicit: {Qui autē petit a te da ei.} CHRY. super Matth. Quia diuitiæ nostræ non sunt, sed Dei. Deus enim dispensatores diuitiarum suarum voluit esse nos, non dominos. HIERO. Sed si de elemosynis tantum dictum intelligamus, in pluribus pauperibus hoc stare non potest, sed & diuites si semper dederint, semper dare non poterunt. AVG. in ser. Domi. Dic ergo: Omni petenti da. non omnia petenti, vt id des, quod dare honeste potes & iuste. Quid enim si pecuniam petat qua innocentem conetur opprimere? quid si stuprum petat? Dandum est ergo q̄d nec tibi, nec alteri noceat, quantum ab homine credi potest, & cū negaueris quod petit, iudicanda est iustitia, vt non eum inanem dimittas, & aliquando melius aliquid dabis, cum petentem iniuste correxeris. AVG. ad Vincen. Vtilius enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangitur, vt vi iniustitiæ seductus acquiescat. HIERO. Potest enim intelligi de pecunia doctrinæ, quæ numquàm deficit, sed quā to plus datur: tanto amplius duplicatur. AVG. Quod autem ait: { Et volenti mutuari a te ne auertaris} ad animam referendū est. hilarem. n. datorem diligit Deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, & si ipse non soluturus sit, quia misericordibus Deus plura restituit. aut si non placet accipere mutuantem, nisi eum qui accipit redditurus. intelligendum est dominum ipsa duo genera prę standi esse complexum. nam aut donamus, aut reddituro commendamus. Recte ergo ad hoc beneficij genus hortando dicit: { Ne auertaris, i. ne propterea voluntatem alienes, quasi Deus non redditurus sit, cum homo reddiderit. cum enim ex præcepto Dei facis, infructuosum esse non potest. CHRY. super Matthę. Ergo iubet nos Christus mutuum dare non tamen sub vsuris, quia qui sic dat, non sua dat, sed aliena tollit. de vno vinculo soluit, & multis alligat, & non propter Dei iustitiam dat, sed propter proprium lucrum. Similis est etiam pecunia vsuraria aspidis morsui. nam sicut venenum aspidis latenter omnia membra corrumpit, sic vsura omnes facultates conuertit in debitum. AVG. ad Marcellinum.

Epist. 5. Obiiciunt autem quidam, quòd hæc Christi doctrina Reipublicæ moribus nulla ex parte conueniat. nam quis inquiunt, tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, vel Romanæ prouinciæ deprædatoribus non mala velit belli iure rependere? Sunt autem ista præcepta patientiæ, semper in cordis præparatione retinenda, ipsáque beniuolentia ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate compleda est. Agenda sunt autem multa, & cum inuitis benigna quadam asperitate plectēdis, ac per hoc si terrena Respu. præcepta Christiana custodiat, & ipsa bella sine beniuolentia non gerentur, vt ad pietatis iustitiæq; pacatam societatem victis facilius consulatur. nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur, quoniam nihil est infœlicius fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.

x ¶ GLO. Docuit dominus supra, iniuriam inferenti non esse resistendum, sed ad plura perferenda paratum esse, nunc autem vlterius docet iniuriam inferentibus impendendum esse charitatis affectum simul & effectum. Et cum præmissa ad complemētum iustitiæ legis pteneant, conuenienter hoc vltimū rite pertinet ad impletionem charitatis, quæ secundum Apostolum est legis plenitudo. Dicit ergo: { Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum.} AVG. in Primo de doc. Christia. Quòd autem nullum Cap. 30. hominem excepit, qui præcepit proximum diligere, dominus in parabola semiuiui relicti ostendit, dicens proximum, qui erga illū extitit misericors, vt eum intelligamus proximum, cui exhibendum esset misericordiæ officium, si indigeret, quod nulli negandū esse, quis non videat? domino dicente: Benefacite his, qui oderunt vos. AVG. de ser. Do. in monte: Gradum autem esse in Phari- Lib. 1. c. 41. sæorum iustitia, quæ ad legem veterem pertineret, hinc intelligitur, quòd multi etiam eos a quibus diliguntur oderunt. Ascendit ergo aliquem gradum, qui proximum diligit, quàmuis adhuc oderit inimicum. vnde ad hoc designandum subditur: { Et odio habebis inimicum tuum.} Quę vox nō est accipiēda vt iubentis iusto,

sed

Lib.19.c.24 sed permittentis infirmo. AVGVST. contra Faustum: Quæro autem a Manichæis, cur proprium velint esse legis Moysi, quod dictum est antiquis, oderis inimicum tuum, an & Paulus non dixit homines quosdam Deo odibiles? Quærendum est ergo, quomodo intelligatur exemplo Dei, cur dixit Paulus quosdam odibiles odio habedos inimicos: Et rursus exemplo Dei, qui facit solem suum oriri sup bonos & malos diligẽdos inimicos? Hæc itaque regula est, qua & oderimus inimicũ propter id quod in eo malum est, i. iniquitatem, & diligamus inimicum propter id quod in eo bonum est, idest, rationalẽ creaturam. Audito igitur & non intellecto quod antiquis dictum erat: Oderis inimicum tuum, ferebantur homines in hois odium, cum non deberent odire, nisi vitium. Hos ergo corrigit dominus cum subdit: {Ego aũt dico vobis, diligite inimicos vestros,} vt qui iam dixerat: {Non veni soluere legem, sed implere:} Præcipiendo vtique vt diligamus inimicos, cogeret nos intelligere quomodo possemus vnum eundemq; hominem & odisse propter culpam, & diligere propter naturam. GLO. Sed sciendum est in toto corpore legis non esse scriptum: Odio habebis inimicum tuum, sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarum, quibus visum est hoc addendum, quia dominus præcepit filijs Israel persequi inimicos suos, & delere Amalech de sub cælo. CHRY. super Mat. Sicut enim quod dictum est: Non concupisces, non dictum est ad carnem sed ad animam, sic in hoc loco, caro quidem inimicum suũ diligere non potest, anima autem potest, quia dilectio vel odium carnis in sensu est, animæ vero in intellectu. Quando ergo nocemur ab aliquo, & si sentimus odium, non tamen exequi volumus, cognosce quia caro nostra odit inimicum, anima vero diligit.

Lib.22, ca. 10.& 11. GREGO. Mora. Inimici autem dilectio tunc veraciter custoditur, cum non de profectu deiicimur, nec de ruina illius lætamur. Non enim amat aliquis quem non vult esse meliorem, eumq; statim, voto persequitur, quem cecidisse gratulatur. Euenire tamen plerumque solet, vt non amissa charitate & inimici nos ruina lætificet, & rursum eius gloria, sine inuidiæ culpa contristet, cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosq; iniuste opprimi timeamus. Sed ad hoc seruandum est discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur sub specie vtilitatis alienæ. Oportet etiam pensare quid debemus ruinę peccatoris, & quid iustitiæ ferientis. nam cum peruersum quẽquã omnipotens percutit, & congaudendum est iustitiæ iudicis, & condolendum miseriæ pereuntis. GLO. Qui autem sunt contra ecclesiam tribus modis ei aduersantur. odio, verbis, cruciatu corporis, econtra diligit. vnde sequitur Primo. Diligite inimicos vestros, Secundo, Benefacite his qui oderunt vos. Tertio. Et orate pro persequen. & calum. vos. HIERO. Multi præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus æstimantes, impossibilia putant esse quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos. cæterum diligere plus præcipi quàm humana natura patiatur. Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta quæ fecit Dauid in Saul & Absalon. Stephanus quoque martyr pro lapidantibus deprecatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hoc autem Iesus & fecit, & docuit dicens, {Pater ignosce illis. AVG. in Enchiridion. Sed perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere & humanum animum ad hunc affectum orando Deum, secumq; luctando perducere. Tamẽ hoc tam magnum bonum, tantę multitudinis non est, quantam credimus exaudiri, cum in oratione dicitur: {Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. AVG. de ser. Do. in monte: Oritur autem hic quæstio, quòd huic præcepto domini quo nos hortatur orare pro inimicis, multæ aliæ scripturæ partes videntur aduersæ, quia in prophetis inueniũtur multæ imprecationes aduersus inimicos. vt est illud: Fiant filij eius pupilli. Sed sciendum, quòd prophetæ solent figura imprecantis futura prædicere. Sed illud magis mouet quod dicit Ioannes: Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico vt oret quis, aperte. n. ostendit esse aliquos fratres, pro quibus orare nobis nõ præcipitur, per hoc quod præmittit: Si quis scit peccare fratrem suum, cum dominus etiam pro persecutoribus nos iubeat orare. Nec ista quæstio solui potest, nisi fateamur aliqua peccata esse in fratribus, quæ inimicorum persecutione sunt grauiora. Nam & Stephanus orat pro eis, a quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderat. Et apostolus Paulus non orat pro Alexandro quia frater erat, & per inuidiam, fraternitatem oppugnando peccauerat. Pro quo autem non oras, iam non contra illum oras. Sed quid agimus de his, contra quos oratum a sanctis accipimus non vt corrigerentur {nam hoc modo pro ipsis potius oratum est} sed ad illam vltimam damnationem, non sicut contra domini traditorem per prophetam, nã illa, prædictio futurorum non optatio supplicij fuit. Sed sicut in Apocalypsi legimus martyres orare vt vindicentur, sed hinc non oportet moueri.

Quis enim audeat affirmare, vtrum contra ipsos homines, an contra regnũ peccati petierint? Nam ipsa & iustitiæ & misericordiæ vindicta martyrum, vt euertat regnum peccati, quo regnante tanta persunt. destruitur autem partim correctione hominum, partim damnatione perseuerantium in peccato. Nonne tibi videtur Paulus i seipso Stephanum vindicasse cum dicit: Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo? AVG. de Quæst. no. & ve. testa. Vel animę occisorum clamant vindicari se postulantes, sicut sanguis Abel clamauit de terra non voce, sed ratione. Nam & opus opificẽ laudare dicitur per hoc ipsum, quòd videntem se oblectat. non. n. tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant fieri quod sciunt tempore præfinito futurum. CHRY. in Hom. Vide autem quot gradus ascẽdit, & qualiter nos in ipsum virtutis verticem statuit. Primus gradus est, non incipere iniurtam, Secundus, vt iniuriam vlci scens, equali supplicio sis contentus, Tertius, non facere vexanti, quæ quis passus est, Quartus, exponere seipsum ad patiendum mala, Quintus, amplius se tribuere quàm ille vult, q fecit mala, Sextus, nõ odio habere eũ qui hoc operatur, Septimus diligere, Octauus benefacere, Nonus pro ipso orare. Et quia magnũ erat præceptum, præclarum præmium subdit, scilicet fieri similes Deo. vnde dicit {Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est} Siquis enim præcepta Dei custodiat, & filius Dei efficitur: ergo non in natura filius est, hic scilicet de quo loquitur, sed arbitrio suo. AVG. De ser. do. in monte: Ex illa autem regula intelligendum est quod hic dicitur, qua & Ioannes dicit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, nos autem potestate accepta efficimur filij, inquantum illa quæ ab eo præcipiuntur implemus. Itaque non ait. Facite ista, quia estis filij, sed facite ista, vt sitis filij. Cũ autem ad hoc nos vocat, ad similitudinem suam vocat. vnde sequitur: {Qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos} Potest autem per Solem intelligi non iste visibilis, sed ille de quo dicitur: Vobis qui timetis nomen domini, orietur sol iustitiæ, & per pluuiam irrigatio doctrinæ veritatis, qa & bonis & malis apparuit & euangelizatus est Christus. HILA. Vel in baptismi & spiritus sacramento tribuit Solem & pluuiam. AVG. Vel potest accipi Sol iste visibilis & pluuia qua fructus gignuntur, quia iniqui in libro Sapientiæ plangunt: Sol non ortus est nobis. Et de pluuia spirituali dicitur: Mãdabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue hoc siue illud, magna Dei bonitate sit quę nobis imitanda præcipitur, non autem solum ait: Qui facit Solem oriri, sed addidit: Suum, i. quem ipse fecit vt hinc admonere mur quanta liberalitate ex præcepto eius præstare debemus, quod non creamus, sed ex muneribus eius accipimus. AVG. ad Vincẽtium: Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam flagella in eos, quos diligit cogitemus. vnde non omnis qui parcit, amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus. Melius est enim cum feueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. CHRY. super Matth. Caute autem dixit: { Super iustos & iniustos } non sup iustos vt iniustos, quia omnia bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut & flagella propter peccatores, sed in bonis non separat peccatores a iustis, ne desperent, nec in malis iustos a peccatoribus, ne glorientur, maxime cum malis bona non prosint quæ male viuentes ad prẽiudicium suum percipiunt, nec bonis mala noceant, sed magis prosint ad iustitiæ lucrum. AVG. in lib. 1. de Ciui. Dei: Nam bonus temporalibus bonis non extollitur, nec malis frangitur. Malus autem ideo huiusmodi fælicitate punitur, qa fœlicitate corrumpitur. Vel ideo ista temporalia bona & mala vtrisque voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni afficiuntur. GLO. Amare autem amantem naturę est, inimicum vero amare est charitatis: & ideo sequitur. {Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis}. {sin cælo. de his enim dicitur: Recepistis mercedem vestram. Sed tamen hæc oportet facere, illa non omittere. RABA. Si ergo peccatores erga dilectores suos natura duce, volunt esse benefici, multo magis vos maioris dilectionis signum amplecti debetis, etiam non amantes. vnde sequitur: {Nonne & publicani hoc faciunt?}, i. qui publica vectigalia exigunt, vel qui publica negocia sæculi vel lucra sectantur. GLO. Si vero pro his tantum oraueritis, qui aliqua

Epist. 48.

Quæst. 68.

Hom. 18.

Lib. 2. c. 46.

Cap. 8.

aliqua affinitate vobis coniuncti sunt, quid amplius habet beneficium vestrum quàm infidelium? vnde sequitur: {Et si saluta. fratres ve. tantum. quid amplius facietis? Salutatio enim est quædam species orationis. {Nonne Ethnici hoc faciunt?} RABA: idest gentiles, nam Ethnos græce, latine gens dicitur, qui tales sunt vt fuerũt geniti, scilicet sub peccato. REMI. Quia vero perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non potest procedere. ideo postquàm dominus præcepit diligere inimicos subiunxit: Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. Ipse quidem perfectus est vt omnipotens, homo autem vt ab omnipotente adiutus. nam sicut quandoque in scripturis pro veritate & equalitate accipitur vt ibi: Sicut fui cum Moyse, ita ero & tecum. aliquando autem pro similitudine vt hic. CHRY. super Matth. Sicut enim filij carnales similant patres in aliquo corporis signo, ita filij spirituales Deum in sanctitate.

y Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ vestrũ qui in cęlis est.

z Cum ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis & vicis vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

y ¶ GLO. Postquàm Christus legem quantum ad præcepta impleuit, incipit nunc eam adimplere quantum ad promissa, vt p cælesti mercede præcepta Dei faciamus, non pro terrenis, quæ lex promittebat. Omnia autem terrena ad duo potissima reducuntur, scilicet ad humanam gloriam, & ad terrenorum affluẽtiam, quorum vtrumque in lege promissum esse videtur. De gloria enim dicitur in Deutero. Faciet te dominus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. De affluẽtia vero temporalium ibidem subditur: Abundare te faciet dominus in omnibus bonis, & ideo dominus hæc duo ab intentione fidelium excludit. scilicet gloriam & terrenorum affluentiam. Sed sciendum quòd appetitus gloriæ propinquus est virtuti. CHRY. super Matth. Vbi enim res agitur gloriosa, ibi facilius inuenit locum gloriationis occasio: & ideo intentionem gloriæ primo dominus excludit. Præ omnibus enim vitijs carnalibus periculosius hoc esse i hominibus intellexit: cum enim omnia mala seruos diaboli vexent, concupiscentia vanæ gloriæ magis vexat seruos Dei, quàm seruos diaboli. PROSPER in libro de Senten. Augustin. Quas etiam vires nocendi habeat humanę gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit. quia etsi cuiquam facile est laudem non cupere dum negatur: difficile tamẽ est ea non delectari cum offertur. CHRY. super Matthæ. Intuere autem qualiter incæpit velut de fera aliqua difficile cognita disputans, & apta furari eum, qui non valde vigilat. Occulte enim ingreditur & omnia quæ intus sunt, insensibiliter ausert.

Hom. 19. CHRY. in Hom. Et ideo hoc cautius cauendum mandat dicens: {Attẽdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.} Cor autem nostrum attendere debemus: inuisibilis enim est serpens quem obseruare iubemur, & latenter ingreditur & seducit. sed in corde mundo si surreptio inimici successerit, mox homo iustus discernit, quia spiritu alieno pulsatur. Si autem cor fuerit iniquitatibus plenum, suggestionem diaboli non facile intelligit, & ideo præmisit: Ne irascaris: Ne concupiscas: quia qui malis istis subiectus est, cor suum non potest attendere. Sed quomodo potest fieri, vt non coram hominibus eleemosynam faciamus? aut si fiat quomodo non sentiemus? Si enim præsente aliquo occurrerit pauper, quomodo dabitur ei absconse? sed educendo eum in secreto, videtur quia datur. Sed considera quia non dixit: Ne tã tum coram hominibus faciatis, sed addidit: {Vt videamini ab eis.} Qui ergo non ideo facit, vt ab hominibus videatur, etsi coram hominibus fecerit, non tamen coram hominibus fecisse videtur. qui enim aliquid facit propter Deum, neminem vidit in corde suo nisi Deũ, propter quem facit, sic artifex eum semper habet præ oculis, qui sibi opus faciendum commisit. GREG. Si ergo dantis gloriam quærimus, & publicata nostra opera in conspectu illius occulta seruamus. si vero per hoc nostram laudem conspicimus, foras ab eius conspectu iam fusa sunt, etiam si a multis ignorẽtur, sed valde pfectorũ est sic ostenso opere, actoris gloriam quærere, vt de illata laude, priuata nesciant exultatione gaudere, quã infirmi qa pfecte cõtẽnendo non superant, necesse est vt bonũ quod operantur abscondant. AVG. de Ser. Do. in monte. In hoc vero, q dicit: {Vt videamini ab eis} nihil addẽs, apparet hoc eum prohibuisse, vt ibi finem nostri propositi collocemus. nam & Apostolus qui dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Alio loco dicit: Ego hominibus per omnia placeo. Quod non ideo facit, vt placeret hominibus, sed Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere ex eo quod eis placebat: Sicut enim non absurde loqueretur qui diceret: In hoc opere quo nauem quæro, non nauem quæro, sed patriam. AVG. de Ser. Do. in monte. Dicit aũt: {Vt videamini ab eis} quia sunt qdam qui sic faciũt iustitiam coram hominibus, vt non videantur ab eis, sed vt ipsa opera videantur, & glorificetur pater qui in cælis est: non enim suam iustitiam deputant, sed eius cuius fide viuunt. AVG. de serm. do. in mõ. In hoc etiã quòd addit. {Alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est.} nihil aliud demonstrat. nisi illud nos cauere oportere: ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede quæramus. CHRY. super Matth. Quid autem a Deo recipies, qui Deo nihil dedisti? nam quod propter Deum fit, Deo datur, & ab eo recipitur: quod autem propter homines fit, in ventos effunditur. Quæ est autem sapientia res dare & verba vacua comparare, & mercedem Dei contemnere? Vel illum aspice a quo laudem expectas, qui te propter Deum facere putat, alioquin vituperasset te magis. Ille autem qui plena quidem voluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Si autem per alicuius cor cogitatio vana ascendit, desiderans hominibus apparere, anima autem intelligens contradicit, ille non propter homines fecisse videtur, quia quod cogitauit passio carnis est, quod eligit iudicium animæ.

z ¶ AVG. de ser. Do. in monte. Generaliter supra dominus iustitiam nominauit cum dixit · Attendite ne iustitiam vestram, nunc autem per partes exequitur. CHRY. super Matth. Ponit autem tria fortia bona, scilicet eleemosynam, orationẽ, & ieiunium, contra tria mala, ad uersus quæ dominus tentationis bellum susceperit. pugnauit enim pro nobis contra gulam in eremo: contra auaritiam supra montem, contra vanam gloriam supra templum. Ester go eleemosyna quæ dispergit, contra auaritiam quæ congregat, ieiunium contra gulam, quia ei contrarium: oratio vero contra vanam gloriam, quia cum omne malum ex malo nascatur, sola vana gloria de bono procedit, ideo non destruitur per bonum, sed magis nutritur. nullum ergo remedium potest esse contra vanam gloriam nisi oratio sola. AMBRO. Omnis autem sententia discipli næ Christianæ in misericordia & pietate est. & ideo ab eleemosyna incipit dicẽs: {Cum ergo facis eleemosynã noli tuba canere ante te.} GLO. Tuba autem est omnis actus vel sermo per quem operis iactantia demonstratur, puta qui facit elemosynam quando aliquem videt præsentem, vel intercedente aliquo, aut honestiori personæ, quæ potest retribuere: alias autem non facit. Sed & si in loco secreto fecerit, eo proposito vt laudabilis videatur, tuba est. AVG. Sic ergo qd dicit: {Noli tuba canere ante te} ad hoc respicit quod superius ait {Attendite ne iustitiam vestram faciatis cor. ho.} HIERO. Qui autem tuba canit eleemosynã faciens, hypocrita est. Et ideo subdit: {Sicut hypocritæ faciunt.} ISID. Nomen hypocritæ tractum est a specie eorum, qui in spectaculis contecta facie incedunt, distinguentes vultum vario colore, vt ad personæ quam simulant colorem perueniant, modo in specie viri, modo in fœminæ vt fallant populum dum in ludis agunt. AVG. de ser. Do. in monte: Sicut ergo hypocritæ, idest simulatores, tanq imitatores personarum aliarum agunt partes illius quod nõ sunt. non enim qui agit partes Agamennonis, vere ipse est, sed simulat eum, sic & in ecclesijs in omni vita humana qui se vult videri qđ non est, hypocrita est. Simulat enim se iustum & non exhibet, q totum fructũ in laude hominũ ponit. GLO. Et ideo subdit loca publica cum dicit { In synagogis & vicis.} Et finẽ intentum cum subdit: {Vt honorificentẽ ab hominibus.} GREG. Mora. Sciendum vero est, quòd sunt nonnulli, qui & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi non valent, quos nequaq credendum est inter hypocritarum numerum currere, quia aliud est infirmitate, aliud callida simulatione peccare. AVG. de ser. Do. in monte. Tales autem qui simulatione peccant, ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt, nisi fallaciæ suppliciũ. & ideo subditur. {Amen dico vobis receperunt mercedem suam.} HIERO. Non Dei mercedem, sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes. AVG. de Serm. Domi. in monte. Hoc autem respicit ad illud quod supra posuit. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum. Sic ergo, non quomodo illi eleemosynam facias, sed quomodo facienda sit iubet conuenienter cum dicit: {Te autem faciente ele. nes. sini. tua, quid fa. dex. tua.} CHRY. in Hom. Hoc autem per superabundantiam dicitur, ac si dicat: Si possibile est teipsum ignorare, & ipsas manus latere possibile esset, studiosissimum est tibi. CHRY. super Matth. Apostoli autem interpretantur in libi canonum sic: Dextera est populus Christianus, qui est ad dexterã Christi. Sinistra autem est omnis populus, qui est ad sinistrã. Hoc ergo dicit, ne Christiano eleemosynam faciẽte, quę est dextera infidelis

Lib. 1. c. 24.

Cap. 73.

Lib. 22, ca. 10.& 11.

Sen. 317.

Lib. 8. Mor. cap. 38.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 5.

Lib. 10. etym. cap. 8.

Lib. 2. ca. 3.

Lib. 13. c. 11

Lib. 2. ca. 3.

Lib. 2. c. 5.

Lib.2.ca.4. fidelis aſpiciat qui eſt ſiniſtra ſecundum hoc videbitur nulla eſſe culpa velle placere fidelibus, cum tamen in quorumlibet hominum laudem finem boni operis conſtituere prohibeamur. Vt autem te imitentur quibus facta tua placuerunt, non tantum fidelibus, ſed etiam infidelibus exhibendum eſt. Si autem (vt alij dicunt,) ſiniſtram inimicum putaueris, vt neſciat inimicus tuus cum eleemoſynam facis, cur ipſe dominus inimicis, iſ Iudæis circumſtantibus miſericorditer ſanauit homines? Deide, quomodo cum ipſo inimico faciemus, vt illud impleamus præceptum, Si eſurierit inimicus tuus ciba illū? Tertia opinio eſt ridenda eorum, qui dicunt ſiniſtrę nomine vxorem ſignificari, vt quoniam in re familiari tenaciores pecuniarum ſolent eſſe fœminæ, lateat eas cum aliquid viri alienis impendunt propter domeſticas lites. Non autem ſolis viris hoc præceptum datum eſt, ſed etiam fœminis, cui ergo ſiniſtrę iubetur fœmina occultare opus miſericordiæ ſuæ? an etiam vir ſiniſtra erit fœminæ? quòd ſi quiſpiam putat, cum præceptum ſit talibus, vt ſe inuicem bonis moribus lucrifaciant, non ſibi debent occultare bona opera ſua, nec furta facienda ſunt vt promereatur Deus: quòd ſi occultandum eſt aliquid, quā diu alterius infirmitas id ęquo animo non poteſt ſuſtinere, quāmuis non illicite fiat: non tamen fœmina per ſiniſtram ſignificari facile apparet totius capituli ſignificatione. Et etiam quam ſiniſtram vocet, quod enim in hypocritis culpatum eſt, quòd ſ. laudes hominum quęrunt: hoc tu facere vetaris. quapropter ſiniſtra videtur ſignificare delectationem laudis, dextera autem ſignificat intentionem implendi præcepta diuina. Cum ergo conſcientiæ faciendi eleemoſynam miſcet ſe appetitio laudis humanæ, ſit ſiniſtra cōſcientia dexterę. Neſciat ergo ſiniſtra, i. non ſe miſceat conſcientiæ tuæ, laudis humanę appetitio. Dominus autem noſter multo magis prohibet ſolam ſiniſtram in nobis operari, quàm eam miſceri operibus dextræ. Quo autem fine hoc dixerit: oſtendit cū ſubdit: {Vt ſit eleemoſyna veſtra in abſcondito} ideſt, in ipſa bona conſcientia, quæ humanis oculis demonſtrari non poteſt, nec verbis aperiri, quandoquidem multi multa mentiuntur. Sufficit autem tibi ad promerendum præmium ipſa conſcientia, ſi ab eo expectas præmium, qui ſolus conſcientiæ inſpector eſt. Et hoc eſt quod ſubditur: {Et pater tuus qui vi, in abſcon. reddet tibi.} Multa latina exemplaria habent: Reddet tibi palam. CHRY. ſuper Matthę. Impoſſibile eſt enim, vt opus bonum hominis in abſcondito dimittat Deus, ſed in hoc ſæculo manifeſtat & in illo glorificat, qa gloria Dei eſt, ſicut & diabolus manifeſtat malum, in quo malitiæ eius virtus oſtenditur. Proprie autem publicat Deus omne bonum in ſæculo illo, cuius bona non ſunt communia bonis & malis: ideo cuicūq; illic bene fecerit Deus, manifeſtum eſt qa pro mercede iuſtitię ſuæ meruit illud. Merces aūt iuſtitiæ in hoc ſęculo manifeſta non eſt, quia hic non ſolum boni,

Lib.2.ca.4. ſed etiam mali ſunt diuites. AVG. de ſer. Do. in monte: Sed in Græcis exemplaribus, quæ propria ſunt, non inuenimus, Palàm. CHRY. in Hom. Si ergo vis habere inſpectores eorum quæ facis, ecce habes non ſolum angelos aut archangelos, ſed Deum vniuerſorum.

CAP. VI.

HRY. ſuper Matth. Salomon dicit, Ante orationem præpara animam tuam. Quod quidem facit, quiſquis eleemoſynam venit ad orationem, bona enim opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ apud Deum orandi. Ergo eleemoſyna præparatio eſt orationis, & idem dominus poſt eleemoſynam, conuenienter de oratione nos inſtruit. AVG. de ſer. Dom. in monte. Non autem hoc monet nunc, vt oremus, ſed quomodo oremus, ſic nec ſuperius vt faciamus eleemoſynam, ſed quo animo faciamus. CHRY. ſuper Matth. Eſt autem oratio quaſi quoddam ſpiritale tributum, quod anima offert Deo de viſceribus ſuis. Quanto ergo glorioſior eſt, tanto cautior eſt ſeruanda, ne propter homines facta vileſcat: & ideo dicit, {Cū oratis, non eritis ſicut hypocritæ. CHRY.

Lib.2.ca.6. in Hom. Hypocritas vocat, qui Deum ſe fingentes orare, homines circūſpiciunt: & ideo ſubdit. {Qui amant in ſynagogis orare.} CHRY. ſuper Matth. Puto autem non ad locum hoc refert dominus, ſed ad propoſitum orantis, in conuentu enim fidelium orare laudabile eſt, ſicut dictum eſt: In eccleſijs benedicite Deum. Qui ergo ſic orat, vt ab hominibus videatur, non Deum aſpicit ſed homines: & ideo quātum ad propoſitum ſuū in ſynagoga orat. Cuius autem orantis mens ſolum aſpicit Deum, quamuis in ſynagoga oret: tamen apud ſe in ſecreto videtur orare. Sequitur: {Et in angulis platearum} vt videantur, abſconſe orant. Et ſic dupliciter laudantur, & quia orant, & quia abſconſe orant. GLO. Vel anguli platearum ſunt, vbi via per tranſuerſum ducitur, & quadriuium reddit. CHRY. ſuper Matth. Eo ergo propoſito in cōuentu vetat orare, vt a conuentu videatur. vnde ſubditur: {Vt videantur ab hominibus.} Orās ergo nihil nouum faciat quod aſpiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. AVG. de ſer. Do. Non autē videri ab hominibus nefas eſt: ſed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris. CHRY. in Hom. A vana enim gloria, vbique eruibonum eſt, maxime autem in oratione: ſi enim in hoc cogitationibus circumferimur. ſi ad orandum ingreſſi fuerimus, hanc habentes ægritudinem, qualiter intelligemus ea quæ a nobis dicuntur? AVG. de ſer. Domi. Sic etiam fugiendum eſt hominum ſententiā, ſi hoc animo aliquid fiat, vt fructus expectetur placēdi hominibus, vnde ſubditur. {Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.} CHRY. ſuper Matth. Vnuſquiſque enim vbi ſeminat, ibi metit. Vnde qui propter homines orant non propter Deum, ab hominibus non a Deo laudantur: CHRY. in Hom. Dicit autē: {Receperunt} qa Deus retributionē, quæ eſt ab ipſo tribuere vellet, illi autem eam, quæ eſt ab hominibus vſurpant. Quomodo autem orandum ſit, ſubiungit dicens. {Tu autem cum ora. intra in cubi. tuum, & clau. oſtio ora pa. tuum in abſcondito.} HIERO. Hoc ſimpliciter intellectum erudit auditorem, vt vanam orandi gloriam fugiat. CHRY. ſuper Matth. Vt nemo ſit ibi, niſi ille qui orat, & ille quem orat. Teſtis enim orantem grauat, non adiuuat. CYPRI. de oratione Dominica. In abditis etiam locis orare. magis conuenit fidei, vt ſciamus dominum vbique eſſe preſentem, & maieſtatis ſuæ plenitudine occulta penetrare. Poſſumus etiam intelligere p oſtium domus, os corporis, vt non clamoſa voce oremus Deum, ſed tacito corde propter tria. Primo, quia Deus non voce clamoſa pulſandus eſt, ſed conſcientia recta placandus, q eſt cordis auditor. Secundo, quia ſecretas orationes tuas non oportet alterum ſcire, niſi te & Deum. Tertio, quia clamoſe orans, alterum iuxta te non permittis orare. CASSIA. Cum ſummo ēt eſt orandum ſilentio, vt ipſos quoque inimicos noſtros, qui orantibus nobis maxime inſidiantur, lateat noſtræ petitionis intentio. AVG. de ſer. Do. in monte. Vel per cubicula noſtra ſunt intelligenda corda noſtra, de quibus dicitur. Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Oſtium eſt carnalis ſenſus, foris ſunt omnia temporalia, quæ per ſenſum cogitationes noſtras penetrant, & turba vanorum phantaſmatum orantibus obſtrepunt. CYPRI. de Oratione Dominica. Quę autem ſegnitia eſt alienari, & capi ineptis cogitationibus & prophanis, cum dominum deprecaris, quaſi ſit aliud quod magis debeas cogitare, q̄ cum Deo loquaris? Quomodo te audiri a Deo poſtulas, cum teipſum non audias? hoc eſt ab hoſte non cauere, hoc eſt Deum negligentia orationis offendere. AVG. de ſerm. Domini. Claudendum eſt ergo oſtium, ideſt carnali ſenſui reſiſtendum, vt oratio ſpiritualis dirigatur ad patrem, quæſit i intimis cordis, vbi oratur pater in abſcondito. vnde ſequitur: {Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.} REMI. Et eſt ſenſus. Sufficiat tibi vt illę ſolus nouerit tuam orationem, qui omnium corda nouit occulta, quia ipſe qui eſt inſpector, erit exauditor. CHRY. in Hom. Non autem dixit, gratis dabit, ſed Reddet tibi. Etenim debitorē ſeipſum tibi conſtituit.

b ¶ AVG. de ſer. Do. in mon. Sicut hypocritarum eſt præbere ſe ſpectandos in oratione, quorum fructus eſt placere hominibus, ita eſt Ethnicorum, ideſt gentilium in multiloquio ſe putare exaudiri: & ideo ſubditur. {Orantes aūt noli. mul. loqui.} CASSIA. Libro 9. collationum. Frequenter enim, ſed breuiter eſt orandum, ne immoratibus nobis inſerere aliqd noſtro cordi inſidiator poſſit inimicus. AVG. ad Probam: Non tamen vt quidam putant, hoc eſt orare in multiloquio ſi diutius oret. Aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipſo domino ſcriptum eſt, quòd pernoctauerit in orando, & prolixius orauerit, vt nobis præberet exemplum. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas & raptius quodammodo iaculatas, ne illa violenter erepta, quæ oranti plurimum eſt neceſſaria, per productiores moras hębetetur intentio, ac per hoc ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionem, ſicut non eſt obtundenda ſi per durare non poteſt, ita ſi perdurauerit, non cito eſſe rumpendam. Abſit autem ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa præ-

catio, ſi feruens perſeuerat intentio: nam multum loqui eſt in orā-
do rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis. Multum autem precari, eſt eum quem precamur diuturna cordis excitatione pulſare,
nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus
Hom.19. agitur, plus fletu quàm affatu. CHRY. in Hom. Diſſuadet igitur per hoc inanem
locutionem in orando, puta cum non petimus decētia a Deo. ſed potētatus & glias, inimicos ſuperare, & pecuniarum abundantiam. Iubet ergo hic non longas orationes facere. Longas autem dico non tempore, ſed multitudine eorum quæ dicuntur, perſeuerare tamen oportet eos qui petūt. Orationi enim, ait Apoſtolus, inſtantes. non tamen iubet decem milium verſuum orationem componere & cordetenus enuntiare, quod occulte inſinuat, cum dixit: Nolite multum loqui: GLO. Damnat autem multiloquium orationis veniens de infidelitate. vnde ſequitur: Sicut Ethnici faciunt. Gentilibus enim erat neceſſaria verborum multiplicitas, propter dæmones qui neſcirent quid illi peterent, niſi
Lib.2.ca.7. illorum verbis inſtructi. vnde ſequitur: Putant enim, quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. AVG. de ſer. Do. in monte. Et reuera omne multiloquium a gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius quàm mundando animo dant operam, & hoc ſtudij genus
Cap.27. etiam ad Deum prece flectendum, transferre conantur. GREG. 14. Mora. Sed veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, & non compoſita verba reſonare. Et ideo ſubditur: Nolite ergo aſſimilari eis. AVG. de ſer. Domi. in monte. Si enim verba multa ad id proferuntur vt inſtruatur ignarus, quid eis opus eſt ad rerum omnium conditorem? vnde ſequitur: Scit enim pater ve
ſter quid opus ſit vobis, antequàm petatis eum. HIERO. Cōſurgit autem in hoc loco quædam hæreſis Philoſophorum quo-
rundam, dogma peruerſum dicentium: Si nouit Deus quid oremus, & antequam petamus ſcit, quo indigeamus, fruſtra ſcienti loquimur. Quibus reſpondendum eſt non narratores eſſe, ſed rogatores. Aliud eſt enim narrare ignoranti, aliud ſcientem petere. CHRY. in Hom. Non ergo oras vt doceas, ſed flectas vt familiaris efficiaris continuitate interpellationis, vt humilieris, vt rememoreris peccatorum tuorum. AVG. de Ser. Do. in monte. Nec etiam verbis nos agere debemus apud Deum, & vt impetremus quod volumus, ſed rebus quas animo gerimus, & intentione
Epiſt.121. cap.9. cogitationis cum dilectione pura & ſupplici affectu. AVG. ad Probam. Sed ideo per certa interualla temporum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum ſignis noſipſos ammoneamus, quātumque in hoc deſiderio profecerimus, noſipſis innoteſcamus, & ad hoc augēdum noſipſos acrius excitemns, ne varijs curis quod
Cap.11. tepeſcere cæperat, omnino frigeſcat & pœnitus extinguatur, niſi crebrius inflammetur. Nobis ergo neceſſaria ſunt verba, quibus commoueamur, & inſpiciamus quid petamus, non quibus dominum ſeu docendum ſeu flectendum eſſe credamus. AVG. de Serm. Domi. in monte. Sed rurſus quæri poteſt, ſiue rebus ſiue verbis orādum ſit, quid opus ſit ipſa oratione, ſi Deus iam nouit quid nobis neceſſarium ſit, niſi quia ipſa orationis intentio cor noſtrum ſerenat & purgat, capaciusq; efficit, ad excipienda diuina munera, quæ ſpiritualiter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui ſemper paratus eſt dare ſuam lucem, ſed nos non ſemper parati ſumus accipere, cum inclinamur in alia. Fit ergo in oratione conuerſio corporis ad Deum, & purgatio interioris oculi, cum ea quæ cupiebantur, temporaliter excluduntur, vt acies cordis ſimplicis, ferre poſſit ſimplicem lucem, & in ea manere cum gaudio quo beata vita perficirur.

c ¶ GLO. Inter ſalutaria monita, & diuina quibus conſulit credentibus, formam orandi propoſuit, & orationes compoſuit breuibus verbis, vt ſit fiducia cito annuendi, quod breuiter vult rogari. vnde dicit: {Pater noſter qui es in cælis. CYPRIA. de oratione Dominica: Qui fecit viuere, docuit & orare, vt dum oratione quam filius docuit apud patrem loquimur, facilius audiamur. Amica & familiaris oratio eſt dominum de ſuo rogare, agnoſcat pater filij ſui verba cum precem facimus, & cum ipſum habeamus aduocatum apud patrem pro peccatis noſtris, quando peccatores pro delictis noſtris petimus, aduocari noſtri verba promamus. GLO. Non tamen his ſolis verbis oratur, ſed
Lib.2.ca.8. & alijs ſub eodem ſenſu conceptis, quibus cor noſtrum accenditur. AVG. de Sermo. Domini in monte. Cum autem in omni deprecatione beniuolentia concilianda ſit eius quem deprecamur: deinde dicēdum quid deprecemur p laudem illius ad quē oratio dirigitur, ſolet beniuolentia conciliari, & hoc in orationis principio poni ſolet. In quo dominus noſter, nihil aliud nos dicere iuſſit, niſi, Pater qui es in cęlis. Multa quidem dicta ſunt in laudem Dei, nuſquàm tamen inuenitur præceptum populo Iſrael, vt dicerent Pater noſter, ſed eſt eis inſinuatus, vt dns tanq̄ ſeruis, ſed

A de populo Chriſtiano Apoſtolus dicit, q̄ ſpiritum adoptionis accepit, in quo clamamus: Abba pater, quod non eſt meritorum noſtrorum, ſed gratiæ quam in oratione ponimus, cum dicimus. Pater, quo nomine & charitas excitatur. Quid. n. charius debet eſſe filijs q̄ pater? & ſupplex affectus cum homines dicunt Deo: Pater noſter, & quędam impetrandi præſuppoſitio. Quid iam non det filijs petentibus, cum hoc ipſum ante dederit, vt filij eſſent? Poſtremo, quā

c Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cęlis.
d Sanctificetur nomen tuum.

ta cura animum tangit, vt qui dicit: Pater noſter, tanto patre non ſit indignus. Admonentur etiam hinc diuites: vel genere nobiles cum facti fuerint Chriſtiani, non ſuperbire aduerſus pauperes vel ignobiles, quoniam ſimul dicunt Deo: Pater noſter, quod non poſſunt pie ac vere dicere, niſi ſe fratres eſſe cognoſcant. CHRY. in
Hom.20. Ho. Quod. n. nocumentum eſt ex inferiori cognatione, cum ſm ſu
B periorem omnes ſimus copulati, qui etiam patrem dixit, & peccatorum remiſſionem & adoptionem, & hæreditatem & fraternitatem quæ eſt ad vnigenitum, & ſpiritus largitionem per vnam hāc confeſſus eſt nūcupationem. Non. n. poſſibile eſt vocare Deum patrem, niſi eum, qui eſt omnibus iſtis bonis potitus. Dupliciter orātium igitur erigit ſenſum & dignitate eius qui inuocatur, & magnitudine bñficiorum, quibus orās potitus eſt. CYPRI. de ora-
Serm.6. tione Dñica: Non autem dicimus, Pater meus: ſed Pater noſter, qa pacis & vnitatis magiſter noluit ſigillatim & priuatim precē fieri, vt quis cum precatur, pro ſe tātum precetur. Publica. n. eſt nobis, & communis oratio & qñ oramus, non pro vno tñ, ſed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum ſumus. Sic. n. vnum orare pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipſe portauit.
CHRY. ſuper Matthæ. Pro ſe. n. orare neceſſitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem eſt ante Deum oratio, non quam neceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas fraternitatis cōmēdat. GLO. Dicitur etiam Pater noſter, quod commune eſt omnibus, non pater meus, quod ſoli Chriſto
C cōuenit, qui eſt filius per naturam. CHRY. ſuper Matth. Addit autē: {Qui es in cælis} vt ſciamus nos habere patrem cæleſtem, & erubeſcāt ſe terrenis rebus ſubſternere, qui patrem habet in cę-
Cap.18. lis. CASSIA. lib.9. Coll. Et vt ad illam regionem in qua patrem noſtrum commorari fatemur, ſummo deſiderio properemus.
CHRY. in Hom. In cælis ergo cum dicit, non illic Deum concludens hoc ait: ſed a terra abducens orantem, & excelſis regioni-
Lib.2.c.9. bus affigens. AVG. de Serm. Domini in monte: Vel dicitur eſſe in cælis, i. in ſanctis & iuſtis, non enim ſpacio locorum cōtinetur Deus. Sunt quidem cæli excellentia mūdi corpora, & ſi in eis locus Dei eſſe credatur, melioris meriti ſunt aues, quarum vita eſt Deo vicinior. Nō autem eſt ſcriptum. Prope eſt dominus celſis hominibus, aut eis qui in montibus habitant, ſed contritis corde. Sed ſicut terra appellatur peccator, cui dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. ſic cælum iuſtus ecōtrario dici poteſt. Recte ergo dicitur: {Qui es in cælis.} tantū enim ſpiritaliter intereſſe videtur inter iuſtos & peccatores, quantum corporaliter inter cælum & terram; Cuius rei ſignificandæ gratia orantes ad orientem conuertimur, vnde cælum ſurgit, non tanquàm Deus ibi ſit cæteras mundi deſerens partes, ſed vt admoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe cōuertere, i. ad Dominum, cum corpus eius quod terrenum eſt, ad corpus excellentius, i. ad corpus cæleſte conuertitur. Conuenit etiam vt omnium ſenſibus & paruulorum & magnorum bene ſentiatur de Deo: & ideo qui nondum poſſunt aliquid corporeum cogitare, tolerabilior eſt illorum opinio.

d ¶ AVG. Dictum eſt quis ſit qui petitur, & vbi habitet. Iam videamus quæ ſint petenda. Primum autem omnium quæ petuntur, hoc eſt: {Sanctificetur nomen tuū.} quod nō ſic petitur, quaſi nō ſit ſanctum Dei nomē, ſed vt ſanctum habeatur ab hoibus, i. ita innoteſcat Deus vt non æſtimetur aliquid ſanctius. CHRY. in Ho. Vel rogare iubet orātem per noſtrā glorificari vitam, ac ſi dicat: Ita fac nos viuere, vt per nos vniuerſa te glorificent. ſanctificetur. n. idem eſt quod glorificetur: Digna eſt autem Deum deprecātis oratio, nihil petere ante patris gloriam, ſed omnia eius laudi poſtponere. CYPRI. Vel aliter. Non optamus Deo, vt ſanctificetur orationibus noſtris, ſed vt nomen eius ſanctificetur in nobis. Quia enim ipſe dixit: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum, id petimus & rogamus, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo
Cap.2. quod eſſe cæperimus perſeueremus. AVG. de bono Perſeuerā. Cur autem perſeuerantia iſta poſcitur a Deo, ſi vt Pelagiani dicunt, non datur a Deo? An & iſta irriſoria petitio eſt, cum id ab eo petitur, quod ſcitur non ipſum dare, ſed ipſo non dante eſſe in
Serm.6. hominis poteſtate? CYPRIA. Et hoc etiam vt ſanctificemur, quotidie deprecamur. Opus enim eſt nobis continua ſanctificatione, vt qui quotidie delinquimus, delicta noſtra ſanctificatione aſſidua purgemus.

Universidad de De[usto] Biblioteca

e GLO. Congrue sequitur, vt post adoptionem filiorum regnum petamus, quod filijs debetur. Vnde sequitur: { Adueniat regnum tuum.} AVG. de Serm.Do.in mon.} Quod non ita dictum est, quasi Deus nunc non regnet etiam in terra, semperque in ea regnauerit. Adueniat ergo, accipiendum est, vt manifestetur hominibus. nulli autem licebit ignorare regnum Dei. Cũ eius vnigenitus non solum intelligibiliter, sed etiam visibiliter

Lib.2.c.10.

e Adueniat regnum tuum.
f Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.

venerit iudicare viuos & mortuos, tunc autem esse futurum iudicij diem dominus docet, cum euangelium prædicatum fuerit in omnibus gentibus, quæ res pertinet ad sanctificationem nominis Dei. Vel generaliter pro totius mundi petit regno, vt diabolus in mundo regnare desistat, vel vt in vnoquoque regnet Deus, & non regnet peccatum in mortali hominum corpore. CYPRI. Vel nostrum regnum petimus aduenire a Deo nobis repromissum, & Christi sanguine acquisitum, vt qui in sæculo ante seruiuimus, postmodum Christo dominante regnemus. AVG. ad Probam. Regnum nãque Dei veniet, siue velimus siue nolimus. Sed desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, vt nobis veniat, atque in eo regnemus. CASSIA. 9.Coll. Vel quia nouit sanctus testimonio conscientiæ suæ cum apparuerit regnum Dei, eius se futurum esse consortem. HIERO. Attendendum autem, quòd grandis audaciæ sit, & puræ conscientiæ postulare regnum Dei, & iudicium non timere. CYPRI. Potest etiam & ipse Christus esse regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cuius aduentus vt cito nobis repræsentetur optamus, nam cum resurrectio ipse sit, quia in ipso resurgimus, sic & regnum Dei potest intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum Dei petimus, i. cæleste, quia est & terrestre regnum. sed qui renunciauit iam sæculo, maior est etiam honoribus eius & regno. Et ideo qui se Deo & Christo dedicat, non terrena, sed cælestia regna desiderat. AVG. de Bono perseuerantiæ: Cum autem petitur, Adueniat regnum, quid orant qui iam sancti sunt, nisi vt in ea sanctitate, quæ iam illis data est perseuerent? Neque enim aliter veniet Dei regnum, quod his qui perseuerant vsque in finem, certum est esse venturum.

Epist. 121. cap.11.
Cap.19.
Serm. 6.
Cap. 2.

f ¶ AVG. In illo beatitudinis regno vita beata perficietur in sanctis, sicut nunc in cælestibus angelis. Et ideo post illam petitionem qua dicimus. { Adueniat regnum tuum.} sequitur: { Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra, i. sicut in angelis, qui sunt in cęlo voluntas tua fit, vt te perfruantur, nullo errore obnubilante eorum sapientiam: nulla miseria impediente eorum beatitudinem, ita fiat in sanctis tuis, qui in terra sunt, & de terra quantum ad corpus attinet, facti sunt. Item fiat voluntas tua. recte intelligitur, obediatur præceptis tuis, sicut in cælo & in terra, i. sicut ab angelis, ita ab hominibus, non quòd ipsi faciant vt velit Deus, sed quia faciunt quod ille vult, i. faciunt secundum voluntatem eius. CHRY. in Hom. Vide autem consequentiam optimã. quia enim concupiscere docuit cælestia per hoc quod dictum est: { Adueniat regnum tuum.} antequàm ad cælum perueniatur, ipsã terram iussit fieri cælum, per hoc quod dicit: { Fiat voluntas tua, sicut in cęlo & in terra. HIERO. Erubescant autẽ ex hac sententia, qui quotidie ruinas in cælo fieri mentiuntur. AVG. de ser.Do.in mon. Vel sicut in cælo & in terra, i. sicut in iustis, ita in peccatoribus, tanquàm si diceret, sicut faciunt voluntatem tuam iusti, ita etiam peccatores, vt ad te conuertantur, siue ita vt sua cuique tribuantur, quod fiet in extremo iudicio. Vel per cęlũ & terram, accipiamus spiritum & carnem. Et quod dicit Apostolus: Mente seruio legi Dei. videamus factam Dei voluntatem in spiritu. In illa autem immutatione, quæ promittitur iustis. { Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra, i. sicut spiritus non resistit Deo, ita & corpus non resistat spiritui: Vel sicut in cælo & in terra, i. sicut in ipso Iesu Christo, ita & in ecclesia tanq̃ in viro, qui patris voluntatem impleuit, ita & in fœmina quæ illi desponsata est. Cælum. n. & terra conuenienter intelligitur quasi vir & fœmina, quoniam terra cælo fœcundante fructifera est. CYPRI. Non ergo petimus vt Deus faciat, quod vult, sed vt nos facere possimus, quod Deus vult, quod vt fiat in nobis, opus est Dei volũtate, i. opera eius & protectione, quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei misericordia tutus. CHRY. in Hom. Virtus. n. non est nostri studij solum, sed superioris gratię. Rursum autem, hic orationem pro orbe terrarum cuilibet nostrum iniunxit. Neque enim dixit: Fiat voluntas tua in me vel in nobis, sed vbique terrarum, vt soluatur error, & plantetur veritas, & expellatur malitia, & reuertatur virtus, & sic iam non differat cælum a terra. AVG. de bono Perseuerantiæ: Ex hoc autem euidenter ostenditur contra Pelagianos, initium fidei esse donum Dei, quando pro infidelibus, vt habere fidem incipiant, sancta orat Ecclesia. Cum etiam in sanctis iam sit facta Dei voluntas, cur vt fiat adhuc petunt, nisi vt perseuerent in eo quod esse ceperunt? CHRY. super Matt. Communiter au

Lib.2.c.11.
Sermo.6.
Cap.3.

F tem accipi debet quod ait: Sicut in cælo & in terra, i. sanctificetur nomen tuum sicut in cælo & in terra. Adueniat regnum tuum sicut in cælo & in terra. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Et vide quàm caute locutus est, non dixit: Pater sanctifica nomen tuum in nobis: Adueniat regnum tuum super nos: Fac voluntatem tuam in nobis. Nec iterum dicit: Sanctificemus nomẽ tuũ: Suscipiamus regnum tuum: Faciamus voluntatem tuam, ne

g Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

hoc aut Dei tantum, aut hominis tantum esse videatur, sed mediè dixit & impersonaliter. nam sicut homo non potest facere bonum nisi habuerit adiutorium Dei, sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo voluerit.

AVG. Hæc ergo tria quæ in præmissis petitionibus petũtur hic inchoantur, & quantumcumque proficimus augentur in nobis. G Perfecte vero quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur, reliquis vero quatuor quæ sequuntur, petuntur temporalia, quæ propter æterna consequenda sunt necessaria. panis enim qui conuenienter petitur hic, est necessarius. Sequitur enim { Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. HIERO. Quod nos supersubstantialem exprimimus, in Græco habetur ἐπιούσιον, quod verbum. 70. interpretes περιούσιον frequentissime transferũt. Considerauimus ergo in Hebræo, & vbicumque illi περιούσιον expresserunt, nos inuenimus segula quod Symmachus Exeriton, idest præcipuum vel egregium transtulit, licet in quodam loco peculiarem interpretatus sit. Quando ergo petimus, vt peculiarem vel præcipuum nobis dominus tribuat panem, illum petimus qui dicit in euãgelio: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. CYPRI. Nam panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto a cęlesti pane prohibeamur, H & a Christi corpore separemur. Petimus ergo, vt qui in Christo manemus, a sanctificatione eius & corpore non recedamus. AVGVST. de bono Perseuerantiæ, Perseuerantiam ergo a domino sancti poscunt, quando petunt ne a Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant, vt nullum crimen admittant. CHRYSOST. Vel panem supersubstantialem posuit, hoc est quotidianum. CASSIA. lib.9. Coll. Cum dicit: Hodie, ostendit eum quotidie esse sumendum, omnique tempore hæc oratio debet perfundi, quia non est dies, qua non opus sit nobis huius panis perceptione, cor interioris hominis confirmare. AVGVST. de Sermo. Domini in monte: Sed contra hoc illi mouent quæstionem, qui in orientalibus partibus, non quotidie Cenæ domini communicant, qui de hac re suam sententiam defendunt, vel ipsa authoritate ecclesiastica, quòd sine scandalo ista faciunt. neque ab eis qui ecclesijs præsunt, facere prohibentur. Sed vt de istis, nil in aliquam partẽ I deseramus, illud certe debet occurrere cogitantibus, regulam nos orandi a domino accepisse, quam transgredi non oportet. Quis ergo audeat dicere, semel tantum nos orare debere orationem Dominicam, aut si iterum & tertio, vsque ad eam tantum horam qua corpori Domini communicamus? non enim postea dicere poterimus: Da nobis hodie, quod iam accepimus. Aut poterit quisque cogere, vt vltima parte diei sacramentum illud celebremus? CASSIA. ibidem. Licet istud quod dicitur: Hodie, ad præsentem vitam possit intelligi, idest, dum in hoc sæculo commoramur, præsta nobis hunc panem. HIERONYMVS. Possumus supersubstantialem panem & aliter intelligere, qui super omnes substantias sit, & vniuersas superet creaturas, scilicet domini. AVGVST. de Ser. Domi. in mon. Vel quotidianum panem, accipiamus spiritualem, præcepta scilicet, diuina quæ quotidie oportet meditari & operari. GREG. 24. K Mora. Nostrum autem hunc panem dicimus, & tamen vt detur oramus, quia Dei est ex vi naturæ, & noster fit per acceptionem. HIERO. Alij simpliciter putant, secundum Apostoli sermonem dicentis: Habẽtes victũ & vestitum, his contenti simus. de præsenti tantum cibo sanctos curam gerere. vnde in posterioribus præceptum est, nolite cogitare de crastino. AVGVST. ad Probam: Sic ergo hic sufficientiam petimus a parte quæ excellit, idest nomine panis totum significantes. CHRY. super Matth. Non solum autem oramus, ideo: Panem nostrum da nobis hodie, vt habeamus quid manducemus, quod commune est inter iustos & peccatores, sed vt quod manducamus, de manu Dei accipiamus, quod est tantum sanctorum. Nam illi Deus dat panem, qui cum iustitia præparat, diabolus autem ei, qui præparat cum peccato. Vel ita vt dum a Deo datur, sanctificatus accipiatur: & ideo addidit: { Nostrum }, i. quem nos habemus paratũ, illum da nobis, vt a te sanctificetur, sicut Sacerdos panem accipiens a laico, sanctificat & porrigit ei. panis enim offerentis est, sed

מחר
ἐξαίρετον
Serm. 6.
Cap.4.
Cap.21.
Lib.2.c.
Lib.2.c.
Cap.7.
Epist. 121. cap.11.

est, sed quod sanctificatum est, beneficium est sacerdotis. Dicit au- A tem: { Nostrum } propter duo. Primo quia omnia quæ nobis Deus dat, per nos alijs dat, vt de eo quod accipimus, partem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus præstat, non tantum panem suum manducat, sed etiam alienũ. Deinde qui de iustitia acquisitum panem manducat, suum panem manducat, qui autem cum peccato, alienum. AVG. de

h Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

sermo. Domi. in monte. Forte autem aliquis moueatur, cur oremus pro his adipiscendis, quæ huic vitæ sunt necessaria, sicut est victus, & tegumentum, cum Dominus dicat: Nolite solliciti esse, quid edatis, aut quid induamini, non potest autem quisque de ea re, pro qua adipiscenda orat, nõ esse sollicitus. AVG. ad Probã. Sed sufficientiam vitæ non indecenter vult, quisquis vult & non amplius. hæc autem sufficientia non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, quo habitu non sit inconueniens eis, cum quibus honeste viuendum est. Ista ergo cum habentur, vt teneantur, cum non habentur, vt habeantur, orandum est. CHRY. in Hom. Considerandum est autem, quòd postquàm dixit: { Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.} Et quia hominibus loquebatur in terra carne indutis, & non potentibus habere eandem impassibilitatem cum angelis, condescendit iam infirmitati nostræ, quæ necessario indiget cibo. Et ideo pro pane iussit orationem facere, non pro pecunijs neq; pro lasciuia, sed solum pro pane quotidiano, & neq; hoc sufficit, sed apposuit. { Da nobis hodie.} vt non conteramus nosipsos sollicitudine superuenientis diei. CHRY. super Matth. Et sic prima facie videntur hæc verba sonare, vt qui hoc dicunt, non habeant in crastinum, aut post crastinum præparatum, quòd si ita est, oratio ista, aut paucis potest conuenire, sicut Apostolis q̃ docendi gratia omni tempore vagabantur, aut forsitan nulli. Do- C ctrinam autem Christi, ita debemus aptare vt omnes in ea proficiant. CYPR. Diuinum ergo cibum discipulus Christi debet petere: ne in longum desiderium petitionis extendat, quia contrarium sibi fit & repugnans, vt quæramus in sæculo diu manere, qui petimus regnum cælorum velociter aduenire, vel addit: Quotidianum, vt tantum quis manducet, quantum ratio naturalis exigit, non quantum lasciuia carnis impellit. Si enim in vno conuiuio tantum expendas, quantum sufficere tibi potest centum diebus, iam non quotidianum cibum manducas, sed multorum dierũ. HIERO. In euangelio autem, quod appellatur secundum Hebræos pro supersubstantiali pane † machar reperitur, quod dicitur crastinum, vt sit sensus: Panem nostrum castrinum. idest, futurum da nobis hodie.

Epist. 121. cap.11.
Hom. 20.
† סגלה

h ¶ CHRY. Post subsidiũ cibi petitur & venia delicti, vt qui a Deo pascitur, in Deo viuat, nec tantum præsenti vitæ: sed æternæ consulatur, ad quam venire potest si peccata donentur, quæ debita D dominus appellauit, sicut alibi dicit, Dimisi tibi omne debitum, quia rogasti me. vnde sequitur: { Dimitte nobis debita nostra.} Quare necessarie & salubriter admonemur, qui peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, & nequis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur se peccare quotidie dum pro peccatis quotidie iubetur orare. AVG. de Bono perseuerantiæ: Hoc autem telo Pelagiani confodiuntur hæretici, qui audent dicere, hominem iustum in hac vita habere nullum omnino peccatum, & in talibus hominibus esse iam in præsenti tempore ecclesiam, non habentem maculam aut rugam. CHRY. in Hom. Quoniam vero fidelibus, hæc oratio conuenit, & leges Ecclesiæ docent, & orationis principium, quod docet Deum patrem vocare. Qui ergo fidelibus iubet remissionem peccatorum petere, demonstrat quòd post baptismum contingit peccata dimitti, contra Nouatianos. CYPRI. Qui ergo pro peccatis nos orare docuit, paternam misericordiam promisit, sed plane E addidit legem, certa conditione nos constringens, vt sic nobis debitum dimitti postulemus, secundum quòd & ipsi debitoribus nostris dimittimus, & hoc est quod dicit: { Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. GREGO. 10. Mora. Vt profecto bonum, quod a Deo compuncti petimus, hoc primum proximo conuersi faciamus. AVG. de Sermo. Dom. Hoc non de pecunia dicitur, sed de omnibus quæ in nos quisque peccat, ac per hoc etiam de pecunia: peccat namque in te qui pecuniam tibi debitam, cum habeat vnde reddere, non reddit, quod peccatum si non dimiseris, non poteris dicere. { Dim.nob.de.no.si.& nos di.de.nost.} CHRY. super Matthæ. Cum qua ergo spe orat, qui inimicitiam seruat aduersus alterum, a quo forsitan læsus est? Sicut enim ipse orans mentitur. Dicit. n. remitto, & non remittit, sic & a Deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur. Sed multi nolentes dare veniam peccantibus in se, fugiũt istam orationem orare, stulti. Primo, quia q̃ non sic orat vt docuit Christus, nõ est Christi discipulus. Secũdo,

Cap.5.
Hom.20.
Serm. 6.
Lib.2.c.13.

quia nec pater libenter exaudit orationem quam filius non dictauerit, cognoscit. n. pater filij sui sensus, & verba, neq; suscipit quæ vsurpatio humana excogitauit, sed quæ sapiẽtia Christi exposuit. AVG. in Enchir. Tñ quia hoc tam magnum bonum. s. dimittere debita, & diligere inimicos tantæ multitudinis non est, quantam credimus exaudiri cũ in oratione dicitur: { Dim.no.de.no.sicut & nos dimi.de.nost.} Proculdubio verba sponsionis huius im-

Cap.73.

i Et ne nos inducas in tentationem.
K Sed libera nos a malo: Amẽ.

plentur, si homo nondum ita proficit, vt diligat inimicum: tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum, vt ei dimittat, dimittit ex corde, qui etiam sibi roganti vtique vult dimitti. Iam vero qui eum in quem peccauit, si peccato suo mouetur vt roget, nõ adhuc est reputandus inimicus, vt eum diligere sit difficile, sicut difficile erat, quando inimicitias exercebat.

B i ¶ CHRY. super Mat. Quia multa magnifica supra mandauit hominibus, vt Deum patrem suum dicant, vt regnum Dei petant venire: ideo nunc additur humilitatis doctrina cum dicitur: { Et ne nos indu.in tenta. AVG. de ser. Do. in mon. Nonnulli codices habent: Et ne nos inferas in tentationem, quod tantũdem valere arbitror, nam ex vno Græco verbo, εἰσενέγκῃς isenenkis, vtrũque est translatum. Multi autem interpretando ita dicunt: Ne nos patiaris induci in tentationem, exponentes quomodo dictum sit, Inducas. Non enim per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eum, quem suo auxilio deseruerit. CYPRI. Qua in parte oñditur contra nos, nihil aduersarium posse, nisi Deus ante permiserit, vt oĩs timor nr̃ & deuotio conuertatur ad Deum. AVG. de ser.Do. Aliud est autem induci in tentationem, aliud tentari. nã sine tentatione probatus esse nemo potest, siue sibiipsi siue alij. Deo autem ante oẽs tentationes quisq; notissimus est. Non ergo hic oratur vt non tentemur, sed vt non inferamur in tẽtationem, C tanq̃ si quispiã cui necesse est igne examinari, nõ orat vt igne non contingatur, sed vt non exuratur. Inducimur. n. si tales inciderint, quas ferre non possumus. AVG. ad Probam. Cum ergo dicimus. { Ne nos indu.in ten.} nos admonemur hoc petere, ne deserti eius adiutorio alicui tẽtationi, vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. CYPR. In quo admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, nequis se insolenter extollat, vt dum procedit humilis, & submissa confessio, & datur totum Deo, quicquid suppliciter petitur, ipsius pietate præstetur. AVGVST. de bo. Perseuerantiæ. Cum autem sancti petunt ne nos inferas in tentationem, quid aliud quàm vt in sanctitate perseuerent, orant? Si autem hoc sibi concesso quidem esse de Dei dono, cum ab illo poscitur demonstratur, nemo sanctorum non tenet vsque in finem perseuerantiam sanctitatis. neque enim quisquam in proposito Christiano perseuerare desistit, nisi in tẽtationẽ primitus inferat. Ideo ergo petimus ne inferamur ĩ tẽtationẽ, vt hoc nõ fiat, & si nõ D fit, Deus non permittit vt fiat. Nihil. n. fit, nisi qđ aut ipse facit, aut fieri p̃mittit. Potens est ergo a malo in bonum flectere voluntates, & lapsum cõuertere ac dirigere in sibi placitum gressum. Cui non frustra dr̃. Ne nos inferas in tẽtationem. nam q̃ in tẽtationem suę malę volũtatis nõ infertur, in nullã prorsus infert, vnusquisque. n. tẽtatur a cõcupiscentia sua. Voluit ergo Deus a se posci, ne inferamur in tẽtationem, quod poterat nobis, & non orantibus dari, q̃a voluit nos admoneri, a quo beneficia accipiamus. Attendat ergo Ecclesia quotidianas orationes suas: orat vt increduli credant. Deus ergo conuertit ad fidem. orat vt credentes perseuerẽt. Deus ergo dat perseuerantiam vsque in finem.

Lib.2.c.14.
Serm. 6.
Epist.121. cap.11.
Serm. 6.
Cap. 6.

K ¶ AVG. de Ser.Do. Orandum est. nõ solum vt nõ inducamur in malum quo caremus, sed ab illo etiam liberemur, in quod iam inducti sumus: & ideo sequitur. { Sed libe.nos a ma.} CHRY. in Hom. Vel malum hic diabolum vocat, propter excellentiam malitiæ, nõ quæ ex natura est, sed quæ ex electione. Et quia ad nos E implacabile bellum habet, propter hoc dixit. { Libera nos a malo.} CYPRI. Post omnia quidem supradicta in consummatione orationis, venit clausula vniuersas preces nostras collecta breuitate concludens. Nihil enim remanet quod vltra adhuc debeat postulari, cum semel protectionem Dei aduersus malum petamus, qua impetrata, contra omnia quæ diabolus & mundus operatur, securi sumus. Quis enim de sæculo metus est, cuius in sæculo Deus tutor est? AVG. ad Probam: Et hoc vltimũ quod in oratione dominica positum est, tã late patet, vt hõ Christianus in qualibet tribulatione cõstitutus, in hoc gemitus edat, & in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc terminet orationem. vnde sequitur: { Amen.} quo desiderium orantis exprimitur. HIER. Amen enim, quod in fine constat scriptum, signaculum est Dominicæ orationis, quod Aquila interpretatus est. Fideliter, qđ nos Vere possumus dicere. CYP. Quid mirum, si talis orõ est quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breuiauit? Hinc per Isaiam fuerat ante prædictum:

Lib.2.c.16.
Hom. 20.
Serm. 6.
Epist.121. cap.11.
Serm. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sermonem breuiatum faciet Deus super terram. Nam cum dominus Iesus Christus omnibus venerit vt colligeret, doctos pariter atque indoctos, omni sexui atque ætati præcepta salutis ædiderit, præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplina cælesti discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium velociter disceret. Episto.121. cap.12. AVG. ad Probam. Quælibet autem alia verba dicamus, quæ affectus orãtis vel p̃cedẽdo format vt clareat, vel consequendo attẽdit vt crescat, nil aliud dicimus, q̃ quòd in ista oratione dominica positũ est, si recte & congruenter oramus. Qui enim dicit: Clarifica te in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis. quid aliud dicit quàm {Sanctificetur nomen tuũ?} Qui dicit: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, quid aliud dicit quàm: {Fiat voluntas tua?} Qui dicit: {Ostende faciem tuam & salui erimus.} quid aliud dicit, quàm{ Adueniat regnum tuum?} Qui dicit. Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, quid aliud dicit, quàm {Panem nost.quot.da nobis hodie.} Qui dicit: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, & si red.retri.mihi mala. quid aliud dicit, quàm {Dimitte no.deb no.sicut & nos dim.deb.nost?} Qui dicit: Aufer a me cõcupiscentias ventris, quid aliud dicit, quàm {Ne nos indu.in tent.} Qui dicit: Erue me ab inimicis meis Deus meus, quid aliud dicit: quàm{ Libe.nos a malo?} Et si per omnia prædicationum sanctarum verba discurras nihil inuenies, quod in ista oratione Dominica non contineatur. Quisquis autem id dicit, quod ad Euangelicam istam precem pertinere non possit, carnaliter orat, quod nescio quomodo non dicatur illicite, quando renatos dominus, non nisi spiritaliter docet orare. Qui autem dicit in oratione: Domine multiplica diuitias meas, & honores meos auge, & hoc dicit eorum habens concupiscentiam, non id attendens, vt ex his secundum Deum prosit hominibus, puto eum non inuenire in oratione Dominica, quo possit hæc vota aptare. quamobrem pudeat saltem petere, quod nõ pudet cupere. Aut si & hoc pudet, & cupiditas vincit, melius hoc petetur, vt etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus: {Libera nos a malo.} Lib.2.c.18. AVG. de sermo. Domi. Videtur etiam iste numerus petitionum septenario beatitudinum congruere. Si enim timor Dei est, quo beati fiunt pauperes spiritu, qm̃ ipsorũ est regnum cælorum, petamus vt sanctificetur in hominibus nomen Dei, timore casto permanente in sæcula sæculorum. Si pietas est, qua beati sunt mites, petamus vt veniat regnũ eius, vt mitescamus nec ei resistamus. Si scientia est, qua beati sunt qui lugent, oremus vt fiat voluntas eius sicut in cælo & in terra, quia si corpus tanquàm terra cum spiritui, tanquàm cælo consenserit non lugebimus. Si fortitudo est, qua beati suut qui esuriunt, oremus vt panis noster quotidianus detur nobis hodie, quo ad plenissimam saturitatem venire possimus. Si cõsilium est, quo beati sunt misericordes, quoniam miserebitur, dimittamus debita vt nobis nostra debita dimittantur. Si intellectus est, quo beati sunt mundo corde, oremus non induci in tentationem, ne habeamus duplex cor, temporalia & terrena sectando, de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, oremus vt liberemur a malo. ipsa enim liberatio liberos nos faciet filios Dei. CHRY. in Ho. Quia vero sollicitos nos fecerat inimici memoria, in hoc quod dixerat. {Libera nos a malo.} Rursus audaciam præbet per hoc, quòd in quibusdam libris subditur: Quoniam tuum est regnum, & virtus & gloria. Quia si eius est regnum nullum formidare oportet cum & qui præliatur contra nos, sit ei subiectus. Cum autem virtus eius & gloria sint infinita, non solum a malis eruere potest, sed etiam facere gloriosum. CHRY. super Matth. Hæc etiam ad præcedentia pertinent. quod enim dicit, Tuum est regnum. respondet ad illud quod dixerat: Adueniat regnum tuum. ne aliquis dicat, ergo Deus non habet regnum in terra, quod autem dicit: Et virtus. respondet ad id quod dixerat, {Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.} ne aliquis dicat, quòd Deus non potest facere quod vult. quod vero dicit: Et gloria. respondet ad omnia quæ sequuntur, in quibus gloria Dei apparet.

l Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibns, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

m Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

n Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus

l ¶ RABA. Per hoc, quod Dominus dixerat: {Amen.} significat indubitanter illis a Domino conferri omnia, quæ rite postulant, qui conditionis additæ seruare pactum non negligunt. vnde subditur: {Si enim dimi.ho.pec.eorum, dimit.vobis & pater ve. cæ.deli.ve. AVG. in Serm. Domi. Vbi non est prætereundum, quòd ex omnibus his sententijs, quibus nos Dominus orare præcepit, eam potissimum commendandam esse indicauit, quæ pertinet ad remissionem peccatorum, in qua nos misericordes esse vo-

F luit, quod est vnum consilium miserias euadendi. CHRY. super Matth. Non autem dixit, vt prius nobis Deus dimittat, & postea nos debitoribus nostris. scit enim dominus homines esse mendaces, quoniam etsi acceperint remissionem peccati sui, ipsi suis debitoribus non dimittũt: ideo sic dicit, vt prius dimittamus, postea petam⁹ dimissionem. Cap.73. AVG. in Enchi. Quisquis autem rogãti & peccati sui pœnitenti ex corde non dimittit, nullo modo æstimet a Domino sua peccata dimitti: & ideo subdit: {Si autem non dimiseritis hominibus, {nec pater ves.di.vo.
G pec.vest. CYPRIA. Excusatio enim tibi nulla est in die iudicij, cum secundum tuam sententiam iudiceris, & quod feceris, hoc ipse patiaris. HIERO. Si autem hoc quod scriptum est: Ego dixi dij estis, vos autem sicut homines moriemini, ad eos dicitur, qui propter peccata homines ex dijs esse meruerunt. Recte ergo & hi quibus peccata dimittuntur, homines appellati sunt. Hom.20. CHRY. in Hom. Ideo autem cælorum & patris meminit, vt ex hoc prouocet auditorem. nihil enim ita te Deo assimilat, sicut iniuriam tibi facientibus ignoscere. Inconueniens est autem, si talis patris filius existens seruilis efficitur, & ad cælum vocatus, terrenum quendam, & vitæ huius proprium habeat sensum.

m ¶ CRHY. super Matthæum. Quia oratio illa iã fortis est, quæ fit in spiritu humili & corde contrito, qui autem delitijs fruitur, spiritum humilem & cor contritũ habere non potest, manifestum est, quoniam oratio sine ieiunio gracilis est & infirma: & ideo quicumque pro aliqua necessitate voluerunt orare, ieiunium
H cum oratione iunxerunt, quia ieiunium adiutorium est orationis. vnde consequenter Dominus, post doctrinam de oratione, subiungit doctrinam de ieiunio dicens: {Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.} Sciebat enim Dominus gloriam vanã ex omni bono procedere: ideo spinam vanæ gloriæ, quæ nascitur in terra bona iubet præcidere, ne suffocet ieiunij fructum: Non autem potest fieri, vt non sentiatur qui ieiunat, sed melius est vt ieiunium te ostendat, quàm tu ieiunium. Non autem potest fieri, vt sit hilaris qui ieiunat. Ideo non dixit: Nolite esse tristes, sed{ Noli te fieri tristes.} Qui enim per imposturas aliquas fallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt. Qui autem naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est, non fit tristis, sed vere est. vnde subdit: {Exter.enim fa.su.vt pa.ho.ieiu.} HIE. Verbum, exterminant, quod i Ecclesiasticis scripturis vitio interpretum tritum est, aliud multo significat q̃ vulgo intelligitur. Exterminant quippe exules, qui mittuntur extra terminos. pro quo ergo sermone demoliunt: semper accipere debemus quod Græce dr̃. ἀφανίζουσι. Demolitur
I autem hypocrita faciem suam, vt tristitiam simulet, & animo forte lætante luctum gestat in vultu. Cap.30. GREGO. 8.Mora. Nam ora pallescunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrũpentibus suspirijs vrgetur, nihilq; tanto labore aliud, nisi æstimatio humana cogitatur. In ser.de Ie. LEO Papa. Non sunt autem casta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentiæ, sed de arte fallaciæ. CHRY. super Matthæũ. Si ergo qui ieiunat & tristem se facit, hypocrita est, quanto magis iniquior est qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, quasi ieiunij signum. Lib.2, c.19. AVG. de ser.Do.in monte. In hoc autem capitulo maxime aduertendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam, & eo periculosiorem quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitus, vel cæterarum rerum nitore fulget, facile conuincitur rebus ipsis pomparum sæculi es-
K se sectator, nec quemquàm fallit dolosæ imagine sanctitatis. Qui autem in professione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur. ceteris eius operibus potest cognosci, vtrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Fructus autem ieiunij hypocritarum manifestatur, cum subinfertur, {Vt pareant hominibus ieiunantes: {Amen dico vobis recep. mer.suam,} idest quam desiderauerunt.

n ¶ GLO. Docuit dominus, qd non est faciendum, modo docet, quid est faciendum dicens: {Tu autem cum ieiu.vng.ca.tuum, & fac.tuam laua.} AVG.de Ser.Do.in monte: Quæri autem solet quid sit, quod hic dicitur: Non enim quisquàm recte præceperit quàmuis faciem quotidiana consuetudine lauemus, vnctisque capitibus cũ ieiunamus, nos esse debere, qđ turpissimũ oẽs fatenť. CHRY. super Matthæ. Item si ideo iubet nos non fieri tristes, ne per tristitiam appareamus hominibus ieiunare. Si vnctio capitis & lauatio faciei a ieiunantibus semper seruentur, nihilominus erunt

nus erunt signa ieiunij. HIER. Sed loquitur iuxta ritum prouincię Palestinæ, vbi diebus festis solent vngere capita. Præcipit ergo, vt quando ieiunamus, lætos & festiuos nos esse monstremus. CHRY. super Matth. Simplex ergo intentatio huius est, quoniam per aggregationem intelligenda sunt ista, sicut cætera antedicta, tanquàm si dicat: Sic longe te facere debes ab ostẽtatione ieiunij tui, vt si posset fieri, quod tamen non decet, ea etiam facias, quæ ex diuerso luxuriæ & epulationis videntur esse indicia. vnde sequitur, {Ne vide.ho.ieiu.} Hom.21. CHRY. in Hom.

ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõdito, & pater tuus q videt in abscondito reddet tibi.

o Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi nec erugo nec tinea demolit, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

p Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit. Si autem oculus tuus

In eleemosyna quidem, non simpliciter hoc posuit, sed dixit eleemosynam non esse faciendam coram hominibus, apponens vt videremur ab eis. In ieiunio autem & oratione, nihil tale addidit, quoniam eleemosynam quidẽ impossibile est omnino latere, orationem autem & ieiunium possibile est. Non paruus autem fructus est humanam gloriam contemnere: per hoc enim aliquis a graui hominum seruitute liberatur, & propriæ virtutis operator efficitur, eam amans, non propter alios sed propter seipsam. Sicut.n. nos contumeliam æstimamus, cum non propter nos, sed propter alios diligimur: ita nec virtutem oportet propter alios sequi, nec Deo propter homines obedire, sed propter seipsum. Ideo sequit, {Sed patri tuo, qui est in abscondito. GLO. idest, Patri tuo cælesti qui est inuisibilis, vel qui habitat in corde per fidem. Deo autem ieiunat, qui pro eius amore se macerat, & quod sibi subtrahit, alteri largitur. {Et pater tuus qui vi.in abscon.red.tibi.} REMI. Sufficit enim tibi, vt qui est inspector conscientiæ, sit & remunerator. CHRY. super Matth. Spiritaliter autem facies animæ cõscientia intelligitur. Sicut enim in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei, speciosa est munda conscientia. Has facies, hypocritæ qui propter homines ieiunant exterminãt, fallere volentes Deum & homines, nam semper vulnerata est conscietia eius qui peccat. Si ergo abstuleris nequitiam ab anima tua, lauasti conscientiam tuam & bene ieiunas. LEO. Papa. in Ser. de Ieiu. Impleri enim debet ieiunium, nõ ciborum tantummodo parcitate, sed maxime priuatione vitiorum. Nam cum ob hoc castigatio ista sumatur, vt carnalium desideriorum fomites subtrahantur, nullum magis sectandum est conscientiæ genus, quàm vt semper simus ab iniusta voluntate sobrij, & ab inhonesta actione ieiuni, quæ deuotio non secernit inualidos, quia etiam in languido corpore potest animæ integritas reperiri. CHRY. super Matth. Spiritaliter autem caput tuum Christus est, sitientem pota, esurientem ciba, & sic oleo misericordiæ vnxisti caput tuum, idest Christum, qui clamat in Euangelio: {quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.} CHRY. in Hom. Illud enim ieiunium Deus approbat, quod ante oculos eius manus eleemosynarum lauat. Hoc ergo quod tibi subtrahis alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Lib.2.c.20. AVG. de ser.Do. Vel caput recte accipimus rationem, quia in anima præeminet, & cætera hominis membra regit. Vngere ergo caput ad lætitiam pertinet. Interius ergo gaudeat de ieiunio suo, qui ieiunando se auertit a voluntate sæculi, vt sit subditus Christo. GLO. Ecce non omnia in nouo testamento ad literam accipiuntur. Ridiculum enim est in ieiunio oleo delibari, sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare nos macerando mens debet inungi. CHRY. Proprie autem debet faciem quidem lauare, caput autem non lauare, sed vngere. Quamdiu enim sumus in corpore, conscientia nostra sordida est in peccatis. Caput autem nostrum Christus, peccatum non fecit.

Hom.21. o ¶ CHRY. in Hom. Postquàm vanę gloriæ expulit ægritudinem, optime iam sermonem de contemptu diuitiarum inducit. Nihil enim ita pecunias concupiscere facit, vt gloriæ cupido, propter hoc namque famulorum greges, & auro opertos equos & argenteas mensas expetunt homines, non vt vtilitatem aut voluptatem impleant, sed vt multis ostendãtur, & hoc est quod dicit: {Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Lib.2.c.21. AVG. de Serm. Domini. Si enim eo corde quisque operetur aliquid, vt terrenum commodum adipiscatur, non erit cor mundum, quod in terra volutatur. Sordescit enim aliquid cum inferiori miscetur naturæ, quàmuis in suo genere non sordidetur, quia etiam de puro argento sordidatur aurum si misceatur, ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quàmuis terra in suo ordine munda sit. CHRY. super Matth. Vel aliter, Quia supra dominus, nihil de eleemosyna, vel oratione vel ieiunio docuerat, sed simulationem eorum compescuit tantum, nunc secundum tria prædicta, tres consequentias introducit doctrinæ, quarum prima perti-

A net ad eleemosynam, quę est hęc: {Nolite thesau.vo.the.in terrã.} vbi primo dat consilium, vt eleemosyna fiat, vt sit ordo narrationis talis, Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. & postea subsequitur: {Nolite thesaurizare vo.thesau.in ter.} secundo ostendit, quæ est vtilitas in eleemosyna facienda, tertio vt neque timor inopiæ accidẽtis impediat voluntatem eleemosynæ faciendæ. CHRY. in Hom. Dicens autem, {Nolite vo.thesaurizare in terra:} subdit, {Vbi erugo & tinea demolitur.} vt demonstret thesauri, qui est hic nocumentum, & eius qui est in
B cælo, vtilitatem, & a loco & ab his quę nocent: quasi dicat, quid formidas ne pecuniæ consumantur, si eleemosynam dederis? Itaque da eleemosynam & additionem accipiẽt. etenim quæ in cælis sunt apponentur, quòd si non dederis pereunt, & non dixit alijs derelinquis, quoniam in hoc delectabile est hominibus. RABA. Tria autem ponit, secundum tres diuersitates diuitiarum, metalla ęrugine, vestes tinea demoliuntur. Sunt autem alia, quæ neque ęruginem, neque tineam timent, sicut lapides præciosi: & ideo ponit generale detrimentum, scilicet fures, qui omnes diuitias rapere possunt. CHRY. super Matth. Alia litera habet, vbi tinea, & commestura exterminant. Omnia enim bona mundi triplex tollit interitus. Aut enim a semetipsis veterascunt & tineant, sicut vestimenta, aut ipsis dominis luxuriose viuentibus comeduntur, aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumnijs, vel alio iniquo modo diripiuntur, qui omnes fures dicuntur, quia per iniquitatem festinant aliena facere sua. Sed dices: { Numquid omnes qui hæc habent perdent ea?} Interim quidem dicam, quia etsi non
C omnes perdunt, tamen multi perdunt.} Vere autem & male seruatas diuitias etsi non corporaliter, spiritaliter tamen perdidisti, qa non proficiunt tibi ad vsum salutis. RABA. Allegorice autem ęrugo significat superbiam, quæ decorem virtutum obfuscat. Tinea quæ vestes latenter rodit, inuidia est; quæ bonum studium lacerat, & per compactionem vnitatis dissipat. Fures sunt hæretici & dęmones, qui semper ad hoc sunt intenti, vt spiritalibus spoliẽt. HILA. Cæterum laus cælestis æterna est, nec furto surrepenti subtrahenda, nec tinea & rubigine inuidiæ excidenda. Et ideo sequitur: {Thesaurizate autem vobis thesauros in cælis, vbi neque erugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, neque furantur.} AVG. de ser.Dom.in monte. Cęlum autem hoc loco non corporeum acceperim, quia omne corpus pro terra habẽdum est. Totum enim mundum debet contemnere, qui sibi thesaurizat in illo cęlo, de quo dictum est, Cælum cæli domino, idest in firma-
D mento spiritali. {Cælum enim & terra transibunt.} Non autem in eo quòd transit collocare debemus thesaurum nostrum, sed in eo quòd semper manet. CHRY. super Matthæ. Quid ergo melius est, an in terra reponere, vbi incertus est conseruationis euentus, an in cælo vbi est certa custodia? Quæ autem stultitia est illic relinquere, vnde exiturus es, & illic non pręmittere quo iturus es? Illic ergo substantiam tuam colloca, vbi patriam habes. CHRY. in Hom. Quia tamen non omnis terrenus thesaurus ęrugine aut tinea destruitur. aut per fures aufertur: & ideo aliud inducit dicens: { Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum,} ac si dicat, & si nihil priorum veniat, non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus, & eorum seruus factus, & a cælestibus cadens, & nihil excelsorum cogitare potens. HIERO. Hoc autem non solum de pecunia, sed de cunctis possessionibus sentiendum est. Gulosi enim Deus venter est. Lasciui thesaurus sunt lubrica,
E amoris libido. huic seruit vnusquisque a quo vincitur. Ibi ergo habet cor, vbi est thesaurus. CHRY. super Matth. Vel aliter. Ponit nunc quæ sit vtilitas in eleemosyna faciẽda. Qui enim collocat thesauros in terra, non habet quid speret in cælo. Vt quid ergo aspiciat in cælum, vbi nihil repositum habet? Vnde dupliciter peccat. primo, quia mala congregat: secundo, quia cor habet in terra, & ex contrarijs causis dupliciter bene facit, qui thesaurizat in cælo.

p ¶ CHRYSOSTOMVS in Homil. Postquàm fecit mentionem de intellectu in seruitutem redacto & captiuato, quia hoc non multis facile cognoscibile erat, ad exteriorem doctrinam transponit dicens: { Lucerna corporis tui est oculus tuus,} ac si dixerit. Si non nosti, quod est iactura intellectus, a corporalibus hoc disce. Quod enim est oculus corpori, hoc est intellectus animæ. sicut ergo oculis orbatis multum operationis reliquorum membrorum amittitur lumine eis extincto, ita & mente corrupta, multis malis vita tua impletur. Hom.21.

HIERO. Hoc ergo totum transfert ad sensum, quomodo enim corpus totum est in tenebris, si oculus non fuerit simplex: ita si anima principalem fulgorem suum perdiderit, vniuersus sensus vel sensualis pars animæ in caligine commorabitur. vnde dicit: { Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt? idest, si

fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen quod in te est, tenebrę sint, ipsę tenebrę quantę erunt?

q Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonę.

r Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animę vestrę, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plusquàm vestimentum?

sensus quod lumen est animæ vitio caligatur, ipsa putas caligo quibus tenebris obuoluet? CHRY. super Matth. Videtur autem, quòd non de corporali oculo hic loquatur, nec de hoc corpore quod videtur deforis, alioquin dixisset: Si oculus tuus sanus fuerit aut infirmus, nunc autem dicit, Simplex & nequam. si autem benignum oculum habet & infirmum. nūquid corpus eius in lumine est? Aut si malignum & sanum, numquid corpus eius in tenebris est? HIER. Sed solent lippientes lucernas videre numerosas, simplex autem oculus & purus simplicia intuetur & pura. CHRY. super Matthæ. Vel dicitur oculus non a foris, sed ab intus. Lucerna enim est mens per quam anima videt Deum. Qui ergo cor habet ad Deū, illius oculus lucidus est, idest illius mens munda est, non terrenis concupiscentijs sordidata. Tenebræ autem in nobis sunt sensus carnales, qui semper desiderant quæ sunt tenebrarum. Qui ergo habet oculum mundum, idest mentem spiritalem, corpus suum seruat lucidum, idest sine peccato. Et si enim caro desiderat mala, virtute tamen diuini timoris repercutit eam. Qui autem habet oculum, idest mentem aut malignitate tenebrosam, aut concupi- H scentia turbulentam, tenebrosum possidet corpus, non enim resistit carni quando concupiscit peruersa, quia nō habet spem in cęlo quæ præstat nobis virtutē, vt concupiscentijs resistamus. HIL. Vel aliter: De officio luminis oculi lumen cordis expressit, quod si simplex & lucidum manebit, claritatem æterni luminis corpori tribuet, & splendorem originis suæ corruptioni carnis infundet, scilicet in resurrectione. Si autem obscurum peccatis & voluntate erit nequam, vitijs mentis natura corporis subiacebit.

AVG. de sermo. Domini. Vel aliter, Oculum hic accipere debemus intentionem nostram, quæ si munda fuerit & recta, omnia opera nostra, quæ secundum eam operamur bona sunt, quæ quidem omnia totum corpus appellauit, quia & Apostolus membra nostra dicit quædam opera, vbi ait Mortificate membra vestra, fornicationem & immunditiam. non ergo quid quisque faciat, sed quo animo faciat considerandum est. Hoc est enim lumen in nobis, quia hoc nobis manifestum est bono animo nos facere quod facimus. Omne enim quod manifestatur lumen est. Ipsa vero facta, I quæ ad hominum societatem procedunt, incertum nobis habent exitum: & ideo tenebras eas vocauit. non enim noui cum pecuniam porrigo indigenti, quid sit inde facturus. Si ergo ipsa cordis intentio quæ tibi nota est, sordidatur appetitu temporalium rerum, magis ipsum factum, cuius incertus est exitus sordidum erit, quia etsi bene alicui proueniat, quod tu non recta intentione facis, quomodo tu feceris, imputabitur tibi, non quomodo illi prouenerit. Si autem simplici intentione, idest fine charitatis opera nostra
Cap.7. fiant, tunc munda sunt, & placent in conspectu Dei. AVG. contra Menda. Sed ea quæ constat esse peccata, nulla velut bona intentione facienda sunt. ea quippe opera hominum si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bona nunc mala, quæ non sunt per seipsa peccata, sicut victum præbere pauperibus bonum est, si fiat misericordiæ causa, malum autem si fiat causa iactantiæ. Cum vero opera ipsa peccata sunt, vt furta, stupra, & huiusmodi, quis dicat causis bonis esse facienda, vel peccata non esse? quis dicat furemur K
Cap.13. diuitibus, vt habeamus quid demus pauperibus? GREG. 28. Mora. Vel aliter: Si lumen quod in te est, idest si hoc, quod nos bene agere cœpimus, ex mala intentione offuscamus, ipsa quæ mala esse non ignoramus, etiam cum facimus, quantæ tenebræ erunt? REMI. Vel aliter: Fides lucernæ assimilatur, quia per eam gressus interioris hominis, idest actio illuminatur ne offendat, secundum illud: Lucerna pedibus meis verbum tuum, quæ si fuerit munda & simplex, totum corpus lucidum erit. Si vero sordida, totum corpus erit tenebrosum. Vel aliter, Per lucernam intelligitur rector Ecclesiæ, qui bene oculus dicitur, quia salutaria plebi subiectæ prouidere debet, quæ per corpus intelligitur. Si ergo Rector Ecclesiæ errauerit, quanto magis errabit populus ei subiectus?

q ¶ CHRY. super Matthæ. Superius dixerat dominus, quòd qui habet mentem spiritalem, ille potest corpus suum seruare sine peccato, qui autem non habet, non potest, cuius rationem subiungit dicens: {Nemo potest duobus dominis seruire.} GLO. Vel aliter: Quia dictum est supra, quòd propter inten- F tionem temporalium, bona mala fiunt, vnde posset aliquis dicere. Ego faciam bona, & propter temporalia & propter cælestia. Contra quod dominus ait: { Nemo potest duobus dominis seruire. } CHRY. in Hom. Vel aliter: In anterioribus, auaritiæ compressit tyrannidem per multa & magna, sed adhuc alia apponit Hom.21. ampliora. Non enim in hoc solum nobis, nocent diuitiæ, quòd latrones aduersus nos armant, & quòd intellectū obtenebrant, sed etiam a seruitute Dei nos expellunt, & hoc probat a communibus cōceptionibus dicens: { Nemo potest duobus dominis G seruire.} Duos autem dicit, qui contraria iniungunt. Concordia enim multos vnum facit, quod ostenditur per hoc quod subdit: {Aut enim vnū odio habebit} Ideo autem duo ponit, vt monstret facilem esse transmutationem ad melius. Si enim dicas. Seruus factus sum pecuniarum, amando scilicet eas, monstrat quòd possibile est ad aliud venire, scilicet non sustinendo seruitutem, sed contemnendo. GLO. Vel duo tangere videtur seruientium genera. quidam enim seruiunt liberaliter ex amore, quidam seruiliter ex timore. Si ergo aliquis ex amore seruiat, vni contrariorum dominorum, necesse est vt alterum odio habeat. Si vero ex timore seruiat, necesse est vt dum vnum sustinet, alterum contemnat. Res autem terrena vel Deus, si in corde hominis dominetur, ad contraria ex vtroque trahitur homo: nam Deus trahit ad superiora sibi seruientem, res vero terrena ad inferiora: & ideo quasi concludens subdit: {Non po. Deo ser. & mam. HIERO. Mammona: sermone Syriaco diuitiæ nuncupantur. Audiat ergo hoc auarus, qui cēsetur vocabulo Christiano, non posse se simul diuitijs, Christoq; seruire, & tamen non dixit, Qui habet diuitias, sed. Qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus. qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas vt dominus. GLO. Per Mammona etiam intelligitur diabolus, qui præest diuitijs, non quòd possit eas dare, nisi quando Deus permittit, sed quia per eas homines fallit. AVG. de sermo. Domi. in mon. Qui enim seruit Mammonę, idest diuitijs, illi vtique seruit, Lib.2.c.21. quibus istis terrenis merito suæ peruersitatis præpositus, princeps huius sæculi a domino dicitur. Vel aliter, qui sint duo domini, ostēdit cum dicitur: {Non po. Deo ser. & Mam.} s. Deo, & diabolo. Aut ergo hunc odio ha. homo, & al. di. i. Deum. Aut al. pa. & al. contē.} Patitur enim durum dominum quisquis seruit Mammonę: sua. n. cupiditate implicatus subditur diabolo, & non eum diligit. Sicut qui ancillæ alienæ coniunctus est, propter concupiscētiam, duram patitur seruitutem, etsi non diligat eum, cuius ancillam diligit. Dixit autem alterum contemnet, non odio habebit. nullus enim vera conscientia Deum potest odisse. Contemnit autem, i. non timet eum, cum quasi de eius bonitate securus est.

r ¶ AVG. de ser. Do. in mon. Quia superius docuerat dn̄s, ꝙ quisquis vult diligere Deum, & cauere ne offendat, nō se arbitretur duobus dominis posse seruire, ne forte q̄uis iam superflua non q̄rantur, propter ipsa tn̄ necessaria cor duplicetur, & ad ea deflectēda torqueatur intentio, subiūgit dicens, {Ideo di. vo. ne sol. si ani. ve. quid mandu. neq; cor. ve. quid indua.} CHRY. in Ho. Nō hoc Hom.21. dicit, ꝙ aia cibo indigeat, incorporea est. n. sed s̄m cōem locutus est consuetudinem. aliter. n. non potest morari in corpore, nisi eo cibato. AVG. Vel aiam in hoc loco pro aiali vita positam nouerim⁹. HIE. In nonnullis codicibus additum est, neq; quid bibatis. Ergo quod oibus natura tribuit, & iumentis & bestijs, hoībusq; cōe est, huius cura, pœnitus liberamur. Sed præcipitur nobis ne soliciti simus quid manducemus, quia in sudore vultus p̄paramus nobis panem, labor exercendus est, sollicitudo tollenda. Quod autē hic dr̄ {Ne soliciti sitis} de carnali cibo & vestimento accipiamus. Cæterum de spiritalibus cibis, & vestimētis semp debemus esse solliciti. AVG. de Hær. Dicuntur autem Euchitæ quidam hæretici, opi- Cap.57. nantes Monacho nō licere sustētandæ vitę suæ cā, aliquid operari, atq; ita seipsos profiteri, vt oino ab operibus vacent. AVG. de Cap.1. opere Mona. Inquiunt enim non de hoc opere corporali, in quo vel agricolæ, vel opifices laborant, præcepit Apl̄s cum dixit: {Qui non vult operari, non manducet.} Neque. n. euangelio potuit esse contrarius, vbi ait dn̄s: {Ideo dico vobis ne solliciti sitis.} In verbo ergo Apl̄i prædicto, spiritalia opera debemus accipere, de quibus alibi dr̄: Ego plantaui, Apollo rigauit: & ita se arbitrantur Aplicæ, & Eūagelicæ obtēperare sniæ, cum euangeliū credunt de non curāda corporali vitæ huius indigentia p̄cepisse, & Apostolum de cibo spiritali dixisse. {Qui non vult operari, non manducet.} Prius ergo demonstremus Apostolum opera corporalia seruos Dei ope- Cap.3. rari voluisse. Præmiserat enim dicens: Ipsi scitis, quomodo oporteat nos

teat nos imitari, quiá non inquieti fuimus inter vos, neque pa- A nem ab aliquo gratis manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte laborantes, ne quem vestrum grauaremus, non quia non habuimus potestatem, sed vt nosipsos formam daremus vobis, qua nos imitaremini. Nam & cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis,

s Respicite volatilia cæli, qm̄ non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cęlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?

quoniam siquis non vult operari, non mā ducet. Quid ad hoc dici potest, quando exemplo suo docuit, quid præceperit, sci-
Cap.19. licet corporaliter operando? Nam quòd corporaliter operaretur, ostēditur in actibus, vbi dicitur quòd mansit cum Aquila, & vxore eius Priscilla opus faciens apud illos: erant enim taberna-
Cap.3. culorum artifices, & tamen Apostolo tanquàm prædicatori euangelij, militi Christi, plantatori vineæ, pastori gregis constituerat B dominus, vt de euangelio viueret, qui tamen stipendium sibi debitum non exegit, vt se formam daret eis, qui exigere indebita cupiebant. Audiant ergo, qui non habent hanc potestatem, quam ille habebat, vt tantummodo spiritaliter operantes manducent pa-
Cap.21. nem a corporali labore gratuitum. Si autem euaugelistæ sunt, si ministri altaris, dispensatores sacramentorum, habent hanc potestatem, si saltem habebant aliquid in sæculo, quo facile sine opificio sustentarent hanc vitam, quod conuersi ad Deum indigentibus dispartiti sunt, & credenda est eorum infirmitas & ferenda. Nec attendendum in quo loco hoc quod habebant impenderint,
Cap.22. cum omnium Christianorum sit vna respub. Sed qui veniunt ad professionem seruitutis Dei, ex vita rusticana, & ex opificum exercitio, & plebeio labore si quo minus operentur, excusari non possunt. Nullo enim modo decet, vt in ea vita, vbi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant opifices ociosi, & quò veniunt relictis delitijs suis qui fuerunt prædiorum domini, ibi sint rustici delicati. At cum C dominus ait: Nolite solliciti esse. non hoc dicit, vt ista non procurent, quantū necessitatis est. vnde honeste poterunt, sed vt ista intueantur, & propter ista faciant, quicquid in euangelij prædicatione facere iubentur, eam namque intentionem paulo superius oculum vocauerat. CHRY. in Hom. Vel potest aliter continuari: Cum enim docuisset dominus pecuniam despicere, ne aliqui dicerent, qualiter poterimus viuere, si omnia proiecerimus? subiungit dicens: Ideoque dico vobis. { Ne soliciti sitis aiæ vr̄æ.} GLOSSA. idest, cura temporali, ne retrahamini ab æternis. CHRYSOST. super Matthæum. Non enim sollicitudinibus spiritalibus, sed laboribus corporalibus accipiendus est panis, qui laborantibus pro præmio diligentiæ, Deo præstante abundat, & negligentibus pro pœna Deo faciente subducitur. Confirmat autem spem nostram dominus, primo de maiori ad minus descendit dicens, { Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plusquàm vestimentum? HIERO. Qui maiora D præstitit, vtique & minora præstabit. CHRY. super Matth. Nisi enim voluisset conseruari quod erat, non creasset, quod autem sic creauit, vt per escam seruetur, necesse est, vt det ei escam, quàmdiu vult esse quod fecit. HILA. Vel aliter, Quia corruptus circa futurorum curam, infidelium sensus est calumniantium quæ in resurrectione corporum species sit futura, quæ in substantia æternitatis alimonia: Ideo subsequenter dicitur: {Nonne anima plus est quàm esca?} Non enim patitur spem nostram futuri in resurrectione cibi & potus & vestitus sollicitudine demorari, ne tanto preciosiora reddentis corpus, atque animam, contumelia in non efficiendis leuioribus inferatur.

s ¶ CHRY. Postquàm confirmauit spem nostram de maiore ad minus descendens: deinde confirmat de minori ad maius ascendens, cum dicit: {Respicite volatilia cæli, quia non serunt
Cap.23. neque metunt.} AVG. de opere Monachorum. Quidam se E dicunt propterea operari non debere, quia nec volucres cæli seminant neque metunt, Cur ergo non attendunt quod sequitur: {Neque congregant in horrea?} Cur ergo isti manus ociosas, & plena repositoria volūt habere? cur deniq; molūt & coquūt? hęc. n. aues non faciunt, aut si reperiunt quibus hoc persuadeant, vt eis per singulos dies escas afferant præparatas, saltem sibi de fontibus aquam afferunt & reponunt, quod volatilia non faciunt. Sed si nec aqua sibi vasa coguntur implere, & iam illos, qui tunc erant hierosolymę nouo gradu iustitiæ supergressi sunt, qui demisso sibi ex gratia frumento, panem fecerunt, aut facere curauerunt, quod aues non faciunt. Non possunt autem ista seruare, vt scilicet nihil in crastinum reponant, qui se per multos dies a conspectu hominum separatos, & nulli ad se præbentes accessum includunt seipsos, viuentes in magna intentione orationum. An forte quo sunt sanctiores, eo sunt volucribus dissimiliores? Quod ergo dicit de volatilibus cæli ad hoc dicit, ne quisquàm putet Deum seruorum suorum necessaria non curare, cum eius prouidentia vsque ad ista gubernanda perueniat. Neque enim non ipse pascit eos, qui ma-
nibus operantur, neque etiam quia Deus dixit: Inuoca me in die Cap.27.
tribulationis & eruam te. non debuit fugere Apostolus, sed expectare vt comprehenderetur, & eum Deus, sicut tres pueros de medijs ignibus liberaret. Sicut enim, qui fugientibus sanctis huiusmodi quæstionem obiiceret, responderent nō se oportuisse tentare Deum, sed tunc talia Deum, si vellet esse facturum, vt eos liberaret, sicut Danielem a leonibus, & Petrum a vinculis, cum ipsi quid facerent, non haberent. Cum vero eis fugam in potestatem dedisset, etiam si liberarentur per illam, non nisi ab ipso liberari, sic serui Dei valentibus manibus suis, victum transigere, si ex euangelio moueritquæstionem de volatilibus cęli, quæ non seminant neq; metunt, facile respondebunt. Si nos per aliquam infirmitatem, vel occupationem non possumus operari, ille nos pascet sicut aues, quæ nihil operantur. Cum autem possumus, non debemus tentare Deum, quia hæc quæ possumus, eius munere possumus. Et cum hic viuimus, illo largiente viuimus, qui largitus est vt possimus, & ille nos pascit a quo aues pascuntur, sicut dicitur: { Et pater vester cælestis pascit illa: Nonne vos ma. plu. es. illis? AVG. de Serm. Do. in monte, idest carius vos valetis, quia rationale animal sicut est homo, sublimius ordinatur in rerum natura quàm irrationalia, sicut
sunt aues. AVG. 11. de Ciui. Dei: Plerumque tamen carius com Cap.16.
paratur equus quàm seruus, & gemma quàm famula, non ratione considerantis, sed necessitate indigentis, seu voluptate cupientis. CHRY. super Matth. Omnia enim animalia Deus propter hominem fecit, hominem autem propter se. quanto ergo preciosior est hominis creatio, tanto maior est Dei sollicitudo de ipso. Si ergo aues non laborantes inueniunt escas, homo non inueniet, cui Deus dedit, & operandi scientiam & fructificandi spem? HIER. Sunt autem quidam, qui dum volunt terminos patrum excedere & ad alta volitare, in ima merguntur. Volatilia cæli angelos esse volunt, cæterasq; in Dei ministerio fortitudines, quæ absque sui cura, Dei alantur prouidentia. Si hoc itaque est, vt intelligi volunt, quomodo sequitur dictum ad homines. {Nonne vos ma. plu. estis illis?} Simpliciter ergo accipiendum, ꝙ si volatilia absque cura & erumnis, Dei aluntur prouidentia, quæ hodie sunt & cras non erunt, quanto magis homines, quibus æternitas repromittitur? HILA. Potest autem dici, ꝙ sub nomine volucrum, exemplo nos immundorum spirituum hortatur, quibus sine aliquo negocio quærendi & congregandi, viuendi tamen tribuitur de æterni consilij potestate substantia, atque vt ad immundos istud spiritus referatur opportune adiecit: {Nonne vos magis pluris ęstis illis?} De comparationis præstantia differentiam nequitiæ, & sanctitatis ostendens. GLO. Non solum autem exemplo auium, sed experimento docet, quòd ad hoc, quòd sumus & viuimus, nostra cura non sufficit, sed diuina prouidentia operatur, dicens: {Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? CHRY. super Matthæum. Deus enim est, qui per singulos dies incrementa corporis tui facit, te non intelligente. Si ergo in teipso quotidie Dei prouidentia operatur, quomodo in necessarijs tuis cessabit? Si autem vos cogitando modicam partem corpori vestro addere non potestis, quomodo cogitando saluandi estis in toto? AVGVST. de sermo. Domi. in monte: Vel potest referri ad sequentia, ac si diceret. Non esse cura nostra factum, vt ad hanc staturam veniret corpus nostrum, ex hoc intelligi potest, quòd si velletis adijcere vnum cubitum, non possetis. Illi ergo tegendi corporis curam relinquite, cuius cura factum est, vt esset tantæ staturæ. HILA. Vel alieter: Sicut fidem vitalis substantiæ nostræ de documento spirituum firmauit, ita opinionem futuri habitus, iudicio communis intelligentiæ dereliquit. Cum enim vniuersorum corporum, quæ vitam hauserunt, diuersitatem in vnum perfectum virum sit excitaturus, solus quia potens sit ad vniuscuiusque proceritatem cubitum vnum, & alterum tertiumve præstare, de vestitu, idest de specie corporum, cum eius contumelia ambigimus? qui vt æqualem omnem hominem efficiat, tantum mensuræ est
humanis corporibus additurus. AVGVST. vltimo de Ciui. Cap.15.
Dei. Sed si Christus in ea mensura corporis, in qua mortuus est resurrexit, nefas est dicere, cum resurrectionis omnium tempus venerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem, quam non habuit, quando in ea discipulis, in qua notus erat, apparuit, vt longissimis fieri possit æqualis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum, etiam minorum maiorumque corpora redigenda, peribit de multorum corporibus perplurimū, cum ipse nec capillum periturum esse promisit. Restat ergo, vt qsque recipiat suam mensuram, quam vel habuit in iuuentute, si se-

nec est mortuus, vel fuerat habiturus, si est ante defunctus. Et ideo non est dictū ab Apostolo in mēsuram staturæ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi, quia resurgent corpora mortuorum in iuuenili ætate & robore, ad quam Christum peruenisse cognouimus.

Hom. 23. ¶ CHRY. in Homil. Postq̄ monstrauit, quòd nō oportet nos pro cibo esse sollicitos, ad id quod leuius est pertransit: neque enim ita necessarium est indumentū sicut cib⁹. vnde dicit. {Et de vesti. quid solliciti estis?} Non aūt hic vtitur exēplo volucrū, vt induceret Pauonē & Cygnū, a quibus erat sibi exēpla accipere, sed vtit exēplo liliorū dicens. {Considerate lilia agri.} Vult ex duobus monstrare superabundantiam. s. a munificnetia pulchritudinis, & a vilitate participantium tali decore. AVG. de ser. Do. in monte. Ipsa autem documenta non sic allegorice discutienda sunt, vt quæramus quid significent aues cæli, aut lilia agri: posita sunt enim vt de rebus minoribus maiora persuadeant. CHRY. super Matth. Lilia. n. statuto tempore formantur in frondibus, vestiuntur candore, implentur odoribus, et quod terra radici non dederat, Deus inuisibili operatione largitur. In omnibus aūt eadem plenitudo seruatur, vt non ab euentu facta putentur, sed Dei prouidentia intelligantur esse disposita. Dicendo aūt: {Non laborant,} viros confortat. Dicendo vero: {Neque nent,} mulieres. CHRY. in Ho. Hæc autem dicens, non opus prohibuit, sed sollicitudinem, sicut & supra cum de seminatione loqueretur. Et vt magis Dei prouidentiam in ipsis commendet, quæ omnem superat humanam industriam, subdit. {Dico autem vobis, quoniam neque Salo. in om. gloria sua cooperest sicut vnum ex istis.} HIER. Reuera. n. quod sericum, quæ regū purpura, quæ pictura textricū pōt floribus comparari? Quid ita rubet vt rosa? quid ita candet vt lilium? Violę vero purpuram, nullo superari murice, oculorum magis quàm sermonis iudicium est. CHRY. in Hom. Quantum enim veritatis ad mendacium, tantum vestimentorum, & florum differentia est. Si ergo Salomō a floribus superatus est, qui omnibus regibus fuit præclarior, quāto tu vestimentis poteris vincere florum decorem? Est autem Salomon superatus a florum decore non semel tantum neque bis, sed per totum tempus sui regni. Et hoc est quod dicit: In omni gloria sua, qui nec in vno die ita decoratus est vt flores. CHRY. super Matt. Vel hoc dicit, quia Salomon & si non laborabat, tamen iubebat. Vbi autem iussio, illic & ministrantium offensa, & iubentis ira frequenter inuenitur. hæc autem quando nescium, sic ornātur. HILA. Vel lilia intelligenda sunt angelorum cælestium claritates, quibus a Deo gloriæ candor indutus est. Non laborant autem neque nent, quia virtutes angelorum ex ea quam adeptæ sunt originis suæ sorte, vt sint semper accipiunt, & cum in resurrectione similes homines angelis erunt, sperare cælestis gloriæ voluit operimentum, exemplo angelicæ claritatis. CHRY. super Matth. Si autem floribus terrenis sic occurrit Deus, qui nati sunt, vt tantummodo videantur & pereant, homines negliget, quos sic creauit, vt non pro tempore videātur, sed vt perpetuo sint? Et hoc est quod dicit. {Si autem fœnum agri quod hodie est & cras in clybanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?} HIERO. Cras autem in scripturis futurum tempus intelligitur dicente Iacob: Exaudiat me cras iustitia mea. GLO. Alij libri habent in ignem, vel inaceruum, qui habet speciem clybani. CHRY. in Hom. Non autem lilia iam ea vocat, sed fœnum agri, vt eorum vilitatem ostendat. Sed & aliam vilitatem apponit dicens, quæ hodie sunt, & non dixit, cras non erunt, sed quod est multo deficientius, quòd in clybanum mittitur. Quòd autem dicit. {Quāto magis vos.} occulte insinuatur humani generis honor ac si diceret: Vos quibus animam dedit, corpus plasmauit, propheras misit, & vnigenitum filium tradidit. GLO. Dicit autem Modicæ fidei, quia modica fides est, quæ nec de minimis certa est. HILA. Vel sub fœni nomine gentes nūcupantur. Si igitur gentibus, iccirco tātum indulgetur æternitas corporalis, vt mox igni iudicij destinentur, quàm prophanum est sanctos de gloria æternitatis ambigere, cum iniquis æternitatis opus præstetur ad pœnam? REMI. Spiritaliter autem per volatilia sancti viri designantur, qui ex aqua sacri baptismatis renascuntur, & deuotione terrena despiciunt, & cælestia petunt, quibus pluris dicuntur esse Apostoli, quia principes sunt omnium sanctorum. Per lilia etiam sancti viri intelliguntur, qui absque labore legalium cerimonialium, sola fide Deo placuerunt, de quibus dicitur, Dilectus meus mihi pascitur inter lilia. Sancta etiā Ecclesia per lilium intelligitur, propter candorem fidei, & odorem bonæ conuersationis, de qua dicitur, Sicut lilium inter spinas. Per fœnum designantur infideles, de quibus dicitur: Aruit fœnum & flos eius cecidit. Per clybanum æterna damnatio, vt sit sensus: Si Deus in fidelibus tribuit bona temporalia, quanto magis tribuet nobis æterna?

t Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est & cras in clybanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?

u Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Hęc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.

u ¶ GLO. Postquàm sigillatim de victu & vestitu solli citudinem excluserat argumento ab inferioribus sumpto, hic consequenter vtrumque excludit dicens, {Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?} REMIG. Ideo autem hoc dominus repetiuit, vt ostenderet hanc rem esse pernecessariam, & vt arctius eam in cordibus nostris inculcaret. RABA. Notandum vero, quòd non ait: Nolite quærere, aut solliciti esse de cibo, aut potu, aut indumento, sed. Quid manducetis aut quid bibatis, aut quid vestiamini. vbi mihi videntur argui qui sumpto victu, vel vestimento communi, lautiora cibi vel austeriora his, cum quibus vitam ducunt alimenta vel indumenta requirunt.

GLO. Est etiam alia sollicitudo superflua, ex vitio hominum, quando fructus & pecuniam plusquam necesse est reseruant, & dimissis spiritalibus, illis intenti sunt quasi de bonitate Dei desperantes, & hoc prohibetur. vnde subditur, {Hæc enim omnia gentes requirunt.} CHRYSOST. super Matthæum. Quia in rebus humanis fortunam credunt esse, non prouidentiam, neque iudicio Dei, vitas suas gubernari existimant, sed incerto duci euentu. Et ideo merito timent, & desperant, quasi qui neminem habent gubernantem. qui autem credit se Dei iudicio gubernari, escam quidem suam in manu Dei committit. vnde sequitur: {Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.} CHRYSOS. in Hom. Hom. 23. Non autem dixit: Scit Deus, sed Scit pater vester, vt eos in maiorem spem ducat. si enim pater est, non poterit despicere filios, cum nec homines patres hoc sustineant. Dicit autem: {Quoniam his omnibus indigetis,} vt magis sollicitudinem abiiciatis, quia necessaria sunt. Qualiter enim est pater, qui sustinet etiam necessaria filijs non dare? Si autem essent superflua, non ita oporteret considere. AVGVST. 15. De Trinita. Cap. 13. Non autem ista ex aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam quid & quando ab illo petituri eramus, sine initio ante præsciuit. AVG. 12. de Ciuitate Dei: Quòd autem dicunt quidam, hæc Dei scientia non posse comprehendi, quia infinita sunt, restat eis dicere, quòd non omnes numeros Deus nouerit, quos infinitos esse certissimum est. Infinitas autem numeri, non est incomprehensibilis ei, cuius intelligentiæ non est numerus. Quapropter, si quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur, profectò omnis infinitas, quodam ineffabili modo Deo finita est, quia eius scientiæ incomprehensibilis non est. Cap. 18. GREGO. NYSSENVS. Lib. 8. Philosophiæ. Quoniam autem est prouidentia per huiusmodi signa demonstratur. permanentia enim vniuersorum & maxime eorum, quæ sunt in generatione & corruptione, & positio, & ordo eorum quæ sunt, semper custoditurus secūdum eundem modum, qualiter perficeretur nullo prouidente? Sed quidam dicunt Deo curam esse existentium permanentiæ in vniuersali, & huius solius prouidentiam habere. Singularia vero fieri, vt contingit. Tres autem causas solas vtiq; quis dicet non fiendi prouidentiam singularium. Aut. n. hoc quod est ignorare Deum, qm̄ bonum est particularium diligē tiam habere, aut non velle, aut non posse, sed ignorantia omnino aliena est a beata substantia. Qualiter. n. latebit Deum, quod nec homo sapiens ignorabit, cp̄ singularibus destructis, vniuersalia destruentur? Nihil autem prohibet omnia individua perire, nulla procurante potentia. Si autem non vult, propter duas fit causas, aut propter pigritiam, aut propter indecentiam. Pigritia autem a duobus generatur, aut enim voluptate aliqua attracti pigritamur, aut propter timorem desistimus, quorum neutrum fas est cogitare de Deo. Si autem dicant non decere Deum, indignum enim esse tantæ beatitudinis paruis condescendere, qualiter non inconueniens est artificem quidem procurantem vniuersalia, nihil particularium, neque paruissimum derelinquere sine procuratione, scientem quòd ad totum perficit pars, conditorem vero Deum artificibus enuntiare indoctiorem? Si autem non potest, imbecillis est Deus, & impotens benefacere. Si vero incomprehensibilis nobis est singularium prouidentiæ ratio, nō propterea oportet dicere, quia non est prouidentia: ita enim dicerent, quia numerum hominum ignoramus, neque homines esse. CHRY. super Matthæ. Sic ergo, qui credit se Dei iudicio gubernari, escam suam in manu Dei committat: cogitet autem de bono & malo, de quo nisi sollicitus fuerit neque malum fugiet, neque bonum apprehendet. Et ideo subditur: {Querite autem primum regnum Dei, & iustitiam eius.} Regnum Dei est retributio bonorum operum. Iustitia autem eius, via pietatis, per quam itur ad regnū. Si ergo cogites qualis erit gloria Sanctorum, necesse est, vt aut propter timorem pœnæ recedas a malo, aut propter desiderium gloriæ festines ad bonum. Et si cogitaueris quæ sit Dei iustitia, quid scilicet odit Deus, & quid amat: iustitia ipsa ostendit tibi vias suas, quæ amantes se sequitur: Non autem daturi sumus rationem, si pauperes sumus, aut diuites, sed si bene, vel male egerimus, quod est in nostro arbitrio. GLO. Vel dicit iustitiam eius, quasi dicat, vt per eum, non per vos iusti sitis. CHRY. super Matth. Terra autem etiam propter peccata hominum maledicitur, vt non germinet, secundum illud. Maledicta terra in opere tuo: benedicitur autem cum bona fecerimus. Quære ergo iustitiā, & non deerit tibi panis. Vnde sequitur: {Et hæc omnia adiicientur vobis} AVG. de Sermone Domini in monte, scilicet temporalia, quæ manifeste hic ostendit non esse talia bona nostra propter quæ benefacere debeamus: sed tamen necessaria esse. Regnum vero Dei, & iustitia eius bonum nostrum est, vbi finis constituendus est. Sed quia in hac vita militamus, vt ad illud regnum peruenire possimus, quæ vita sine his necessarijs agi non potest: apponentur, inquit, hæc vobis. Cum autem dixit illud. {Primum} significauit, quia hoc postea quærendum est non tempore, sed dignitate, illud tanquam bonum nostrum: hoc tanquam necessarium est. Neque enim (verbigratia) debemus euāgelizare, vt mādducemus, quia sic vilius haberemus euangelium, quàm cibum, sed ideo manducamus, vt euangelizemus. Quærentibus autem primum regnum Dei, & iustitiam eius, idest hoc præponentibus cæteris rebus, vt hoc propter cætera quæramus, non debet subesse sollicitudo, ne necessaria desint, & ideo ait: {Hæc omnia adiicientur vobis} idest conuenienter sine vllo vestro impedimento, ne cum ista quæritis, illinc auertamini, aut duos fines constituatis. CHRY. in Homil. & non dixit: Dabuntur, sed apponētur, vt dicas, quia præsentia nihil sunt ad magnitudinem futurorum. AVG. de Sermone Domini in monte. Cum autem legimus in fame, & siti Apostolum laborasse, non existimemus hic Domini promissa titubasse, quādoquidem ista sint adiutoria. Medicus iste, cui nos totos commisimus, nouit quando apponat, & quando detrahat, sicut nobis iudicat expedire. Si enim nobis aliquando defuerint (quod plerumque propter nostram exercitationem Deus finit) non debilitat propositū nostrum, sed examinatū confirmat.

x ¶ GLO. Prohiberat sollicitudinē præsentiū rerū, modo prohibet sollicitudinē futurorū variā, ex vitio hominum proueniētem cum dicit: {Nolite ergo solliciti esse in crastinum.} HIER. Cras in scripturis, futurū tempus intelligitur, dicēte Iacob: Exaudiet me cras iustitia mea: & in Samuelis phantasmate Phitonissa loquitur ad Saulem: Cras eris mecum: de præsentibus ergo concessit debere esse sollicitos, qui futura prohibet cogitare. Sufficit enim nobis præsentis temporis cogitatio. Futura quæ incerta sunt Deo relinquamus. Et hoc est quod dicitur: {Crastinus enim dies sollicitus erit sibijpsi} idest ipse afferet sollicitudinem suam secum. {Sufficit enim diei malitia sua.} Hic malitiam non contrariam virtuti posuit, sed laborem, & afflictionem, & angustiam sæculi. CHRY. in Homil. Nihil enim ita dolorem infert animæ, vt sollicitudo, & cura. Cum autem dicat, quòd crastina dies erit sollicita de seipsa, volens manifestius facere quod dicitur, pro sopopœiam facit temporis, secundum multorum consuetudinem loquens ad plebem imperfectam: vt enim eos magis moueat, ipsos dies conquerentes inducit pro superflua cura. Nunquid enim dies non sufficiens habet onus, idest curam suam? quid igitur eum aggrauas magis, curam quæ pertinet ad alium diem apponendo? CHRY. super Matth. Vel aliter: Per hodie hæc solum significātur, quæ habemus in vita præsenti necessaria. Quia autem dicit: {Cras} quod superfluum ostendit: dicit ergo: {Nolite solliciti esse in crastinum,} idest nihil curetis super id habere quod necessarium est vobis ad vitam quotidianam. Quod enim superfluum fuerit, quod est cras curabit se. Et hoc est quod dicit: {Crastinus enim dies sollicitus erit sibijsi} ac si dicat: Superflua cū congregaueris: ipse se curabunt, te quidem eis non fruente, inuenient Dominos multos, qui ea procurent. Quid ergo curas de illis, quorum Potestatē es alijs dimissurus? {Sufficit enim diei malitia sua,} quasi dicat: Sufficit tibi labor, quem pateris propter necessaria: noli de superfluis laborare. Vel aliter. AVG. de Sermone Domini in monte: Non dicitur crastinus dies, nisi in tempore, vbi præteri to succedit futurum: Ergo cum aliquid boni operamur, non terrena, sed æterna cogitem⁹. crastinus enim dies sollicitus erit sibijpsi, idest cum oportuerit sumas cibum, & huiusmodi, scilicet cum necessitas vrgere cœperit. {Sufficit. n. diei malitia sua,} idest sufficit, quòd ista sumere vrgebit necessitas, quam malitiam nominat, quia pœnalis est nobis: pertinet enim ad mortalitatem quam peccando meruimus. huic ergo pœnæ temporalis necessitatis noli addere aliquod grauius, vt non solum eam patiaris, sed etiam propter hanc explendam milites Deo. Hic est cauendum, ne cum viderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis quorum cura sibi commissa est, iudicemus eum contra Domini præcepta facere, & de crastino esse sollicitum. nam & ipse Dominus, (cui ministrabant Angeli,) propter exemplū loculos habere dignatus est. Est in actibus Apostolorum scriptum est quæ ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem: non ergo hoc Dominus increpat, siquis humano more ista procuret, sed si quis propter ista non militet Deo. HILA. Hoc etiam totum sub dicti cœlestis significantia continetur. Iubemur igitur nō ambigere de futuris. Satis enim vitæ nostrę malitia dierum, quibus viuimus, scilicet peccata sufficiunt, vt circa hæc purganda omnis vitæ nostræ meditatio, laborque versetur. Cessante autem cura nostra ipsa futura sollicita sunt, dum nobis ætrnæ charitatis profectus Deo procurante proponitur.

Lib. 2. c. 23.

Lib. 2. c. 24.

Lib. 2. c. 25.

Cap. 26.

CAP. VII.

AVG. de Sermone Domini in monte, quia cum ista temporalia procurātur in futurum, incertum est quo animo fiat, cum possit simplici corde fieri, & duplici, opportune hoc loco subiecit: {Nolite iudicare,} vel aliter. CHRY. in Homil. Hucusque exposuit consequentiam ad eleęmosynam pertinentem: nunc autem incipit exponere consequentiam ad orationem respicientem. Et est doctrina hæc quodammodo pars orationis, vt sit ordo narrationis talis: Dimitte nobis debita nostra: & sequitur: {Nolite iudicare, vt non iudicemini.} CHRY. super Matth. Sed si iudicare prohibet, qua consequentia Paulus Corinth. iudicat fornicantem, & Petrus Ananiam, & Saphiram mendacij arguit? Sed quidam hunc locum secundum huiusmodi sesum exponunt, quia Dominus hoc mandato non prohibet Christianos ex beniuolentia alios corripere, sed ne per iactantiam iustitiæ suæ Christiani, Christianos despiciant, ex solis plerumque suspitionibus odientes cæteros, & condemnantes, & sub specie pietatis proprium odium exequētes. CHRY. in Homil. Vnde non dixit, ne quiescere facias peccantem: sed, ne iudicaueris: hoc est, ne amarus fias iudex, corripe quippe non vt hostis expetens vindictam, sed vt medicus instituens medicinam. CHRY. super Matthæum: Sed vt non sic quidem corriperent Christiani Christianos conuenit fermo, qui dicit: {Nolite iudicare.} Sed si non sic corripuerint: nūquid propter hoc consequentur indulgentiam peccatorum? quia dictum est: {Non iudicabimini.} Quis. n. consequit indulgentiā mali prioris, qa non addidit alterū malū? Hoc aūt dixi mus volentes ondere, qa hic sermo non est positus de proximis non iudicandis, qui peccāt in Deū, sed qui in nos peccant. Qui enim non iudicat proximum propter peccatum in se commissum, illum nec Deus iudicat propter peccatum, sed dimittit ei debitum, sicut & ipse dimisit. CHRY. in Homil. Vel aliter: Non simpliciter vniuersa peccata iubet non iudicare: sed his qui multis malis sunt pleni, & alios pro minimis iudicant, hāc prohibitionem facit. Sicut & Paulus non simpliciter prohibet iudicare eos, qui peccant, sed discipulos iudicantes de magistris redarguit, docens vt eos, qui supra nos sunt, non iudicemus. HILA. Vel aliter: Iudicari de sponsionibus suis Deum vetat, quia vt iudicia ex incertis rebus inter homines fumuntur: ita & hoc iudiciū aduersus Deum ex ambiguitate suscipitur, quod penitus repellit a nobis, vt constans potius fides retineatur, quia non sicut in cæteris rebus peccatum sit perperam iudicasse, sed si in his rebus tantummodo dedero iudicium, initium fit criminis. AVGV. de Sermone Domini in monte. Vel aliter: Hoc loco nihil aliud præcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Deus autem, quæ non possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, blasphemiæ, & huiusmodi, nobis

Lib. 2. c. 28.

Hom. 24.

Lib. 2. c. 28.

bis iudicare permittit. de factis autem mediis, quæ possunt bono & malo animo fieri, temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Duo autem sunt, in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est quo animo quicquam factum sit, vel eum incertum est, qualis quisque futurus est, qui nunc vel bonus, vel malus apparet. Non ergo reprehendamus ea quę nec scimus quo animo fiant, neque ita reprehendamus quæ manifesta sunt, vt desperemus sanitatem. Potest autē mouere qđ ait: {in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.} Nunquid si nos temerario iudicio iudicauerimus, temere etiam de nobis Deus iudicabit? aut nunquid si mensura iniqua mensi fuerimus, Cap. 29. & apud Deum est iniqua mensura vnde nobis remetiatur? Nam mensuræ nomine ipsum iudicium significatum arbitror. Sed hoc dictū est, quoniam temeritas qua punis alium, ipsa te puniat necesse est. Iniquitas enim sæpe nihil nocet ei, qui patitur iniuriam, Cap. 11. ei vero qui facit, necesse est vt noceat. AVG. 21. de Ciuita. Dei. Dicunt aliqui: quomodo verum est quod ait Christus, {vt in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis,} si temporale peccatū supplicio puniatur æterno? Nec attendunt non propter æquale temporis spacium, sed propter vicissitudinem mali, idest qui male fecerit, mala patiatur, eandem dictam mensuram fuisse, quàmuis in ea re hoc proprie possit accipi, de qua Dns cum hoc diceret, loquæbatur, idest de iudicijs, & condemnationibus. Proinde qui iudicat, & condemnat iniuste, si iudicatur, & condemnatur, iuste in eadem mensura recipit, quàmuis non hoc quod dedit. Iudicio. n. fecit, quod iniquum est, iudicio patitur, quod iustum est.

Lib. 2. c. 30. b ¶ AVG. de Serm. Domini. Quia de temerario, & iniquo iudicio Dominus nos ammonuerat (maxime autem hi temere iudicant, qui de incertis, & facile repræhendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quàm emendare, atque corrigere, qđ vitiū, vel superbia est, vel inuidentia) consequenter subijcit, & dicit: {Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo non vides?} HIERO. De his loquitur, qui cum mortali crimine detineātur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt, vt si forte ira ille peccauerit, tu odio repræhendas. Quantū autem inter festucam & trabem, tantum inter iram distat & odiū: odium enim ira inueterata est. Fieri autem potest, vt si irascaris homini, velis eum corrigi: non autem si eum oderis. CHRY. in Homil. Multi etiam hoc faciunt, qui si viderint monachum superfluum vestimentum habentem, aut copiosiori cibo potitum, amari fiunt accusatores, quotidie ipsi rapientes, & crapulam patientes. CHRY. super Matth. Vel aliter: Hoc quod hic dicitur Doctoribus conuenit. Omne enim peccatum diiudicatur modicum, aut magnum, secundum peccantis personam. Laici enim peccatum modicum est, & festuca quantum ad peccatum Sacerdotis, quod trabi comparatur. HILA. Vel aliter: Peccatum in Spiritum sanctum est diuinæ virtutis potestatem negare, & Christo substantiam adimere æternitatis, per quem, quia in hominem venit Deus: homo rursus veniret in Deum. Ergo quantum inter festucam & trabem discriminis est, tantum ostēdit peccatum in Spiritum sanctum cætera crimina excedere, vt cū infideles delicta corporis alijs exprobrant, onus peccati qđ de ꝓmissis Dei ambigunt, in se ante non videant, in oculo trabe, tanq̄ in mētis acie incidēte. Sequit: {Aut quō dices fratri tuo, sine, eijciā festucā de oculo tuo: & ecce in oculo trabs est?} CHRY. i. cum qua facie arguis peccatū fratris tui, ipse autem in eodem peccato, vel in maiori existens? AVG. de Sermone Domini: Primum ergo cogitemus cum aliquem reprehendere nos necessitas coegerit, vtrum tale sit vitium quod nunquam habuimus. Et tunc cogitemus, & nos hoīes esse, & habere potuisse, vel tale quid habuimus, & iam non habemus: & tunc tangat memoriam communis fragilitas, vt illam correctionem non odium, sed misericordia præcedat. Si autem inuenerimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscam⁹, & ad pariter conandum inuitemus. Raro autem & ex magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt, in qbus non vt nobis, sed vt Domino seruiatur instemus. CHRY. super Matthæ. Vel aliter: {Quomodo dicis fratri tuo,} idest quo proposito putas ex charitate, vt salues proximum tuum, non quia teipsum ante saluares? Vis ergo non alios sanare, sed per bonam doctrinā malos acēlare, & scientiæ laudem ab hoibus quærere: non ædificationem mercedis a Deo, & es hypocrita: vñ sequit. {Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo. AVG. de Ser. Dñi. Accusare enim vitia officium est bonorum, quod cum mali faciunt, alienas partes agunt, sicut hypocritæ, qui tegunt sub persona quod sunt, & ostendunt in persona quod non sunt. CHRY. in Homil. Et notandum, quòd vbicumque vult monstrare magnum aliquod peccatum, a cō tumelia incipit sicut ibi: Serue nequaquam omne debitum dimisi tibi: & ideo hic dicit: Hypocrita, eijce primum. Etenim quæ suijpsius sunt, magis aliquis nouit, quàm quæ sunt aliorum, & quæ maiora sunt, magis videt, quàm quæ minora, & seipsum magis diligit, quàm proximum. Et ideo iubet eum qui obnoxius est multis peccatis, non amarum esse iudicem delictorum alterius, & maxime cū fuerint parua quidem nō ab arguendo, aut a corrigendo auertēs. sed prohibet propria contemnere, & alienis insistere. Oportet enim vt primo cum diligentia inuestiges, q̄ tua sunt, & tunc quæ proximi sunt discuties: & ideo sequitur: {Et tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.} AVG. de Ser. Domini in monte: Auferentes enim de oculo nostro trabem inuidentiæ, vel malitiæ, vel simulationis: videbimus eijcere festucam de oculo fratris.

Lib. 2. c. 31 c ¶ AVG. de Sermo. Domini in monte: Quia potest aliquos per nomen simplicitatis, ad quam per superiora induxerat decipere, vt sic putetur vitiosum esse aliquādo verum occultare: quomodo vitiosum est falsum dicere, recte subiungit: {Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. CHRY. super Matthæ. Vel aliter: Iusserat superius Dominus diligere inimicos, & benefacere his, qui peccant in nos: ne ergo cogitarent Sacerdotes etiam quæ Dei sunt eis communicare, talem cogitationem compescuit dicens: {Nolite sanctum dare canibus,} ac si diceret: Mandaui vobis diligere inimicos, & benefacere eis de vestris corporalibus bonis, non tamē de meis spiritalibus passim, quoniam in natura vobiscum communes sunt, non in fide, & De⁹ carnalia beneficia dignis, & indignis similiter præstat: non autem gratias spirituales. AVG. de Ser. Dñi in monte: Quærendum autem est quid sit sanctum, qd canes, quid margaritę, quid porci. Sanctum est quod corrūpere nefas est, cuius sceleris voluntas reatenetur, quàmuis illud incorruptibile maneat. Margaritæ autem sunt quæcumque spiritalia magni æstimanda sunt. Licet itaque vna eademque res. & sanctum, & margarita dici possit, sed sanctū dicitur ex eo quòd non debet corrumpi: margarita vero ex eo qꝺ non debet contemni. CHRY. super Matthæ. Vel aliter: Sanctum est, sicut baptismus, gratia corporis Christi, & huiusmodi. Mysteria autem veritatis margaritæ sunt, quia sicut margaritæ in cluſæ cochleis, positæ sunt in profundo maris, sic mysteria diuina verbis inclusa, posita sunt in altitudine sensus sacræ scripturæ. CHRY. in Homil. Quæ quidem, his qui bonæ mentis sunt, & intellectum habent, reuelata honesta apparent. his autem qui insensibiles sunt, magis videntur reuerenda, cū ignorantur. AVG. de Ser. Domini. Canes autem pro impugnatoribus veritatis: por cos pro contemptoribus positos non incongrue accipimus. Quapropter, quia canes exiliunt ad dilacerandum, quòd autem dilacerant, integrum esse nō sinunt, dixit: {Nolite sanctum dare canibus,} quia quantum in ipsis est, si fieri posset, conantur perimere veritatem. Porci autem quàmuis non ita vt canes morsu appetāt: passim tamen calcando inquinant. Et ideo dicit. {Neque mittatis margaritas vestras ante porcos.} RABA. Vel canes sunt ad vomitum reuersi; porci nondum conuersi, sed in luto vitiorum consuetudinis. CHRY. super Matthę. Vel aliter. Canis & porcus immunda animalia sunt, sed canis ex omni parte, quia nec ruminat, nec vngulam findit. porcus autem ex parte: nam vngulam habet fissam, sed non ruminat, propter quod canes puto intelligendos Gentiles omnino immundos, & propter actus, & propter fidem: porcos autem hæreticos, quia nomen Domini inuocare videntur. {Non est ergo sanctum dare canibus,} quia baptismus, & alia sacramenta non sunt danda, nisi fidem habentibus. Itē mysteria veritatis. i. margaritæ: non sunt dandæ, nisi desiderantibus veritatem, & cum ratione humana viuentibus. Si enim porcis ea miseris, idest cœnosę uitæ delectatione grauatis, non intelligerent præciositatem earum, sed æstimant eas similes cæteris fabulis mundialibus, & eas actibus suis carnalibus conculcant. AVG. de Sermo. Domini. Calcari enim dicitur quicquid contemnitur. Et ideo dicitur. {Ne forte conculcent eas pedibus suis. GLO. Dicit autem: {Ne forte,} quia resipiscere possunt ab immunditia. AVG. Quod autem sequitur. {Et conuersi dissumpant vos.

Non

Non ait ipsas margaritas: illas enim conculcant, & cum conuertuntur, vt adhuc aliquid audiant, dissumpunt eum, a quo missas margaritas conculcant. non enim facile inueneris quod ei gratum esse possit, a quo magno labore inuenta contemnantur. Qui ergo tales docent quomodo non dissumpantur indignando, & ito machādo non video.

CHRY. super Matthæum. Vel porci nō solum carnalibus actibus margaritas conculcāt: sed etiam post modicum conuersi, p inobedientiam rumpunt præbitores earum. Frequenter autē & scandalizati caluminiantur eos quasi dogmatum nouorum seminatores. Canes etiam cōculcantes sancta sordidis actibus, dispurationibus suis rūpunt prædicatorem veritatis. CHRY. in Homil. Et bene dixit. {Conuersi.} Fingunt enim mansuetudinem, vt addiscant: de inde cum didicerunt, detrahunt. CHRY. super Matthæ. Rationabiliter autem margaritas dari porcis prohibuit, quia si porcis minus immundis mitti vetantur, quanto magis canibus plus immundis? De sancto autem dando idem æstimare non possum⁹, quia frequenter etiam bene dictionem damus pecorum more viuentibus Christianis, non quia merentur accipere: sed, ne forte plenius scandalizati dispereant. AVG. de Serm. Domini. Cauendum est ergo, nequid aperiatur ei, qui non capit: melius enim quærit id quod clausum est, quàm id quod apertum est, aut infestat per odium, vt canis, aut negligit per contemptum, vt porcus. Non est autem consequens, vt si verum occultatur, etiam falsum dicatur, quia Dominus, quàmuis nihil mentitus sit: vera tamen aliqua occultauit, secundum illud: Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ non potestis portare modo. Sed si aliquis non capit, propter sordes, mundandus est vel verbo, vel opere quantum fieri potest a nobis. Quia autem Dominus quædam dixisse inuenitur, quæ multi qui aderant vel resistendo, vel contemnendo non receperunt, non putandus est sanctum dedisse canibus, aut margaritas ante porcos misisse. Dedit enim eis qui capere poterant, & simul aderant, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat, & quàmuis tentantes eum in ipsis quæ eis respondebat, contabescerent: alij tamen qui poterant capere ex illorum occasione multa vtiliter audiebant. Qui ergo nouit quid respondeat, debet respondere saltem propter illos, quibus desperatio suboritur, si propositam quæstionem solui non posse crediderint, & hoc de rebus ad instructionem salutis pertinentibus. De superuacuis autem, & noxijs, nihil dicendum est, sed hoc ipsum explicandum est, cur inquirenti talia non oporteat respondere.

d ¶ HIERO. Quia carnalia supra venerat postulari, quid petere debeamus, ostendit dicens. {Petite, & dabitur vobis.

Lib. 2. c. 33. AVG. de Serm. Domini. Vel aliter: Cum præceptum esset, ne sanctum daretur canibus, & ne margaritæ ante porcos mittantur: potuit auditor suæ ignorantiæ conscius dicere, quid sanctum me dare canibus vetas, cum adhuc me habere non videam? & ideo opportune subiecit dicens. {Petite, & accipietis. CHRY. super Matth. Vel aliter. Quoniam ad significandam orationem quædā dederat eis mandata dicens. {Nolite iudicare,} competenter adiungit. {Petite, & dabitur vobis.} Quasi dicat, Si hanc clementiā seruaueritis ad inimicos, quicquid clausum vobis videtur. {Pulsate, & aperietur vobis.} Petite ergo præcibus, die ac nocte orantes, quærite studio, & labore: nec enim laborantes circa scripturas acquirimus scientiam sine gratia Dei, nec gratiam acquirimus, nisi studuerimus, ne donum Dei negligentibus detur. Pulsate autem oratione, & ieiunijs, & eleemosynis. Sicut enim qui pulsat ostium non tantum voce clamat: sed manu, sic & qui bona opera facit pulsat operibus bonis. Sed dices: Hocipsum peto, vt sciam, & faciam: quomodo ergo possum facere priusquàm accipiam? Sed quod potes fac, vt amplius possis, & quod scis serua, vt amplius scias. Vel aliter: Cum dixisset supra omnibus, vt indulgerent inimicis, & postea prohibuerit, ne sub obtentu dilectionis sancta canibus darent, nunc dat eis bonum consilium, vt petant Deum pro illis, & dabitur eis, quærant eos qui perierant in peccatis, & inueniente. Pulsent eos qui in erroribus sunt conclusi, & aperiet eos Deus, vt habeat sermo eorum ad animas eorum ingressum. Vel aliter. Quòd maiora erant mandata superius posita, quam virtus humana, trasmittit eum ad Deū, cuius gratiæ nihil impossibile est dicens. {Petite, & dabitur vobis} vt quod ex hominibus consummati non potest, per gratiam Dei adimpleatur. Cum enim alia animalia Deus muniuerit, veloci pedum cursu, aut velocibus pennis, aut vngulis, aut dentibus, aut cornibus, hominem solum sic disposuit, vt virtus illius sit ipse, vt infirmitatis suæ necessitate coactus, semper necessarium habeat Dominum suum. GLO. Petimus autem fide, quærimus spe, pulsamus charitate. Primum petere debes, vt habeas: post quærere, vt inuenias: inuēta obseruare, vt intromeas. REMI. Vel aliter. Petimus orando, quærimus recte viuendo; pulsamus perseuerando. AVG. de Sermone Domini in monte: Lib. 2. c. 33. Petitio autem pertinet ad impetrandam sanitatem animi, vt ea q̄ præcipiuntur, implere possim⁹: inquisitio autem ad inueniendā veritatem. Sed cum quisque veram viam inuenerit, perueniet ad ipsam possessionē, quæ tantum pulsanti aperietur. AVG. in Lib. Retract. Operose quidem ista tria quid inter se differant, sic exponendum putaui: sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. vnde postea concludit dicens: {Dabit bona petentibus se.} CHRY. in Homil. Per hoc ergo, q̄ addidit. {Quærite, & pulsate} cum instantia multa, & robore peti iussit. Qui enim quærit, omnia alia proijcit a mente, & ad illud solum aspicitur quod quæritur. qui autem pulsat, cum vehementia, & feruida mente venit. CHRY. super Matthæ. Quia uero dixerat: {Petite, & accipietis} ne forte peccatores audientes dicerent: ad hoc Dns dignos hortatur: nos autem indigni sumus, ideo repetit, ut tam iustis, quām peccatoribus misericordiam Dei commendet. Et ideo dicit. {Omnis qui petit, accipit,} idest siue iustus sit, siue peccator: tamen petere non dubitet, ut constet neminem sperni, nisi qui petere dubitauit a Deo. non enim credibile est, ut opus pietatis quod exhibetur beneficiendo inimicis Deus iniungat hominibus: ipse autem non faciat cum sit bonus. AVG. super Ioannem. Vnde peccatores exaudit De⁹. Tract. 44. Si enim peccatores non audiret, frustra Publicanus dixisset: Domine propitius esto mihi peccatori, & ex ista confessione meruisset iustificationem. PROSP. in Lib. Sentent. Aug. Fideliter autem supplicans Deo pro necessitatibus huius uitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile, magis nouit medicus, quàm ægrotus. Si autem id postulat quod Deus, & præcipit & promittit, fiet omnino quod petit, quia accipiet charitas quod petit ueritas. AVG. ad Paulinum, Epist. 43. & Therasiam: Bonus autem Dominus, qui non tribuit sæpe quod uolumus, ut quod malimus attribuat. AVG. de Serm. Domini. Lib. 2. c. 33. Perseuerantia etiam opus est, vt accipiamus quòd petimus. AVG. de Ver. dom. Cum enim Deus aliquando tardius dat, commendat dona, non negat: diu desiderata, dulcius obtinentur: cito autem data, uilescunt. Pete ergo & quære iusta. Petendo enim & quærendo, crescit appetitus ut capias. seruat tibi Deus quod non vult cito dare, ut tu discas magna magne considerare, ideo oportet semper orare, & non deficere. Serm. 5.

e ¶ AVG. de Ser. Domini. Sicut in superioribus egit de uolatilibus cœli, & de lilijs agri, ut spes de minoribus ad maiora consurgeret: ita & in hoc loco, cum dicit. {Aut quis ex uobis homo.} CHRY. super Matthæum: Ne forte aliquis considerans quanta est differentia inter Deum, & hominem, & ponderans peccata sua dum desperat impetrare, nec incipiat petere, patrum & filiorum similitudinem introduxit, ut si propter peccata nostra desperam⁹, propter paternam bonitatem dei speremus. CHRY. in Hom. Duo autem oportet adesse oranti, & petere uehementer, & quę oportet petere. Hæc autem sunt spiritualia. etenim Salomon, qa petijt quod petere oportebat, uelociter accepit. CHRY. super Matth. Quæ autem petere oportet sub similitudine panis, & piscis ostendit. Panis enim est uerbum de notitia Dei patris. Lapis, est omne mēdacium quod habet scandalum offensionis ad animā; REMI. Piscem autem possumus intelligere uerbum de Christo: Serpentem autem, ipsum diabolum. Vel per panem, intelligitur doctrina spiritualis: per lapidem, ignorantia: per piscem, unda baptismatis sacri: per serpentem, astutia diaboli, siue infidelitas. RABA. Vel panis, qui est communis cibus, charitatem significat, sine qua aliæ uirtutes, nihil ualent. Piscis, significat fidem, quæ ex aqua baptismatis orta est, & in medijs fluctibus huius uitæ pulsatur, & tamen uiuit. Lucas autem addidit tertium, scilicet ouum, quod est spes animalis. unde spem significat. Contra charitatem ponit lapidem. i. odij duritiam: contra fidem, serpentem. i. perfidię uenenum: contra spem, scorpionem. i. desperationem, quæ tetro pungit, sicut scorpio. REMI. Est ergo sensus. Non est timendum, quòd si petamus a Deo patre panem. i. doctrinam, vel charitatem, quòd potrigat lapidem. i. q̄ permittat cor nostrum cōstringi aut frigore odiorum, aut duritia mentis. vel si q̄ petierimus fidem, ipse nos permittat perire veneno infidelitatis. vnde sequit. {Si ergo vos, cum sitis mali.} CHRY. in Homil. Hæc autem dixit, non detrahens humanæ naturæ, neque malum confitens omne genus humanum, sed ad differentiam bonitatis suæ, dilectionem Hom. 24. paternam

paternam malitiam vocans,tanta est superabundantia amoris ipsius ad homines. Quia quantũ ad comparationem Dei, qui solus singulariter bonus est,oẽs mali videnť, sicut ad comparationẽ Solis oẽ lucidum videtur obscurum. HIERO. Vel forte Apl'os malos dixit, quia sub Apl'orum persona omne hoĩum genus damnať, cuius ab infantia cor ad malum appositum est, vt in Genesi legiť. nec mirũ, huius sæculi hoĩes dici malos,cum & Apl'us memoret, qm̃ dies mali sunt. AVG. de Ser. Dñi. Vel malos appellauit huius sæculi dilectores.vnde & bona quæ dant, secundum eorum sensum bona dicenda sunt,quia hoc pro bonis habent,quanq̃ & in rerum natura, ista bona sint.ſ.tpalia. Et ad istam vitam infirmã pertinentia.

f Omnia ergo,quęcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex,& Prophetæ. g Intrate per angustam portã, quia lata porta, & spaciosa via

Serm. 5. AVG. de Ver.do.Bonum.n.quod facit bonos,Deus est. Aurum, & argentum bonum est,non q͂ te faciat bonum,sed vnde facias bonũ. Mali ergo cum simus,& bonum p̃rem habeamus,non semp ma-

Lib.2.c.33. li remaneamus. AVG. de Ser.Dñi.Si ergo cum simus mali,nouimus id dare quod petimus:quanto magis sperandum est daturum Deum nobis bona petentibus? CHRY. super Matth. Qm̃ aũt non oĩa petentibus præstat,sed bona tantũmodo:ideo conuenienter addidit,bona. GLO. A Deo.n.non nisi bona percipimus,qualiacũq; nobis videanť: oĩa.n.dilectis in bonũ cooperanť. REMI. Et sciendũ,q͂ vbi Matthæus sic dicit:Dabit bona: Lucas dicit: Dabit spiritum bonum,sed non debet videri contrarium, quia cũcta bona quæ homo a Deo accipit:per g̃ram Spiritussancti dantur.

Lib.2.c.34. f ¶ AVG. de Ser.Dñi.Firmitas quædã, & valentia ambulandi p sapiæ viam in bonis moribus constituta est, quibus perducũtur hoĩes vsque ad mundationem,& simplicitatem cordis,de qua iam diu loquens,ita concludit:Oĩa quæcũq; vultis.Nemo.n.est,qui velit quẽquam duplici corde secum agere. CHRY. super Matth. Vel aliter:Supra pp sanctificandã oronem mandauit,vt non iudicent hoĩes eos,qui peccant in ipsos.Et quia ab ordine narrationis suæ recedens introduxit alia quædã, nunc ad mandatum quod cœperat rediens ait. {Oĩa quæcũq; vultis}.i.non solum mando: nolite iudicare,sed & oĩa quæcũq; vultis,vt faciãt vobis hoĩes,& vos facite eis:& tũc impetrabiliter poteritis orare. GLO. Vel aliter: Oĩum bonorum spũaliũ distributor est Spũssanctus,vt opera charitatis impleanť.vnde subdit.{Oĩa ergo.}CHRY. in Hom.Vel aliter:vult Dñs demonstrare,qm̃ oportet hoĩes & superius inquirere auxilium,& quæ a seipsis sunt simul inferre.vnde cum dixisset.Petite,quærite,& pulsate,docet aperte ipsos hoĩes studiosos esse:& ideo subdit:{Oĩa quæcũq;.} AVG. de Ver.do. Vel aliter: Promiserat se Dñs petentibus bona largiturum.Vt aũt ille agnoscat mendicos suos,agnoscamus & nos nostros. Excepta.n. substãtia facultatum,tales sunt,qui petũt,quales a quibus petũt. Quã frontem habes petendi ad Deum tuum, qui non agnoscis patrem tuum?Hinc est quòd Prouer.dr̃.Qui obturat aurẽ suã ad clamorẽ pauperis,& ipse clamabit,& non exaudietur.Quid aũt petenti pximo debeamus impendere,vt & ipsi audiamur a Deo:ex hoc considerare possumus,quòd ab alijs volumus nobis impendi. Et ideo dixit. {Oĩa ergo quæcũq; vultis.} CHRY.in Homil.Nõ simpliciter dicit oĩa,sed addidit.{ ergo,}quasi dicat.Si vultis audiri cum illis,quæ dixit,& hæc facite. Non aũt dixit : Quæcumq; vis effici tibi a Deo,hæc fac ad proximũ,vt non dicas qualiter hoc est possibile:sed ait: Quæcũque volueris effici tibi a conseruo: hæc & circa

Lib.2.c.34. proximum ostende. AVG. de Ser.Dñi.Quidam latini Codices habent additum,Bona,quod additum puto ad manifestationẽ sententiæ. Occurrebat.n.q͂ si quisquã flagitiose aliquid erga se fieri velit,& ad hoc referat istam sententiam, vt hoc prior illi faciat a quo sibi fieri cupit,ridiculum est hunc putare istam implesse sententiam. Intelligendum est aũt perfectam esse sententiam, etiam si hoc non addatur.Quod.n.dictum est.{Oĩa quæcũq; vultis:}Nõ vsitate ac passim:sed proprie dictum accipi oportet. Voluntas nãque non est,nisi in bonis: nam in malis cupiditas proprie dicitur, non voluntas, non quia sic semper loquantur scripturæ, sed vbi oportet:ibi omnino proprium verbum tenent, vt non aliud intelligatur.

Serm. 6. CYPRI.de Orone dñica. Cum aũt Dei verbum Dñs Iesus Christus oĩbus venerit,pceptorum suorũ fecit grande compendium,cum dixit.{Quæcũque vultis, vt faciant vobis hoĩes, & vos facite eis. vnde subdit. { Hæc est enim lex, & Prophetæ. } CHRY. super Matth. Nam quæcumque lex,& Prophetæ sparsim in oĩbus præceperunt scripturis,in hoc compendioso continẽtur mandato, quasi innumerabiles arborum rami in vna radice.

Cap.6. GREGO. x. Moral.Qui.n.cogitat,vt ea alteri faciat, quæ ipse sibi ab altero fieri expectat,pensat nimirum,vt malis bona, & bonis meliora reddat. CHRY. in Homil.Vnum manifestum est, etiam qm̃ ex nobis quæ deceant oẽs scimus,& non est possibile ad

F ignorantiam refugere. AVG.de Ser.Dñi. Videtur autem hoc p̃ceptum ad dilectionem proximi pertinere: non aũt ad Dei, cum in alio loco duo esse præcepta dicat,in quibus lex pendet, & Prophetæ,cum aũt hic non addit,tota lex,quod ibi addidit, seruauit locum alteri præcepto,quod est de dilectione Dei. Lib.2.c.35 AVG. 8. de Trini. Cap.7. Vel aliter:Ideo scriptura tantum dilectionẽ proximi cõmemorat, cum dicit. { Omnia quæcumq; vultis.}quia qui proximum diligit, consequens est,vt & ipsam præcipue dilectionẽ diligat: Deus autem dilectio est. Consequens est ergo,vt præcipue diligat Deum.

est,q̃ ducit ad pditionẽ,& multi sũt q intrãt p eã. Quàm angusta porta,& arcta via est, q̃ ducit ad vitã,& pauci sunt q inueniũt eã. h Attendite a falsis Prophætis, qui veniunt ad vos in vestimen-

G Lib.2.c.35. g ¶ AVG.de Ser.do.in mon.Admonuerat superius Dñs ad habendum cor simplex,& mundum,in quo quæritur Deus:sed quia hoc paucorum est,iam incipit de inuestiganda sapientia loqui,cui inuestigandæ, & contemplandæ talis oculus p omnia superiora perductus est, quo videri iã possit arcta via,& angusta porta. vnde subdit.{Intrate per angustam portam.} GLO. Vel aliter : Et si difficile sit,vt alij facias , quod tibi vis fieri:tamen sic faciẽdum est, vt intremus per angustam portam. CHRY. super Matthæum: Vel aliter: Tertia hæc conuenientia ad iustitiã,ieiunijs pertinet, vt sit ordo narrationis talis: Tu aũt cum ieiunas, vnge caput tuũ, & postea sequitur.{ Intrate per angustam portam.} Præcipue.n. tres sunt naturales passiones,& intimę carnis: primo esca & pot⁹: deinde amor viri ad mulierem: tertio loco somnus,& ideo graui⁹ est eas a natura carnali præcidere q̃ cæteras passiones. Et ideo nullius passionis abstinentia sic sanctificat corpus,sicut q͂ homo sit ca- H stus,ieiunus,& in vigilijs perseuerans: ergo propter oẽs has iustitias,& præcipue propter laboriosissimum ieiunium,dicit.{Intrate per angustam portam.} Porta perditionis est diabolus, per quẽ introitur in gehennam. Porta vitæ est Christus,per quem introit in regna cœlestia. Lata autem porta dr̃ esse diabolus,non magnitudine potestatis extensus,sed effrenatę superbiæ licentia dilatatus. Porta aũt angusta dr̃ Christus non paruitate potestatis exiguus; sed humilitatis ratione collectus,quia quem totus non capit mũdus: seipsum intra angustias vteri virginalis inclusit. Via autem pditionis est omnis iniquitas. Dicitur autem spaciosa,quia non est intra regulã disciplinæ inclusa,& ambulantes in ea quicquid eos delectauerit:hoc sequũtur. Via autẽ vitæ dicitur esse omnis iustitia,& propter contrarias causas esse arcta. Consideradum autem, quia nisi quis ambulauerit per viam,non potest peruenire ad portam.Qui enim non ambulant per viam iustitiæ: impossibile est vt uere Christum cognoscant. Similiter nec incurrit in manus I diaboli,nisi quia in uia ambulat peccatorum. GREG.super Ezechielem. Quàmuis autem charitas sit lata: tamen per angusta & ardua homines ducit a terra: Satis angustum est omnia prætermittere unum solum diligere, prospera non ambire, aduersa non timere. Hom.24. CHRY. in Hom. Sed cum postea dicat:{ Iugum meum suaue est,& onus meum leue.} qualiter hic angustam esse viã ait, & arctã? sed & hic monstrat eam leuẽ esse,& suauem:qm̃ uia est,& porta est sicut & altera,q̃ lata & spaciosa dr̃: ipsa uia & porta est, horum aũt nihil mansurum est:sed oĩa pertranseunt.Transire autem labores, & sudores, & in bonum finem deuenire .ſ. in uitam, sufficiens est mitigare eos,qui agones patiuntur.Si enim tempestates nautis,& uulnera militibus leuia sunt propter spem præmiorum pereuntium,multomagis cum cœlum præiacens fuerit & immortalia præmia,nullum aliquis sentiet imminentium periculorum. Sed & hoc ipsum,quòd illam arctam uocauit, maxime ad faciendam illam facilem conferebat: per hoc siquidem ut semper ui- K gilarent admonuit. hoc.n.Dñs dicit erigens nostrum desiderium. Qui.n.in agone certat,cum uiderit principem admirantem labores agonum animosior fit. Ne igitur mœsti sim⁹ cum multa nobis hic contigerint tristia,quia arcta est uia,sed non ciuitas,ideo neq; hic quietem oportet expectare,neque ibi triste aliquid præstolari. Dicens aũt,qm̃ pauci sunt qui inuenerunt eam, rursus hic multorum desidiam significauit, & audientes erudiuit non multorum prosperitatibus attendere: sed paucorum laboribus. HIERO. Significanter igitur de utraque via locutus dixit,q͂ per latã multi ambulañt, angustam pauci inueniunt. latam enim non quærim⁹, nec inuentione opus est. qa sponte se offert,& errantium uia est. angustã uero,nec omnes inueniunt,nec qui inuenerint:statim ingrediuntur per eam. Siquidem multi inuenta ueritatis uia, capti uoluptatibus sæculi de medio itinere reuertuntur. h ¶ CHRY.super Mat.Supra mandauerat Apostolis Dñs, ne eleæmosynas,orationes,& ieiunia coram hoĩbus,sicut hypocritæ, faciãt, & ideo ad cognoscendũ,quia hæc omnia in hypocrisi fieri possunt,loquitur dicens:{Attendite a falsis Prophetis.} AVG. de Ser.Dñi.Vel aliter: Cum dixisset Dominus paucos esse qui in-

ueniunt

ueniunt angustam portam,& arctam viam, ne hæretici,qui plerũque se sub nomine paucitatis commendant, se nobis supponant, Hom. 42. statim subiicit dicens. {Attendite a falsis Prophetis.} CHRY. in Homil.Vel aliter: Quia dictum est, q͂ angusta est porta: sed & multi sunt,qui peruertunt eam quæ illuc fert viam, ideoque induxit.{Attendite a falsis Prophetis}In quo vt maiorem sollicitudinem habeant,meminit eorum, qui in patrib⁹ eorũ facta sunt, falsos Prophetas vocãs: etenim tunc talia contigerũt. CHRY. super Matthæ.Quod autẽ scriptum est infra. Quia lex,& Prophetæ vsque ad Ioannem dicitur quia prophetia de Christo,non erat futura post eum. Prophetæ autem & B fuerunt,& sunt: sed non qui prophetarent de Christo, sed qui interprætarentur ea quæ de Christo ab antiquis fuerant prophetata,idest Doctores ecclesiarum: nec enim potest quis propheticos interpræsari sensus, nisi per spiritum prophetiæ.Sciens ergo Dominus futuros esse falsos Doctores,hæresum diuersarum admonet dicens. {Attendite a falsis Prophetis. Quia enim non erant futuri manifesti Gentiles,sed absconditi sub nomine Christiano non dixit: Aspicite, sed { Attendite.} vbi enim res certa est : aspicitur, idest simpliciter videtur. vbi autem incerta,attenditur, idest caute consideratur. Item dicit.{Attendite,}quia firma tutela salutis est scire quem fugias. Non autem sic admonet { Attendite} quasi inuito Deo diabolus hæreses introducat,sed eo permittente,quia enim non sine iudicio vult seruos suos habere: ideo misit tentationem,quia vero non vult eos per ignorantiam perire,ideo præmonet.Ne autem aliquid hæreticus Doctor dicat,quia non dixit vos C falsos Prophetas,sed Gentilium,& Iudæorum Doctores,ideo addidit. { Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. } Oues enim Christiani dicuntur. vestimentum aũt ouile est species Christianitatis,& simultatę religionis. nulla autem res sic exterminat bonum,sicut simulatio Nam malum sub specie boni celatum : dum nou cognoscitur,non cauetur. Et ne adhuc dicat hæreticus, quia de veris Doctoribus loquitur,qui tamen peccatores sunt: ideo addit.{Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.} Catholici autem Doctores,etsi fuerint peccatores, serui quidem carnis dicuntur: non tamen lupi rapaces,quia non habent propositum perdere Christianos. Manifeste ergo de hæreticis Doctoribus dicit, quia eo pposito speciem Christianorum suscipiunt,vt Christianos iniquo seductionis morsu dilanient,de quibus dixit Apostolus. Scio qa post discessum meum, intrabunt in vos lupi graues,non parcentes gregi. CHRY. in Homil. Sed tamen videtur falsos Prophetas hic non hæreticos insinuare,sed eos quidem,qui vitæ sunt corru- D ptæ, sed facie quidem virtutis induuntur, vnde dixit.{ A fructibus eorum, cognoscetis eos. Apud hæreticos enim est multoties, Lib.2.c.38. & vitam inuenire,apud hos autem quos dixi,nequaquam. AVG. de Serm.Do. Vnde rectissime quæritur: quos fructus nos attendere voluerit. multi enim quædam in fructibus deputant, quæ ad vestitum ouium pertinent,& hoc modo de lupis decipiuntur: secuti enim sunt vel ieiunia,vel eleæmosynas,vel orationes, quæ p̃tendunt hominibus:placere cupientes eis,quibus ista difficilia videntur. Hi ergo non sunt fructus,de quibus cognosci istos monet. Ista enim quæ cum bono animo fiunt : sunt proprie ouibus vestes: cum autem malo in errore non aliud quàm lupos tegunt, sed non ideo debent oues odisse vestimentum suum, q͂ plerumque illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus,quibus cognoscamus arborem malã ? dicit Apostolus. Manifesta sunt opera carnis,quę sunt, fornicatio ,immunditia. Qui vero sunt fructus quibus cognoscamus arborem bonam?idem Apostolus ostendit dicens :Fructus au- E tem spiritus sunt,charitas,gaudium, pax. CHRY. super Matth. Fructus etiam eius ouis, est confessio eius fidei. qui enim secundũ Deum vocem humilitatis & verę confessionis emittit,ouis est,qui autem contra veritatem blasphemijs vlulat contra Deum, lupus est. HIERO. Et sic ergo potest de omnibus intelligi, quod hic de falsis Prophetis dicitur,qui aliud habitu, ac sermone promittunt,aliud opere demonstrant: specialiter de hæreticis intelligendum videtur,qui videntur continentia , ac ieiunio quasi quadam pietatis veste se circundare; intrinsecus autem habentes animum venenatum,simpliciorum fratrum corda decipiunt. AVG. de Lib.2.c.39. Sermo.Domini in monte. Sed ex operibus conijci potest, vtrum exteriorem cultum ambitione aliqua faciant. Cum enim cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa,vel subtrahi,vel negari, quæ isto valamine,vel consecuti sunt,vel consequi cupierunt:tunc necesse est vt appareat,vtrum lupus in ouina pelle sit,an ouis in sua? Cap.11. GREG. 31. Moral. Hypocrita etiam sanctæ ecclesiæ pace præmitur,iccirco ante oculos nostros religione vestitur. Siqua vero

tis ouium : intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis, ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit.

A fidei tentatio erumpat,statim lupi mẽs rabida habitu se ouinæ pellis expoliat, quantumque contra bonos sęuiat, persequens demõstrat. CHRY. in Homil.Facile etiam hypocritæ capiuntur: via enim quam iussi sunt ambulare,laboriosa est. hypocrita autem laborare non vtique eliget. Deinde vt non dicas: quoniam impossibile est cognoscere tales: rursum rationẽ ab humano exemplo ponit dicens:{ Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?} CHRY. super Matth. Vua in se mysterium Christi habet,sicut enim botrus multa in se gra-

Non potest autem arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona,malos fructus facere. Omnis arbor,quæ non facit fructum bonum, excidetur , & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

B na ligno mediante suspendit: sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Ficus autem est ecclesia, quæ multos fideles tenet dulci quodam charitatis amplexu,sicut ficus multa grana vno tegmine tenet inclusa. Sunt ergo ficus signa hæc, charitatis quidem in dulcedine,vnitatis autem in coniunctione granorum. In vua autem patientiæ quidem signum est, quia in torcular mittitur: gaudij autem , quia vinum lætificat cor hominis: synceritatis,quia non est aqua permistum: suauitatis autem in delectatione. Spinę autem,& tribuli sunt hæretici , sicut ergo spina vel tribulus ex quacumque parte habet aculeos , sic & seruos diaboli ex qua parte consideraueris,iniquitatis pleni sunt. Non possunt ergo huiusmodi spinæ,& tribuli ecclesiasticos fructus proferre.Quod autem particulariter sub similitudine ficus & vitis, spinę & tribuli dixerat: ostendit consequenter vniuersaliter esse uerum cum dicit: { Sic omnis arbor bona fructus bonos facit:mala autem arbor,fructus malos facit.} AVG. de Sermo.Domini.In hoc autẽ Lib.2.c.36. C loco illorum error cauendus est,qui de duabus arboribus duas naturas opinantur esse:quarum una sit Dei,altera vero non. Non autem eos adiuuare duas istas arbores dicendum est,quia de hominibus eum dicere planum est,si quis præcedentia,& consequentia legerit. AVG. 12.de Ciui.Dei. Nominibus autem prædictis ipsę Cap.5. naturæ displicent: non eas considerantibus secundum vtilitatem suam, non autem ex commodo,vel incommodo nostro,sed per seipsam considerata natura dat artifici suo gloriam . Naturæ igitur omnes quoniam sunt,& ideo habent modum suum, speciem suã, & quandam secum pacem suam profecto bonæ sunt. CHRY.in Homil. Vt autem nullus dicat quoniam mala arbor fert quidem fructus malos, fert autem & bonos,& sic difficilis sit cognitio duplici prolatione existente:ideo subiungit.{ Non potest arbor bona fructus malos facere,neque arbor mala fructus bonos facere .} AVG. de Sermone Domini.Ex hoc verbo putant Manichæi, ne- Lib.2.c.36. que animam malam fieri posse,vt in melius commutetur , neque D bonam in deterius,quasi dictum sit . Non potest arbor bona mala fieri,neque mala,fieri bona.sed ita dictum est . { Non potest arbor bona fructus malos facere,}nec econuerso. Arbor quippe est ipsa anima,idest ipse homo: fructus vero opera hominis. Non ergo potest malus homo,bona operari, neque bonus, mala . Ergo si vult malus bona operari,prius bonus fiat. Quandiu autẽ quisque malus est, non potest facere fructus bonos. Sicut enim potest fieri, vt quod fuit nix,non sit:non autem ut nix sit calida: sic potest fieri ut qui malus fuit,non sit malus:non tamen fieri potest,ut malus bene faciat,quia etsi aliquando vtilis est,non hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurante. RABA. Homo autem ipse arbor bona,uel mala dicitur,propter uoluntatem bonam,uel malam. Fructus autem sunt opera,quæ nec bona malæ uoluntatis esse possunt,nec mala,bonæ voluntatis. AVG. contra Iulianum. Lib.1.c.3. Sicut autem manifestum est ex uoluntate mala, tanquam ex arbo- E re mala fructus eius fieri omnia opera mala,sic ipsam uoluntatem malam. unde dices esse exortam,nisi quia uoluntas mala Angeli ex Angelo,ex homine hominis orta est? Quid autem erant hæc duo antequam in eis ista mala orirentur,nisi bonum opus Dei,& bona,atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum , nec fuit omnino unde oriri possit,nisi ex bono, ipsam dico uoluntatem malam,quoniam nullum malum præcessit,non opera mala,quæ non sunt nisi ex uoluntate mala tanquam ex arbore mala, nec ideo tanquam ex bono potuit oriri uoluntas mala,quia bonũ factum est a bono Deo : sed quia de nihilo factum non de Deo . HIERO. Quærebamus autem ab hæreticis,qui duas in se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum , arbor bona malos fructus facere non potest, quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, Petrus quoque in passione Dominum negauerit dicens, Nescio hominem? Aut qua cõsequentia socer Moysi arbor mala,qui in Deum Israel non crede- Hom. 24. bat,dedit consilium bonum? CHRY. in Homil.Quia uero punire non iusserat falsos Prophetas,ideo terret eos secundum pœnam,quæ est a Deo dicens.{Omnis arbor, quæ non facit fructum

bonum,

Universidad de D Biblioteca

bonum, excidetur & in ignem mittetur} quibus uerbis & Iudæos insinuare videtur, ideoque verborum Ioannis Baptistæ meminit, per eadem verba pœnam eis subscribens. Etenim & ille hoc dixit ad Iudæos, instantem securim, & arborem excidendam, & ignem inextinguibilem commemorans. Siquis autem diligenter inuestigabit, duę pœnę sunt: & excidi & comburi, qui.n. comburitur, & a regno excideť oino, q̃ pœna difficilior est: multi auté gehennã solum abhorrent, ego auté casum illius gloriæ multo amarioré pœnam, quàm ipsius gehennæ supplicium

i Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnũ cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nũquam noui vos. Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.

esse dico. Quod enim paruum, vel magnum malum non susciperet pater, vt videat & potiatur dulcissimo filio? hoc itaque in gloria illa putemus. non.n. aliquis filius ita suauis est patri, vt illorum bonorũ requies, & dissolui & esse cum Christo. Intolerabilis quidé pœna est, & gehẽna, sed siquis decé mille ponat gehẽnas, nihil tale dicit, quale est a beata gloria illa excideř, & odio haberi a Christo. GLO. Ex præmissa aũt similitudine concludit, qđ supra iam dixerat quasi manifestũ, dicens: Igiť ex fructibus eorũ cognoscetis eos. i ¶ HIERO. Sicut supra dixerat eos, qui habent vestem bonæ vitæ, non recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nunc econtrario asserit, nec his quidem accomodandam fidem, qui cum polleant integritate doctrinæ, malis operibus destruunt. vtrumq; enim Dei seruis necessarium est, vt & opus sermone, & sermo operibus comprobetur: & ideo dicit. {Non omnis qui dicit mihi: Dñe Hom.25. Dñe, intrabit in regnum cœlorum.} CHRY. in Homil. Vbi Iudæos maxime tangere videtur in dogmatibus omnia ponentes. vnde & Paulus eos incusat dicens. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege. CHRY. super Matthæ. Vel aliter: qm̃ falsos Prophetas, & veros ex fructibus eorum docuit discernẽdos: hic iam manifestius docet, qui sunt fructus, quibus discernuntur Lib.2.c.39 probi Doctores, & reprobi. AVG. de Ser. Domini. Cauendum enim est in ipso Christi noie ab hæreticis, vel quibuslibet male intelligentibus, & sæculi huius amatoribus, ne decipiamur, & ideo dicit. {Non omnis qui dicit mihi Domine Domine.} Sed merito potest mouere, quomodo huic sententiæ conueniat illud Apostoli: Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritusancto. Non enim possumus dicere illos, qui non intrant in regnum cœlorum habere Spiritumsanctum. Sed Apostolus proprie posuit hoc verbum, Dicit, vt significet voluntatem, atque intellectum dicentis. Ille enim proprie dicit, qui voluntatem, ac mentem suam sono vocis enunciat. Dominus autem generaliter hic posuit verbum dicendi. videtur enim etiam ille dicere, qui nec vult, nec intelligit quod dicit. HIERO. Moris est enim scripturarum dicta pro factis accipere, secundum quem sensum dicit Apostolus: In exp.1.ad Co.cap.12. Confitentur scire Deum, factis autem negant. AMBRO. Omne etiam verum a quocumque dicatur: a Spiritusancto est. AVG. de Lib.2.c.39. Serm. Domini. Non ergo putemus ad illos fructus, de quibus supra dixerat pertinere, siquis Domino nostro dicat {Domine Domine} & ex eo nobis arbor bona videatur: sed illi sunt fructus, facere voluntatem Dei. vnde sequitur. {Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. HILA. Cœlestis enim regni iter, obedientia voluntatis Dei: non nuncupatio repertura est. CHRY. super Matthæum: Quæ autem est voluntas Dei, ipse Dominus docet. Hæc est, inquit voluntas eius, qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Credulitatis autem verbum, & ad confessionem respicit, & ad actum. qui ergo non confitetur, aut non conuersatur secundum verbum Christi, non intrabit in regnum cœlorum. CHRY. in Homil. Non autem dixit. Qui facit voluntaté meã: sed {Patris,} quoniam interim conueniens erat prius hoc suscipi ad imbecillitatem eorum: sed & per hoc illud occulte insinuauit: non est enim alia voluntas filij, quàm quæ est Patris. AVG. de Lib.2.c.40. Serm. Domini. Illud autem ad rem pertinet, ne decipiamur, nó solum nomine Christi per eos qui nomen habent, & facta non agũt: sed etiam quibusdam factis, atque miraculis, qualia propter infideles cum fecerit Dominus, monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilem sapientiam, vbi miraculum visibile videmus. Vnde adiungit, & dicit. {Multi dicent mihi in illa die.} CHRY. in Hom. Vides qualiter latenter iam seipsum introducit. Quia enim omnem compleuit sermonem, monstrat seipsum iudicem esse. Quæ enim pœna expectat eos qui peccant: iam ante monstrauit. Quis autem est qui punit: hoc iam reuelat, dicens. {Multi dicent mihi in illa die.} CHRY. super Matthæ. Quando, scilicet venerit in maiestate Patris sui, quando iam nemo ausus est garrula contentione sermonum, aut mendacium defendere, aut cõtradicere veritati, quando opera singulorũ loquentur, &

F ora tacebunt, nec alter pro altero interuenit, sed singuli ibi timebunt. In illo enim iudicio non erunt testes adulatores homines, sed Angeli veraces, iudex autem Dominus iustus. vnde proprie timentium hominum, & angustias patientium, vocem expressit, dicens. {Domine Domine.} Non enim semel sufficit illi dicere Domine, quem necessitas timoris astringit. HILA. Gloriam autem sibi ex verbi intentione præsumunt in doctrinæ prophetia, & dæmoniorum fuga, & operum virtutibus, atque hinc sibi regnũ cœlorum pollicenť, dicẽtes. {Nonne in nomine tuo prophetauimus?} CHRY. in Homil. Sed sunt quidam qui dicunt, quoniam mentientes hi hoc dixerunt: ideo saluati non sunt, sed non auderent iudice præsente ad ipsum hoc dicere. Sed & ipsa responsio, & interrogatio ostendit eos talia fecisse. Quia enim hic mirabiles erant apud omnes miracula facientes: illic autem vident seipsos punitos, admirantes dicunt. {Domine, nonne in nomine tuo.} Quidam autem dicunt, quoniam non in tempore, in quo hæc miracula faciebat, iniqua agebant, sed postea. Sed si hoc erit, rursus quod Dominus volebat monstrare, non constat. q; scilicet neque fides, neque miracula valent: bona vita non existente, quod & Paulus dicit. Si habuero fidem, vt montes transferam, charitatem aũt non habuero, &c. CHRY. super Matthæ. Sed considera, quia in nomine dicunt, non in spiritu. prophetant enim in nomine Christi, sed in spiritu diaboli: quales sunt diuinatores. Sed sic discernuntur, quoniam diabolus interdum falsa dicit, Spiritussanctus nunquam. Concessum est autem & diabolo interdum vera dicere, vt mendacium suum rara veritate commendet. Dæmonia autem eijciunt in nomine Christi habentes spiritũ inimici: Magi autem non eiiciunt, sed eiicere videntur colludentibus sibi dæmonibus. faciunt & uirtutes, idest miracula, non utilia & necessaria, sed inutilia & uacua. AVG. de Serm. Domini. Lib.2.c.40. Legant enim quanta fecerint resistentes Moysi Magi Aegyptiorũ. HIERO. Vel aliter: Prophetare, uirtutes facere, & dæmonia eiicere etiam diuina uirtute, interdum non est eius meriti qui operatur, sed uel inuocatio nominis Christi hoc agit, uel ob condemnationem eorum qui inuocant, aut utilitatem eorum qui uident & audiunt conceditur, ut licet homines despiciant signa facientes: tamen Deum honorant, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. nam & Saul, & Balaam, & Cayphas prophetauerunt, & in Actibus Apostolorũ filii Sceuæ uidebantur eiicere dæmonia, & Iudas Apostolus cum animo proditoris multa signa inter cæteros Apostolos fecisse narratur. CHRY. in Homil. Quia enim non omnes ad omnia apte se habebant: sed hi quidem erant uitæ puræ, fidem autem non tantam habebant: hi autem contrarium: ideo Deus illos per hos conuertebat, ut multam ostenderẽt fidem: hos autem per hoc ineffabile signorum donũ, ut fierent meliores euocabat. unde & cum multa copia hanc gratiam eis dabat. Dicent enim. {Virtutes multas fecimus.} Sed quia circa eum, qui eos ita honorauit, ingrati facti sunt, recte sequitur. {Tunc cõfitebor illis, quia nunquam noui uos. HIERO. Signanter dicit, tunc confitebor, quia multo tempore ante dicere dissimulauerat. CHRY. super Matthæum. Grandem enim iram, grandis dilatio præcedere debet, quæ iustius facit Dei esse iudicium, & digniorem interitum peccatorum. Sciendum autem, q; peccatores nescit Deus, quia nó digni sunt, ut cognoscantur a Deo: non quia omnino ipsos nó cognoscat: sed quia suos esse illos non cognoscit. Sed uidetur eos nó cognoscere, qui quia nó eos diligit: sicut etiam non uidentur Deũ cognoscere non colunt eum digne. CHRY. in Homil. K Dicit autem eis. {Numquam noui uos.} quasi non solum in tẽpore iudicij, sed neque tunc cum miracula faciebatis. multos enim & hic iam odio habet, & ante punitionem auertit. HIERO. Obserua etiam hoc quod dicit. Numquam noui uos, esse contra quosdam dicentes, q; omnes homines semper conuersati sunt inter rationabiles creaturas. GREG. 20. Moral. Hac autem sententia Cap.8. datur intelligi, q; in hominibus charitas, humilitas: non autem debeant uirtutũ signa uenerari. unde autem nunc sancta ecclesia, etiã siqua sunt hæreticorum miracula, despicit, quia hæc sanctitatis specimẽ non esse cognoscit. Probatio quidem sanctitatis non est signa facere, sed proximum ut se diligere: de Deo uera, de proximo Lib.2.c.4. meliora, quàm de seipso sentire. AVG. contra aduersarium legis, & Prophetarum: Absit autem, ut secundum Manichæos ista de Prophetis sanctis Dominus dixerit: sed dictum est de his, qui post eius euangelium prædicatum in eius nomine sibi loqui uidẽtur, nescientes quid loquantur. HILA. Sic autem hypocritæ gloriati sunt, quasi aliquid proprium sit quę loquũtur, aut faciũt, & non omnia uirtus Dei inuocata perficiat, cuius doctrinæ scientiam

tiam

tiam lectio afferat: dæmoniorum fugam Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, malum omne vitemus, agamusq; potius quod vult, q̃ quod potestate gloriemur. Repudians igitur eos, ac expellens propter opera iniquitatis dicit: Discedite a me qui operamini iniquitatem. HIERO. Non dixit, qui operati estis iniquitaté, ne videretur tollere pœnitentiam: sed qui operamini. i. qui vsq; in præsentem horam cum iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem, peccandi: tamen adhuc habetis affectum. CHRY. in Homil. Nã mors qdé aiam a carne separat: aĩæ aũt ppositũ nó immutat.

k Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ędificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petrã. Et omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.

l Et factum est, cum consummasset Iesus verba hæc: admirabantur turbæ super doctrina ei⁹. Erat enim docens eos, sicut po-

k ¶ CHRY. in Homil. Quoniam quidam futuri erant, quę dicta sunt a Domino admirantes: ostensionem autem quæ est per opera non tribuentes, sed præueniens eos terret, dicens. {Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea: assimilabitur viro sapienti.} CHRY. super Matth. Non autem dixit: Aestimabo eum qui audit & facit virum sapientem: sed assimilabitur viro sapienti. ergo qui similatur homo est; cui autem assimilatur? Christo. Christus autem est sapiens vir, qui ædificauit domum suam, idest ecclesiam supra petram. i. supra fortitudinem fidei. vir autem stult⁹, idest diabolus, qui ædificauit domum suam, idest omnes impios super harenam. i. inconstãtiam infidelitatis, aut super carnales hoíes qui dicuntur harena propter sterilitatem. Et quia non coherent sibi: sed sunt per diuersas opiniones dispersi, & quia sunt innumerabiles. Pluuia autem est doctrina quæ irrigat hominem. nubes auté sunt a quibus pluuia fluit. quidam a Spiritusancto excitanť, sicut Apostoli, & Prophetæ. Et quidam a spiritu diaboli, sicut hæretici. Venti aũt boni sunt spiritus diuersarum virtutũ, vel Angeli qui inuisibiliter in sensibus hominum operantur, & adducũt ad bona. Venti autem mali sunt spiritus immundi. Flumina aũt bona sunt euangelistæ, & Doctores populi: flumina mala, homines immundo spiritu pleni, & verbositate instructi: sicut Phylosophi, & cæteri sæcularis scientiæ professores, de quorũ ventre exeunt flumina aquæ mortuæ. ecclesiam ergo quam Christus fundauit, non pluuia mendacis doctrinæ corrumpit, neque diabolicus flat⁹ impellit, neque violentorum fluminum impetus mouet. Nec est contrarium, quòd quidam de ecclesia cadunt. Non enim omnes qui Christiani dicuntur, Christi sunt: sed nouit Domin⁹ qui sunt eius. Sed contra domum quam ædificauit diabolus descendit pluuia verę doctrinæ. Vẽti. i. spiritales gratiæ, aut angeli. flumina quatuor Euangelistæ, & cæteri sapientes. Et sic cecidit domus. i. Gentilitas: vt surgeret Christus, & facta est eius ruina magna, solutis erroribus conuictis mendacijs, & idolis in toto mundo destructis. Christo ergo similis est qui audit verba Christi & facit ea. ipse.n. ædificat supra petram. i. Christum qui est omne bonum, vt in quacumque specie boni aliquis ædificauerit, supra Christum ædificasse videatur, sicut autem ecclesia ædificata a Christo dirui non potest, sic talem Christianum: qui se ædificauit super Christum: nulla aduersitas deijcere potest: secundum illud: Quis nos separabit a charitate Christi? Diabolo auté est similis qui audit verba Christi, & non facit. Verba enim quæ audiuntur, & non fiunt, separata sunt, & dispersa: & ideo assimilãtur arenæ. Arena etiam est omnis malitia, vel etiam mundialia bona. Sicut autem domus diaboli destructa est, ita tales supra arenam fundati destruuntur & cadunt. Et est ruina magna si de fundamento fidei aliquid ruinæ fuerit passus Non autem si fornicatus fuerit, aut homicidium fecerit, quia habet vnde per pœnitentiã surget, sicut & Dauid. RABA. Vel ruina magna intelligenda est, qua dicturus est Dominus audientibus, & non facientibus. Ite in ignem æternum. HIERO. Vel aliter: Super arenam quæ fluida est, & in vnam copulam nó potest redigi omnis hæreticorum sermo ædificatur, vt corruat. HILA. Vel aliter: In pluuijs blandarum, & sensim illabentium voluptatum illecebras significat, quibus primum fides riuis patentibus immadescit, post quas fluuiorum procursus. i. grauiorum cupiditatum motus incurrit, vt exinde tota ventorum vis circũstantium deseuiat. i. vniuersus zabulicæ potestatis spiritus inferatur. Lib.2.c.40. AVG. de Ser. Dñi. Vel aliter: Pluuia cum in mali alicuius significatione ponitur, caliginosa superstitio intelligitur. Rumores autem hominum ventis comparantur: fluuius autem carnalibus cõcupiscentijs tanquam fluentibus super terram, & qui prosperitatibus inducitur aduersitatibus frangitur, quorum nihil metuit, qui fundatam habet domum supra petram. i. qui non solum audit p̃ceptum Domini, sed etiam facit. Et in his omnibus periculose

A subjcit, qui audit, & non facit. Non enim quisque firmat in se, quæ Dominus præcipit, vel ipse audit, nisi faciendo. Considerandum autem est, quia cum dixit: {Qui audit verba mea hæc.} satis significat istum sermonem omnibus præceptis, quibus Christiana vita formatur, esse perfectum, vt merito qui secundum ea viuere voluerint, comparentur ædificãti supra petrã. l ¶ GLO. Posita doctrina Christi, effectum doctrinæ ipsius in turbis ostendit, dicẽs. {Et factum est cũ consummasset Iesus verba hęc, admirabantur turbæ super doctrinã eius.} RABA. Cõsummatio hæc ad perfectionem verborum, & integritatem dogmatis ptinet. q̃ autem dicitur turbas admirari, aut infideles in turba significat, (qui ob hoc stupebant, quia non credebant verbis Saluatoris) aut omnes generaliter demonstrat, qui excellentiam tantæ sapientiæ in eo venerabantur. CHRY. super Matthæ. Placatus rationabiliter hominis intellectus laudem generat, victus autem admirationem. Quicquid enim digne laudare nó possumus, admiramur. Admiratio tamen eorum magis ad gloriam Christi pertinebat, q̃ ad fidem ipsorum: si enim crederent in Christum non mirarenť. Illud enim mouet admirationem quod superat facientis, aut dicentis personam, & ideo quod a Deo factum, aut dictum est, non admiramur, quia omnia minora sunt quàm Dei potentia. Turbæ autem erant quæ mirabantur. i. populus vulgaris, non principes populi qui non discendi studio audire solebant. Populus autem simplex simpliciter audiebat, sed eorum silentium si illi interfuissent suis conditionibus conturbassent, vbi enim est maior scientia, illic fortior malitia, qui enim festinat esse prior, nó est contentus esse secundus. AVG. de Con. euan. Ex eo autem quod hic di Lib.2.c.19. citur potest videri discipulorum turbam deseruisse, ex quibus illos duodecim elegerat in monte ex pluribus, quos Apostolos nominauit, quod Matthæus hic prætermisit. Solis enim discipulis in monte videtur Iesus hunc habuisse sermonem quem Matthæus interposuit, & Lucas tacet. Et deinde: cum descendisset in loco campestri, habuisse alterum similem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet. Quanquàm etiam illud possit occurrere, quòd sicut supra dictum est, Apostolis cæterisque turbis præsentibus vnum habuisse sermonem, quem Matthæus, Lucasque narrarunt diuerso narrandi modo, sed eadem veritate sententiarum, & sic planum est quod hic dicitur de admiratione turbæ. CHRY. in Hom.26. Homil. Causam autem admirationis subdit, dicens. {Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.} Si autem hanc potestatem videntes per opera Scribæ eum a se abigebant, vbi sola verba erant potestatem manifestantia, qualiter scandalizati hic fuissent? sed turbæ hoc non passę sunt. Cum enim anima beniuola fuerit, facile persuadetur a sermonib⁹ veritatis. Erat autem potestas docentis, vt multos eorum caperet & in admirationem mitteret, ita quòd propter delectationem eorum quæ dicta erant, neque tacentem dimittebant. vnde & secutę sunt eum descendentem de monte. Stupebant autem eius maxime potestatem, quia non ad alium referens, vt Prophetæ, et Moyses dixerunt, quæ dixit, sed vbique ostendit se eum esse, qui habet dominium, etenim legem ferens, continue apponebat. Ego autem dico vobis. HIERO. Quia quasi Deus & Domin⁹ ipsius Moysi pro libertate voluntatis suæ, vel ea quæ minus videbantur addebat in lege, vel commutans prædicabat in populo, vt supra legimus: Dictum est antiquis: ego autem dico vobis. Scribæ auté ea tm̃ docebant, quæ scripta sunt in Moyse, & Prophetis. GREG. Cap.13. 24. Mora. Vel singulariter Christus ex bona potestate locutus est, quia ex infirmitate mala nulla commisit. Nos autem quia infirmi sumus ex propria infirmitate pensemus quo docendi ordine infirmis fratribus consulamus. HILA. Vel in verborum virtutibus effectum potestatis metiebantur. AVG. de Ser. Do. Hoc est.n. Lib.2.c.40. quod in psalmo significatur, fiducialiter agam in eo. Eloquia Dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum, terræ probatum septuplum: propter quem numerum admonitus sum omnia ista præcepta ad septem illas referre sententias, quas in principio sermonis huius posuit. s. de beatitudinibus. Quòd enim aliquis fratri ira- Lib.1.c.20. scatur sine causa, vel racha dicat, vel fatuum eum appellet, superbissime admittitur, contra quod est vnum remedium, vt supplici animo veniam deprecetur, qui non iactantiæ spiritu infletur. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Consentit autem aduersario. i. verbo Dei reuerentiam exhiben- Lib.1.c.22. do, quisquis ad testamẽtum patris operiendum: non litibus acerbus,

bus,sed pietate mitis accesserit. Beati ergo mites,quoniam ipsi hæ F
Lib.1.c.23. reditate possidebunt terram. Quisquis etiam carnalem delectationem contra rectam voluntatẽ suam rebellare sentit,exclamet. Infælix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? & ita lugendo imploret cõsolatoris auxilium. vnde Beati qui lugẽt, quoniam ipsi consolabuntur. Quid autem
Lib.1.c.32. laborioſi cogitari potest, q̃ vt vitiosa consuetudine superanda præcidant intra se mẽbra impedientia regnum cœlorum, nec dolore frangatur, toleret in coniugali fide omnia quæ quamuis sint molestissima,crimen tamen fornicationis non habent:verum loquatur,q̃ non iurationibus crebris,sed morum probitate commendet? Sed quis tãtos labores inire audeat, nisi flagret amore iustitiæ,quasi fame,ac sitivehementi accensus? Beati ergo qui esuriunt,& sitiunt, quoniã
Lib.1.c.46. ipsi saturabuntur. Quis autem potest paratus esse ab infirmis iniurias sustinere,petenti a se tribuere,diligere inimicos,benefacere his qui se oderunt,orare pro persequentibus, nisi perfecte misericors? Beati ergo misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur. Mundũ autem cordis oculum habet, qui finem bonorũ
Lib.2.c.35. operum suorum,non in eo constituit,vt hominibus placeat, neq; vt comparet ea quæ huic vitæ sunt necessaria,neque temere aium
Lib.2.c.40. hominis condemnat,& quicquid exhibet homini,hac intentione exhibet, qua sibi vult exhiberi.Beati mundo corde, q̃n Deũ videbunt. Oportet etiã,vt per mũdum cor inueniatur arcta via sapiæ,
In fin.lib.2. cui peruersorũ hominũ decepciones obstrepunt, quas euadere est venire ad pacem sapiæ. Beati ergo pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur,sed siue iste ordo considerandus sit siue alius,facienda sunt quæ audiuimus a Domino,si volumus ædificare supra petram.

testatem habens,& nõ sicut Scribæ eorum,& Pharisęi.

CAP. VIII.

VM autem descendisset Iesus de monte,secutæ sunt eum turbæ multæ,

CAP. VIII.

HIERONY Post prædicationem,atque doctrinam, signorum offertur occasio, vt per virtutum miracula præteritus apud audientes sermo firmetur. CHRY. Quia enim quasi potestatem habens docebat, vt non æstimaretur ostensio esse hic doctrinæ modus, operibus hoc idem facit,quasi potestatẽ habens curare. Et ideo dicit. ¶ Cũ aũt descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. ORIGE.
Hom.5. in diuersos lo. Docente enim Domino in monte,discipuli erant cum ipso,quib⁹ erat datum cœlestis doctrinæ nosse secreta. Nunc autem descendẽte eo de monte,turbæ secutæ sunt eum,quæ in montem ascendere nequaquam poterant,quia quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorum sublimia scandere non valent. Descendente aut̃ Dño,hoc est inclinante se ad infirmitatem,& impotẽtiã cęterorũ, misertus est imperfectioni eorum,vel infirmitati studens ¶ secutę sunt eum turbæ multæ¶quidam propter claritatem, plerique propter doctrinam,nonnulli propter curationem, & administrationem. AIMO. Vel aliter. Per montem, in quo Dominus sedet, cœlum intelligitur,de quo scriptum est. Cœlum mihi sedes est. Sed cum Dominus in monte sedet, soli discipuli ad eum accedũt, quia antequam fragilitatis nostræ humanitatem assumeret, notus erat tantum in Iudæa Deus. At vero postquam de monte suæ diuinitatis descendit,& humanitatis nostræ fragilitatem assumpsit, magna turba nationum secuta est eum. Demonstratur autem doctoribus,vt in prædicatione sua sermonem habeant temperatum, & sicut viderint vnumquemque capere posse:ita & verbum Dei annuncient. Ascendunt enim in montem Doctores,cũ perfectioribus excellentia præcepta ostendunt,descendunt vero,cum infirmioribus leuiora demonstrant. CHRY. super Matth. Inter cæteros autem qui montẽ non ascenderant,& leprosus sursum ascendere non valebat quasi peccatorum baiulans pondus. Lepra enim est peccatum animarum nostrarum. Ideo ergo Dominus de altitudine cœli quasi de excelso monte descendit,vt lepram peccatorum
Homil.5.in diuersos lo. nostrorem mundaret. Et ideo quasi iam præparatus descendenti occurrit:propter quod dr.¶ Et ecce leprosus veniens ¶ ORIGE. Deorsum currit,& in monte nihil dicit,quia tempus est omni rei sub cœlo tempus doctrinæ,& tẽpus curationis. In monte docuit: animas curauit,corda sanauit,quibus completis,sicut de cœlestibus montibus ad saluandos carnales descendente,venit ad eum leprosus,& adorabat eum antequam peteret,adorare cœpit,cultum ostendens. CHRY. super Matth. Non enim illum petebat quasi hominem artificem,sed adorabat eum quasi Deum. Oratio autẽ perfecta est fides & confessio. vnde leprosus fidei opus adorans impleuit,sed opus confessionis impleuit in verbis. vnde adorabat eũ, dicens. ORIGE. Domine per te omnia facta sunt:si ergo¶ si vis potes me mundare.¶ Voluntas tua opus est, & opera tuæ voluntati obediunt. Tu prius Naaman Syrum per Helisæum a lepra mundasti,& modo,¶si vis, potes me mundare.¶ CHRY. in Homil. Non dixit: Si rogaueris Deum,neque,si adoraueris: sed,si volueris,potes me mundare. Neque dixit:Domine munda,sed ei totum concedit, & Dominũ eum facit, & potestatem vniuersorum ei attribuit. CHRY. super Matthæ. Et ita spirituali medico spiritualẽ offerebat medicedem.nam sicut medici pecunijs, iste oratione placatur.Nihil enim dignius offerimus Deo, q̃ orationẽ fidelem. In hoc autem qđ dicit:¶Si vis,¶non dubitat Christi voluntatem ad omne opus bonum paratam,sed quia non omnibus expedit corporalis integritas,nesciebat,vtrum ei expedieret curatio illa. Dicit ergo:¶Si vis,¶ac si diceret: Credo, quia quod bonum est, vis,ignoro autem si est mihi quod desidero,bonum. CHRY. Hom.26 in Homil. Cum autem voluntate,ac sermone purgare posset, manus apposuit tactum. vnde sequitur.¶ Et extendens manum, tetigit eum.¶vt ostendat quoniam non subiacet legi,& quoniam mũdo iam nihil est immundum. Helisæus autem obseruans legis dilegentiam,non exiuit, & tetigit Naaman,sed mittit eum ad Iordanem lauandum. Dominus autem monstrat, quoniam non vt seruus,sed vt Dominus curat,& tangit. Non enim manus a lepra facta est immunda,sed corpus leprosum a manu sancta constitutum est mundum. Non enim corpora solum curaturus aduenit,sed & animam in veram sapientiam ducturus. Sicut igitur manibus nõ lotis iam non manducare prohibebat:ita & hic erudit, quoniam oportet animæ lepram formidare solam,quod est peccatum,leprã autem corporis nullum impedimentũ esse ad virtutẽ. CHRY. super Matth. Quamuis autem literam legis soluerit: propositum tñ eius non soluit. Ideo tñ lex iussit non tangere lepram, quia nõ poterat facere vt lepra non sordidaret tangentem,ergo vetuit tangere lepram,non vt leprosi non sanarentur, sed vt tangentes non inquinarentur. Iste autem tangens non inquinatus est a lepra, sed ipsam lepram mundauit tangendo. DAMA. Non enim Deus so- Lib.3.de fi
lum erat,sed homo: vnde per tactum & per sermonem diuina sig- ca.15.
na operabatur.vt enim per organum,ita per corpus diuinæ perficiebantur actiones. CHRY. in Homil. Cum autem leprosum tangit nullus eum incusat,quia nondum inuidia detenti erãt auditores. CHRY. super Matth. Sin autem tacite eum curasset,quis scire poterat cuius virtute sanatus esset? Igitur voluntas mundandi facta est propter leprosum. Verbum autem propter spectantes. Ideo dixit:¶Volo:mundare.¶ HIERO. Non autem vt plerique Latinorum putant,iunctim legendum est.¶ Volo mundare,¶sed separatim.vt prius dicatur,¶Volo¶ deinde vt imperans dicat¶Mundare.¶ Ille enim dixerat:¶Si vis.¶ Dominus respondit ¶Volo¶ Ille prætulerat:¶ Potes me mundare.¶ Dominus dixit. ¶Mundare. CHRY. in Homil. Nusquam autem videtur dicere hoc verbum,quamuis magna signa faciens, sed hic propterea apposuit¶Volo¶vt opinionem plebis,& leprosi de eius potestate confirmaret. CHRY. in Homil. Cessit autem mandanti natura cum decenti velocitate. Et ideo sequitur.¶ Et confestim munda ta est lepra eius,¶ sed hoc quod dicit:¶ Confestim¶ multum est tardius velocitate,quæ secundum opus est facta. ORIGE. Quia enim non dubitauit credere,non tardatur sanatio, quia non distulit confessionem,non differtur mundatio. AVG. de Con. euan. Lib.2.c.19
Huius autem leprosi mundati,quem Lucas meminit, nõ sane hoc ordine,sed vt solent prætermissa recordari: posterius facta præoccupari,sicut diuinitus suggerebantur,vt an tea cognita,postea recordando referiberent. CHRY. in Homil. Curans autem Iesus corpus,iubet nulli dicere. vnde sequitur.¶ Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris.¶ Quidam igitur aiunt quoniam ideo iussit hoc, vt non malignentur circa eius purgationem, quod insipienter dicitur. Non enim ita mundauit,ut dubitabilis esset mundatio, sed nulli dicere iubet,docens non diligere ostentationem, & honorẽ. Qualiter igitur alii sanato iubet dicere? Sed in hoc eruditi nos bonæ mentis esse. Non enim illic diuulgari se iussit, sed dari gloriam Deo. per leprosum ergo hunc instruit nos non esse vane gloriosos,per illum autem non esse ingratos,sed omnia ad laudẽ Dei referre. HIERO. Et reuera, quid erat necesse,quod sermone iactaret,quod corpore præferebat? HILA. Vel ut salus hæc non offereretur potius quam quæreretur,silentium imperat. Sequitur.¶ Sed uade ostende te Sacerdoti. HIERO. Mittit autem eũ ad Sacerdotes:primum propter humilitatem,ut sacerdotibus deferre uideatur:deinde ut nidentes leprosum mundatum,si crederent Saluatori,saluerentur,si uero non crederent, inexcusabiles fierent,

aliqui alii lapides prętiosiores sunt, quia prætia lapidum non A
sunt eadem,nec in omnibus locis, nec in omnibus temporibus. subdit autem de iis qui hanc habent pretiositatem ex pulchritudine, dicens; *Non adæquabitur ei aurum.* quod habet pulchritudinem ex splendore: vel vitrum,quod habet pulchritudinem ex perspicuitate, quamuis non sit prę cellens prætii æstimatione. subdit autem de iis quæ habent pulchritudinẽ ex artificio,cum dicit: *Non commutabuntur pro ea uasa auri excelsa.* scilicet quantitate: *Et eminentia.* scilicet in cõparatione, & sicut non possunt pro sapientia commutari, ita etiam omnia prędicta nihil reputantur in comparatione ad sapientiam: vnde subdit; *Nec commemorabuntur in comparatione eius.* ideſt,non est dignum quòd vel memoria de his habeatur, cum sit de excellentia sapientiæ mentio,& quia dixerat quædam corporalia esse occulta,& ob hoc pretiosa reputantur,consequẽter ostendit quòd hæc etiam pretiositas sapientiæ deest,cum subdit; *Trahitur autem sapientia de occultis.* Est enim humanæ sapientiæ origo occulta dupliciter. Vno modo ex parte ītellectualis luminis,quod deriuatur ad nos ab occultissima omni causa, scilicet a Deo. Alio modo ex parte rerum cognitarum, quare occultas proprietates & essentias sapientia inquirit,& ex his in diuinorum cognitionem ascendit,quæ maxime sapientiæ appropriatur. vnde concludit quòd neque ratione prætiositatis, neque ratione occultationis aliquid potest ei comparari,neque in lapidibus prætiosis. C
vnde subdit: *Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia.* qui sic vocatur a loco primeuæ suæ inuentionis: vel quia in colore auri similitudinem prætendit. Quãtum autem ad pretiosas vestes, subdit; *Nec tinctura mundissimæ.* ideſt cuiuscunque panni serici vel lanei:*Componentur.*ideſt comparabuntur sapientiæ.quia ergo sapientiam incomparabilem dixerat, & occultam habere originem,inquirit,vnde sit eius principium,cum subdit; *Vnde ergo sapientia uenit?* & vnde deriuatur; *Et quis est locus intelligentiæ?* a quo principio homines lumen intellectus participãt. Ostendit autem hoc principium excedere omnem cognitionem humanam: vnde subdit; *Abscondita est ab oculis omnium uiuentium.* quia fons sapientiæ est verbum Dei in excelsis. vt dicitur Eccl. 1. Fuerunt aliqui auguriorum sectatores, qui traderẽt quasdam aues augurales,quendam effectum sapientiæ participare supra homines,in quantum scilicet,ex eis ad homines peruenire credebant cognitionem futurorum:sed quòd sapientia hanc coniectu ram excedat, ostendit subdens; *Volucres quoque cæli latet.* per D
quod potest intelligi quòd origo sapientiæ excedit cælestia corpora, a quibus huiusmodi aues mouentur. Sunt etiam aliqui, qui a mortuis futurorum cognitionẽ exquirerẽt: sed nec hoc attingit ad sapientiæ originem:unde subdit; *Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus famam eius.* & recte famam sapientiæ morti & perditioni attribuit, quia perditio & mors important recessum & elongationem a bonis, quæ sapientiam cõsequuntur. Possunt tamen tria prædicta secũdum metaphoram, ad tria rationalis creaturæ pertinere, ut quod dicit: *Abscondita est ab oculis omnium uiuentium,* referatur ad homines, quod uero subdit: *Volucres cæli latet,* referatur ad angelos,quod uero additur; *Perditio & mors dixerunt audiuimus famam eius,* referatur ad dæmones,qui a Deo damnabiliter elõgati, a remotis quasi ex sola fama diuinæ sapientiæ notitiam habent. Vt ergo ostendat sapientiæ radicem, subdit; *Deus intelligis uiam eius.* ideſt totum sapientiæ processum, dum & ipse est,& origo sapientiæ,& locus intelligentiæ: & quia ipse seipsum perfecte nouit, E
ideo subdit: *Et ipse nouit locum illius.* ideſt seipsum in quo plene sapientia inuenitur sicut in prima origine. deriuatur autem sapientia ab ipso in omnes creaturas, quæ per Dei sapientiam fiunt, sicut ars deriuatur a mente artificis in opera eius:unde dicitur Eccle.1.quòd Deus effudit sapientiam super omnia opera sua.vnde etiam ipsa uniuersitas creaturarum est quasi quidam sapientiæ secundarius locus.& ideo ad ostendendum quòd Deus cognoscit sapientiæ locum, subiungit,quòd ipse cognoscit uniuersitatem creaturarum. Primo quidem hoc ostendit quantum ad extremas creaturas super quibus aliæ continentur: vnde subdit: *Ipse enim fines mundi intuetur.* ideſt excellentiores creaturas, in quibus ordo creaturarum terminatur ab inferioribus ascendendo, sicut sunt cælestia corpora, & cælestes spiritus.

CAPITIS XXIX.

LECTIO I.

DIDIT quoque Iob, assumẽs parabolã suã, & dixit. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mẽses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secrete Deus erat in tabernaculo meo. Quãdo erat omnipotens mecũ, & B
in circuitu meo pueri mei, Quando hoc ostendit,quantum ad alias creaturas sub eis contentas, sicut sunt elementa.vnde subdit; *Et omnia quæ sub cælo sunt respicit.* Et ne aliquis crederet, quòd notitiam rei habeat a rebus acceptam sicut nos habemus, ostendit consequenter quòd cognoscit res sine omni causa: vnde subdit,quantum ad quasdam creaturas, scilicet uentos & pluuias: *Qui fecit uentis pondus.* ideſt,dedit eis inclinationẽ motus, ut scilicet, quandoque mouean tur ad hanc partem, quandoque ad illam. Deinde loquitur de pluuiis, & primo quidem secundum quòd sunt uaporabiliter eleuatæ in nubibus:vnde subdit; *Et aquas.* scilicet uaporales: *Appendit,* ideſt, appensas tenet in aere. Et *hoc in mensura.* ne scilicet,si superexcederent,omnia submergerent: aut si plus debito diminuerentur,omnia siccarentur. Secundo,quantum ad ipsam generationem pluuiarum, cum dicit; *Quando ponebat pluuijs legem.* ut scilicet certis temporibus & locis descenderent. Tertio, quantum ad effectum, præcipue in mari, quod mxaime ex immutatione aeris commouetur, unde subdit; *Et uiam.* scilicet, ponebat: *Procellis.* scilicet marinis: *Sonantibus.* scilicet ex magna commotione; quia & huiusmodi procellæ certis temporibus, & secundum certam quantitatem consurgunt. quia vero ex ipsis creaturis sapientiam non acquirit sicut nos, sed potius ex sua sapientia creaturas produxit, ideo subiungit; *Tunc.* scilicet,quando creaturas faciebat: *Vidit illam.* ideſt sapientiam. *In seipso.* inquantum per actualem suæ sapientiæ cõsiderationem res in esse produxit: ab ipso autem sapientia deriuata est primo quidem ad angelos,qui facti sunt participes sapientiæ diuinæ, & quantum ad hoc dicit; *Et enarrauit.* sapientiam suam eis manifestando. secundo vero ad vniuersitatem creaturarum, eam per suam sapientiam disponendo: & ad hoc pertinet quod subdit: Et *præparauit.* scilicet in sapientia sua orbem terrarum. tertio,quantum ad homines,qui non per simplicem apprehensionem percipiunt sapientiam veritatis, sicut angeli, quibus enarratur, sed per inquisitionem rationis ad eam perueniunt: vnde subdit; *Et inuestigauit.* ideſt homines eam inuestigare fecit; & hoc est quod subdit: *Et dixit homini.* scilicet per interiorem inspirationem illuminando ipsum,& sapientiam communicando: *Ecce timor Domini.* quem scilicet principaliter tibi do; *Ipse est sapientia,* quia per timorem Domini,homo Deo inhæret,in quo est vera sapientia hominis,sicut in altissima omni causa; *Recedere a malo.* ideſt a peccato, quo homo amittit Deum; *Est intelligentia.* quia scilicet,intelligentia præcipue ad hoc homini est necessaria, vt per intelligentiam discernat mala a bonis: quibus cuitatis, per executionem bonorum operum ad sapientiæ diuinæ participationem perueniat. sic ergo,quia timor Domini est sapientia, & recedere a malo est intelligentia,consequens est,quòd iusti,qui Deum timent,& recedunt a malo,habeant sapientiam & intelligentiam, quæ præferuntur omnibus bonis terrenis, quæ mali homines possident, & sic manifestum est, quòd in hoc saluatur ratio prouidentiæ diuinæ, quòd iustis dantur bona spiritalia,tanquam meliora; malis autem bona temporalia, tanquam caduca.

LECTIO PRIMA.

QVIA Iob in præmissis uerbis in vniuersali ostenderat rationem,ex qua euidenter apparet,non esse contra diuinam iustitiam,quòd mali prosperantur,& boni interdum in hoc mũdo temporali prosperitate carent, quibus conceduntur maiora, s. spiritalia bona,manifestat hoc in seipso, quasi in exemplo intẽdens eorum consutare sententiam,etiam quantum ad hoc,quod asserebãt,eũ pro peccato aduersitates passum. Et primo commemorat prosperitatem præteritam,qua virtuose vtebatur, & deinde magnitudinem aduersitatis in quã inciderat, & ad vltimũ multipliciter suã innocentiã demonstrat. Datur aũt intelligi, q̃ sicut postquã satisfecerat verbis Baldath, Sophar tacente processerit ad suũ propositũ ostẽdendũ, ita etiã manifestato proposito, expectauit si aliquis aliorũ loqueretur. omnibus aũt tacentibus, ipse iterato sermonẽ resumpsit, vnde dicit; *Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam.* quia scilicet metaphorice locuturus erat: Et *dixit, Quis mihi tribuat.* quod ponitur ad desiderium

do lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuper ponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens teſtimonium reddebat mihi: Eo quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ cõſolatus ſum. Iuſtitia indutus ſum: & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quã neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Dicebamque, In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea. Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. Expetabant me ſicut pluuiam, & os ſuũ aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. Si

deſignandum, magis quàm ad petitionem formandum; *Vt ſim iuxta menſes priſtinos.* ideſt, ut in proſperitate uiuam ſicut olim. & quia hanc proſperitatem non fortunæ neque ſuis viribus, ſed diuino attribuebat auxilio, ſubdit: *Secundum dies quibus Deus cuſtodiebat me.* protegendo ſcilicet, contra aduerſa, & etiam promouendo dirigebat ad bona, in quibuſdam quidem producendo ad bonos effectus etiam ſupra meam intentionem, & hoc eſt quod dicit: *Quando ſplendebat lucerna eius.* ſcilicet prouidẽtia ipſius; *Super caput meum.* ideſt mentem meam, dirigens in multa bona, ad quæ mens mea non attingebat, in quibuſdam vero dirigebatur a Deo quaſi ab eo inſtructus de iis quæ erant agenda: vnde ſubdit: *Et ad lumen eius.* ideſt, ad inſtructionem ipſius: *Ambulabam.* id eſt procedebam: *In tenebris.* ideſt in dubiis, & ut non attribuatur hoc merito iuſtitiæ præcedentis, ſubiungit; *Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ.* quando ſcilicet, adhuc non potueram tantam proſperitatem promereri. Deinde ſeriatim exponit bona ſtatus præteriti, & incipit quaſi a principio a familiaritate diuina, quam in oratione & contemplatione percipiebat, vnde dicit: *Quando ſecreto Deus erat in tabernaculo meo.* ideſt Dei præſentiam ſentiebam, dum ſecreto in tabernaculo meo orabã & meditabar, quod pertinet ad contemplationem. Quantum vero ad actionem ſubdit, quando erat omnipotens mecum. quaſi ſcilicet, mihi cooperans ad bene agendum. Deinde deſcribit proſperitatem ſuam ex parte prolis, cum ſubdit; *In circuitu meo pueri mei.* adoleſcentis.n. patris filios pueros eſſe oportet. Vlterius autem procedit ad affluentiam rerum, quæ pertinent ad vſum vitæ, cum ſubdit; *Quando lauabam pedes meos butyro.* apud antiquos enim diuitiæ præcipue in pecudibus erant: a quibus propter hoc ſecundum Auguſt. Pecunia nominatur: inter fructus autem pecudum, pretioſior videtur eſſe butyrum, quod eſt lactis pinguedo, cuius affluentiam parabolice deſignat per pedum lotionem, puta ſi aliquis diceret, ſe tantum ſibi abundare aliquem prætioſum liquorem, vſque ad pedum lotionem: & ſicut butyrum videtur eſſe pretioſius inter fructus animalium, ita etiam oleum inter fructus terrarum. Solent autem oliuæ optimum oleum habentes in locis lapidoſis & arenoſis eſſe: vnde ſubdit: *Et petra fundebat mihi riuos olei.* per quod abundantiam deſignat, & fructus bonitatem. Deinde exponit magnitudinem priſtinæ gloriæ, cum ſubdit; *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* per quod dat intelligere, ſe habuiſſe auctoritatem iudicãdi, quia apud antiquos iudicia exercebantur in portis. & vt oſtenderet ſe non fuiſſe quaſi vnum ex pedaneis iudicibus, ſubdit, *Et in platea parabant cathedram mihi.* ut per hoc oſtendatur ſingularis dignitatis fuiſſe. Oſtẽdit autem cõſequenter authoritatem ſui iudicii, primo quidem per ſignum acceptum ex parte iuuenum, cum dicit; *Videbant me iuuenes.* qui ſcilicet ſolent eſſe ad peccata procliues: *Et abſcondebantur.* quaſi ſcilicet meum iudicium formidantes. Secundo, quantum ad ſenes, cum ſubdit: *Et ſenes aſſurgentes ſtabant.* quaſi ſcilicet meo iudicio ſubiecti. habebat enim authoritatem non ſolum ad iudicandum iuuenes, ſed etiam ſenes. Tertio quantum ad ciuitatum rectores, qui eius iudicio reuerentiã exhibebant. primo quidem quantum ad hoc quòd verba inchoata dimittebant, dum ille loqui uolebat. vnde ſubdit; *Principes ceſſabant loqui.* Secundo, quia eo loquente, ipſum interrumpere non audebant: vnde ſubdit: *Et digitum ſuperponebant ori ſuo.* Tertio, quantum ad duces bellorum, qui ſolent audaciores eſſe & promptiores ad loquendum, qui tamen coram eo præſumptuoſe & tumultuoſe loqui non audebant, vnde ſubdit; *Vocem ſuam cohibebant duces.* ſcilicet plane & humiliter loquendo, & quandoque intantum ſtupebant, quòd loqui penitus non auderent: vnde ſubdit; Et *lingua eorum gutturi ſuo adhærebat.* quaſi loqui non valerent. & quia ſolent homines tam rigidæ authoritatis a populo potius timeri, quàm amari, oſtendit ſe populo amabilem fuiſſe, quia ad magnanimum pertinet, vt apud magnos authoritatem ſeruet, & tamen minoribus condeſcendat: vnde ſubdit; *Auris audiens.* ſcilicet ab aliis recitari, ſcilicet meam gloriam, vel mea iudicia non odiebat, nec inuidebat; *Sed beatificabat me*, ideſt beatum me reputabat, & beatitudinẽ mihi optabat: & hoc pertinet ad abſentes. Quantum autem ad præſentes ſubdit; *Et oculus videns.* ſcilicet meam gloriam & iudicia. *Teſtimonium.* ſcilicet de virtute: *Reddebat mihi.* ſ. apud alios: & hoc propter opera miſericordiæ quæ exercebam: & hoc primo oſtendit, quantum ad pauperes: vnde ſubdit; *Eo quòd liberaſſem.* ſcilicet de manu opprimẽtis: *Pauperem vociferantem* ideſt conquerẽtem. Secundo, quãtum ad pupillos: vnde ſubdit; *Et pupillum cui non erat adiutor.* ſcilicet amiſſo patre. Tertio, quantum ad homines in periculis exiſtentes: vnde ſubdit; *Benedictio perituri ſuper me veniebat.* ideſt, ille qui in periculis erat, per me adiutus, mihi benedicebat. Quarto, quantum ad viduas: vnde ſubdit; *Et cor viduæ conſolatus ſum.* quæ ſcilicet ſolatium viri amiſerat. non autem ſic in iudicio aliquibus miſerendum, quòd iuſtitia relinquatur: vnde ſubdit; *Iuſtitia indutus ſum.* ideſt, undique in proceſſibus meis iuſtitia apparuit. veſtimento enim homo vndique circundatur. & vt oſtendat ſe non eſſe coactum, ſed voluntate feciſſe iuſtitiam, ſubdit; *Et veſtiui me.* quaſi propria ſpõte iuſtitiam; *Sicut veſtimento.* ſcilicet undique protegens & ornans. ſicut autem in concertatione bellorum victoribus datur corona, ita etiam & iudex, cum per iudicium ſuum iuſtitiæ victoriam tribuit, coronam meretur: vnde ſubdit; *Et diademate iudicio meo.* ac ſi dicat, indutus ſum iudicio meo ſicut diademate: & vt oſtendat, qualiter ſimul cum iuſtitia potuerit miſericordiam conſeruare, ſubdit; *Oculus fui cæco.* ideſt inſtruxi ſimplices, qualiter in negotiis ſuis procederent, ne per ignorantiam detrimentum paterentur: & quia non ſolum ignorantibus dabat conſilium, ſed etiam impotentibus præbebat auxilium, ſubdit; *Et pes claudo.* ideſt, illi, qui non poterat procedere in ſuo negotio, auxilium dedi, vt poſſet procedere. tuebatur etiam illos qui tutela carebant: vnde ſubdit; *Pater eram pauperum.* ſcilicet eos protegendo & fouendo. contingit autem quandoque, quòd ſimplices & impotentes & pauperes aliqui per fraudulentiam calumnioſe læduntur: ſed contra hoc adhibebat diligentem ſolicitudinem, vt calumnioſos proceſſus malignorum excluderet: vnde ſubdit; *Et cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam.* ne ſcilicet aliquid fraudis ibi lateret. Quidam vero per violentiam pauperes opprimunt, eos quodammodo per rapinam deglutientes: quorum violentiam Iob per ſuam potentiam deſtruebat: vnde ſubdit; *Conterebam molas iniqui.* ideſt deſtruebam violentiæ rapacitatem, ne ſcilicet poſſet vlterius rapere: *Et de dentibus illius auferebam prædam.* quia ſcilicet, eos reſtituere cogebam totum id quod iam acceperant per rapinam. Ex præmiſſis autem bonis operibus confidebat, quòd eius proſperitas perduraret. cuius continuationem primo deſcribit, quantum ad propriam perſonam: vnde ſubdit; *Dicebamque in nidulo meo moriar.* ideſt ſperabam propter præcedentia merita, quòd in quiete domus meæ moriturus eſſem, non exul a domo, non etiam domo mea perturbata. nec tamen credebat ſe tempeſtiua morte præoccupari. vnde ſubdit; *Et ſicut palma.* quæ ſcilicet diutiſſime viuit: *Multiplicabo dies.* ſcilicet per vitę longitudinem. Secundo deſcribit continuitatẽ proſperitatis, quantũ ad diuitias, quarum augmentum deſcribit, ſubdens; *Radix mea aperta eſt ſecus aquas.* arbores enim quæ ſecus aquas radices habent, ſolent abundare in fructibus: vnde per hoc deſignat temporaliũ fructuum multiplicationẽ. contingit autẽ quãdoque, ꝙ fructus alicuius

quando reſpondebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus, cumque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.

CAPITIS XXX.

LECTIO I.

NVNC autem deridẽt me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabatur indigni. Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebãt in ſolitudine ſqualentes calamitate & miſeria. Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorum. Qui de conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant. In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream. Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Filii ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes. Nunc autem in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium. Abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conſpuere non uerentur. Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frænum poſuit in os

hominis multiplicantur, ſed propter aliqua impedimenta ſuperuenientia eos colligere non poſſunt, vnde ad hoc excludendum ſubdit; *Et ros morabitur in meſſione mea.* Contingit enim in terris calidis, quòd propter vehementiam eſtus, meſſores in agris conſiſtere non poſſunt ad metendum: ſed nubes roris eis refrigeriũ præſtat, vt a metendo nõ impediantur: ſecũdum illud Eſa. 18. Sicut nubes roris in diebus meſſis. Tertio, deſcribit proceſſus continuitatẽ, quantum ad gloriã, cum ſubdit, *Gloria mea ſemper innouabitur.* ſcilicet per bona opera, quæ multiplicare proponebat. Quarto, quãtum ad continuationem potentiæ ſubdit; *Et arcus meus in manu mea inſtaurabitur.* per arcum enim potentia deſignatur: talibus enim armis maxime orientales vtũtur ad bella. ſic igitur in præmiſſis deſcribit, & ſeueritatẽ & miſericordiam, quam exhibebat in iudicando. nunc autem tertio oſtendit quomodo etiam ſapientia vtebatur. & primo quidem in iudiciis: & quantum ad hoc dicit; *Qui me audiebant.* ſcilicet, meo iudicio ſubiecti: *Expectabant ſententiam meam.* ſcilicet credentes etiam ſe aliquid ſapientiſſimum audire. Quantum vero ad cõſilia ſubdit; *Et intenti tacebant ad conſilium meum.* ſcilicet expectantes ipſum, & auide audientes. & poſtquam conſilium dederã, erant eo contenti: vnde ſubdit; *Verbis meis addere nil audebant.* propter ſcilicet magnam ſapientiam, quam in me exiſtimabant: & non ſolum firmum tenebant meum conſilium, ſed etiam in eo conſolabantur, percipientes illud eſſe efficax ad ſuum propoſitum conſequendum: vnde ſubdit; *Super illos ſtillabat eloquium meum.* ideſt ad modum ſtillarum eos refrigerabat. quia igitur iam dixerat qualis erat in conſiliis & in iudiciis, conſequenter oſtendit qualis erat in communi hominum conuerſatione. Et primo oſtendit, quòd erat gratioſus: quia cum erat abſens, eius præſentia deſiderabatur: vnde dicit; *Expectabant me ſicut pluuiam.* per quam, ſcilicet homines refrigerantur. quando autem erat præſens, ex eius aſpectu & ſermonibus conſolabantur: vnde ſubdit; *Et os ſuum.* ideſt, ſuum animum aperiebant, ſcilicet verſus me, vt conſolationem reciperent, & hoc eſt, quod ſubdit; *Quaſi ad imbrem ſerotinum.* qui ſcilicet refrigerium præſtat poſt æſtum diei. Secundo oſtendit, quòd erat in conuerſatione moderatus, neque enim diſſoluebatur gaudio: vnde dicit; *Si quando ridebam ad eos.* ſcilicet aliquam magnam lætitiã oſtendens: *Non credebant.* ſcilicet me eſſe riſibus deditum. Similiter etiam non erat per triſtitiam depreſſus: vnde ſubdit; *Et lux vultus mei non cadebat in terram.* ſolent enim homines mærore depreſſi, oculos ad terram demerſos habere. Tertio oſtendit, quòd non erat immoderatus circa honores, quia ſcilicet neque eos cupiebat: vnde ſubdit; *Si voluiſſem ire ad eos.* quod tamen non de facili faciebat. *Sedebam primus.* ſcilicet apud eos in honore exiſtens. neque tamen erat in honoribus faſtuoſus: vnde ſubdit; *Cumque ſederem, quaſi rex circunſtante exercitu.* omnibus ſcilicet me hinc inde admirantibus; *Eram tamen mærentium conſolator*, quaſi non deſpiciens eos.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM enumerauerat multa ad proſperitatem pertinentia, quæ in tempore præcedenti habuerat, hic enumerat aduerſitates, quas nunc patiebatur. & primo quidem contra gloriam & reuerentiam priſtinam, oſtẽdit ſe in præſenti cõtemptui haberi, tanto autem aliquis grauatur ſuper alicuius contemptum, quanto fuerit perſona contemnẽtis abiectior. vnde & oſtendit eos, a quibus contemnebatur, eſſe abiectos multipliciter: primo quidem ex tempore, vnde dicit; *Nunc autem derident me iuniores tempore.* contra id quod ſupra dixerat, Videbant me iuuenes, & abſcondebantur: & ſenes aſſurgẽtes ſtabant. Secundo, ex ignobilitate, cum ſubdit; *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.* ideſt, nõ reputabam eos dignos, ut eos aſſumerem ad miniſteria domus meæ, quantumcumque infima, puta ad cuſtodiam canum, quod per oppoſitum reſpondet ei, quod ſupra dixerat, Principes ceſſabant loqui. Tertio, quantum ad modicitatem potentiæ, vnde ſubdit; *Quorum* ſcilicet deridentium, uel etiam patrum ipſorum: *Quorum uirtus manuum mihi erat pro nihilo.* ideſt omnem eorum potentiam, quaſi nihilum paruipendebam. & hoc per oppoſitum reſpondet ei, quod ſupra dixerat, Vocem ſuam cohibebant duces. Quarto, quantum ad inhoneſtatem: vnde ſubdit; *Et uita ipſa putabantur indigni.* ſcilicet propter multitudinem grauium peccatorum: & hoc per oppoſitũ reſpondet ei, quod ſupra dixerat, Auris audiens beatificabat me &c. Quinto, quantum ad paupertatem: vnde ſubdit: *Egeſtate.* ſcilicet quantum ad rerum defectum: *Et fame.* quantum ad afflictionem inde conſequentem: *Steriles.* ideſt fructificare non valentes: contra id quod ſupra de ſe dixerat, Petra fundebat mihi riuos olei. Sexto, quantum ad grauem vitam quam ducebant: vnde ſubdit; *Qui rodebant in ſolitudine.* ideſt, groſſis cibis utebantur, quos in deſertis quærebant, puta glandibus, aut aliis huiuſmodi, eo quòd fructus agrorum non habebant præ egeſtate. & huiuſmodi victus effectus oſtendit ſubdens; *Squalentes.* ideſt deturpati: *Calamitate.* quantum ad afflictionem proprii corporis: *Et miſeria.* quantum ad diuerſitates exteriores. Exponit autem conſequenter quid rodebant, cum ſubdit; *Et mandebant herbas.* ſcilicet agreſtes, & crudas; *Et arborum cortices, & radix iuniperorum, erat cibus eorum.* in quibus groſſitiem & vilitatem cibi ipſorum demonſtrat. Oſtendit autem conſequenter, quòd nec in huiuſmodi tam vilibus cibis abundabant, oſtendens ꝙ huiuſmodi cibos acquirebant etiam laborioſe, quod ſignat, cum dicit; *Qui de conuallibus iſta rapientes.* ideſt, cum magna difficultate accipientes propter aſcenſum & deſcenſum, & in parua quantitate: quod ſignat, cum dicit; *Cum ſingula reperiſſent.* & cum quadam contentione, quod ſignat, cum dicit; *Ad ea cum clamore currebant.* vt ſcilicet vnus alium præueniret. & omnia iſta per oppoſitum reſpondent ei, quod ſupra dixerat, Lauabam pedes meos butyro. Septimo, oſtendit eorum abiectionem ex parte habitationis, quia ſcilicet domos non habebant ad manendum: quod ſignat ſubdens; *In deſertis habitabant torrentium.* ideſt in alueis torrentium deſiccatis: in quibus ſe protegebant a calore; *Et in cauernis terræ.* ſcilicet propter vmbram: *Vel ſuper glaream.* ſcilicet propter refrigerium aquæ vicinæ, vel propter mollitiem arenæ. & hoc etiam eis iocundum uidebatur, quando talia loca inuenire poterant ad manendum. vnde ſubdit; *Qui inter huiuſmodi delectabantur.* quaſi etiam talium locorum copiam non habentes: & ſi aliquando contingeret, quòd commodiora loca inuenirent, hoc quaſi delicioſum reputabant, vnde ſubdit: *Et eſſe ſub ſentibus.* ideſt ſub umbra paruorum arborum: *Delicias computabant.* quia ſcilicet talis locus erat commodior ad manendum, quàm præmiſſa. hoc autem uidetur reſpondere per oppoſitum ad id, quod ſupra dixerat, In nidulo meo moriar. Enumeratis autem per ſingula miſeriis eorũ, quaſi epilogando colligit qđ dictũ eſt, ſubdens; *Filij ſtultorum.* ſcilicet mente. Et *ignobilium.* ſcilicet genere, *& in terra penitus non parentes.* ideſt nulla dignitate uel gloria conſpicui. conſequenter exponit, quid ab eis patiebatur. & primo quidem oſtendit, quòd ab eis irridebatur ore, & in ludis, quod ſignat, cum dicit; *Nunc in eorum canticum uerſus ſum.* quia ſcilicet de eo faciebant irriſorias cantilenas. & quantum ad hoc ſubdit: *Et factus ſum eis in prouerbium.* quia ſcilicet in communi quaſi prouerbiis utebantur infortuniis Iob, inducentes eum in exemplum culpæ & miſeriæ. Secundo oſtendit quomodo contemnebant eum, corde ſuo: unde ſubdit;

abominabantur me. scilicet quasi vile & immundum. Tertio ostendit, quomodo contemnebant eum facto, primo quidem, inquantum eius præsentiam horrebant. vnde subdit; *Et longe fugiunt a me*, contra id quod supra dixerat: *Expectabant me sicut pluuiam.* Secundo vero, inquantum et iniurias irrogabant: vnde subdit; *Et faciem meam conspuere non verentur.* scilicet in signum cõtumeliæ & despectꝰ, ne putaretur propter aliquam culpam commissam in despectum venisse, ostendit causam prædicti contemptus ex parte diuinæ percussionis, ostendens primo quidem se diuinitus afflictum cum dicit; *Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me.* de pharetra sagittæ extrahuntur, quibus aliqui vtũtur ad percutiendum. per sagittas autem intelligũtur diuina flagella, secundum quod supra. 6. dixerat, Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritũ meũ. Pharetra ergo Dei est diuina dispositio, ex qua hominibus aduersitates prouenient, quam apertam esse dicit propter abundantiam aduersitatum, ex quibus non solum exterius, sed etiam interius se afflictum dicit. Secundo asserit se impeditum a Deo, ne saltem verbo suas iniurias repellere possit. vnde subdit; *Et frænum posuit in os meum.* quia scilicet per flagella diuina sibi auferebatur fiducia respondendi: cum alii ex ipsis flagellis argumenta sumerent contra eum. ostendit autem consequenter huiusmodi aduersitates esse sibi a Deo immissas, ex eo quòd præter consuetum modum humanarum aduersitatum aduenerint. quod quidem primo ostenditur ex loco, vnde aduersitates aduenient. solent enim, & præcipue in terris illis impugnationes insurgere a parte septentrionali, in qua habitant barbaræ nationes, & homines magis feroces & bellicosi: secundum illud Hier. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. sed impugnatores beati Iob prouenerunt ex parte meridiei, vbi solent homines minus bellicosi & feroces habitare. Dictũ est enim supra, quòd eius aduersitas incepit a Sabæis, qui tulerunt boues & asinas, & pueros occiderunt: vnde dicit; *Ad dexteram orientis.* ideſt ex parte meridiei quæ est dextrum respectu orientis. si quis enim se ad orientem cõuertat, meridies erit ei ad dextrum: *Calamitates meæ illico surrexerunt.* ideſt statim a principio Sabæis irruentibus. Secundo ostendit suas aduersitates esse præter communem modũ, quantum ad multiplicitatem impugnationis. impugnatus enim fuit etiam quantum ad amissionem bonorum: ex quibus homo habet facultatem operandi, quæ per pedes significatur: vnde subdit: *Pedes meos subuerterunt.* ideſt omnes facultates meas destruxerunt, & hoc fecerunt faciliter & totaliter. vnde subdit; *Et oppreſerunt.* scilicet pedes meos. *Semitis suis.* quasi in suo transitu sine aliqua difficultate. & exemplum addit, cum dicit; *Quasi fluctibus.* fluctus enim maris subito cooperiunt terram siue nauem, & totaliter eam absorbent. subuersis autem pedibus & facultatibus, per consequens sequitur, quòd eius processus fuerint impediti. vnde sequitur; *Dissipauerunt itinera mea.* ideſt omnes processus operum meorum, vlterius etiam me in persona persecuti sunt & dolose: quod signat, cum subdit; *Insidiati sunt mihi & præualuerunt.* in hoc quod addit, & præualuerunt id est sine cõtradictione, quia non fuit qui eos impediret in hoc facto, vnde subdit; *Et non fuit qui ferret auxilium.* s. mihi, dum ab eis opprimerer: nec etiam qui eos impediret ne ad me accederent: vnde subdit; *Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me.* ideſt, ac si nullum obstaculum fuisset: neque ex ipsa substantia negotii, quod significatur per murum: neque ex solicitudine humana, quod significatur per ianuam. ad me aũt tã libere intrães, nõ sunt miseri: vnde subdit: *Et ad meas miserias deuoluti sunt.* Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum: & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ ad uersaris mihi. Eleuasti me, & quasi super uentum ponens elisisti me valide. Scio, qa morti trades me, vbi constituta est domus omni uiuenti. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie: præuenerunt me dies afflictionis. Mærens incedebam, sine furore consurgens in turba clamabam. Frater fui draconum, & socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.

F ideſt totaliter ad hoc intenderunt, vt me miserum redderẽt. Tertio ostendit huiusmodi aduersitates esse Deo immissas ex effectu earum, quia scilicet per eas totaliter erat destitutus. vnde subdit; *Redactus sum in nihilum.* quod dixit, quia nihil ei de prima prosperitate remanserat, quæ quidem in duobus consistebat: vno quidem modo in exterioribus rebus, quæ per violentiam amiserat, vnde subdit; *Abstulit quasi uentus.* scilicet per violentiam: *Desiderium meum.* ideſt omne desiderabile quod in rebus exterioribus habebam. Alio modo consistebat eius prosperitas in salute propriæ personæ: & quantũ ad hoc subdit: *Et velut nubes.* ideſt subito & totaliter; *Pertransiit salus mea.* scilicet meæ personæ. ablatis autem desiderabilibus bonis, eius anima in tristitia remanebat, vnde subdit; *Nunc autem in memetipso marcescit,* scilicet per tristitiã. *Anima mea.* non enim poterat non tristari filius & rebus amissis. recedente autem salute corporali, consequẽs erat vt etiam corporalem dolorem sentiret, qui in die nec dabat ei requiem, vnde subdit; *Et possident me dies afflictionis.* ideſt corporalis doloris: quo etiam in nocte aggrauabatur. vnde subdit; *Nocte os meum perforatur doloribus.* quasi dicat, ita in nocte increscunt dolores mei, quòd videtur mihi, quòd peruenient vsque ad ossium perforationem. causam autẽ doloris ex vulneribus putrefactis fuisse ostendit. vnde subdit; *Et qui me comedunt.* scilicet uermes ex putredine vulnerum generati; *Non dormiunt.* quia scilicet nullã requiem ei dabant, & vt eorum multitudinem ostendat, subdit: *In multitudine eorum consumitur uestimentum meum.* quasi dicat, tanta est vermium multitudo, quòd non solum carnem comedunt, sed etiam vestimenta corrodunt: & ut ostendat eos non in una tantum parte corporis esse, sed quasi per totũ corpus vsque ad caput diffundi, subdit: *Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me.* quasi dicat, præ multitudine non continentur sub velamine ligaturæ vestimenti, sed prorumpunt in apertum, & circundant collum. ex huiusmodi autem pœna ostendit se abominabilem hominibus factum. vnde subdit; *Comparatus sum luto.* vt scilicet, mihi præ multitudine putredinis & vermium nullus appropin quare velit, sicut nec luto; *Et assimilatus sum fauillæ & cineri.* ideſt deiectus & contemptui habitus. Solent autem, qui ab hominibus despiciuntur, auxilium habere a Deo, sed ipse a Deo relinquebatur in tẽporali aduersitate, vnde subdit: *Clamabo ad te.* scilicet continue petens liberari ab hac aduersitate; Et non exaudies me. scilicet tam cito. *Sto.* ideſt perseuero in orando: *Et non respicis me.* scilicet ab aduersitate liberando. & ita si considerarem tantum temporalem statum, reputarem te crudelem & durum hostem. vnde subdit; *Mutatus es mihi in crudelem.* secundum scilicet, quòd videtur ex exterioribus flagellis, dum nec mihi deprecanti parcis: *Et in duritia manus tuæ aduersaris mihi.* scilicet grauiter me affligendo: & secundum quod ex exterioribus apparet, videtur quòd in malum meum mihi pristinam prosperitatem concesseris. vnde subdit: *Eleuasti me.* scilicet in tempore prosperitatis: *Et quasi super uentum ponens.* ideſt in altissimo statu instabili tantum ad modum venti; *Elisisti me valide.* ideſt grauiter me læsisti, quasi de alto in terram proiiciens, & ne videretur hoc ex desperatione dixisse, subdit; *Scio quòd morti tradas me.* quasi dicat, non patior hoc quasi inexcogitata. sed scio, quòd ad hoc ad vlteriorem defectum deducar, scilicet vsque ad mortem. hoc autem dicit se scire propter conditionem mortalis vitæ: vnde subdit: *Vbi constituta est domus omni uiuenti.* quia videlicet ad mortem omnes homines tendunt, sicut homo ad suam domum: nec tamẽ homo per mortem totaliter consumitur, quia remanet anima immortalis, vnde subdit; *Veruntamen non ad consumptionem eorum.* scilicet hominũ viuentium: *Emittis manum tuam.* vt scilicet per tuam potentiam eos in nihilum redigas; *Et si corruerint.* scilicet per mortem: *Ipse saluabis.* animas, scilicet beatificando: & hoc de tua benignitate spero, quantumcunque in temporalibus aduersus mihi crudelis, & durus videaris. His igitur præmissis de pristina prosperitate, & subsecuta aduersitate, quasi sub quodam compendio præmissa recolligit, dicens: *Flebam quondam.* scilicet prosperitatis tẽpore: *Super eo qui afflictus erat.* secundũ illud apostoli. Rom. 12. Flere cum flentibus; & compatiebar defectũ patientibus; quod ostendit subdens; *Et compatiebatur anima mea pauperi.* scilicet non solum in affectu, sed etiam in effectu, vt supra dixi: & pro his misericordiæ operibus: *Expectabam bona,* scilicet prospera huius mundi: secundum opinionem amicorum suorum: *Et uenerunt mihi mala.* ideſt aduersa, per quod patet eorum sentẽtiam esse falsam; *Præstolabar lucem.* ideſt consolationem vel consilium, quo a malis eriperer: *Et eruperunt tenebræ.* ideſt amaritudinum & desolationum. Exponit autem consequenter mala superuenientia: & incipit ab inferioribus malis, cum dicit; *Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie.* quod potest referri ad infirmitatem interiorum viscerum procedentem ex inordinati caloris feruore. & vt huiusmodi inquietudinem nimis tempestiuam ostenderet, subdit: *Præuenerunt me dies afflictionis.* omnes enim homines senectutis tempore affligũtur propter inualitudinem: sed ipse in iuuentute fuit præuentus afflictionibus. Deinde quantum ad exteriora subdit; *Mærens incedebam.* ideſt cum inter homines ambulabam, propter miseriam & tristitiam procedebã, sed licet tristitia sit causa iræ, hoc tamen in me non fuit; vnde subdit; *Sine furore consurgens in turba clamaui.* exponens scilicet meas miserias, quæ scilicet partim erant ex defectu amicorum, de quibus subdit; *Frater fui draconum.* ideſt illi, qui me debebant vt fratrem diligere, mordebãt me, vt dracones; *Et socius struthionum.* qui scilicet solent obliuisci proprii fetus: ita & ipsi obliti sunt mei, vt mihi non subueniret, partim autem erat ei aduersitas ex infirmitate corporali, vnde primo, quantum ad exteriora, dicit; *Cutis mea denigrata est super me.* scilicet propter interiorem corruptionem humorum & vermium. Deinde, quantum ad interiora subdit; *Et ossa mea aruerunt præ caumate.* ideſt tanta est uis inordinati caloris in me, ꝙ quasi medullæ ossium aruerunt. partim autem consistebat eius aduersitas in exterioribus tristitiæ signis, in quæ commutata erant signa gaudii. quæ quidem sunt vel musica instrumenta, & quantum ad hoc, dicit; *Versa est in luctum cithara mea.* quasi dicat, succedit mihi luctus citharæ, qua ad iocunditatem utebar. vel sunt humanæ uocis cantica: vnde subdit; *Et organum meum.* quo scilicet, vtebar ad gaudium. *In uocem flentium.* scilicet versum est.

LECTIO PRIMA.

POstquam Iob narrauerat pristinam prosperitatem, & subsequentem aduersitatem, hic consequenter innocentiam suam ostendit, ne credatur propter peccata in aduersitates incidisse. Incipit autem innocentiam suam ostendere per immunitatem a peccato luxuriæ, quod plures inuoluit. quod quidem peccatum in lubrico positum est, & nisi aliquis principia vitet, uix a posterioribus possit pedem retrahere. Primum autem in hoc peccato, est aspectus oculorum, quo mulier pulchra aspicitur, & precipue virgo. secundum autem est cogitatio. tertium, delectatio. quartum, consensus, quintum, opus. Voluit igitur Iob principia huius peccati excludere, vt eo non inuolueretur. vnde dicit; *Pepigi fœdus.* ideſt in corde meo firmaui, sicut pacta firmantur; *Cum oculis meis.* ex quorum scilicet aspectu peruenitur in concupiscẽtiam mulierum: & ita ab inspiciendis mulieribus abstinere; *Vt ne cogitarem de uirgine.* ideſt vt nec primum gradum interiorem

CAPITIS XXXI.

LECTIO I.

PEpigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarẽ quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid nõ perditio est iniqua, & alienatio operãtibus iniustitiam? Nonne ipse cõsideret uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam, Si declinauit gressus meus de via, & si secutꝰ est oculus meus cor meũ, & si in manibus meis adhæsit macula: Seram & alius comedat: & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostiũ amici mei insidiatus sum: Scortũ alterius sit vxor mea, & super illã incurvẽtur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si cõtẽpsi subire iudicium cũ seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid .n. faciã cũ surrexerit ad iudicandum Deus? & attingerem, scilicet cogitatione. videbat enim esse difficile si in primum incideret, scilicet in cogitationem, quin in alia laberetur, scilicet in delectationem & consensum. Deinde ostendit, quare tam solicite hoc peccatum vitauerit. & primo quidẽ rationem assignat ex hoc, quòd per peccatum luxuriæ homo maxime videtur a Deo discedere. accedit autem homo ad Deum per spiritales actus, qui maxime impediuntur per delectationẽ venereã. vnde subdit; *Quam enim partem haberet Deus desuper in me.* quasi dicat, intantum in me Deus partem habet, inquantũ ad superiora mea mens rapitur: si vero per luxuriã mens mea ad carnalem delectationẽ eiiciatur, nullam partẽ in me Deus desuper habebit. contingit autẽ quandoque, quòd ẽt luxuriosi ad horam aliquid de Deo spiritaliter cogitant, sed mox per delectationis concupiscentiam ad ima vocantur. vnde pars diei in eis firma esse nõ potest quasi hæreditas: vnde subdit; *Et hæreditatem.* ideſt firmam possessionem. *In me.* scilicet, ad inferiora prolapso. Habere non poterit: *Omnipotens de excelsis.* ideſt qui in excelsis habitat. vnde oportet, quòd hęreditas eius sit in iis, qui sublimia petunt, scilicet spiritalia, non autem in iis, qui ad carnalia descendunt. Secundo ostendit causam, quare luxuriæ peccatum vitauerit ex damno quod homini infert, quod est duplex, vnũ quidem corpotale, dum scilicet homo propter peccatum luxuriæ incurrit periculum personæ & rerum: vnde subdit; *Nunquid non perditio est iniquo.* quasi dicat, iniquus qui hoc peccato inuoluitur, in perditionem vadit. Aliud vero damnum, est impedimentum a bonis operibus: vnde subdit; *Et alienatio operantibus iniquitatem?* quia enim vehemens delectatio magis animũ ad se trahit, inde est quòd homines luxuriæ dediti, a bonis operibus discedunt, & etiam a bonis prædicationibus. Tertio, assignat causam, quam cõsiderat ex parte diuinæ prouidentiæ, quæ omnia facta hominum prospicit: & sic nullus potest a pœna esse immunis, vnde subdit; *Nonne ipse considerat vias meas.* ideſt processum meorum operum ad remunerandum: nec solum totalem processum ipse cognoscit, sed & singulas partes illius processus. vnde subdit; *Et cunctos gressus meos dinumerat?* ideſt omnia etiam modica, quæ in actibus meis reprehensibilia videntur suo iudicio examinat, & ita non transirem de eis impunitus. secundo, se a vitio dolositatis, vtens in hoc & in omnibus subsequentibus quodam iuramento, quod sit per execrationem, dum scilicet homo, si nõ est verum quod dicitur, obligat se ad pœnã, vnde dicit; *Si ambulaui.* ideſt, si processi. *In vanitate.* ideſt in ali qua falsitate. dicuntur enim vana illa, quæ soliditatem non habent: soliditas autem in anima maxima est per veritatẽ. quomodo aũt ambuletur in veritate, ostẽdit subdens; *Et festinauit in dolo pes meus.* ideſt affectus meus: & quæcumq; alia virtus animę, quæ est motionis principiũ. signanter autem dicit; *Festinauit in dolo,* quia tũc homo festinare dicitur, quãdo per aliquas vias dolosas intendit velociter obtinere, quod per viã veritatis cũ magna difficultate obtineret. ꝙ autẽ aliquis absq; dolo ambulet, considerari põt ex inspectione rectitudinis iustitiæ, a qua dolosus declinat. vnde subdit; *Appendat me in statera iusta.* s. Deus, vt ex eius iustitia discernatur, an ego in dolo processerim. Cum autẽ dolus præcipue in intẽtione cordis cõsistat, ille solus potest de dolo iudicare, cui patet cordis intentio, scilicet Deus: vñ subdit; *Et sciat Deus simplicitatem meam,* quæ. s. duplicitati dolositatis opponitur. dicit aũt; *Sciat Deus,* nõ quasi de nouo cognosciturus, sed quasi alios de nouo scire facturus: vel qa in rone suæ iustitiæ hoc ab æterno cognouit. & quia vniuersaliter a se delũ excluserat, descẽdit ad quædã spiritalia peccata, quibus aliquis dolose rebus alienis insidiatur. qđ quidẽ cõtingit in furto & in adulterio. in furto .n. aliquis dolose insidiatur rebꝰ possessis a ꝙximo, & hoc excludit a se dicẽs; *Si declinauit gressus meos de via.* s. iustitiæ conẽnendo ipsam: ex quo sequitur, ꝙ homo res proximi insidioso oculo videat ad rapiendum: vnde subdit, *Si secutus est oculus meus.* ad rapiendum scilicet: *Cor meum,* ideſt

Universidad de D… Biblioteca

desiderium meum. quasi dicat, si ad hoc habendum oculus meus intendit, quod cor desiderauit. Tertio autem contingit, quòd homo contempta iustitia & intentione directa ad acquirendum, quod cor concupiscit, adhibet manum ad rapiendum aliena. vnde sequitur; *Et manibus meis adhæsit macula.* scilicet per ablationem rei alienæ. Iustum est autẽ, vt siquis bona aliena rapiat, & bona eius ab aliis diripiantur: vnde subdit: *Seram, & alius comedat.* quasi dicat, si bona aliena rapui, bona mea ab aliis rapiantur: quod est execrationis iuramentum.

cum quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid nõ in utero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in uulua unus? Si negaui: quod uolebant, pauperibus: & oculos viduæ expectare feci: Si comedi bucellam meam solus, & nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meę egressa est mecũ. Si despexi prætereũtem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum manum meam, etiã cum viderem me in porta superiorem: Humerus meus a iunctura sua cadat, & brachium meum cũ suis ossibus confringatur. Semper G enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

Solent autem homines aliena rapere ut filiis suis diuitias cõgregent, secundum illud Naum 2. Leo cępit sufficienter catulis suis. & ideo iustum est ut homini, qui aliena rapit, non solum sua diripiantur, sed etiam filii moriantur: vnde subdit; *Et progenies mea eradicetur.* cui scilicet, videretur rapina fuisse conseruata. In adulterio vero, homo vxori proximi dolose insidiatur, in quibus insidiis quædam cordis deceptio præcedit, dum scilicet, ratio per concupiscentiam obtenebratur: vnde subdit; *Si deceptum est cor meum super mulierem.* scilicet alienam concupiscendam. ex quo autem cor a concupiscentia mulieris vincitur, consequens est vt mulierem concupitam, quibuscunque dolis habere conetur. vnde subdit; *Et si ad ostium uicini mei insidiatus sum.* vt scilicet, eius vxore abuterer. iuste autem puniri videtur, qui alienam vxorem adulterio polluit; quod etiam eius vxor ab aliis polluatur. vnde subdit; *Scortum alterius sit uxor mea.* vt scilicet, aliis se venalem exhibeat. ex quo sequitur, quòd alii ea abutantur. vnde subdit; *Et super illam incuruentur alij.* scilicet, adulterium committendo. quare autem hoc peccatum vitauerit, ostendit subdens; *Hoc enim nefas est.* quia scilicet, est contra statutum Dei, qui virum & mulierem in matrimonio coniunxit: & si consideretur humana iustitia; *Est iniquitas maxima.* quia scilicet, quanto est maius bonum quod surripitur, tanto est iniustitia maior: si quis enim furaretur bouem, maior est iniquitas quàm si furaretur ouem. vnde & maiori pœna punitur, vt habetur Exod. 22. Ille autem, qui adulterium committit, maxime quid ei subtrahit; scilicet vxorem, quæ est vna caro cum ipsa: & prolem certam, & per consequens totam patrimonii successionem. quæ propter adulterium, quandoque ad extraneum peruenit. vnde subdit; *Ignis est.* scilicet adulterium, vsque ad consumptionem deuorans. quia scilicet defraudat hominem in toto patrimonio, vt dictum est; *Et omnia eradicans genimina.* dum scilicet filiorum successionem facit incertam, vnde dicitur Eccle. 23. Mulier omnis relinquens virum suum peccabit, statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. sic ergo postquam expurgauit se de iniustitia, quantum ad hoc, quòd aliis iniuriam non fecit, nec in rebus surripiendis, nec persona coniuncta abutenda, excusat se cõsequenter ĩ quòd iniustitiam non incurrit per iustitiæ defectum: vnde subdit; *Si contempsi iudicium subire cum seruo meo, & ancilla mea cum disceptarent aduersum me.* quasi dicat, si minoribus meis iustitiam reddere contempsi, hæc & illa grauia mihi accidant. quare autem cum seruis suis iudicium subire non contempserit, ostendit subdens; *Cum surrexerit ad iudicandum Deus.* idest, cum apparuerit iudicaturus ipse, cuius iudicium modo despicitur: non haberem ad cuius consilium vel auxilium resurgerem: nec etiam possem Deo rationabiliter in iudicio respondere. vnde subdit; *Et cum quæsierit.* idest cum facta mea examinauerit: *Quid respondebo illi?* idest quam rationem reddere potero, quare cum seruis meis iudicium subire noluerim? quasi dicat, nullum. & hoc ostendit consequenter ex hoc, quòd naturaliter est eadem conditio omnium hominum. vnde subdit; *Nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus est?* quasi dicat, eandem animam cum seruis meis habeo a Deo creatam. corpus etiam meum eadem diuina virtute formatum est: vnde subdit: *Et formauit me in uulua unus*, scilicet Deus, qui & illum formauit. & ideo manifestum est, quòd cura est Deo. qualiter illum tractem. Postquam igitur ostendit se non fuisse luxuriosum neque iniustum, consequenter ostendit se non fuisse immisericordem: quod quidem primo ostendit ex hoc, quòd beneficia miseris non subtraxit: solent autem quidam pauperi eleęmosinam petenti, statim a principio negare, quod petitur,

F quod a se excludit, dicens; *Si negaui pauperibus quod uolebant.* quidam vero non negant, sed tamen dare differunt. quod a se excludit, dicens: *Et oculos uiduæ expectare feci.* alii vero non negant, nec dare differunt quæ petuntur, sed nihil ex proprio victu darent: sed hoc a se excludit, ostendens, quòd nec modicis, solus voluit vti, quin aliis communicaret. vnde subdit: *Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.* & subintelligitur, hæc, vel illa grauia mihi accidant. est autem cõsiderandum quòd valde signanter loquitur. Pauperes enim non solum petere, sed etiam instare solent, vnde beneficium misericordiæ non subtrahitur eis, nisi per omnimodam negationem. viduæ autem petunt quidem, sed instare uerentur: & ideo nisi cito eis subueniatur, misericordiæ beneficio priuantur. pupilli autem nec petere audent: vnde oportet, quòd etiam eis non petentibus, misericordia impendatur. quare autem tam misericors fuerit, ostendit ex duobus, primo quidem, ex antiqua consuetudine quam a pueritia inchoauit. vnde subdit: *Quia ab infantia mea, creuit mecum miseratio.* quanto enim magis crescebat in annis, tanto magis in misericordiæ operibus exercebatur. Secundo, quia naturalem inclinationem habebat ad misericordiam, sicut diuersi homines ad diuersas virtutes, quasdam naturales inclinationes habere solent. vnde subdit; *Et de utero* H *matris meæ egressa est mecum.* quia scilicet, ex primis generantibus sic dispositus fui, vt essem ad miserendum promptus. Solet autem esse duplex misericordiæ impedimentum. quorum primum est, contemptus miseri, quem non reputat miseratione dignum. consueuerunt autem despici, qui uilibus induuntur, & honorari, qui vtuntur vestibus prætiosis. vnde dicitur Ecclesiast. 19. Quòd amictus corporis enunciat de homine. sed hoc misericordiæ impedimentum a se excludit, subdens; *Si despexi prætereuntem.* idest quemcunque extraneum per viam transeuntem; *Et pauperem eo quòd non habuerit indumentum.* scilicet notum: *Eo quòd esset absque operimento.* subaudi, hęc, vel alia mihi accidant. nec solum non despexi vestimentis carentem, sed etiam de vestimentis prouidi ei. vnde subdit; *Si non benedixerint mihi latera eius.* quæ scilicet discooperta I operui, & sic fuerunt occasio, quòd mihi benedixerunt. & rationem huius exponit, subdens; *Et de uelleribus ouium mearum calefactus est.* scilicet per vestimenta sibi exhibita, & est subaudiendum idem quod est supra. Aliud autem impedimentum misericordiæ, est fiducia propriæ potestatis, ex qua homini videtur, quòd impune possit alios grauare, & maxime inferiores personas; & hoc a se excludit, dicens; *Si leuaui super pupillum manum meam.* vt scilicet eum opprimerem; *Et cum uiderem me in porta.* idest, in loco iudicii; *Superiorem.* idest, magis potentem. Iustum est autem vt homo membris priuetur, quibus ad iniustitiam vtitur. & ideo subiungit amissionem, quasi pœnam, non solum manus, sed etiam brachii, in quo radicantur manus, & humeri, cui brachium colligatur. vnde subdit: *Humerus meus a iunctura sua cadat: & brachium meum cum suis ossibus conteratur.* si scilicet, manu mea sum abusus ad pauperum oppressionem. ostendit autem conse- K quenter, quare, licet esset superior, super pupillos manum non leuaret, quia. s. etsi non dimitteret propter hominem, dimitteret tamen propter Deum, cuius. s. iudicia timebat; vnde subdit: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum.* & loquitur ad similitudinẽ in mari nauigantium, qui, intumescentibus fluctibus super altitudinem nauis, timẽt ne ab eis submergantur. similiter timebat comminationes diuinas, quasi fluctus intumescentes: & etiam auctoritati diuinæ cedebat, ex qua prohibetur pupillorum oppressio: vnde subdit; *Et pondus eius.* idest, auctoritatem Dei protegentis pupillos; *Ferre non potui.* quin scilicet, in me inclinarem.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Iob excusauit se de iniustitia & de immisericordia, hic cõsequenter excusat se de inordinato affectu ad diuitias: quod quidẽ contigit dupliciter: vno modo per hoc, quòd homo nimis de diuitiis confidit: & hoc excludit dicens: *Si putaui aurum robur meum.* ut in diuitiis principaliter virtutem meam reputarem: *Et si obrizo* idest, si auro purissimo; *dixi: fiducia mea,* scilicet tu es: contra id quod Apostolus dicit 1. ad Timoth. vltim. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarum. Secũdo deordinatur hominis affectus circa diuitias per hoc, ꝙ nimis de diuitiis gaudet. & ideo quantũ ad diuitias iam habitas subdit: *Si lætatus sum.* scilicet inordinate: *Super multis diuitiis meis.* quas sicut propria possidebam. Quantum autem ad acquisitionem diuitiarum, subdit: *Et quia plurima reperit manus mea.* solent enim homines de iis quę de nouo acquirunt, magis gaudere. Deinde excusat se a peccato superstitionis, quod est contra Deum. colebant autem antiquitus idolatræ stellas cæli, & præcipue luminaria, propter maximam eorum claritatẽ, & hoc a se excludit, dicens; *Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare.* propter quæ scilicet, ab idolatris coluntur; *Et lætatum est in abscondito cor meum.* quasi interiori cultu eis deuotus existens. & quantum ad exteriorem cultum subdit; *Et osculatus sum manum meam ore meo.* quasi in eorum reuerentiam. & quare hoc vitauerit, ostendit subdens: *Quæ est iniquitas maxima.* si enim iniquum est, vt illud, quod est vni homini debitum, alteri exhibeatur, maxime videtur esse iniquum, vt cultus Deo debitus, exhibeatur creaturæ: & quia impossibile est, quòd homo simul Deo & creaturæ exhibeat latriam, ideo subdit; *Et negatio contra Deum altissimum:* si enim quibusdam creaturis nomen Dei per participationem attribuatur, soli tamen Deo altissimo latrię cult⁹ debetur, qui uocatur altissimus, etiã si aliis talis cultus exhibeatur. His igit præmissis quæ pertinẽt ad cõem iustitiam, subiũgit quædam quæ pertinent ad perfectionem uirtutis, inter quæ primo odium inimicorũ excludit, quod maxime manifestatur, quãdo aliquis gaudet de totali ruina eius: & hoc excludit a se, dicens; *Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat.* vel de aliquo malo ei superueniente: quod a se excludit subdens; *Et si exultaui, quod inuenisset eum malum.* idest ex insperato ei superuenisset: & quare hoc vitauerit, ostendit subdens; *Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius.* naturaliter enim homo desiderat ea, de quibus gaudet & desiderium interius explicat verbis. consequens igitur est, vt si aliquis de malis alicuius gaudeat, quòd ea desideret, & per consequens, quòd maledicendo ei malum imprecetur. Deinde perfectionem suæ virtutis ostendit quantum ad superabundantiam bonorum, quæ aliis exhibuit, & primo quidem, quantum ad domesticos suos dicit; *Si non dixerint uiri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur.* cum enim aliquid est delectabile ad vsum comestionis, desiderãt homines eius carnibus saturari: ꝑ hoc ergo dat intelligere, ꝙ eius conuersatio tam fuit suis domesticis grata, ꝙ eius carnali præsentia cuperent saturari. Quantum autem ad extraneos, subdit; *Foris non remansit peregrinus.* quin scilicet in domo mea reciperetur: *Ostium meum uiatori patuit.* vt scilicet ei non esset difficilis ingressus. Vlterius ad ostendendam suæ virtutis perfectionem, quantum ad exclusionem timoris indebiti. Solent autem homines propter confusionis timorem, interdum cõtra iustitiam suam culpam occultare, vel eam negando, quod a se excludit, dicens; *Si abscondi quasi homo.* idest, sicut homines solẽt facere; *Peccatum meum.* illud. s. indebite negando, vel excusando, vel etiã astutiis aliquibus palliãdo; vnde subdit; *Et cælaui*

LECTIO II.

SI putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare. Et lætatũ est in abscondito cor meum, & os- B culatus sum manum meam ore meo. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimũ. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccãdum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius. Si non dixerunt uiri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, ut saturemur? Foris non mãsit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat: Vt in humero meo portem illum, & circũdẽ illũ quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronũciabo illum, & quasi principi offeram eũ. Si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa sulci eius deflẽt. Si fructus eius comedi absque pecunia, & animã agricolarũ eius afflixi. Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

A *in sinu meo.* idest per aliquam occultam simulationem; *Iniquitatem meam.* cum scilicet eam confiteri vererer. Consequenter autem excludit a se inordinatum timorem corporalium periculorum, qui quidem maxime solet procedere ex multitudine contra hominem insurgente, secundum illud Eccle. 26. A tribus timuit cor meum: zelaturam ciuitatis, & collectionem populi &c. vnde dicit: *Si expaui ad multitudinem nimiam.* additur autẽ ad hunc timorẽ, si homo despiciatur a propinquis, a quibus iuuari debuerit: vnde subdit; *Et despectio propinquorum terruit me.* Solent autẽ homines impauidi in contrarium incidere per præsumptionem, & quandoque quidem saltem verbis loquuntur cõtra fortiores: & hoc a se excludit dicens; *Et non magis tacui.* quandoque autem vlterius procedunt, vt præsũptuose multitudinem aduersariorum inuadãt: sed hoc excludit, dicẽs; *Nec egressus sum ostium.* & quia multa & magna de se dixerat, super his diuinum C testimonium inuocat, vnde subdit; *Quis mihi tribuat adiutorem?* qui scilicet mecum interpellet ad Deum. & ad quid adiuuari velit, ostendit subdens; *Vt desiderium meum audiat omnipotens.* & quod sit desiderium, exponit subdens: *Et librum scribat.* scilicet meæ accusationis vel commendationis super præmissis; *Ipse qui iudicat.* scilicet omnes actus humanos, scilicet interiores & exteriores, & siquidem per huius libri testimonium, idest per certam veritatis manifestationem, ego culpabilis appaream, volo portare pœnam: vnde subdit; *Vt in humero meo portem illum.* si vero manifestata veritate commendabilis appaream, exinde coronam præmii accipiam: vnde subdit: *Et circumdem illum quasi coronam mihi.* per quod dat intelligere suum desiderium esse, vt qui iniuste condemnabatur ab amicis, iusto Dei iudicio reseruetur. prædicto autem libro diuini testimonii se non contradicturum promittit, vnde subdit; *Per singulos gradus meos.* idest processus operum meorum. *Pronunciabo illum.* idest confitebor veri D tatem diuini testimonii, nec recusabo subire sententiam secundum testimonium diuinum, vnde subdit; *Et quasi principi offeram illum.* scilicet gratanter ferens, vt secundum diuinum testimonium cum eo agatur. Deinde excludit a se vitium superfluæ cupiditatis, etiam in rebus acquirendis ex propriis possessionibus: quod quidem dupliciter manifestatur, uno modo per hoc, quòd homo per nimium cultum superfluos fructus a suis possessionibus extrahere nititur. & ad hoc excludendum metaphorice subdit; *Si aduersum me terra mea clamat.* quasi non permiserim eam quiescere, sed nimis eam coluerim: vnde subdit: *Et cum ipsa sulci eius deflent.* & loquitur per similitudinem hominis, qui nimis angariaretur. alio modo manifestatur superflua cupiditas per hoc, quòd homo operariis suis pretium denegat laboris: vnde subdit; *Si fructus eius comedi absque pecunia.* scilicet soluta operariis. *Et animam agricolarum eius afflixi.* scilicet nimis cogendo ad laborandum, vel mercedem subtrahendo. Est autem debi- E tum, vt qui superflua & inconsueta cupit, etiã debita & cõsueta perdat: vnde subdit: *Pro frumento.* quod. s. seminatur ad victũ hominis: *Oriatur mihi tribulus.* qui scilicet, non solum est inutilis, sed & pungitiuus: *Et pro hordeo.* quod scilicet seminatur in cibum iumentorum. *Spina* quæ scilicet etiam iumenta pungendo lædit. quibus præmissis, subditur epilogus, cum dicitur; *Finita sunt uerba Iob.* quæ scilicet adduxit ad suæ sententiæ assertionem, nihilque post hoc proposuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO PRIMA.

FINITA disputatione Iob,& trium amicorum eius, subditur disputatio Eliu contra Iob.qui quidem quibusdam acutioribus rationibus contra Iob utitur,quàm priores, & magis ad ueritatem accedit: vnde & Iob ei non respondet: licet tamen in aliquo a ueritate deuiet, & verba Iob siniſtre interpretetur, ut infra patebit. Præmittitur autem causa ex qua motus fuit ad loquendum,ſcilicet ex indignatione cõtra Iob, & cõtra amicos eius. Præmittit ergo triũ amicorum ſiletium, cum dicit: *Omiſerunt autem tres uiri iſti.*ſcilicet de quibus ſupra habitum eſt: *Reſpondere Iob.*ubi notandum eſt,quòd eos uiros non nominaret,ſi non iuiſſet res geſta, ſed parabola conficta.cauſam autem ſilentii oſtẽdit, ſubdens: *Eo quod iuſtus ſibi uideretur.*multa enim dixerat Iob quæ ad ſuæ iuſtitiæ oſtentionem pertinebant,quibus prædicti tres uiri contradicere non valebant.Ex utroque horum,ſcilicet ex ſilentio amicorum, & ex hoc,quòd Iob ſibi iuſtus uidebatur , commotus fuit Eliu, qui aſtabat,ad iram,& ideo ſubditur: *Et iratus.*ſcilicet in corde: *Indignatuſque.*ſcilicet oſtendendo iræ ſigna exteriùs : *Eſt Eliu.*in quo deſcribitur ex nomine;*Filius Barachel.*in quo deſcribitur ex origine: *Buzithes.*in quo deſcribit ex patria: *De cognatione Ram.* in quo deſcribitur ex genere, quæ tota deſcriptio ad hoc valet, ut oſtendatur ad rem geſtam pertinere. Cauſam autem iræ explicat conſequenter : & primo quidem contra Iob, cum dicit; *Iratus eſt aduerſus Iob,eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret coram Deo.* id eſt ſecundum diuinum teſtimonium , quod maxime accipi poteſt ex eo,quod dixerat ſupra.30. Ipſe ſcit uiam meam . & poſt ſubdit, Veſtigia eius conſecutus eſt pes meus. Quantum autem ad amicos ſubdit: *Porrò aduerſus tres amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inuenißent reſponſionem rationabilem,*qua ſcilicet reſponderent uerbis eius,quibus ſe iuſtum aſſerebat, ſed tantummodo condemnaſſent Iob dicentes,ſcilicet eum eſſe iniquum.oſtendit autem conſequenter cauſam quare Eliu prius in nullo reſponderat Iob,cum ſubdit : *Igitur Eliu expectauit Iob loquentem.* ideſt in nullo contradicens eius ſermonibus: *Eo quòd ſeniores eſſent qui loquebantur.*eis ſcilicet deferens quaſi ſapientioribus,quod ætas ſenectutis requirebat:ſed quia non uidebatur ei,quòd alicui deberet reuerentiam exhibere in præiudicium ueritatis,iratus cõtra tres ſeniores, ipſe iunior reſpondere incepit : vnde dicitur: *Cum autem uidißet,quòd tres reſpondere non potuiſſent,*ſcilicet ratione Iob: *Iratus eſt uehementer* , quaſi exiſtimans quòd per illorum ignauiam ueritas deperiret.& ideo loco illorum voluit veritatem,vt credebat,defendere,& hoc eſt quod ſubdit: *Reſpondensque Eliu filius Barachel Buzithes.*ſ.ſermonibus & rationibus Iob. In hac aũt ſua reſponſione primo excuſat priſtinũ ſilẽtiũ ex ſua ætate: vnde ſequitur: *Dixit, iunior ſum tempore.* tum etiã ex illorũ antiquitate, vnde ſubdit: *Vos autem antiquiores.* iuuenes aũt debent reuerentiã deferre ſenioribus, vnde ſequitur; *Demiſſo capite.* ſ.in ſignũ reuerentiæ: *Veritus ſum indicare uobis meam ſententiam.* ne.ſ.præſumptuoſus uiderer impediendo mei ſermonibus ſapientiorũ uerba. Probabile aũt uidetur, q̃ ſenes ſapiẽtius loquãtur propter duo,primo quidẽ quia iuuenes ex feruore animi frequenter multa & inordinate proponunt,ſenes aũt propter grauitatem ætatis maturius loquuntur, vnde ſubdit; *Sperabam n.quòd ætas prolixior loqueretur* ſ.grauius & efficacius. Secũdo uero,quia ſenes per experientiã longi tẽporis multa cognoſcere poſſunt, & per cõſequens ſapientius loqui, vnde ſequitur; *Et annorũ multitudo.* propter quã. ſ.experimentũ accipi poteſt : *Doceret ſapientiam.*ſ.experimento acceptã.conſequenter excuſat ſe, quare nũc loqui incipiat, quia.ſ.expertus eſt,q̃ ætas nõ eſt ſufficiens ſapiẽtiæ cauſa,ſed magis inſpiratio diuina: vnde ſubdit; *Sed ut uideo.* i.per effectũ conſidero; *Spiritus Dei eſt in hominibus.*inquãtũ. ſ.in eis operatur. & hoc eſt qd ſubdit; *Et inſpiratio omnipotentis .* quæ ſ hominibus inſpirat Spiritusſanctũ, qui eſt ſpiritus ſapientiæ & intellectus; *Dat intelligentiam.*ſ.ueritatis, quæ eſt ſapientiæ principiũ iis, quibus inſpirat. q̃ aũt hęc inſpiratio ſit ſapiẽtię præcipua cauſa, oſtẽdit p hoc q̃ ætas nõ pficit ſapiẽtiã, ſed cauſat, vñ de ſubdit; *Non ſunt longæui ſapientes.*quantũ. ſ.ad cognitionẽ diuinæ ueritatis; *Nec ſenes intelligunt iudicium.* quantũ. ſ.ad ordinationẽ humanorũ actuũ. & quia licet non eſſet ſenex, cõſidera

CAPITIS XXXII.

LECTIO I.

MISERVNT autem tres uiri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi uideretur. Et iratus, indignatuſque eſt Eliu filius Barachel Buzithes, de cognatione Ram. Iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret coram Deo. Porro adbat tũ ſe inſpiratũ a Deo,ideo loqui audebat,unde ſubdit : *Ideo dicam.*in hac aũt ſua locutione primo inducit eos ad audiẽdũ ex auctoritate Dei,cuius inſpiratione loquebat, vnde dicit. *Audite me.*vt.ſ.eius ſermonẽ non intertumpant.audientibus autem præmittit ſcientiæ documenta : vnde ſubdit ; *Oſtendam uobis etiam ego.* ſcilicet quãuis ſim iuuenis: *Scientiã meam.*ſcilicet ex qua reſpõdebo rationib' Iob. Iuſtum autem erat quòd ipſi eum audirent , quia etiã ipſe eos audierat, vnde ſubdit ; *Expectaui enim.* ſcilicet diu , *Sermões ueſtros.* quos ſcilicet contra Iob protuliſtis. & quia reputabat ſe poſſe diſcernere, quid ab eis bene dictum eſſet & quid non bene, ſubdit ; *Audiui prudentiam veſtram .* quaſi dicat , audiendo diu cogitaui , & diuidicaui quid in verbis veſtris ad prudentiam pertineret : non autem parum , ſed diu expectauerat. Terminum autem expectationis ſuæ determinat ex duobus primo quidem ex illorum uoluntate : vnde ſubdit ; *Donec diſceptaretis in ſermonibus veſtris* ideſt,donec placuit vobis contra Iob diſceptare. Secundo ex ſpe,quam de eorũ ſapienti doctrina habebat : vnde ſubdit ; *Et donec putabam uos aliquid dicere, conſiderabam.* non eſt autem amplius audiendus,de quo non ſperatur, quòd aliquid utile ſit dicturus.videbat autem,quòd verba eorũ quibus contra Iob vtebantur efficacia non erant: primo quidẽ quia eum rationibus vincere non poterant: vnde ſubdit ; *Sed ut uideo , non eſt qui poſſit arguere Iob.* ſcilicet eum conuincendo rationibus. Secundo,quia non poterant eius rationibus obuiare: vnde ſubdit ; *Et reſpondere* ſcilicet ſufficienter . *Ex uobis.* ideſt ex veſtro ſenſu.vel,non eſt qui poſſit ex vobis : ex veſtro ſenſu vel ; *Non eſt qui poſſit ex vobis.* ideſt ex veſtro numero : *Sermonibus eius.* de quibus ſcil cet contra vos vtitur.præcipue autẽ eorũ rationes contra Iob fundabantur in hoc,q̃ aduerſitates Iob attribuebant diuino iudicio,quod errare non poteſt. quã quidem reſponſionẽ eſſe inſufficientẽ conſequenter oſtendit dicens; *Ne forte dicatis , inuenimus ſapientiam.* ideſt iſtud ſufficit ad ſapientem reſponſionẽ ; *Deus proiecit eum.* ſcilicet in aduerſitates, qui errare nõ poteſt : *Et non homo.* qui poteſt decipi & decipere. Ipſe autẽ intẽdebat efficacius reſpondere: vnde ſubdit ; *Nihil locutus eſt mihi.* Ex quo vult oſtendere, quòd non loquitur quaſi prouocatus; *Et ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi,* ideſt non ſequar vias veſtras in reſpondendo: ſed alias efficaciores ad reſpondendum vias inueniam. Intendit autem ſe de futura reſponſione excuſare , nõ ſolum apud ipſos,ſed etiam apud alios: & ideo ad alios conuertit ſermonẽ ſuum dicens ; *Extimuerunt.* ſcilicet vlterius loqui,ne manifeſtius cõuincerẽtur : *Nec reſponderunt vltra.* ſ.rõnib' Iob. & vt oſtẽdat hoc fuiſſe p̃p eorũ ignauiã,nõ p̃p efficaciã rationũ Iob,iõ ſubdit; *Abſtuleruntq; a ſe eloquium.*ſ. negligenter tacendo.quãdo aũt homo efficaci ratione conuincitur,nõ ipſe a ſe aufert eloquiũ,ſed potius ei ab alio aufertur quia ergo illi defecerãt,dicit ſe velle eorũ defectũ ſupplere : vnde ſubdit ; *Quoniam igitur expectaui,*ſcilicet diu, vt eis deferrem: *Et non ſunt locuti* ſcilicet reſpõdentes ſufficiẽter ſermonibus Iob. *Sed ſteterunt.* ideſt ceſſauerũt & ſiluerunt, fallitati.ſ. non reſiſtentes : *Nec reſponderunt vltra.* ſ.ilicet pro teſtimonio veritatis aliquid dicentes : *Reſpondebo & ego partem meam.* quia ſcilicet defenſio veritatis pertinet ad omnes : & vnuſquiſque debet ibi ponere , quaſi pro parte ſua,quod poteſt. non ſolum autem zelo veritatis defendendæ, ſed etiam ex inani gloria mouebatur: vnde ſubdit; *Et oſtendam ſcientiam meam.* quęrit enim inanis gloriæ cupidus, vt ſi quid in ſe excellens eſt, manifeſtet : & ideo conſequenter oſtẽdit maximam ſibi facultatem animi eſſe ad reſpondendum,cũ ſubdit ; *Plenus ſum enim ſermonibus.* quaſi abundanter occurrit mihi , quod reſpondeam : & quia facultas nõ ſufficit ad agẽdũ, niſi homo ab aliquo incitetur,ideo ſubdit; *Et coarctat me ſpiritus uteri mei.* vterus eſt locus conceptionis: vnde per vterum hic metaphorice ſignatur intellectus, intelligibilia diuerſa concipiens. Spiritus vero vteri eſt voluntas, impellẽs hominẽ ad manifeſtãdũ cõceptiones cordis p ſermonẽ. Eſt aũt homini moleſtũ, cũ nõ implet qd̃ deſiderat, & iõ anxietatẽ, quã patiebatur tacendo, exponit per ſimilitudinẽ ſubdens *En uenter meus* i.mẽs mea. *Quaſi muſtum.*ſ.quod feruet: *Abſque ſpiraculo , quod lagunculas nouas diſrumpit.* niſi. n. vapor muſti feruẽtis ex parte aliqua euaporet,multiplicatur vapor anterius quandoq; uſque

uſque ad uaſis confractionem: & ita etiam ſe muſto propter iuuentutem comparat,& ideo ex magno deſiderio loquendi periculum ſui exiſtimat imminere,niſi loquatur; vnde ſubdit ; *Loquar, & reſpirabo paululum.* quia.ſ.per uerba euaporabo interiorem feruorem,vt ab anxietate deſiderii quieſcam. quid autem loqui uelit , oſtendit ſubdens: *Aperiam labia mea, & reſpondebo.*ſuerbis Iob. Qué autem modum in reſpondendo obſeruare debeat , oſtendit ſubdens : *Non accipiam perſonam uiri.*ille enim in reſpondẽdo perſonam hominis accipit, qui veritatem relinquit , vt homini placeat , vel deferat. Quare autẽ hoc ipſe facere nolit oſtendit ſubdens. *Et Deũ homini non æquabo .* Talis enim ſibi uidebatur eſſe diſputatio præſens , ut ſi homini deferret, excellentiæ diuinæ reuerentiam debitam non ſeruaret. quod quidem quare facere timeat , oſtendit ſubdens; *Neſcio enim quam diu ſubſiſtam.* ſcilicet in hac mortali vita,vt poſſim mihi diuturna ſpatia temporis ad pœnitẽdum repromittere; *Et ſi poſt modicum tollat me factor meus .* per mortem aſſumat ad ſuum iudicium. Ex quo patet,quòd Eliu in hoc concordabat cum Iob, ꝙ retributio peccatorum eſſet poſt mortem, alias enim fruſtra videretur timuiſſe Deum offendere , propter vicinitatem mortis .

LECTIO PRIMA.

DICTVM eſt ſupra,quòd Eliu indignatus fuit contra Iob, & contra amicos eius poſtquam autem locutus fuerat contra ignauiam amicorum Iob,nunc contra ipſum Iob incipit loqui.& ideo primo eum ad attentionem excitat dicens ; *Audi igitur Iob eloquia mea.* quia ſcilicet ego iam reſpondere intendo. & vt ſignifice: ſingula ſe cum pondere dicturum,ſubdit ; *Et omnes ſermones meos.* quaſi nihil ſit in uanum dicturus. & ne Iob quæreret,quare prius locutus non fuerit,ſubdit; *Ecce aperui os meum.* quaſi dicat,prius dum tacui,os meum clauſeram propter reuerentiam ſeniorum,nunc quia ipſi deficiunt, neceſſitas cogit me loqui vnde ſubdit: *Loquatur lingua mea in faucibus meis.*quaſi dicat,non ſequar verba aliorum,ſed proprios conceptus enunciabo . & quia Iob in præcedentibus contra amicos ſuos dixerat, quòd eũ verbis affligebãt & confundebant,ideo hoc a ſe excludit ſubdens; *Simplici corde meo ſermones mei.*ſcilicet ſunt,quaſi dicat, non loquar ad calumniandum vel ridendum , ſed ſimplici animo ad veritatem manifeſtandam.Et quia prædictis tribus viris Iob impoſuerat,quòd eſſent fabricatores mendacii, & cultores peruerſorum dogmatum,hoc a ſe excludit dicens; *Et ſententiam labia mea puram loquentur.*ideſt,abſque admiſtione alicuius falſitatis vel erroris.vnde autem fiduciam veritatis manifeſtandæ acceperit,oſtendit ſubdens: *Spiritus Dei fecit me .* & ideo non eſt mirum ſi ſuam facturam mouet & perficit , & hoc eſt quod ſubdit; *Et ſpiraculum omnipotentis uiuificauit me.*ſcilicet ad opera vitæ mouet & perficit,inter quæ præcipuum eſt intelligentia ueritatis.& ne videatur hoc induxiſſe quaſi præiudicium afferre intendens Iob,ne contra diuinitus loquentem reſponderet, ſubdit; *Si potes , reſponde mihi .* quantum ſcilicet ad ea , quæ contra te dicam ; *Et aduerſus faciem meam conſiſte .* vt ſcili et tu etiam contra me obucias , ſi quid dixero , quod tibi non placet. & ne Iob dedignaretur cum eo diſputare propter ſuam famoſam ſapientiam , & illius iuuentutem , ad hoc excludendum ſubdit ; *Ecce & me ſicut & te fecit Deus* & ita ex parte factoris uterque noſtrum eandem ſpem ueritatis inquirendæ poteſt habere:ex parte vero materiæ vtrique adiacet idẽ impedimentum . vnde ſubdit ; *Et de eodem luto ego quoque formatus ſum .* ex cuius ſcilicet groſſitie lumen intelligentię obtenebratur . Videbat autem Eliu ſibi poſſe reſpõderi, hoc quaſi ad miraculum pertinere, ſi iuueni tanta ſapientia & facundia præbere tur, quòd contra ſapientiſſimũ ſenem ſufficeret diſputare, & ideo , quaſi inuenis hoc miraculoſe ſe eſſe aſſecutũ, ſubdit ; *Verumtamẽ , miraculum meũ non te terreat .* ſcilicet , ut reſpondere non audeas miraculoſe ſcientiam adepto. *Et eloquẽtia mea non ſit tibi grauis .* vt ſcilicet ex ea obſtupeſcas. His igitur præmiſſis quaſi proœmialiter , ſubiungit ea, in quibus Iob reprehendere intendit vnde ſubiungit; *Dixiſti ergo in auribus meis.*quaſi dicat:excuſare te non potes eũ dixeris;*Et uocem uerborum audiui.*ſcilicet per ſollicitudinem attentionis.Primo ergo in verbis Iob notauerat, quòd ſe immunẽ eſſe dixerat a peccato vnde dixit. *Mundus ſum ego.*ſ. ab immunditiis carnis: *Et abſque delicto.*ſcilicet peccato omiſſionis; *Immaculatus.*ideſt grauibus peccatis quæ ſunt contra Deum,puta idolatria,vel aliquid huiuſmodi;*Et non eſt iniquitas in me.*vt .ſ.proximos læſerim. Secundo notat in verbis eius quòd Deo iniquitatem iudicii impoſuerit . iniquitas autem iudicii ſolet ex odio iudicantis procedere.quantum ad hoc commemorat Iob dixiſſe; *Quia querelas in me reperit,ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.* ſupra quidẽ 13. Iob dixerat interrogatiue. Cur faciem tuam abſcondis; & arbitraris me inimicum tuum? hoc autem quòd dicitur hic: *Querelas in me reperit.*non inuenitur dixiſſe: vnde hæc eſt additio Eliu, præue interpretantis verba Iob . Iudicis enim odiũ iuſtum eſſe videtur,ſi certificatus de malitia alicuius ,odio eum habeat ad puniendum.ſed ſi ex leuibus querelis iudex pronocetur ad odium alicuius,erit odium iniuſtum: & taliter interpretabatur,quod Iob dixerat ſe a Deo inimicum reputatum eſſe. Secundo,ad iniqu tatem iudicis pertinere videtur,ſi alicui facultatem iuſtæ defenſionis auferat. & quantum ad hoc ſubdit ; *Poſuit in neruo pedes meos.*ideſt compediuit,quaſi impediẽdo me a meis operibus. Tertio pertinet ad iniquitatem iudicii,vt quælibet lenia ad condemnationem congreget alicuius: & quantum ad hoc ſubdit; *Cuſtodiuit omnes ſemitas meas.*quaſi in ſingulis operibus eũ obſeruans: hoc autem Iob non dixerat ad oſtendendum peruerſitatem diuini iudicii,ſed quaſi figuraliter loquens,ut ſupra 13. oſtenſum eſt.vnde & ibi præmittitur,Aenigmata percipite auribus veſtris.& quia hoc ſecundum excludit , primum ſubdit ; *Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus.*quaſi dicat , non potes te iuſtum dicere,quia hoc ipſum ad iniuſtitiam tuam pertinet,quòd Deo iniuſtitiam imponis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO SECVNDA.

PROPOSVERAT supra Eliu ea, de quibus contra Iob disputare intendebat: verum quia Iob antequam præmissa uerba diceret, præmiserat supra 13. Disputare cum Deo cupio: videtur autem inconueniés eum qui anhelat ad disputandum cum superiore, reuocare ad hoc, quòd cum inferiore disputet: Antequā super præmissis cū Iob disputationem Eliu incipiat, de hoc ipso eū redarguit, quòd cū Deo disputare cupiebat. Et primo qui dē, quia hoc ipsum magnæ præsumptionis videtur, q̄ aliquis maiorē se prouocet ad disputandum; vnde dicit: *Respondebo tibi*, idest tuo desiderio, quo disputare cum Deo cupis; *Quòd maior sit Deus homine*. vnde præsumptuosum ē, quòd homo cupiat disputare cum Deo. Et in hoc quidē iuste argueret Iob, si cum Deo disputare uoluisset ad contradicendum quasi de pari. Iob autem cum Deo disputare volebat quasi ad addiscendum, sicut discipulus cum magistro. vnde supra 13. dixit, Os meū replebo increpationibus, vt sciā verba quę mihi respondeat: quod tamen Eliu interpretabatur, quasi hæc Iob cōtentiose contra Deum dixerit, conquerendo, quòd ei non responderet; vnde subdit; *Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia uerba responderit tibi.* quòd quidem ex prædictis verbis Iob colligere uoluit: & ex hoc quod etiam supra 19. dixerit; Ecce clamabo uim patiens, & nemo exaudiet: uociferabor, & non est qui iudicet. quæ quidem verba, & si qua similia superius dicta sunt, nō per modum contentionis dicebantur, sed quia desiderabat rationes diuinæ sapientiæ cognoscere. ad repellendum autem prędicta verba Iob, quæ interpretabatur Eliu, ac si essent contentio se dicta, consequenter ostendit Eliu, non esse necessarium, quòd Deus homini ad singula verba respondeat, si vnicuique sufficiēter loquitur ad eius instructionem: vnde subdit; *Semel loquitur Deus*. scilicet homini sufficienter ad eius instructionem. vnde de inceps non oportet, quòd ad singulas hominis interrogationes respondeat: vnde subdit; *Et secundo idipsum non repetit.* quia quod sufficienter factum est, iterare superfluum esset. quomodo autem loquatur Deus homini, ostendit subdens; *Per somnium in uisione nocturna.* Potest autem & alius esse sensus, vt per hoc quod dixit: *Semel loquitur Deus*. scilicet homini, referatur ad mentis instructionem, quæ est per lumen rationis naturalis, secundum illud Psal 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? & quasi respondens, subdit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. per quod scilicet, discernere possumus bonum a malo. & quia naturalis ratio immobiliter in homine manet, ut nō sit necesse eam iterare, ideo subdit; *Et secundo idipsum non repetit.* & deinde ostendit aliquādo modum, quo Deus homini loquitur per imaginariam visionem in apparitionibus somniorum: vnde subdit; *Per somnium in uisione nocturna.* quod quidem potest referri ad propheticam reuelationem. secūdum illud Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium, aut in uisione loquar ad eum. vel potest referri etiam ad cōmunia somnia, quæ credebat Eliu diuinitus procurari. modum autem & ordinē somniorum consequenter exponit. Primo quidem tangens naturalē causam, cum dicit; *Quando irruit sopor super homines.* quod quidem sit debilitatis exterioribus sensibus per uapores descendentes ad principium somniandi. Secundo ponit dispositionem ex parte uoluntatis humanæ, cum subdit; *Et dormiunt in lectulo.* q̄a scilicet homines maxime ordinata & significatiua somnia vident, quando quiete dormiunt. vnde infirmis propter inquietudinem apparent distorta somnia. vnde signanter dicitur Dan. 2. *Somnium tuum & uisiones capitis tui in cubiculo tuo huiusce modi fuerūt. Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo &c.* Tertio ponit operationem diuinam circa dormientem: quæ quidem attenditur, primo quantum ad hoc, quòd debilitatis exterioribus sensibus per soporē in homine in lectulo quiescēte, datur diuinitus facultas quædā percipiēdi diuinā instructionē, q̄ ei' anima circa exteriora nō occupatur: vñ subdit; *Tunc aperit aures virorum.* & satis cōuenienter vim perceptiuā diuinæ instructionis in tonitruis vocat aures, q̄a de hmōi instructione loquitur sicut de quadā locutione, eo q̄ non sit per inspectionem ipsarum rerum sed per signa quædā sicut & locutio. data autem facultate audiendi, consequēs est vt doceat: vnde subdit; *Et erudiens eos instruit disciplinā.* & sumitur hic disciplina pro instructione eorum, quę homini occurrunt agēda, vel vitanda, nō prō cognitione scientiarum speculatiuarū, quę non consueuerunt in somno reuelari: vnde subdit; *Vt auertat hominem ab iis quæ fecit.* frequenter enim homo in somniis corripitur de peccatis commissis. & quia principium peccatorum ē superbia, quæ Dei præcepta contemnūtur, subdit; *Et liberet eum de superbia.* per hoc autem quòd homo liberatur a culpa, consequens est vt euadat pœnam. quod quidem consequenter ostendit, quantum ad duplicem pœnam. primo quidem, quantum ad spiritualem pœnam animæ, vnde subdit; *Eruens animam eius de corruptione.* quæ sc licet, est per deordinationem potentiarum animæ. Secundo vero, quantum ad pœnam corporalem. vnde subdit; *Et vitam illius.* scilicet corporalem: *Vt non transeat in gladium.* puniendus, scilicet pro suo peccato. Vel potest vtrunque referri ad mortem corporalem, quæ quandoque accidit per interiorem corruptionem: sicut cum aliquis ex ægritudine moritur, quam Deus immittit pro peccato. quandoque vero accidit ex violentia gladii. Deinde subiungit alium modum diuinæ locutionis, quod scilicet, corrigit hominem per ægritudinē corporalem. in qua primo notat dolorem sensibilem: vnde dicit; *Increpat quoque.* scilicet hominem de peccatis præteritis: *Per dolorem.* scilicet corporalem ex ægritudine prouenientem: vnde subdit; *In lectulo.* secundum illud Psal. 40. Super lectulum doloris eius. Secundo tangit debilitatem infirmorum, cū dicit; *Et omnia ossa illius marcescere facit.* idest fortitudinem eius annihilat, quæ in ossibus consistit. Tertio ponit amissionē appetitus, cum subdit, *Abominabilis ei fit in vita sua.* idest dū adhuc viuit, scilicet propter infirmitatem: *Panis.* qui scilicet, est cibus cōmunis: *Et animæ illius cibus ante desiderabilis.* quod defertur ad alios cibos, qui diuersimode a diuersis desiderantur. Quarto, ponit maciem ex hoc prouenientem, cum subdit; *Tabescet caro illius.* idest, deficiet. & sic per consequens; *Ossa quæ tecta fuerant.* scilicet carne; *Nudabuntur.* idest manifestabuntur sola cute contecta. Quinto, ponit mortis periculum & timorem: vnde subdit; *Appropinquabit corruptioni anima eius.* idest, vita ipsius quæ est per animam: vnde subdit; *Et vita illius mortiferis.* idest causis inducentibus mortem. Notandum est autem, quòd hoc proposuit ad respondendū conquestioni Iob, quòd Deus non ad singula ei non respondebat: voluit enim ei per prædicta probare, quòd tripliciter ei Deus sit locutus: primo quidem per naturalem rationem, sicut ad omnes homines. Secundo arguendo per somnia: dixerat enim supra, Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Tertio, per infirmitatem, dixerat enim supra 3. Nunc in me metipso marcescit anima mea. Item considerandum est, quòd Eliu, sicut & tres alii, credebat omnes infirmitates pro peccato homini aduenire, non tamen principaliter ad puniendum, sicut sonabant verba illorum trium, sed magis ad redarguendum: & quia Iob non solum videbatur conquestus fuisse, quòd Deus ei nō loqueretur, sed etiam quòd ipse accedere non posset ad colloquendū Deo, & ad ponendum iudicium suum coram ipso, vt patet supra. XXIII. ideo huic questioni satisfacit: quia etsi homini non pateat manifeste accessus ad Deum, sunt angeli medii inter Deum & homines, qui iustitiam Deo proponunt, non quasi cum

LECTIO II.

RESPONDEBO tibi, quia maior sit Deus homine. Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia uerba responderit tibi. Semel loquitur Deus: & secundo id ipsum non repetit Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: Tunc aperit aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab iis quæ fecit, & liberet eum de superbia: Eruens animam eius a corruptione, & vitā illius, ut non transeat in gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant nudabuntur: Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem, Miserebitur eius, & dicit, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier. Consumpta est caro eius a supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suā, Respiciet homines, & dicet: peccaui & vere deliqui, & vt erā dignus non recepi. Liberauit animā suā,

eum instruentes, sed sicut suis desideriis homines adiuuantes: & sic nihil deperit homini, quòd ipse per seipsum vsque ad solium Dei non potest accedere, vt ei iustitiam suæ causæ proponat. vnde ad hoc ostendendū, subdit; *Si fuerit pro eo.* idest pro homine afflicto. *Angelus loquens.* idest intercedens. & ne timeretur quòd vnus angelus non sufficeret ad interpellandum pro omnibus, subdit; *Vnus de millibus.* secūdū illud qd supra. XXV. dictum est, Numquid est numerus militū eius, *Vt enunciet hominis æquitatem.* s. Deo; *Hominis.* scilicet afflicti: Et dicet. idest, angelo imperabit: Libera eum, vt scilicet. sicut ipse est allegator iustitię hominis apud Deum, ita etiam ipse sit executor diuinæ misericordiæ apud homines: & a quo liberandus sit, subdit; *Vt non descendat in corruptionem.* idest in mortem. & vt hanc liberationem Deo esse gratam ostendat, subdit ex persona Dei dictum; *Inueni in quo ei propitier.* idest apparet in homine aliquid æquitatis, ex quo ei misereri possum quem quærebam. & quia primo supra VII. quasi reparari non posset, dixerat, Induta est caro mea putredine, ad hoc excludendum, subdit; *Consumpta est caro eius a supplicijs.* quasi dicat, hoc meæ potestati non præiudicat: vnde subdit; *Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.* idest recuperet vigorem sicut in adolescentia. Sic igitur positis Dei verbis liberantis, Eliu vtens suis verbis, describit modum liberationis humanæ, dicens; *Deprecabitur Deum*, quasi dicat, non sufficit quòd angelus pro eo loquatur, sed ad hoc quòd liberetur, oportet quòd ipse etiam pro se oret. vel aliter potest continuari: quia enim supra ostenderat, quòd homo non potest cōqueri de hoc, quòd iudicium suum coram Deo ponere non possit, quia angelus pro eo efficaciter proponit, nunc ostendit, q̄ etiam ipse pro se proponere potest orando: & vt ostendat etiam hoc esse efficax sicut & primum, subdit; *Et placabilis erit ei.* scilicet, Deus homini, secundum illud Iohelis. 2. Benignus & misericors est, & placabilis super malitiam. & ex hoc sequitur in homine fiducia cogitandi de Deo cum quadam spiritali lætitia: vnde subdit; *Et videbit.* scilicet homo: *Faciem eius.* idest considerabit bonitatem ipsius, in presenti quidem vita imperfecte, in futura autem perfecte: *In iubilo.* idest in quodam inexplicabili gaudio. & sic; *Reddet*, scilicet Deus: *Homini iustitiam suam.* idest remunerabit eum pro meritis, remoto impedimento peccati: sed hoc esse non potest, nisi homo humiliter suum peccatum recognoscat & confiteatur. vnde subdit, *Respiciet homines.* quasi vltro se offerēs ad confessionem peccati: vnde subdit; *Et dicet, peccaui.* & vt non credatur hoc ex humilitate dicere, subdit; *Et vere deliqui.* quod inducit contra Iob: quia supra dixerat. XVII. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. & in sua confessione non murmurabit de pœnæ grauitate: vnde subdit; *Et vt eram dignus non recepi.* quasi dicat, grauiorem pœnam merui: & hoc videtur dicere contra hoc, quod supra. VI. dixerat, Vtinā appenderentur peccata mea, quibus iram merui. & fructum humilitatis ostendit subdens; *Liberauit animam suam.* confitendo peccatum: *Ne pergeret in interitum.* idest in mortem corporalem scilicet vel spiritalem, vt vlterius bona consequeretur: vnde subdit; *Sed viuens videret lucem.* scilicet vel corporalem, vel spiritalem sapientiæ. & quia Deus non statim hominem finaliter damnat, sed multoties monet, ideo subdit; *Ecce hæc omnia.* scilicet quæ pertinent ad instructionem per somnia & increpationem, per dolores & sanationem: *Operatur Deus tribus vicibus.* idest multoties, quām diu viderit expedire, sed vtitur numero ternario, vt congruat humanæ consuetudini, per quā solent homines ter moneri vel citari, & hoc non facit vni tantum, sed omnibus indigentibus, vnde subdit; *Per singulos.* quos scilicet, viderit instruendos & increpandos: & assignat vtilitatem, subdens; *Vt reuocet animas eorum a corruptione.* quod pertinet ad liberationem a malo: *Et illuminet luce viuentium.* quod pertinet ad consecutionem bonorum. & potest vtrumque exponi corporaliter vel spiritaliter. Quod autem dicitur hic de tribus vicibus, referendum est ad duos secundos modos locutionis. Nam de primo dictum est, q̄ secundo id ipsum non repetit. Inducit autem hoc ad ostendendum tertium, quare aliquando peccatores sustinentur in prosperitate, & non statim condemnantur. & quia videbatur ei, q̄ ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet lucem viuentium. Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, responde mihi: loquere: volo enim te apparere iustum. Quòd si nō habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

CAPITIS XXXIIII.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Eliu, etiam hęc locutus est. Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Auris. n. verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudiciū eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob, efficaciter locutus esset, inducit Iob ad tacite audiendum ea quę restant: vnde subdit; *Attende Iob.* scilicet corde; *Et audi me.* scilicet auribus: *Et tace, dum ego loquor.* scilicet, ne me impedias, & ne videatur ei auferre facultatem respondendi, subdit: *Si autem habes, quid loquaris, responde mihi.* & quasi desiderans eius responsionem subdit: *Loquere.* & causam desiderii subdit dicens; *Volo enim te apparere iustum.* quod dicit ad ostendendum, quòd non intēdebat ad eius cōfessionem: & quia non credebat eum iustū, subdit: *Quòd si non habes.* quid scilicet, pro tua iustitia dicas: *Audi me, tace, & docebo te sapientiam.* quam, scilicet ignoras:

LECTIO PRIMA

POSTQVAM Eliu reprehendit Iob de hoc, quòd cum Deo disputare cupiebat, accedit ad disputandum contra illa duo, quæ supra præmiserat. Et primo disputat contra id, quod sicut ibi videbatur, Iob dixerat diuinum iudicium esse iniustum. Et quia hæc materia est valde difficilis & sublimis, non est contentus in hac disputatione ad solum Iob verba dirigere, præcipue, quia putabat in hac materia eum esse erroneum: sed inuocat sapientes ad hanc rem diiudicandam. hominum autem quidam sapientiam per seipsos considerant. & quantum ad hoc, dicit: *Audite sapientes uerba mea.* quidam uero de iis, quæ ad sapientiam pertinent instruuntur: & quantum ad hoc, subdit: *Et eruditi.* scilicet ab aliis: *Auscultate me.* quare autem alios ad sapientiam inuitat, seu ad audientiam, ostendit subdens; *Auris enim uerba probat.* quasi dicat, uos inuito ad hoc quòd verba mea audientes, ea diiudicetis; & inducit similitudinem, cum subdit: *Et escas guttur gustu diiudicat.* quasi dicat, sicut gustus habet diiudicare de esca, ita auditus de verbis. ad quid autem hoc pertineat, exponit subdens; *Iudicium eligamus nobis.* quasi dicat, ex communi consensu iudicemus, quid verius sit, & hoc est quod subdit: *Et inter nos uideamus quid sit melius*, utrum, scilicet id, quod Iob dixit, aut id, quod ego sum contra eum dicturus. vnde consequenter proponit verbum Iob, subdens: *Quia dixit Iob, iustus sum.* hoc idem dixerat supra 27. Iustificationem meam quā cœpi tenere, non deseram. & vlterius suam iustitiam manifestauerat quantum ad multa: supra 31. subdit autem, Secundo; *Deus subuertit iudicium meum.* hoc idem accipit ex hoc, quod Iob supra 27. dixerat. Viuit Deus qui abstulit iudicium meum. Et ad idem pertinere videtur, quod supra 19. dixerat. Deus non æquo iudicio afflixit me. quæ quidem verba Eliu in peius interpretatus est. Iob enim suum iudicium ablatum esse dixerat, quia pœnas sibi irrogatas esse existimabat, non ex iudicio punientis culpam, sed ex prouidentia probantis iustitiam. vnde supra 23. dixerat, Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. non autem quicunque non vtitur iudicio, subuertit iudicium, sed solum ille qui iudicium profert iniustum. Sic ergo interpretatus est, quod Iob dixerat, Deus abstulit iudicii, ac si dixisset, Deus subuertit iudicium meum, iniuste iudicando: vnde subdit; *In iudicando enim me est mendacium.* idest falsitas iudicii. quod quidem Iob nunquam dixerat. Sed Eliu hanc esse eius intentionem in verbis præmissis credidit, vt diceret se esse iniuste punitum. Ideo autem hanc opinionem Eliu conceperat, quia non videbat: qualiter aliquis absq; peccato posset affligi, nisi iniuste, & quia Iob sine peccato se esse dicebat, existimabat quòd Iob sentiret se a Deo percussum per violentiam contra iustitiam, vn de subdit: *Et violenta est sagitta mea absque peccato.* quasi dixisset Iob, cum sim absque omni peccato, sagitta qua Deus me vulnerauit, idest aduersitas immissa, violenta fuit & iniusta. & videtur alludere verbis Iob, quibus supra dixerat, Sagittæ Domini in me sunt. Postquam ergo hanc diuersitatem Eliu imposuerat ipsi Iob, eum super hoc vituperare incipit, dicens: *Quis est uir, ut est Iob.* quasi nullus, q vir videat esse, ita peruersus, vt ipse. nam maxima peruersitas esse videtur, vt aliquis Deum irreat, eius iudiciis detrahendo: vnde subdit: *Qui bibit subsannationem.* idest diuinorum irrisionem, & reprobationem. *Quasi aquam.* quæ scilicet, & faciliter, & cum refrigerio bibitur: ac si ei imponeret, quòd hoc in contumeliam Dei prorumperet, & esset tribulationis refrigerium, & absque obstaculo

Universidad de Deusto Biblioteca

conſcientiæ contradicentis hoc ageret. Solet autem hoc propriũ esse in peccatis perſeuerare volentium, vt diuina contemnant iudicia. vnde ſubdit: *Qui graditur.* ideſt conſentit: *Cum operantibus iniquitatem.* qui ſcilicet iudicia diuina deſpiciunt. homines autem contra pietatem diuinę religionis agentes, non ſolum deſpiciunt diuina iudicia. ſed etiam ea negant, vel aſſerunt iniuſta: quorũ participem Iob eſſe credebat: vnde ſubdit; *Et ambulat cum uiris impijs.* qui ſcilicet pietatem diuinæ religionis abiiciũt. quare autem eum cum eis conſentire dicat, oſtendit ſubdens; *Dixit enim, non placebit uir Deo: etiam ſi cucurrerit cum eo.* ideſt, ſi eum ſecutus fuerit per uiam iuſtitiæ. hoc autem Iob non dixerat, ſed uerbis eius Eliu abutens, hoc ei ſponit dixerat. n. ſupra Iob 23. Veſtigia eius ſecutę ẽ pes meus, & poſtea ſupra. 30. dixerat, Mutatus es mihi in crudelem; & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Ex quibus verbis credebat Iob hoc ſentire, quòd Deo diſpliceret, quàmuis eum fuerat ſecutus. ſed Iob prædicta verba retulerat ad exteriorem perſecutionem, non ad interiorem reprobationem. quia ergo Eliu verbis Iob abutens, ei imponere nitebatur, quod ipſe nõ ſentiebat, nec in ſuis verbis intellexerat, manifeſtum eſt, quòd tota ſequens diſputatio contra Iob non erat: quia tamẽ Eliu exiſtimabat Iob tantæ peruerſitatis eſſe, vt Dei iudicium reputaret iniuſtum, dedignatur eum ſuper hoc ad diſputationem prouocare: ſed alios ſapientes aduocat ad iudicandum: vnde ſubdit: *Ideo uiri cordati.* ideſt, intelligentes: *Audite me.* ſicut enim cor eſt principium vitæ corporalis, ita intellectus eſt principium totius intellectualis vitæ: vnde & ſupra 12. cor pro intellectu poſuerat dicens; Et mihi eſt cor, ſicut & vobis. in ſua autem diſputatione Eliu proponit primo quod probare intendit: quòd ſcilicet in diuino iudicio iniuſtitia eſſe non poſſit. ipſe enim eſt Deus, cui debetur pietatis cultus. & per ſuam omnipotentiam omnibus dominatur, leges iuſtitiæ ſtatuens homini, & ideo contra diuinitatem eius eſſet, ſi impietati faueret: & ideo dicit: *Abſit ab eo impietas.* eſſet enim contra dominium omnipotentiæ eius, ſi ad iniuſtitiam declinaret: vnde ſubdit; *Et ab omnipotente iniquitas.* ſcilicet abſit. Remota autem diuina iniuſtitia, oſtendit modum diuinæ iuſtitiæ, ſubdens: *Opus enim hominis reddet ei.* ideſt retribuet ei bonum vel malum pro ſuis operibus. & quia eorum qui bene operantur, quidam aliis melius faciunt: & eorum qui male operantur, quidam aliis magis peccant, ideo ſubdit: *Et iuxta uias ſingulorum reſtituet eis.* ſcilicet melius meliori, & peius peiori. quòd autem in Deo non ſit iniuſtitia, probat, primo quidem ex hoc, quòd ſi ipſe iniuſtus eſſet, nuſquam iuſtitia reperiretur: quia ad ipſum pertinet vniuerſale iudicium omnium: vnde ſubdit; *Quem conſtituit alium ſuper terram?* quaſi dicat, nũquid credendum eſt, quòd aliquis ſit conſtitutus a Deo, qui iuſte iudicet omnem terram, ſi apud ipſum ſit iniquitas? ideo autem dicit credendum non eſſe quòd alius terram iudicet, quia idem eſt factor mundi & gubernator. vnde ſicut alii nulli commiſit, quòd faceret mundum, ita nullum alium præpoſuit gubernationi mundi, & hoc eſt quod ſubdit: *Aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt?* ideſt, totius mundi gubernatorem? quaſi dicat, nullũ, quia ſicut ipſe per ſeipſum orbem fabricatus eſt, ita etiam per ſe ipſum orbem gubernat & iudicat. habet quidem gubernationis ſuæ executores tanquam miniſtros, ſed ipſe eſt omnium ordinator: nullo autem modo poſſibile eſt quòd vniuerſalis mundi gubernatio ſit iniuſta. Secundo oſtendit, quòd apud Deum non ſit violentia & iniquitas per experimentum. tanta eſt enim eius potentia, qua res conſeruat in eſſe, ut ſi violentia vti vellet contra iuſtitiam, omnes homines ſubito poſſet extinguere, vnde ſubdit: *Si direxerit.* ſcilicet Deus. *Ad eum.* ſcilicet ad hominem conſiderandum. *Cor ſuum.* ideſt voluntatem ſuam: *Spiritum illius.* ideſt animam eius: *Et flatum.* ideſt corporalem vitam ex anima ſubſecutam; *Ad ſe trahet.* ideſt ad eũ, ſcilicet ſua virtute a corpore ſeparans, ſecundum illud Eccle. vltimo. Et ſpiritus reuertatur ad Dominum qui dedit illũ: ablato aũt ſpiritu diuinitus homini dato, conſequens eſt, vt carnalis vita deficiat, vnde ſubdit: *Deficiet omnis caro ſimul.* i. ſpecies carnis ceſſabit, & vlterius in ſua componentia reſoluetur: vnde ſubdit; *Et homo in cinerem reuertetur.* ſecundum illud Pſal. 103. Auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Puluerem autem in quem caro reſoluitur, cinerẽ nominat, uel quia apud antiquos corpora mortuorũ igne combuſta reſoluebantur in cineres, uel quia ea in quæ corpus mortuum reſoluitur, ſunt quædam reliquiæ naturalis caloris, qui in humano corpore vigebat. quia ergo tam facile eſt Deo, ſi uelit, in cinerem redigere totũ genus humanũ, ex ipſa hominũ conſeruatione apparet, quòd ad eos violẽtia iniuſta non vtitur. quia ergo Eliu putauit prædictas rationes eſſe ſufficientes, ad earum conſiderationem Iob inuitat, cum ſubdit: *Si ergo habes intellectum.* vt ſcilicet vim mearum rationum percipere poſſis; *Audi quod dicitur.* ſcilicet interioribus auribus. *Et* interiori attentione: *Auſculta uocem eloquij mei.* vt ſcilicet iuſtitiam diuini iudicii cognoſcas. ad quod etiam eum inducit ex proprio periculo vel vtilitate, cum ſubdit; *Nunquid qui non amat iudicium ſanari poteſt?* quaſi dicat, tu qui ſanari indiges, quaſi multis infirmitatibus oppreſſus, hoc conſequi non potes, niſi ames diuinum iudicium: improbat autem eius ſententiam, quam eſſe putabat de iniuſtitia diuini iudicii per multa euidentia indicia diuinæ iuſtitiæ, vnde ſubdit; *Et quo modo tu eum.* ſcilicet Deum; *qui iuſtus eſt.* vt ſcilicet per multa apparet. *Intantum condemnas* ut ſcilicet eum dicas iudicii ſubuerſorem: ad condemnationem autem diuinæ iuſtitiæ primo aſſumit, quòd potentum perſonas Deus non accipit, ſed eos arguit, & punit pro ſuis peccatis. inter poteſtates autem humanas præcellit regia dignitas. & quantum ad hoc, primo dicit; *Qui.* ſcilicet Deus: *Dicis regi apoſtata.* ideſt non veretur regem arguere de apoſtaſia propriæ profeſſionis, qua profitetur ſe iuſtitiam ſeruaturum. ſecundum autem locum tenent duces exercituum, de quibus ſubdit; *Qui nocat duces impios.* quaſi dicat, non timet eos de crudelitate arguere. Tertio loco ponit rectores ciuitatum, cum ſubdit: *Qui non accipit perſonas principum.* quin ſcilicet eos arguat, & iudicet pro peccatis. Quarto autem loco tangit eos, qui non habent legitimam, ſed vſurpatã poteſtatem, ſcilicet tyrannos, & quantum ad id, ſubdit: *Nec cognouit.* ideſt approbauit; *Tyrannum.* ſcilicet ei deferendo: *Cum diſceptaret.* ſcilicet tyrannus; *Contra pauperem* quaſi dicat, non fauit potentibus contra impotentes. quod ad eius iuſtitiam pertinet. & quare eis non deferat ſubdit; *Opus enim manuum eius ſunt uniuerſi.* ſcilicet tam magni quàm parui, & ideo paruos non deſpicit, ſed amat, ſicut ſua opera, nec potentes timet, cum ſint ſuæ poteſtati ſubiecti. & ne crederet aliquis quòd potentes Deus ſolum argueret, non autem eos vlterius puniret, ſubdit de eorum duplici pœna: primo quidem de morte ex improuiſo eis ſuperueniente. vde ſubditur: *Subito morientur.* ſecundum illud Eſa. 30. Subito, dum non ſperatur, veniet contritio eius. ſi enim conſueto modo ei mors expectata ſuperueniret, non imputaretur hoc diuino iudicio, ſed inferioribus cauſis Secundo ponit pœnam rebellionis ſubditorum, per quam poteſtatem amittunt: vnde ſubdit: *Et in media nocte turbabuntur populi.* ideſt, populi regibus & principibus ſubiecti ſubito turbantur ex aliqua occulta machinatione, ad hoc quòd principes ſuos deſerant: unde ſubdit: *Et pertranſibunt.* ſcilicet dominium commutantes: *Et auferent.* ideſt deponent a dominio, vel etiam occident: *Violentum.* ideſt eum, qui ſpreta iuſtitia, violentiam ſubditis inferebat. *Abſque manu.* ſcilicet armatorum. Cum enim aliquis princeps ab extraneis auſertur, requiritur, quòd habeant manum armatam contra ipſum, ſed quando ſubditi, in quibus erat tota eius potentia, ſubito eũ deſeruerunt, videtur auferri ſine manu: quãuis & hoc poſſit referri ad pœnam populorũ ſubditorũ: ſed primum melius eſt, quia nunc agitur de iuſtitia quam Deus exercet in magnos. poſtea autem dicetur de iuſtitia quam exercet in populos. vt autem huiuſmodi pœnæ ex diuino iudicio prouenire credantur, ſubdit: *Oculi enim eius.* ideſt proſpectus diuinæ prouidẽtiæ eſt ſuper uias hominũ. ideſt ſuper opera eorum, & ut exprimat Deum ſingulariter omnia particularia opera humanorum cognoſcere, ſubdit: *Et omnes greſſus eorum.* ideſt omnes proceſſus operationum humanarum. *Conſiderat.* ſcilicet diſtincte, non ſolum in generali: poſſet autem aliquis credere, quòd quia Deus lux eſt, impii autem in tenebris ſunt, quòd occultentur a Deo. ſed hoc excludit, ſubdens; *Non ſunt tenebræ.* ſcilicet ignorantiæ: *Et non eſt umbra mortis.* ideſt obſcuritas culpæ ducens ad mortem: *Vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem.* quaſi dicat, ſicut ipſi cognoſcere Deum nolũt, ita Deus eos non cognoſcit. dicitur tamẽ eos ignorare, reprobando. & quia dixerat, principes pro ſuis peccatis ſubito mori & auferri: quòd videtur eſſe irremediabilis pœna, huius rationem oſtendit conſequenter ex hoc, quòd ex quo Deus hominem iudicat pro ſuis peccatis ſubito mori, & finaliter condẽnandum, non datur homini facultas vt vlterius in iudicio decernet cum Deo: & hoc eſt quod ſubdit: *Neque enim ultra.* ſcilicet, poſtquam Deus iudicat eum condemnandum: *In hominis poteſtate eſt, ut ueniat ad eum in iudicium.* quaſi dicat, Deus ſit apter eũ, ſuum iudicium retractaturus: & hoc præcipue videbatur dicere contra Iob, qui poſtquam condemnatus erat ad pœnam, ſupra 23. dixerat. Veniam vſque ad ſolium eius, & ponam coram eo iudicium.

LECTIO SECVNDA.

Duo ſunt propter quæ homines maxime ſolent a iuſtitia declinare. quorum primum eſt, quia deſerunt magnatibus. ſecundum eſt, quia deſerunt multitudini contra iuſtitiam. Oſtenderat autem ſupra perfectionem diuinæ iuſtitiæ ex eo, quòd magnatibus non defert. Vnde nunc conſequenter ad commendationem diuinæ iuſtitiæ addit, quòd nec etiam multitudini peccantium defert. vnde dicit; *Conteret multos.* ſcilicet peccatores, eos occidendo, vel aliter puniendo. & ne credatur vſque ad aliquã certam quantitatem multitudinis præcedere diuinam iuſtitiam, & non vltra, ſubdit; *Et innumerabiles.* quaſi dicat, certo numero cõprehendi non poſſunt illi, quos propter peccata, Dei iuſtitia conterit. ſed ne ex hoc deperire credatur humani generis ſtatus, ſubdit; *Et ſtare faciet alios pro eis.* quia ſcilicet quibuſdam morientibus, alii ſuccedunt: & quibuſdam a proſperitate decedentibus, alii ſubleuantur: vt ſic quodammodo uniformitas in genere humano appareat. ſolet autem contingere quòd quando ſunt mali puniendi, non poſſunt iudices ſingulorum cauſas ſufficienter perſcrutari. ſed ne hoc de Deo credatur, ſubdit; *Nouit enim opera eorum.* quid ſcilicet vnuſquiſque mereatur; & ideo ſingulis ſecundum ſua opera retribuit. vnde ſubdit; *Ideirco inducet noctem.* ideſt ſubitam & inopinatam aduerſitatem; *Et conterentur.* ſcilicet ex improuiſo. quare autem in nocte opprimantur, oſtendit ex hoc, quòd cum ipſi poſſent uidere illud quod eis expediebat, hoc contempſerunt, & ideo iuſtum eſt vt non detur eis facultas prouidendi ſuperuenientia mala ad cauendum; & hoc eſt quod ſubdit; *Quaſi impios.* ideſt pietatis notitiam reſpuentes: *Percuſſit eos.* ſcilicet exiſtentes: *In loco uidentium.* ideſt in ſtatu in quo videre poterant, tum per naturalem rationem, tum per ſacram doctrinam, quid eſſet faciendum, & quid eſſet vitandum: ſed hoc ipſi reſpuerunt, vnde ſubdit; *Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo.* ſcilicet Deo, peccantes ex certa malitia. vnde ponit conſequenter in eis ignorantiam affectatam, cum ſubdit; *Et omnes uias eius.* ideſt mandata Dei: *Intelligere noluerunt.* & ſic pater, quòd propter ignorantiam non excuſantur, ſed magis dãnabiles reddũtur. effectum autem huius malitiæ affectatæ, oſtendit ſubdens; *Vt pernenire facerent ad eum clamorem egeni.* quaſi dicat, intantum oſtendunt ſe viarum Dei ignaros, vt pauperes opprimerent, quos Deus exaudit. vnde ſicut non exhorrent pauperum oppreſſionem, ita non timẽt Dei indignationem, vnde ſubdit, *Et audiret uocem pauperum,* quaſi dicat, paruipendũt, quòd Deus volũtatem ſuam adhibet ad pauperes exaudiendum. & quia multitudinis contritionem attribuerat iudicio diuino, poſſet aliquis credere hoc prouenire non ex diuino iudicio, quòd aliqua multitudo conteratur, & alia proſperetur, ſed per alicuius potentis principis aut gubernationem aut impugnationem: ideo ad hoc excludendum ſubdit; *Ipſe enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet?* quaſi dicat, ideo dico, quòd ipſe eſt qui conterit multos & innumerabiles, quia ſi ipſe vellet eis pacem temporalis proſperitatis concedere, nullus poſſet multitudinem condemnare: & econtrario, ſi ipſe condemnare intendit, nullus eſt qui poſſit pacem præbere. vnde ſubdit; *Ex quo abſconderit.* ſcilicet faciem ſuam ſubtrahendo, ſcilicet ſuæ conſolationis præſentiam: *Quis eſt qui contempletur eum?* ideſt, qui poſſit in eum conſolationem inuenire, quaſi eius pulchritudinem videndo? Eſt autem & alia pœna multitudinis præter contritionem: qua ſcilicet affligitur tyrannorum dominio: & quantum ad hanc pœnam ſubdit; *Et ſuper gentes, & ſuper omnes homines.* quaſi dicat, non ſolum in vna gente iudicium ſuum exercet per contritionem, vel tyrannorũ oppreſſionem, ſed etiam in omnes homines: & ſubdit de tyrannorũ oppreſſione; *Qui regnare facit hominẽ hypocritã propter peccata populi.* qui ſcilicet ex eius regimine affligitur: in quo etiam videtur reſpondere quęſtioni quam Iob propoſuerat ſupra x x i. Quare impii viuunt, & confortati ſunt, ſublimatique diuitiis, hoc enim eſſe aſſerit, non propter eorum merita; ſicut ibidem Iob probauerat, ſed propter aliorum demerita, qui ex eorum proſperitate puniuntur. ſic ergo manifeſtata iuſtitia Dei ex iudiciis, quæ exercet in principes & in multitudinem, dat locũ reſpondendi. vnde ſubdit; *Quia ergo ego locutus ſum ad Deum,* ideſt, ea quæ ad Dei honorem ſpectant: *Te quoque non prohibebo.* dans ſcilicet tibi locum reſpondendi. & ad quid debeat ſua reſponſio tendere, oſtendit ſubdens; *Si erraui.* ſcilicet ſicut aliis amicis tuis impoſuiſti, ſcilicet quòd eſſent cultores peruerſorum dogmatum: *Tu doce me.* ſcilicet: veritatem tuam, vt poſſim ab hoc errore liberari. poteſt autem aliquis in loquẽdo deficere, non ſolum errando contra veritatem doctrinæ, ſed etiam in particulari iudicio, deficiendo contra veritatem iuſtitiæ. vnde ſubdit; *Si iniquitatem locutus ſum, vltra non addam.* oſtendens ſcilicet correctioni ſe paratum: & quia exiſtimabat, quòd Iob contra eum grauiter turbaretur, conſequẽter oſtendit eius turbationem eſſe iniuſtam, ſubdens, *Nunquid a te Deus expetit eam.* quaſi dicat: etiam dato quòd ſim iniquitatem locutus, tu pro ea Deo non debes reſpondere. vnde nõ debes grauiter per hoc turbari. vnde ſubdit; *Quia diſplicui tibi?* ſ. per inordinatam animi turbationem. oſtendit autem conſequenter ſecundo, quòd nõ debet inde grauiter turbari, quia ipſe Iob verba inceperat dicens; Pereat dies &c. ex quibus tota diſputatio habuit ortum. vnde dicit; *Tu enim cœpiſti loqui, & non ego.* Tertio oſtendit eum non debere grauiter turbari, quia ipſe etiam habet facultatem dicẽdi quod ſibi placuerit. vnde ſubdit; *Quod ſi quid noſti melius,* ſcilicet quàm ego dixerim: *Loquere.* ſcilicet oſtendendo errorẽ, vel iniquitatem meam. & ne videretur hoc dixiſſe quaſi dubitans

tans de sua iustitia & veritate suorum verborum, intendit asserere consequêter Iob in sapientia & intellectu deficere, & propter hoc reputabat eum indignum sua disputatione: cuius vna pars pertinet ad opponentem, in qua maxime requiritur acumen intellectus, ad inueniendum rationabiles vias ad propositum ostendendum. vnde subdit; *Viri intelligentes loquantur mihi.* scilicet mihi obtemperantes. Altera vero pars disputationis pertinet ad respondentem, in quo maxime requiritur sapientia vt bene iudicet de auditis. vnde subdit: *Et auris sapiens audiat me.* s. opponentem. s. paratus ad respondendum. Horum autem defectum in Iob ex eius verbis collegerat. vnde subdit: *Iob autem stulte* i. contra sapientiã *Locutus est.* quantum. s. ad hoc, q̃ reputabat eũ aliquid dixisse cõtra rectitudinem diuini iudicii: *Et verba illius nõ sonant disciplinam.* quæ. s. pertinet ad ordinatam intelligẽtiam, & hoc videtur retulisse ad hoc, quòd Iob se iustum asserebat. & quia Iob illos defectus in se non recognoscebat, conuertit Eliu verba sua ad Deum, postulans vt Iob suos defectus recognosceret. vnde subdit; *Pater mi.* i. o Deus, qué patrem reputo propter reuerentiam, quam ad te habeo, iustitiã tuam vbique defendens: *Proberur Iob.* ideſt ostendatur sibi per flagella suus defectus. *Vsque ad finem.* i. quousque recognoscat se iniustum: vel: *Vsque ad finem.* i. vsque ad mortem. & huiusmodi petitionis iustitiam ostendit; subdens: *Ne desinas ab homine iniquitatis.* quasi dicat, iniquitas sua hoc meretur, vt flagella nõ cessent: & ad maiorem exaggerationẽ subdit; *Qui super peccata sua.* s. præterita, pro quibus flagellatus est; *Addit blasphemiam.* vt. s. se iustum, Deum vero asserat iniustum, pro quo exoptat ei, primo quidem pœnã in præsenti. vnde subdit; *Inter nos interim conferatur.* s. aduersitatibus. Secundo autem innuit pœnam futuram. vnde subdit; *Et tunc*, scilicet iam temporaliter afflictus. *Ad iudicium* scilicet futuræ vltionis. *Prouocet sermonibus suis Deum.* quibus scilicet, contra eum blasphemat.

LECTIO PRIMA.

POstquam Eliu improbauerat verba Iob, quantum ad hoc q̃ sicut ipse existimabat, imposuerat iniquitatem diuino iudicio, hic intendit improbare verba eius quantum ad hoc, quod dixerat se esse iustum: vnde dicitur: *Igitur Eliu hæc rursum locutus est.* interrupto scilicet sermone, expectans si Iob responderet. quo non respondẽte, iterato sermonem assumpsit dicens; *Nunquid æqua uidetur tibi tua cogitatio, ut diceres, iustior Deo sum?* hoc quidem nunquam Iob dixerat: nec Eliu ei imponit q̃ hæc verba protulisset, sed q̃ verba quæ protulit, ex hac cogitatione prouenirent: vnde signanter fecit de cogitatione mentionem. ex quibus autem uerbis hanc cogitationem habuisset, Eliu ostendit subdens: *Dixisti enim, non tibi placet quod bonum est.* alia litera habet: *quod rectum est. Vel quid tibi prodest si ego peccauero?* hæc duo verba in præmissis Iob verbis nunquam inueniuntur. sed primũ horum, scilicet quòd Deo non placeat quod bonum est, videtur accipere ab eo quod Iob supra 10. dixerat, Si impius fuero, væ mihi est: si iustus, non leuabo caput. quod Iob dixerat ad signandum quòd temporalibus pœnis iusti pariter & iniusti affligũtur: sed Eliu hoc interpretabatur esse dictum, quasi Deo hominis iustitia non placeret. hoc vero quod secundo proponit; *Quid tibi prodest si ego peccauero:* nunquam legitur Iob dixisse. sed hoc accipere voluit Eliu, ex hoc quòd idem Iob dixerat, Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea, mundum me esse non pateris? quod Iob dixerat ad ostendendum, quòd prosperitas temporalis non semper innocentiam comitatur, alioquin ipse prosperitatis tempore innocens fuerat. dimissis igitur sibi peccatis, non erat ratio quare post peccatorum remissionem iterato a Deo peccatis mundaretur. sed Eliu ad hãc sententiam hæc verba retorsit, quasi Iob putauerit peccatum suum, aut pœnam peccati Deum induxisse propter suam vtilitatem. Ex his autem duobus, scilicet quòd Deo non placeret quod bonum est, & quòd ipse vtile sibi reputaret peccatum, sequi videretur, quòd Iob iustior Deo esset, cũ de se supra dixerit; quòd displicuerint ei mala, & placuerint bona. Concludit autem ex præmissis, propter eorũ absurditatem se cõpelli ad respondendum, vnde dicit: *Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.* qui scilicet te talia dicentem conuincere non potuerunt. & incipit ab eo, quod vltimo dictum est, ostendẽs quòd Deus non potest iuuari, nec lædi ex peccatis nostris bonis vel malis, & hoc propter eius sublimitatem, quam primo proponit dicens: *Suspice.* ideſt sursum inspice: *Cælum.* quod scilicet est sedes Dei: *Et intuere.* scilicet visu: *Et contemplare.* scilicet mente; *Aethera.* ideſt totum superius corpus: er cuius non solum altitudine, sed etiam magnitudine, motu, & ornatu coniicere potes, hoc scilicet, *Quòd altior te sit*, intantum scilicet quòd opera tua ei nec proficere, nec nocere possunt, vnde subdit: *Si peccaueris.* scilicet vel in te, vel in Deum: *Quid ei nocebis?* quasi dicat, in nullo ex hoc detrimentum patietur. quantum autem ad peccata quæ cõmittuntur in proximum, subdit: *Et multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ.* quibus scilicet iniuste proximos lædis: *Quid facies contra Deum?* quasi dicat, in nullo ex hoc lædetur, quantum ad bona quæ in proximum fiunt, subdit, *Porro si iuste egeris.* scilicet ius suum proximis reddens. *Quid donabis ei?* quasi dicat, quid ex hoc lucrabitur? quantum autem ad opera diuini cultus, subdit; *Aut quid de manu tua accipiet?* scilicet in sacrificiis & oblationibus, quasi dicat, nihil, secundum illud psal. 49. Non accipiã de domo tua uitulos. & quia posset aliquis credere, quòd ad eũ non pertineret, vtrum homo ageret iuste uel iniuste, ad hoc excludendum, subdit: *Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua.* qui scilicet susceptibilis est nocumenti: *Et filium hominis adiuuabit iustitia tua.* qui scilicet auxilio iustitiæ indiget: propter hoc prohibetur a Deo impietas, & iustitia mandatur, quia Deo est de hominibus cura, quia per hoc vel iuuantur. vel lædũtur. Et ex hac fide contingit, quòd oppressi clamant ad Deum cõtra oppressores, quorum quidam dolose opprimũtur per calumniam. vnde subdit quantum ad hos; *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt.* scilicet ad Deum illi, qui ab eis oppressi sunt. quidam vero opprimuntur manifeste per violentiam, & quantum ad hos subdit; *Et iurabunt propter uim brachij tyrannorum.* ideſt clamabunt ad Deum propter violentiam & potentiam tyrannorum. ex quo datur intelligi, quòd non solum Deo placet quòd aliquis peccat, sed ei displicet & punit. alioquin frustra clamarent oppressi. Deinde conuertit se ad improbandum aliud verbum quod præmiserat, Non tibi placet quod rectum est. quòd diuinæ sapientiæ repugnaret. quod primo quidem apparet in rerum creatione: *Et non dixit.* scilicet Iob sentiens q̃ Deo bona non placerent; *Vbi est Deus qui fecit me?* non enim Deus fecit res nisi propter bonum, vnde dicitur Gene. 1. Vidit Deus quod bonum &c. vnde manifestum est, quòd placet Deo bonũ. Secundo, inducit beneficium humanæ instructionis, quo aliquis instruuntur ad bonum ex reuelatione diuina: vnde subdit: *Qui dedit.* scilicet per reuelationem; *Carmina.* humanæ instructionis dogmata, quæ ab antiquis multoties carminibus comprehendebantur; *In nocte.* ideſt, ad literam, in somnio nocturno, vel in quiete contemplationis, sed obscuritate uisionis. non autẽ erudiret homines ad bonum familiariter, nisi bonum ei placeret. Tertio, inducit infusionem naturalis luminis, quo bonum a malo discernimus per rationem, in qua excedimus bruta. vnde subdit; *Qui docet nos super iumenta terræ.* quæ scilicet ratione carent. & quia antiqui auium garritus & motus obseruabant, quasi diuinitus instructarũ, ac si rationem haberẽt, ideo ad hoc excludendum, subdit; *Super uolucres cæli erudit nos.* quæ etiam ratione non habent. & quia odit malum, & placet ei bonum, ideo oppressos clamantes audit, oppressores non audit: vnde subdit; *Illi clamabunt.* scilicet oppressores & tyranni, quasi petentes a Deo desideriorum suorum implet ionem: *Et non exaudiet.* scilicet Deus, & hoc propter superbiam malorum, scilicet hominum, secundũ Psal. 102. Respexit in oratione humilium. & ne crederet aliquis, Deum indifferenter omnes exaudire, subdit: *Non ergo frustra.* ideſt sine rõne: *Exaudiet Deus.* quia scilicet iustissima ratione hos exaudit, & non illos. vnde subdit; *Et omnipotens singulorum causas intuebitur.* vt. s. dignos exaudiat, nõ indignos. maxime autem videtur quòd Deus singulorũ causas nõ videat ex hoc, quòd quãdoque impii prosperantur: sed ad hoc excludendũ, subdit; *Etiam cũ dixeris.* i. corde tuo cogitaueris: *Non considerat.* i. Deus facta hominum: *Iudicare coram illo.* ideſt præparare, vt iudiciũ eius suscipias: *Et expecta eum.* scilicet in futurum iudicantem. etsi hic non puniat: tardat enim vt in futuro grauius condemnet. vnde subdit: *Nunc enim.* ideſt in præsenti vita: *Non infert furorem suum.* ideſt magnitudinem pœnæ. *Nec ulciscitur scelus valde*, ideſt non punit in præsenti, secundum quòd exigit grauitas culpæ. quia pœnæ præsentis vitæ sunt ad correctionem: & ideo illos, quos correctione indignos iudicat, futuræ dãnationi reseruat. & hęc est alia ratio, quare impij in hoc mundo prosperantur. in quo cõcordat cum opinione Iob. sed quia eius verba praue itellexerat, ideo ea reprehendit, concludens ex dictis Iob; *Ergo frustra Iob.* ideſt sine causa & ratione: *Aperuit os suum.* quasi prolixitatem sermonis in eo reprehendens; *Absque scientia uerba multiplicat.* in quo arguit in ipso ignorantiam, & loquacitatem inutilem.

CAPITIS XXXV. LECTIO I.

IGitur Eliu hæc rursum locutus est. Nunquid æqua uidetur tibi tua cogitatio, vt diceres, iustior sum Deo? Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit si ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Suspice cælum & intuere: & contemplare æthera quòd altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorũ clamabunt, & eiulabũt propter vim brachii tyrannorum. Et non dixit, vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris, non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum: & absque scientia verba multiplicat.

CAPITIS XXXVI. LECTIO I.

ADdens quoque Eliu, Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar. Repetam scientiam meam a principio, & operatorem meum probabo iustum. Vere enim absque mendacio sermones mei: & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens: sed non saluat impios: & iudicium pauperibus tribuit. Non aufert a iusto oculos suos: & reges in solio collocat in perpetuum: & illi eriguntur. Et si fuerint in cathenis, & vinciantur funibus pauperitatis: indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerint. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur ut reuertantur ab iniquitate. Si audierint, & obseruauerint, complebũt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumẽtur in stultitia. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei: neq; clamabũt, cum vincti fuerint. Morietur in tẽpestate anima eorum: & vita eorum inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurẽ eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se, requies autẽ mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impii iudicata est, causam, iudiciumque recipies. Non te ergo superet ira, vt aliquẽ

LECTIO PRIMA

PRaemiserat Eliu supra duo in verbis Iob, contra quæ disputare intendebat, primo, quia dixit se esse iustum: & quòd Deo imposuerat iniquitatem iudicii, prout Eliu verba Iob interpretatus fuerat, & contra hęc duo, Eliu in superioribus iam disputauerat: nunc iterato per aliam viam contra eadem disputare intendit. vnde dicitur; *Addens quoque Eliu.* scilicet sub sequentes rationes ad præmissas. *Hæc locutus est.* scilicet quæ sequuntur, inter quæ primo eum ad attentionem excitat: *Sustine me paululum.* quia scilicet breuiter sub vna responsione contra duo præmissa disputare intendit. vnde subdit: *Et indicabo tibi.* scilicet veritatẽ rei, de qua agitur. & ne videatur superfluus, quia scilicet hoc iam supra ostendisse videbatur, quod uolebat subdit; *Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.* quasi dicat, adhuc mihi aliæ suppetunt rationes, quibus æquitatem diuinæ iustitiæ defendam. & quia contra vtrumque præmissorum iterato intendit rationes inducere, subdit; *Repetam scientiam meam a principio.* quasi dicat, contra totum id quod est a principio dictũ, iterato secundum meam sententiam rationes adducam, & quòd huiusmodi rei sit debitor, subdit: *Et operatorem meum.* ideſt, Deũ, qui me fecit. *Probabo iustum.* excludens scilicet iniquitatem ab eius iudicio, quã tu Iob ei imponere videris, vt te asseras iustũ: & ne aliquis diceret, quòd ea, quę dicturus erat, non ex vera scitia, sed ex falsa opinione procedebant, subdit; *Vere enim absque mendacio sermones mei.* quasi dicat, non sum dicturus nisi vera, quæ recte scientiæ conueniunt. vnde subdit: *Et perfecta scientia probabitur tibi.* ideſt probationes sequẽtes ita concludent ex iis, quæ videntur pertinere ad perfectam scientiam. His igitur quasi prooemialiter præmissis, incipit disputare super præmissis verbis, quæ Iob imponebat. & primo cõtra hoc, quod Iob dixerat, se esse iustum, ad quod excludendum, hoc modo procedit. Iam prosperitatis tempore magnæ potestatis erat. contingit autem quandoque, quòd aliqui aliquos potentes persequuntur, vel propter inuidiam, vel propter timorem, quo timent ne ab eis per potentiam opprimantur, quod quidem proprie est impotentum: qui & potentioribus inuident, & eorum oppressionibus timent: sed hoc de Deo dici nõ potest, qui est in potentia excellens. vnde subdit; *Deus potentes non abiicit, cum ipse sit potens.* Ex quo datur intelligi, quòd Deus nihil in homine odit, in quo ei assimilatur: quia cũ Deus sit ipsa essentia bonitatis, non potest esse quòd aliquid similetur ei, nisi in bono. ex quo patet, quòd Deus non persequitur aliquos, quia sunt potentes, sed quia in eis quandoque inuenitur iniquitas, & pro hac puniuntur a Deo: vnde subdit; *Sed nõ saluat impios.* ideſt damnat eos. & causam dãnationis ostendit, subdens; *Et iudicium pauperibus tribuit.* ideſt iudicium facit de potentibus iniquis, pauperibus qui ab eis sunt oppressi. non autem propter potentiam desistit a subuentione iustorum. vnde subdit: *Non aufert a iusto.* scilicet homine etiam potente: *Oculos suos.* ideſt prospectum suæ benignitatis, & misericordiæ, secundum illud psal. 33. Oculi domini super iustos. & quòd a potentibus, si sunt iusti non auferat suam misericordiam, manifestat per beneficia, quæ potentibus confert: primo quidem stabiliendo potestatem eorum, vnde subdit; *Et reges in solio collocat in perpetuum.* scilicet, si fuerint iusti. Secundo, quia eos promouet in maius, vnde subdit: *Et illic.* scilicet in solio collocati. *Eriguntur.* ideſt ad maiora exaltãtur, dum scilicet, Deus eis & potentiam, & diuitias auget. Tertio, per hoc, quòd etiam si puniti fuerint propter peccata, miseretur eorum, si pœnitere uoluerint: vnde subdit; *Et si fuerint.* scilicet reges. *In cathenis.* ideſt in carcere positi. *Et uinciantur.* ideſt ligentur. *Funibus paupertatis.* ideſt, si in carcere positi paupertatem patiantur, quæ est quoddam vinculum, quo homines ligãtur, ne opera sua possint implere. & insuper multis miseriis astringantur, & tamen eis sic in miseriis constitutis, primo quidem Deus hoc beneficium confert, quòd eos recognoscere facit pristina peccata: pro quibus puniti sunt, unde subdit; *Indicabit eis opera eorum.* ideſt faciet, vt cognoscant ea quæ fecerunt, esse iniusta, vnde subdit; *Et scelera eorum.* quasi dicat, faciet cognoscere, quòd opera quæ fecerant, erant scelerata. & quantum ad hoc, quòd peccauerint, ostendit subdens; *Quia violenti fuerunt.* hoc enim est peccatum propriũ potentum; vt subditis violentiam inferant vtentes sua potentia quasi lege iustitiæ. nec solum facit eos peccata sua præterita cognoscere, sed etiam ostendit eis, quòd pro suis peccatis puniũtur, vnde subdit; *Reuelabit quoque aurem eorum.* ideſt faciet vt intelligant, quòd eis Deus puniẽdo loquitur: quòd scilicet propter peccata sua puniuntur. vnde subdit; *Vt corripiat.* quasi dicat, hic faciet eos recognoscere, quòd Deus eos puniuit ad correctionem: & vlterius persuadebit eis, quòd pœniteãt, vnde subdit; *Et loquitur.* scilicet interius, vel per exteriorem admonitionem. *Vt reuertantur ab iniquitate, pœnitendo.* scilicet, a pristinis peccatis: & huiusmodi pœnitentiæ fructum ostendit, subdens; *Si audierint.* scilicet corde proponentes: *Et obseruauerint.* opere implentes, reducentur ad statum pristinum: & ita; *Complebunt dies suos in bono.* scilicet virtutis, vel prosperitatis terrenæ. Et annos suos in gloria, scilicet terrena. *Si autem non audierint.* ideſt si non obediuerint interiori inspirationi vt pœniteant: *Transibunt per gladium.* ideſt de carcere reducentur ad occisionem gladii: *Et consumentur.* ideſt destruentur: *In stultitia.* ideſt propter suam stultitiam: vnde considerandum est, quòd Eliu in hoc dicitur cũ amicis Iob conuenire, quòd possint aduersitates præsentes esse pœnas peccatorum: & quòd per pœnitentiam quis redit ad pristinam prosperitatem. Hæc autem, etsi aliquando contingant, non

non tamen ſemper, ſecundum opinionem Iob. Sed quia quandoque contingit, quòd aliqui aduerſitates patiuntur, quorum peccata non apparent, ne per hoc prædicta eius ſententia elidatur, interpretatur eos ſimulatores eſſe, quantum ad hoc, quòd prætendunt iuſtitiam, quam non habent, & callidos, inquantum ſcilicet aſtutiis quibuſdam utuntur ad hoc, quòd ſub colore iuſtitiæ iniuſtitiã faciãt: & ex hoc ipſo grauius peccant. vnde ſubdit; *Simulatores & callidi prouocant iram Dei*. quia ſcilicet, hos Deꝰ magis deteſtatur. tales etiam non de facili pœnitent in pœnis: ideo ab aduerſitate non liberantur etiam inter flagella, quia exiſtimant ſe iuſtos, ſicut ab aliis laudantur: vnde ſubdit; *Neque clamabunt*. ſ. ad Deum miſericordiam petentes: *Cum uincti fuerint*. ſ. cathenis, & funibus paupertatis, in quo dat intelligere, quòd exiſtimauerat Iob ſimulatorem & callidũ fuiſſe, & ideo inter pœnas peccatum ſuum non recognoſcat, & quia tales non pœnitent in pœnis, ideo ab aduerſitate non liberãtur, vnde ſubdit; *Morietur in tempeſtate animæ eorum*. quia. ſ. vſq; ad mortem diuerſas angoſtias patietur; *Et uita eorum*. ſ. deficiet: *Inter effeminatos*. quibus ſ. non eſt virtus, vt ſe de manu opprimẽtium liberent: Recte autem ſimulatores effeminatis comparat, quia ex paruitate animi contingit, quòd homines ſint ſimulatores: eſt enim proprium magnanimi eſſe manifeſtum, vt dicitur in quarto Ethicorum. & quia dixerat, quòd Deus potentibus in tribulatione conſtitutis ſubuenit, ne videatur Deum dicere acceptorem perſonarum, oſtẽdit quòd etiam idem beneficium pauperibus confert, vnde ſubdit; *Eripiet pauperem de anguſtia ſua*. ſ. eũ ab aduerſitate liberando. & ordinem liberationis oſtendit, ſubdens; *Et reuelabit in tribulatione aurem eius*. ideſt faciet eum intelligere, quòd pro peccatis ſuis punitur, & ad pœnitentiam eum inducit, ſicut & ſupra de potentibus dicit: ea autem quæ ſupra cõmuniter de potentibus dixerat, applicat ad perſonam Iob, & primo quidẽ, quia dixerat, quòd Deus in tribulatione ſalutem affert & pauperibus & potentibus; concludit quòd etiam Iob huiuſmodi ſalutem ſperare poteſt a Deo, cum ſubdit: *Ideo ſaluabit te de ore anguſto latiſſime*. ideſt de tribulatione, quæ eſt ſicut quoddam foramen anguſtum, per quod homo in quandam latitudinem diuerſarum miſeriarum intrat. vnum enim malum fit homini cauſa diuerſorum malorum, & horum malorum multiplicatio procedere poteſt uſque ad infinitum, vt nunquam ſit peruenire ad ſtatum quietis: & hoc eſt quod ſubdit; *Et non habente fundamentum*. ſcilicet in quo homo poſſit quieſcere. *Subter ſe*, ideſt, cum deſcenderit in profundum malorum: quod præcipue pertinere videtur ad pœnas, quæ ſunt poſt mortem, quæ in perpetuum durant ſine quiete. non ſolum autem promittit eis liberationem a malis, ſi peccatum recognoſcere & pœnitere uoluerit, ſed etiam abundantiam bonorum. vnde ſubdit: *Requies autem menſæ tuæ erit plena pinguedine*. quaſi dicat, cum ſaturitate & quiete comedere poteris abundanter de bonis, quę tibi diuinitus reſtituentur, & quia oſtenderat, quòd Deus potentes nõ abiicit, ſed iniquos; Iob autem videbatur a Deo deiectus per multiplices aduerſitates, ſubdit; *Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt*. quaſi dicat, non es punitus quia potens eras, ſed quia impius. & contra hoc, recompenſationem promittit, ſi pœnituerit, cum ſubdit; *Cauſam iudiciumque recipies*. ideſt, cauſa & iudicium reſtituetur tibi, vt poſſis aliorum cauſas diſcutere, & de eis iudicare: & quaſi iam hoc factum eſſet, monet eum, qualiter in ſtatu illo ſe debeat habere. Cõtingit autem quandoque, quòd iudices a iuſtitia declinant propter iram, & quantum ad hoc dicit; *Non te ergo ſuperet ira*. vt aliquem opprimas iniuſte, quando ſcilicet cauſam & iudicium recipies. Quãdoque vero iudices a iuſtitia declinãt propter cupiditatem munerum; & quantum ad hoc ſubdit: *Nec multitudo donorum inclinet te*. in illo ſcilicet ſtatu futuræ authoritatis. Cõtingit etiam quandoque, quòd aliquis ex ſola ſuperbia aliis iuſtitiam facere contemnat, & quantum ad hoc ſubdit; *Depone magnitudinem tuam*. ideſt ſuperbiam animi tui; *Abſque tribulatione* ideſt, antequã tibi tribulatio immittatur a Deo ad tuã humiliationem. Quãdoque vero contingit, quòd iudices a iuſtitia declinant, deferentes aliquibus potentibus propter timorem, & quantum ad hoc ſubdit; *Et omnes robuſtos fortitudine*. ſcilicet tua deponas. vel quantumcunque robuſtos in ſua fortitudine, tu non dubites deponere propter iuſtitiam. quandoque autem contingit, quòd aliqui iudices a iuſtitia deficiunt, parcentes propter ſuam quietem vnde ſubdit; *Nec protrahas noctem*. ideſt, ne velis nimis dormire, vt expeditionis iuſtitiæ non intendas. vel; *Ne protrahas noctem*. ideſt non permittas diu latere iuſtitiam cauſæ, ſed feſtina, ut ueritas manifeſtetur: & cauſam oſtendit, ſubdens; *Vt aſcendant populi pro eis*. ſcilicet robuſtis. quaſi dicat, non ita protrahas iudicium, quouſque totus populus concitetur ex violentiis robuſtorum, & pro eorum iniuriis ad te inquirendum accedant. uel aliter; *Ne protrahas noctem, ut aſcendant populi pro eis*. quaſi dicat, ne differas iudicium cõtra robuſtos exercere, ne forte per ſuam potentiam inueniãt multos fautores, qui pro eorum defenſione conſurgant, ut ſic tuum iudicium impediatur. omnia autem iſta ad hoc tendunt, ut in ſtatu futuræ proſperitatis iniuſtitiam uitet. unde ſubdit; *Caue ne declines ad iniquitatem*. ſcilicet per aliquem prædictorũ modorum, uel aliquos alios. Poſſet autem Iob dicere, hanc admonitionem eſſe ſuperfluam, quia ipſe ſolebat iuſtitiam diligenter exequi; ſicut dixerat ſupra xxix. & ideo Eliu ſubiungit; *Hanc enim*, ſcilicet iniquitatem; *Cœpiſti ſequi poſt miſeriam*. ſcilicet in hoc quòd te reputas Deo iuſtiorem. & ideo cauendum eſt tibi, ne a iuſtitia declines, ſi te contingat ad ſtatum proſperitatis redire.

Cap. 6.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Eliu improbauerat uerba Iob, quantum ad hoc, quòd ſe iuſtũ dicebat; hic nititur improbare uerba eius quantum ad hoc, quòd credebat eum locutum eſſe contra iuſtitiam diuini iudicii. unde primo proponit ſublimitatem diuinæ poteſtatis, cum dicit; *Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua*. ideſt, habet poteſtatem ceteris ſubliminem. Nõ eſt autem ratio ni conſonum, vt maior poteſtas a minori de iniuſtitia condemnetur. Secundo proponit eius authoritatem, cum ſubdit; *Et nullus ei ſimilis in legislatoribus*. quia ſcilicet, legum conditores per eius ſapientiam iuſta decernunt, ut dicitur Prouerb. 8. unde nullis legibus poteſt ipſe de iniuſtitia condemnari, quin potius ſua ſapientia, eſt regula & menſura omnium legum. Tertio, proponit incomprehenſibilitatem operum eius, cum ſubit, *Quis poterit ſcrutari uias eius?* i. ſufficienter inueſtigare rationes operũ ipſius: & ex hoc concludit quòd non poteſt de iniuſtitia condẽnari; unde ſubdit; *Aut quis audet ei dicere, Operatus es iniquitatẽ?* ad hoc enim quòd aliquis de iniquitate condemnetur, requiritur quòd ſit ſubiectus ſuperiori poteſtati, & quòd legibus alienis aſtringatur, & quòd eius opera cognoſcantur, quæ in Deo locũ non habent, ut dictum ẽ. Conſequenter manifeſtare incipit quòd uias Dei, ideſt opera eius, homo perſcrutari non poſſit, dicens; *Memento quòd ignoras opus eius, de quo cecinerunt uiri*. ideſt ſapientes, quos uiros nominat, propter animi uirtutẽ. dicit autem; *Cecinerunt*, propter antiquam ſapientum conſuetudinem; qui metrice diuina & prophetica deſcribebant. Quantũcumque aũt homines aliqui ſint ſapientes, non poſſunt pertingere ad cognoſcendam & enarrandam ſcientiam eius: ſed tota hominis cognitio & ſermo eſt de Deo per opera eius, quę tamen neque Iob, neque aliquis alius homo perfecte cognoſcere poteſt: & ideo ſubdit: *Omnes homines uident eum*. ſcilicet per ſua opera. nullus enim adeo in ſapientia deficit, quin aliqua diuinorum ope percipiat: & rurſus nullus eſt adeo ſapiens, cuius cognitio non multum uincatur ab excellentia claritatis diuinæ. unde ſubdit; *Vnuſquiſque intuetur procul*. ideſt, cognitio hominis longe diſtat a perfecta comprehenſione diuinæ eſſentiæ. tũ, quia non poteſt homo niſi per opera cognoſcere, quæ in infinitum diſtant ab excellentia eſſentiæ eius, tum, quia etiam opera eius perfecte homo non cognoſcit: & ex hoc concludit, quòd Deus per ſuam excellentiam hominis cognitionẽ excedit, iuxta illud pſal. 138. Mirabilis ſcientia tua. unde ſubdit; *Ecce Deus magnus uincens ſcientiam noſtram*. quòd enim a nobis perfecte Deus cognoſci non poſſit, non contingit propter defectum ipſius, ſicut contingit de motu & tempore, ſed propter eius excellentiam. Poſſet autem aliquis dicere, quòd quãmuis de Deo non poſſumus cognoſcere quid ſit, poſſumus tamen cognoſcere de Deo an eſt, quod pertinet ad eius durationem: ſed quòd hoc etiam excedat hominis cognitionem, oſtendit ſubdens; *Numerus annorum eius inæſtimabilis*. quia uidelicet, æternitas durationis ipſius humano intellectu comprehendi non poteſt. Oſtendit autem conſequenter magnitudinem operum Dei, quæ humanam rationem excedunt, enumerans diuerſas aeris tranſmutationes, qui quandoque per ſiccitatem diſponitur: & quantum ad

g ¶ GLO. Præmiſſa conſolatione ſubdit grauiora pericula. Vnde dr. {Tradet aũt fra. fra. in mor. & pater fi. & fur. fi. in paren. & mor. eos afficient.} GRE. in Ho. Minorem. n. dolorem ingerũt mala, quæ ab extraneis, maiorem quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus, quia cũ dãno corporis mala nos cruciat charitatis amiſſæ.

HIE. Hoc aũt in perſecutionibus fieri cerebro videmus, nec vllus eſt inter eos fidus affectus quorũ diuerſa eſt fides. CHRY. Deinde quod eſt multo horribilius apoſuit dicens. {Et eritis odio oĩbus hominibus.} Vt. n. cões orbis terrarum hoſtes: ita eos expellere tentabant. Hinc etiam rurſus apponitur cõſolatio cũ dicit. {Propter nomen meum.} Et cum hoc rurſus aliud conſolatorũ ponit, cum ſubditur. {Qui aũt perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.} Q̃m. n. conſueuerunt multi in principio, quidẽ eſſe vehemẽtes poſtea vero diſſolui, pp hoc ait: Q̃m finem requiro. Quæ. n. vtilitas eſt ſeminum in principio quidẽ floreſcentium, poſtmodũ aũt tabeſcentiũ? pp hoc aũt ſufficientem perſeuerantiam expetit ab ipſis. HIER. Non. n. cępiſſe, ſed perfeciſſe virtutis eſt. REMI. Nec inchoantibus ſed pſeuerantibus pmium tribuitur. CHRY. Ne aũt aliquis dicat, quia oĩa Chriſtus in Apſos fecit, nihil mirabile eſt tales illos eſſe effectos, nihil patientes onoroſum. pp hoc ait, q̃ perſeuerantia eis eſt opus. Etſi. n. ex primis eruti fuerint, periculis alijs difficilioribus conſeruantur, & poſt illa rurſus alia ſuccedent, & non ſtabunt q̃n inſidias patiantur, donec viuunt. Et hoc occulte inſinuat, dicens: {Qui pſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.} REMI. i. q̃ præcepta fidei nõ deſeruerit, & in perſecutionibus non defecerit, ſaluus erit, quia pro perſecutionibus terrenis percipiet præmia regni cælestis. Et notandum, quia finis non ſemper ſiguat conſumptionẽ, ſed aliq̃n perfectionẽ, iuxta illud: Finis legis Chriſtus eſt. vñ etiam põt eſſe ſenſus: Qui pſeuerauerit vſq; in finẽ, i. in Chriſto. AVG. 21. de Ciui. Dei: In Chriſto nãque perſeuerare, eſt i fide eius permanere, q̃ per dilectionẽ operatur.

Cap. 25.

Homi. 35.

h ¶ CHR. in Ho. Poſtq̃ pdixit terribilia illa, quæ poſt crucẽ & reſurrectionẽ & aſcenſionẽ, eis erant ventura, rurſus ducit eos ad mãſuetiora. Non. n. iuſſit eos ad perſecutionẽ audaciter ire, ſed fugere. vñ dicit. {Cum aũt perſe. vos in ci. iſta, fu. in ali.} Quia. n. interim principium erat conuerſionis eorũ, condecente vtiturſermone. HIE. Hoc. n. ad illud tps referendũ eſt, cum ad pdicationem Apli mittebantur, q̃bus & proprie dictum eſt: In viã gentium ne abieritis, quod pſecutionẽ timere non debeant, ſed declinare. Q̃d quidem videmus in principio feciſſe credentes, q̃n orta hieroſolymis pſecutione diſperſi ſunt in vniuerſam Iudæã, vt tribulationis occaſio fieret euangelij ſeminarij. AVG. con. Fauſt. Neq; tñ ſaluator non poterat tueri diſcipulos ſuos quibus fugere pcipit. Et huius rei prior exẽplum præbuit, ſed inſtruebat hois infirmitatem, ne Deũ tentare audeat q̃n habet q̃d faciat, vt quod cauere oportet, euadat. AVG. 1. de Ciui. Dei. Potuit aũt eos admonere, vt ſibi manus inferrent, vt non in manus perſequentiũ deuenirent. {Porro ſi hoc ille non iuſſit aut monuit, vt hoc mõ ſui ex hac vita emigrarent, quibus migrantibus ſe manſionem æternam pparaturum eſſe, pmiſit, q̃ licet exẽpla opponant gentes, q̃ ignorãt Deum, manifeſtum eſt hoc non licere credentibus vnum verum Deum. CHRY. in Ho. Ne aũt dicãt, quid igitur ſi pſecutionem paſſi fugerimus, & rurſus hinc nos abiecerint? hunc deſtruens timorẽ ait: {Amen dico vobis, non conſummabitis} i. non ꝓuenietis me circũeuntes Paleſtinã, donec vos aſſumã. RA. Vel prædicit, q̃ non ante prædicationibꝰ ſuis ad fidẽ ꝓducent oẽs ciuitates Iſrael, q̃ reſurrectio dñi fuerit perpetrata, & in toto orbe terrarum pdicandi euangelium poteſtas conceſſa. HILA. Vel aĩr: Ex vna in aliam fugam ſuadet, quia prædicatio eius primũ a Iudæa effugata tranſit ad Græciam: Deinde diuerſis intra Græciæ vrbes Apłorum paſſionibus fatigata: tertio in vniuerſis gentibus demoratur, ſed vt onderet gentes quidem Apoſtolorum prædicationi creditaras, verum vt reliquum Iſrael crederent eſſe aduentui ſuo debitum ait: Non conſum. ciui. Iſrael, i. poſt plenitudinem gentium, quod erit reliquum Iſrael ad implendum numerum ſanctorum, futuro claritatis Chriſti aduentu eſt in Eccleſia conuocandum. AVG. in epa ad Hono. Faciant ergo ſerui Chriſti q̃d præcepit vel pmiſit, ſicut ipſe fugit in Aegyptũ. fugiant oĩno de ciuitate in ciuitatẽ, q̃n eorum quiſq; ſpeciaĩr a perſecutoribus q̃ritur, vt ab alijs, q. non ita requirunt, non deſeratur Eccłia, ſed pbeant cibaria conſeruis, quos aliter viuere non poſſe nouerunt. Cum aũt omnium, i. Epiſcoporum, Clericorum, & Laicorum eſt cõe periculum, hi qui alijs indigent non deſerantur ab his quibus indigent. aut igitur ad loca munita oes tranſeant, aut qui habent neceſſitatem remanendi, non relinquantur ab eis per quos illorũ Eccłiaſtica eſt ſupplenda neceſſitas, vt vel pariter viuant vel pariter ſuffe rant quod eos paterfamilias volet pati.

Ipiſt. 180.

i Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?

REMI. Præterea ſciendum eſt, q̃ ſicut ꝑceptum perſeuerandi in perſecutionibus ſpecialiter ad Apoſtolos pertinet, & ad eorum ſucceſſores viros fortes, ſic licet licẽtia fugiendi ſatis conuenit infirmis in fide, q̃bus conde ſcẽdit pius magiſter: ne ſi ſe vltro ad martyrium obtuliſſent, fortaſſis poſiti in tormentis negarent, l. æuius. n. erat fugere q̃ negare. Sed q̃is fugiendo perfecte fidei conſtantiã in ſe non oſtenderent: tñ magni meriti erant, q̃n oĩa pro Chriſto parati erant deſerere. ſ. fugiendo. Niſi aũt illis licentiam fugiendi dediſſet, diceret eos aliqui alienos eſſe a gloria regni cælestis. HIERO. Spiritualiter aũt poſſumus dicere: {Cum perſecuti vos fuerint in vna ciuitate. hoc eſt in ſcripturarum libro vel teſtimonio, nos fugiamus ad alias ciuitates, ideſt ad alia volumina. quãmuis enim contentioſus fuerit perſecutor, ante præſidium ſaluatoris adueniet, quãm aduerſarijs victoria concedatur.

i ¶ CHRY. in Ho. Quia futurum erat, vt diſcipuli cum ꝑmiſſis perſecutionibus etiam diffamati, malam opinionem paterentur, quod multis onoroſius eſſe videbatur, hic eos conſolatur a ſeipſo, & ab his quæ de ipſo ſunt dicta, cui conſolationi nulla poterat eſſe æqualis. HIE. Dominus. n. lumen æternum, dux credentium, & immortalitatis parens, diſcipulis ſuis in futurarũ paſſionum ſolatium ante præmiſit, vt gloriæ loco amplectamur, ſi domino noſtro vel paſſionibus adæquemur. vnde dicit: {Nõ eſt diſci. ſuper ma. nec ſeruus ſuper do. ſuum. CHRY. in Hom. Intelligendum, donec fuerit diſcipulus & ſeruus, non eſt inquam, ſuper magiſtrum & dominum, ſecũdum honoris naturam. Nec mihi ea quæ raro contingunt hic obiicias, ſed ab his quæ ſunt in pluribus, ſuſcipe hunc ſermonem. REMI. Magiſtrum autem & dñm ſemetipſum a ppellat. per ſeruum & diſcipulum, ſuos vult intelligi Apoſtolos. GLO. Quaſi dicat. Ne indignemini tolerare quæ tolero, quia dñs ſum, faciens quod volo, & magiſter, docens quod vtile ſcio. REMI. Et quia hæc ſententia minus videbatur ſuperioribus verbis congrua, quo tẽdant verba, manifeſtat cum ſubditur {Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?} CHRY. in Hom. Non dixit ſeruos, ſed domeſticos, vt multam ad eos familiaritatem onderet, ſicut & alibi dixit: Non dicam vos ſeruos. ſed amicos meos. REMI. Quaſi dicat. Vos ergo temporales honores & humanam gloriam non q̃ratis, dum me videtis per irriſiones & opprobria genus humanum redimere. CHRY. in Hom. Non ſolum autem dixit, ſi domus dominum conuitiati ſunt, ſed ipſam ſpeciem conuitij; quoniam Beelzebub eum vocauerunt. HIERO. Beelzebub idolum eſt Acharon, quod vocatur in Regũ volumine Idolum Muſcæ. Beel, ipſe Bel ſiue Baal, Zebub autem muſca dicitur. Principem ergo dæmoniorum ex ſpurciſſimi idoli appellebant vocabulo, qui muſca dicitur propter immunditiam, quæ exterminat ſuauitatem olei.

Cap. 23.

k ¶ REM. Poſt pmiſſam conſolationẽ, aliã non minorẽ ſubiũgit dicens: {Ne ergo timueritis eos}. ſ. perſecutores. Quare aũt nõ eſſet timendũ, manifeſtat cũ ſubiungit. {Nihil. n. opertũ q̃d nõ reueletur, & occultũ q̃d non ſciat.} HIE. Q̃ſo ergo in pñti ſeculo multorũ vitia neſciunt, ſed de futuro tpe ſcribit: Q̃n iudicabit Deꝰ occulta horum & illuminabit latebras tenebrarũ, & manifeſta faciet cõſilia cordiũ, & eſt ſenſus. Nolite timere pſecutorũ ſęuitiã, & blaſphemantiũ rabiẽ, q. a venient dies iudicij, in quo & vĩa virtus, & illorũ neq̃tia demonſtrabit. HIL. Igit nõ minas, nõ cõuitia, non ꝑtes inſectantiũ monet eſſe metuẽdas, q. a dies iudicij nulla hic fuiſſe atq; inania reuelabit. CHRY. in Ho. Vel aĩr: Figura quidẽ eorum, q̃ dicuntur vĩem vĩ enuntiationẽ habere, verũ nõ de oĩb⁹, ſed de pmiſſis ſolũ dictũ eſt. q. d. ſi doletis audiẽtes cõuitia, hoc cogitate, q. a & ab hac ſuſpitione poſt parũ eruemini. Vocant q̃dem vos Ariolos & Magos & ſeductores, ſed expectate parũ, & ſaluatores vos orbis terrarum vniuerſi dicent, cum ꝑ ipſos apparueritis benefactores, nec illorum intendent ſermonibus hoies, ſed rerum veritati. REMI. Quidam aũt dicunt, q̃ his verbis promiſerit dominus diſcipulis ſuis. q̃ per eos eſſent reuelanda oĩa occulta

mysteria, quæ sub velamine literæ legis latebant. vnde Apostolus dicit: Cum conuersi fuerint ad Christum, tunc auferetur velame. & est sensus: Quare debetis timere vestros persecutores, cum tanę sitis dignitatis, vt per vos occulta mysteria legis, & prophetarum sint manifesta? CHRY. in Ho. Deinde, quia eos ab omni timore liberauerat, & altiores opprobrijs fecerat, nunc opportuno tempore eis loquitur de libera propalatione, quæ est in prædicatione dicens, {Quod di.vo.in tendi.in lumine.& quod in aure au.prædi.sup tecta.} HILA. Nō legimus dñm solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam in tenebris tradidisse, sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & verbum eius infidelibus nox est. Itaq; ab eo quod dictum est cum libertate fidei & confessionis est loquendum. REMI. Est ergo sensus. Quod dico vobis in tenebris, i. inter Iudæos incredulos, vos dicite in lumine, i. fidelibus prædicate. Et quod in aure auditis, i. quod dico vobis secrete, prædicate super tecta, i. palam corā omnibus. Solemus enim dicere. In aurem loquitur illi, i. secrete. RABA. Sane quod ait: Prædicate super tecta, iusta morem pronunciæ Palestinæ loquitur, vbi solent in tectis residere, quia non sunt cacuminata, sed æqualia. Ergo prædicabitur in tectis, quod cūctis audientibus palam dicetur. GLO. Vel aliter: Quod dico vobis in tenebris, i. dum adhuc in timore carnali estis {dicite in lumine}, i. in fiducia veritatis, cum a Spiritu sancto eritis illuminati. {Et quod in aure auditis}, i. solo auditu pcipitis. Prædicate. opere complendo. {Super tecta.} existentes, i. corpora vestra, quæ sunt domicilia animarum. HIERO. Vel aliter. Quod di.vo.in te.di. in lu.}. i. auditis in mysterio apertius prædicate. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta, i. quod vos erudiui in paruulo Iudææ loco vniuersis vrbibus in toto mundo audacter ædicite. CHRY. in Hom. Sicut autem quando dicebat: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet, & maiora his faciet. ita & hic monstrat, qm̄ omnia per eos operatur, etiam plusquam per seipsū, quasi dicat, principium ego dedi, sed quod plus est per vos explere volo. hoc autem non intungentis est solum, sed & futurum prædicentis & ostendentis, quoniam omnia superabunt. HILA. Constanter ergo ingerenda est Dei cognitio, & profundum doctrinę euangelicæ secretum, lumine prædicationis reuelandum, non timendo eos quibus cum sit licentia in corpora tātum, in animam ius nullum est. Et ideo subditur. {Et no.ti.eos qui occi.cor. animam autem non possunt occidere.} CHRY. in Ho. Vide qualiter omnibus eos statuit superiores, nō sollicitudinem solum & maledictionem, neque pericula, sed & ipsam quæ omnibus videtur terribilior, mortem suadens propter Dei timorem contemnere. vnde subdit. {Sed potius eum ti. qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.} HIERO. Nomen gehennæ in veteribus libris non inuenitur, sed primo a saluatore ponitur. Quæramus ergo, quæ sit huius sermonis occasio: Idolum Baal fuisse iusta Hierusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit, nō semel legimus: Hæc vallis & parua campi planicies irrigua erat & nemorosa, plenaq; delitijs, & locus in ea idolo consecratus. In tantam autem populus Israel dementiam venerat, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret & rigorem religionis delitiæ vincerent, filiosq; suos incenderent dæmoni. & appellabatur locus ipse Gehenon, i. vallis filiorum Hennon. Hoc regum volumen & Paralypomenon, & Hieremias scribunt plenissime, & comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum, vt nequaq̄ vocetur Tophet & Baal, sed vocetur τοπυάνδριον Polyandrion, idest tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœne perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur. AVGVST. 13. de Ciui. Dei: Hoc autem non antea fiet, q̄ anima corpori fuerit copulata, vt nulla direptione seperantur, & tamen tunc recta mors animæ dicitur, quia non viuit ex Deo. mors autem corporis, quia in damnatione nouissima q̄uis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse, nec voluntate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis, est mors potius appellata quàm vita. CHRY. in Ho. Vide autem rursus, quia non promittit eis liberationem a morte, sed suadet contemnere mortem, quod multo maius est quàm erui a morte, & quod hoc sermone, ea quæ de immortalitate sunt dogmata, eis infigit.

Hom. 35. ¶ CHRYSOST. in Hom. Postquàm timorem mortis exclusserat, ne æstimarent Apostoli, quòd si interficerentur, essent derelicti a Deo, rursus sermonem de prouidentia Dei inducit dicens: {Nonne duo passeres asse, veneunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? HIERO. Et est sensus: Si parua animalia absque Deo non decidunt authore, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt sine voluntate Dei non pereunt, vos qui æterni æstis non debetis timere, quòd absq; Dei vñatis prouidentia. HILA. Mystice autem quod venditur, corpus atque anima est, & cui venditur, peccatum est. Qui ergo duo passeres asse veneunt seipsos peccato minimo vendunt, natos ad volandum, & ad cœlum pennis spiritalibus efferendos: sed capti precijs præsentium voluptatum, & ad luxum sæculi venales, totos se talibus actionibus nundinantur. Dei autem volūtatis est, vt vnus ex illis magis euolet, sed lex constitutione Dei perfecta decernit vnum ex eis potius decidere. Quemadmodum enim si euolarent, vnum essent, fieretque corpus spiritale, ita peccatorum precio venditis, anima terrenam contrahit ex vitiorum sorde materiam. fitque vnum ex illis quod tradatur in terram. HIERO. Quod autem ait. {Vestri autem & capilli capitis, omnes numerati sunt.} Immensam Dei erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem signat affectum, quòd nihil nostrorum Deum lateat. HILAR. In numerum enim aliquid colligi diligentiæ est. CHRYSO Vnde hoc dixit, non quòd pilos Deus numeret, sed vt diligentem cognitionem, & multam circa eos prouidentiam ostendat. HIERO. Deridentautem intelligentiam Ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negāt, quasi nos & capillos qui numerati sunt, & a tonsore decisi omnes dicamus resurgere, cum saluator non dixerit: Vestri autem & capilli omnes saluandi sunt, sed numerati sunt. Vbi numerus est, scientia numeri demonstratur, non eiusdem numeri conseruatio. AVGVST. vlti. de Ciui. Dei: Cap. 12. Quāuis & de ipsis capillis possit inquiri, vtrum redeat quicquid tondentibus decidit, quòd si rediturum est, quis non exhorreat illam deformitatem? Semel autem intellecto, ita nihil periturum esse de corpore, ita vt deforme nihil sit in corpore, simul intelligitur ea quæ deformem factura fuerant enormitatem, massę ipsi accessura esse, non locis quibus membrorum forma turbetur, velut si de limo vas fieret quod rursus in eundem limen redactum totum de toto iterum fieret, non esset necesse, vt illa pars limi quæ in ansa fuerat ad ansam rediret, aut quæ fundum fecerat, ipsa rursus faceret fundum, dum tamen totum reuerteretur in totum, idest, totus ille limus in totum vas, nulla sui parte pdita remearet. Quapropter, si capilli totiens tonsi ad sua loca deformiter redeūt, non redibunt, quia in eandem carnem, vt quēcūq; locum ibi corporis teneant, seruata partium congruentia materiæ in vtilitatem vertentur. Quamuis quod dicit: Capillus capitis vestri non peribit, non de longitudine, sed de numero capillorum posset intelligi. vnde & hic dicitur: {Capilli capitis vestri numerati sunt.} HILA. Neque enim dignum negocium est peritura numerare. Vt igitur nihil ex nobis periturum esse cognoscceremus, ipso capillorum nostrorum supputatorum numero iudicatur. Nullus igitur corporum nostrorum casus est pertimescendus. Et ideo subditur: {Nolite ergo timere, multis passeribus meliores æstis vos.} HIER. In quo manifestius superior expositionis sensus expressus est, qp timere non debeant eos, qui possunt corpus occidere, quoniā si sine Dei scientia parua quoque alia non decidūt, quanto magis homo, qui Apostolica fultus sit dignitate? HILA. Vel cum dicit plurimis eos antestare passeribus, ostendit multitudini infidelium electionem fidelium præsse, quia his casus in terra est, illis volatus in cælum. REMI. Mystice autem Christus caput est: Apostoli capilli, qui pulchre numerati dicuntur, quia nomina sanctorum scripta sunt in cælis.

n ¶ CHRY. Eiiciens dominus timorem, qui discipulorum concutiebat animam, per ea quæ consequuntur rursus eos confortat, non solum timorem eiiciens, sed & spe præmiorum maiorum eos erigens in liberam propalationem veritatis dicens. {Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, cōfitebor & ego eum coram patre meo, qui est in cælis. Considera autem diligenter, qp non dixit, Qui confitebitur me, sed quemadmodum Græce legitur, Qui confitebitur in me, vt tibi ostenderet non propria virtute, sed gratia superiore adiutū, confiteri eum q confitetur. HIL. Hoc cōcludendo dicit, qa doctrinis talibus confirmatos oporteat liberā de Deo cōfitendi habere cōstantiā. REM. Confessio autem hic illa intelligenda est, de qua dicit Apls: Corde creditur ad iustitiā, ore fit confessio ad salutē. Ne ergo aliqs putaret se absq; oris confessione posse saluari, non solū ait. Qui me confessus fuerit, sed addit: Coram hoibus. Et iterum addit: {Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eū corā patre meo, qui est in cælis.

HILA. In quo ostendit, quales nos testes hominibus fuerimus, tales apud Deum patrem testimonio eius vsuros. CHRY. in Hom. Vbi considerandum est, quia in pœna amplius est supplicium, & in bonis maior retributio. Quasi dicat. Superabundasti prius, me hic confitendo aut negando, superabundabo & ego ineffabiliter tibi maiora dando. Illic enim ego te confitebor aut negabo. Propter hoc si feceris aliquod bonum, & non susceperis retributionem, ne turberis, cum additamento enim in futuro tempore retributio te expectat. Et si feceris aliquod malum, & non exolueris vindictam, non contemnas. illic enim te excipiet pœna, nisi transmuteris & melior fias. RABA. Et sciendum, quòd negare quòd Deus non sit, nec Pagani possunt, sed quòd non sit Deus filius & pater, negari ab infidelibus potest. Confitebitur ergo aliquem filius apud patrem, qui per filium habebit accessum ad patrem. Et quia filius dicet: Venite benedicti patris mei. REMI. Negābit autem negantem se, quia per ipsum non habebit accessum ad patrem, & a consPectu suæ diuinitatis & patris repelletur. CHRYSOST. Ideo autem non solum fidem, quæ est secundum mentem, sed & confessionem exigit oris, vt erigat nos in liberam propalationem & ampliorem amorem, ex celsos nos faciēs. Hæc aūt verba ad vniuersos loquitur, & neq; in persona Apostolorum loquitur solum. Non enim solos Apostolos, sed & discipulos eorum facit viriles. Qui nunc hoc seruat, non solum cum libera propalatione docebit, sed & omnibus facile suadebit. huius enim verbi obseruatio multos ad Apostolos adduxit. RABA. Vel confitetur quis Iesum ea fide, quæ per dilectionem operatur, mandata eius fideliter implendo, negat qui præceptis non obedit.

n ¶ HIE. Supra dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: nunc infert, quid post prædicationem sequatur, dicens. {Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium.} GLO. Vel aliter continua: Sicut mors non debet attrahere, sic nec carnalis affectus. Hom. 36. CHRYSO. Qualiter ergo eis iniunxit, vt in vnamquamque domum ingredientes pacem indicerent? Qualiter etiam & angeli dixerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. quoniam hæc maxime est pax, cum id quod ægrotat, inciditur, cum id quod litem infert, separatur: ita enim possibile erit cælum terræ copulari. Nam & medicus ita reliquum conseruat corpus, cum id quod insanabiliter se habet abscinderit. Ita quidem & in turri Babel gestum est, malam enim pacem bona dissonantia soluit. Ita & Paulus eos, qui aduersus eum consonabant, diuisit. Non enim vbique concordia bonum est, nam & latrones consonabant. Hoc autem prælium non est sui propositi, sed illorum consilij. HIERO. Ad fidem enim Christi totus orbis contra se diuisus est. Vnaquæq; domus & infideles habuit & credentes, & propterea bellum missum est bonum, vt rumperetur pax mala. CHRY. Hoc autem dixit quasi discipulos consolans, ac si diceret: Ne turbemini, quasi præter spem his contingentibus, propter hoc enim veni, vt prælium mittam. Et non dixit prælium, sed quod difficilius est, gladium. Voluit enim asperitate verborum eorum excitare auditum, vt non in difficultate rerum deficiant, ne aliquis dicat, quòd blanda suasit, sed difficilia occultauit. Melius est. n. an rebus manſuetudinē videre, quàm in verbis, & propter hoc in his non stetit, sed exponens prælij speciem, ostendit hoc esse ciuili bello difficilius, dicens. {Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.} In quo ostendit, quòd non solum in familiaribus erit hoc prælium, sed in amantissimis & valde necessarijs, quod maxime Christi virtutem ostendit, quia discipuli hæc audientes, & ipsi susceperunt, & alijs suaserunt. Quāuis autem non ipse Christus hanc separationem fecerit, sed illorum malitia: tamen dicit se facere secundum scripturæ consuetudinem. Scriptum est enim: Dedit eis Deus oculos vt non videant. Hoc autem maxime ostendit vetus testamentum, nouo esse cognatum. Etenim in Iudæis vnusquisque proximum interficiebat, quando vitulum fecerunt, & quando Beelphegor immolauerunt. vnde, vt monstraret eundem esse cui hæc & illa placuerunt, prophetiæ meminit, dicens. {Et inimici hominis, domestici eius.} Et in Iudæis tale aliquid contigit. erant enim Prophetæ, & Pseudoprophetæ & plebs scindebatur, & domus diuidebantur, & hi quidem his credebant, alij autem illis. HIERO. Hic autem locus prope hisdem verbis in Michea propheta scribitur; Et notandum vbicūque de veteri testamento testimonium ponitur, vtrum sensus tantum an & verba consentiant. HILA. Mystice autem gladius telorū omnium acutissimum est, in quo est ius potestatis & iudicij, seueritas & animaduersio peccatorum. Dei igitur verbum nuncupatum meminerimus in gladio, qui gladius missus est in terram, idest prædicatio eius hominū cordibus infusa. Hic igitur quinque habitantes in vna domo diuidit, tres in duo, & duo in tres, & tria ad hominem referimus, idest corpus, & animam & voluntatem. nam vt corpori anima data est, ita & potestas homini vtēdi vtroq; vt vellet, indulta est. Atq; ob illud lex est proposita voluntati, sed hoc tantum in illis deprehenditur, qui primi a Deo figurati sunt. Sed ex peccato atque infidelitate primi parentis, sequentibus generationibus cæpit esse corporis nostri pater peccatum, mater animæ infidelitas. Voluntas autem sua vnicuique adiacet. ergo iam vnius domus quinque sunt. Cum ergo innouamur baptismi lauacro, per virtutem verbi ab originis nostræ peccatis separamur, recisi, quia quadam abscessione gladij Dei, a patris & matris affectionibus dissidemus, fitque grauis in domo vna dissensio, & domestica nouo homini erunt inimica, quia illa manere in spiritus nouitate gaudebit, ea vero quæ a prosapię antiquitate deducta sunt, consistere in his quibus oblectantur concupiscunt. AVGVSTINVS. de consen. Euange. Vel aliter: Veni separare ho. aduersus patrem suum} quia renuntiat quis diabolo, qui fuit filius eius. Et filiam aduersus matrem suam. plebs Dei aduersus mundanam ciuitatem, hoc est pernitiosam societatem generis humani, quam nunc Babylonia, nunc Aegypto, nunc Sodoma, nunc alijs atque alijs nominibus scriptura signat. Nurum aduersus socrum suam. Ecclesiam aduersus Synagogam, quæ secundum carnem Christum peperit, sponsum Ecclesiæ. Diuidunt autem in gladio spiritus, quod est verbum Dei. {Et inimici hominis, domestici eius} cum quibus antè consuetudine implicatus erat. RABA. Nulla apud eos iura custodiri possunt, inter quos fidei bellum est. GLO. Vel aliter. Hoc dicit, quasi dicat. Non ad hoc inter homines veni, vt carnales affectus confirmem, sed spiritali gladio dissecem. vnde recte dicitur: Et inimici hominis, domestici eius. GREGO. 3. Mora. Callidus namque aduersarius cum a bonorum cordibus repelli se conspicit, eos qui ab illis valde diliguntur, exquirit. Et per eorum verba blandiens loquitur qui plus cæteris amatur, vt dum vis amoris cor perforat, facile persuasionis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimina irrumpat.

In Matth. quæst. 3.

o ¶ HIERO. Quia ante præmiserat, non veni pacem mittere, sed gladium, & diuidere hominem aduersus patrem & matrē & socrum, ne quis pietatem religioni anteferret, subiecit dicens: {Qui amat patrem aut matrem plusq̄ me, non est me dignus.} Et in cantico legimus Canticorum: Ordinauit in me charitatem. hic enim ordo in omni affectu necessarius est. Ama post Deum, patrem aut matrem aut filios. Si autem necessitas venerit vt amor parentum, aut filiorum Dei amori comparetur, & nō possit vtrūque saluari, odium in suos, pietas in Deum est. Non ergo prohibuit amari patrem aut matrem, sed signanter addidit: {Plusquam me.} HILA. Illi enim, qui domesticas hominum charitates dilectioni eius prætulerint, futurorum bonorum indigni erunt hæreditate. CHRY. Si autem Paulus iubet, per omnia parentibus obedire, non mireris. in illis enim solum dicit obediendum, Hom. 36. quæ non nocent pietati: etenim sanctum est omnem eis alium reddere honorem. Cum autem amplius debito exegerint, non oportet assentire. Sunt autem hæc veteri testamento consonantia. etenim illic eos qui idola colebant, non odio habere solum, sed & lapidare dominus iubet. & in Deuteronomio dicitur: Qui dixerit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, hi custodierunt eloquium tuum. GLO. Videtur autem id in pluribus accidere, vt parentes plus diligant filios quàm filij diligant eos: & ideo gradatim post q̄ suum amorem amori parentum esse pponendum docuit, docet consequenter preferendū esse filiorū amori dicens {Et q amat fi. aut fi. super me, non est me dignus} RABA. Per quod signat illum diuino consortio esse indignum, qui consanguinitatis carnalē amorem pponit spiritali amori Dei. CHRYSO. Deinde vt non molestē ferant illi. si quibus amor dei præfertur, ad altiorē adducit sermonem. anima. n. nihil est familiarius alicui, sed tamen & hanc non simpliciter eam haberi odio iussit, sed vt eam quis tradat in occisiones & sanguines, ostendens q non solū ad mortē oportet esse paratū, sed ad mortē violē

tam & reprobatissimam. ſ. mortem crucis, vnde ſequitur. {Et qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus.} Nihil autē adhuc eis de ꝓpria dixerat paſſione, ſed interim in his eos erudit, ut ſermonem de paſſione eius magis ſuſcipiant. HILA. Vel qui Chriſti ſunt, crucifixerunt corpus ſuum cum vitijs & concupiſcentijs & indignus eſt Chriſto, qui non crucē ſuā in qua compatimur, commorimur, conſepelimur, cōſurgimus, accipiens dīm lit ſecutus, in hoc ſacramēto fidei ſpiritus nouitate victurus. GRE. in Hom. Crux quippe a cruciatu dicitur, & duobus modis crucem domini baiulamus, cū aut p abſtinētiam carnē affligimus, aut per compaſſionē proximi neceſſitatem illius noſtra putamus. Sciendum vero eſt, quòd ſunt nonnulli qui carnis abſtinentiam non pro deo, ſed pro inani gloria exhibent, & ſunt nonnulli qui compaſſionem proximo, non ſpiritaliter, ſed carnaliter impendunt, vt ei non ad virtutem, ſed quaſi miſerando ad culpas faueant. Hi itaque crucem videntur ferre, ſed dominum non ſequuntur. Et ideo ait. {Et ſequitur me. CHR. Quia vero præcepta hæc quæ iniunguntur onerosa videbātur, ponit & vtilitatem eorum maximam exiſtentem dicens. {Qui inuenit animam ſuam, perdet eam.} Quaſi dicat. Non ſolum hæc quæ præmittit non nocēt, ſed maxime proderunt, contraria vero nocebunt, & hoc vbique facit. Ab his. n. quæ homines concupiſcunt inducit, ſicut ſi dicat. Propter quid non vis contemnere animam tuam? qa diligis eam? Quo circa propter hoc contemne, & tunc ei maxime proderis. REMIG. Anima autem in hoc loco non ſubſtantia eſt intelligenda, ſed hæc vita præſens, & eſt ſenſus. Qui inuenit animam ſuam. ſ. hanc præſentem vitam. i. qui hanc lucem & eius dilectionem & voluptates ad hoc deſiderat, vt ſemper inuenire poſſit, iſtam quam ſemper ſeruare cupit perdet, & animam ſuam æternæ damnationi præparat. RABA. Vel aliter. Qui ſalutē animæ ſuæ quærit æternam, perdere, hoc eſt, in mortem dare non dubitat. vtrique autē ſenſui congruit apte quod ſequitur. {Et qui ꝑdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.} REMI. Ideſt qui hanc temporalem lucē & eius dilectiones & voluptates tēpore perſecutionis propter confeſſionē nominis mei cōtēpſerit, aię ſuæ inueniet ęternā ſalutem. HILA. Sic ergo proficit lucrū animæ in mortē & damnū in ſalutē. detrimento. n. breuis vitę fœnus immortalitatis acquiritur.

Ho. 32. i eu.

Qui inuenit animam ſuam, perdet illam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

p Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eū qui me miſit. Qui recipit prophetā in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicūq; potum dederit vni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedē ſuam.

p ¶ HIERO. Dñs ad prædicationem diſcipulos mittens, docet pericula non timenda, affectū ſubijcit religioni, aurum ſupratulerat, ęs de zona excuſſerat, dura euangeliſtarum conditio. Vnde ergo ſumptus? vnde victus? vnde neceſſaria? & cætera. Et ideo auſteritatē præceptorum, ſpe temperat promiſſorum inquiens. {Qui recipit vos, me recipit} vt in ſuſcipiēdis apoſtolis vnuſquiſque credentium Chriſtum ſe ſuſcepiſſe arbitretur. CHRY. Sufficientia ſiquidem erant præmiſſa ad perſuadendum eis qui erant apoſtolos ſuſcepturi. Quis enim eos qui ita erant fortes & omnes contemnebant, ut alii ſaluarentur, non ſuſciperet omni cum deſiderio? Et ſuperius quidem pœnam comminatus eſt his qui non reciperēt, hic autem retributionem promittit recipientibus. Et primo quidem repromittit honorē ſuſcipiētibus apoſtolos, vt Chriſtum ſuſcipiant & etiam patrem. vnde ſubdit. {Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit} Quid autem huic honori fiet æquale, vt quis patrem & filium recipiat? HILA. In quibus verbis docet etiam in ſe mediatoris officium, qui cum ſit receptus a nobis, atque ipſe profectus ex deo ſit, deus per illum transfuſus in nobis ſit, & per hunc ordinem gratiarum non aliud apoſtolos recepiſſe, q̄ deū, quia & in illis Chriſtus, & in Chriſto deus habitat. CHRYSOST. Promittit autem poſt hæc, & aliam retributionem dicens. {Qui reci. prophe. in no, pro. merce. pro. accipiet. Non autem ſimpliciter dixit. Qui ſuſcipit propheram, aut qui ſuſcipit iuſtum, ſed addit. {In nomine prophetæ, & in nomiue iuſti} hoc eſt, ſi non propter vitæ huius eminentiam, neque propter aliud temporalium ſuſceperit, ſed quia vel propheta eſt, vel iuſtus. HIER. Vel aliter. Quia ad ſuſceptionem magiſtrorum diſcipulos prouocauerat, poterat credentium occulta eſſe reſponſio, ergo & pſeudoprophetas & Iudā proditorem debemus ſuſcipere. vnde dominus dicit, non perſonas ſuſcipiendas eſſe, ſed nomina, & mercedem non perire ſuſcipientis, licet indignus fuerit qui ſuſceptus ſit. CHRY. Dicit autem. Mercedem prophetę, & mercedem iuſti accipiet, ideſt qualem decens eſt accipere eum qui ſuſcipit ꝓphetam, vel iuſtū, vel qualem propheta, aut iuſtus eſt accepturus. CHRY. in Hom. Non. n. ait mercedem de propheta vel iuſto, ſed mercedem ꝓphetæ, vel iuſti. Iſte enim fortaſſe iuſtus eſt, & quanto in hoc mundo nihil poſſidet, tanto loquendi pro iuſtitia fiduciam maiorem habet, hunc cum ille ſuſtentat, qui in hoc mundo aliquid poſſidet, illius iuſtitię liber tatem ſibi participem facit, & cū eo pariter iuſtitiæ præmia recipier quem ſuſtētando adiuuit. Ille propho tiæ ſpiritu plenus eſt, ſed tamen corporeo eget alimento. Et ſi corpus non reſicitur, certum eſt q̄ vox ipſa ſubtrahatur. Qui igi tur prophetæ alimen ta tribuit, vires illi ad loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetæ accipiet. qui hoc ante dei oculos exhibuit, quod adiuuit. HIERO. Myſtice autem qui prophetam recipit, vt prophetam, & intelligit eum de futuris loquentem, hic prophetæ mercedem accipiet. Igitur Iudæi carnaliter intelligentes ꝓphetas, mercedē nō accipient ꝓphetarū. RE. Nōnulli vero, ꝓphetā intelligūt dūm Ieſum Chr̄m, de quo Moyſes dicit, Propheta vobis ſuſcitabit de⁹, quē ſiſt p iuſtū intelligūt, q̄a incōparabiliter iuſtus eſt. Qui ergo in noie iuſti, & ꝓphetæ. ſ. Chr̄i, ꝓphetā vel iuſtū ſuſcipit, ab eo recipiet remunera tionē, p cuius amore recipit. HIE. Poterat aūt aliq̄s cauſari & dicere. Paupertate ꝓhibeor vt hoſpitalis eſſe nō poſſim, & hanc excuſationē leuiſſimo exēplo diluit, vt calicem aquæ frigidę toto aio porrigamus dicens. Et quicūq; potū dederit vni ex minimis iſtis, aquæ frigidæ calicem tantū in noie diſcipuli, amē dico vobis non ꝑdet mercedem ſuam. Frigidæ inquit nō calidæ, ne & in calida pauertatis & penuriæ lignorum occaſiō quęreretnr. REMI. Dicit aut ē minimis. i. nó prophetæ, nó iuſto, ſed alicui ex minimis. Vbi nota, deū magis ad piū affectū dantis reſpicere, q̄ ad quantitatem rei exhibitæ. Vt minimi ſunt q nihil penitus hñt i hoc mūdo, & iudices erūt cū Chr̄o. HIL. Vel ꝑuides plures futuros tm̄ apoſtolatus noie glorioſos, oi vero vitæ ſuæ opere iprobabiles, obſequiū quod ipſis ſub religionis opinione delatū eſt, mercede nō fraudat, tā licet & ipſi minimi eſſent. i. peccatorū oium vltimi, nō inania tm̄ in eos ēt læuia ſub frigidę aquæ noīe deſignata officia eſſe decernit. Nō. n. peccatis hominis, ſed diſcipuli nomini honor prælitus eſt.

CAP. XI.

ET factum eſt cū cōſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum.

b Ioannes autē cū audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis, Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident: claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me,

c Illis autem abeuntibus, cępit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtimentis & deliciis ſunt in domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. A diebus autem Ioannis Baptiſtæ uſque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat.

R ABA. Poſtquā diſcipulos ſuos dñs ad ꝑdicandū mittēs ꝑmiſſis verbis eos inſtruxit. Ipſe ēt quod docuerat verbis, factis impleuit, offerēs primā ꝑdicationē Iudæis, & hoc eſt quod dr. {Et factū eſt cū cōſummaſſet Ieſus.} Dicit aūt. {Tranſijt inde.} CHRY. in Ho. Quia. n. eos miſit, ſubtraxit ſeipſum, dans locū eis & tēpus facere q̄ iniunxerat, eo. n. præſente & curante, nullus ad diſcipulos vellet accedere. REMI. Pulchre aūt de ſpiritali doctrina qua. ſ. apoſtolos inſtruxerat ad generalē tranſit in ciuitatibus ꝑdicando, quia in hoc de cęlis ad terras deſcendit, vt oēs illuminaret, in quo facto monentur etiam ſancti prædicatores, vt omnibus prodeſſe ſtudeant.

Homi. 36.

b ¶ GLO. Poſuerat ſupra euangeliſta qūo p miracula & doctrinā Chriſti tā diſcipuli, q̄ turbæ inſtruantur, nūc oſtendit qūo hæc inſtructio, vſq; ad diſcipulos Ioannis puenerit, q̄ ad Chriſtū ęmulationē habere videbanē. vnde dicit. {Ioānes aūt cū audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es q̄ venturus es, an aliū expectamus?} GRE. Quę rendū aūt nobis eſt. Ioannes ꝓpheta & pluſquā ꝓpheta, q̄ veniētē ad baptiſmū dñm oñdit dicens. Ecce agnus dei, ecce q̄ tollit pctā mūdi, cur in carcere poſitus mittens diſcipulos requirit, Tu es q̄ venturus es, an alium expectamus? tanq̄ ſi ignoraret quē oñderat, & an ipſe ſit neſciat, quē ipſe ꝓphetando, baptizando, oñdendo ipſum eſſe clamauerat. AMB. ſuper Luc. Nōnulli aūt hoc ſic intelligunt. Magnū q̄dē ita ꝓphetā eſſe Ioānē, vt Chriſtū agnoſceret, annūciaret remiſſionē peccatorum futurā, ſed tm̄, tanq̄ piū vatē, quē venturū crederat, nō credidiſſe moriturum. Non igit fide, ſed pietate dubitauit. Dubitauit ēt & Petrus dicens. Propitius tibi eſto dñe, nō fiet hoc. CHRYSOST. in Ho. Sed nō vtiq; hoc habet rōnē. Ioānes. n. neque hoc ignorabat, ſed hoc primum teſtatus eſt dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Agnum. n. vocans, crucem diuulgat, nec aliter quàm p crucē peccatū abſtulit mūdi. Qualiter autem

Homi. 37.

aūt maior propheta eſt hic, ſi neque quæ prophetarum ſunt noſcit? Etenim Eſaias dicit. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. GREGO. in Homil. Sed aliter hæc queſtio ſoluitur, ſi geſtę rei tempus penſatur. Ad Iordanis enim fluenta poſitus, quia ipſe redemptor mūdi eſſet aſſeruit, miſſus vero in carcere, an ipſe veniat, requirit, non quia ipſum eſſe mundi redēptorem dubitat, ſed quærit vt ſciat, ſi is q̄ per ſe in mundū venerat, per ſe etiā ad inferni clauſtra deſcēdat. HIERO. Vnde non ait. Tu es qui venisti, ſed, tu es qui venturus es. Et eſt ſenſus. Manda mihi, quia ad inferna deſcenſurus ſum, vtrum te etiam inferis debeam nunciare, an alium ad hæc ſacramenta miſſurus es? CHRYSO. in Hom. Sed qualiter & hoc habet rationem? Cuius enim gratia non dixit. Tu es qui vēturus es in infernum, ſed ſimpliciter. Qui venturus es, quamuis & deriſibilius videatur, q̄ propter hoc ei dixerit, vt & illuc abiens prædicaret. præſens enim vita, gratiæ tempus eſt, poſt obitum autem iudicium eſt & pœna, quare in nullo opus erat præcurſore illic. Sed aliter. Si infideles poſt mortem credentes eſſent ſaluandi, nullus peribit aliquando. omnes. n. pœnitebunt tunc & adorabunt. Omne enim genu flectetur cęleſtium, terreſtrium, & infernorum. GLO. Conſiderandum autem eſt, q̄ non ideo Hieronymus & Gregorius dixerunt, q̄ Ioannes aduentum Chriſti in infernum prænunciaturus eſſet, quia eius prædicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem, ſed vt iuſtis in expectatione Chriſti manentibus ex vicino aduentu conſolationem offerret. HILA. Certum eſt tamen q̄ qui venturum, vt ꝑcurſor nunciauit, conſiſtentem vt propheta agnouit, adeuntem vt confeſſor veneratus eſt, eius abundanti ſcientiæ error non obrepſit. Nec ſane credi poteſt ſpirituſſancti gratiam in carcere poſito defuiſſe, cum apoſtolis virtutis ſuę lumen eſſet in carcere poſitis miniſtraturus. HIER. Non ergo quaſi ignorans interrogat, ſed quomodo ſaluator interrogat, vbi ſit Lazarus poſitus. vt q̄ locum ſepulchri indicabant, ſaltem ſic pararentur ad fidem, vt viderent mortuum reſurgentem. Sic & Ioannes interficiendus ab herode diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtum, vt per hanc occaſionē videntes ſigna, atque virtutes crederent in eum, & magiſtro interrogante ſibi diſcerent. Quòd autem haberent diſcipuli Ioannis aliquid mordacitatis ex inuidia aduerſus dñm, ſuperior quoque interrogatio demonſtrauit cum dixerunt. Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? CHR. in Hom. Donec igitur Ioannes erat cum ipſis, ſuadebat eis continue de Chriſto, quia autem iam erat obiturus, amplius ſtudium facit. Etenim formidabat, ne relinquat in diſcipulis ſuis pernicioſi dogmatis conditionem, & maneant abiecti a Chriſto, cui & a principio omnes ſuos aſſerre ſtuduit. Si autem dixiſſet eis. Abite ad ipſum, quia melior me eſt, non vtique perſuaſiſſet, ſed æſtimaretur humilia de ſe ſentiens hoc dicere, & ſic magis eſſent ei affixi. Quid igitur facit? Expectat ab eis audire quòd Chriſtus miracula facit, neque omnes miſit, ſed duos quoſdam, quos nouerat fortaſſis alijs perſuaſibiliores exiſtentes, vt inſuſpicabilis interrogatio fieret, & ex rebus ipſis diſcerent diſtantiam inter eum, & Ieſum. HILA. Ioannes igitur non ſuæ, ſed diſcipulorum ignorantiæ conſulit, vt enim ſcirent non alium a ſe prædicatum, ad opera eius intuenda. diſcipulos ſuos miſit, vt auctoritatem dictis ſuis illius opera conferrent, nec Chriſtus alius expectaretur, quàm cui teſtimonium opera præſtitiſſent. CHRYSOS. in Hom. Chriſtus autem mentem noſcens Ioannis, non dixit. Quo niam ego ſum, quia per hoc rurſus obſiſteret hoc audientibus, excogitaſſent enim, & ſi non dixiſſent, quod Iudæi ad ipſum dixerunt. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, & propter hoc a miraculis fecit eos diſcere, inſuſpicabilem doctrinam faciens & manifeſtiorem. Teſtimonium enim, quod eſt a rebus, credibilius eſt teſtimonio, quod eſt a verbis, vnde confeſtim curauit cæcos & claudos & alios multos, nō vt doceret Ioannem ſcientem, ſed hos qui dubitabant, & ideo ſequitur. {Et reſpondens Ieſus ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgūt, pauperes euangelizātur. HIERONYMVS. Quod præmiſſis non minus eſt. Pauperes autem euangelizatos intellige, vel pauperes ſpiritu, vel certe opibus pauperes. Vt nulla inter nobiles & ignobiles inter diuites & ægenos in prædicatione diſtantia ſit, hæc magiſtri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum qui ſaluare poteſt æqualis eſt. CHRYSOST. Quod autem ait. Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me, } internuncios percutit, quia enim ſcandalizabantur in ipſo, dubitationem eorum non diuulgans, & ſoli eorum conſcientiæ derelinquens, redargutionem eorum latenter induxit. HILA. Itaque cui rei Ioannes cauiſſet, oſtendit dicens, beatos eos in quibus aliquid in ſe ſcandali non fuiſſet, quia metu eius, ſcilicet ne ſcandalizarentur, diſcipulos ſuos Ioannes vt Chriſtum audirent, miſit. GREG. Vel aliter. Infidelium mens graue in Chriſto ſcandalum pertulit, cum eum etiam poſt tot miracula morientem vidit. vnde Paulus dicit. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalom. Quid ergo eſt dicere. Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me? nili aperta voce abiectionem mortis ſuæ, humilitatemque ſignare? ac ſi patenter dicat. Mira quidem facio, ſed abiecta perpeti non dedignor, quia ego moriendo te ſubſequor: cauendum valde eſt hominibus ne in me mortem deſpiciant, qui ſigna venerantur. HILA. Prębetur etiam myſtice in his, quæ in Ioanne geſta ſunt intelligentia ampliior, vt propheta ipſo conditionis ſuæ genere prophetizaret, quia in eo forma legis lata eſt: Chriſtum enim lex annunciauit, & remiſſionem peccatorum prædicauit, & regnum cœlorum ſpopondit, & Ioannes totum hoc opus legis expleuit, igitur ceſſante iam lege, quæ peccatis plebis incluſa, ne Chriſtus poſſet intelligi, quaſi vinculis & quaſi carcere continebatur, ad euangelia cōtuenda lex mittit, vt infidelitas fidē dictorum contemletur in factis. AMBRO. ſuper Lucam. Et fortaſſe iſti diſcipuli quos miſit, ſunt duo populi, vn⁹ qui ex Iudæis credidit, alter qui ex gentibus.

Homil. 6.

Cap. 7.

c ¶ CHRYSOSTO. Quantum ad diſcipulos Ioannis ſatis actum erat, certificati enim de Chriſto per ſigna quæ viderant, receſſerunt. Sed oportebat etiam turbas ſanari quæ ex interrogatione diſcipulorum Ioannis multa inconuenientia ſubintellexerint, ignorātes mittentis conſiliū. Poterant vtique dicere, qui tanta teſtatus eſt de Chriſto, aliter perſuaſus eſt nunc & dubitat vtrum ſit ipſe? Numquid ergo altercans ad Ieſum hoc dicit? numquid timidior a carcere factus, numquid vane, & inaniter priora dixit? HILARIVS. Ac ne illud quod immediate præmiſerat referri poſſet ad Ioannem, tanquam ſcandalizatus eſſet de Chriſto, ſubditur. {Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne CHRYSOSTO. in Hom. Propter hoc autem abeuntibus eis, vt non videatur homini adulari. Corrigens autē & plebem, non ducit in medium ſuſpitionem eorum, ſed ſolutionem cogitationum eorum inducit, quæ eos in dubitationem mittebant, demonſtrans ſe noſſe occulta. Neque enim dixit ſicut Iudæis, quid cogitatis mala, etſi mala cogitauerint, non tamen ex malitia, ſed ex ignorantia. vnde non loquitur eis dure, ſed reſpondet pro Ioanne, oſtendens quòd non excidit a priori opinione. Hoc autem docet, non ſolum proprio verbo, ſed eorum teſtimonio, non tantum per ea quæ dixerunt, ſed per ea quæ egerunt. Ideoque ait. {Quid exiſtis in deſertum videre?} ac ſi diceret. Propter quid ciuitates dimittentes conueniſtis in deſertum? Non enim plebs tanta cum tanto deſiderio in eremum veniſſet, niſi magnum quendam & mirabilem, & petra ſolidiorem ſe videre exiſtimans. GLO. Non autem tunc exierant in deſertum, ad hoc vt videret Ioannem, nec enim erat tunc in deſerto, ſed in carcere, ſed præteritum refert, quia frequenter exierat populus in deſertum videre Ioannem, cum adhuc eſſet in deſerto. CHRYSOST. in Hom. Et vide, quia omnem aliam malitiam prætermittens, remouet a Ioanne læuitatem de qua turbę dubitabant, dicens. {Arundinem vento agitatam?

Homil. 6.

GREGO. in Hom. Quod videlicet non aſſerendo, ſed negando intulit. Arundinem quippe, mox vt aura contingit in partem flectit, per quam carnalis animus deſignatur, qui mox vt fauore & detractione tangitur in partem quamlibet declinatur. Arundo ergo vento agitata Ioannes non erat, quem a ſtatus ſui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat, ac ſi dominus diceret. HIERON. Nunquid ob hoc exiſtis in deſertum, vt videretis hominem calamo ſimilem, qui omni vento circumfertur, & læuitate mentis de eo ambigeret, quem antea prædicaret? An forſitan ſtimulus inuidiæ cōtra me cogitur, & prædicatio eius vanā ſectatur gloriam, vt ex ea quęrat lucra? Cur diuitias cupiat? vt affluat dapibus? locuſtis veſcitur & melle ſilueſtri, an vt mollibus veſtiatur? pili camelorum ſunt tegmen eius, & ideo ſubdit. {Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? CHRYSOSTO. in Ho. Vel aliter, q̄ non ſit Ioannes ſimilis calamo mobili, per veſtrum ſtudiū ſignificaſtis, ſcilicet in deſertū exeuntes. Nō tm̄ poteſt aliquis dicere, quòd Ioannes quidem conſtans erat; ſed poſtea

lasciuiæ seruiens factus est mobilis, sicut.n. aliquis est iracundus natura, alius per infirmitatem longam, ita aliqui sunt mobiles per naturam, alii vero lasciuiæ seruiendo mobiles fiunt. Ioannes autem neque natura mobilis erat, propter quod dixerat. Num existis videre arundinem vero agitatam? Neque lasciuiæ dans seipsum, perdidit quã habebat excellẽtiam q̃ enim non seruierit lasciuiæ, monstrat stola, sollicitudo, & carcer. Si enim uellet mollibus vestiri, non eremum inhabitasset, sed regum palatia, vnde sequitur, {Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

HIERO. Ex hoc ostenditur rigidam vitam & austerã prædicationem vitare debere aulas regum & mollium hominum palatia declinare. GREGO. in Hom. Nemo autem existimet in fluxu, atque studio preciosarum vestium peccata deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Et nequaquam Petrus fœminas a preciosarum vestium appetitu compesceret dicens. Nõ in veste preciosa. AVGVS. 3. de doctrina Christiana. Cum in omnibus talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Quisquis enim rebus restrictius vtitur quàm se habent mores eorum cum quibus viuit, aut temperãs, aut superstitiosus est. Quisquis vero sic vtitur, vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid signat, aut flagitiosus est. CHRY. in Hom. A loco autem & vestimentis, & a concursu hominum, eius moribus designatis, inducit iam & prophetam eum esse dicẽs. {Sed quid existis videre? prophetam? dico vobis etiam plusquam prophetam. GREG. Prophetę enim ministerium est ventura prędicere, non etiam demonstrare. Ioãnes ergo plusquam prophęta est, quia eum quem præcurrendo prophetauerat, etiam ostendendo nunciabat. HIERO. In quo etiam cæteris prophetis maior est. Et quia ad priuilegium prophetale etiam baptismi accessit præmium, vt suum dominum baptizaret. CHRY. in Ho. Deinde monstrat secundum quid est maior dicens. {Hic est.n. de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.} HIER. Vt.n. meritorum Ioannis augmentum faceret, de Malachia testimonium infert, in quo etiam angelus prędicatur. Angelũ autem hic dici Ioannem non putemus naturæ societate, sed officii dignitate. i. nuncium qui venturum dominum nunciauit. GRE. Qui.n. græce angelus, hic latine nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum nuncium venerat, angelus vocatur, vt dignitatem seruet in nomine, quam explet in operatione. CHRYSOST. in Hom. Monstrat igitur, secundum quid est maior Ioannes prophetis, secundum id scilicet, quod est prope Christum. Et ideo dicit. Mitto ante faciem tuam, hoc est prope te, sicut enim qui prope currum regis incedunt, aliis sunt clariores, ita & Ioannes prope Christi præsentiam. GLO. Deinde alij prophetę missi sunt vt aduentum Christi annunciarent. Iste autem, vt præpararet viam ipsius. vnde sequitur. Qui præparabit viam tuam ante te, id est peruia reddet tibi corda auditorum, pœnitentiam prædicando & baptizando. HILA. Mystice autem desertum, spiritus sancto vacuum est sentiendum in quo habitatio dei nulla sit. In arundine homo talis ostenditur de gloria seculi vitę suæ inanitate speciosus, in se autem fructu veritatis cauus, exterior placens, & nullus interior, ad omnem ventorum motum, ideſt immundorum spirituum flatum mouendus, neque ad cõsistendi firmitatem valens, & animæ medullis inanis, ueste autem, corpus quo induitur anima signatur, quod luxu ac lasciuijs molleſcit, in regibus transgressorum angelorum nuncupatio est, hi enim seculi sunt potentes, mundique dominantes. Ergo vestiti mollibus in domibus regum sunt, ideſt illorum quibus per luxum fluida & dissoluta sunt corpora, patet esse dæmonum habitationem. GREGOR. Ioannes etiam mollibus vestitus non fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fouit, sed rigore asperæ inuectionis increpauit, dicens. Genimina vipararum, &c.

d ¶ CHRY. Præmissa commendatione Ioannis ex prophetæ testimonio, non hic stetit, sed iam sententiam propriam de ipso inducit dicens. {Amen dico vobis, non surrexit ma. inter natos muli. Ioanne Baptista.} RABA. Ac si diceret. Quid dicere per singula de commendatione Ioannis? Amen dico vobis, inter natos mulierum, inter natos, inquit mulierum, non virginum, mulieres enim proprie corruptæ vocantur. Si autem Maria aliquando mulier in euangelio nuncupatur, sciendum est interpretẽ, mulierem pro fœmina posuisse, sicut ibi. Mulier ecce filius tuus. HIER. His ergo præfertur hominibus qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu viri, & non ei qui natus est ex virgine & Spiritu sancto, quamuis in eo quod dicit. Non surr. inter natos muli. Ioan. baptista, non cæteris prophetis & patriarchis Ioannem prætulit, sed Ioanni cæteros exęquauit. Non.n. statim sequitur. Et si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit. CHRYSO. super Matth. Sed tanta cũ sit iustitiæ altitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus nisi solus deus, puto q̃ omnes sancti quantũ ad subtilitatem diuini iudicii inuicem sibi inferiores sunt aut priores, ex quo intelligimus, quoniam qui maiorem se non habet, maior omnibus est. CHRY. in Homil. Ne autem rursus superabundantia laudum pariat aliquod inconueniens Iudæis Ioannem præferentibus Christo, conuenienter hoc remouet dicens. {Qui autem minor est in regno cœlorum, hic maior est illo. AVG. contra aduersarium legis & prophetarum. Argumentatur aũt ex hoc hęreticus ita velut ratiocinãdo, tanquã Ioannes non pertineat ad regnũ cœlorum, & ob hoc multo minus cęteri prophetæ illius populi, quibus maior est Ioãnes. Hæc autem verba domini duobus modis possunt intelligi. Aut.n. regnũ cœlorum appellauit hoc, quod nondum accepimus, de quo in fine dicturus est. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, & quia ibi sunt angeli, quibus in eis minor maior est quilibet iusto portante corpus, quod corrumpitur. Aut si regnorũ cœlorum intelligi voluit ecclesiam, cuius filii sunt ab institutione generis humani vsque nunc omnes iusti, dominus seipsum signauit, qui nascendi tempore minor erat Ioanne, maior autem diuinitatis ęternitate, & dominica potestate. Proinde secundũ priorem expositionem, ita distinguitur. Qui minor est in regno cęlorum, ac deinde subinfertur, Maior est illo. Secundũ hanc autem posteriorẽ, ita: Qui aũt minor est. ac deinde subinfertur. In regno cœlorũ, maior est illo. CHRY. dicit aũt é in regno cęlorum. i. in spiritalibus & vniuersis quæ sunt secundũ cęlum, quidã autem dicunt q̃n de apostolis hoc dixit Christus. HIER. Non aũt simpliciter intelligam⁹, q̃ omnis sanctus qui iam cũ dño est, sit maior illo, qui adhuc consistit in prælio, aliud est. n. victorię coronam possidere, aliud adhuc in acie dimicare.

e ¶ GLO. Quia dixerat superius. Qui minor est in regno cęlorum est maior Ioanne, ne videret Ioannes a regno cęlorũ esse alienus hoc remouet subdens. {A die autem Io. Bap. vsque nunc, reg. ce. vim pa. & vi. ra. illud.} GRE. Per regnum cęlorũ super-num solum signatur, cum quo peccatores quolibet facinore polluti ad pœnitentiam redeunt, & semetipsos corrigunt, quasi peccatores. in locum alienum intrant, & violenter regnum cęlorum rapiunt. HIER. Si autem primus Ioannes baptista pœnitentiam populis nunciauit dicens. Pœnitentiam agite, approp inquabit. n. regnum cœlorum, conuenienter a diebus illius regnum cęlorũ vim patitur & violenti rapiunt illud. Grandis est. n. violentia in terra nos esse generatos, & cęlorum sedẽ quærere, & possidere per virtutem q̃ non tenuimus p naturam. HILA. Vel aliter. Dñs apostolos ire ad oues perditas Israel iusserat, sed omnis hæc prædicatio profectum publicanis, & peccatoribus afferebat, itaque vim regnum patitur, & violenti diripiunt, quia gloria Israel a patribus debita, a prophetis nunciata, a Christo oblata, fide gentium occupatur, & rapitur. CHRYSOST. Vel rapiunt regnũ dei p fidẽ Christi oẽs qui cũ festinatione veniunt. vnde dicit. A diebus aũt Ioannis vsque nunc. Et ita impellit & festinare facit ad fidem suã, simul & his quæ antea dicta sunt Ioanne opitulantur. Si.n. vsque ad Ioannem omnia completa sunt, ipse est qui venturus est. vnde subdit. {Omnes.n. prophetæ & lex vsque ad Ioannem baptizauerunt.} HIER. Non q̃ post Ioannem excludat prophetas. Legimus.n. in actibus apostolorum & Agabum prophetizasse & quatuor virgines filias philippi. Sed vt lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetizauerunt de domino vaticinati sunt. Quando dicitur. Vsque ad Ioannem prophetauerunt, Christi tẽpus ostẽditur, & quem illi dixerunt esse venturum, Ioannes venisse ostendit. CHR. Deinde aliam coniecturam sui aduentus ponit dicens. {Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est.} Dicit dñs in Malachia. Mittam vobis Heliam Thesbitem, & de isto dicit. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. HIERO. Helias ergo Ioannes dicitur, non secundum stultos philosophos, & quosdam hæreticos, qui Metempsychosin. i. aiæ ex vno i aliud corpus

corpus migrationem introducunt: sed quòd iuxta aliud testimonium me angeli venerit in spiritu & virtute Heliæ, & eandem spiritus sancti, vel gratiam habuerit, vel mensuram. Sed & vitæ austeritas rigorq; mentis Heliæ, & Ioãnis pares sunt, vterque in ere mo, vterque zona pellicea cingebatur. Ille quonia regem Achab & Iezabel impietatis arguit fugere cõpulsus est, iste quia Herodis, & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. CHRY. Et bene dixit: Si vultis recipere, libertatem ostẽdens, & voluntariam expetens mentẽ. Est enim ille hic, & hic ille, quia præcursores facti sunt vtrique.

HIERO. Hoc autem quod dictum est. Ipse est Helias, mysticum esse, & egere intelligentia sequens domini sermo demonstrat dicens. {Qui habet aures audiendi audiat.} REMI. Ac si diceret: Qui habet aures cordis audiendi, ideſt intelligendi intelligat, quia non dixit Ioannem Heliam esse in persona: sed in spiritu.

f ¶ HILA. Totus hic sermo infidelitatis opprobrium est, & de affectu superioris quærimoniæ descendit, quia insolens plebs per diuersa sermonum genera docta non fuerit. CHRY. Vnde & interrogatione vtitur, monstrans quoniam nihil quod deberet fieri ad salutem eorum, derelictum est dicens. {Cui autem similem æstimabo generationem istam?} GLO. quasi dicat. Tantus est Ioannes, sed vos nec sibi nec mihi voluistis credere, & ideo cui vos similes æstimabo? per generationem accipit communiter, & Iudæos, & se cum Ioanne. REMI. Mox autem sibiipsi respondet subiungens. {Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.} HILA. In pueris prophetæ signantur, qui in simplicitate sensus, vt pueri prædicauerunt, & in medio synagogæ tamquam in publico fori conuentu coarguunt, quòd cantantibus sibi officio corporis non obsecundauerint, & quòd dictis suis non paruerint, ad cantantium enim modum saltantium motus aptatur. Prophetæ enim ad confessionem psallendi Deo prouocauerunt, vt cantico Moysi tenetur, vt Isaię, vt Dauid. HIERO. Dicunt ergo: Cecinimus vobis & non saltastis, ideſt prouocauimus vos, vt ad nostrum canticum bona opera faceretis, & noluistis. Lamentati sumus & vos ad pœnitentiam prouocauimus, & nec hoc quidem facere voluistis, spernentes vtramque prędicationem tam exhortationis ad virtutes, quam pœnitentiæ post peccata. REMI. Quid est autem quòd dicit coæqualibus? Numquid infideles Iudæi coæquales erant sanctis propheris? Sed hoc dicit: quoniam de vna stirpe orti fuerunt. HIERO. Pueri etiam sunt, de quibus Isaias loquitur: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus, isti ergo pueri sedent in foro vbi multa venalia sunt, & dicunt. CHRY. Cecinimus vobis & non saltastis. hoc est remissam vitam ostendi, & non persuasi estis. Lamentauimus & non planxistis. hoc est, Ioannes duram sustinuit vitam & non attendistis. non autem dicit ille illud, & ego hoc, sed communiter, quia vna intentio vtriusque erat. vnde sequitur. {Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens & dicunt, dæmoniũ habet. Venit filius hominis &c.} AVG. contra Faustum. Vellem autem vt mihi Manichei dicerent, quid manducabat & quid bibebat Christus, qui in comparatione Ioannis non manducantis neque bibentis, hic se dixit manducantem ac bibentem. Non enim dictum est, quòd Ioannes omnino non biberet sed quòd vinum & siceram non biberet, bibebat ergo aquam. cibus autem eius non omnino nullus erat: sed locusta & mel siluestre. vnde ergo dictus est non manducans neque bibens, nisi quia illo victu quo Iudei vtebantur non vtebatur? hoc ergo dominus nisi vteretur, non in eius comparatione manducans bibensque diceretur. Mirum autem si non manducans dicitur, qui locustas & mel comedit, & manducans dicitur, qui pane & olere contentus est. CHRY. Dicit ergo Venit Iesus, ac si dicat, per contrariam viam venimus ego & Ioannes, & idem facimus, sicut si venatores per duas contrarias vias aliquod animal insequantur, vt in alterum incidat. Vniuersum autem hominum genus ieiunium, & duram vitam admiratur, & propter hoc dispensatum est a prima ætate ita nutriri Ioannem, vt per hoc digna fide essent, quæ dicerentur ab ipso. Incestit siquidem domino per hanc viam, quando quadraginta diebus ieiunauit: sed tamen & aliter docuit, quòd sibi esset credendum, multo enim magis erat, quòd restaretur pro eo Ioannes, qui per hanc viam incesserat, quam quòd ipse per hanc viam incederet, aliter Ioannes nihil plus ostendit præter vitam & iustitiam, Christus autem & a miraculis testimonium habebat. dimittens ergo Ioannem ieiunio fluere, ipse contrariam incessit viam, ad mensam intrans publicanorum & manducans & bibens. HIERO. Si ergo ieiunium vobis placet, cur Ioannes displicuit? si saturitas, cur filius hominis? quorum alterum dæmonium habentem, alterum voracem & ebrium nuncupastis. CHRY. Qualem igitur iam excusationem accipient? propter hoc subdit: {Et iustificata est sapientia a filiis suis} hoc est. Et si vos persuasi non estis: sed me iam incusare non habetis, quod & de patre ait propheta: Vt iustificeris in sermonibus tuis. etsi enim nihil in vobis expleatur a procuratione Dei, quę est circa vos, omnia, quæ sunt ex parte sua complet, vt in verecundis, neque vmbram relinquat ingratæ dubitationis. HIERO. Iustificata est ergo sapientia a filiis suis, ideſt Dei dispensatio atque doctrina, vel ipse Christus, qui est Dei virtus & Dei sapientia iuste fecisse ab apostolis suis filiis comprobatus est. HILA. Est autem ipsa sapientia non ex effectu: sed ex natura. Plures enim dictum apostolicum, quòd ait Christum Dei sapientiam, & Dei virtutem, his modis solent eludere, quòd in eo ex virgine creando efficax Dei sapientia & virtus extiterit: sed nec tale posset intelligi ipsum se sapiętiam nuncupauit, eam in se, non quæ sunt eius ostẽdens. Non enim idem opus virtutis & virtus, & efficiens discernitur ab effectu. AVG. de. q. Vel iustificata est sapientia a filiis suis, quia sancti Apostoli intellexerunt regnum Dei non esse in esca & potu: sed in æquanimitate tolerandi, quos nec copia sublevat, nec deprimit egestas. vnde & Paulus dicebat: Scio abundare & penuriam pati. HIERONYMVS. In quibusdam libris legitur: Iustificata est sapientia ab operibus suis. sapientia namque non quærit vocis testimonium sed operum.

CHRYSOST. Si autem exempla vilia sunt de pueris non mireris. ad imbecillitatem enim audientium loquebatur, sicut Ezechiel multa dicit exempla Iudæis conuenientia. Dei magnitudine indigna. HILA. Mystice autem Iudæos, nec Ioannis prædicatio inflexit, quibus & lex grauis visa est potibus cibisque præscriptis & difficilis & molesta, peccatum in se, quod dæmonium nuncupat habens, quia per obseruantię difficultatem necesse eis esset in lege peccare. rursusque in Christo euangelij prædicatio vitæ libertate non placuit, per quam difficultates legis & onera laxata sunt. Et ad eam publicani peccatoresque crediderunt, atque tot & tantis admonitionum generibus frustra habitis, nec per gratiam iustificantur, & a lege sunt abdicati, & iustificata est sapientia a filiis suis, ab his, scilicet, qui regnum cœlorum fidei iustificatione diripiunt, confitentes iustum sapientiæ opus, quòd munus suum ad fideles a contumacibus transtulerit.

g ¶ GLO. Hucusque Iudæos communiter increpauerat. nũc autem quasi nominatim quasdam ciuitates increpat, quibus specialiter prædicauerat, nec tamen conuerti volebant. vnde dicitur {Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.} HIE. Exprobratio enim ciuitatum Corozaim, & Bethsaidæ, & Capharnaumi capituli huius titulo panditur, quòd ideo exprobrauerat eis, quia post factas virtutes & signa quamplurima non egerint pœnitentiã. vnde subdit. {Veh tibi Corozaim, veh tibi Bethsaida.} CHRY. Vt autem non biberet ex dia natura ipsos esse malos, ponit nomen ciuitatis, scilicet Bethsaidæ, a qua quandoq; processerunt apostoli, etenim Philippus, & duo binarij principalium apostolorum hinc fuerunt, scilicet Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes. HIE. Sed per hoc quod dicit Veh, hæ vrbes galilææ a saluatore plangũtur, q̃ post tanta signa atque virtutes non egerint pœnitentiam. RABA. Corozaim autem, quæ interpretatur, mysterium meũ & Bethsaida, quæ domus fructuum, vel domus venatorũ dicitur, ciuitates sunt Galilęę sitæ in littore maris galilææ. Plangit ergo dominus ciuitates, quę quondam mysterium Dei tenuerunt, & virtutum iam fructum gignere debuerunt, & in quas spiritales venatores sunt missi. HIERO. Et præseruntur eis Tyrus & Sidon vrbes idolatrę, & vitijs deditæ. & ideo sequitur {Quia si in Tyro & Sidone factę essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.} GREGO. xxxv. Mo. In cilicio quidem asperitas, quæ punctio peccatorum, in cinere autem pulvis ostenditur mortuorũ, & iccirco vtrumq; hoc adhiberi ad pœnitentiã solet, vt in punctione cilicij cognoscamus quid per

Universidad de Deusto Biblioteca

culpam fecimus,& in fauilla cineris perpendamus,quid per iudicium facti sumus. RABA. Tyrus autem & Sidon sunt vrbes phenicis.interpretatur autem Tyrus angustia, & Sidon venatio,& significat gentes quas venator diabolus in angustia peccatorum comprehendit,sed saluator Iesus per euangelium absoluit. HIERO. Querimus autem vbi scriptum sit, ꝙ in corozaim & Bethsaida domin⁹ signa fecerit. Supra legimus. Et circuibat ciuitates oēs & vicos, curans omnē infirmitatē, & reliqua, inter cæteras ergo vrbes & viculos existimandum est in Corozaim & in Bethsaida dominum signa fecisse. AVGVST. de perseuerantia. Non ergo verum est, quòd his temporibus, & his locis euangelium eius prædicatum non est, in quibus tales omnes futuros esse præsciebat, quales multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt. Ecce enim dominus attestatur, quòd Tyrij & Sidonij acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum signa virtutum. Porro si etiam secundum facta, quæ facturi essent si viuerent mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant isti si eis cum tantis miraculis euangelium fuisset prædicatum, non sunt vtique puniendi, & tamen in die iudicij punientur: Sequitur enim. Verumtamen dico vobis. Seuerius ergo punientur illi, isti remissius. HIERON. Quod ideo est, quia Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerant, iste vero ciuitates post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiam signa quæ apud eos facta sunt paruiduxerūt. RABA. Impletum autem hodie videmus dictum saluatoris, quia scilicet Corozaim & Bethsaida præsente domino credere noluerunt. Tyrus autem & Sidon postea euangelizantibus discipulis crediderunt. REMI. Capharnaum autem metropolis erat Galileæ, & insignis ciuitas illius prouinciæ, & ideo dominus specialiter mentionem illius facit, dicens. {Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque ad infernum descendes. }HIER. In altero exēplari reperimus. Et tu Capharnaū, q̄ vsq; ad cœlū exaltata es, vsq; ad infernales & est duplex intelligentia, uel ideo ad inferna descendes, quia contra p̄dicationē meam superbissime restitisti. Vel ideo quia exaltata, vsq; in cœlū meo hospitio, & meis signis atq: virtutibus tantum habens priuilegiū, maioribus plecteris suppliciis, ꝙ his quoq; credere noluisti. REM. Non solum autem Tyri & Sidonis, sed ipsa Sodomorum, & Gomorrheorum fecerunt læuia peccata per comparationem, & ideo sequitur. {Quia si in Sodomis factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hunc diem. CHRYSOS. In quo augetur eorum accusatio, etenim maxima malitiæ demonstratio est, cum non solum his qui tunc erāt, sed his qui nunquam fuerant mali apparent deteriores. HIERONYM. In Capharnaum autem, quæ interpretatur villa pulcherrima condemnatur Hierusalem, cui dicitur per Ezechielem. Iustificata est Sodoma ex te. REMIG. Ideo autem dominus qui omnia nouit, in hoc loco verbum dubitatiuum posuit. s. forte, vt demonstraret, quia liberum arbitrium concessum est hominibus. Sequitur. {Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quàm tibi. } Et sciendum est, ꝙ nomine ciuitatis, vel terræ, non ædificia vel domorum parietes dominus increpat, sed homines in eis commorantes, secundum speciem Tropi, quæ est metonimia. In qua per hoc quod continet id quod continetur ostenditur. per hoc autem quod dicit. Remissius erit in die iudicii aperte demonstrat, quia diuersa sunt supplicia in inferno, sicut & diuersę sunt mansiones in regno cœlorum. HIERO. Quærat autem prudens lector & dicat. Si Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prędicationem saluatoris signorumque miracula, non sunt in culpa ꝙ non crediderunt, sed vitij silentium in eo est qui acturis pœnitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta est responsio, ignorare nos iudicia dei, & singularium eius dispensationum sacramenta nescire, propositum fuerat domino Iudææ fines non excedere, ne iustam Pharisæis & sacerdotibus occasionem persecutionis daret, vnde & apostolis præcepit. In viam gentium ne abieritis. Corozaim & Bethsaida damnantur, ꝙ præsente domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon iustificantur, ꝙ apostolis illius crediderunt. Nō quæras tempora cum credentium intuearis salutem. REMI. Soluitur

eius, quia non egissent pœnitentiam. Vę tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen dico vobis Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicii, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid usq: in cœlum exaltaberis? Vsque in infernum descendes; quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quę factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem. Verum tamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii quàm tibi.
G h In illo tpe rñdens Iesus dixit. Cōfiteor tibi pr̄ dñe cęli & terrę quia abscōdisti hæc a sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea

F autem & aliter, Fortassis erant plurimi in Corozaim & Bethsaida qui credituri erant, & erant multi in Tyro & Sydone qui nō erant credituri. Et ideo non erant digni euangelio. Dominus ergo ideo habitatoribus Corozaim & Bethsaidę prædicauit, ut illi qui credituri erant, crederent, & habitatoribus Tyri & Sidonis prædicare noluit, ne forte illi qui non erant credituri, contemptu euangelii deteriores facti atrocius punirentur. AVG. de bono perseuerantiæ. Quidam autem disputator Catholicus non ignobilis, hunc euangelii locum sic exposuit, vt diceret præscisse dominum Tyrios & Sidonios a fide fuisse postea recessuros, cum factis apud se miraculis credidissent, & misericordia potius non eum illic ista fecisse, quoniam grauiori pænæ obnoxij fierent si fidem quam tenuerant reliquissent, quàm si eam nullo tempore tenuissent. Vel aliter. Præsciuit profecto deus beneficia sua, quibus nos liberare dignatur. hæc autem est prædestinatio sanctorum, præscientia scilicet & præparatio beneficiorum dei, quibus certissime liberantur quicunque liberantur. Cæteri autem non nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquentur, vbi Tyrii relicti sunt & Sidonij, qui etiam credere poterant, si multa Christi signa vidissent: sed quoniam vt crederent non eis erat datum, & vnde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinū naturaliter munus intelligentiæ quo moueantur ad fidem si congrua suis mētibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant, & tamen si dei altiore iudicio a perditionis massa non sunt gratiæ prædestinatione discreti. nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina, vel facta, per quæ possent credere, si audirent vtique talia vel viderent. In eadem perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi qui non potuerunt credere factis in conspectu suo tam magnis clarisque virtutibus. Cur enim non poterant credere, non tacuit euangelium dicens. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non poterant credere, quia dixit Esaias. Excęcaui oculos illorum & indurāui cor eorum. Non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum, & Sydoniorum quin credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis profuit, quòd poterant credere, quia prædestinati non erant. nec istis obfuisset, quòd non poterant credere, si ita prædestinati essent, vt eos cæcos dominus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre. AVGVSTINVS, de Con. Euange. Hoc autem quod hic dicitur, etiam Lucas commemorat continuatim cuidam sermoni domini etiam hic ex ipsius ore coniungens. vnde magis videtur ipse hoc ordine illa commemorari quo a domino dicta sunt, Matthæus autem suæ recordationis ordinem tenuisse, aut illud quod Matthæus ait. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, sic accipiendum putant, vt punctum ipsum temporis voluisse credatur exprimere, in hoc quod est, Tunc, non autem ipsum tempus aliquanto latius quo hic multa gerebantur, & dicebantur. Quisque ergo hoc credit, credat hoc esse bis dictum. Cum enim apud vnum euangelistam inueniantur quædam, quæ bis dixerat dominus, sicut apud Lucam de non tollenda pera in via, quid mirum si aliquid aliud bis dictū sigillatim a singulis dicitur eodē ordine quo dictū est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc qn̄ ille, & tunc quando iste commemorat dictum est. (Lib.2.c.3)

K h ¶ CHRYS. Quia sciebat dominus multos de superiori questione dubitaturos. s. ꝙ Iudæi Christum non receperunt quē gentilitas tam prona suscepit, respondet hic cogitationibus eorum: Et ideo dicit. {Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. { GLO. idest qui facis cœlos & relinquis in terrenitate quos vis. Vel ad literam. AVGVST. de verbis domini. Si Christus dixit confiteor, a quo longe est omne peccatum, confessio non est solius peccatoris, sed aliquando etiam laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes deū, siue accusantes nosmetipsos. Dixit ergo. {Confiteor ti}. i. laudo te, non accuso me. HIERO. Audiant ergo qui saluatorem non natum, sed creatum calumniantur ꝙ patrem suum vocet cœli, & terræ dominū. Si. n. & ipse creatura est, & creatura conditorem suum patrē appellare potest, stultum fuit non & sui, & cœli, & terræ dominum, vel patrem similiter appellare. Gratias autē agit, ꝙ apostolis aduentus sui aperuerit sacramenta, quę ignorauerunt scribę, & pharisæi, qui sibi sapientes videntur, & in conspectu suo prudentes. (Hom.39.) (Ser.8.)

Et

Sermo.8. Et ideo sequitur. {Quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.} AVG. de Verbis Domini. Nomine sapientum, & prudētum superbos intelligi posse ipse exposuit, cum ait. {Reuelasti ea paruulis.} quid enim est paruulis, nisi humilibus?
Cap. 9. GREGO. 27. Moral. Quod enim non subiungit: Reuelasti ea stultis, sed paruulis, tumorem se damnasse innuit, non acumen. CHRY. Vel dicens sapientes, non veram sapientiā dicit, sed eam quā videbantur Scribæ, & Pharisæi ab eloquentiā habere. Propter hoc neque dixit. Reuelasti ea stultis, sed paruulis. i. informibus, aut rusticis, in quo erudit nos per omnia ab elatione erui, humilitatem autem zelare. B HILA. Cœlestium ergo verborum archana, atque virtutes sapiētibus abscondūtur, & paruulis reuelantur, paruulis malitia non sensu, sapientibus vero stultitiæ suæ præsumptione, non sapientiæ causa. CHRY. Reuelatum autem esse his dignum est lætitia: occultari autem his non lætitia, sed lachrymis dignum est. Non ergo propter hoc lætatur, sed quoniam quæ sapientes non cognouerunt, cognouerunt hi. HILA. Facti autē huius æquitatem Dominus paternæ voluntatis iudicio cōfirmat, vt qui indignantur paruuli in Deo fieri: stulti deinceps in sapientia sua fiant. Et ideo subditur. {Ita pater, quoniam sic placitū fuit ante te.}
Cap. 18. GRE. 25. Moral. Quibus verbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsione præsumamus, ostendens, ꝙ iniustū esse non potest quod placuit iusto. HIE. In his etiam verbis blādientis affectu loquitur ad patrem, vt cęptum in Apostolis compleatur beneficium. C CHRY. Hæc autem quæ Dominus discipulis dixit studiosiores eos fecerunt, quia enim consequens erat eos de se magna sapere, quia dæmones adigeant, ideo hinc eos reprimit: reuelatio enim erat, quod eis factum est non illorum studium, ideoque scribę sapientes, & prudentes existimantes se esse, exciderunt propter proprium tumorem. vnde si propter hoc ab eis abscōdita sunt Dei mysteria, timete dicit & vos, & manete paruuli: hoc enim fecit vos reuelatione potiri. Sicut autem cum Paulus dicat. Tradidit illos Deus in reprobum sensum. non hoc licit inducens Deum hoc agentem, sed illos qui causam tribuerunt: ita & hic. {Abscōdisti hæc a sapientibus, & prudentibus.} Et propter quid abscondita sunt ab illis? audi Paulum dicentem, quoniā quærentes propriam iustitiam statuere, iustitię Dei non sunt subiecti.

Hom. 39. i ¶ CHRY. Quia dixerat: Confiteor tibi pater, quoniā abscondisti hæc a sapientibus, vt non æstimes quoniam ita gratias agit patri, sicut si ipse sit hac virtute priuatus. Consequenter adiungit. { Omnia mihi tradita sunt a patre meo. } D Cum autem audieris quoniam tradita sunt, nihil humanum suspiceris. vt enim non duos deos ingenitos esse æstimes, hanc ponit dictionē. Simul enim cum genitus est, omnium dominator fuit. HIE. Alioquin si iuxta nostram fragilitatem sentire volumus, cum cœperit habere quod accepit, incipiet non habere quod dedit. Vel tradita sibi omnia, non cœlum, & terra, & elementa intelligenda sunt, & cætera quæ ipse fecit, & condidit: sed hi qui per filium accessum habent ad patrem.
Lib.3.c.12. HILA. Vel hoc dicit, nequid in illo minus q̄ quod in Deo est æstimeretur. AVG. contra Maximinum. Nam si minus habet in potestate aliquid quàm pater, non sunt eius omnia quæ habet pater. gignendo enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia quæ habet in substantia sua dedit ei quem genuit de substantia sua. HILA. Deinde in mutua cognitione patris & filij, dat intelligere non aliud in filio, quàm quod in patre extitisse. Sequitur enim. { Et nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius.} E CHRY. Ex eo enim, ꝙ solus patrem nouit: latenter ostendit eiusdem se esse substantiæ, ac si diceret: Quid mirum est, si omnium sum dominator, cum aliquid aliud maius habeam. s. scire patrem, & eiusdem esse substantiæ? HILA. Eandem enim vtriusque in mutua cognitione docet esse substantiam, cum qui filium cognosceret: patrem quoque cogniturus esset in filio, quia omnia ei a patre sunt tradita. CHRY. Cum autem dicat: Neque patrem aliquis cognoscit, nisi filius, non hoc ait, quoniam eum omnes omnino ignorent, sed quoniam cognitione, qua ipse eum nouit, nullus eum scit, quod & de filio dicendum est. Neque etiam de ignoto quodā Deo hoc dixit, sicut Martion ait.
Cap.8. AVG. 1. de Trini. Denique propter substantiæ inseparabilitatem sufficienter aliquando nominatur, vel solus pater, vel solus filius, nec inde separatur vtriusque spiritus, qui proprie dicitur spiritus veritatis. HIE. Erubescat ergo Eunomius hæreticus tantam sibi notitiam patris & filij, quantam alterutrum inter se habent vendicans, quod si inde contendit, & suam consolatur insaniam, quia sequitur. {Et cui voluerit filius reuelare. } aliud est naturæ æqua-

paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.
i Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.
k Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meū super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, &

A litate nosse quod noueris, aliud reuelantis dignationē. AVG. 7. de Trin. Reuelatur autem pater per filium. i. per verbum suum. Si enim hoc verbum quod nos proferimus temporale & transitoriū, & seipsum ostendit, & illud, de quo loquimur: quanto magis verbum Dei, per quod facta sunt omnia, quod ita ostendit patrem, sicuti est pater, quia & ipsum ita est. & hoc est quod pater. AVGVSTINVS de quæstio. euan. Cum autem diceret: Nemo nouit filiū, nisi pater, non dixit, & cui voluerit pater filium reuelare, sed cum diceret. { Nemo nouit patrem, nisi filius} addidit, & cui voluerit filius reuelare, quod non ita intelligendum est quasi fili⁹ a nullo possit agnosci, nisi a patre solo. Pater autem non solum a filio, sed etiā ab eis, quibus reuelauerit filius. sic enim potius dictum est, vt intelligamus patrem, & ipsum filium per filium reuelari, quia ipse est menti nostræ lumen, vt quod postea intulit: {Et cui voluerit filius reuelare.} non tantum patrem, sed etiam filium accipiamus, ad totum enim quod dixit illatum est, verbo enim suo se pater declarat. Verbum autem non solum id quod per verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat: CHRY. Si ergo patrem reuelat, & seipsum reuelat. Sed hoc quidem, vt manifestum dimisit, illud autem posuit, quia. s. poterat esse dubium. per hoc etiam instruit, ꝙ adeo concordat patri, ꝙ non est possibile aliquem venire ad patrem, nisi per filium: hoc enim maxime scandalizabat, ꝙ videbatur Deo contrarius. Et ideo per omnia hoc destruere studuit. (Cap.3.)

K ¶ CHRY. Per ea quæ dicta sunt in desiderium sui discipulos constituerat, ostendens ineffabilem suam virtutem: nunc autem eos ad se vocat, dicens. {Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.} AVG. de verbis Domini. Quare enim omnes laboramus? nisi quia sumus homines mortales, lutea vasa portantes, quæ faciunt inuicem angustias, sed si angustentur vasa carnis: dilatantur spatia charitatis: ad quid ergo dicit. {Venite ad me omnes qui laboratis} nisi vt non laboretis? HILA. Legis etiam difficultatibus laborantes, & peccatis sæculi oneratos ad se aduocat. HIERO. Grauia enim esse onera peccati & Zacharias Propheta testatur, iniquitatem dicens sedere super talentum plumbi. Et Psalmista compleuit. Iniquitates meæ aggrauatæ sunt super me. GRE. 30. Moral. Asperum etiam iugum, & durum seruitutis pōdus est subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labētia, velle stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra votum cuncta fugiunt, quæ prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerant, post ex pauore amissionis præmunt. CHRY. Non autem dicit: Venite ille & ille, sed omnes qui in solicitudinibus, qui in tristitijs, q in peccatis estis, non vt expetam noxas, sed vt soluam peccata. Venite, non quoniam indigeo vestra gloria, sed quia volo vestram salutem. vnde dicit. { Et ego reficiam vos: } non dixit: saluabo solū: sed quòd multo amplius erat: Reficiam vos. i. in omni quiete constituam. RABA. Non solum exonerabo, sed interna refectione saturabo. REMI. Venite dicit nō pedibus, sed moribus, non corpore, sed fide. Iste nāque est spiritualis accessus, quo quisque Deo appropinquat. & ideo sequitur. Tollite iugum meum super vos.} RABA. Iugum Christi est euangelium Christi quod Iudæos, & Gentes in vnitate fidei coniungit, & sociat. Hoc autem super nos iubemur sumere. i. in honore habere, ne forte subtus ponentes. i. illud praue contemnentes lutulentis pedibus vitiorum conculcemus. vnde subditur. { Discite a me.} AVG. de Verbis Domini: Non mundum fabricare, non in ipso mundo miracula facere, sed quia mitis sum & humilis corde. Magnus esse vis? a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam constituere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis, & quanto quisque vult superimponere maius ædificium, tanto altius fodiat fundamentum quo autem peruenturum est cacumen nostri ædificij? vsque ad conspectum Dei. RABA. Discendum ergo nobis est a Saluatore nostro, vt simus mites moribus, & humiles mentibus: neminem lædamus, neminem contemnamus, & virtutes quas foris ostendimus in opere, intus teneamus in corde. CHRY. Et ideo incipiens diuinas leges ab humilitate incipit, & maximum præmium ponit dicens. Et inuenietis requiem animabus vestris. Hoc maximum est præmium. non enim alteri efficeris vtilis solum, sed teipsum requiescere facis, & ante futuram hanc tibi dat promissionem; in futuro autem perpetua gaudebis requie. CHRY. Et ne formidarent, quia dixerat, onus & iugum, subdit. { Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.} HILA. Iugi autem suauis & læuis oneris blandimenta proponit, vt credentibus eius boni scientia præstet, quod ipse solus nouit in patre. GRE. 4. Moral. Quid graue mentis nostræ ceruicibus imponit, qui uitare omne desiderium, (Homil. 39.) (Serm. 10.) (Cap.23.) (Serm.10.) (Cap.39.)

quod

quod perturbat præcipit, qui declinare laboriosa mundi huius iti-
nera monet? HILA. Et quid iugo ipso suauius? quid onere læ-
uius? probatior fieri, celere abstinere, bonum uelle, malum nol-
le, amare omnes, odisse nullum, æterna consequi, præsentibus
non capi, nolle inferre alteri quod sibi perpeti sit molestum.
RABA. Sed quomodo iugũ Christi suaue, cũ supra dicatur:
Arcta est uia, quæ ducit ad uitam? et qđ angusto initio incipit:
processu temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatat. AVG.
de Verbis Domini. Item, qui iugum Do-
mini intrepida ceruice subierunt: tam difficilia pericula patiũtur, vt non a laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocari videantur. Sed profecto adest Spiritus sanctus, qui in exterioris hois corruptione interiore renouaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluentia delitiarum Dei in spe futuræ beatitudinis, omnia præsentia deliniret, aspera & omnia grauia releuaret, secari & uri se homines patiunt, vt dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris ulceris acriorum dolorum precio redimant, quibus tempestatibus, uel pœnis importuni sunt mercatores, vt diuitias perituras acquirant? Sed qui has nõ amant: eadem grauia patiuntur. Qui uero amant, eadem quidem, sed non grauia patiuntur. Omnia enim sæua & immania prorsus facilia, & prope nulla efficit amor, quanto ergo facilius ad veram beatitudine charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit? HIERO. Quomodo etiam læuius est lege euangelium, cum in lege homicidium, & adulteriũ, in euangelio ira, concupiscentiaq; puniantur? In lege enim multa præcepta sunt, quę Apostolus non posse cõpleri, plenissime docet. In lege opera requiruntur, in euangelio uoluntas quæritur, quæ etsi effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possumus, ne scilicet concupiscamus. hoc in nostro arbitrio est, lex cum uoluntatem non puniat: punit effectum, ne adulterium facias. Pinge in persecutione aliquam uirginem prostitutam, hæc apud euangelium, quia uolũtate nõ peccat virgo suscipitur, in lege quasi corrupta repudiatur.

inuenietis requiẽ animabus ve-
stris. Iugum enim meum suaue
est, & onus meum leue.

CAP. XII.

IN illo tempore: abijt
Iesus per sata sabbato:
discipuli autẽ eius esu-
rientes, cœperunt uellere spicas
& manducare. Pharisæi autẽ vi-
dentes dixerunt ei: Ecce discipu-
li tui faciunt, quod non licet eis
facere sabbatis. At ille dixit eis:
Non legistis quid fecerit Dauid,
qũ esurijt ipse, & qui cũ eo erãt,
quomodo intrauit in domũ Dei,
& panes propositionis comedit,
quos non licebat ei edere, neque
his, qui cum eo erant, nisi solis
Sacerdotibus? Aut non legistis
in lege, quia sabbatis Sacerdotes
in templo sabbatum violant, &
sine crimine sunt? Dico autem
ei. Ecce discipuli tui faciũt quod non licet facere sabbatis. AVG. Capa.1
de operibus Monachorum. De sabbato autem potius q̃ de furto
discipulis Domini Iudæi calumniati sunt, quia populo Israel per
legem præceptum est, vt in agris suis furem nullum tenerent, nisi
qui secum aliquid uellet auferre. nam qui nihil aliud attigisset, q̃
id quod comedisset, liberũ impunitumque abire sinerent.
HIERO. Nota uero, q̃ primi Apostoli
Saluatoris literã sabbati destruunt aduer-
sus Hebionitas, qui
cum cæteros recipiãt
Apostolos: Paulum
tanquam transgressorem legis repudiant.
deinde ad excusationẽ eorum subditur.
{At ille dixit eis: Nõ
legistis, quid fecerit
Dauid quando esu-
riit? } Ad confutandam siquidem calumniam Pharisæorum ve-
teris recordatur historiæ, quando Dauid fugiens Saulem, venit in
Nobe, & ab Achimelech Sacerdote susceptus postulauit cibos, qui
cum panes laicos non haberet {dedit eis consecratos panes, quib⁹
non licebat uesci, nisi solis Sacerdotibus, & Leuitis? melius arbi-
tratus de famis periculo hominem liberare, q̃ Deo sacrificium of-
ferre. hostia enim Deo placabilis, est hominum salus. Opponit ergo
Dominus, & dicit. Si & Dauid sanctus est, & Achimelech Pon-
tifex a uobis non reprehenditur, & legis utrique mandatum pro-
babili excusatione transgressi sunt, & fames in causa est: cur eam-
dem famem non probatis in Apostolis quam probatis in cæteris?
Quamquam & in hoc multa distantia sit. Isti spicas in sabbatho
manu confricant, illi panes comederunt Leuiticos, & ad sabbathi
solemnitatem accedebant. Neomeniarum dies, quibus requisitus
in conuiuio fugit ex aula regia. CHRY. Excusans autem di-
scipulos Dauid in medium adducit. Etenim multa Prophetæ hu-
ius erat gloria apud Iudæos. Nec potest responderi, quòd Dauid
Prophetа erat, quia nec propter hoc ei licebat, sed Sacerdotibus
solis. tanto autem magis discipulos ab accusatione liberat, quanto
maior inuenitur qui hoc fecit. sed etsi Dauid Prophetа erat: non
tamen qui cum ipso erant. HIERO. Obiecta tamen, q̃ panes
propositionis nec Dauid, nec pueri eius acceperunt antequa mun
dos se a mulieribus esse responderint. CHRY. Sed dicet ali-
quis. Quid est exemplum hoc ad id quod quæritur. Nõ enim Da
uid sabbatum transgressus est: sed in hoc ostenditur Christi sapien
tia, qui exemplum fert sabbatis maius. Neque enim est æquale trã
gredi sabbati diem quod multotiens factum est, & sacram illam
tagere mensam, quod nulli fas erat. Deinde rursus & aliter soluit,
principaliorem inducens solutionem, cum dicit. {Aut nõ legistis
in lege, quia sabbatis Sacerdotes in templo sabbathum violant, &
sine crimine sunt? } HIERO. Ac si diceret: calumniamini di-
scipulos meos, cur sabbato spicas trũerint, famis necessitate cogẽ
te, cum ipsi sabbatum violetis in templo immolantes victimas, ce-
dentes tauros, holocausta super lignorum struem incendio con-
cremantes, & iuxta alterius euangelij fidem, circunciditis parun-
dos in sabbato. vt dum aliam legem seruare cupitis, sabbatum de-
struatis. Nunquam autem leges Dei sibi contrariæ sunt, & pruden
ter ubi discipuli sui argui poterãt transgressionis, & Achimelech;
& Dauid dicit exempla sectantes: veram autem & absque necessi-
tatis obtentu sabbati præuaricationem in ipsos refert qui calum-
niam fecerant. CHRY. Ne autem mihi dicas, quoniam asserre
in medium aliũ peccantem, non est erui ab accusatione. cum enim
non accusatur, qui fecit, excusatio fit circa id quod factum est. Ve-
rum hoc nõ sufficit, sed quod maius est dixit, q̃ sine crimine sunt.
Vide aũt quanta posuit. Locum, ubi dicit: In templo. Tempus, cũ
dicit: Sabbatis, Legis remissionem, cũ dicit. Violant & non solum
soluunt. Et q̃ non solum liberantur a pœna, sed a culpa liberati
sunt. vñ dicit. {Sine crimine sunt. } Neque aũt hoc ẽ simile est
priori quod dixerat de Dauid. Illud enim & semel factum est, &
a Dauid non Sacerdote, & necessitatis causa fuit: hoc autem secũ
dum, singulo sabbato, & a Sacerdotibus, & secundum legem. Eo
ideo non secundum veniam, vt in primo exemplo, sed secundum
legem sunt discipuli ab accusatione liberati. Sed numquid disci-
puli sunt Sacerdotes? immo sunt Sacerdotibus maiores: ipse enim
aderat qui templi est Dominus, qui veritas est & nõ typus. & ideo
subditur. {Dico aũt vobis quia templo maior est hic. } HIER. Hic
non pronomen, sed aduerbium loci legendum est, q̃ maior tem-
plo sit locus, qui Dominum templi teneat. AVG. de quæst. euan.
Notandum autem vnum exemplum datum esse regiæ potestatis
de Dauid, alterum Sacerdotalis de his qui propter ministeriũ re-
pli

Universidad de Zaragoza Biblioteca

Serm. 9.

Lib.2.c.34.

Hom. 40.

pli sabbata violant, vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus Rex, & verus Sacerdos est. Deinde, quia graue audientibus videbatur esse quod dixerat, rursus conuolat ad misericordiam, sermonem cum quadam vehemẽtia inducens, cum dicit: { Si autem sciretis quid est: Misericordiã volo & nõ sacrificiũ:
nunquam condemnassetis innocentes. }
HIERO. Quid autem est: Misericordiã uolo & nõ sacrificiũ, supra diximus. Qđ autem dicit: { Numquam condemnassetis innocẽtes. } de Apostolis intelligendũ est. Et est sensus. Si misericordiam comprobastis Achimelech, eo q̃ periclitãte fame Dauid refocillauit, quare meos discipulos condemnatis?
CHRY. Vide autẽ rursus qualiter ad veniam ducens sermonem, discipulos rursus venia superiores ostendit, in hoc quod dicit eos innocentes qđ quidem supra & de Sacerdotibus dixerat: Deinde & alia causam dicit quare sunt innocentes, dicens. { Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati } REMI. Filium autem hominis seipsum appellat. & est sensus. Ille quem vos purum hominem putatis: Lib.5.c.6. Deus est omnium creaturarum Dominus & etiam sabbati: & ideo potest legem mutare pro sua voluntate, quia fecit eam. AVG. contra Faustum: Discipulos autem suos uellere spicas sabbato nõ prohibuit, vt inde cõuinceret & præsentes Iudæos, & futuros Manichæos, qui herbam non euellunt, ne homicidium perpetrent. HILA. Mystice autem in principio est contuendum sermonem hunc ita cœptum esse. {In illo tempore. } quo. s. Deo patri gratiam datam Gentibus salute confessus est. Ager aũt mundus est. sabbatũ ociũ est. seges crediturorũ. pfectus in messem. Est ergo sabbato in agrũ. pfectus in legis ocio, Dñi. pgressus in hunc mundũ est, esuries fames est salutis hũanæ. RABA. Spicas uellunt dũ singulos hoies a terrena intentione retrahunt. Fricant dũ a concupiscentia carnis mentes exuunt. grana comedunt, dum emendatos in corpus Lib. 1. q. 2. ecclesiæ traiiciunt. AVG. de quæst. euang. Nullus autem transit in corpus Christi, nisi carnalibus spoliatus fuerit indumentis, s̃m illud Apostoli: Exuite vos veterem hominem. sabbato hoc agũt. s. spe quietis æternę ad quam alios inuitant. RABA. Item ambulant per sata cum Domino, qui in scripturarum meditatione delectantur. Esuriunt, dum panem vitæ. i. Dei amorem in eis euenire desiderãt. Vellunt spicas & terunt, dum testimonia discutiunt, do nec inueniant quod latebat in litera, & hoc sabbato, dum a turbidis cogitationibus uacant. HILA. Pharisæi, qui pœnes se claue cœlorum esse existimabant: illicita agere discipulos arguunt, quos Dominus factorum, in quibus sub rerum argumento prophetiæ ratio continetur admonuit, atque vt ostenderet omnium rerum efficaciam, speciem futuri operis cõtinere adiecit. {Si autem scire tis quid est: Misericordiam volo. } opus enim salutis nostræ non in sacrificio legis, sed in misericordia est, & lege cessante in Dei bonitate saluamur. Cuius rei donum si intellexissent: numquam condemnassent innocentes. i. Apostolos suos, quos insimulaturi erant transgressę legis inuidia, cum sacrificiorum uetustate cessante, vniuersis per eos misericordiæ nouiras subueniret.
b ¶ HIERO. Quia destructionem sabbati qua discipulos arguebant, probabili exemplo excusauerat, ipsum calumniari uolũt. vnde dicitur. { Et cum inde transisset, venit in Synagogã eorum. }
Lib.2.c.35. HILA. Hæc enim quæ præmissa sunt in campo dicta, gestaque sunt, & post hæc Synagogam ingreditur. AVG. de con.euan. Post set autem putari eodem die factum & de spicis, & de isto sanato, quoniam & sabbatum hic commemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum fuisse. Proinde quod dicit Matthæus { Et cum inde transisset, venit in Synagogam eorum. } Non quidem venit, nisi cum inde transisset, sed post quot dies in Synagogam eorum venerit postea quam a segete illa transiit, an recte continuoque illucierit, non expressum est, ac per hoc locus dat narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huiusmodi manum fuisse sanatam: HILA. Ingresso autem Synagogam, hominem aridę manus offerunt: interrogantes an curare sabbatis liceret, occasionem arguendi eum ex responsione quærentes. vnde sequitur. { Et ecce homo manum habens aridam. } & interrogabant eum dicentes: Si licet sabbato curare? } CHRY. Non autem interrogant, vt addiscant, sed vt ac-
Homi.41.

A sent eum. vnde sequitur. {Vt accusarent eum } quamuis & ipsum opus sufficeret si accusare volebant, sed & per verba volebant captionem inuenire, maiorem copiam arguitionum sibi præparantes. HIERO. Et interrogant, vtrum liceat curare sabbatis, vt si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis, si curauerit, trãsgressionis uitio eum accu-
sent. AVG. de Co. euan. Sed potest mouere quomodo Matthæus dixerit, q̃ ipsi interrogauerunt Dominum si licet sabbato curare? cum Marcus, & Lucas illos potius a Domino interrogatos esse phibeat. Licet sabbato benefacere, an male? Itaque intelligendum, q̃ illi prius interrogauerũt Dominũ. Si licet sabbato curare? deinde intelligens cogitationes eorum, aditum accusandi quærentium constituit in medio illum quem erat sanaturus, & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse cõmemorant, & tunc illis tacentibus, proposuit similitudine de oue, & concluſit, q̃ liceat sabbato benefacere. vnde sequitur. {Ipse autẽ dixit illis: Quis erit ex vobis homo, qui habens ouem vnam. }
HIERO. Vbi sic soluit propositam quæstionem, vt interrogantes auaritiæ condemnaret. Si vos, inquit, in sabbato ouem, & aliud quodlibet animal in foueam decidens eripere festinatis, non animali, sed vestræ auaritiæ consulentes: quanto magis ego hominem qui multo melior est oue, debeo liberare? RABA. Competenti ergo exemplo soluit quæstionem eorum, vt eos ostendat sabbatũ violare in opere cupiditatis, qui eũ violare arguunt in opere charitatis legem male interpretãtes, qui dicuntin sabbato a bonis feriandum, in quo a malis tm feriandum est. Vnde opus seruile non facietis in eis. hoc est pctm, sic in æterna requie a malis tm feriabit: non a bonis. AVG. de Con. euan. Proposita autem similitudine Lib.2.c.35. de oue concludit, q̃ liceat sabbato benefacere dicens. {Itaque licet sabbatis benefacere. } CHRY. Intende autem qualiter vanæ excusationis de solutione sabbati inducit, sed quia iam insanabiliter ægrotabat ad opus. pcessit. vnde sequitur. {Tunc ait homini: Exte de manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati, sicut altera.
HIERO. In euangelio quo vtuntur Nazaræi, & Hebionitæ, qđ nuper in græcum de hæbraico sermone transtulimus, & quod vocatur a pleriſque Matthæi auctenticum, homo iste qui aridam habet manum, cementarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium præcans. Cementarius eram, manibus victum quæritans, præcor te Iesu, vt mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.
RABA. Sabbatis autem præcipue docet, & operatur Iesus non solum propter spirituale sabbatum, sed etiam propter celebriorẽ populi conuentum, quærens salutem omnium. HILA. Mystice autem post reditum de segete, ex qua iam Apostoli fructus fationis acceperant, ad Synagogam venit iam illic messis suæ opus paraturus, quia plures postmodum vna cum Apostolis exiterunt, qui curabantur. HIERO. Vsque autem ad aduentum Domini Salvatoris arida manus in Synagoga Iudæorum fuit, & Dei opera nõ fiebant in ea. Postquam autẽ ille venit in terras, reddita est in Apostolis credentibus dextera & operi pristino restituta. HILA. Curatio autem omnis in verbo est & manus sicut altera redditur. i. similis ministerio Apostorum in officium dãdæ salutis efficiẽ, docetq̃; Pharisæos ægre ferre non oportere opationem humanæ salutis in Apostolis, cum ipsis ad officij eiusdem ministerium manus sit reformãda si credant. RABA. Vel aliter. Homo qui habebat manum aridam humanum genus indicat, sterilitate bonæ operis arefactum p manum ad pomũ extensam, quam sanauit manus innocentis in cruce extensa: & bene manus in Synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientiæ, ibi grauius est inexcusabilis noxę periculum. Sananda aũt manus arida iubetur extendi, quia infructuosę debilitas animæ nullo melius ordine, q̃ eleęmosynarum largitate curatur. Habebat autem homo dexteram manum languidam, quia ab eleęmosinis torpebat, sinistram fanam, quia fuæ vtilitati intendebat. Sed veniente Domino, dextra sanatur, vt sinistra, quia quod congregauerat auide, modo distribuit charitatiue.
c ¶ HILA. Inuidia facti Pharisæos commouet, qua contuentes hominem in corpore, Deum in operibus non intelligebant. vn de dicitur. {Exeuntes autem Pharisæi consilium faciebant aduersus eum: quo eum perderent. } RABA. Exeuntes dicit, quia

eorum

eorum mens a Domino auersa fuit. consilium fecerunt quomodo
vitam perderent,non quomodo ipsi vitam inuenirent. HILA.
Scienſque eorum conſilia receſſit,vt a conſilijs malignantium pro
cul abeſſet. vnde ſequitur. ¶ Ieſus autem ſciens receſſit inde. ¶
HIERO. Sciens,inquam,eorum inſidias receſſit, vt Phariſæis
contra ſe occaſionem
impietatis auferret.
REMI. Siue receſ-
ſit inde quaſi homo
fugiens inſidias ſuorũ
perſequentium, ſiue
quia nõ erat tempus,
neque locus patiẽdi.
non enim capit peri-
re Prophetam extra
Hieruſalem,ſicut ipſe dicit. Declinauit etiam Dominus odio ſe
perſequentes, & peruenit illuc vbi inuenit plurimos ſe per amo-
rem diligentes. vnde ſequitur. ¶ Et ſecuti ſunt eum multi. ¶ Quem
Phariſæi vnanimi conſilio perdere quærunt,turba indocta vnanimi
dilectione ſequitur. vnde mox ſui defideriũ conſequuntur effe-
ctum. Nam ſequitur. ¶ Et curauit eos omnes. ¶ HILA. His autẽ
quos curauit,ſilentium imperauit. vnde ſequitur. ¶ Et præcepit eis
ne manifeſtum eum facerent: ¶ nam ſalus vnicuique reddita erat ſi
bi ipſi teſtis. Sed iubendo ſilentium teneri, & gloriandi de ſe iacta
tiam declinat, & nihil omnino cognitionem ſui præſtat, in coipſo
cum admoneret de ſe taceri,quia obſeruatio ſilentij ex re quæ fit
ſilenda proficiſcitur. RABA. In hoc etiam nos inſtruit, ne cum
aliquid magni fecerimus,laudem foris quæramus. REMI. Ideo
Hom. 41. etiam præcipit,vt non manifeſtarent eum, ne perſequentes ipſum
deteriores fierent. CHRY. in Homil. deinde, vt non turbe-
ris in his quæ fiunt in inſania opinabili Phariſæorum,inducit Pro
phetam hoc prædicentem. tanta erat enim prophetarum diligen-
tia,vt neque hoc derelinquerent. ſed & vias eius,& tranſitus pro-
phetizarent,& intentionem eũ qua hoc faciebat,vt diſcas,quoniã
omnia a Spiritu ſancto loquebantur. ſi enim cogitationes homi-
num impoſſibile eſt ſcire, multo magis Chriſti intentionem, niſi
Spiritus ſanctus reuelaret. Sequitur ergo. ¶ Vt impleretur quod dic-
tum eſt per Eſaiam Prophetam,dicentem: Ecce puer meus,quem
elegi. ¶ REMI. Dominus quidem Ieſus Chriſtus puer omnipo-
tentis Dei dictus eſt,non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundũ aſ-
ſumptæ carnis diſpenſationem,quia cooperante Spiritu ſancto car
nem ſuſcepit ex virgine,abſque macula peccati. Quidam libri ha
bent: ¶ Electus,quem elegi. ¶ Electus enim fuit a Deo patre. i. præ-
deſtinatus, vt eſſet filius Dei proprius non adoptiuus. RABA.
Quem elegi dicit ad opus,quod nemo alius fecit, vt redimeret ge-
nus humanum, & pacificaret mundum cum Deo. Sequitur. ¶ Dile-
ctus meus,in quo bene cõplacuit animæ meæ, ¶ quia ipſe ſolus eſt
agnus ſine macula peccati,de quo pater dicit: Hic eſt filius meus
dilectus,in quo mihi bene complacui. REMI. Quod autem di-
cit. ¶ Animæ meæ. ¶ non ita intelligẽdum eſt, quòd Deus pater ani
mam habeat,ſed tranſlatiue anima in Deum aſcribitur, vt per eam
demonſtraretur Dei affectus. Nec mirum ſi anima tranſlatiue in
Deo dicitur,cum etiam cætera corporis membra ei aſcribantur.
CHRY. Hoc autem in principio Propheta ponit, vt diſcas,quia
hoc quod hic dicitur,fuit ſecundum conſilium patris. dilectus. n.
ſecundum conſilium eius qui diligit,facit. Sed iterum electus non
vt aduerſarius ſoluit legem,neque vt inimicus exiſtens legiſlatori:
ſed ei concordans, quia ergo dilectus eſt ¶ ponam ſpiritum meum
ſuper eum. ¶ REMI. Tunc etiam Deus pater poſuit ſpiritũ ſuũ
ſuper eum,cum operante Spiritu ſancto ſuſcepit carnem ex virgi-
ne,& mox vt homo factus eſt,plenitudinem Spiritus ſancti ſuſce-
pit. HIERO. Ponitur autem Spiritus ſanctus non ſuper Dei
verbum,ſed ſuper vnigenitum,qui de ſinu patris proceſſit. i. ſuper
eum,de quo dictum eſt: ¶ Ecce puer meus ¶. Quid autem per ipſum
facturus ſit, ſubditur. ¶ Et iudicium gentibus nunciabit. ¶ AVG.
Cap.30. 20. de Ciuita. Dei. Quia. i. iudicium prænunciauit futurum quod
gentibus erat occultum. CHRY. Deinde humilitatẽ eius ma-
nifeſtans dicit: ¶ Non contendet, ¶ quia ſicut illi placuit oblatus eſt,
& manibus perſequentium ſe vltro obtulit. ¶ Neque clamabit. ¶
Quia ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit. ¶ Neque audiet ali
quis in plateis vocem eius. ¶ HIERO. Lata enim eſt & ſpatioſa
via quæ ducit ad perditionem,& multi ingrediuntur per eam,qui
multi non audiunt vocem Saluatoris, quia non ſunt in arcta via,
ſed in ſpatioſa. REMI. Platea namque græce: latine latitudo di-
citur. In plateis ergo vocem eius nemo audiuit,quia ſuis dilectori
bus non delectabilia in hoc mũdo promiſit, ſed aſpera. CHRY.
Volebat autem Dominus per huiuſmodi manſuetudinem curare
Iudæos: ſed licet iſti renuerent, nõ tamen eis reſtitit eos deſtruẽ-
do. vnde & eius virtutem,& illorum imbecillitatẽ Propheta oſtẽ-
dens dicit: ¶ Arundinem quaſſatam non confringet. & linum fu-
migans non extinguet. ¶ HIERO. Qui peccatori non porrigit
manum,nec portat onus fratris ſui: iſte quaſſatum calamum con-

F fringit. & qui modicam ſcintillam fidei contemnit in parutilis: hic
lihum extinguit fumigans. AVG. 20 de Ciui. Dei. Vnde perſe Cap.30.
cutores Iudæos qui calamo quaſſato perdita integritate: & lino-
fumanti amiſſo lumine comparati ſunt non contriuit,non extin-
xit,quia pepercit eis,qui nondũ venerat eos iudicare: ſed iudicari
ab eis. AVG. de quę- Lib.1.q.3.
fringet, & linum fumigans non euan. In lino etiam
extinguet: donec eiiciat ad vi- fumigãte notandum
ctoriam iudicium & in nomine eſt,qa deſerto lumine
eius gentes ſperabunt. facit putorẽ. HILA.
d Tunc oblatus eſt ei dæmoniũ Vel i hoc qđ dicit: ¶ A
habens cęcus,& mutus, & cura- rũdinẽ quaſſatam nõ
confringet. ¶ oſtendit,
G qp ita facile erat ei oẽs
eos frangere,ſicut arũ
dinẽ,& nõ ſimp'r arũdinẽ,ſed iã cõtritã. In hoc aũt qđ dicit ¶ Linũ
fuminans non extinguet ¶. demonſtrat & illorũ furorem accen-
ſum,& virtutem Chriſti potentem ad extinguendum huiuſmo-
di furorem cum omni facultate. vnde in hoc multa manſuetudo
Chriſti oſtenditur. RABA. Vel per hoc qđ dicit: ¶ Arundinem
quæ quaſſata eſt,non eſſe confractam: ¶ oſtendit ea luca,& quaſſata
Gentium corpora non fuiſſe contrita,ſed in ſalutem potius reſer-
uata. Per hoc autem qđ dicit. ¶ Linum fumigans, non extinguet, ¶
oſtendit exiguitatem ignis iam tantum fumigantis in lino non
extinctam. i. Iſrael ex reliquijs veteris gratiæ ſpiritum non ablatũ,
quia reſumendi totius luminis in tempore pœnitentiæ ſit facul-
tas. RABA. Vel ecõuerſo. arundinem quaſſatam vocat Iudæos,
quos a vento agitatos,& quaſi abinuicem diſſipatos, nõ ſtatim Do
minus condemnauit, ſed patienter ſupportauit. Linum autem
fumigans vocat populum de Gentibus congregatum, qui extin-
cto naturalis legis ardore fumi amariſſimi,& oculis noxij tenebro
ſeque caliginis inuoluebãtur erroribus,quem non ſolum non ex-
tinxit,& redegit in cinerem, ſed contrario de parua ſcintilla, &
H penè moriente maxima ſuſcitauit incendia. CHRY. Sed poſ-
ſet aliquis dicere. Quid igitur? ſemper hæc erunt? & feret vſq; in
finem eos,qui ſic inſidiantur,& inſaniunt? Abſit, ſed cum ſua oia
facta erunt: tunc & illa operabitur. Et hoc ſignauit,dicens. ¶ Donec
eiiciat ad victoriam iudicium. ¶ Ac ſi dicat: Cum ea quæ ex ſe ſunt
omnia compleuerit,tunc perfectam vltionem inducet: tunc enim
punientur cum claram fecerit ſuam victoriam,vt non relinquatur
eis inuerecũnda contradictionis occaſio. HILA. Vel donec eii-
ciat ad victoriam iudicium, ſublata. ſ. mortis poteſtate, iudicium,
& claritatis ſuæ reditum introducat. RABA. Vel donec illud iu
dicium quod in eo agebatur ad victoriam perueniret, quia poſtq̃
mortem re urgendo ſuperauit,expulſo principe huius mundi vi-
ctor ad regnum rediit in patris dextera ſedẽs, donec ponat ſub pe
dibus omnes inimicos ſuos. CHRY. Sed non in hoc ſtabunt ea
quæ ſunt diſpenſationis, vt ſolum puniantur, qui nõ crediderunt,
ſed & orbem terrarum ad ſe trahet. vnde ſequitur. ¶ Et in nomine
eius gentes ſperabunt. ¶ AVG. 20. de Ciui. Dei. Hoc autem vl- Cap.30.
timum iam videmus impletum. & ſi per hoc quod negari non po-
teſt creditur, & illud quod imprudenter a quibuſdam negatur, no
uiſſimum iudicium quod ponet i terra, cum venerit ipſe de cœlo.
quis enim ſperaret Gentes in Chriſti nomine ſperaturas, quando
tenebatur, ligabatur, cedebatur, illudebatur, & crucifigebatur? qñ
& ipſi diſcipuli ſpem perdiderant, quam in illo habere iam cœpe-
rant? qp tunc vix vnus latro ſperauit in cruce, nunc ſperant Gentes
longe, lateq; diffuſę. Et ne in æternum moriantur, ipſa in qua ille
mortuus eſt cruce ſignantur. Nullus igitur dubitet p Ieſum Chri
ſtum nouiſſimum futurum eſſe iudicium. REMI. Sciendum eſt
autem, quia non ſolum iſtius loci ſenſus, ſed & multorum aliorũ
hoc teſtimonio confirmatur, nam quod dicit: ¶ Ecce puer meus ¶ ad
illũ locũ refert vbi dixerat pater. Hic eſt filius meus. Quod vero
ait: Ponam ſpiritum meum ſuper eum. ad hoc refertur, qp Spiri-
tus ſanctus deſcendit ſuper Dominum baptizatum. Quod autem
ſubiungit: ¶ iudicium Gentibus nunciabit. ¶ refertur ad id quod in
fra dicitur. Cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ. Quod
autem ſubdit. Non contendet neque clamabit, ad hoc refertur, qp
Dominus pauca reſpondit principi Sacerdotum. & Pilato: Hero-
di vero nulla. Quod vero dicitur: ¶ Arundinem quaſſatam non
confringet. ¶ ad hoc pertinet, qp Dominus ſuos perſecutores decli
nauit, ne fierent deteriores. Quod vero dicit: In nomine eius gen
tes ſperabunt. ad hoc referẽ qđ ipſe dixit: Euntes docete oẽs gẽtes.
d ¶ GLO. Confutauerat ſuperius Dominus Phariſæos Chri-
ſti miracula calumniantes, ex hoc qp ſabbatum ſoluere videbatur,
ſed quia maiori nequitia ipſa Chriſti miracula diuina virtute fa-
cta peruertebant, attribuentes ea immundo ſpiritui, ideo euange-
liſta præmittit miraculum ex quo blaſphemandi occaſionem ſum
pſerunt dicens. ¶ Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, &
mutus. ¶ REMI. Quod autem dicit: ¶ Tunc ¶ ad ſuperiora re-
fertur, quando ſanato homine qui habebat manum aridam, exiuit
de Synagoga. Siue qđ dicit ¶ Tunc ¶ poteſt referri ad lati', atque p-

lixius tempus, vt ſit ſenſus. Tunc quando hæc, vel illa dicebantur,
Hom.41. vel gerebantur. CHRY. Miranda eſt aũt nequitia dæmonis.
vtrumque ingreſſum opilauit, per quem ille erat crediturus. ſ. &
auditum, & viſum. Sed Chriſtus vtrumq; aperuit. vnde ſequitur.
¶ Et curauit eum, ita vt loqueretur. ¶ HIERO. Tria autem ſi-
gna ſimul in vno ho-
mine ppetrata ſunt.
Cæcus videt, mutus
loquitur, poſſeſſus a
dæmone liberat. Qđ
& tunc quidem car-
naliter factum eſt, ſed
quotidie completur
in conuerſione cre-
dentium, vt expulſo
dæmone primum fi-
dei lumen aſpiciant,
deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur. HILA. Non
autem ſine ratione cum turbas omnes curatas in communi dixiſ-
ſet, nunc ſeorſum dæmoniũ habens cæcus, & mutus offertur. Opor
tebat enim, vt poſtq̃ manus aridæ homo oblatus eſt, qui in Syna-
goga curabatur: in vnius huiuſmodi hominis forma Gentium ſa-
lus fieret, vt qui erat habitatio dæmonij, & cæcus, & mutus Deo
Lib.1.q.3. capax pararetur, & Deum contineret in Chriſto, & Chriſti opera
Dei confeſſione laudaret. AVG. de Quæſt. euan. Dæmoniũ. n. ha
bẽs cæcus, & mutus eſt, qui non credit, & ſubditus eſt diabolo, qui
Lib.2.c.37. non intelligit, & non confitetur ipſam fidem, vel non dat laudem
Deo. AVG. de Con. euan. Hoc autem non iſto ordine, ſed poſt
multa alia Lucas commemorat & mutum dicit tantum, & non cæ
cum. Sed etiam ex eo qp aliquid tacet, de alio dicere putandus eſt,
ea enim ſequentia & ipſe contexit quæ Matthæus. HILA. Stu-
puerunt facti iſtius omnes turbæ, ſed Phariſæorum ingraueſcit in
uidia. vnde ſequitur. ¶ Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebant: Nũ
quid iſte eſt filius Dauid? ¶ GLO. Ob miſericordiam, & benefi-
cia filium Dauid prædicant. RABA. Turbæ aũt quæ minus eru
ditę videbant Dñi ſemp facta mirantes, illi contra, vel negare hoc,
vel q negare nequiuerãt ſiniſtra interpretatione peruertere labo
rabant, quaſi hęc non diuinitatis, ſed immundi ſpiritus opera fuiſ-
ſent. i. Beelzebub, qui Deus erat Acharon. vnde ſequitur. ¶ Phari-
ſæi aũt audientes dixernnt: Hic non eiicit dæmones, niſi in Beel-
zebub principe dæmoniorum. ¶ REMI. Beelzebub autem, ipſe
eſt Beel, & Baal, & Beelphegor. Beel fuit pater Nini Regis Aſſyrio
rum. Baal dictus eſt, quia in excelſo colebatur Beelphegor a loco,
ideſt a monte Phega. Zebub ſeruus fuit Abimelech filij Gedeonis,
qui occiſis ſeptuaginta fratribus ædificauit templum Baal, & con-
ſtituit eum Sacerdotem in ipſo ad abigendas muſcas, quæ ibi con-
gregabantur propter nimium cruorem victimarum. Zebub nãq;
muſca dicitur. Beelzebub ergo vir muſcarum interpretatur. vnde
D f propter ſpurciſſimum ritum colendi dicebant eum eſſe principẽ
dæmoniorũ. nihil ergo ſordidius inuenientes quod Domino obii
cerent: dicebant eum in Beelzebub eiicere dæmonia. Et ſciendum
qp non eſt legendum per d, vel t, in fine, vt quædam mendoſa exem
plaria habent, ſed per b.
e ¶ HIERO. Phariſæi opera Dei principi dæmoniorum de-
putabant, quibus Dominus non ad dicta: ſed ad cogitata reſpondit
Hom.42. vt vel ſic compellerẽtur credere potentiæ eius, qui cordis videbat
occulta. vnde dicitur. ¶ Ieſus autem ſciens cogitationes eorum, di-
xit eis. ¶ CHRY. Superius quidem & de hoc Chriſtum accuſa-
nerant, quia in Beelzebub eiiceret dæmonia, ſed tunc quidem eos
non increpauit, concedens eis & a pluribus ſignis cognoſcere eius
virtutem, & a doctrina diſcere eius magnitudinem, ſed quia per-
manebant eadem dicentes, iam increpat eos, quãmuis eorum accu
ſatio valde irrationabilis eſſet. Inuidia autem non quærit quid di
cat, ſed ſolum vt dicat, neque tamen Chriſtus eos contemplit, ſed
reſpondet cum decenti manſuetudine, docens nos mites eſſe ini-
micis, & non turbari, etiam ſi talia dicant, quæ nos in nobis non re
cognoſcimus, neque habent aliquam rationem. In quo etiam oſtẽ
dit mendacia eſſe, quæ ab ipſis ſunt dicta. neque enim eſt dæmoniũ
habentis tantam oſtendere manſuetudinem & cogitationes ſcire.
Et quia valde irrationabilis erat eorum ſuſpitio, & multitudinem
timebant non audebant publicare Chriſti accuſationem, ſed in
mente volue bant. Propter quod dicit: ¶ Sciens cogitationes eo-
rum. ¶ Ipſe autem accuſationem quidem non in reſpondendo po
nit, neque diuulgat eorum nequitiam, ſolutionem autem induci
cit, ſtudium enim eius erat prodeſſe peccantibus, non publica-
re. Non autem reſpondet eis a ſcripturis, quia non attende-
rent aliter exponentes, ſed a communibus opinionibus. Nõ enim
ita exteriora prælia corrumpunt, ſicut ea quæ interiora. hoc enim
fit in corporibus & in omnibus rebus, ſed interim a magis cogni-
tis exempla ducit, dicens. ¶ Omne regnum contra ſe diuiſum de-
ſolabitur. ¶ Nihil enim eſt in terra regno potentius: ſed tamen p

uit eum ita, vt loqueretur & vi-
deret. Et ſtupebant oẽs turbæ, &
dicebant: Numquid hic eſt filius
Dauid? Phariſęi autem audien-
tes dixerunt: Hic non eijcit dæ-
mones, niſi in Beelzebub princi
pe dæmoniorum.
c Ieſus autem ſciens cogitatio- B
nes eorũ, dixit eis: Omne regnũ
diuiſum contra ſe deſolabitur, &
oĩs ciuitas, vel dom' diuiſa cõtra
ſe, nõ ſtabit. Et ſi Sathanas Satha
nã eijcit, aduerſus ſe diuiſus eſt,
qũo ergo ſtabit regnum eius?
f Et ſi ego in Beelzebub eiicio
dęmones, filij veſtri in quo eii-
ciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. ¶
HIERO. Filios Iudæorum, vel exorciſtas gentis illius. ex mo-
re ſignat, vel Apoſtolos ex eorum ſti pe generatos. Si exorciſtas,
qui ad inuocationem Dei eiiciebant dæmones, coarctat Phariſæos
interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus ſancti eſſe opus.
Quòd ſi expulſio, inquit, dæmonum in filijs veſtris Deo, non dæ-
monibus deputatur, quare in me idem opus non eãdem habeat &
cauſam? ergo ipſi veſtri iudices erunt, non poteſtate, ſed compara
tione, dum illi expulſionem dæmonum Deo aſſignant, vos princi
pi dæmoniorum. Sin autem & de Apoſtolis dictũ eſt, quod & ma-
gis intelligere debemus, ipſi erunt iudices eorum, quia ſedebunt
in duodecim ſolijs, iudicantes duodecim tribus Iſrael. HILA.
Iccirco autem digne iudices ſunt in eos conſtituti, quibus id de-
diſſe Chriſtus aduerſus dæmones poteſtatis repetitur, quod ipſe
eſt negatus habuiſſe. RABA. vel quia Apoſtoli bene ſibi cõſcij
erant, nihil malę artis ſe ab eo didiciſſe. CHRY. Non ergo dixit
Diſcipuli mei, neque Apoſtoli, ſed Filii veſtri. Vt ſiquidem volue-
rint reuerti ad illorum dignitatem, multam hinc accipiant occa-
ſionem. ſi autem ingrati fuerint, neque verecundam habent excu-
ſationem. Eiiciebant autem Apoſtoli dæmones, quia acceperãt po
teſtatem ab ipſo, & tamen nihil eos incuſabant. Non enim rebus,
ſed perſonæ Chriſti aduerſabantur: volens igitur monſtrare quo-
niam inuidiæ erant quæ dicebantur de ipſo, Apoſtolos in mediũ
ducit. Rurſus antem ad ſui cognitionem inducit eos, dæmonſtrãs
quoniam propriis aduerſantur bonis & contrariantur ſuæ ſaluti,
cum deceret eos lætari, qp magna bona illis aduenerat donaturus.
Vnde ſequitur. ¶ Si autẽ ego in ſpiritu Dei eiicio dæmones, igitur
peruenit in vos regnum Dei. ¶ Per hoc autem demonſtrat, qp ma-
gnæ virtutis opus eſt dæmones eijcere, & non cuiuſlibet gratia. Et
ob hoc quidem ſyllogizat dicens: Ergo peruenit in vos regnum
Dei. Ac ſi dicat. Si hoc eſt, profecto filius Dei aduenit. hoc autem
obumbrate dicit, vt non illis ſit graue: deinde vt illos alliciat non
dixit.

A altercationem perit. Quid autem dicendum eſt de ciuitate, vel de
domo? ſiue magnum ſiue paruum fuerit, contra ſeipſum pugnans
perit. HILA. Vnde domus & ciuitatis eadem eſt hic ratio, quę
eſt regni. propter quod ſequitur. ¶ Et omnis ciuitas, vel domus di
uiſa contra ſe, non ſtabit. HIERO. Quomodo enim concor-
dia paruę res creſcũt,
ſic diſcordia maxime
dilabuntur. HILA.
Sermo autem Dei di
ues eſt, & vel ſimplici
ter intellectus, vel in-
ſpectus, interius ad
omnẽ profectum eſt
neceſſarius. Relictis
ergo his quæ ad com-
munem intelligentiã
patent, cauſis interio-
ribus immoremur. Reſponſurus enim Dominus ad id quod de
Beelzebub dictum erat, in ipſos, quibus reſpondebat reſponſionis
conditionem retorſit. lex enim a Deo eſt, & regni Iſrael pollicita
tio ex lege eſt, ſi regnum legis contra ſe diuiditur, diſſoluatur neceſ
ſe eſt, & ſic Iſrael amiſit legem, quando impletionem legis in Chri
ſto plebs legis impugnat. Sed ciuitas hic Hieruſalem indicatur, q
poſtq̃ in Dominum ſuum furore plebis exarſit, & Apoſtolos eius
cum credentium turbis fugabit, poſt diuiſionem non ſtabit, atque
ita quod per hanc diuiſionem mox conſecutum eſt, ciuitatis illius
denunciatur excidium. Deinde aſſumit. ¶ Et ſi Sathanas Sathanam
eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo ſtabit regnum eius? ¶
HIERO. Ac ſi diceret, ſi Sathanas pugnat contra ſe, & dæmon
inimicus eſt dæmoni, deberet iã mundi venire conſummatio. Nec
habent in eo locum aduerſariæ poteſtates quarum inter ſe bellum
pax hominum eſt. GLO. Neceſſaria ergo cõplexione eos arguit,
C vel enim Chriſtus in virtute Dei dæmones eiicit, vel in principe
dæmoniorum. Si in virtute Dei, fruſtra calumniantur. Si in princi
pe dæmoniorum, regnum eius diuiſum eſt, nec ſtabit, & ideo a re-
gno eius recedant, quod innuit ſibi eos elegiſſe, dum in ſe non cre-
dunt. CHRY. Vel ſic: Si diuiſus eſt imbecillior factus eſt & pe-
rit. ſi autem perit, qualiter poteſt alium proiicere? HILA. vel ali
ter. Si ad diuiſionem ſuam coactus eſt dæmon, vt dæmones pertur
baret: hinc quoque æſtimandum eſt plus in eo qui diuiſerit, quàm
in his qui diuiſi ſunt eſſe virtutis. ergo regnum diaboli diuiſione
facta, a Chriſto eſt diſſolutum. HIERO. Si autem putatis o Scri
bæ, & Phariſæi, qp receſſio dæmonum obedientia ſit in principem
ſuum, vt homines ignorantes fraudulenta ſimulatione deludant:
quid poteſtis dicere de corporum ſanitatibus quas Dominus
perpetrauit? Aliud eſt ſi membrorum quoque debilitates & ſpiri
tualium virtutum inſignia dæmonibus aſſignetis. Hom. 42.
D f ¶ CHRY. Poſt primam ſolutionem, venit ad ſecundam:
prima manifeſtiorem dicens: ¶ Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæ-
mones filij veſtri, in quo eiiciunt. Ideo ipſi iudices veſtri erunt. ¶
HIERO. Filios Iudæorum, vel exorciſtas gentis illius. ex mo-
re ſignat, vel Apoſtolos ex eorum ſti pe generatos. Si exorciſtas,
qui ad inuocationem Dei eiiciebant dæmones, coarctat Phariſæos
interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus ſancti eſſe opus.
Quòd ſi expulſio, inquit, dæmonum in filijs veſtris Deo, non dæ-
monibus deputatur, quare in me idem opus non eãdem habeat &
cauſam? ergo ipſi veſtri iudices erunt, non poteſtate, ſed compara
tione, dum illi expulſionem dæmonum Deo aſſignant, vos princi
pi dæmoniorum. Sin autem & de Apoſtolis dictũ eſt, quod & ma-
gis intelligere debemus, ipſi erunt iudices eorum, quia ſedebunt
in duodecim ſolijs, iudicantes duodecim tribus Iſrael. HILA.
Iccirco autem digne iudices ſunt in eos conſtituti, quibus id de-
diſſe Chriſtus aduerſus dæmones poteſtatis repetitur, quod ipſe
eſt negatus habuiſſe. RABA. vel quia Apoſtoli bene ſibi cõſcij
E erant, nihil malę artis ſe ab eo didiciſſe. CHRY. Non ergo dixit
Diſcipuli mei, neque Apoſtoli, ſed Filii veſtri. Vt ſiquidem volue-
rint reuerti ad illorum dignitatem, multam hinc accipiant occa-
ſionem. ſi autem ingrati fuerint, neque verecundam habent excu-
ſationem. Eiiciebant autem Apoſtoli dæmones, quia acceperãt po
teſtatem ab ipſo, & tamen nihil eos incuſabant. Non enim rebus,
ſed perſonæ Chriſti aduerſabantur: volens igitur monſtrare quo-
niam inuidiæ erant quæ dicebantur de ipſo, Apoſtolos in mediũ
ducit. Rurſus antem ad ſui cognitionem inducit eos, dæmonſtrãs
quoniam propriis aduerſantur bonis & contrariantur ſuæ ſaluti,
cum deceret eos lætari, qp magna bona illis aduenerat donaturus.
Vnde ſequitur. ¶ Si autẽ ego in ſpiritu Dei eiicio dæmones, igitur
peruenit in vos regnum Dei. ¶ Per hoc autem demonſtrat, qp ma-
gnæ virtutis opus eſt dæmones eijcere, & non cuiuſlibet gratia. Et
ob hoc quidem ſyllogizat dicens: Ergo peruenit in vos regnum
Dei. Ac ſi dicat. Si hoc eſt, profecto filius Dei aduenit. hoc autem
obumbrate dicit, vt non illis ſit graue: deinde vt illos alliciat non
dixit.

dixit simpliciter peruenit regnum: sed in vos, quasi dicat. Vobis veniunt bona propter quid vestram impugnatis salutem? hoc. n. est signum a Prophetis traditum præsentiæ filij Dei, tanta fieri posse diuina. HIERO. Regnum enim Dei seipsum signat, de quo in alio loco scriptum est: Regnū Dei intra vos est. & Medi' stat intra vos, quem nescitis. Vel certe illud regnum quod & Ioannes, & ipse Dominus prædicauerat: Pœnitentia agite, appropinquabit. n. regnum cœlorum. Et tertium regnū scripturæ sanctæ, quod aufertur a Iudæis, & traditur genti facienti fructus eius. HILA. Si ergo discipuli operantur per Christū, & ex spiritu Dei Christus operatur, adest regnū Dei iam in Apostos mediatoris officio trasfusum. Diminutio etiā regni diaboli, est augmentatio regni Dei. AVG. de Quæst. euan. Vnde potest etiam hic esse sensus: Si ego in Beelzebub eiicio dæmones: etiam secundum vestram sententiā peruenit in vos regnum Dei, quia regnum diaboli stare non potest, quem aduersū se diuisum fatemini. Regnum enim Dei nunc dixit quo damnanē impii, & a fidelibus de peccatis suis pœnitentiam agentibus nunc secernuntur.

g ¶ CHRY. Posita secunda solutione, inducit & tertiam, dicens. {Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis?} Quòd enim non potest Sathanas Sathanam eiicere, manifestum ex dictis est. Sed quoniam neque alius potest eum eiicere, nisi prius eum superauerit, omnibus est manifestum. constituitur ergo, qđ & antea cum manifestiori abundantia: dicit enim: Tantum absisto ab hoc qvtar diabolo coadiutore, qp prælier cū eo & ligem eum, & huiusmodi coniectura est, qp vasa eius diripio. Et sic contrariū ei', quod illi tentabant dicere demonstrat. Illi enim volebant ostendere, qp non propria virtute eiicit dæmones: ipse autem ostendit, qp non solum dæmones, sed & eorum principem ligauit, quod manifestum est ab his, quæ facta sunt. Qualiter enim principe nō victo hi qui subiacent, dæmones direpti sunt? Hoc autem mihi prophetia videtur esse quod dicitur: Nō enim solum dæmones eiicit, sed & errorem vniuersi orbis terrarum abiget, & machinationem diaboli dissoluet. & non dixit rapiet, sed diripiet: ostendens, quòd hoc cum potestate fiet. HIERO. Domus illius mundus est, q in maligno positus, non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis alligatus est fortis, & religatus in tartarum, & Dominipede contritus. Non autē debemus esse securi: aduersarius noster fortis victoris quoque vocibus comprobatur. CHRY. Fortē autem eum vocat antequā eius ostendens tyrannidem, quæ ex nostra desidia orta est. AVG. de Quæst. euan. Quos. si ipse tenebat, nē possent viribus suis ab illo se homines eruere, sed per gratiam Dei. Vasa eius dicit omnes infideles. Alligauit autem fortem, quia potestatem illi ademit impediendi voluntatem fidelium, a sequendo Christum, & non obtinendo regno Dei. RABA. Domum ergo eius diripuit, quia ereptos a diaboli laqueis eos, quos suos esse præuidit ecclesiæ adunauit, vel quia omnes mundi partes Apostolis, & eorum successoribus couertendum distribuit. Ostendit igitur per manifestam parabolam dicens, qp non concordat in falla ci operatione cum dæmonibus, vt calumniabantur: sed virtute diuinitatis homines a dæmonibus liberauit.

h ¶ CHRY. Posita tertia solutione, hic ponit quartam dicens. {Qui non est mecum, contra me est. HILA. In quo ostendit longe a se esse, vt aliquid a diabolo mutuatum sit potestatis, & ex hoc ingentis periculi res intelligitur male de eo opinari, cum quo non esse, idipsum est, quod contra esse. HIERO. Non tamē putet hoc quisquam de hæreticis dictum, & scismaticis, quāquam & ita ex superfluo posset intelligi, sed ex consequentibus textuq; sermonis ad diabolum refertur, eo qp non possint opera Saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas, Dominus liberare. Ille prædicat idola, hic vnius Dei notitiam. Ille trahit ad vitia, hic reuocat ad virtutes. Quomodo ergo possunt inter se habere concordiam, quorum opera sunt diuersa? CHRY. Qui ergo non mecum congregat, neque mecum est, non erit mihi comparandus, vt mecum dæmones eiiciat, sed magis desiderat, quæ mea sunt spargere. Sed dic mihi: Si oportuerit cum aliquo prælíari, qui non vult tibi auxiliari: hocipso non est aduersum te? Ipse etiam Dominus alio loco dixit. Qui nō est aduersum vos, pro vobis est. Sed nō est cōtrariū hoc quod hic dr. Hic enim loquitur de diabolo aduersario existente, ibi autem de homine, qui in parte erat cum eis: de quo dictum erat: Vidimus quendam in nomine suo eijcientem dæmonia. Videtur autem Iudæos hic occulte insinuare cum diabolo statuens eos. ipsi enim aduersus eum erant, & spargebant quæ ipse congregabat. Sed & decés est credere hoc de seipso dixisse, quia aduersus diabolum erat, & quæ illius sunt dispergebat.

i ¶ CHRY. Quia Dominus Pharisæis excusando respondebat iam eos terret. Est enim hoc correctionis nō parua pars: nō solum excusando respondere, sed & contrariari. CHRY. Pharisæorū enim sententiam, & eorum qui ita cum his sentiunt, peruersitate seueriſſima diffinitione condemnat, peccatorum omnium veniā promittēs, & blasphemiæ spiritus indulgentiam abnegans. {Ideo dico vobis, omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus.} REMI. Sciendū est tamen, qp non passim quibuscumque dimittuntur, sed illis qui pro suis reatibus dignam pœnitentiam egerint. Destruitur autem his verbis error Nouatiani qui dicebat, qp fideles post lapsum per pœnitentiam non possunt surgere, neque peccatorum suorum venìam promereri, maxime illi qui in persecutione positi negabāt. Sequitur. {Spiritus autem blasphemiæ nom remittetur.} AVG. de Ver. do. Quid enim interest ad rem vtrum dicatur, Spiritus blasphemiæ non remitteturan dicatur, Qui blasphemauerit in Spiritumsanctum non ei remittetur, vt Lucas dicit, nisi forte, qp eadē sententia apertius isto modo, q̄ illo dicitur? Et alium Euangelistā non destruit alius, sed exponit. Spiritus enim blasphemiæ clausē dictum est, quia non est expressum, cuius spiritus, & ideo ad huiusmodi expositionem subditur. {Et quicumque dixerit verbum cō tra filium hominis, remittetur ei.} Ideo post vniuersalem commemorationem omnis blasphemiæ, eminentius voluit exprimere blasphemiam, quæ dicitur contra filium hominis, quam in euāgelio secundum Ioannem valde grauem ostendit, vbi ait de Spiritusancto. Ille arguet mūdum de peccato, de iustitia, & de iudicio. de peccato quidem, quia non credunt in me. Sequitur. {Qui autē dixerit contra Spiritumsanctum verbum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neque in futuro.} Non ergo hoc dicitur propterea quia in Trinitate maior est filio Spiritussanctus, quod nullus vnq̄ vel hæreticus dixit. HILA. Quid autem tam extra veniam est, q̄ in Christo negare quod Dei est, & consistenteni in eo paterni spiritus substantiam adimere, cum in spiritu Dei omne opus consumet, & in eo Deus sit mundum reconcilians sibi? HIERO. Vel ita locus iste est intelligendus. Qui verbum dixerit contra filium hominis, scandalizatus carne mea, & me hominem tantum arbitrans, talis opinio, atque blasphemia quanquam culpa non careat erroris: tamen habet veniam propter corporis vilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera Dei, cum Dei virtutem negare nō possit, eadem calumniatur stimulatus inuidia, & Christū Dei verbum & opera Spiritussancti dicit esse Beelzebub, isti non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro. AVG. de Ver. do. Sed si hoc propterea dictum esset: profecto de omni blasphemia tacere tur, & hæc sola remissibilis videretur, quæ contra filium hominis dicitur, quasi cum homo solum putatur. Cū vero præmissum sit. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, proculdubio & illa blasphemia quæ contra patrem dicitur, ista generalitate concluditur, & tamen hæc sola irremissibilis diffinitur, quæ dicit contra Spiritumsanctum. Numquid nam & pater formam serui accepit, quasi sit maior Spiritussanctus? Quis etiam non conuincitur dixisse verbum contra Spiritumsanctum antequam Christianus, vel catholicus fieret? primo ipsi Pagani, cum dicunt Christum magicis artibus feciſſe miracula, nonne similes sunt his, qui dixerunt eum in principe d æmoniorum eiecisse dæmonia? Iudæi etiā, & quicūque hæretici q spūmsanctū confitenē, sed negant eū esse in corpore Christi, quod est ecclesia catholica, similes sunt Pharisæis, qui negabant spiritum esse in Christo. Quidam etiam hæretici ipsum spiritumsanctum, vel creaturam esse contendunt, sicut Ariani, Eunomiani, & Macedoniani. vel eum prorsus ita negant, vt Deum negent esse Trinitatem, sed solum Patrem esse Deum asseuerant, & ipsum aliquando vocari Filium, aliquando Spiritumsanctum, sicut Sabelliani. Photiniani quoque Patrem solum esse dicētes Deum: Filium vero non nisi hominem: negant omnino tertiā esse personam Spiritumsanctum. Manifestum est igitur a Paganis, Iudæis, & hæreticis blasphemari Spiritumsanctum. Numquid ergo deserendi sunt & sine vlla spe deputandi? quibus si non est dimissum verbum quod dixerunt contra Spiritumsanctum inaniter eis promittitur, qp in baptismo, siue in ecclesia remissionem accipiant peccatorum. Non enim dictum est. Non remittetur ei in baptismo, sed {neque in hoc sæculo, neque in futuro.} & sic illi solī æstimandi sunt ab huiusmodi grauissimi peccati reatu liberi, qa ab infantia sunt catholici. Nonnullis autem videtur eos tantummodo peccare in Spiritumsanctum, qui lauacro regenerationis abluti in ecclesia, & accepto Spiritussancto velut tāto postea dono Saluatoris ingrati, mortifero aliquo peccato se immerserunt, qualia sunt vel adulteria, vel homicidia, vel ipsa discessio a nomine Christiano, siue catholica ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro, cū & pœnitentię quorū cumque criminum locus in ecclesia non negetur, & ipsos hæreticos ad hoc vtique corripiendos dicat Apostolus: Ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem. Postremo non ait Dominus, qui fidelis catholicus dixerit verbum contra Spiritumsanctū, sed qui dixerit, hoc est, quicumque dixerit: {non remittetur ei, neque in hoc sęculo, neque in futuro.} AVG. de Ser. Domini in monte. Vel aliter dicit Ioannes Apostolus: Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt roget quis. peccatum autem fratris ad mortem dico esse, cum post Dei agnitionem per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quisquā oppugnat fraternitatem, aut aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitatur. Huius peccati tanta labes est, vt deprædandi humilitatem subire non possit: etiam si peccatum suum mala conscientia, & agnoscere, & annunciare cogatur. Quis mentis affectionem propter peccati magnitudinem iam de damnatione aliquos habere credendus est? & hoc fortasse est peccare in Spiritumsanctum, idest per malitiam, & inuidiam, fraternam impugnare charitatem: post acceptam gratiam Spiritussancti, quod peccatum Dominus neque hic, neque in futuro sęculo dimitti dicit. vnde quæri potest? Vtrū in Spiritumsanctum Iudęi peccauerint quando dixerunt, qp in Beelzebub principe dæmoniorum Dominus dæmonia expellebat? vtrū enim hoc in ipsum Dominum dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco, Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? an quoniam de magna inuidentia dixerant, ingrati tam præsentibus beneficijs, quāmuis nondū Christiani fuerint: non propter ipsam inuidentiæ magnitudinem in Spiritumsanctum peccasse credendi sunt? Non. n. hoc colligit de verbis dñi: videri tñ pōt adhuc eos monuisse, vt accedant ad gratiam, & post acceptā grām non ita peccēt vt nunc peccauerunt. Nunc enim in filium hominis dixerunt verbum nequam, & potest eis dimitti, si conuersi fuerint & ei credide rint. Si autem postquam spiritumsanctum acceperint, fraternitati inuidere & gratiam quam acceperunt oppugnare voluerint, non eis dimitti, neque in hoc sęculo, neque in futuro. Nam si eos sic haberet condemnatos, vt nulla spes reliqua illis esset, non adhuc mo nendo iudicaret, cum addidit dicens: Aut facite arborem bonā &c. AVG. in lib. Retract. Hoc autem non confirmaui, quia hic putare me dixi: sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo nō desperatur. AVG. de Ver. do. Est autem magnum secretū huius quæstionis. Lumen ergo expositionis a domino quæratur. Dico autem charitati vestrę torte in omnibus scripturis sanctis nulla maior quæstio, nulla difficilior inuenitur. Prius ergo vt aduertatis admoneo, nō dixisse dominū: Omnis blasphemia spiritus non remittetur, neque dixisse, qui dixerit quodcumque verbum contra spiritumsanctum: sed qui dixerit verbum. Quapropter non est necesse, vt omnem blasphemiam & omne verbum, quod dicitur contra spiritumsanctum, remissionem quisquam existimet non habere: sed necesse est plane, vt sit aliquod verbum, quod si dicatur contra spiritumsanctum, nullam remissionem mereatur. Solent enim scripturæ ita loqui, vt quando aliquid sic dicitur, vt neque ex toto, neque ex parte dictum sit, non sit necesse, vt ex toto fieri possit, vt ex parte non intelligatur, sicut cum dominus dixit Iudęis: Si non venissem, & locutus eis nō fuissem, peccatum non haberent. Non enim ita dictum est, vt sine vllo omnino peccato vellet intelligi futuros fuisse Iudęos: sed esse aliquod peccatū, quod non haberent, nisi Christus venisset. Quis autem sit iste modus contra spiritumsanctum ordo postulat, vt dicamus. Insinuatur siquidem nobis in patre auctoritas, in filio nativitas, in spiritusancto patris filiiq; communitas. Quod ergo commune est patri & filio, & per hoc nos voluerunt habere cōmunionem, & inter nos & secum. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis, & quia peccatis alienabamur a possessione bonorum verorum, charitas operit multitudinem peccatorū. Quòd enim Christus in spiritusancto peccata dimittat, hinc intelligi potest, qp cum dixisset discipulis: Accipite spiritumsanctum, cōtinuo subiecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur illi. Primum itaque credentium beneficium est in spiritusancto remissio peccatorum, contra hoc donum gratuitum loquitur cor impœnitens. ipsa ergo impœnitentia est spiritus blasphemię, quę non remittetur, neque in hoc sęculo, neque in futuro. Contra enim spiritumsanctum quo peccata dimittuntur verbum valde malum, siue cogitatione, siue lingua sua dicit, qui secundum duritiā cordis sui & cor impœnitens, thesaurizat sibi ira in die iræ. hęc omnino impœnitētia nō habet remissionē, neque in hoc sęculo, neque in futuro, qa pœnitentia impetrat remissionem in hoc sęculo, quæ erit in futuro: sed ista impœnitentia quamdiu quisq; in hac carne viuit, non potest iudicari. de nullo enim desperandum est, quamdiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit. Quid enim, si isti quos in quocumque genere erroris notas, & tamquam desperatissimos damnas, antequam istam vitam finiant agant pœnitentiam, & inueniant veram vitam in futuro? Hæc autem blasphemia quāmuis prolixa & pluribus verbis contexta sit, solet tamen scriptura etiam multa verba verbum appellare: neque enim vnum verbum locutus est dominus cum propheta, & tamen legit. Verbum quod factum est ad illum, vel a illum prophetā. Hic aūt fortassis aliquis quærat, vtrum tñmodo spūsctūs pēta dimittat, an & pater & filius? Rīdemus, qp & pr̄, & filius: ipse. n. filius de pre dicit: Dimittet vobis pater vester peccata vestra, & de se ait: Filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata. Cur ergo illa impœnitentia, quæ numquam dimittitur, solum ad spiritussancti blasphemiam dicitur pertinere? tāquam ille, qui in hoc impœnitentiæ peccato fuerit obligatus, dono spiritussancti resistere videatur, qp eo dono fiat remissio peccatorū: sed peccata, quia prēter ecclesiam non dimittūtur in eo spiritu dimitti oportebat, quo in vnum ecclesia congregatur. Remissio ergo peccatorum, quam tota Trinitas facit, proprie ad spiritumsanctum dicitur pertinere. ipse enim spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, vt ei possimus dicere: Dimitte nobis debita nostra. & in hic cognoscimus sicut dicit Ioannes: Quoniam Christus manet in nobis de spiritusancto quem dedit nobis. Ad ipsum etiam pertinet societas qua efficimur vnum corpus vnici filij Dei, qa quodāmodo societas patris, & filij est ipse spiritussanctus. quisquis ergo reus fuerit impœnitentię contra spiritumsanctum, in quo vnitas, & societas communionis congregatur ecclesiæ, numquam illi remittit. CHRY. Vel aliter secundum primā expositionem: Iudęi quidem ignorabant Christum quis esset, spiritus autem sancti sufficiens acceperunt experimentum, etenim prophetæ per eū locuti sunt: Quod ergo dicit, hoc est: Esto qp me offenditis propter carnē circumpositam, numquid & de spiritusancto habetis dicere, quoniam ignoramus eum? propter hoc non ignoscibilis est vobis hæc blasphemia, & hic & illic dabitis vindictam, quia enim dęmones eiicere & sanitates perficere, spiritussancti est. Non ergo mihi contumelias infertis solum: sed spiritusancto, ideoq; vobis ineuitabilis erit condemnatio & hic & illic. Etenim hominum hi quidē hic solum puniuntur, sicut qui indigni participauerūt mysteriis apud Corinthios: hi autem illic solum, sicut diues in inferno: hi autem hic & illic, sicut & ipsi Iudæi, qui & hic intollerabilia passi sunt, Hierusalem capta, & ibi difficillimam sustinēt pœnam. RABA. In hac autem auctoritate extinguitur hæresis Origenis, qui asserit post multa sæcula oēs peccatores veniam consecuturos, quæ refellitur per hoc quod dicitur, {qp non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro. GREGO. in Dialogo: Datur etiam intelligi quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam uero in futuro relaxari. quod enim de vno negatur, de quibusdam conceditur, sed tamen hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, uel peccatum curæ rei familiaris, quæ uix sine culpa, uel ab ipsis agitur, qui culpā qualiter debeant declinare sciunt, aut in non grauibus culpis error ignorantiæ, quæ etiā post mortem grauāt, si nobis in hac uita adhuc positis, minime fuerint relaxata. Hoc tamen sciendum est quia illic saltem de minimis nil quisq; purgationis obtinebit, nisi qui hoc bonis actibus in hac uita positus ut obtineat, promeret.

k ¶ CHRY. post priores redargutiones rursus eos aliter confundit. Hoc autem facit nō ut seipsum accusatione liberet, ad hoc enim sufficiebant priora, sed eos corrigere uolens, unde dicit: {Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum.} Ac si dicat: Nullus uestrum dixit, qp malum est aliquos a dæmone liberare. sed quia operibus non maledicebant, sed diabolum dicebāt hoc operantem, demonstrat, qp hæc accusatio est præter consequentiam rerum, & præter communes conceptiones. talia autem confingere est immense uerecūdiæ. HIERO. Constringit ergo eos syllogismo, quem Græci uocāt

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ἄφυκτον. vocant aphycton, nos ineuitabilē possumus appellare, qui interrogatos hinc inde concludit, & vtroque cornu præmit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest. si autem bona sunt quæ facta cernitis: sequitur vt non sit diabolus, qui illa fecit. neque enim fieri potest, vt ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum.

arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abūdantia enim cordis, os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.

l Dico autem vobis, quoniam omne verbum ociosum, quod lo-

CHRY. Etenim arboris diiudicatio a fructu apparet, non fructus ab arbore. vnde sequitur. {Siquidē ex fructu arbor cognoscitur.} Et si enim arbor fructus est causa: sed tamen fructus arboris est demonstratiuus: vos autem contrariū facitis. In operibus enim nihil accusare habentes, contrariam de arbore fertis sententiam, me dæmoniacum appellantes. HILA. Sic ergo in præsens Iudeos refellit, qui cum intelligerēt Christi opera vltra humanam esse virtutem, noluerunt tamen ea quæ Dei sunt confiteri, futuram vero omnem fidei peruersitatem coarguit, eorum. s. qui diuinitatem & communionem paternæ substantiæ Domino detrahētes in diuersa hæresum studia ceciderūt, neutrum facientes, nec inter Gentes sub venia ignorationis habitantes, nec in veritatis cognitione versantes. Arborem se in corpore positum signat, quia per interiorem virtutis suæ fœcunditatem exeat vbertas hominis in fructus, igitur arbor bona facienda cum fructibus bonis est, aut mala constituenda cum malis fructibus, nō quod arbor mala possit constitui quæ bona est, nec econuerso, sed vt per hanc significantiam intelligeremus Christum tanquam vtilē relinquendum, aut tanquam bonorum fructuum vtilitate retinēdum. Cæterum medium se agere, & in Christum aliqua deferre, negare quæ maxima sunt, venerari tamquam Deum, Dei communione spoliare blasphemia spiritus est, vt cum per admirationem tantorum operum Dei nomen detrahere non audeas, per maliuolentiam mentis generositatem eius abnegata paternæ substantiæ communione deturpas. Serm. 12. AVG. de Ver. do. Vel in hoc admonuit nos Dominus, vt bonę arbores simus, vt bonos fructus producere possimus. vbi enim ait: Facite enim arborem bonam, & fructum eius bonum. est præceptum salubre, cui obedientia est necessaria. Quod autem dicit: facite arborem malam & fructum eius malū. non præceptum est, vt faciatis, sed monitio, vt caueatis. Cōtra hos enim dixit. Qui putabant se cum mali essent, bona loqui posse, vel bona opera habere, hoc Dominus dicit esse non posse. Prius enim est mutandus homo, vt opera mutentur. si enim manet homo in eo quod malus est, bona opera habere non potest. si manet in eo quod bonum est, mala opera habere non potest. Omnes ergo malas arbores Christus inuenit, sed dedit potestatem filios Dei fieri credentibus in nomine eius. CHRY. Quia vero non pro seipso, sed pro Spiritusancto facit sermonem, eos conuenienter increpat dicens. {Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?} Hoc autem dixit & eos incusans, & eorum quæ dicta sunt demonstrationem ex ipsis præbens, quasi dicat. Ecce vos cum sitis arbores malæ, non potestis portare fructum bonum. non ergo miror, quod hæc loquimini. etenim male nutriti estis a malis progenitoribus, & mentem malam habetis. Et vide, quod non dixit: Qualiter potestis bona loqui, cum sitis progenies viperarum? Nihil enim hoc ad illud pertinet, sed qualiter potestis bona loqui, cū sitis mali? Progenies aūt viperarum eos dicit, quia in progenitoribus gloriabantur: vt ergo excluderet eorum superbiam, separauit eos a cognatione Abraham, attribuens eis progenitores similiū morum. RABA. Vel progenies viperarum. i. filios, & imitatores diaboli eos appellat, quia scienter bonis operibus detrahunt quod diabolicum est. vnde sequitur. {Ex abundantia enim cordis os loquitur.} Ille homo ex abundantia cordis loquitur: qui non ignorat ex qua intentione verba promantur, quod apertius ostendere volens subiungit. {Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.} Thesaurus cordis intentio est cogitationis, ex qua interius arbiter iudicat prouentum operis, vt aliquando maiora minorem habeant mercedē, aliquando ob incuriam cordis tepidi, maiorum virtutum opera ostētantes, minora a Domino præmia sortiuntur. CHRY. Ex his etiam demonstrat suam deitatem scientem cordis occulta, quoniā non verborum solum, sed etiam malarum cogitationum exsoluēt vindictam. Est autem naturæ continentia supereminentis inter nequitiæ verba per os extra effundi, quare cum audieris hominē male loquentem, multo ampliorem æstimes nequitiam quam verba demonstrant. Quod enim exterius dicitur, est supefluentia eius, quod intus est, in quo eos vehementer tetigit. Si enim quod dictū est ab eis ita est malum, excogitata radix verborum quam magna est?

F Contingit autem hoc decenter. lingua enim confusa multotiens non repente effundit nequitiam, cor autem nullum hominum habens testem, sine timore quæcumque vult parturit mala. Dei enim non multa cura est ei, sed cum augetur multitudo malorum, quæ intus sunt, quæ interim occultabantur, extra per verba proueniūt.

cuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cōdemnaberis.

m Tunc responderunt ei quidā de Scribis, & Pharisęis, dicentes. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens ait illis: Generatio mala & adultera, si-

Et ideo dicit: ex abundātia cordis os loquitur, et quod hō de thesauris cordis loquit. CHRY. In hoc autem quod dicit: Bonus homo de bono thesauro, &c. Vel ipsos Iudæos Deū blasphemātes ostēdit, de quali thesauro blasphemiam proferant. Vel cum superiori quæstione hæret sentētia, G quod quomodo non possit bonus homo proferre mala, nec malus bona, sic non possit Christus mala, nec diabolus bona opera facere.

l ¶ CHRY. Post præmissa eis Dominus multum timorem incutit, ostendens, quod vltimam dabunt vindictam, qui talia deliquerunt. vnde dicit. {Dico enim vobis, quod omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.} Hom. 43. HIERO. Et est sensus. Si ociosum verbum, quod nequaquam ædificat audientes, non est absque periculo eius qui loquitur, & in die iudicii reddet vnusquisque rationem sermonum suorum, quanto magis vos, qui opera Sanctispiritus calumniamini, & dicitis me in Beelzebub eiicere dæmonia, redditurі estis rationem calumniæ vestræ? CHRY. Non autem dixit: Quod locuti estis vos, simul quidem omne hominum erudiens genus: simul autem minus onerosum faciens suum sermonem. Ociosum autem verbū est quod mendax est, quod calumniam habet. Quidam autem di- H cunt, quoniam & vanum, quale est quod risum mouet in ordinatū, vel turpe, vel inuerecundum. GREG. in Homil. ociosum verbum est, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustę necessitatis caret, quod. s. sine vtilitate & loquentis dicitur & audientis: si omissis serijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Ho. 6. in Euang. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non ociosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. REMI. Ex superioribus autem uerbis adhuc sequens dependet sententia cum dicitur. {Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis.} Non est autem dubiū, quia vnusquisque de uerbis suis malis quæ loquitur condemnabitur. Veruntamen, quia ex bonis uerbis non iustificatur quis, nisi ex intimo corde, & deuota intentione ea proferat. CHRY. Vide aūt quia non est onerosum hoc iudiciū, nō ex quibus alius dixit de te, sed ex quibus ipse locutus es sentētia iudex feret. Non igit accusatos timere oportet, sed accusantes. non enim illi coguntur accusa- I re se pro his malis quæ audierunt, sed hi pro his quæ male dixerunt.

m ¶ CHRY. Quia Dominus superius multotiens uerbis inuerecundam Pharisæorum obstruxerat linguam, rursus ad opera ueniunt, quod admirans Euangelista dicit. {Tunc responderunt quidam de Scribis, & Pharisæis, dicentes. Magister uolumus a te signum uidere.} Hom. 44. Tunc. s. cum flecti oportebat, cum admirari, cum obstupescere, sed tunc a malitia non desistunt. Dicunt enim, uolumus a te signum uidere, ut eum capiant. HIERO. Signa postulant, quasi quæ uiderant, signa non fuerint, sed in alio Euangelista quid petant plenius explicatur. Volumus a te signum uidere de cœlo, uel in morem Eliæ ignem de sublimi uenire cupiebant, uel in similitudinem Samuelis tempore æstiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumniari & dicere ex occultis & uariis aeris passionibus accidisse. nam qui calumniaris ea quæ oculis uides, manu te- K nes, utilitate sentis, quid facturus esses in his quæ de cœlo ueniūt? utique respondebitis & Magos in Aegypto multa signa fecisse de cœlo. CHRY. Verba autem eorum adulatione, & ironia sunt plena, & prius quidem conuitiabantur dæmoniacum eum dicentes: nunc autem adulantur, uocantes eum magistrum, propter hoc & Dominus eos uehementer arguit. unde sequitur. {Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera signum quærit.} Et quidem cum ei conuitiabantur, mansuete eis respondebat, cū autem adulabantur conuitiosa, demonstrans, quod utraque passione erat superior, & neque conuitiis in iram deducitur, neque ab adulatione mollitur. Quod autem dicit tale est. Quid mirum, si hoc in me facitis, qui ignotus sum uobis, cum in patrem cuius tantam accepistis experientiam hoc idem fecistis, derelicto eo, ad dæmones currentes? Propter hoc autem eos dicit generationem malam, quia ingrati semper facti sunt circa benefactores, & bene patientes deteriores fiunt, quod est ultimæ malitiæ. HIERO. Egregie autem dixit: Et adultera, quia dimiserat uirum, & iuxta Ezechielem

multis

extraneos non discipulos. vel {in medio}. i. in dubio: vtrum absoluenda esset vel condemnanda. Sic ergo patet, quòd Dominus in respondendo iustitiam seruauit. Consequenter cum dicit.

f Ostendit, quod a misericordia nō recessit, dando sententiā misericordiæ. Et primo examinat. Secundo absoluit. Tertio admonet. Examinat autē eam de accusatoribus. vnde dicit, {quod erigens se Iesus} s. faciem suam a terra in qua scribebat ad mulierem conuertēs {dixit ei: Mulier vbi sunt qui te accusabant?} Itē de cōdemnatiōe. vnde quærit. {Nemo te condēnauit?} Et illa respōdit. {Nemo Dñe.} Absoluit autē eam. vnde dicit. {Dixit ei Iesus, nec ego te cōdemnabo,} a quo te forte damnari timuisti, quia in me peccatū nō inuenisti. nec mirum, quia non misit Deus filium suum in mundū, vt iudicet mundū, sed vt saluetur, &c. sup. 3. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Absoluit autē eam a culpa, non imponēdo ei aliquā pœnam, quia cum absoluendo exterius iustificaret interius, bene potuit eā adeo immutare interius per sufficientem contritionē de peccatis, vt ab omni pœna immunis efficeretur. nec tñ trahendum est in consuetudinē, vt aliquis exemplo Dñi absque confessione & pœnæ inflictione quemquā absoluat, quia Chrs excellentiam habuit in sacramento, & potuit conferre effectum sine sacramento, quod nullus purus homo potest. Admonet vero eā cum dicit. {Vade, & iam noli peccare} Duo enim erant in muliere ista. s. natura & culpa. Et vtrūq; poterat Dñs condemnare: puta naturā si iussisset eā lapidare, & culpā, si non absoluisset. Poterat etiam vtrumq; absoluere, puta si dedisset licentiā peccandi dicēs. {Vade} viue vt vis, esto de mea liberatione secura. Ego quantumcūq; peccaueris, etiam à gehenna, & ab inferni tortoribus liberabo. Sed Dñs culpam non amans, peccatis non fauens, ipsam damnauit culpam, non naturam, dicens. {Amplius noli peccare} vt sic appareat, quàm dulcis est Dñs per mansuetudinem, & rectus per veritatem, &c.

f Erigens autē se Iesus, dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit. nemo domine. Dixit autem Iesus: nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

LECTIO II.

Iterū ergo locutus est eis Iesus, dicens. Ego sum lux mundi.

b Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

c Sed habebit lumen vitæ.

d Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.

e Respondit Iesus, & dixit eis.

B Et si ego testimoniū perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado.

LECTIO II.

Postquam Euangelista introduxit Christum docentem, hic consequenter, Primo ostendit doctrinæ ipsius illuminatiuam virtutē. Secundo manifestat quæ de ea dicit, ibi. {Dixerunt ergo ei Pharisęi. Tu de te, &c.} Circa primū tria facit. Primo ponit spiritualis lucis pri- D uilegium. Secundo eius effectum, ibi. {Qui sequitur me.} Tertio eius fructū, ibi. {Sed habebit lumen, &c.} Priuilegium autē spiritualis lucis ponitur quantū ad Christum qui est lux. Et quantum ad hoc dicit. {Iterū locutus est eis. Ego sum, &c.} Quod potest vno modo continuari ad immediate dictū. quia enim dixit. Nec ego condēnabo te, &c. absoluens eam a crimine. ideo ne aliqui dubitarent, vtrū ipse absoluere posset, & peccata dimittere, dignatur apertius diuinitatis suæ potentiā demonstrare, dicens se esse lucem, qui peccati tenebras pellit. Alio modo potest cōtinuari ad illud, quod sup. 7. dixit. Scrutare scripturas, & vide quia Propheta a Galilęa, &c. Quia enim eū æstimabant Galilæum, & quasi ex loco determinato dependentē, doctrinam eius repudiabant. ideo Dñs ostendit se totius mundi esse lucem vlem, dicens. {Ego sum lux mundi,} non Galileę, neq; Palestinæ, neq; Iudeæ. Manichæi autem, vt August. dicit. hoc falso intelligebāt. quia enim imaginatio eorū erat solū de sensibilibus, ideo nō vale- E bāt se ad intellectualia, & spiritualia extendere, credebant. n. supra corporalia nihil esse in rerū natura. vnde dicebant Deū esse corpus, & lucem quandam infinitā, & Solem istū oculis carnis visibilem, Christū Dñm esse putauerunt. Et propter hoc ipsum dixisse. {Ego sum lux mundi.} Sed hoc stare nō potest, & Ecclesia catholica improbat tale figmentum. Sol enim iste corporalis est lux, quā sensus attingere potest, & ideo nō est suprema lux, quā intellectus solus attingit, quæ est lux intelligibilis propria rōnalis creaturæ. hic de ea dicit Christus. {Ego sum lux mūdi, &c.} De ista dicitur, sup. 1. Erat lux vera quæ illuminat, &c. Lux autē ista sensibilis, imago quædā est illius lucis intelligibilis. nam omne sensibile est quasi quoddā particulare. Intellectualia autem sunt quasi totalia quædā. Sic autem lux ista particularis habet effectū in re visa, inquantū colores facit actu visibiles, & etiā in vidente, quia per eā oculus confortatur ad videndum, sic lux illa intelligibilis intellectū facit cognoscentem, quia quicquid luminis est in rationali creatura, totum deriuatur ab ipsa suprema luce,

A supr. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Item facit res oēs actu intelligibiles, inquantum ab ipsa deriuantur omnes formæ, per quas res habent, quòd cognoscantur, sicut omnes formæ artificiatorum deriuantur ab arte, & ratione artificis. Psal. 13. Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, & ideo recte dicit. {Ego sum lux mundi.} nō sol factus, sed per quē sol factus est. Tamen, vt August. dicit, lumen, quod solem fecit, sub sole factum est, & carnis nube tegitur, non vt obscuretur, sed vt temperetur. Excluditur etiam per hoc hæresis Nestorij dicentis, quòd filius Dei erat vnitus homini per inhabitationem tantum. Constat enim, quòd qui hæc verba proferebat. s. Ego sum lux mundi. homo erat, nisi ergo ipse qui loquebatur, & videbatur homo, personaliter esset filius Dei, non dixisset. {Ego sum lux mundi,} sed in me habitat lux mūdi. Effectus aūt huius lucis est, expellere tenebras. Vñ dicit.

b Et quia lux ista est vniuersalis, ideo vniuersaliter tenebras omnes expellit. Sunt autem triplices tenebræ, scilicet ignorantiæ. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Et hæ sunt rationis secundū seipsam, inquantum per seipsam obnubilatur. Item culpæ. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Et istę sunt rationis humanæ non ex appetitu, inquan- C tum male dispositus per passiones vel habitum, appetit aliquid vt bonum, quod tamen non est vere bonum. Item tenebræ damnationis æternæ. Mat. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Sed duæ primæ sunt in vita ista Tertiæ vero sūt in termino viæ. {Qui ergo sequitur me, non ambulat in tenebris} ignorantiæ. quia ego sum veritas. nec culpæ, quia ego sum via, &c. neque damnationis æternę, quia ego sum vita. Et ideo consequenter subdit fructum doctrinę, scilicet.

c Nam qui hoc lumē habet, est extra tenebras damnationis. Dicit autē. {Qui sequitur} quia sicut quicumq; non vult errare in tenebris, oportet vt sequatur eum qui lumen portat, ita quicumq; vult saluari, quod sequatur Christum, qui est lux credendo, & amando, & sic Apostoli secuti sunt eum. Mat. 4. Quia vero lux corporalis deficere potest per occasum, contingit, quod qui sequitur eam tenebras incurrit. Lux vero ista quę nescit occasum numquā deficit. & ideo qui sequitur eā, habet lumen indeficiens. s. vitæ. Lumen. n. visibile non dat vitam, sed coadiuuat exterius operationes vitæ corporalis. Lumen vero istud vitā dat, qui viuimus inquantum intellectum habemus, quia est quædā participatio illius lucis. Quando autem lux illa perfecte irradiabit, tunc habebimus vitam perfectā. Psal. 35. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. q. d. Tunc ipsam vitā perfecte habebimus, qn ipsum lumen per speciem videbimus. Vnde dicitur. Ioan. 17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Sed attendendum, quod hoc, quod dicit. Qui sequitur me, pertinet ad meritum. quod vero dicit. {Habebit lumen vitæ,} ad præmium. Consequenter cum dicit.

d Manifestat hęc tria, quæ de se dicit. Et primo primum. Secundo secundum ibi, {Dicit ergo iterum eis Iesus.} Tertio tertium ibi. {Amen amen dico vobis, Si quis sermonem meū seruauerit, &c.} Primū autem, quod dixit est. Ego sum lux mundi, quod Iudæos turbabat, & ideo, Primo ponit Iudæorum contradictionem. Secundo eorum confutationem, manifestādo veritatem sui dicti, ibi. {Respondit Iesus, & dixit eis, &c.} Manifestum est autem circa primum, quod illa quæ dixit in templo, dixit in conspectu turbarum, hic autem coram Pharisæis, & ideo dixerunt ei ipsi Pharisæi. {Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum,} quasi dicat. Ex hoc ipso, quòd tu de teipso testificaris, testimonium tuum non est verum. In hominibus enim nec acceptum nec congruum est, quod homo se laudet. Pro. 27. Laudet te alienus, & non os tuum: quia non ex hoc commendabilis redditur, sed si à Deo commendatur. 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. quia solus Deus perfecte eum cognoscit. Deum autem nullus potest sufficienter commendare, nisi ipse seipsum. & ideo oportet, quòd ipse de seipso testificetur, & ēt de hominibus. Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus. & ideo Iudæi decipiebantur. Consequenter cum dicit.

e Dominus repellit eorum contradictionem. Et primo auctoritate patris. Scdo remouet contradictionē exortā de patre,

tre, ibi: {Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus?} Contradictio autem Iudeorũ erat per quãdam consequentiã. Et iõ primo ostẽdit eorũ consequentiam non tenere. Secundo probat suum testimonium verũ esse, ibi: {Ego non iudico quemquã, &c.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit consequentiæ falsitatẽ. Secũdo ostẽdit deceptiõis ipsorum causam, ibi: {Vos autẽ nescitis, &c.} Consequentia autẽ istorum erat, q̃ ex hoc ipso q̃ Christus de se testimoniũ perhibebat, testimonium eius non erat verum: sed dñs dicit contrarium. s. q̃ ex hoc ipso verum est. vnde {respondit, & dixit eis. Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum verũ est.} & hoc ideo {quia ego scio, &c.} q.d. ẽm Chrysostomum, quia ex Deo sum: & Deus, & Dei filius. Est autem Deus verax: Rom. 4. Dicit autem {Scio vnde veni}. i. cognosco meum principium. Et quo vado, s. ad patrem, quem nullus perfecte scire potest, nisi filius Dei. Mat. 11. Nec patrẽ quis nouit, nisi filius, &c. Non autem quòd quicumque scit affectu & intellectu, vnde veniat & quo vadat, non potest nisi verum dicere. nam a Deo venit, & ad Deum vadit. Deus autem veritas est. quãto ergo magis filius Dei, qui perfecte scit, vnde venit & quo vadit, verum dicit? Consequenter cum dicit.

f. Vos autem nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos secundũ carnem iudicatis.

g. Ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meũ verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, pater.

h. Et in lege vestra scriptũ est: quia duorum hominũ testimonium verum est. Ego sum, qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater.

i. Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respondit Iesus. Neq; me scitis, neque patrem meum, si me sciretis, forsitan & patrẽ meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in Gazophilatio, docẽs in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

OStendit causam erroris, quæ est ignorantia diuinitatis Christi. quia enim ipsam ignorabant: iudicabant de eo secundum humanitatẽ. Sic ergo duplex causa erroris erat in eis. Vna, quia eius diuinitatẽ ignorabant. alia, quia de eo ẽm humanitatem tantum iudicabant. et ideo quantum ad primum dicit {Vos nescitis vnde venio}. i. æternum meum processum a patre {aut quo vado.} supra. 7. Est verax, qui misit me, &c. Iob. 28. Vnde ergo venit sapientia? Isa. 53. Generationẽ eius, quis enarrabit? Quantum ad secundum dicit {Vos secundum carnem iudicatis}. s. de me: me solum carnem esse putantes, non aũt Deũ. vel {secundum carnem}. i. male & iniuste. Sicut enim secũdum carnem viuere, est male viuere, ita & secundum carnem iudicare, est male iudicare. Consequenter cum dicit.

gOstendit testimonium suum esse verum: & falsum esse, q̃ ipse solus de se testimonium perhibeat. Et quia de iudicio mentio facta est, ostendit primo, se non esse solum in iudicãdo. Secũdo, se nõ esse solũ in testificando, ibi {Et in lege vestra, &c.} Circa primum tria facit. Primo ponit iudicij dilationem. Secundo iudicij veritatem. Et tertio veritatis rationem. Dilationem quidem iudicij ponit, cum dicit {Ego non iudico, &c.} q.d. vos iudicatis male: sed {ego non iudico quemquam.} supra 3. {Non enim misit Deus filium suum in mundum, &c.} vel {non iudico quemquam}. s. secundum carnem, sicut vos iudicatis. Isa. 11. Non secundum visionem oculorum iudicabit, &c. sed tamen quandoq; iudicabo, quia pater omne iudiciũ dedit filio. sup. 5. Et tunc {iudicium meum verum est.} id est, iustum. Psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate. Rom. 2. Scimus, quia iudicium Dei est secundum veritatem, &c. In quo ostenditur iudicij veritas. Rationem veritatis ostendit, cum dicit {quia non sum solus.} quod autem dicit, supra 5. Pater non iudicat quemquam: intelligendum est seorsum a filio, vel quia non visibiliter pater apparebit omnibus in iudicio, & ideo dicit {non sum solus.} quia non derelictus ab ipso: sed simul cum ipso. infra 14. Ego in patre, & pater in me est. hoc autem verbum excludit errorẽ Sabellij, dicentis vnam esse personã patris & filii: nec differre nisi secundum nomina. Si enim hoc esset, non dixisset {non sum solus: sed ego, & qui misit me.} Sed dixisset, ego sum pater, & ego ipse sum filius. Distingue ergo personas, & cognosce filium esse alium a patre. Consequenter cum dicit.

OStendit, q̃ non est solus in testificando, nec tñ differt testimonium sicut iudicium. vnde non dicit testimoniũ non perhibeo. Primo ergo introducit legem. Secundo cõcludit propositum, ibi {Ego sum.} Dicit ergo {in lege vestra, & vobis data. Eccl. 24. Legem mandauit Moyses, vt scriptum est. Deuter. 10. Quia duorum hominum testimonium verum est. sic enim est ibi. In ore duorum aut trium stabit omne verbũ. Sed ẽm Augu. habet magnam quæstionem, quod dicit duorum hominum testimonium verum est. Fieri enim potest quòd duo mentiantur. Nam Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur, vt habetur Daniel. 13, Vniuersus etiam populus mentitus est contra Christum. Responsio, hoc quod dicit. {duorum hominum testimonium verum est.} intelligendum est, q̃ pro vero in iudicio est habendum. Cuius ratio est, q̃a in actibus humanis, vera certitudo haberi non pot & ideo accipitur inde id quod certius haberi potest, quod est per multitudinẽ testium, magis. n. est probabile, q̃ vnus mentiatur, quàm quòd multi. Eccles. 4. Funiculus triplex, difficile, soluit. Nihilominus tñ per hoc q̃d dicit. In ore duorũ aut trium testũ, &c. Reducit nos ẽm Aug. in considerationem trinitatis, in qua est perpetua stabilitas veritatis, à qua omnes veritates deriuantur. Dicit autem {duorũ vel triũ} quia in scriptura sacra, quandoque nominantur tres: quandoq; duæ personæ, cum quibus etiam intelligitur spiritus sanctus qui est nexus duorum. Si ergo duorum hominum testimonium verũ est vel triũ, testimonium meum verum est. Quia & {ego testimonium perhibeo de meipso,} & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. } supra 5 Ego testimonium habeo maius Ioane. Sed hoc nõ videtur ad propositum pertinere. Primo quidem, quia pater filij Dei non est homo. Et cum ipse dicat {duorum hominũ, &c.} Secundo vero, quia tunc sunt duo testes alicuius, quando testificantur de aliquo tertio, sed si vnus testificatur de vno, non sũt duo testes. Cum ergo Christus testificetur de se, & similiter pater de Christo, videtur quòd non sunt duo testes. Sed dicendũ, quòd Christus hic arguit per locum à minori. Manifestum est enim, quòd veritas Dei maior est quàm veritas hominis. Si ergo credunt testimonio hominum, multo magis credendum est testimonio Dei. 1. Ioan. 5. Si testimonium hominum accipitis, testimonium Dei maius est. Item hoc dicit, vt ostendat se consubstantialem patri, & non indigentem alieno testimonio, vt dicit Chrysostomus. Consequenter cum dicit.

iREmouet exortam quæstionem de patre. Et primo ponit quæstionẽ Iudæorum. Secũdo ponit responsionem Christi. Tertio innuit securitatẽ respondentis. Quæstio aũt Iudæorum proposita Christo, est de patre, v bi esset. Vnde dicebant ei, {Vbi est pater tuus?} Intelligebant in. Christum habere patrem hominem sicut ipsi habent. & ideo quia audierunt eum dicere. Solus non sum, sed ego & qui misit me pater, & hic viderant eũ solum, dicunt. {Vbi est pater tuus?} Vel dicendum, q̃ loquuntur hic cum quadam ironia & contumelia. q.d. Quid frequenter patrem tuum nobis inducis, numquid est tantæ virtutis, vt eius testimonio credatur? Ignotus enim est, & ignobilis. Intelligebant, hoc de Ioseph: nihilominus tamen patrem ignorabãt. Psal. 113. Ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum. Responsio autem Christi est occulta, ibi {Rndit Iesus. Neque me scitis.} Quia. n. non studio addiscendi: sed malignandi quærebant, ideo Christ? non aperit eis veritatem: sed ostendit primo quidẽ ipsorum ignorantiam. Secundo, qũo possint ad veritatis cognitionem peruenire. Ignorantiã quidem ipsorum ostendit, cũ dicit. {Neque me scitis, &c.} q.d. Non quæratis de patre, quia me nescitis. Quia enim me hominem putatis, ideo patrem meum hominem quæritis: sed quia me non noscitis, neque patrem cognoscere potestis. Sed contra sup. 7. dixit. Et me scitis, & vnde sim scitis. Et dicendum, q̃ sciebant eũ secundũ humanitatem, sed non secundũ diuinitatem. Sciendum autem secundum Origenem, quòd ex hoc verbo aliqui sumentes occasionem erroris, dixerunt patrẽ Christi non fuisse Deum veteris testamenti. nam ipsum Iudæi cognoscebant, ẽm illud Psal. 75. Notus in Iudæa Deus. Sed ad hoc est quadruplex respõsio. Prima, quia ideo dicit dominus Iudæos patrem ignorare, quia ad modũ ignorantium se habent, in quantum mandatum eius non seruant. Et hæc responsio pertinet ad actum. Secundo, dicuntur Deũ ignorare, quia non adhærent ei spiritualiter per amorẽ. Qui enim aliquid cognoscit, ei adhæret. Tertio, quia etsi cognoscerent eũ per fidem, non tamen habebant de eo plenam scientiam. supra 1. Deũ nemo vidit vnquam. Vnigenitus, &c. Quarto, quia in veteri testamento innotuit pater sub ratione Dei omnipotẽtis. Exo. 4. Ego apparui eis in Deo omnipotente, &c. non aũt sub ratione patris. Vñ licet scirent eum vt Deũ, non tñ vt patrem filij consubstantialis. Viã autem perueniẽdi ad cognitionẽ patris dicit se esse. vnde dicit {Si me sciretis.} quasi dicat, quia patrẽ meũ loquor occultũ, oportet prius est vt me noueritis, & tunc patrem meum forsitan scietis. Nam filius est via cognitionis paternæ. infra 14. Si cognouissetis me, &c. nam secũdum Aug. quid est {Si me sciretis.} nisi ego & pater, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est.

Marcionem, & Manichæum matrem negauit, vt natus de phantasmate putaretur, sed Apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis, carni spiritum præferamus, nec maternum refutat obsequium pietatis, cuius præceptum est: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Sed paternis se mysteriis, vel affectiõ amplius quàm maternis debere demõstrat. vnde sequitur {Et extendens manũ in discipulos, dixit. Ecce mater mea, & fra. mei.} GREG. in Homil. Fideles quidem discipulos fratres nominare digna tus est Dominus dicens: Ite nunciate fratribus meis. qui ergo frater Domini fieri ad fidem veniẽdo potuit, q̃rendũ est, quomodo etiam esse possit mater? Sed sciendũ nobis est: quia qui Christi frater, vel soror est in credendo, mater efficitur prædicãdo, quasi enim parit Dominum quem cordi audientis infundit, & mater eius efficitur. si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur. CHRY. Cum his autem quæ dicta sunt, & aliud nos docuit videlicet in nulla cognatione confidentes virtutem negligere. Si enim matri nihil prodest matrẽ esse, nisi virtus adesset: quis vtique alius per cognationem saluabitur? Vna enim nobilitas sola est, Dei facere voluntatem. & ideo sequitur. {Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est.} Multæ mulieres beatificaueruntsanctam Virginem illam, & eius vterum, & optauerunt tales fieri matres. Quid est igitur quod prohibeat? Ecce latam vobis constituit viam, & licet non mulieribus solum: sed & viris fieri matrem Dei. HIERO. Dicamus autem & aliter. Saluator loquitur ad turbas: intrinsecus erudit nationes: mater eius, & fratres hoc est Synagoga, & populus Iudæorum foris stant. HILA. Cum itaque ingrediendi ad eum haberent, vt cæteri potestatem, sed quia in sua venit, & sui eum non receperũt, ingressu eius, atque aditu abstinent. GREGO. in Homil. Vnde & mater eius cum qua si non agnoscitur foris stare perhibetur, quia videlicet Synagoga iccirco ab auctore suo nõ recognoscitur, quia legis obseruationẽ tenẽs spiritualẽ intellectũ perdidit, & se ad custodiam literæ foris fixit. HIERO. Cumque rogauerint & quæsierint, & nuncium miserint responsum accipient, liberos eos esse arbitrij, & intrare posse si velint & ipsi credere.

Homil. 3. in Euangelio.

Homil. 3. in Euangelio.

CAP. XIII.

NIllo die, Exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis dicens: Ecce, exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia autem ciderunt in petrosa, vbi non habebãt terram multam, & continuò exorta sunt, q̃a non habebant altitudinẽ terræ. Sole autem orto estuauerunt, & quia non habebãt radicem, aruerunt. Alia autẽ ciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt eas, & fructum non dedit. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum trigesimum, & vnum sexagesimum, & vnum centesimum. Et dicebat illis. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XIIII.

HRY. Postquàm increpauerat eum qui matris, & fratrum præsentiam nunciauit, de hinc fecit quod illi cupiebant: exiit, scilicet domum primo sanans ægritudinem vanæ gloriæ fratrum: secundo decentem honorẽ exhibens matri. vnde dicitur. In illo die exiens Iesus de domo sedebat secus mare. } AVG. de Con. euan. Cum dicit in illo die: satis indicat aut hoc consequenter gestum post præmissa, aut non multa interposuisse, nisi forte dies more scripturarum tempus significet. HILA. Non solum autem verba & facta Domini, verum etiam itinera, ac loca, in quibus virtutes operabatur, & prædicat: cœlestibus sunt plena sacramentis. Post sermonem quippe in domo habitum, vbi nephanda blasphemia dæmonium habere dictus est, ægrediens docebat ad mare, vt ostenderet se relicta ob culpam perfidiæ Iudæa, ad gentes saluandas esse transiturum. Gentilium enim corda diu superba & incredula: merito timidis, amarisque fluctibus maris assimilantur, domum vero Domini per fidẽ fuisse Iudæam quis nesciat? HIERO. Considerandum etiam, q̃ populus domum Iesu non poterat intrare, nec esse ibi, vbi Apostoli audiebant mysteria. Iccirco miserator Dominus ægreditur de domo sua, & sedet iuxta huius sæculi mare, vt congregentur ad eũ multæ turbæ, & audiant in littore quæ intus non mœrebantur audire. vnde sequitur. {Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ: ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore.} CHRY. Hoc autem non simpliciter Euangelista posuit, sed vt monstret, q̃ Dominus hoc fecerit, volens cũ diligentia hoc speculum statuere, vt nullum dimittat post dorsum, sed omnes coram facie habeat. HILA. Sedisse aũt Dñm in naui, & turbas foris stetisse ex subiectis rebus est ratio. In parabolis. n. erat locuturus, & facti ipsius genere significat eos, qui extra ecclesiam positi sunt nullam diuini sermonis posse capere intelligentiã. Nauis. n. ecclesiæ typum præfert, intra quã verbum vitæ positũ est, & prædicatũ his qui extra sunt, & arenæ modo steriles intelligere non possunt. HIERO. Iesus etiã in mediis fluctibus est: hinc inde mari tundi tur, & in sua maiestate securus appropinquare facit terræ nauiculã suã, vt populus nequaq̃ periculum sustinens, non tentationibus circundatos quas ferre non poterat: stat in littore fixo gradu, vt audiat quæ dicuntur. RABA. Vel q̃ ascẽdens nauẽ sedebat in mari, significat, quòd Chrs̃ p fidem ascensu rus erat in mẽtes Gẽtilium, & ecclesiã collecturus in mari. i. in medio nationum contradicentium. Turba verò q̃ stabat in litto re q̃ neq; i naui, neq; in mari erat: gerit figurã recipiẽtium verbũ Dei, & iã fide amari. i. a reprobis separatorũ, sed necdum mysterijs cœlestibus imbutorũ. Sequit. {Et locutus est eis multa in parabolis.} CHRY. Quàmuis in monte ita nõ fecerit. non. n. p parabolas sermonẽ cõtexit. Tunc. n. turbæ solẽrant & plebs incõposita: hic aũt & Scribæ, & Pharisæi. Non pp hoc aũt solũ in parabolis loquit, sed vt manifestiorem sermonẽ faciat, & amplioré memoriã imponat, & sub visu res reducat. HIERO. Est notandum, q̃ nõ oia locutus sit eis in parabolis, sed multa. s. i. n. dixisset cuncta in parabolis, absq; emolumẽto populi recessissent p̃spicua miscet obscuris, vt p eam q̃ intelligunt, p̃uocent ad eorũ notitiã quæ nõ intelligunt. Turba etiã non vnius sñiæ est, sed diuersarũ in singulis voluntatum. vnde loquit ad eã in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates diuersas recipiant disciplinas. CHRY. Primã aũt parabolam ponit eam q̃ faciebat auditorem attentiorem, quia. n. sub enigmate erat tractaturus: erigit mentes audientiũ p primam parabolã dicens. {Ecce exiit q̃ seminat seminare semen suũ. HIER. Significatur aũt sator iste q̃ seminat, esse filius Dei, & p̃is in populis seminare sermonem. CHRY. Vnde aũt exijt qui vbiq; præsens est, vel qualiter exijt? non loco, sed incarnatione p̃pinquior factus nobis p̃ habitũ carnis, quia. n. nos incarnatione p̃pinquior factus nobis p̃ habitũ carnis, quia. n. nos intrare non poteramus ad eum peccatis nostris p̃hibentibus nobis ingressum, ipse ad nos egredit. RABA. Vel exijt cum relicta Iudæa p Apl̃os ad Gẽtes trãsiuit. HIERO. Vel intus erat dũ domi versabat, loquebat discipulis sacra. Exiit ergo de domo sua, vt seminaret in turbis. CHRY. Cum aũt audieris, q̃n exijt, qui seminat: ut seminet. nõ æstimes esse identitatẽ sermonis. Egreditur. n. multotiẽs, qui seminat & ad aliã rẽ, vel vt scindat terrã, vel vt malas incidat herbas, vel vt spinas euellat, vel vt aliam talem quandã diligentiam exhibeat: hic autem ad seminandum exiuit. Quid igitur fit de semine isto? tres depereũt partes, & vna saluatur, & hoc non æqualiter, sed cum differentia quadam. vnde sequitur. {Et dũ seminat, quædam ceciderunt secus viam.} HIERO. Hanc parabolã ad probandam hæresim suam Valentinus assumit tres introducẽs esse naturas: spiritalem, naturalem, vel animalem, atque terrenam, cum hic quatuor sint, una iuxta viam: alia petrosa: tertia plena spinis, quarta terra bona. CHRY. Sed secundum hoc, qualiter haberet rõnem inter spinas seminare, & super petram, & inuia? In seminibus quidẽ, & terra materialibus non haberet utiq; rõnem. non. n. est in potestate petræ fieri terrã, neq; uiæ non esse uiã, neq; spinæ non esse spinã. In aiabus aũt & doctrinis multam habet hoc laudẽ. possibile enim est petram fieri terrã pinguem, & uiã nõ ultra cõculcari & spinas destrui. Quòd igitur plus seminis periit: non est ab eo, qui seminat, non diuitem, non pauperem discernit, non sapientem, neque insipientem, sed omnibus loquebatur q̃ a seipso erant cõplens, præuidens tñ q̃ futura erant, ut liceat ei dicere. Quid me oportuit facere, & non feci? Ideo aũt non dicit manifeste, q̃n hæc susceperunt desides, & p̃diderunt, hæc autẽ diuites & suffocauerunt, hæc autem molles & p̃diderunt, quia nõ uoluit eos uehementer tangere, ut non in differentiam mittat. Per hanc etiam parabolã discipulos erudit. & si plures audientium eos fuerint qui pereunt, ut non propter hoc desides sint, quia nec propter hoc Dñs qui oia præuidit, destitit a seminando. HIERO. Obserua aũt hanc esse primã parabolam, quæ cũ interpræratione sua posita est, & cauẽdũ est ubicumq; Dñs exponit sermones suos: ne uel aliud, uel quid plus, uel minus præsumas intelligere, q̃ ab eo expositum est. RABA. Quæ uero tacita nostræ intelligentiæ dereliquit, perstringenda sunt breuiter. Via est mens sedulo ma-

Hom. 45.

Lib. 2. c. 41.

Universidad de Deusto Biblioteca

cauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terrã bonã,& dabãt fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum:aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi, audiat.

b Et accedentes discipuli dixerunt ei : quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis. Quia vobis datum est nosse mysterium regni cælorum : illis autem non est datum. Qui enim habet,dabitur ei: & abundabit,

larum cogitationum, meatu trita,atque arefacta. Petram, duritiam proterue mentis, terram, leuitatem animæ obedientis, solem dicit feruorem persecutionis seuientis. Altitudo terræ est probitas animæ disciplinis cœlestibus institutæ. in qua expositione diximus, quia nequaquam ipsę res in vna, eademque significatione semper allegorice ponant. HIERONY. Prouocamur autem ad dictorum intelligentiam, quotiens his sermonibus commonemur qui sequuntur.{Qui habet aures audiendi,audiat.} REMI. Aures audiendi sunt aures mentis, scilicet intelligendi,& faciẽdi quæ iussa sunt.

b ¶ GLO. Intelligentes discipuli esse obscura q a Domino populo dicebantur, voluerunt Domino intimare ne parabolice loqueretur. vnde dicitur.{ Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?} CHRY. Vbi dignum est admirari discipulos: quare discere cupientes,sciunt quando interrogare oporteat? nõ enim coram omnibus hoc faciunt. Et hoc ostendit Matthæus, cũ dicit:{Et accedentes.} Marcus autem manifestius demonstrat dicens, quòd singulariter accesserunt. HIERO. Quærendum est autem,quomodo accedant tunc ad eum, cum Iesus in naui sedebat?nisi forte intelligatur,quòd dudum cum ipso nauem conscenderint,& ibi stantes super interpraetatione parabolæ sciscitati sunt. REMI. Dicit ergo Euangelista:{ Accedentes}vt ostenderet,quòd sollitati sunt, siue poterant accedere corpore, quàmuis esset aliquod,vel breue spatium inter eos. CHRY. Considranda est autem & eorum rectitudo qualiter multam pro aliis habent curam,& prius quæ aliorum sunt quærunt: & tunc quæ sunt ipsorum: non enim dixerunt.In parabolis loqueris nobis,sed {In parabolis loqueris illis:} Qui respondens ait illis:quia vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum.} REMIGIVS: Vobis,inquam,qui mihi adhæretis,& in me creditis. Mysterium autem regni cœlorum appellat euangelicam doctrinam. { Illis autẽ scilicet qui foris sunt,& in eum credere nolunt,Scribis scilicet, & Pharisæis,& cæteris in infidelitate perseuerantibus{non est datũ} Accedamus ergo cum discipulis ad Dominum puro corde,vt nobis euangelicam doctrinã interpraetari dignetur, iuxta illud.Qui appropinquant pedib⁹ eius,accipiẽt de doctrina ipsius. CHRY. Hoc autem dixit non necessitatem inducens neque fatum,sed mõstrans,quoniam illi quibus non est datum,causa sibi sunt vniuersorum malorum,& ostendere volens quoniam cognoscere diuina mysteria donum Dei est,& gratia desuper data, non tamen propter hoc liberum arbitrium destruit:& hoc ex his quæ sequuntur manifestum est.vt enim neque isti desperent,neque illi pigritent: audientes quoniam eis datum est,demonstrat a nobis principium horum esse,cum subdit}Qui.n.habet,dabitur ei & abundabit.qui aũt non habet,& qđ habet auferetur ab eo} ac si diceret:cũ aliquis desiderium habuerit & studium: dabuntur ei & vniuersa quæ a Deo sunt:cũ aũt his vacuus fuerit,& quæ ad se ptinent nõ inferat, neq; quæ a Deo sunt ei dantur , sed & quod habet auferetur ab eo:non Deo auferente,sed se indignum faciente his quæ habet.vnde & nos si viderimus aliquem desidiose audientem, & exhortantes quòd attendat non ei persuaserimus,sileamus,quia si magis immorati fuerimus,intendetur ei desidia. Studentem autem discere allicimus & multa effundimus,& bene dixit secundum euangelistam:Quod videtur habere.neque enim habet ipsum quod habet. REMIGIVS. Qui etiam habet studiũ legendi,dabitur ei & facultas intelligendi.& qui non habet legendi studium: hoc qđ per naturæ bonum videtur habere, auferetur ab eo, vel qui habet charitatem dabuntur ei cætere virtutes,& qui non habet auferet ab eo,quia absque charitate nullum bonum esse potest. HIER. Vel Apostolis in Christo credẽtibus conceditur.Iudæis vero qui non crediderunt in filium Dei, etiam siquid per naturæ bonum possident tollitur, neque enim possunt aliquid sapienter intelligere,quia sapientiæ non habent caput. HILA. Fidem etiam Iudæi non habentes,legem quoque quam habuerant perdiderũt, & ideo perfectum fides euangelica habet donum,quia suscepta,nouis fructibus ditat,repudiata vero etiam veteris substantiæ opes detrahit. CHRY. Vt autem manifestius quod dixerat fiat:subdit,{Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes, non vident: & audientes,non audiunt,neque intelligunt.} Et siquidem naturæ

Hom. 46.

qui autem non habet,& quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia vidẽtes non vident, & audientes non audiũt,neque intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Esaie dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis,& videntes videbitis, & non videbitis. Incrassa-
G tũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserũt, ne quãdo videãt oculis.& auribus audiãt:

F hæc excecatio esset aperire eorum oculos oportebat,quia vero voluntaria est hæc excecatio, propter hoc non dixit simpliciter: Nõ vident,{ sed videntes non vident.} viderunt enim dæmones exeuntes,& dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia. Audiebant, quòd ad Deum omnes attrahebat, & dicunt: Non est hic homo a Deo. Quia ergo contraria his quæ videbant & audiebant, enunciabant,propter hoc ipsum videre, & audire eis aufertur: nihil enim hinc proficiunt, sed in iudicium magis incidũt. vnde & a principio non eis parabolice loquebatur, sed cũ multa certitudine. Quia autem audita & visa peruertunt,iam in parabolis loquitur.RABA. Et notandum est, quia non solum qui loquebatur, verumetiam quæ faciebat parabolæ fuerunt,id est,signa spiritualium rerum quod liquido ostendit, cum dicit: {Vt videntes,non videant.}Verba namque videri non poterant, sed audiri. HIERO. Hæc de his loquitur qui stant in littore, & diuiduntur a Iesu,& sonitu fluctuum perstrepente non audiũt quæ dicuntur. CHRY. Deinde vt non dicerent, quoniam vt inimicus noster nobis detrahit: Prophetã inducit eadẽ sentientẽ. vnde sequitur:{Vt impleatur in eis Prophetia Esaiæ dicentis:Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes, videbitis,& nõ videbitis}.i.auditu audietis verba,sed non intelligetis verborum ar-
H chana. Videntes, videbitis carnem, scilicet {Et non videbitis.} hoc est,non intelligetis diuinitatem. CHRY. Hoc autem dixit,quia ipsi sibi abstulerunt videre & audire, aures, & oculos sibi claudentes, & cor incrassantes. Non enim solum non audiebant, sed & grauiter audiebant. vnde sequitur. {Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt.} RABA. Incrassatum est enim cor Iudæorum crassitudine malitiæ. & abundantia peccatorum grauiter verba Domini audierunt,quia ingrati susceperunt. HIER. Ac ne forte arbitremur crassitudinem cordis,& grauitatẽ aurium naturæ esse, non voluntatis, subiungit culpã arbitrii,& dicit.{ Et oculos suos clauserunt. CHRY. In hoc autem intensam eorum nequitiam ostendit, & auersionem cum studio,vt autem attrahat eos,subdit: {Et conuertantur & sanem eos.}In quo demonstrat,quia si conuerterentur,sanarentur, sicut si aliquis diceret. Si rogatus essem: confestim donaturus eram. ostendit qualiter aliquis sibi reconcilietur, ita & hic, cum dicit. {Nequando conuertantur & sanem eos. } demonstrat, quoniam & conuerti possibile est & pœnitentiam agentes saluari. AVG. Cap.14.
I de Quæst. euang. Vel aliter: Oculos suos clauserunt, nequando oculis videant,idest ipsi causa fuerunt, vt Deus eis oculos clauderet. Alius enim Euangelista dicit. Excecauit oculos eorum. Sed vtrum, vt numquam videant, an vero, ne uel sic, uel sic aliquando videant, cæcitate sua sibi displicentes, & se dolentes, & ex hoc humiliati, atque commoti ad confitendum peccata sua, & pie quærendum Deum? Si enim Marcus hoc dicit: Nequando conuertantur,& dimittantur eis peccata. Vbi intelliguntur peccatis suis meruisse,vt non intelligerent , & tamen hocipsum misericorditer eis factum, vt peccata sua cognoscerent, & conuersi veniam mererentur.quòd autem Ioannes hunc locum dicit, propterea non poterant credere,quia iterum dixit Esaias: Excecauit oculos eorum,vt non videant oculis,& non intelligant corde: & conuertantur & sanem eos, aduersari videtur huic sententiæ,
K & omnino cogere,vt quod hic dictum est; Nequando oculis videant,non accipiatur,ne uel sic aliquando oculis videant,sed prorsus vt non uideant,quandoquidem aperte dicit:Ita ut oculis non uideant,Et quod ait:Propterea non poterant credere. satis ostendit non ideo factam excecationem,ut ea commoti, & dolentes se non intelligere,conuerterentur aliquando per pœnitentiam. non enim possent hocfacere,nisi prius crederent, vt credendo conuerterentur, & conuersione sanarentur, & sanati intelligerent, sed ideo potius excecatos,vt non crederent. dicit enim apertissime. Propterea non poterant credere,quod si ita est,quis non exurgat in defensionem Iudæorum,vt eos extra culpam fuisse proclamet, quòd non crediderunt? propterea enim non poterant credere, quia excecauit oculos eorum. Sed quoniam potius Deus extra culpam debet intelligi, cogimur fateri aliis quibusdam peccatis ita eos excæcari meruisse, qua tamen excęcatione non poterant credere. uerba enim Ioannis ista sunt, Non poterant credere,

& corde intelligãt & conuertantur,sanem eos. Vestri autem beati oculi,quia vident,& aures vestræ,quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire q auditis,& nõ audierũt.

c Vos ergo audite parabolam seminantis : Omnis qui audit verbum regni & non intelligit,

credere, quia iterum dixit Esaias. Excecauit oculos eorum. Frustra itaque conantur intelligere ideo fuisse cæcatos, ut conuerterentur,cũ conuerti non poterant,quia non credebant: & ideo credere non poterant,quia excecati erant. An forte non absurde dicimus,quosdam Iudæorũ fuisse sanabiles : sed tanto tñ tumore superbię periclitatos,vt eis expedierit primo nõ credere, vt non intelligerẽt Dominum loquetem parabolas, quibus non intellectis non in eum crederent. Non credentes autem cũ cæteris desperatis crucifigerent eũ,atque ita post eius resurrectionem conuerterentur, quando iam de reatu mortis Domini amplius humiliati diligerent, a quo sibi tantum scelus dimissum esse gauderent, quoniam tanta eorum superbia tali humiliatione esset deiicienda, quod incongrue dictum esse quilibet arbitretur, si non ita contigisse in actibus Apostolorum manifeste legerit. Non ergo abhorret,quod ait Ioannes:propterea non poterant credere,quia excecauit oculos eorum, vt non videant, ab ea sententia qua intelligimus ideo excecatos vt cõuerterentur,hoc est,ideo eis per obscuritates parabolarum occultatas sententias Domini,vt post eius resurrectionem salubriori pœnitentia resipiscerent,quia per obscuritatem sermonis excecati: dicta Domini non intellexerunt, & ea non intelligendo,non in eum crediderunt: non credendo, eum crucifixerunt,atque ita post resurrectionem miraculis, quæ in ei⁹ nomine fiebant exterriti, maioris criminis reatu compuncti sunt & prostrati ad pœnitentiam,deinde accepta indulgentia ad obedientiam flagrantissima dilectione conuersi,quibusdam autem nõ profuit illa cæcitas ad conuersionem. REMI. Et quantum ad hoc potest hæc sententia sic intelligi,vt in omnibus subaudiat nõ, hoc modo,ne quando oculis videant,& ne quãdo auribus audiãt, & nequando corde intelligant,& nequando conuertantur, & sanẽ eos. GLO. Sic ergo oculi eorum qui vident,& nolunt credere, sunt miseri:vestri autem beati.vnde sequitur.{ Vestri autem oculi,quia vident,& aures vestræ, quia audiunt.} HIERO. Nisi autem supra legissemus auditores ad intelligentiam prouocatos: Saluatore dicente:Qui habet aures audiendi, audiat. putaremus nunc oculos,& aures,quæ beatitudinem accipiunt,corporales intelligi. Sed mihi videntur oculi illi beati,q Christi possunt agnoscere sacramenta,& illæ beatæ aures, de quibus Esaias loquitur: Dominus apposuit mihi aurem. GLO. Mens enim est oculus, quia naturali vigore ad intelligendum aliquid dirigitur,auris,q a alio docente discit. HILA. Vel apostolici temporis beatitudinem docet,quorum oculis,atque auribus contigit Dei salutare visere,& audire,Prophetis atque iustis cupientibus videre & audire in plenitudine temporum destinatum.vnde sequitur.{Amen quippe dico vobis,quia multi Prophetæ,& iusti cupierunt videre quæ vos videtis,& non viderunt:& audire quæ uos auditis,& nõ audierunt.} HIER. Videtur autem huic loco illud esse contrarium quod alibi dicitur:Abraham cupiuit videre diem meum, vidit & gauisus est. RABA. Esaias quoque,& Michæas,& multi alij Prophetæ viderunt gloriam Dñi, qui etiã propterea videntes appellati sunt.HIERO.Non aũt dixit Prophetę,& iusti,sed multi. Inter multos.n. potest fieri, vt alij viderint, alij nõ viderint:licet & in hoc periculosa sit interpretatio, vt inter sanctorũ merita discretionem quamlibet facere videamus.f.quantum ad fidem de Christo habitam: ergo Abraham vidit in ęnigmate, non vidit in specie. vos autem in præsentiarum tenetis,& habetis Dominum vestrum,& ad vol ũtatem interrogatis, & conuescimini ei. CHRY.Hæc ergo quæ apostoli viderunt,& audierunt,pręsentiam suam dicit,miracula,uocem,& doctrinam. In hoc autem non solum malis,sed his qui boni fuerant eos præponit : Etenim antiquis iustis beatiores eos dicit,quoniam non solum quæ Iudæi non viderunt hi vident,sed & quæ iusti, & Prophetæ cupierunt videre,& non viderunt.Illi enim fide solum considerauerũt: hi autem visu,& multo manifestius. Vides autem qualiter vetus Testamentum copulat nouo.non enim si Prophetæ alieni cuiusdã & contrarii Dei serui fuissent,Christum cupiuissent.

c ¶ GLO. Dixerat superius, quia Iudæis non est datum nosse regnum Dei : sed Apostolis. & ideo concludit dicens:{Vos ergo audite parabolam seminantis, quibus scilicet committuntur cœli mysteria. AVG. super Genesim ad literam. viij. Quod narrauit Euangelista,factum est.Dominum,scilicet talia locutum

Cap. 5.

venit malus,& rapit quod seminatum est in corde eius, hic est qui secus viã seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit, & continuo cum gaudio acci-
B pit illud.Non habet aũt in se radicem,sed est temporalis. Facta aũt tribulatione, & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur.Qui aũt seminat⁹

A fuisse: ipsius autem Domini narratio parabola fuit, de qua numquam exigitur,vt etiam ad literam facta monstrarentur, quæ sermone proferuntur. GLO. Vnde parabolam exponens subdit: {Omnis qui audit verbum regni} idest prædicationem meam, ad regnum cœlorũ adipiscendum valet :Et non intelligit. Quomodo autem non intelligat subiungit:venit enim malus, idest diabolus. Et rapit qđ seminatum est in corde eius. Omnis inquã,qui talis est{Hic est qui secus viam seminatus est.} Notandum est autem, quòd seminatum diuersis modis accipitur. Dicitur enim & semen seminatum , & ager seminatus,quod vtrumque hic inuenitur. Vbi enim ait:Rapit quod seminatum est, de semine intelligendum est. vbi autem sequitur. {Secus viam seminatus est}non de semine: sed de loco seminis intelligendum est, idest homine,qui est quasi ager diuini verbi semine seminatus. REMI. His autem verbis exponit Dominus quid sit semen, verbũ, scilicet regni,idest euangelicæ doctrinæ. Sunt enim nonnulli qui verbum Dei nulla cordis deuotione suscipiunt: & ideo semen verbi Dei quod in eorum cordibus seminatur: dæmones quasi semen viæ tritæ subito auferunt. Sequitur. {Qui autem est se-
C minatus supra petram: hic verbum audit &c.} Semen enim verbum Dei quod in petra,idest corde duro & indomito seminatur fructificare non potest, quia multa est eius duritia, & paruum cœleste desiderium. vnde propter nimiam duritiam non habent in se radicem. HIERO. Attende autem quod dictum sit: Continuo scandalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum, qui multis tribulationibus pœnisque compellitur Christum negare, & eum qui ad primam persecutionem statim scandalizatur, & corruit,de qua hic loquitur. Sequitur. {Qui autem seminatus est in spinis.} Mihi uidetur & illud quod iuxta literam ad Adam dicitur. Inter spinas & tribulos panem tuum manducabis: hic significare mystice, quòd quicumque sæculi se dederit voluptatibus,curisque istius mundi: panem cœlestem, & cibum uerum inter spinas comedit. RABA. Recte autem spinæ uocantur,quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, & quasi strangulando, spirituales virtutum fructus gignere non permit-
D tunt. HIERO. Et eleganter adiunxit: Fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Blandæ enim sunt diuitiæ: aliud agentes,aliud pollicentes. Lubrica est illarum possessio: dum huc, illucque
I circumferuntur, & instabili gradu,uel habentes deserunt,uel non habentes reficiunt. un le & Dominus diuites asserit difficulter intrare in regnum cœlorum suffocantibus diuitijs uerbum Dei, & uigorem uirtutum emolientibus. REMI. Et sciendum, quia his tribus generibus terræ nequam comprehenduntur omnes qui uerbum Dei audire possunt,sed tamen ad salutem perducere non ualent. Excipiuntur gentiles,qui nec audire meruerunt. Sequitur. {Qui uero in terram bonam seminatus est} Terra bona est fidelis conscientia electorum,siue mens sanctorum, quæ uerbũ Dei cum gaudio,& desiderio, & cordis deuotione suscipit, & inter prospera,& aduersa uiriliter conseruat,& ad futura perducit. unde sequitur: {Et facit fructum,aliud centesimum , aliud sexagesimum , aliud uero tricesimum. HIERO. Et notandum, quòd sicut in terra mala tres fuere diuersitates, scilicet secus uiam, & petrosa, & spinosa loca : sic in terra bona trina diuersitas est : centesimi, sexagesimi. & fructus tricesimi. Et in
E illa autem, & in ista non mutatur substantia: sed uoluntas, & tam incredulorum, quàm credentium corda sunt, qui semen recipiunt. unde primo dixit. Venit malus,& rapit quod seminatum est in corde eius.& secundo, & tertio ait:{Hic est qui uerbum audit.}In expositione quoque terræ bonæ: iste est qui audit uerbum. Primum ergo debemus audire, deinde intelligere: post intelligentias fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, uel sexagesimum, atque tricesimum. AVGVSTINVS 21. de Ciuitate Dei: Quidam putant hoc sic Cap.27.
esse intelligendum, ꝙ Sancti pro suorũ diuersitate meritorum: alii tricenos homines liberent, alij sexagenos, alii centenos, quod in die iudicij futurum suspicari solent : non post iudicium, qua opinione quidam cum uideret homines impunitatem peruersissime pollicentes: eo quòd omnes isto modo ad liberationem pertinere posse uideantur : respondit, bene potius esse uiuendum,ut inter eos quisq; reperiatur,qui pro alijs

Lib.1.c.10. & 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

intercessuri sunt liberandis, ne tam pauci sint, vt cito ad numerum suum peruenientes multi remaneant, qui erui iam de pœnis illorum intercessione nō possint, & in eis inueniatur quisquis sibi spem fructus alieni temeritate vanissima pollicetur. R E M I. Tricesimum ergo fructum facit, qui fidem sanctæ Trinitatis docet. sexagesimum vero qui perfectionem bonorum operum cōmēdat. senario enim numero omnis mundi ornatus completus est. Centesimum autem fructum facit, qui vitam æternam promittit. centenarius enim de leua transit ad dexteram, per leuam autem vita præsens designatur, per dexteram futura:

est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & sollicitudo sęculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonā seminatus est: hic est qui audit verbum & intelligit & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum aliud vero tricesimum.

Aliter semen verbi Dei tricesimum fructum facit, quando bonam cogitationem gignit, sexagesimum quando bonam locutionem,
Lib. 1. c. 10. & 11. centesimum quando ad fructum boni operis perducit. A V G. de Quæst. euan. Vel aliter. Centesimus fructus est martyrum propter sanctitatem vitæ, vel contemptum mortis. Sexagenarius virginum propter ocium interius, quia non pugnant contra consuetudinem carnis: solet enim ocium concedi sexagenariis post militiam, vel post actiones publicas: tricesimus vero coniugatorū, quia hæc est ætas prælantium: ipsi habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Vel aliter confligendum est cum amore temporalium bonorum, vt ratio vincat, aut etiam edomitus subditusque esse, vt cum surgere cœperit facile reprimatur, aut ita extinctus, vt se omnino nulla ex parte commoueat. Ex quo fit, vt ipsam etiam mortem propter veritatem alii fortiter spernant, alii æquanimiter, alij libenter, quæ tria genera fructus sunt terræ, triceni, & sexageni, & centesimi. In horum aliquo genere inueniendus est tempore mortis suæ, si quis de hac vita recte cogitat emigrare. H I E R O. Vel centesimus fructus virginibus, sexagesimus viduis & continentibus, tricesimus sancto matrimonio deputatur. H I E R O. In Apologia pro libris aduersus Iouinianum. Nam ipsa digitorum coniunctio, & quasi molli se osculo complectens, & foederans maritum pingit & coniugem, sexaginta ad viduas, eo quòd in angustia, & tribulatione sint positæ. vnde & inferiori digito deprimuntur, quanto maior est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere: tanto maius & præmium. Porro centesimus numerus a sinistra transit ad dexteram, & iisdem quidem digitis non eadem manu circulum faciens, exprimit virginitatis coronā.

(Alluditur Hieronym⁹ ad artem numerandi p notas digitorum, de qua Beda libellum ædidit, De indigitatione inscriptum.)

d ¶ C H R Y. In præcedenti parabola locutus est Dominus de his qui verbum Dei non suscipiunt: hic autem de his qui suscipiunt corruptiuum sermonem. etenim hoc est diabolicę machinationis veritati semper errorem inserere. vnde dicitur. { Aliam parabolam proposuit illis dicens. } H I E R O. Proposuit autem aliam parabolam quasi diues paterfamilias, inuitatos diuersis reficiens cibis, vt vnusquisque secundum naturam sui stomachi varia alimenta susciperet. Non autem dixit alteram, sed aliam. Si enim proposuisset alteram, expectare tertiam non poteramus, præmisit aliam, vt plures sequantur. Quæ autem sit parabola ostenditur cū subditur. { Simile factum est regnum cœlorum. } R E M I. Regnū cœlorum appellat ipsum filium Dei, quod regnum simile dicitur esse { homini qui seminauit bonum semen in agro suo. } C H R Y. Deinde modum insidiarum diaboli ostendit, dicens. { Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. } Demonstrat hic, quòd error post veritatem existit, quod & rerum exitus testatur. Etenim post Prophetas fuerunt pseudo Prophetæ, & post Apostolos pseudo Apostoli, & post Christum Antichristus. Nisi enim diabolus viderit quid imitetur, vel quibus insidietur, non tentat: quia igitur vidit, quòd hic reddit in fructu centum, ille sexaginta, alius triginta, & non poterat rapere, & suffocare quod radicatum erat per aliam deceptionem insidiatur. interserens sua, multis ea similitudinibus colorans, vt facile surripiat his, qui habiles sunt ad deceptionem: propter hoc non dicit, quòd seminet aliquod aliud semen, sed zizania, quæ secundum visum assimilantur quodammodo frumento. Hinc etiam apparet diaboli malignitas: tunc. n. seminauit quando vniuersa erant completa, vt magis noceret agricolæ
Cap. 11. studio. A V G. de Quæst. euan: Dicit autem cum dormirent homines, quia cum negligentius agerent præpositi ecclesiæ, aut dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus, & superseminauit eos quos malos filios Dominus interpretatur. Sed recte quæritur, vtrum hæretici sint, aut male viuentes catholici. Sed quòd dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videntur illi significari,

F qui vnius communionis sunt. Verumtamen, quoniam agrum ipsum non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est: bene intelliguntur hæretici, quia in hoc mundo permiscentur bonis, vt illis qui in eadem fide mali sint, palea potius quàm zizania deputentur, quia palea etiam fundamentum habet cum frumento, radicemque communem: Schismatici autem videntur spicis corruptis etiam similiores, vel paleis aristarum fractis, vel scissis & de segete abiectis, nec tamen consequens est, ut omnis hæreticus, vel schismaticus ab ecclesia corporaliter separetur. multos enim portat ecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententię suę,

d Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt

G vt intentam multitudinem faciāt, quod si fecerint tunc pelluntur: Cum ergo diabolus aspersis prauis erroribus, falsisque opinionibus superseminasset: hoc est, præcedente nomine Christi hæreses superiecisset, magis ipse latuit, atque occultissimus factus est. Hoc est enim quod dicit: { Et abijt. } quamquam in hac parabola Dominus sicut in expositione conclusit: non quædam, sed omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem zizaniorum nomine significasse intelligitur. C H R Y. Ex posterioribus autem diligenter hæreticorum formam describit, dicens. { Cum autem creuisset herba & fructū fecisset, tunc apparuerunt & zizania. } In principio enim hæretici obumbrant seipsos, cum autem multam acceperint libertatem, & sermone aliquis cum eis participauerit, tunc uenenum effundunt. A V G V S T I N V S de Quæst. Cap. 12.
H euang. Vel aliter. Cum homo spiritalis esse ceperit diiudicans omnia, tunc ei errores incipiunt apparere, discernit enim quicquid audierit, aut legerit abhorrere a regula veritatis, sed donec in eisdem perficiatur spiritualibus, potest eum mouere: quare sub nomine Christiano tam multæ hæreticorum extitere falsitates. vnde sequitur. { Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? } Vtrum autem ipsi sint serui, quos postea messores appellat; an quia in expositione parabolæ messores dicit esse angelos? nec quisquam dicere facile ausus fuerit angelos nescisse, quis zizania superseminauerit, magis oportet intelligi homines ipsos fideles seruorum nomine hoc loco signatos. nec mirum si & bonum semen ipsi dicuntur: ex diuersis enim significationibus vna res diuersas similitudines recipit, sicut & de se ait, quòd ipse sit ianua, quòd ipse sit pastor. R E M I G I V S Accedunt autem ad Deum sine corpore, sed corde & mentis desiderio,
I quo docente intelligunt diaboli calliditate hoc esse factum. vnde sequitur. { Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. } H I E R O N Y M V S: Diabolus propterea inimicus homo appellatur, qui Deus esse desiit. & in nono Psal. scriptum est de eo: Exurge Domine: non confortetur homo. Quamobrem non dormiat qui ecclesiæ præpositus est: ne per illius negligentiam inimicus homo superseminet zizania: hoc est hæreticorum dogmata. C H R Y S O S T O M V S: Inimicus autem vocatur propter iacturam, quam infert hominibus. vexatio enim diaboli aduersus nos est: principium autem vexationis factum est non ab inimicitia, quæ est ad nos, sed quæ est ad Deum. A V G V S T I N V S de Quæst. euan. Cap. 12.
Cum autem serui Dei cognouerint hanc excogitasse diabolum fraudem, cum contra tanti nominis auctorem nihil se valere sentiret, vt fallacias suas eodem nomine obtegeret: pōt sibi suboriri voluntas, vt tales homines de rebus humanis auferant si aliquam temporis habeant facultatem, sed vtrum facere debeant, iustitiam
K Dei consulunt. vnde sequitur. { Serui autem dixerunt: vis imus, & colligimus ea? } C H R Y S O S T O M V S: Vbi intuenda est, seruorum diligentia, & dilectio. Etenim festinant zizania euellere, quod monstrat eorum de semine sollicitudinem. Ad hoc enim solum respiciunt, non ut aliquis puniatur, sed ut seminata non pereant. Quid autem Dominus responderit subditur. { Et ait: non. } H I E R O N Y M V S. Datur enim locus pœnitentiæ, & monemur, ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest, ut ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat ueritatem. vnde subditur: Ne forte Cap. 12.
colligentes zizania, eradicetis simul & triticū. A V G. de Quæst. euange. In quo eos patientissimos, & tranquillissimos reddit: hoc enim dicitur, quia boni dum adhuc infirmi sunt, opus habent in quibusdam malorum commistione, siue ut per eos exerceantur, siue ut eorum cōparatione magna illis exhortatio fiat & inuitetur ad melius, aut forte simul eradicatur triticum cum auferantur zizania,

zizania, quia multi primo zizania sunt, & postea triticum fiunt, quæ nisi patienter, cum mali sint tolerentur, ad laudabilem mutationē non perueniunt, itaque si euulsi fuerint, simul eradicatur & triticum, quod futuri essent si eis parceretur. Ideo dicit tales non esse auferendos de hac uita, ne cum malos conatur interficere, bonos interficiat: quod forte futuri sint, aut bonis obsit, quibus & inuitis vtiles sunt. Sed tūc opportune hoc fiet, cum iam de fine non restat, vel tempus cōmutandæ vitæ, vel pficiendi ad veritatem ex occasione, atque comparatione alieni erroris. & ideo subdit. { Sinite vtraque crescere vsque ad messem, } idest vsque ad

& zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Et ait: non: ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum. Sinite vtraque

iudicium. H I E R O. Videtur autem hoc esse contrarium illi pcepto: Auferte malum de medio vestrum. Si enim prohibetur eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patientia, quomodo eiiciēdi sunt quidam de medio nostrum? Sed inter triticum & zizania, (quod nos appellamus lolium) quàmdiu herba est, & nec dum calamus venit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernēdo aut nulla, aut difficilis distantia. primo monet ergo Dominus, ne vbi quod ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed Deo iudici reseruemus, vt cum dies iudicij venerit, ille non suspitionē cri-
Lib. 1. c. 7. minis, sed manifestum reatum de sanctorum cœtu eiiciat. A V G. contra Epistolam Parmeniani. Cum enim quisque Christianorū intus in ecclesia constitutorum in aliquo tali peccato fuerit depræhensus, vt anathemate dignus habeatur: fiat hoc (vbi periculū scismatis non timet) cum dilectione non ad eradicandum, sed ad corrigendum: quòd si se non agnouerit, neque pœnitendo correxerit, ipse foris exiet, & per propriam voluntatem ab ecclesiæ communione dirimetur. vnde Dominus cum dixisset: { Sinite vtraque crescere vsque ad messem. } Subiunxit causam dicens: Ne forte cū vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostēdit cum metus iste non subest: sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet, idest quando ita cuiusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, p quos possit schisma contingere, nō dormiat seueritas disciplinę, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior fuerit obseruatio charitatis. Cum vero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud boni restat, quàm dolor & gemitus. sic igitur misericorditer corripiat homo quod potest, quod autem non potest, patienter ferat, & ex dilectione
D gemat, atque lugeat, donec ille desuper emendet, & corrigat, atque vsque ad messem differat eradicare zizania, & paleam ventilare. Turba autem iniquorum cum facultas est in populis promendi sermonem generali obiurgatione feriēda est: & maxime si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod Domini desuper flagellum, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. tūc enim aures humiles præbet emendari sermone calamitatis auditorum, & facilius in gemitum confitendi, quàm in murmura resistendi afflicta corda compellit, quamquàm etsi nulla calamitas tribulationis præmat, cum facultas detur vtiliter corripitur in multitudine multitudo. nam sicut separata sęuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consueuit. C H R Y. Hoc autem dixit Dominus prohibens occisiones fieri. neque enim oportet interficere hæreticum, quia prælium inexpiabile in orbem terrarū induceretur. & ideo dicit: Ne eradicetis simul cum eis frumētum, idest si moueritis arma, & occideritis hæreticos, necesse est multos sanctorum simul submitti. non ergo detinere hæreticos, & abscin-
E dere liberam eorum propalationem, & synodos & studia dissolue-
Epist. 48. circa medium. re prohibet, sed interficere, & occidere. A V G. Ad Vincentium: Hæc autem primitus mea sententia erat, neminem ad vnitatem Christi esse cogendum. verbo enim agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. harum enim legum terror quibus promulgandis reges seruiunt Domino in timore: ita profuit vt nunc alii dicant. Iam hoc volebamus: sed Deo gratias, qui nobis occasionem præbuit, & dilationum morulas amputauit. Alij dicant, hoc esse verum iam sciebamus, sed nescio qua cōsuetudine tenebamur, gratias Deo, qui vincula nostra dirupit. Alii dicant: Nesciebamus hoc esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed ad eam cognoscendam metus fecit intentos, gratias Dn̄o qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit. Alij dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nescirem⁹, nisi intrarem⁹, nec intrarem⁹, nisi

A cogeremus, gratias Deo qui prædicationem nostrā flagello abstulit: expertos docuit, quàm vana & inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Alij dicant: Putabamus quidem nihil interesse, vbi fidem Christi teneremus: sed gratias Domino, qui nos a diuisione collegit, & hoc vni Deo congruere vt in vnitate colatur ostēdit. Seruiant ergo reges terræ Christo leges edendo pro Christo. A V G V S T I. ad Bonifacium Comitem: Quis autem vestrum velit non solum aliquem hæreticorum perire, verum etiam aliquid perdere? sed aliter non meruit habere pacē domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello quod contra patrē Epist. 192.

crescere vsq; ad messem, & ī tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.
e Aliam parabolam proposuit eis dicens: Simile est re-
B gnum cœlorum grano synapis, quod accipiens homo seminauit

gerebat fuisset extinctus, quàmuis magna cura mandauerit suis, vt eum quantum possent viuum, saluumque seruarent, & esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret? Quid autem ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mestitiam consolari? Sic ergo catholica mater ecclesia, si aliquorum perditione tam multos cæteros colligit dolorē materni cordis lenit, & sanat tantorum liberatione populorum. vbi est aūt quod isti clamare consueuerunt, liberū est credere, vel nō credere? cui vim Christus intulit? quē coegit? ecce habent Apostolum Paulum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem, prius ferientem, & postea consolantem. Mirum autem est quomodo ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus
C qui solo verbo vocati sunt in euangelio laborauit, cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent, si perditi filii coegerunt alios vt perirent? Sequitur. { Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. } R E M I G I V S: Messis autem appellatur tempus metendi: per messem vero designatur dies iudicii, in quo separandi sunt boni a malis. C H R Y S O S T O M V S: Sed propter quid dicit. Colligite primum zizania? Vt non timeant boni, quasi simul cum zizaniis tollatur frumentum. H I E R O N Y M V S. Quòd autem dicit zizaniorum fasciculos igni tradi, & triticum congregari in horrea, manifestum est hæreticos quosque & hypocritas gehennæ ignibus concremandos, sanctos vero qui appellantur triticum, horreis, idest cœlestibus mansionibus re-
cipi. A V G V S T I N V S de Quæstio. euan. Quæri autem potest, cur non vnum fascem, aut vnum aceruum zizaniorum fieri Cap. 12.
D dixerit, nisi forte propter varietatem hæreticorum, non solum a tritico, sed etiam a seipsis discrepantium. Ipsa vniuscuiusque hæreseos, in quibus sigillatim sua communione disiuncti sunt, nomine fasciculorum designauit, vt etiam tunc incipiant alligari ad comburendum, cum a catholica communione segregati, suas proprias quasi ecclesias habere cœperint, vt combustio earum sit in fine sæculi non alligatio fasciculorum. Sed si ita esset, non tam multi resipiscendo, & in catholicam remeando ab errore discederent. Quapropter alligatio fasciculorum in fine profutura est, vt non confuse: sed pro modo peruersitatis suæ vniuscuiusque erroris pertinacia puniatur. R A B A. Et notandū, quòd ubi dicit: Seminauit bonum semen. notat bonam uoluntatem, quæ in electis est. ubi uero dicit. { Inimicus venit, &c. } cautelam habendam intimare uoluit, de qua crescentibus zizaniis quasi patienter ferens ait: { Inimicus hō hoc fecit. } patiētiā nobis cōmendauit, ubi uero ait: Ne forte colligentes zizania. donauit nobis discretionis exemplum. Quando autem subiungit. { Sinite utraque crescere vsque
E ad messem. } commendauit longanimitatem. Ad ultimum iustitiam, cum dicit: { Alligate ea in fasciculos, &c. }
e ¶ C H R Y S O S T O M V S. Quia Dominus dixerat, quòd de semine tres partes pereunt, & saluatur una. & in ipsa rursus quæ saluatur: multa efficitur iactura propter zizania, quæ superseminantur. ne dicerent: Qui ergo erunt, & quanti fideles? consequenter hunc timorem aufert per parabolam synapis. & ideo dicitur. { Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnum cœlorum grano synapis. } H I E R O N Y M V S. Regnum cœlorum prædicatio euangelii est, & notitia scripturarum, quæ ducit a uitam, de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur a vobis regnum Dei. huiusmodi ergo regnum cœlorum est simile grano synapis. A V G V S T I N V S de Quæstion. euange. Granum namque synapis ad feruorem fidei pertinet, uel eo quòd dicatur, uenena expellere. Sequitur. { Quod accipiens homo seminauit in agro suo. } H I E R O N Y M V S: Homo qui seminat in agro suo, a plerisque Saluator intelligitur, qui in animis credentium seminat. Ab aliis,

ipse homo seminans in agro suo.i.in corde suo. Quis autem est iste qui seminat, nisi sensus noster & animus, qui suscipiens granum p̄dicationis, & fouens sementem humore fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Sequitur. {Quod minimum quidem est omnibus seminibus} Prædicatio euangelij minima est omnibus disciplinis. ad primam quidem doctrinam fidē non habet veritatis: hominē Deum, Deū mortuum, & scandalum crucis prędicans, confer huiusmodi doctrinam dogmatibus Philosophorum, & libris eorum, & splēdori eloquentiæ, compositioniq; sermonum, & videbis quanto minus sit cæteris seminibus semen euangelij.

in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cū autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant & habitēt in ramis eius.

f Aliam parabolam locutus est eis dicens: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptū mulier abscondit in farinæ

CHRY. Vel minimum est semen euangelij, quia discipuli vniuersis erant imbecilliores, sed tamen quia magna erat virtus in eis, expansa est eorum prædicatio vbique terrarum. & ideo sequitur. {Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus.i.dogmatibus.}

Lib.1.q.12. AVG. de Quæst.euan. Dogmata autem sunt placita sectarum, idest vt placuit sectis. HIERO. Philosophorum enim dogmata cum creuerint, nihil mordax, nihil vitale demonstrant, totum flaccidum, marcidumque ebullit in olera, & in herbas, quę citò arescunt & corruūt. Prędicatio autem euangelica quæ parua videbat in principio, cum vel in animam credentis, vel in totum mundum sata fuerit, non exurgit in olera, sed crescit in arborem, ita vt volucres cœli (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei seruitio mancipatas sentire debemus) veniāt, & habitent in ramis eius. vnde sequitur. {Et fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitēt in ramis eius.} Ramos puto euangelicæ arboris, qui de grano synapis creuerunt, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradictarū volucrum vnaquæque requiescit. Assumamus & nos pennas colūbæ vt ad altiora volitantes, possimus habitare in ramis huius arboris, & nidos nobis facere doctrinarum, terrenaque fugientes ad cœlestia festinare. HILA. Vel grano synapis seipsum Dominus comparauit: acri semini, & omnium seminum minimo, cuius vir-

Cap.1. tus præssuris accenditur. GREGO. 19. Moral. Ipse quidem est granum synapis, qui in horto sepulturæ plantatus, arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum moreretur, arbor cum resurgeret, granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. HILA. Granum igitur hoc postquàm in agro seminatum fuit, idest vbi a populo comprehensus, & traditus morti, tamquam in agro fuit satione quadam corporis consepultus, vltra mensurā omnium olerum excreuit, & vniuersam Prophetarum gloriā excedit. Oleris enim vitæ tamquam ægroto Israel data est prædicatio Prophetarum, sed iam in ramis arboris cœli volucres inhabitant, Apostolos.s.ex Christi virtute protensos, & mundum inumbrantes in ramis intelligimus, in quo gentes in spem vitæ aduolabunt, & aurarum turbine.i.diaboli spiritu, flatuque vexatę, tanq̄

Cap.1. in ramis arboris conquiescent. GREGO. 19. Mora. In istis etiā ramis volucres requiescunt, quia sanctæ animæ q̄ quibusdā virtutum pennis a terrena cogitatione se subleuant, in eorū dictis, atq; consolationibus ab huiusmodi fatigatione vitæ respirant.

Hom.47. f ¶ CHRY. Ad idem ostendendum Dominus apponit parabolam de fermento. vnde dicitur. {Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cœlorum fermento.} quasi dicat. Sicut fermentum multam farinam transmutat in suam virtutem, ita & uos totum mundum transmutabitis. Et vide Christi prudentiam, ea .n. quæ sunt naturæ inducit: demonstrans, quoniam sicut illa possibile est fieri: ita & hoc. Non autem dixit, ꝙ posuit simpliciter, sed abscondit, ac si diceret. Ita & vos cum subiecti fueritis impugnatoribus vestris: tunc eos superabitis. Et sicut fermentū suffoditur quidem, non autem destruitur, sed paulatim ad suum habitum omnia transmutat, sic & in prædicatione vestra continget. non itaque qa multas dixi superuēturas vobis vexationes timeatis. ita enim fulgebitis, & omnes superabitis. tria autem sata hic pro multis posuit. hunc enim numerum determinatum pro multitudine indeterminata accepit. HIERO. Satum autem est genus mensuræ iuxta morem prouinciæ Palestinæ: vnum modium, & dimidium

Lib.1.q.12. accipiens. AVG. de Quæst.euan. Vel fermentum dicit dilectionem, eo ꝙ feruescere facit, & excitat. Mulierem, sapientiam dicit. In farinæ autem satis tribus intelliguntur, vel tria illa in homine, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, vel tria illa fructifera, centesimum, sexagesimum, & tricesimum. vel tria illa genera hominum Noe, Daniel, & Iob. RABA. Dicit autem, donec fermentatum est totum, quia charitas in nostra mente recondita eo vsque crescere debet, vt totam mentem in sui perfectionem

F commutet, quod hic inchoatur, in futuro vero perficitur. HIERONYMVS, vel aliter. Mulier ista, quæ fermentum accipit & abscondit, prædicatio mihi videtur apostolica, vel ecclesia de diuersis gentibus congregata. hæc tollit fermentum, intelligentiam, scilicet scripturarum, & abscondit illud in farinæ satis tribus, vt spiritus, aīa, & corpus in vnum redacta, non discrepent inter se. Vel aliter. Legimus in Platone tria esse in anima, rationale, irascibile, & concupiscibile: & nos ergo si acceperimus fermentum euangelicū sacrarum scripturarum, in ratione possideamus prudentiā: in ira odium contra vitia, in desiderio cu-

satis tribus donec fermentatum est totum.

g Hęc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictum erat per Prophetam, dicentem: G Aperiam in parabolis os meū, eructabo abscondita a constitutione mundi.

piditatem virtutum, & hoc totum fiet per euangelicam doctrinam. quam nobis mater ecclesia præstitit. dicam & quorundam intelligentiam, mulierem istam & ipsi ecclesiam interprætantur, quæ fidem hominis farinæ satis tribus commiscuit, scilicet credulitati Patris, & Filij, & Spiritussancti, cum in vnum fuerit fermentata, non nos ad triplicem Deum, sed ad vnius diuinitatis perducit notitiam. pius quidem sensus, sed numquam parabolæ, & dubia enigmatum intelligentia possunt ad auctoritatem dogmatum proficere. HILA. Fermento se Dominus comparauit. fermentum enim de farina est, quod virtutem acceptam aceruo sui generis reddit. hoc autem fermentum acceptum mulier Sy-

H nagoga, scilicet per iudicium mortis abscondit: hoc aūt in farinæ mensuris tribus, idest legis, Prophetarum, euangeliorum æqualitate coopertum, omnia vnum fecit, ut quod lex constituit, Prophetæ nunciauerunt, idipsum euangeliorum profectionibus expleatur, quamquàm ad trium gentium uocationem, ex Sem, Cham, & Iaphet, tres mensuras farinæ esse referendas sensisse multos memini. Sed nescio, an hoc ita opinari ratio permittat, cum etsi omnium gentium uocatio sit, in his tamen Christus non absconsus sit, sed ostensus, & in tanta infidelium multitudine non fermentatum est totum.

g ¶ CHRYSOSTOMVS Post præmissas parabolas, ne aliquis opinaretur, quòd Christus noua induceret, induxit euangelista Prophetam etiam hunc prædicentem doctrinæ modum. Et ideo dicit. {Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas. Hom.48. Marcus autem ait: Quoniam sicut poterant audire, loquebatur eis sermonem in parabolis. unde non mireris si de regno disputans, grani & fermenti meminit, hominibus

I enim loquebatur idiotis, & indigentibus ab his induci. REMIGIVS: Parabola græcè, latinè dicitur similitudo per quam ueritas demonstratur. Ostendit quippe in ipsa similitudine quaidam figuras uerborum, & imagines ueritatis. HIERONYMVS: Non autem discipulis, sed turbis parabolas loquebatur, & usque hodie turbæ in parabolis audiunt, & ideo dicitur: {Et sine parabolis non loquebatur eis.} CHRYSOSTOMVS: Quàmuis enim multa sine parabolis non turbis dixerit, sed tamen tunc nihil. AVGVSTINVS Cap.15. de Quæstioni.euan. Vel hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum ferè sermonem explicauit, ubi non per parabolam aliquid significauerit, quàmuis in eo aliqua & propriè dixerit: ita ut sæpe inueniatur totus sermo eius parabolis explicatus, totus autem propriè dictus nullus inueniatur. Explicatos autem sermones dico, quando ex aliqua occasione rerum incipit loqui, quousque terminet quicquid ad ipsam rem

K pertinet, & transeat ad aliud. Nonnumquam sanè alius Euangelista contexit, quod alius diuersis temporibus dictum indicat. non enim omnino secundum rerum gestarum ordinem, sed secundum suæ quisque recordationis facultatem narrationem quam exorsus est ordinauit. Quare autem in parabolis loqueretur, manifestat Euangelista, cum subdit. {Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi.} HIERONYMVS. Hoc testimonium de lxxvij. psalmo sumptum est. Legi in nonnullis codicibus eo loco ubi nos posuimus & uulgata editio habet, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem, vbi scriptum est, per Esaiam Prophetam, dicētem. REMIGIVS. Vnde Porphyrius obiecit fidelibus. Euangelista vester tantæ insipientiæ fuit, ut quod reperitur in psalmis, ipse deputauerit Esaiæ. HIERONYMVS. Quia ergo minime inueniebatur in Esaia, arbitror postea a prudentibus uiris esse sublatum. Sed mihi uidetur in principio ita editū. Quod scriptum est per Asaph Prophetam, dicentem. Septuagesimus.n. septimus

septimus Psalmus de quo sumptum est hoc testimonium, Asaph A prophetæ inscribitur, & primum scriptorem non intellexisse Asaph, & putasse scriptoris vitium, atque emendasse nomen Isaiæ, cuius vocabulum manifestius erat. Sciendum est itaque, quòd non solum Dauid, sed etiam cæteri (quorum in Psalmis & Hymnis & canticis Dei, præscripta sunt nomina) prophetæ sunt appellandi, Asaph videlicet & Idithum & Heman Esraytes, & reliqui quos scriptura commemorat, quodq; in persona domini dicitur: {Aperiam in parabolis os meum.} Considerandum attentius, & inueniendum describi egressū Israelis ex Aegypto, & omnia signa narrari, quæ in Exodi continentur historia. Ex quo intelligimus vniuersa illa quæ ibi scripta sunt parabolice sentienda, & manifestare abscondita sacramenta. Hoc enim saluator edicturum se esse promittit dicens: Aperiam in parabolis os meum. GLO. quasi dicat. Qui prius locutus sum per prophetas, modo in propria persona aperiam os meū in parabolis, & eructabo de thesauro mei secreti, emittam mysteria quæ abscondita erant a constitutione mundi.

h Tunc dimissis turbis venit in domum, & accesserūt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait, Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filij regni. zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem B qui seminauit ea, est diabolus. Messis vero consummatio sęculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

i Simile est regnum cęlorū thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & p̄ gaudio illius vadit & vēdit vniuersa q̄ habet, & emit agrū illū.

Hom.48. h ¶ CHRYSO. Locutus fuerat dominus turbis in parabolis, vt eos ad interrogandum induceret, & quàmuis multa in parabolis dixisset: nullus tamen eum interrogauit: & ideo eos dimisit. C vnde sequitur: {Tunc dimissis turbis venit in domum.} Nullus autem eum scribarum sequitur. vnde manifestum est, quòd propter nihil aliud prius sequebantur, quàm vt eum caperent in sermone. HIERO. Dimittit autem turbas & domum reuertitur, vt accedant ad eum discipuli, & secreto interrogent quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. RABA. Mysticè autem dimissa turba tumultuantium Iudæorum ingreditur ecclesiam gentium, & ibi fidelibus exponit sacramenta cælestia. vñ sequitur: {Et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. CHRY. Cum aliquando volentes discere formidauerint interrogare, nunc libere interrogant & confisi sunt, quoniam audierant: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. ideoque singulariter interrogant, non multitudinem æmulantes, quibus non erat datum. Dimittunt autem parabolam fermenti & synapis vt manifestiores. Interrogant au- D tem de parabola zizaniorum, quia habet conuenientiam ad præmissam parabolam de semine, & aliquid amplius ostendit. dominus autem quæ esset parabola exponit. vnde sequitur: {Qui respondens ait eis, Qui seminat bonum semen est filius hominis.} REMI. Ideo autem dominus se filium hominis appellauit, vt hoc indicio nobis exemplum humilitatis relinqueret. siue quia futurum erat vt Hæretici negarent eum verum hominem esse, siue vt per humanitatis fidem possimus conscendere ad diuinitatis cognitionem. Sequitur {Ager autem, est mundus. GLO. Cum autem ipse sit qui seminat agrum suum, manifestum est quòd præsens mundus est eius. Sequitur: {Bonum vero semen, hi sunt filij regni.} REMI. idest Sancti & electi viri, qui inter filios regni

Lib.18.c.3. computantur. AVG. contra Faustum. Zizania autem exponit dominus non aliqua falsa veris scripturis immissa, sicut Manichæus interprętatur, sed omnes filios maligni, idest imitatores diabolicæ falsitatis, vnde sequitur: {Zizania autem sunt filij nequā.} E Per quos omnes impios & malignos vult intelligi. AVG. de

Lib.1.c.51. Quæst Euange. Omnis autem immunditia in segete zizania dicuntur. Sequitur: {Inimicus autem qui seminauit ea, est diabo.} CHRY. Etenim hoc diabolicæ est machinationis, veritati semper inserere errorem. Sequitur, {Messis vero consummatio sæculi est.} Alio autem loco ait, de Samaritanis loquens: Leuate oculos vestros & considerate regiones, quoniam iam albæ sunt ad Messem. & rursus. Messis quidem multa, operarij autem pauci. in quibus verbis Messem dicit iam adesse. Qualiter ergo hic eam dicit esse futuram? Sed sciendum, quòd in alia significatione Messem dicit, vnde & ibi dicit, quòd alius est qui seminat & alius qui metit. hic autem eundem dicit esse, qui seminat & qui metit, quoniam ibi non ad sui differentiam, sed Apostolorum prophetas induxit. Etenim ipse Christus per Prophetas seminauit in Iudæis & Samaritanis. Idem ergo nominat semen secundum aliud & aliud. Cum enim de obedientia loquatur, & persuasione ad fidem tūc vo-

cat Messem, sicut in quo totum perficitur: sed cum inquirit de fructu auditionis verbi Dei, tunc consummationem dicit Messem sicut hic. REMI. Per Messem enim designatur dies iudicij, in quo seperandi sunt boni a malis, quod fiet ministerio angelorum. vnde infra dicitur, quòd veniet filius hominis cum angelis suis iudicare. propter quod sequitur, {Messores autem angeli sunt.} Sequitur. {Sicut ergo zizania colliguntur, & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem.} AVG. 20. de Ciui. Cap.9. Dei: Numquid de regno illo vbi sunt nulla scandala? de regno ergo isto eius quod est hic, scilicet ecclesia colligentur. AVG. Lib.1.c.11. de Quæstio. Euang.

Quòd autem primo separantur zizania, hoc est, quia tribulatione præcedente separabuntur impij a pijs, quod per bonos angelos intelligitur fieri, quia officia vindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo iudex: officia vero misericordiæ mali implere non possunt. CHRYSO. Vel potest intelligi, de regno cælestis ecclesiæ, & tunc ostenditur hic duplex pœna, videlicet, quòd excidunt a gloria, in hoc quod dicit: Et colligent de regno eius omnia scandala, scilicet, ne scandala in regnum eius intrent, & quòd comburuntur in hoc quod subdit. {Et mittent eos in caminum ignis.} HIERO. Omnia autem scandala referūtur ad zizania. hoc autem quod dicit: {Et colliget de reg. eius omnia scan. & eos qui faciūt iniquitatē.} inter Hęreticos & Schismaticos, qui faciunt iniquitatem voluit distinguere, vt per eos qui faciunt scandala intelligantur Hæretici, per eos vero qui faciunt iniquitatem, intelligantur Schismatici. GLO. Vel aliter: Per scandala possunt intelligi illi, qui præbent proximo occasionem offensionis aut ruinæ, per facientes iniquitatem quoscūque peccantes. RABA. Obserua quod dicit: Et eos qui faciunt iniquitatem, non qui fecerunt, quia non qui conuersi sunt ad pœnitentiam, sed solum qui permanent in peccatis, æternis cruciatibus mancipandi sunt CHRY. Vide autem ineffabilem Dei amorem ad homines. Est enim ad beneficia promptus & ad pœnam tardus. cum enim seminat per seipsum seminat, cum autē punit, per alios: mittit enim ad hoc angelos suos. Sequitur: {Ibi erit fletus & stridor dentium. REMI. His verbis demonstratur vera corporum resurrectio, nihilominus ostenditur per hoc duplex pœna inferni, s. nimij caloris, & nimij frigoris. sicut autem scandala referūtur ad zizania, ita iusti reputantur in filios regni, de quibus sequitur, {Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum.} in p̄senti enim sæculo fulget lux Sanctorum coram hominibus, post consummationem autem mundi ipsi iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris sui. CHRY. Non quia ita solum sicut sol, sed quia hoc sidere aliud magis luculentum non noscimus, cognitis nobis vtitur exemplis. REMI. Quod autem dicit: Tunc fulgebunt, intelligendum est quia & nunc fulgent in exemplum aliorum, sed tunc fulgebunt sicut sol ad laudandum Deum. Sequitur. {Qui habet aures audiendi, audiat.} RABA. idest, qui habet intellectum intelligat, quia mysticè hæc omnia intelligenda sunt.

i ¶ CHRYSOST. Parabolæ quas supra dominus posuerat Homil.48. de fermento & synapi ad virtutem Euangelicæ prædicationis referuntur, quoniam superabit orbem terrarum. nunc autem vt preciositatem, & magnificentiam eiusdem ostenderet, proponit parabolam de thesauro & margarita dicens: {Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Prædicatio enim Euangelij occultata est in mundo, & si non vendideris omnia, non emes eam, & cum gaudio hoc oportet facere. vnde sequitur, {Quē qui inuenit homo abscondit.} HILA. Hic quidem thesaurus gratis inuenitur. Euangeliorum enim prædicatio in abscōdito est: sed vtendi & possidendi huius modi thesauri cum agro potestas, non potest esse sine precio, quia cælestes diuitiæ non sine damno sęculi possidentur. HIERO. Quòd autem abscondit non de inuidia facit, sed more seruantis & nolentis p̄dere abscondit in corde, quem pristinis prætulit facultatibus. GREGO. in Hom. Ho.Euā.11. Vel aliter, Thesaurus in agro absconditus est cæleste desiderium. Ager vero in quo thesaurus absconditur, est disciplina studij cælestis, quem.s.thesaurum cum inuenit homo abscondit, s. vt seruet, quia

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

quia studium cælestis desiderij a malignis spiritibus custodiri non sufficit ei, qui hoc ab humanis laudibus non abscondit, in præsenti etenim vita quasi in vta sumus. qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædari ergo desiderant, qui thesaurum publicæ portāt in via.

K Iterum, Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autem vna præciosa margarita, abijt & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

l Iterum, Simile est regnum cęlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset,

Hoc autem dico, non vt proximi nostri opera nostra non videat, sed vt per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus. Cælorum autem regnum iccirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quæ animus nouit surgat ad incognita, vt per hoc, quòd scit notum diligere, discat ignotū amare. Sequitur, {Et præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum.} Agrum profectò venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cælestis custodiam calcat. HIERO. Vel thesaurus iste, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, aut Deus verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus, aut
Lib.1.c.13. sanctę scripturæ, in quibus reposita est notitia saluatoris. AVG. de Quæst.euang. Hunc autem thesaurum dixit in agro absconditum.i. duo testamenta in Ecclesia, quæ cum quis ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit & vendit omnia sua & emit illum, idest contemptu temporalium comparat sibi ocium, vt sit diues cognitione Dei.

k ¶ CHRY. Euangelica pdicatio non solū lucrū multiplex præbet vt thesaurus, sed & pręciosa est vt Margarita. Vñ post parabolam de thesauro, ponit parabolā de margarita dicens: {Iterum simile est regnum cælorum homini negociatori.} In prædicatione enim duo oportet adesse, scilicet ab huius vitæ negocijs separari, & vigilantem esse quod negociatio designat, vna autem est veritas & non partita, & propter hoc vna margarita dicitur inuēta. Et sicut qui margaritam habet, ipse quidem nouit quòd diues est, alijs vero non est cognitus, multotiens eam manu detinens propter eius paruitatem, ita est in prædicatione Euangelij. qui enim eam detinent, sciunt se diuites esse. Infideles autem hunc thesaurum nescientes, diuitias nostras ignorant. HIERO. Bonæ autem margaritæ possunt intelligi lex & prophetę. audi ergo Marcion & Manichee, quòd bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ. Vna ergo preciosissima margarita est scientia saluatoris, & sacramentum passionis & resurrectionis illius, quod cum inuenerit homo negociator similis Pauli apostoli, omnia legis prophetarumq; mysteria & obseruationes pristinas, in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit vt Christum lucrifaceret, non ꝙ inuentio bonæ margaritæ condemnatio sit veterum margaritarum, sed ꝙ comparatione eius omnis alia gemma sit vilior. GLO. Vel per margaritam præciosam intelligitur cælestis vitæ dulcedo, quam inuentam omnia vendens emit, quia qui cælestis vitæ dulcedinem inquantum possibilitas admittit perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit, deforme conspicitur quicquid de terrenæ rei placebat specie, quia sola præ-
Cap.12. ciosæ margaritæ claritas fulget in mente. AVG. de Quæstio. euang. Vel homo cum quærat bonas margaritas, inuenit vnam præciosam, quia quærens homines bonos, cum quibus vtiliter viuat, inuenit vnum sine peccato Iesum Christum, aut præcepta quærens, quibus seruatis, cum hominibus recte conuersetur. Inuenit dilectionem proximi, in quo vno dicit Apostolus omnia contineri, aut bonos intellectus quærēs, inuenit illud verbum quo cūcta continentur, in principio erat verbum, quod est lucidum candore veritatis, & solidum firmitate æternitatis, & vndique sibi simile pulchritudine veritatis. qui Deus penetrata testudine intelligendus est. Quodlibet vero illorum trium sit, vel si aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnius preciosæ nomine significetur, pretium eius est nosipsi, qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contemptis, quæ temporaliter possidentur. Venditis enim rebus nostris, nullum aliud pretium maius accipimus quàm nosipsos, quia talibus implicati, nostri non eramus, vt rursus nos pro illa margarita demus, non quia tantum valet, sed quia plus dare non possumus.

Hom.48. l ¶ CHRYSOST. Postquàm per prædictas parabolas euangelicam prædicationem commendauerat, vt non confidamus in prædicatione solum, neque fidem nobis ęstimemus sufficere ad salutem, aliam parabolam terribilem subdit dicens: {Iterum, simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare.} HIERO. Impleto enim Hieremiæ vaticinio dicentis: Ecce ego mittam ad vos

F piscatores multos. postquàm autem audierūt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes: Sequimini me, faciam vos piscatores hominū, contexuerūt sibi ex veteri & ex nouo testamento sagenam Euangelicorum dogmatum, & miserunt eam in mare huius sæculi, quæ vsque hodie in medijs fluctibus tenditur, capiens de salsis & amaris gurgitibus, quicquid inciderit, idest bonos homines & malos, & hoc est quod subdit: {Ex omni genere piscium congreganti.}

educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi, Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium.

m Intellexistis hæc omnia?
G Dicunt ei: etiam. Ait illis: ideo

CHRY. Vel aliter: Sancta ecclesia sagenę comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum, a præsentis sæculi fluctibus trahitur, ne æternæ mortis profundo mergatur, quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, diuites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Quæ sagena.s. tunc vniuersaliter impletur, cum in fine suo humani generis summa concluditur. vnde sequitur: {Quam cum impleta esset, educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.} Sicut enim mare sæculum, ita sæculi finem significat littus maris, in quo scilicet fine, boni pisces in vasis eliguntur, mali proiiciuntur foras, quia & electus quisque in tabernacula ęterna recipitur, & in ęterni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi protrahuntur. Nunc enim malos bonosque communiter quasi permistos pisces fidei sagena continet, sed littus indicat, sagena Ecclesiæ quid trahebat. HIERO. Dum
H enim sagena extrahetur ad littus, tunc verum secernendorum piscium iudicium demonstrabitur. CHRYSO Quid autem distat hæc parabola a parabola zizaniorum? Etenim illic, hi quidem saluantur, hi autem pereunt, sicut & hic: sed illic quidem propter prauorum dogmatum hæresim, & in anteriori parabola de semine, quia non attendebant quæ dicebantur, hic autem propter vitæ nequitiam, propter quam quamuis & piscatione capti, idest cognitione Dei fruentes, non possunt saluari. Ne autem audiens quoniam malos foras miserunt, æstimes hanc pœnam non esse periculosam, per expositionem eius grauitatem ostendit dicens: {Sic erit in consummatione sæculi, exibunt Angeli} quàmuis alibi dicat, quòd ipse segregabit eos, sicut separat Pastor oues, hic angelos hoc facere dicit, sicut & in parabola zizaniorum. GREGO. in Ho.euā.11.
Hom. Timendum est autem hoc potius quàm exponendum. aperta enim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantię suæ excusationem recurreret, siquid de æterno supplicio obscure diceretur. RABA. Cum enim venerit finis mundi, tunc verum secernendorum piscium iudicium demonstrabitur,
I & quasi in quodam quietissimo portu boni mittentur in vasa cælestium mansionum, malos autem torrendos & exiccandos, gehennę flamma suscipiet.

m ¶ CHRY. Recedentibus turbis, dominus discipulis in parabolis loquitur, ex quibus sapientiores sunt facti, ita quòd intelligunt quæ dicuntur: Quo circa dicit eis: {Intellexistis hæc omnia? dicunt ei. Etiam.} HIERO. Ad Apostolos enim proprie sermo est, quos non vult audire tantum vt populum, sed etiam intelligere vt magistros futuros. CHRY. Deinde quia intellexerunt, rursus eos laudat. vnde sequitur {Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.} AVGVST. 20. de Ci- Cap.16.
uitate Dei: Non dixit: Vetera & noua. quod vtique dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare quàm tēporum. Manichæi
K etiam dum sola Dei promissa noua tenere se arbitrantur, remanēt in vetustate carnis, & nouitatem inducunt erroris. AVG. de Quæst.euang. Vtrum autem ista conclusione exponere voluit, quem dixerit thesaurum in agro absconditum (quoniam sanctę scripturę intelliguntur, quæ nomine duorum testamentorum noui & veteris concluduntur) an ostendere voluit eum doctum habendum in Ecclesia, qui etiam scripturas veteres parabolis explicatas intellexerit, ab istis nouis accipiens regulas, quia & ista dominus per parabolas enunciauit, vt si ipse, in quo illa complentur & manifestantur, per parabolas adhuc loquitur, donec passio eius velum discindat, vt nihil sit occultum quod non reueletur, multo magis illa quæ tam longe de illo scripta sunt, parabolis operta esse nouerimus, quæ cum Iudæi ad litteram accipiant, noluerunt esse docti in regno cælorum. GREGO. Sed si per nouum & vetus Ho.euā.11.
quod dicitur, vtrumque testamentum accipimus, Abraham doctū fuisse denegamus, qui noui & veteris testamenti, etsi facta nouit, minime verba nuntiauit. Moysen quoq; docto patrisfamilias comparare

parare non possumus, quia etsi testamētum edocuit vetus, noui tñ dicta non protulit. Sed in eo quod hic dicitur, intelligi valet, quia non de his qui fuerant, sed de his qui esse in ecclesia poterant, loquebatur, qui tunc noua & vetera proferunt, cum vtriusque testamenti prædicamenta vocibus & moribus loquuntur. HILA.

omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrisfamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

n Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas, trāsijt inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? & sorores eius nonne omnes

Discipulis enim est locutus, quos scribas propter scientiam nūcupat, eo quòd intellexerint ea, quæ ille noua & vetera, idest in Euangelijs & lege protulit, quæ sunt & eiusdem patrisfamilias, vniusque vtraq; thesauri, ipsos etiam sub patrisfamilias nomine sibi comparat, eo quòd doctrinam de Spiritussancti thesauro suo nouorum ac veterum sunt adepti. HIER. Vel apostoli instructi scribę dicūtur, quasi Notarij saluatoris, qui verba illius & præcepta signabant in tabulis cordis carnalibus regnorum cælestium sacramentis, & pollebant opibus patrisfami-
Cant. 7. liæ, eiicientes de thesauro doctrinarum suarum noua & vetera, vt quicquid in Euangelio prædicabant, legis & prophetarum voci-
Ho.euā.11. bus comprobarent. Vnde & sponsa dicit in Cantico canticorum: Noua cum veteribus dilecte mi seruaui tibi. GREG. Vel aliter: Vetus est, vt pro culpa humanum genus in æterna pœna intereat, & nouum, vt conuersus in regnum viuat. Prius autem de regni similitudine thesaurum inuentum ac margaritam bonam protulit, postmodum inferni pœnas, de malorum combustione narrauit, atque in conclusione subiungit: Ideo doctus scriba. Ac si dicat: Ille in sancta Ecclesia doctus prędicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta dicere de terrore supplicij, vt vel pœnæ terreant, quos præmia non inuitant.

n ¶ HIERO. Post parabolas quas dominus ad populum est locutus, & quas soli Apostoli intelligunt, trāsijt in patriam suam, vt ibi apertius doceat. Et hoc est quod dicitur: {Et factum est, cum consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde. Et veniens in pa-
Lib.2.c.42. triam suam, docebat eos in synagogis eorum.} AVG. de Con. euang: A superiori sermone parabolarum istarum sic transit, vt nō ostendat consequentis ordinis necessitatem, præsertim quia Marcus ab istis parabolis non in quod Matthæus, sed in aliud intendēs in quod & Lucas, ita contexuit narrationem, vt credibilius ostendatur hoc esse potius consequenter gestum, quod ipsi duo consequenter adiungunt de naui, scilicet in qua dormiebat Iesus, & de miraculo expulsorum dæmoniorum, quæ Matthæus superius re-
Hom. 49. colens interposuit. CHRY. Patriam autem eius, hic Nazareth vocat. non enim fecit ibi virtutes multas, vt infra dicitur, sed in Capharnaum fecit multa signa. sed doctrinam eis ostendit non minorem admirationem habentem quàm signa. REMI. In synagogis autem docebat, vbi plurimi conueniebant, quia propter multorum salutem de cælis descendit ad terras. Sequitur: {Ita vt mirarentur & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes?} Sapientia refertur ad doctrinam, virtutes vero ad miraculorum operationem. HIERO. Mira stultitia nazarenorum. Mirantur vnde habeat sapientiam & virtutes, sed error in promptu est, quia fabri filium suspicantur. vnde & dicunt: {Nonne hic est fabri fil.} CHRY. Per omnia ergo erant insensati, vilipendentes eum ab eo, qui æstimabatur esse pater, quàmuis multa horum exempla habentes in antiquis temporibus, & patrum ignobilium nobiles videntes filios, etenim Dauid cuiusdam Agricolæ Iesse fuit filius, & Amos cuiusdam Pastoris & ipse Pastor. Oportebat enim propter hoc maxime eum honorare, quoniam a talibus existens talia loquebatur. Ex hoc enim erat manifestum, quoniam non ex humana diligentia erat, sed ex diuina gratia. AVG. in Ser. de Nati. Est autem pater Christi faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus est, arcam Noe disposuit, Moysi tabernaculum ordinauit,
Christus Fabri Ferrarij filius. idem sentit Beda. arcam testamenti instituit. Fabrum dixerim, qui mentem rigidam explanat, ac cogitationes superbas excidit. HILAR. Fabri et hac erat filius, ferrum ignei vincentis ratione, sæculi virtutem iudicio decoquētis, massamq; formantis in omne opus vtilitatis humanæ, formam.s. corporum nostrorum in diuersa membrorum ministeria, & ad omnia ęternæ vitæ opera fingentis. HIERO. Cum autem errent in patre, non est mirandum si errent in fratribus. vnde subditur: {Nonne eius mater dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius, nonne

A apud nos omnes sunt?} HIERO. contra Heluidium: Fratres dñi hic appellantur filij materteræ eius Mariæ, & hæc est mater Iacobi & Ioseph, i. Maria Cleophæ vxor Alphæi. & hæc dicta est Maria mater Iacobi minoris. AVG. de Quæst.euang. Non Cap.17.
ergo mirū est dictos esse fratres domini ex materno genere quoscumque cognatos, cū etiam ex cognatione Ioseph dici potuerint fratres eius ab illis, qui eum patrem domini esse arbitrabantur. HIL. Inhonoratur ergo dominus a suis, & quāq; docendi prudentia, & operandi virtus admirationem commoueret: non tamen credunt hæc in nomine domini agere, & paternæ artis quodam opprobrio lacessunt. Inter tot ergo magnifica quæ gerebat, corporis eius contemplatione commouebantur: & ideo dicunt. {Vnde huic omnia ista?} Sequitur: {Et sic scādalizabantur in eo.} HIERO. Error Iudæorum salus nostra est & Hæreticorum condemnatio, intantum enim cernebant hominem Iesum Christum, vt putarent filium fabri. CHRY. Intuere enim Christi mansuetudinem, conuitiatus est, sed cum multa mansuetudine respōdit. vnde sequitur: {Iesus autem dixit eis:
C Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua.} REMI. Prophetam seipsum appellat, quod & Moyses manifestat cum dicit, Prophetam suscitabit Deus de fratribus vestris vobis. Et hoc sciendum, quia non solum Christus, qui est caput omnium prophetarum, sed etiam Hieremias, Daniel, & cæteri minores prophetæ maioris honoris, & dignitatis fuerunt apud exteros quàm apud suos. HIER. Propemodum enim naturale est ciues semper ciuibus inuidere. non enim considerant pręsentia viri opera, sed fragilis recordantur infantiæ, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint. HILA. Inhonorabilem etiam prophetam in patria sua esse respondit, quia in Iudæa esset, vsque ad crucis sententiam condemnandus, & quia penes solos fideles Dei virtus est, & propter eorum incredulitatem operibus diuinæ virtutis abstinuit. vnde sequitur, {Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.} HIE.
D Non quòd etiam incredulis facere non potuit virtutes multas, sed quòd ne multas faciens virtutes, ciues incredulos condemnaret. CHRY. Si autem admiratio ei adueniebat ex miraculis, quare non multa fecit? quia non ad ostentationem suam inspiciebat, sed ad ea quæ alijs erant vtilia. hoc igitur non prouenięte despexit quod erat suiipsius, vt non pœnam eis augeat. Cur igitur vel pauca fecit signa? vt non dicant: Si vtique facta essent signa, nos credidissemus. HIERO. Potest etiam aliter intelligi, quòd Iesus despiciatur in domo & in patria sua, hoc est in populo Iudæorum: & ideo ibi pauca signa fecerit, ne pœnitus inexcusabiles fierent. maiora autem signa quotidie in gentibus per Apostolos facit, non tam in sanatione corporū quàm in animarum salute.

apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorū.

B

CAP. XIIII.

IN illo tempore, Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, &

CAP. XIIII.

a GLO. Quia supra, Euangelista ostenderat quomodo pharisæi Christi miracula calūniabantur, conciues au-
E tem eius hic admirantes, Christum tamen contemnebant, refert nunc quam opinionem ex auditis miraculis Herodes de Christo cōceperat. vnde dicitur. {In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu.} CHRY. Non absq; Hom.44.
causa hic tempus euangelista designat, sed vt discas tyranni superbiam & negligentiam. neque enim a principio didicit ea, quæ erāt a Christo, sed post plurimum tempus, sic etiam multi qui in potestatibus sunt multa elatione circūdati, huiusmodi tarde addiscūt, quia non multam horum faciunt curam. AVG. de Con.euan. Lib.2.c.33.
Dixit autem Matthæus, in illo tempore, non in illo die, vel ipsa hora. nam & Marcus quidem hoc eodem modo dicit, sed non eodem ordine. sed postquam discipulos ad prędicandum misit, nulla tamen facta necessitate, qua hoc conuenienter gestum esse intelligeretur. Lucas etiam narrandi eum ordinem tenet. quem & Marcus, nec ipse tamen rerum gestarum ordinem fuisse eundem credi cogit. CHRY. Vide ergo quàm magnum quid est virtus, nam & defunctum Ioannem Herodes formidauit, & de resurrectione philosophatur: & ideo sequitur, {Et ait pueris suis, hic est Ioānes Baptista,

Universidad de Deusto Biblioteca

Baptista, ipse surrexit a mortuis: & ideò virtutes operātur in eo.} RABA. Sed quanta est inuidia Iudæorum ex isto loco docemur. Ioannem enim a mortuis potuisse resurgere nullo attestante Herodes alienigena nunciauit: Iudæi verò Christum quem pphetæ prædixerant non resurrexisse, sed furtim ablatū esse credere maluerunt,

ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes, Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant.

b Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde

in quo insinuatur, quòd promptior est animus gentium ad credulitatē, quàm Iudæorum. HIERO. Quidam autem Ecclesiasticorum interpretum quærit, quare Herodes ista sit suspicatus, vt putet Ioannē a mortuis resurrexisse, quasi alieni erroris nobis reddenda sit ratio, aut ex his verbis habeat occasionem Hæresis μετεμψυχώσεος Metempsychoseos, quæ post multos annorum circulos in diuersa corpora dicit animas insinuari, cum eo tempore quo Ioannes decollatus est, dominus 30. annorum esset: μετεμψύχωσις Metempsychosis autem post multos annorum circulos in diuersa corpora dicit animas insinuari. RABA. Bene autem de resurrectionis virtute omnes senserunt, quòd maioris potentiæ sunt Sancti futuri, cum a mortuis resurrexerint, quàm fuere dum adhuc carnis infirmitate grauarentur. propterea dicit: {Et ideo virtutes operantur in eo.} Lib.2.c.53. AVGVST. de Con.euan. Lucas autem dicit: Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui, quis est iste de quo audio talia? Quia ergo hæsitantem Lucas commemorauit Herodem, intelligendum est, aut post hanc hæsitationem confirmasse in animo suo quod ab alijs dicebatur, cum dixit pueris suis, sicut hic Matthæus narrat: Hic est Ioannes Baptista. ita pronuncianda sunt hæc verba, vt hæsitantem adhuc indicent. vtroq; enim modo pronunciari potest, vt aut confirmatum eum ex aliorum verbis accipiamus, aut adhuc eum hæsitantem, vt Lucas commemorat. REMI. Forte autem quæret aliquis, quare dicat Matthæus: {In illo tempore audiuit Herodes.} cum longe superius dicat, quòd mortuo Herode, reuersus est dominus ex Aegypto? Sed hæc quęstio soluitur, si intelligatur duos fuisse Herodes. mortuo namque priore Herode, successit ei Archelaus filius eius, qui post 10. annos relegatus est exilio apud Viennā vrbē Galliæ. deinde Cęsar Augustus iussit diuidi illud regnum in Tetrarchias, & tres partes dedit filijs Herodis. Iste ergo Herodes qui Ioannem decollauit, est filius maioris Herodis, sub quo dominus natus est, & vt hoc ostenderet Euangelista addidit {Tetrarcha.} GLO. Quia vero dixerat de opinione resurrectionis Ioannis, cum nihil de morte dixisset: ideo reuertitur & narrat qualiter obierit. CHRYSO. Et hanc historiam nobis Euangelista non principaliter inducit, quia totum studium fuit ei dicere de Christo & nihil aliud, nisi ad hoc conferre deberet. Dicit ergo, {Herodes tenuit Ioannem & alligauit eum.} Lib.2.c.44. AVG. de Con.euan. Lucas quidem non eodem ordine id recordatur, sed circa baptismum quo dominus baptizatus est. vnde hoc præoccupasse intelligitur, vt narret quòd multo post factum est. Cum.n. commemorasset Ioannes verba de domino, q ventilabrum in manu eius sit, continuo hoc subiecit, quod non cōtinuo factum esse Ioannes euāgelista exponit, cum commemoret postea quàm baptizatus est Iesus isse eum in Galilæam, & post redisse in Iudæam, & ibi baptizasse circa Iordanem, antequàm Ioannes in carcerem missus esset. Sed nec Matthæus nec Marcus eo ordine de Ioanne in carcerem misso in sua narratione posuerunt, quo factum apparet in eorum scriptis. nam & ipsi dixerunt tradito Ioanne dominum isse in Galilæam, & post multa quæ fecit ibi ex occasione famę venientis ad Herodem, de Christo narrant omnia, quæ de Ioanne fuerunt incluso & occiso. Causam autem quare positus sit in carcerem, ostendit cum dicit. {Propter Herodiadem vxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.} HIERO. Vetus narrat historia, Philippum Herodis maioris filium fratrem huius Herodis, duxisse vxorem Herodiadem filiam Arethæ regis Arabum, postea vero socerum eius, exortis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse filiam suam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulasse. ergo Ioannes Baptista, qui venerat in spiritu & virtute Heliæ, eadem authoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel, arguit Herodem & Herodiadem, quòd illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre viuente germano, vxorem eius ducere, malens periclitari apud regem, quàm propter adulationem esse immemor præceptorum Dei. CHRY. Non tamen vxori loquitur, sed viro eius, quoniam principalior erat hic. forsan enim

F legem Iudæorum tenebat: & ideo Ioannes eum ab adulterio prohibuit. Sequitur. {Et volens eum occidere, timuit populum.} HIERO. Seditionem quidem populi verebatur propter Ioannē a quo sciebat turbas, in Iordane plurimas baptizatas, sed amore vincebatur vxoris, ob cuius ardorem etiam Dei præcepta neglexerat.

cum iuramento pollicitus est ei dare, quodcumque postulasset ab eo. At illa pręmonita a matre sua: Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistę. Et contristatus est rex: propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. G Misitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellę, & illa attulit matri suæ. Et ac-

GLO. Timor enim Dei corrigit, timor hominum differt, sed voluntatem non aufert. vnde & auidiores reddit ad crimen, quos aliquando suspendit a crimine.

b ¶ CHRYSO. Hom.49. Postquàm enarrauit Euangelista incarcerationem Ioannis, prosequitur de occisione ipsius dicens: {Die autem natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio.} HIERO. Nullum inuenimus alium obseruasse diem Natalis sui, nisi Herodem & Pharaonē, vt quorum erat par impietas, esset vna solemnitas. REMI. Et sciendum, quòd consuetudo est non solum diuitum, sed etiam pauperum mulierum, ita pudice filias suas nutrire, vt vix ab extraneis videantur. Hæc autem impudica mulier, impudice filiam suam nutriuit, quam nō docuit pudorem sed saltationem. Nec minus reprehendendus est Herodes, qui oblitus est domum suam esse aulam regiam, quam pdicta mulier fecerat theatrum. vnde sequitur. {Et placuit Herodi. H Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcūque postulasset ab eo.} HIERO. Ego autem non excuso Herodem, quòd inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit, qui adhoc forte iurauit, vt futuræ occisionis machinas prępararet, alioquin si ob iusiurandum fecisse se dicit, si matris, si patris postulasset interitum, facturus fuerat, an non? quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit in Propheta. ISIDO. In malis ergo promissis rescinde fidem. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Illud non est obseruandum sacramentum, quo malum incaute promittitur. Sequitur: {At illa præmonita a matre sua: da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ.} HIERO. Herodias enim timens, ne Herodes aliquando resipisceret vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio soluerentur, monet filiam vt in ipso statim conuiuio Ioannis caput postulet, digno operi saltationis, dignum sanguinis præmium. CHRY. Duplex est autem hic puellæ accusatio, & quoniam saltauit, & quoniam ita ei placuit, vt occisionem expeteret in mercedem. I Vide autem qualiter crudelis, & qualiter mollis est Herodes. seipsum enim obnoxium iuramento facit, illam autem dominam petitionis constituit. quia ergo sciuit quòd ex eius petitione malum eueniebat, tristatus est. vnde sequitur: {Et contristatus est rex.} virtus enim, etiam apud malos admiratione, & laudibus digna est. HIERO. Vel aliter: Consuetudinis scripturarum est, vt opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab hominibus credebatur, sicut Ioseph ab ipsa quoq; Maria appellabatur pater Iesu: ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. Dissimulator enim mentis suæ, & artifex homicidij, tristitiam pręferebat in facie, cum lætitiam haberet in mente. Sequitur. {Propter iusiurādum aūt & ꝓpter eos qui pariter recumbebant iussit dari.} Scelus excusat iuramento, vt sub occasione pietatis impius fieret. Quòd autem subijcit: {Et propter eos qui pariter discumbebant,} vult omnes sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso conuiuio, cruentę epulæ deferentur. K CHRY. Si autem testes habere periurationis formidauit, quanto magis timuisse oportebat, tam iniquæ occisionis tātos testes habere? REMI. Sed in eo minus peccatum, factum est causa maioris peccati. nam quia libidinosam voluntatem non extinxit, iccirco ad luxuriam vsque peruenit, & quia luxuriam non coercuit: ideo ad reatum homicidij descendit. vnde sequitur: {Misitque & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco.} REMI. Legimus in Romana historia Flaminium ducem Romanorum, quòd accubanti iuxta meretriculæ, q nūquam vidisse se diceret hominem decollatum, accensus sit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, a censoribus pulsum curia, quòd epulas sanguini commiscuerit, & mortem, quamuis noxij hominis, in alterius delitias præstiterit, vt libido & homicidium pariter miscerentur, quanto sceleratior Herodes, & Herodias, ac puella quæ saltauit, in precium sanguinis petijt caput prophetæ, vt haberent in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat? Sequitur. {Et datum est puellæ, & attulit matri suæ.} GLO. Vt habeat in potestate linguam quę illicitas nuptias

tas nuptias arguebat. GREGO. 3. Morali. Sed non sine admiratione grauissima perpendo, quòd ille prophetiæ spiritu intra matris vterum impletus, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit, ab iniquis in carcere mittitur, & pro puellæ saltu capite truncatur, & vir tantæ seueritatis pro risu turpium moritur. Cap.4

cedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, & venientes nunciauerunt Iesu.

c Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbę secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

d Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est locus &

Nūquid nam credimus aliquid fuisse, quod in ei⁹ vita illa sic despecta mors tergeret? Sed iccirco De⁹ suos sic præmit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis. Hinc ergo vnusquisque colligat quid illi sint passuri, quos Cap.4. reprobat, si sic cruciat, quos amat. GREGO. 29. Mora. Neque autem Ioannes de confessione Christi, sed de iustitię veritate requisitus occubuit. Sed quia Christus est veritas, vsque ad mortem p Christo quasi pro veritate peruenit. Sequitur. {Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius & sepelierunt illud.} HIER. In quo ipsius Ioannis, & Saluatoris discipulos intelligere possumus. RABA. Narrat autem Iosephus vinctum hominem in castellum Mecheronta adductum, ibique truncatum, Ecclesiastica vero narrat historia sepultum eum ī Sebasta Vrbe palestinorum, quæ quondam Samaria dicta est. CHRYSOST. Intende autem qualiter discipuli Ioannis, iam magis familiares facti sunt Iesu. ipsi enim sunt qui annunciauerunt ei, quod factum est de Ioanne. vnde sequitur {Et venientes nunciauerunt Iesu.} Etenim vniuersos dimittentes ad ipsum confugiunt, & ita paulatim post calamitatem & responsionem a Christo datam directi sunt. HILA. Mystice autem Ioannes prætulit formam legis, quia lex Christum prędicauit, & Ioannes profectus ex lege est, Christum ex lege prænuncians. Herodes vero princeps est populi, & populi princeps subiectæ sibi vniuersitatis nomen, causamque complectitur. Ioannes ergo Herodem monebat, ne fratris sui vxorem sibi iūgeret. Sunt enim atque erant duo populi, circumcisionis & gentium. hi igitur fratres ex eodem sunt humani generis parente, sed Israelem lex admonebat, ne opera gentium, & infidelitatem sibi iungeret, quæ ipsis tanquàm vinculo cōiugalis amoris annexa est. Die autem natalis, idest rerum corporalium gaudijs Herodiadis filia saltauit. voluptas enim tanquàm ex infidelitate orta, per omnia Israel gaudia totis illecebris suæ cursibus offerebatur, cui se ēt sacramento venalem populus addixit. Sub peccatis enim & sæculi voluptatibus Israelitæ vitæ æternæ munera vendiderunt. Hæc matris suæ, idest infidelitatis instinctu, orauit deferri sibi caput Ioannis, idest gloriam legis, sed populus boni eius quod in lege erat cōscius, voluptatis conditionibus non sine periculi sui dolore concedit, scitq; se talem præceptorū gloriam nō oportuisse cōcedere, sed peccatis tanquàm sacramento coactus, & principum adiacentium metu, atque exemplo deprauatus & victus, illecebris voluptatis męstus obtemperat. Igitur inter reliqua dissoluti populi gaudia, in disco Ioānis caput offertur, damnū.s. legis voluptas corporum, & sæcularis luxus augetur. Igitur per puellam ad matrem defertur, ac sic probrosus Israel etiam voluptati, & infidelitati suę gloriam legis adduxit. Finitis igitur legis temporibus, & cum Ioanne sepultis, & discipuli eius res gestas domino annunciant, ad Euangelia, scilicet ex lege venientes. HIERO. Vel aliter: Nos vsque hodie cernimus in capite Ioannis prophetæ, Iudæos, Christum qui caput prophetarum est, perdidisse. RABA. Sed & linguam & vocem apud eos perdidit propheta. REMI. Vel aliter: Decollatio Ioannis signat minorationem famæ illius qua æstimatur a populo Christus, sicut exaltatio domini in cruce signat profectum fidei. vnde Ioannes dixerat: Illum oportet crescere: me autem minui.

c ¶ GLO. Saluator audita nece sui Baptistæ, secessit in locum desertum. vnde sequitur: {Quod cum audisset Iesus, secessit Lib.2.c.55. inde in nauicula in locum desertum seorsum.} AVG. de Con.euan. Hoc autem continuo post Ioannis passionem Euangelista factum esse commemorat. vnde post hæc, facta sunt illa quæ primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit, Hic est Ioannes. Illa.n. posteriora debent intelligi, quæ ad Herodem pertulit fama, vt moueretur & hæsitaret, quisnam iste esse posset de quo audiret talia, cum Ioannem ipse occidisset. HIERO. Non autem secedit in locū desertum, vt quidam arbitrantur timore mortis, sed parcens inimicis suis, ne homicidium homicidio iungerent, vel in diem Paschæ suum interitum differens, in quo propter sacramentum immolandus est agnus, & postes credentium sanguine respergēdi. Siue ideo recessit, vt nobis præberet exemplum temeritatis vltro se tradentium vitandæ, quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qui se torquendos offerunt. Ob hanc causam in alio loco præcipit: Cum persecuti vos fuerint in ista ciuitate,

A fugite in aliam. vnde eleganter quoque Euangelista non dicit: Fugit in locum desertum, sed Secessit, vt persecutores vitauerit magis quàm timuerit. Potest etiam aliam ob causam, audito Ioannis interitu secessisse in desertum locum, vt credentium probaret fidem. CHRY. Vel ideo hoc fecit, quia plura humanitus vult Hom. 50.

destres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum.

d Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est locus &

dispensare, nondum tempore existente de nudandi suam manifeste deitatem, propter quod & discipulis dixit, quòd nulli dicerent, quòd ipse esset Christus. Post resurrectionem autem volebat hoc fieri manifestum. Ideo autem B quàmuis per se nouerit quod factum est, tamen antequàm nunciaretur ei, non secessit, vt demonstraret per omnia incarnationis veritatem. non enim solo visu, sed operibus hoc credi volebat. Recedens vero, non abijt in ciuitatem, sed in desertum in nauigio, vt nullus sequeretur. Turbæ autem neque ita desistunt sed sequuntur, & neque quod gestum est de Ioāne eos terruit. vnde sequitur: {Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pædestres de ciuitati.} HIERO. Secutæ sunt autem eum pedestres, non in iumentis, non in vehiculis, sed proprio labore pedum, vt ardorem mentis ostenderent. CHRYSO. Et propter hoc statim retributionem acceperunt, vnde sequitur: {Et exiens vidit turbam multam, & misertus est ei, & curauit languidos eorum.} etsi enim multa erat affectio eorum, qui ciuitates dimittebant, & diligēter eum quærebant, sed tamen quæ ab ipso fiebant, omnis studij superexcedunt retributionem. Ideoq; causam talis curationis misericordiā ponit. Est autem magna misericordia, quòd omnes curat, & fidem C non expetit, HILA. Mystice autem Dei verbum lege finita, nauem conscendens ecclesiam adijt, in desertum descendit. Relicta quippe conuersatione Israel, in vacua diuinę cognitionis pectora transit. Turba autem hoc audiens, dominum de ciuitate sequitur in desertum, de synagoga videlicet, ad ecclesiam tendens, quam videns misertus est, & omnem languorem infirmitatemque curat, obsessas.s. mentes & corda infidelitatis vitio ad intelligentiā nouæ prædicationis emundat. RABA. Illud quoque notandum, quòd postquàm dominus in desertum venerit, secutæ sunt eum turbæ multæ. Nam antequàm veniret in solitudinem gentium, ab vno tantum populo colebatur. HIERO. Relinquunt autem ciuitates suas, hoc est pristinas conuersationes & varietates dogmatum. Egressus autem Iesus, signat quòd turbæ quidem habebant eundi voluntatem, sed perueniendi vires non habuerūt: ideo saluator egreditur de loco, & obuiam pergit.

d ¶ CHRY. Turbarum fidem ostendit, quòd dominum etiā Homi.50. D famem patientes expectabant vsque ad vesperam: & ideo sequitur {Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est locus, & hora iam pterijt.} Cibaturus quidem eos dominus expectat rogari, quasi vbique non insiliens prior ad miracula, sed vocatus. Ideo autem nullus de turba accedit. venerabantur enim eum abundanter, & neque famis sensum accipiebant amore instantiæ. Sed neque discipuli accedentes dicunt: Ciba eos. adhuc enim imperfectius erant discipuli dispositi, sed dicunt. {Desertus est locus} quod enim videbatur Iudæis in eremo esse miraculum, cum dicerent: Numquid potest parare mensam in deserto? hoc & per opera ostendit. Propter hoc autem & in desertum eos ducit, vt sine omni suspitione sit hoc miraculum, & nullus æstimet ex castello aliquo prope existenti inferri aliquid ad mensam. Sed quāuis desertus sit locus, tamen qui nutrit orbem terrarum adest, etsi hora iam præterijt vt dicunt, tamen qui nō erat horæ suppositus, loquebatur. Et quàmuis præueniens discipulos dominus multos E infirmos curauerit, tamen interim ita imperfecti erant, quòd neq; quid de panibus facturus erat, poterant æstimare. vnde subdunt. {Dimitte turbas vt euntes in castella, emant sibi escas.} Vide autē magistri Sapientiam. non enim statim dixit eis: Ego cibabo eos. neque enim hoc facile suscepissent, sed subditur: {Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire, date illis vos manducare.} HIER. In quo prouocat Apostolos ad fractionem panis, vt illis se non habere testantibus, magnitudo miraculi notior fieret. AVG. de Lib.2.c.45. Con.euan. Potest autem mouere, si dominus secundum narrationem Ioannis prospectis turbis, quæsiuit a Philippo, vnde illis escę dari posset, quomodo sit verum quod Matthæus hic narrat, prius dixisse domino discipulos vt dimittet turbas quo possent alimenta emere de proxmis locis. Intelligitur ergo post hæc verba dominum inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo, quod Ioannes commemorat. Matthæus autem & alij prætermiserunt, & omnino talibus quæstionibus neminem moueri oportet, cum ab aliquo Euangelistarum dicitur quod ab alio prætermittitur. CHRY. Discipuli vero neque per pręmissa verba directi sunt, sed adhuc

sed adhuc vt homini loquuntur. vnde sequitur: {Respõderunt ei: Non habemus hic, nisi quinque panes & duos pisces.} Addiscimus autem in hoc discipulorum philosophiam, qualiter contempserunt escam. Duodecim enim existentes, quinque panes habebant, & duos pisces. contemptibilia enim illis erant corporalia, & a spiritualibus possidebantur. Quia igitur discipuli adhuc ad terram trahebantur, iam dominus inducere incipit quę ab ipso erant. vnde sequitur: {Qui ait eis: Afferte illos mihi huc.} Propter quid autem non facit panes ex nihilo, quibus turbam pascat? vt scilicet obstruat Marcionis & Manichæos, qui creaturas alienant a Deo, & p opera doceat, quoniam omnia quæ videntur, eius opera & creationes sunt, & vt ostendat quoniam ipse est qui fructus tradidit, qui dixit a principio: Terra germinet herbam virentem: neque enim hoc minus illo est, Non enim minus est de quinque panibus facere panes tantos, & de piscibus similiter, quam de terra educere fructum, & ab aquis reptilia alia animata, quod demonstrabat eum esse dominum terræ & maris. Oportet autem erudiri discipulorum exemplo, quoniá etsi pauca habuerimus, oportet ea retribuere indigentibus. Iussi nãq; discipuli afferre quinque panes, non dicunt vnde mitigabimus famem nostram? sed obediunt confestim. vnde sequitur· {Et cum iussisset turbam discumbere super fænum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit ac fregit.} Quare autem aspexit in cælum, & benedixit? Oportebat nãque credi de eo quoniam a patre est, & quoniam ei æqualis est. æqualitatem demonstrabat, cum potestate omnia faceret. A patre autem esse se mõstrabat per hoc, quòd ad ipsum omnia referens faciebat, inuocans eum ad ea quæ fiebant: & ideo vt vtrũque ostendat, nunc quidem potestate, nunc autem orans miracula facit. Deinde considerãdum, quòd in minoribus respicit in cælum, in maioribus autem potestate omnia facit. Quãdo enim peccata dimisit, mortuos suscitauit, mare refrenauit, occulta cordium redarguit, oculos cõdidit cęci nati, quæ solius Dei sunt, nequaquam videtur orans. Quãdo autem panes multiplicari fecit, quod his omnibus minus est, tunc respexit in cælum, vt discas quoniam & in minoribus, nõ aliũde virtutem habet quàm a patre. Simul autem erudit nos non prius tangere mensam, donec gratias egerimus ei, qui cibum dat nobis. Propter hoc etiam, & in cælum respicit. aliorum enim ignorum multorum exempla habebant discipuli, huius autem nullum. HIERO. Frangente autem domino, seminarium fit ciborum. si enim fuissent integri, & non in frustra discerpti, & non diuisi in multiplicem segetem, tantam multitudinem alere non poterant. Turbæ autem a domino per Apostolos alimenta suscipiũt. vnde sequitur, {Et dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.} CHRY. In quo quidem non solum eos honorauit, sed voluit vt hoc miraculo facto, non incredduli fiant, neque obliuiscãtur eius cum prẽterierit, manibus ipsis testantibus. Ideoq; turbas dimittit prius famis sensum accipere, & discipulos accedere & interrogare, & ab ipsis accepit panes, vt multa essent testimonia eius quod fiebat, & multas rememorationes haberent miraculi. ex hoc autem, quòd nihil amplius quàm panes & pisces eis dedit, & ex hoc quòd omnibus comuniter ea apposuit, humilitatem, parsimoniam, & charitatem qua omnia æstimarent communia, eos erudiuit, quod & a loco docuit, cum super fœnum eos discumbere fecit. non enim nutrire solum corpora volebat, sed & animam erudire. Panes autem & pisces in discipulorum manibus augebãtur. vnde sequitur, {Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.} Sed neque vsque ad hoc stetit miraculum, sed & superabundare fecit, non panes integros, sed fragmenta, vt ostendat quoniam illi panes, neque quantum reliquiæ erant, & vt absentes discant quod factum est, & ne vllus quod factum est æstimet esse phantasiam. vnde sequitur: {Et tulerunt reliquias duodecim cophinos plenos fragmentorũ. HIE. Vnusquisque enim Apostolorum de reliquijs Saluatoris implet cophinum suum, vt ex reliquijs doceat veros fuisse panes qui multiplicati sunt. CHRY. Propter hoc enim duodecim cophinos superabundare fecit, vt & Iudas suum cophinum portaret. Accipiens autem fragmenta, dedit discipulis & nõ turbis, quæ adhuc imperfectius dispositæ erant quàm discipuli. Iuxta numerum quinque panum, & comedentium virorum, quinque milium multitudo est. vnde sequitur. {Manducantium autem, fuit numerus quinque milia virorũ, exceptis mulieribus & paruulis.} CHRY.

F Hoc enim erat plebis maxima laus, quoniam mulieres & viri astabant, quando hæ reliquiæ factæ sunt. HILA. Non autem quinque panes multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt. Crescit deinde materies, nescio vtrum in mensarum loco, aut in fumentium manibus. RABA. Hoc autem miraculum scripturus Ioannes, p̃misit quia proximũ esset pascha. Matthæus vero & Marcus hoc, interfecto Ioanne, cõtinuo factum esse cõmemorant. vnde colligitur imminente paschali festiuitate fuisse decollatum, & anno post sequẽte, cum paschale tempus rediret, mysterium dominicæ passionis esse cõpletum. HIERO. Omnia autem hæc plena mysterijs sunt.

hoc enim facit dominus non mane, non meridie, sed vespere, quando Sol iustitiæ occubuit. REMI. Per vesperam enim mors domini designatur, quia postquam ille verus Sol in ara crucis occubuit, famelicos satiauit. Vel per vesperum vltima ætas sæculi designatur, in qua filius Dei veniens, turbas in se credentium refecit. RABA. Quòd autem discipuli rogant dominum, vt dimittat turbas, vt eman̄t sibi cibos per castella, signat fastidium Iudæorum contra turbas gentium, quos iudicabant magis aptos, vt quærerẽt sibi cibum in conuenticulis pharisæorum, quàm diuinorum librorum vterentur pastu. HILA. Sed dominus respondit: Non habent necesse ire. ostendens eos quibus medetur, venalis doctrinæ cibo non egere, neque necessitatem habere regredi ad Iudæam cibosq; mercari, iubetq; Apostolis, vt escam darent. Nũquid autem ignorabat non esse, quod dari posset? sed erat omnis typica ratio explicanda. nondum enim concessum Apostolis erat ad vitæ æternæ cibum cælestem panem perficere ac ministrare, quorum responsio ad spiritualis intelligentiæ ordinem tendit, quia adhuc sub quinque panibus, idest quinque libris legis continebantur, & piscium duorum, idest prophetarum, & Ioannis prædicationibus alebant. BABA. Vel per duos pisces, & prophetias & Psalmos habemus. totum enim vetus testamentum in his tribus completur, lege, prophetis, & Psalmis. HILA. Hoc igitur primum, quia in his adhuc erant Apostoli obtulerunt, sed ex his euangeliorum prædicatio in maiorem suæ virtutis abũdantiam crescit. Accumbere post hoc supra fœnum populus iubetur, non iam in terra iacens, sed lege sustultus, & tãquam terræ fœno fructibus operis sui vnusquisq; substernitur. HIERO. Vel discumbere iubentur super fœnũ, & secundum alium euangelistam per quinquagenos & centenos, vt postquam calcauerint carnem suam, & sæculi voluptates, quasi arens fœnum sibi subiecerint, tunc per quinquagenarij numeri p̃sentiam, ad perfectum centesimi numeri culmen ascendant. Aspicit autem ad cælum, vt illuc dirigendos oculos doceat. Frangitur autem lex cum prophetis, & in eius medio proferuntur mysteria, vt quod integrum non alebat, diuisum per partes alat gentiũ multitudinem. HILA. Dantur autem Apostolis panes, quia per eos erant diuinæ gratię dona reddenda. Idem autem edentium numerus inuenitur, qui futurus fuerat creditu rorum. nam sicut in libro Actuum continetur, ex Israel populi infinitate virorum, quinque milia crediderunt. HIERO. Comederunt autem quinque milia virorum, qui in perfectum virum creuerant. Mulieres autem & paruuli sexus fragilis, & etas minor numero indigni sũt, vnde & in Numerorum libro, serui, mulieres, & paruuli, & vulgus ignobile, absq; numero prætermittitur. RABA. Turbis autem esurientibus, non noua creat cibaria, sed acceptis eis quæ habebãt discipuli, benedixit, quia veniens in carne, non alia quàm quæ prædicta sunt, prædicabat, sed legis & prophetarum scripta mysterijs, grauida esse demonstrat. Quod autem superest turbis, a discipulis tollitur, quia secretiora mysteria, quæ a rudibus capi nequeunt, non sunt negligenter habenda, sed a duodecim Apostolos, qui per duodecim cophinos signantur, & ab eorum successoribus diligenter inquirenda. Cophinis enim seruilia opera aguntur, & Deus in firma mundi elegit, vt confundat fortia. Quinque autem milia, pro quinque sensibus corporis, hi sunt qui in sæculari habitu exterioribus recte vti nouerunt.

e ¶ CHRY. Diligentem examinationem eorum, quę facta erant tradere volens, eos qui præmissum signum viderant, iussit a se separari, quia etsi præsens visus fuisset, phantastice & non in veritate, feciſſe miraculum diceretur, non tamen vt absens. Et ideo dicitur: {Et statim compulit Iesus discipulos ascẽdere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas.} HIER. Hom. 50.

LECTIO II.

Rosita miraculosa illuminatione cæci. Hic consequenter ponitur miraculi examinatio. Et primo quidem miraculum examinatur à populo. Secundo a Pharisæis & principibus, ibi {Adducunt eum ad Pharisæos.} Tertio cæcus propter suam confessionem instruitur à Christo, & commendatur, ibi {Audiuit Iesus, quia eiecerũt, &c.} Circa primum tria facit. Quia primo inquirit de persona illuminati. Secundo de ipsa illuminatione, ibi {Dicebãt ergo, &c.} Tertio de persona illuminãtis, ibi {Et dixerunt ei. Vbi est ille?} Circa primũ tria facit. Primo ponitur quæstio de persona illuminati. Secundo assumuntur diuersę opiniones ad quæstionem. Tertio determinatur quæstio. Ponitur quidem quæstio à populo, vnde dicit {Itaque vicini, & qui viderant eum prius, &c.} Vbi duo considerãda occurrunt. Vnum est, quòd ex miraculi magnitudine ipsum incredibile reddebatur, vnde dicebant, infra. A sæculo non est auditum, quòd aperuit quis oculos cęci nati. Vnde implet in eis, quod dicitur Abac. 1. Opus factũ est in diebus nostris, &c. Aliud est, mirabilis Dei clementia, quia non solum circa potentes: sed etiã circa ignobiles, dominus miracula operatur. dum eos qui mendicant, cum multa pietate curabat. In quo ostẽditur, quòd propter paupertatem nullum repellit, qui propter salutem hominum venit. Iaco. secundo. Nonne dominus elegit pauperes, diuites in fide, &c. Vnde & isti signanter dicunt. {Nonne hic est qui sedebat & mẽdicabat?} q.d. Ignobilis, & curatione indignus. Contra, dicitur. Baruc. 3. Ibi gigantes nominati. Opiniones autem ponuntur à plebe. Vnde dicit {Alij dicebant, quia hic est.} scilicet quit

Universidad de Deusto Biblioteca

sciendum est, quòd illi qui malitiose contra aliquem agunt, tacent si quid boni in facto eius vident, & mala, si qua vident, manifestant, etiam bonum in malum conuertentes: secundum illud. Eccles. 11. Bona in mala conuertens insidiatur, &c. Quod & isti faciunt. nam id quod videbatur bonum, scilicet cæci illuminationem subticētes, quod contra Christum esse poterat manifestant, scilicet solutionē sabbati. Vnde {dicebant quidam ex Pharisæis,} scilicet malitiosi & praui. {Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit?} Cum tamen Christus sabbatum seruaret. Dominus enim prohibens operari in sabbato, intendit de opere seruili, qđ est peccatum. supr. 8. Qui facit peccatum, seru⁹ est peccati. Ergo qui facit opera peccati in sabbato, soluit sabbatum. Christus ergo q sine peccato erat, potius sabbatum, q̄ ipsi custodiebat.

qui sabbatum nō custodit. Alij autem dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & schisma erat īter eos. g Dicunt ergo cęco iterum. Tu quid dicis de illo q aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia Propheta est. h Non crediderunt ergo Iudęi de illo, quia cęcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cęcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? i Responderūt eis parētes eius, & dixerunt. Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus nat⁹

Cōmendantium autem opinio ponitur, cum subdit. {Quomodo potest homo peccator, &c.} Isti enim aliquam fidem ex signis cōceperant, & imperfecte, & imbecilliter erant dispositi: quia ex timore Pharisæorum, & principum, quasi sub dubio proponunt dicentes. {Quomodo potest, &c.} infr. 12. dicitur, quòd multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter Pharisæos, &c. Qui tamen potius debuissent ostendere qualiter sabbatum non solueret, & conuenienter respondere pro Iesu. Dissidium autē concludit inter eos dicens. {Et schisma erat inter eos.} Quod scilicet fuerat etiam inter populos, & hoc erat signum interitus illorum. Ose. 10. Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Matth. 13. Omne regnum in seipsum diuisum, &c. Consequenter inquirunt sententiam à cæco, & dicunt.

g ET primo ponitur Pharisęorum interrogatio. Secundo cæci responsio. Interrogant quidem cum dicunt. {Tu quid dicis, &c.} Quæ quidem interrogatio secundum Chrysosto. nō est eorum qui Christum blasphemabant, sed eorum qui commendabant. Et hoc apparet ex modo interrogandi, vnde commemorant ei receptum beneficium dicentes. {Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos,} Alioquin si alij interrogassent, non hoc dixissent, sed potius, qui soluit sabbatum. Ideo autem beneficium, commemorant, vt eum gratum reddentes inducant ad Christi prædicationem. Secundum autem Aug. est interrogatio aduersariorum, volentium calumniari hominem, qui constanter veritatem confitebatur, vel vt ex timore mutaret sententiam, vel saltem eum de synagoga eijcerent. Responsio aūt cæci constans ponitur. Vnde subdit. {Ille autem dixit, quia Propheta est.} Licet enim adhuc quasi inunctus in corde, Dei filium nondum confiteretur, constanter tamen, quod sentiebat expressit, non tamen mentitus est. Nam ipse Dominus de se dixit Mar. 6. & Matt. 16. Non est Propheta sine honore, &c. Deute. 18. Prophetam suscitabit vobis Deus, &c. Consequenter cum dicit.

h AGitur de inquisitione à parētibus. Et primo ponitur causa inquisitionis. Secundo subditur interrogatio, ibi. {Et interrogauerunt.} Tertio adhibetur responsio, ibi. {Responderunt ergo eis.} Quarto assignatur responsionis ratio, ibi. {Hoc dixerunt parentes eius, &c.} Causa autem secundę inquisitionis, fuit infidelitas Pharisæorum Et hoc est quod dicit. {Non crediderunt ergo de illo.} scilicet Pharisæi {quòd cæcus natus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius.} scilicet cæci qui viderat. Hoc quidem faciunt volentes annullare Christi miraculum, ne perdant gloriam suam, supr. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam abinuicem, &c. Inquisitio autem ponitur à Pharisæis ad parentes. Vbi tria proponunt. Primo de persona filij dicentes. {Hic est filius, &c.} quasi diceret. Numquid est hic? Secundo de eius cæcitate. Vnde subdunt {Quem dicitis, quia natus est cæcus.} Non dicunt, qui quandoque fuit cęcus, sed {quem dicitis.} quasi dicerēt: hoc confingitis. Numquid hoc est verum? Sed o Inquinati. Quis pater eligeret talia mentiri de filio? Conantur enim per hoc eos ad negationem ducere. Tertio quærunt de modo consecutæ visionis dicentes. {Qumomodo ergo nunc vi-

F det?} quasi dicāt. Aut hoc est falsum, quòd nunc videat, aut primum: quòd cæcus fuerat. Sed constat hoc esse verum, quòd videt. Falsum ergo fuit, quòd cæcum eum dicebant. Ecclesiast. 7. Ex multa enim loquela tentabat te, &c. Responsio parentum ponitur. Consequenter cum dicit.

est, quomodo aūt nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. ipsum interrogate. ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim cōspirauerāt Iudæi, vt si quis eū confiteretur
G esse Christum, extra synagogā fieret. Propterea parētes eis dixerunt, quia ætatē habet, ipsum interrogate.

LECTIO III.

VOcauerūt ergo rursum hominē, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est.

i DE tribus autē interrogauerāt Pharisæi, sed de duobus constāter respondent, & de tertio remittunt ad filiū. Primo quidem confitentur primum, scilicet quòd filius eorum sit. Vnde dicunt {Scim⁹, quia hic est filius noster.} Item confitenē secūdū cum subdunt {Et quia cæcus nat⁹ est.} In quo patet, ꝙ veritas semper vincit mēdacium. Vnde in Apocriphis Esdræ dicitur, quòd veritas super omnia vincit. Tertium autem, scilicet qualiter vidit, dicunt {Quomodo autem nūc videat, nescim⁹.} Secundo de persona illuminante. Cum
H subdunt {Aut quis aperuit oculos, &c.} Hoc ideo dicunt, quia inquisitio fiebat contra personam illuminantem. & ideo remittūt ad filium dicentes {Ipsum interrogate, ætatem habet, &c.} quasi dicant. Et si genuimus eum cæcum, non tamen mutum. Vnde loqui potest pro se in causa. Quod quidem dispensatiue factū est, vt dum parentes confitentur quod sciunt, & cæcus cōfirmat qui est curatus, veritas miraculi magis appareret. Ratio autē responsionis ponitur, cum subdit {hoc dixerunt parentes eius, &c.} Adhuc enim imperfecti erant, nec adimplere ausi: quod dicit dominus. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Causa autem timoris fuit, quia {iam cōspirauerant Iudæi, vt si quis cōfiteretur, &c.} infr. 16. Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini, absque synagogis facient vos. Et vt dicit Aug. Iam nō erat malum fieri extra synagogam. Nam quos illi repellebant, Christus recipiebat.

LECTIO III.

I POsita supra inquisitione negotij, scilicet a cęco & parentibus, hic persuadent negare veritatem, & asserere falsitatem. Et primo persuadent veritatis negationem. Secundo irrogant maledictionem. Tertio inferunt condemnationem secundo, ibi. {Maledixerunt, &c.} Tertiū ibi {Responderunt ei. In peccatis, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo persuadent ei veritatem negare. Secundo quomodo iterato interrogant, vt calumniam possint inferre, ibi {Dixerunt ergo illi, &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit eorum malitiam. Secundo cæci constantiam ibi. {Dixit ergo ille.} Malitia Pharisęorum ostenditur in veritatis negandæ persuasione. Constantia cęci apparet in firma veritatis confessione. Dicit ergo quantum ad primum {Vocauerunt ergo.} scilicet Pharisæi {rursum hominem, qui fuerat cæcus.} Nā parentes interrogati, remiserant eos ad cæcum {Et dixerunt ei. Da gloriam Deo.} Vnum dicunt: sed aliud intendunt. Intendūt
K quidem vt cogant eum dicere, se non fuisse illuminatum a Christo. Vel si hoc non possunt, saltem confiteatur se ab eo aliquo maleficio curatum. Hoc tamen non aperte dicunt: sed tacite, & sub prætextu religionis, ad hoc enim inducere volunt dicentes, {Da gloriā Deo.} quasi dicant. Illuminatus es, sed hoc non est nisi à Deo. Ergo hoc nulli alij attribuas nisi Deo, & non isti scilicet Christo. quia si hoc facis: ostendis te non accepisse à Deo curationis beneficium. quia Deus per peccatores nō operatur miracula. Vnde subdūt {Nos scimus, quia hic homo peccator est.} quasi dicerent. Confitere, quoniam hic nihil operatus est, nega quod accepisti. Sed (vt Augustinus dicit.) si hoc fecisset, non dedisset gloriam Deo, sed potius ingratus existens, blasphemasset: sed vere mendacium locutus est stilus Pharisæorum, dicentium {Nos scimus, quoniam hic homo, &c.} Nam supra 8. Eundem de peccato arguere non potuerunt, cum dixit. Quis ex vobis arguet, &c. Nec mirum; quia hoc dicitur 1. Petri 2 Peccatum non fecit, &c.

autem Euangelista hic tempus designat: vt ostendat ineffabilem illorum nequitiam nulli cedentem. tunc. n. venerunt quando pluri ma signa operatus est: quando infirmos ex tactu fimbriæ curauerat. quòd autem ab hierosolymis venisse dicuntur Scribæ & Pharisæi, sciendum est, quòd per omnes tribus erant disseminati, sed qui in Metropoli habitabant, peiores alijs erant, velut ampliori fruentes honore, & maiorem superbiam possidentes. REMI. Duabus autē de causis reprehenduntur, & quia ab hierosolymis venerant, idest a loco Sancto descenderant, & quia seniores populi, & legis doctores erant, & non ad discendum, sed ad reprehendendum, dominū venerant. Subditur. n.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos trāsgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestrā? Nam Deus dixit: Honora patrē tuū & matrē tuā, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, quicumque dixerit patri vel ma-
B tri, munus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrē suam, & irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram.

b Hypocritę, bene prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & man--

{Dicentes, quare disci. tui transgre. tra. senio.} HIERO. Mira Pharisæorum Scribarumq; stultitia, Dei filium arguunt, quare traditiones hominum & præcepta non seruet. CHRY. Vide autem qualiter, & a sua interrogatione capiuntur. Non enim dicūt: Quare transgrediuntur legem Moysi, sed traditionem Seniorum. vnde manifestum est, quòd multa noua inducebant Sacerdotes, quàmuis Moyses dixerit: Non adiicietis ad verbum, quod ego ꝓpono vobis hodie, & non auferetis ab eo, & quādo oportebat eos ab obseruationibus liberari, tunc amplioribus obseruationibus se alligabant, timentes ne aliquis eorum principatum auferret, terribiliores esse volentes, quia & ipsi essent legislatores. REMI. Quæ autem fuerint traditiones, manifestat Marcus cum ait. Pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus suas, non manducant panem. vnde & hic discipulos reprehendunt dicentes: {Non enim la. ma. su. cum pa. mandu.} CHRY. Verba enim prophetarum carnaliter accipientes quod dictum erat: Lauamini, & mundi estote, de corpore solum lauando seruabant: & ideo statuerant non nisi lotis manibus manducandum esse. HIER. Manus autem, i. opera non corporis, sed animæ lauandæ sunt, vt fiat in illis verbum Dei. CHRY. Ideo autem discipuli nō lotis manibus manducabant, quia iam superflua despiciebant, ea solum quæ sunt necessaria attendentes, & neque lauari, neque non lauari pro lege habentes, sed vt contingebat alterutrum facientes. Qui enim & ipsum necessarium cibum contemnebant, qualiter circa hoc studium haberent? REMI. Vel reprehendebant Pharisæi discipulos Domini, non de ista lauatione quæ consueto more cōgruit, & necessarijs temporibus agitur: sed de illa superflua, quæ de superstitiosa traditione seniorum fuerat reperta. CHRY. Christus autem non excusauit, sed confestim reaccusauit, demonstrans qm̄ eum, qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorum sollicitum esse non oportet. vnde sequitur: {Ipse autem respondens ait illis: {Quare & vos trāsgredimini mandatum Dei propter traditionē vestram?} Non autem dicit, quòd bene faciunt transgredientes, vt non det eis occasionem calumniæ, neque tamē vituperat quod ab Apostolis factum est, ne approbet eorum traditiones. Neque rursus accusat seniores, ne tanq̄ iniuriatorem eum repulissent: sed increpat eos qui aduenerant, tāgens etiam seniores, qui talem traditionem statuerant dicens. HIER. Cum vos propter traditionem hominum præcepta Dei negligatis, quare discipulos meos arguendos creditis, quòd seniorum iussa paruipendant, vt Dei præcepta custodiant? {Nam Deus dixit: Ho. pa. & ma.} Honor in scripturis non tantū in salutationibus & officijs deferēdis, quātum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur. Honora inqt Apostolus viduas quæ vere viduæ sunt. hic. n. honor donum intelligitur. Præceperat ergo dominus vel imbecillitates, vel ætates vel penurias parentum considerans, vt filij honorarēt etiam in vitæ necessarijs ministrandis parentes suos. CHRY. Voluit autem monstrare, ꝙ parentes essent valde honorandi, per hoc, ꝙ adiunxit & præmium & pœnam: sed dominus hic præmium prætermittens quod honorantibus repromittitur, s. esse longæuum super terram, ponit quod terribilius est. s. pœnam, vt & ipsos stupefaceret, & alios attraheret. vnde addit: {Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur} in quo demonstrat eos morte dignos esse. Si. n. qui verbo dehonorat parentem, morte punitur, multo magis vos, qui opere non solum dehonoratis parētes, sed & alios hoc docetis. Qui igitur neque viuere debetis, qualiter meos discipulos incusatis? Quomodo autem Dei mandatum transgrediātur, manifestat cum subdit: {Vos autem dicitis: Quicūq; dixe. pa, vel ma. munus quodcūq; est ex me, tibi proderit.} HIERON.

A Præmissam. n. prouidentissimam Dei legem volentes Scribæ Pharisęiq; subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, vt siquis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo voluerit vouere qui verus est pater, oblatio domini præponatur parentum muneribus. GLO. Vt sit sensus: Quod ego offero Deo, & mihi & tibi ꝓderit: & ideo non debes sumere. s. res meas in tuos vsus: sed pati vt Deo offeram. HIERO. Vel certe ipsi parētes, qui Deo cōsecrata cernebant, ne sacrilegij crimen incurrerent declinantes, egestate cōficiebantur, atque ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi & Dei in lucra cederet sacerdotum. GLO. Vt sit sensus. Quicūq;, i.} quisquis vestrū o iuuenes: {Dixerit}. i. dicere poterit. vel dicet patri vel matri. O pater, munus quod est Deo ex me iam deuotum: Proderit tibi, admirando. quasi diceret, non debes sumere, ne sis reus sacrilegij. Vel potest legi per defectum, hoc modo: Quicūque dixerit patri & cætera. subaudi faciet Dei mandatum, vel complebit legem, vel erit dignus vita æterna. HIERONY. Potest autem & hunc breuiter habere sensum: Compellitis inquit, filios, vt dicant parentibus suis: Quodcumq; donum oblaturus eram Deo, in tuos consumis cibos, tibiq; prodest o pater & mater, quasi diceret: non. GLO. Et sic propter istas persuasiones auaritiæ vestrę, ille iuuenis nō honorificabit pa-
C trem & matrem. vnde sequitur. {Et non honorificabit patrem & matrem.} quasi diceret: Vos filijs ista pessima suasistis, & propter hoc filius postea patrem & matrem non honorificabit, & ita mandatum Dei, de sustentandis parentibus fecistis irritum, propter traditionem vestram. s. auaritiæ vestræ seruientes. AVG. contra Lib.2.c.1.
Aduersarium legis & prophetarum. Euidēter autem hic Christus ostendit, & illam esse Dei legem quam Hæreticus blasphemat, & Iudæos habere suas traditiones a libris propheticis, & legitimis alienas, quas Apostolus appellat ꝓphanas fabulas & viles. AVG. Li.16.c.24.
contra Faustum: Multa etiam nos hic dominus docet, & iudeos a Deo suo se non auertere, & eius mandata non tantum se non infringere, verum etiam illos, a quibus infringerentur arguere, & non nisi per Moysen ista mandasse. AVG. de Quæst. euange. Lib..1.c.16.
Vel aliter: Munus quodcūque est ex me, tibi proderit, idest munus quod offers causa mei, ad te iam pertinebit, quibus verbis significant filij iam sibi non necesse esse parentum pro se oblationem, ꝙ
D ad eam ætatem peruenissent, vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent parentibus suis hoc dicere, cum hoc dixissent negabant Pharisæi reos esse, si parentibus non pręstarent honorem.

b ¶ CHRYSOST. Monstrauerat dominus, quòd Pharisæi non erant digni accusare transgredientes mandata Seniorum, Homil.52.
cum Dei legem destruerent: Rursus autem demonstrat hoc ipsum & a Propheta. vnde dicit: {Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.} REMIG. Hypocrita dicitur simulator, quia aliud opere simulat, & aliud corde gestat. Isti ergo bene hypocritæ dicuntur, quia sub honore Dei, terrena sibi lucra accumulare cupiebant. RABA. Præuidit autem Isaias simulationem Iudæorum, quòd in dolo pugnarent contra Euangelium. Et ideo dixit ex persona Domini: {Populus hic labijs me honorat &c.} REMIG. Iudæorum namque populus
E labijs, & ore Deo appropinquare, & honorare eum videbatur: quia vnius Dei cultum se habere gloriabatur: sed corde longe a Deo recessit, quia visis signis atque miraculis, nec diuinitatem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt. RABA. Item, labijs eum honorabant, quando dicebant: Magister, scimus quia verax es. sed cor eorum longe ab eo fuit. quando miserunt insidiatores, vt eum caperent in sermone. GLO. Vel commendando exteriorem munditiam eum honorabant: sed dum interiori quæ vera est carebant, cor eorum longe erat a Deo, & illis talis honor inutilis erat. vnde sequitur: {Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.} RABA. Non enim habebunt mercedem cum veris cultoribus, docentes doctrinas & mandata hominum, contemptis præceptis diuinis. CHRYSOSTO. Augmentata ergo accusatione Pharisæorum a testimonio Prophetæ, & illis non emendatis, iam eis non loquitur, sed

sed turbis. vnde dicit: {Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite & intelligite.} Quia turbis dogma excelsum, & multa philosophia plenum propositurus erat, non simpliciter hoc enunciat, sed susceptibilem facit sermonem. Primo quidem & ore, & sollicitudine exhibita circa turbas, quod ostendit Euangelista dicens: {Et conuocatis ad se turbis.} Deinde etiã susceptibilẽ facit sermonem ex tempore, quia post mortuos suscitatos, post victoriam cõtra Pharisæos habitam, tunc legem proponit, vt facilius suscipiatur. Et non solum simpliciter turbas aduocauit, sed ét eos attentiores fecit in hoc, q̃ dixit: Audite & intelligite, idest attendite & erigimini mente ad hoc audiendum. Non autem dixit eis: Nihil est obseruatio escarum, neq; quòd Moyses male iniunxerat, sed per modum admonitionis, & consilij a rerum ipsarum natura testimonium accipiens ait: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Hieronymus habet communicat: HIER. Verbum communicat proprie scripturarum est, & proprio sermone non teritur. populus autem Iudæorum, cum partem Dei se esse iactans, communes cibos vocat, quibus omnes vruntur homines. Verbi gratia, Suillam carnem, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quæ vngulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt. Vnde & in actibus Apostolorum scriptum est. Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris Commune ergo quod cæteris hominibus patet, & quasi non de parte Dei, pro immundo appellatur. AVG. contra Faustum: Testamento autem veteri, non est contraria ista sententia, qua dominus dicit: {Nõ quod intrat in os.} in qua Apostolus dicit: Omnia munda mundis, & omnis creatura Dei bona est. Si possunt hoc Apostolum de ipsis dixisse naturis intelligant Manichæi, illas autem literas propter quasdam prefigurationes tempori congruentes, animalia quædam, non natura sed significatione immunda dixisse. Itaque verbi gratia, Si de porco & agno requiratur, vtrumque natura mundum est, quia natura omnis creatura Dei bona est, quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est, tanquàm si stultum & sapientem diceres, vtrũque hoc verbum natura vocis & literarum & syllabarum, quibus constat vtique mundum est, significatione autem vnum horum verbum, quod dicitur stultus, immundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quoddam immundum significat. Et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in hominum genere stultus. & tam illud animal quàm iste duæ syllabæ, quod dicit stultus quoddam vnum idemque significauit. Immũdum quippe illud animal in lege positum est. eo quòd non ruminet, non autem hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autem homines, qui per hoc animal significantur immundi proprio vitio, non natura, qui cum libenter audiant verba sapientiæ, postea de his omnino non cogitant, Qđ enim vtile audieris, velut ab intestino memoriq; tanquàm ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid aliud est quàm spiritualiter rumuniare? quod qui non faciũt, illorum animalium genere figurantur. Hę autem similitudines rerum in locutionibus, vel obseruationibus figuratis rationales mentes vtiliter & suauiter mouent. sed priori populo multa talia, non tantum audienda, verum etiam obseruanda præcepta sunt. Tempus enim erat, quo non tantum dictis, sed etiam factis prophetizari oportebat ea, quæ posteriore tpe fuerant reuelãda. quibus p Christum atq; in Christo reuelatis, fidei gentium onera obseruationũ nõ sunt imposita, prophetiæ tamen est auctoritas commendata. Requiro autem a Manichęis, vtrum ista Dñi sententia qua dixit, non inquinari his, hoiem quæ in os eius intrant, vera aut falsa sit? Si falsa dicunt, cur eam eorum doctor Adimantus a Christo prolatam dicens, ad expugnandum vetus testamentum obiecit? Si autem vera est, cur aduersus eam credunt se coinquinari? HIERONYMVS. Opponat autem prudens lector & dicat, Si quod intrat in os non coinquinat hominem, quare idolotitis non vescimur? Sciendum igitur, quòd ipsi quidem cibi, & omnis Dei creatura per se munda sit. sed idolorum & dæmonum inuocatio ea facit immunda apud eos, scilicet, qui cum conscientia idoli idolotitum manducant, & conscientia eorum, cum sit infirma polluitur, vt Apostolus dicit. REMIG. Quicumque autem tantæ fidei est, vt intelligat creaturam Dei, nullo modo inquinari posse, sanctificetur cibus per verbum Dei & orationem, & comedat quicquid

Li. 16. c. 31.

F vult: ita tamen, quòd hæc licentia offendiculum non fiat infirmis, vt Apostolus dicit.

¶ HIERO. Ex vno sermone Domini, omnis superstitio obseruationum iudaicarum fuerat elisa, qui in cibis sumendis abominandisque religionem suam sitam arbitrabantur. CHRY. Hom. 53

plantauit pater meus cęlestis, eradicabitur. Sinite illos, cęci sunt, & duces cęcorum. Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

c Respondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, &

Præmissa itaque cum audissent Pharisæi, nihil contradixerunt illi, quia vehementer eos conuicerat, non redarguendo solum, sed & dolum illorum propalando: sed scandalizati sunt, Pharisæi scilicet, nõ autem turbæ. vnde dicitur: {Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scãdalizati sunt.} HIE, Quia crebro teritur in Ecclesiasticis scripturis scandalum, breuiter dicendum quid significet scandalum, nos offendiculum vel ruinam & impactionem pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicumque scandalizauerit. hoc intelligimus, qui dicto vel facto occasionem ruinę dederit. CHRYSO. Christus autem non soluit Pharisæorum scandalum, sed magis eos increpauit. vnde sequitur, {At ille respondens ait: Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur.} Hoc autem Manichæi de lege dictum esse dicunt, sed confutant eos, quæ antea dicta sunt. Si enim de lege dixisset, qualiter superius pro lege pugnasset, dicens: Quare transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Qualiter etiam Prophetam induxisset in medium? Si etiam Deus dixit, Honora patrem & matrem, qualiter hoc, quod in lege dictum est, non est Dei plantatio? HILAR. Dicens ergo omnem plantationem, quæ non a patre sit, docet traditionem hominum eradicandam, cuius fauore legis præcepta transgressi sunt. REMIG. Omnis etiam falsa doctrina, & superstitiosa obseruatio cum suis actoribus permanere non potest, & quia a Deo patre non est, cum eisdem eradicabitur. Illa ergo sola permanebit, quæ a Deo patre est. HIERONY. Numquid ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plantaui, apollo rigauit? Sed soluitur quæstio, ex eo quod sequitur Deus incrementum dedit. Dicit & ipse Dei agricultura, Dei ædificatio estis, & alibi: Cooptatores Dei sumus. Si autem cooperatores Dei plantãte Paulo, & rigante Apollinæ, Deus cum operatoribus suis plantat & rigat. Abutuntur autem hoc loco, qui diuersas naturas introducunt dicentes: Si plantatio, quam non plantauit pater, eradicabitur, ergo quam ille plantauit, non potest eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ. Ego vos plantaui vineam veram, quomodo versi estis in amaritudinem vitis alienæ? Plantauit quidem Deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniam ista plantatio in voluntate proprij arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa tribuerit assensum. GLO. Vel plantatio ista, Doctores legis significat, cum sequacibus suis, qui Christum non habebant fundamentum. Quare autem sunt eradicandi, subditur. {Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. RABA. Cæci quidem sunt, idest luce mandatorum Dei priuati, & sunt Duces cæcorum, quia alios in præcipitium trahunt errantes, & in errorem mittentes. vnde subditur: {Cæcus autem, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.} HIERONYMVS. Hoc etiam est quod Apostolus præceperat: Hæreticum hominem post primam & alteram correctionem, deuita, sciens quòd peruersus sit huiusce modi. In hunc sensum & Saluator præcepit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad veritatem posse trahi.

c ¶ REMIGIVS. Consueuerat Dominus parabolice loqui: & ideo Petrus cum audisset, quod intrat in os non coinquinat hominem, putauit illum parabolice fuisse locutum: & ideo interrogauit vt subditur, {Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam.} Et quia ex persona cæterorum hoc dixerat: iccirco simul cum alijs a Domino reprehensus est. vnde sequitur: {At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis?} HIERONY. Corripitur autem a Domino, quare parabolice dictum putet, quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem, qui obscura manifeste, aut manifeste dicta, obscure velit intelligere. CHRYSOSTOMVS. Vel ideo Dominus increpat eum, quia non erat ex incertitudine quod quæsierat: sed ex scandalo, quo scandalizatus erat. Turbæ enim non intellexerant, quod dictum

Hom. 53.

dictum erat. Discipuli autem scandalizati fuerant. vnde a principio quasi pro Pharisæis interrogare volebant, sed quia audierant eum magna dicentem, omnis plantatio &c. repressi fuerunt. Sed Petrus qui vbique feruens erat neque ita silet, quem dominus increpat, & increpationi rationem addidit dicens: {Non intelligitis, quia omne quod in os intrat in ventrẽ vadit, & in secessum emittitur?} HIER. Ex hac sententia quidam calumniantur, quòd dominus Physicę disputatiõis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum digeri, cũ statim insuse escæ per artus & venas ac medullas, neruosque fundantur. Sed sciendum, quòd tenuis humor & liquens esca, cum in venis & artubus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis quos Græci πόρους poros vocant, ad inferiora dilabitur, & in secessum vadit. AVGVST. de Vera religione. Alimenta carnis corrupta, idest amittentia formam suam in membrorum fabricam migrant, & corrupta reficiunt in aliam formam per conuenientiam transeuntia, & per vitalem motum diiudicantur quodammodo, vt ex eis in structuram huius pulchri visibilis, quæ apta sunt assumantur, non apta vero, per congruos meatus abiiciantur, quorum aliud fęculentissimum redditur terræ ad alias formas assumendas, aliud per totum corpus exhalat, aliud totius animalis latentes neruos accipit, & inchoatur in prolem. CHRYSO. Cum autem hoc dominus dicit adhuc discipulis, secundum iudaicam infirmitatem respondet. dicit enim, quoniam cibus non manet, sed egreditur, quàmuis etsi maneret, non faceret immundum, sed nondum hæc audire poterant. propter hoc autem & Moyses per tantum tempus dicit esse immundos, quantum cibus intus manet. In vespere enim iubet lauari & mundum esse, quasi tempus digestionis & egestionis dimetiens. AVG. 15. de Trini. Duo autem quædam hominis ora dominus complexus est, vnum corporis, aliud cordis. nam cum dicit: Omne quod in os intrat &c. apertissime demonstrauit os corporis. At in eo quod sequitur, os cordis ostendit, dicens: {Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.} CHRY. Quæ enim cordis sunt, intus in homine manent, & exeuntia inquinant non manentia solum, immo tunc magis cum exierint. vnde subiunxit. {De corde enim exeunt cogitationes malæ} quas primo ponit, quia hoc erat iudaicum vitium, qui scilicet ei insidiabatur. HIERO. Principale igitur animæ, non secundum Platonem in cerebro est, sed iuxta Christum in corde, & arguendi sunt ex hac sententia, qui cogitationes a diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor esse & incentor malarum cogitationum potest esse, author esse non potest. Si autem semper in insidijs postus leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari eum quæque occulta cordis rimari, sed ex corporis habitu & gestibus, æstimare quid versemus intrinsecus. Verbi gratia: Si pulchrã mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratum. GLO. Ex cogitationibus autem malis proueniunt & mala facta & mala verba, quæ lege prohibentur: vnde subdit: {Homicidia,} quæ prohibentur illo legis pcepto: Non occides: {Adulteria, fornicationes.} quæ intelliguntur prohiberi illo præcepto: Non mechaberis. {Furta} quæ prohibentur illo præcepto: Non furabis. {Falsa testimonia,} contra illud præceptum: Non dices aduersus proximum tuum falsum testimonium, {Blasphemiæ} contra illud præceptum. Non assumas nomen Dei in vanũ. REMI. Nominatis autem vitijs, quæ diuina lege prohibentur, pulchre dominus subiungit: {Hæc sunt, quæ coinquinant hominem,} idest immundum & impurum reddunt. GLO. Et quia huiusmodi verba domini ex Pharisæorum nequitia occasionem sumpserant, qui traditiones suas diuinis præceptis præferebant, consequenter concludit inconuenientiam traditionis præmissæ, dicens. {Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.} CHRY. Non autem dixit escas in lege prohibitas manducare, non coinquinat hominem, vt non possent illi contradicere, sed concludit de illo, de quo disputatio erat.

d ¶ HIERO. Scribis & Pharisæis, & calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri & Sydonis, vt Tyrios Sydoniosq; curaret. & ideo dicitur: {Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis.} REMI. Tyrus & Sydon ciuitates fuę gentilium. nam Tyrus Metropolis fuerat Chananæorum, Sydon terminus Chananæorum respiciens ad Aquilonem. CHRY: Considerandum autem, quòd quando ab escarum obseruatione Iudæos eripuit, tunc & gentibus ianuam aperuit, sicut & Petrus prius in visione iussus est hanc legem soluere, & post ad Cornelium mittitur. Siquis autem quærat, cum discipulis suis dixerit: In viam gentium ne abieritis, qualiter hãc ambulat via? Primũ quidem illud dicem⁹, quia non erat obnoxius præcepto, quod discipulis dederat. Secundo autem, quia neque vt prædicaturus abijt. vnde & Marcus dicit: Quoniam occultauit seipsum. REMIG. Iuit autem, vt Tyrios Sydoniosque curaret, siue vt huius mulieris filiam liberaret a dæmonio, quatenus per eius fidem Scribarum & Pharisæorum nequitiam condemnaret. de qua quidem muliere subditur: {Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa. CHRY. Dicit autem Euangelista eam esse Chananeam, vt ondat virtutem præsentiæ Christi. Chananæi enim, qui expulsi fuerant, vt non peruerterent Iudæos, hi Iudæis apparuerunt prudentiores, vt exirent a terminis suis, & accederent ad Christum. Cum autem hæc mulier accessisset, nihil aliud quàm misericordiam popposcit. vnde sequitur: {Clamauit dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid.} GLO. Magna fides Chananææ hic notatur, Deum credit, vbi Dominum vocat, hominem, vbi dicit filium Dauid. Nihil ex merito postulat, sed solam misericordiam Dei efflagitat, dicens Miserere. Nec dicit: Miserere filiæ, sed Miserere mei, quia dolor filiæ dolor est matris, & vt magis eum ad compassionem moueat, totum ei dolorem enarrat. vnde sequitur, {Filia mea male a dæmonio vexatur. In quo vulnera medico detegit, & magnitudinem & qualitatem morbi. magnitudinem cum dicit, Male vexatur. qualitatem cum dicit: {A dæmonio.} ORIGEN. in Hom. Vide autem prudentiam fœminæ, non iuit ad homines seductores, non quæsuit inanes ligaturas, sed omnes relinquens diaboli cultus, venit ad dominum. Non petiuit Iacobum, non rogauit Ioannem, nõ accessit ad Petrum, sed suscepit in se pœnitentiæ patrocinium, & sola cucurrit ad Dominum. Sed vide, inexpertum negocium petit, & lamentum suum producit in clamorem, & amator hominum Deus, non respondet verbum. vnde sequitur, {Qui non respondit ei verbum.} HIERONY. Non autem de superbia Pharisaica, nec de Scribarum supercilio, sed ne ipse sententiæ suæ contrarius videretur, per quam iusserat: In viam gentium ne abieritis. nolebat enim occasionem calumniantibus dare, perfectamq; salutem gentiũ passionis & resurrectionis tpi reseruabat. GLO. Differendo etiam, & non respondendo, patientiam mulieris & perseuerantiam nobis ostendit. Ideo etiam non respondit, vt discipuli pro ea rogarent: ostendens per hoc necessarias esse preces Sanctorum ad aliquid impetrandum. vnde sequitur: {Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. HIERONY. Discipuli adhuc illo tempore, mysteria Domini nescientes, vel misericordia moti, rogabant pro Chananea muliere, vel importunitate eius carere cupientes. AVGVST. de Consen. Euange. Affert autem aliquam repugnantiæ quæstionem, quòd Marcus in domo dicit fuisse dominũ, cum ad illum venit mulier, pro filia sua rogans. Matthæus autem posset intelligi de domo tacuisse, eandem tamen rem commemorasse. Sed quoniam dicit discipulos domino ita suggessisse, {Dimitte illam, quoniam clamat post nos,} nihil videtur aliud significare, quàm post ambulantem Dominum, mulierem istam deprecatoriam vocem mississe. Intelligendum est ergo, dixisse quidem Marcum, quòd intrauerit vbi erat Iesus, cum eum prædixisset fuisse in domo. Sed quia Matthęus ait: {Non respondit ei verbum} dedit agnoscere, quòd tacuerunt ambo, & in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa, atque ita cætera contexuntur, quę iam in nullo discordant. CHRYSO. Estimo autem, & discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos: sed tamen non sunt ausi dicere: Da ei hanc gratiam, sed Dimitte eã. sicut & nos cum volumus alicui persuadere, multotiens contraria dicimus. Ipse autem respondens ait: {Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel.} HIERONY. Non autem hoc dicit, quin ad gẽtes non missus sit, sed quòd primum ad Israel missus est, vt illis non recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio. REMI. Specialiter etiam missus est ad salutem Iudæorum, vt etiam corporali præsentia eos doceret.

Cap. 10.

Homil. 7. in diuer. Locos.

Universidad de Deusto Biblioteca

HIERONYMVS: Signanter autem dixit: Ad oues perditas domus Israel, vt etiam ex hoc loco erroneam ouem de alia parabola intelligamus. CHRY. in Hom. Sed quia mulier vidit, nihil posse Apostolos, inuerecunda facta est. ante enim neque in conspectum venire audebat. vñ dictum est. {Clamat post nos.}

venit, & adorauit eum dicens: Domine, adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit, Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Quando autem videbatur vt angustiata recederet, tunc propius venit. vnde sequitur. {At illa venit, & adorauit eum.} HIERONY. Nota, quòd ista chananitidis perseuerãter primum, filium Dauid: deinde dominum vocat, & ad extremum, Deum adorauit. CHRYSOSTO. Ideoque non dixit: Roga vel deprecare Deum: sed domine adiuua me. Quanto ergo magis mulier multiplicabat supplicationem, tanto & ipse multiplicabat negationem. & non adhuc Iudæos oues vocat sed filios, illam autem canẽ. vnde sequitur: {Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum & da. canibus.} GLO. Filij sunt Iudæi generati & nutriti sub cultu vnius Dei per legem. Panis est euangelium, miracula, & alia quæ ad salutem nostram pertinent. non est ergo conueniens, vt a filijs auferantur & dentur gentibus, qui sunt canes. donec Iudæi repudient. RABA. Canes autem gentiles propter idolatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti & cadaueribus mortuorum, vertuntur in rabiem. CHRY. Vide autem mulieris prudentiam, qualiter neque contradicere ausa est, neque tristata in aliorum laudibus, neque molestata in proprio conuitio, vnde sequitur: At illa dixit: {Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorum.} Ille dixit: {Non est bonum.} Hæc autem dixit. {Vtique domine.} Ipse Iudæos filios vocat, hęc autem dominos. ipse canẽ eam nominauit, hæc autem & opus canis adiecit, ac si dicat: Si canis sum, non sum aliena, canẽ me dicis, ergo nutri me vt canẽ, non possum relinquere mensam domini mei. HIERO. Mira autem huius mulieris fides, patientia, & humilitas prædicantur, fides qua credebat sanari posse filiam suã. patientia qua totiens contempta in præcibus perseuerat. humilitas, quòd se non canibus, sed catulis comparat. Scio me inquit, filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere ad mensam posse cum patre, sed contenta sum reliquijs catulorum, vt per humilitatem micarum, ad panis integri veniam magnitudinem. CHRYSO. Propter hoc autem Christus tardabat. præsciebat enim eam hoc dicturam, nec occultari volebat tantam mulieris virtutem. vnde sequitur: {Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.} Ac si dicat: Fides tua maiora his audire potest, verum interim fiat tibi sicut vis. Vide qualiter, non parum & hæc mulier intulit in filiæ medicinam. propter hoc enim neque Christus dixit. Sana sit filia tua, sed magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, vt discas quoniam simpliciter loquebatur & non adulationis, sed multę fidei erant verba ipsius. Hæc autem Christi vox, similis est illi voci quæ dixit: Fiat firmamentum, & factum est. vnde sequitur: {Et sanata est filia eius ex illa hora.} Intende autem qualiter Apostolis non impetrantibus impetrat ipsa, tam magnum quid est instantia orationis. Etenim pro nostris noxis a nobis vult magis rogari, quàm ab alijs pro nobis. REMIG. His etiam verbis datur nobis exẽplum cathecizandi & baptizandi pueros, qm̃ hoc mulier non ait: Salua filiam meam, aut adiuua eã, sed miserere mei, & adiuua me. Hinc etenim descendit consuetudo in ecclesia, vt fideles pro suis paruulis fidem Deo promittant, quando ipsi non sunt tantę ætatis & rationis, vt per se fidem Deo promittere valeant, quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius, ita & fide virorum catholicorum peccata paruulis relaxentur. Allegorice autem hæc mulier sanctam Ecclesiam significat de gentibus congregatam. Per hoc enim, quòd dominus relictis Scribis & Pharisæis, venit in partes Tyri & Sydonis præfigurabatur, quia relicturus erat Iudæos, & transiturus ad gentes. Est autem hæc mulier egressa a finibus suis, quoniam Ecclesia sancta recessit a pristinis erroribus & vitijs. HIERON. Filiam autem Chananeæ, puto animas esse credentium, quæ male a dæmonio vexabantur, ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. REMIG. Filios autem dominus appellat Patriarchas & Prophetas illius temporis. Per mensam designatur sacra scriptura, per micas vero, minima præcepta vel interna mysteria, quibus sancta Ecclesia pascitur, per crustas vero, carnalia præcepta quæ iudęi obseruant. Micæ autem sub

F mensa comedi dicuntur, quia Ecclesia humiliter se submittit ad implenda diuina præcepta. RABA. Non autem crustas, sed micas de pane puerorum edunt catelli, quia conuersi ad fidem, qui erant despecti in gentibus, non literæ superficiem in scripturis, sed spiritualem sensum quo in bonis actibus proficere valeant inquirunt.

Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galileæ, & ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita G vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cęcos videntes, & magnificabant Deum Israel.

HIERON. Mira autem rerum conuersio. Israel quõdam filius, nos canes, pro diuersitate fidei ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur, Circumdederunt me canes multi. nos audiuimus cum muliere: Fides tua te saluam fecit. RABA. Quæ merito magna dicitur, quia cum gentes nec lege fuerint imbutæ, nec vocibus Prophetarum instructæ, ad prædicationem mox Apostolorum, in auditu auris obedierunt: ideoque salutem impetrare meruerunt. Verum si ad primas Ecclesiæ rogantis lachrymas dominus salutem animæ differt dare, non est desperandum vel a petendo cessandũ, sed magis præcibus insistendum. AVG. de Quęst. euang. (Lib.1.c.18) quòd & puerum Centurionis, & filiam Chananeæ mulieris, non veniens ad domos eorum sanat, significat gentes ad quas non venit, saluas fore per verbum suum, quòd rogantibus filij sanantur. Et intelligenda est persona Ecclesiæ, quæ sibi est & mater & filij. nam H simul omnes quibus constat Ecclesia, mater dicitur, singuli autem idem ipsi filij appellantur. HILAR. Vel hæc mulier proselitorum formam præfert, fines suos egreditur, & ex gentibus, scilicet in populi alterius nomen excedens, quæ pro filia videlicet, gentium plebe, dominatu immundorum spirituum occupata orat, & quia dominum cognouit ex lege, Dauid filium nuncupat. RAB, Item, si quis conscientiam habet, alicuius vitij sorde pollutam, filiam habet male a dęmonio vexatam. Item, si quis bona quæ gessit peccatorum peste fędauit, filiam habet immundi spiritus furijs agitatam: ideoque necesse est vt ad præces, lachrymasq; confugiat, sanctorumq; intercessiones & auxilia quærat.

e ¶ HIERO. Sanata Chananeæ, filia, reuertitur dominus ad Iudæam. vnde dicitur. {Et cum transisset inde Iesus, venit secus mare Galileæ.} REMI. Hoc mare diuersis vocabulis appellatur. Dicitur enim mare Galileæ, propter Galilæam adiacentem, mare Tyberiadis, propter Tyberiadem ciuitatem. Sequitur, {Et ascendens in montem, sedebat ibi.} CHRY. Considerandum I autem, quòd aliquando dominus circuit, vt sanet infirmos, aliquando autem sedet, expectans eos: & ideo conuenienter hic, sic subditur: {Et accesserunt ad eum turbæ multæ: habentes secum mutos, claudos, cæcos, debiles, & alios multos.} HIERO. In eo loco vbi Latinus interpres transtulit debiles, in Græco scriptum est Κυλλοὺς Kyllos, quod non debilitatis generale, sed vnius infirmitatis nomen est, vt quomodo claudus dicitur, qui pede claudicat vno, sic Κυλλὸς Kyllòs appelletur, qui vnam manum debilem habet. (Homi.55) CHRY. Hi aũt in duobus fidem suam demonstrabant, & in ascendendo montẽ, & in hoc quia æstimabant se nullo alio indigere, nisi vt proijcerent ad pedes Iesu: neq; etiã adhuc tangunt fimbriã vestimenti, sed & ad altiorẽ fidẽ ascendũt. vñ dr̃. {Et proiecerunt eos ad pedes eius.} Et mulieris quidẽ filiã cum multa tarditate curauit, vt eius virtutem oñderet. His autẽ non q̃a meliores erant, sed vt infidelium Iudæorũ ora obstrueret, cõfestim sanationẽ præbet. vñ sequit̃: {Et curauit oẽs.} Multitudo K aũt eorum, qui curabant & facilitas sanationis eos in stuporẽ mittebat. vñ sequit̃, {Ita vt tur. mira. vi. mu. loquentes.} HIE. De debilibus tacuit, q̃a quid de contrario diceret, vno verbo nõ haberet. RABA. Mystice aũt, cũ filia Chananeæ p̃figurasset salutem gentiũ, venit in Iudæã, q̃a cũ plenitudo gentium intrauerit, tunc oĩs Israel saluus erit. GLO. Mare aũt iuxta qđ venit Iesus, turbida huius sęc̃li volumina sigñat, quod est galileæ, cũ hoĩes a vitijs ad virtutes trãsmigrant. HIER. Ascendit aũt in montẽ, vt quasi auis teneros fętus prouocet ad volandum. RABA. Vt. s. auditores suos erigat ad superna & cælestia meditanda. Sedebatq; ibi, vt demonstraret, non nisi in cælestibus requiem esse quærendam. Eo autem sedente in monte, idest in cælorum arce, accedunt turbæ fidelium deuota mente illi appropinquantes, ducentes secum mutos & cæcos &c. eosque ad pedes Iesu proijciunt, qui peccata confitentes ipsi soli curandas subiiciunt, quos ita curat vt turbę mirentur, & magnificent Deum Israel, quia fideles quando viderint eos, qui spiritualiter ægrotauerant, diuersis operibus virtutum ditatos, laudem Deo decantant. GLO. Muti

autem sunt, qui non laudant Deum, cæci, qui non intelligunt A viam vitæ, surdi, qui non obtemperant: claudi, per deuia boni operis non recte euntes, debiles sunt, qui infirmi sunt in bonis operibus.

f ¶ HIERONY. Prius Christus infirmorum debilitates abstulerat, postea vero sanatis offert cibos. Conuocat quoque discipulos suos, & quod facturus est loquitur. vnde dicitur. {Iesus autem cõuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ.} Hoc autem facit vt magistris exemplũ tribuat, cum minoribus atque discipulis communicandi consilia, vel ex confabulatione intelligant signi magnitudinem.

f Iesus autem conuocatis discipulis suis dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tan- B tos, vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus, Quot panes habetis? At illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos.

Hom. 54. CHRYSO. Turbæ enim cum ad sanationem venissent, non audebant petere panes. vnde ipse amator hominum, & omnium curam gerens, etiam non petentibus dat. propter quod dicit: {Misereor turbæ.} Ne autem dicatur, quoniam venientes viaticum portauerant, dicit: {Quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent.} Etsi enim quando venerunt, cibos habuerunt, tamen consumpti iam erant, & propter hoc non in prima, aut secunda die hoc fecit, sed in tertia, quando iam omnia erãt consumpta, vt prius ipsi in necessitate constituti, cum ampliori desiderio susciperent quod fiebat. Monstrat autem, & quòd de longe venerant, & nihil eis reliquum fuerat, in hoc quod dicit: {Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.} Cum autem nolit eos ieiunos dimittere: ideo tamen non statim signum facit, vt ex hac interrogatione, & responsione attentiores discipulos faciat, & fidem suam ostendant dicentes, Fac panes. Et quamuis Christus plurima fecerit, vt miraculi prius facti recordarentur, quia fecit eos ministros, & partiti sunt cophinos: adhuc tamen imperfectius dispositi erant. quod patet per hoc quod sequitur: {Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam?} Ipsi quidem infirma cogitatione hoc dixerunt, per hoc tamen miraculum futurum insuspicabile facientes. ne aliquis enim suspicaretur quòd ab aliquo propinquo castello accepti sunt cibi, propter hoc miraculum istud in solitudine fit, multum a castellis distante. Ipse autem Christus, vt discipulorum erigat mentem, eos interrogat, vt ex modo interrogationis eos commemoret illorum, quæ prius facta sunt. vnde sequitur: {Et ait illis Iesus, Quot panes habetis? At illi dixerunt septem: & pisciculos paucos.} Non autem addunt: {Sed hæc quid sunt inter tantos?} sicut antea dixerant, iam enim paulatim profecerant, licet non totum apprehendatur ab eis. Admirare autem in Apostolis veritatis amorem, qualiter ipsi scribentes non occultant suos etiam magnos defectus. non enim est quantalibet accusatio, parum ante tali signo facto confestim obliuisci. Admirare autem & aliam sapientiam eorum, qualiter ventrem superabant, nõ multam mensæ curam facientes. In eremo enim existentes, & per tres dies ibi morantes, solum septem panes ibi habebant. Alia vero similiter prioribus fecit. etenim recumbere eos fecit in terra, & in manibus discipulorum crescere panes. vnde sequitur, {Et præcepit turbæ, vt discumberent super terram.} HIERO. De hoc autem supra diximus, & eadem repetere ociosi est, tantum in his quæ discrepant immoremur. CHRY. Finis autem vtriusque miraculi non similis est. Sequitur enim: {Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerãt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres.} Quare autem minores fuerint reliquiæ in hoc miraculo quàm in primo, etsi nõ tot fuerint qui comederunt? Aut igitur hoc est, quia sportæ cophinis maiores erant, aut ex diuersitate rememorentur, & illius & huius miraculi: & propter hoc tunc quidem fecit cophinos reliquiarum numero æquales discipulis, nunc autem sportas panibus ęquales. REMI. In hac autem Euangelica lectione consideranda est in Christo operatio diuinitatis & humanitatis. per hoc eni. quòd turbis miseretur: ostẽdit se humanæ fragilitatis affectionem habere. In eo vero, q̃ panes multiplicauit, & turbas pauit, oñditur diuinitatis operatio. Destruitur ergo hic error Eutycetis, qui in Christo dicebat vnam naturam. (Lib.2.c.50.) AVGVST. de Con. euang. Sanè vt ab re est admonere in hoc miraculo, quòd si aliquis Euangelistarum hoc dixisset, contrarius cæteris putaretur. Sed quia illi, qui miraculum de septem panibus narrauerunt, nec illud de quinque tacuerũt, neminem mouet, & vtrumque factum homines intelligunt. Hoc ideo diximus, vt sicubi simile reperitur factum a

domino, quod in aliquo alter alteri Euangelistæ ita repugnare videatur, vt omnino solui non possit, nihil aliud intelligatur quàm vtrumque factum esse, & aliud ab alio commemoratum. GLO. Notandum autem, quòd prius dominus aufert debilitates & postea cibat, quia prius sunt remouenda peccata, & postea anima verbis Dei nutrienda.

Et pręcepit turbæ, vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens, fregit & dedit discipulis, & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerant quatuor milia hominum, extra paruulos & mulieres.

HILA. Sicut autem illa turba quam prius pauit, Iudaicæ credentium conuenit plebi, ita hæc populo gẽtium comparatur. quòd vero quatuor milia virorum congregantur, multitudo innumerabilium ex quatuor orbis partibus intell̃r. HIER. Isti etiam non sunt quinque milia, sed quatuor milia, qui numerus semper in laudibus ponitur. & quadrangulus lapis non fluctuat, non est instabilis, & ob hanc causam etiam Euangelia, in hoc numero consecrata sunt. In superiori ergo signo, quia propinqui erant, & vicini quinque sensuum, non ipse dominus eorum recordatur, sed discipuli. Hic autem ipse dominus misereri se dicit eorum, quia triduo iam perseuerant cum eo, quia scilicet Patri, Filio, Spirituique sancto credebant. HILAR. Vel quia omne passionis Dominicæ tempus cum Domino agunt, siue quia venturi ad baptismum confitentur se credere in passione ac resurrectione eius, siue quia toto passionis Dominicæ tempore ieiunijs Domino quadam C compassionis societate iunguntur. RABA. Vel hoc dicitur, quia in toto sæculo tertium tempus est quo gratia datur, Primum ante legem, Secundum sub lege, Tertium sub gratia, Quartum est in cælo, ad quod tendens reficitur in via. REMI. Vel quia peccata commissa per pœnitentiam corrigentes, cogitatione, locutione & opere conuertuntur ad Dominum. Has turbas noluit Dominus dimittere ieiunas, ne deficerent in via, quia peccatores per pœnitentiam conuersi, in cursu labentis sæculi pereunt, si absque sacræ doctrinæ pabulo dimittantur. GLO. Septem panes sunt scriptura noui testamenti, in quo gratia Spiritussancti & reuelatur & datur, neq; sunt ordeacei, vt supra, quia non hic vt in lege, vitale alimentum figuris quasi tenacissima palea tegitur. hic non duo pisces, vt in lege duo iniungebantur, scilicet Rex & Sacerdos, sed pauci, idest sancti noui testamenti, qui de fluctibus sæculi erepti, & sustinent turbulentum mare, & exem- D plo suo nos reficiunt, ne in via deficiamus. HILAR. Turbæ autem in terram recumbunt. nullis enim legis operibus fuerant ante subtractæ, sed peccatorum & corporum suorum inhærebant. GLO. Vel ibi super fœnum, vt desideria carnis comprimantur, hic super terram, vbi & ipse mundus relinqui præcipitur, vel mons in quo Dominus reficit, est altitudo Christi. ibi ergo fœnum super terram, quia ibi est celsitudo Christi, propter carnales carnali spe & desiderio tegitur, hic remota omni cupiditate carnali, cõuiuas noui testamenti spe permanentes solidatasq; continet, ibi quinque milia, qui carnales quinque sensibus subditi, hic quatuor, propter quatuor virtutes, quibus spiritualiter muniuntur, temperantiam, prudentiam, fortitudinem, & iustitiam, quarum prima est cognitio rerum appetendarum & vitandarum: secunda refrenatio cupiditatis ab his, quæ temporaliter delectant: tertia firmitas contra molesta sæculi: quarta quæ per omnes diffunditur, dilectio Dei & proximi, & ibi & hic mulieres & paruuli excepti sunt, quia in veteri & nouo testamento non ad- E mittuntur ad Dominum, qui non perdurant occurrere in virum perfectum, vel in firmitate virium, vel leuitate mentis. Vtraque refectio in monte celebrata est, quia vtriusque testamenti scriptura, & altitudinem cælestium præceptorum mandat & præmium. Vtraque altitudinem Christi prædicat, altiora mysteria, quæ non capit communis turba, Apostoli sufferunt & implent, scilicet perfectorum corda septiformis spiritus gratia, ad intelligendum illustrata. Sportę iunco & folijs palmarum solent contexi, & significant sanctos, qui radicem cordis in ipso fonte vitæ collocant, ne arescant vt iuncus in aqua, & palmam æternæ retributionis in corde retinent.

CAP. XVI.

Hom. 54. HRYSOST. Sicut post miraculum quinque panum Dominus turbas dimisit: ita & nunc, nec autem pedes recedit, sed nauigio, ne turba eum sequatur. vnde dicitur, { Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan. } AVGVST. de Con. euang. Marcus autem dicit, quòd in Dalmanutha nec est dubitandum eundem locum esse sub vtroq; nomine. Nam plerique codices non habent, etiam secundum Marcū, nisi Magedan. RABA. Est autem Magedan regio contra Gerasam, & interpretatur poma vel nūcia, & significat hortum, de quo dicitur: Hortus conclusus, fons signatus, in quo crescūt poma virtutum, & vbi nūciatur nomen domini. Docet autem, q̄ prædicatores ministrato verbo turbæ, ipsi intra cubiculum cordis virtutum pomis debent refici. Sequitur: { Et accesserunt ad eum Pharisæi & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis. } REMI. Admiranda quippe est cæcitas Pharisæorū & Saducæorum. sic enim postulabant signum de cælo, quasi ea non essent signa, quæ facere videbantur. Quod autem signum postularent, Ioannes manifestat: refert enim post refectionem de quinque panibus turbam accessisse ad dominum & dixisse: quod signum facis, vt videamus & credamus tibi? Patres nostri manna in deserto comederunt, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis maducare. Ideoq; & hic dicunt: Ostende nobis signum de cælo, idest fac, vt vno vel duobus diebus manna pluat, vt totus populus pascatur, sicut multo tempore factum est in deserto. Ipse vero inspiciés cogitationes eorum vt Deus, & sciens, quòd si etiam signum de cælo eis ostenderet non crederent, noluit eis dare signum quod postulabant. vnde sequitur: { At ille respondens ait illis: Facto vespere dicitis, serenum erit. } HIERO. Hoc apud Græcos in plerisq; codicibus non habetur. Sensus autem manifestus est, quòd ex elementorum ordine & consonantia, possunt & sereni & pluuiosi dies prænosci. Scribæ autem & Pharisæi, qui videbantur legis esse doctores, ex Prophetarum vaticinio non poterant cognoscere saluatoris aduentum. AVG. de Quæst. euang. Potest etiā intelligi quod dixit dominus: { Facto vespere dicitis serenum erit, etenim rubicundum est cælum, } idest sanguine passionis Christi, primo aduentu indulgentia peccatorum datur. { Et mane, hodie tempestas } rubet. n. cum tristitia cælum, illud est quod secundo aduentu ignem præcedente venturus est. GLO. vel aliter, Rutilat triste cælum, idest patiuntur Apostoli post resurrectionem, post quos ne iudicare in futuro scire potestis, quia cum non parco meis bonis quin patiantur, non parcām alijs in futuro. Faciem ergo cæli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Signa temporum dixit de aduentu suo vel passione, cui simile est roseum cælum vespere, & idem de tribulatione, ante aduentum suum futura, cui simile est mane roseum cum tristitia cælum. CHRY. Sicut ergo in cælo aliud quidem est signum serenitatis, aliud pluuiæ, ita & in me putare oportet. nunc enim, scilicet in primo aduentu, his signis quæ in terra sunt opus est, quæ autem in cælo sunt, conseruantur tempori secundi aduentus. Nunc enim sicut medicus veni, tunc sicut iudex adero. propter hoc nunc occultus veni, tunc autem cum multa diuulgatione quando virtutes cælorum mouebuntur. Sed non est nunc tempus horum signorum, quia veni mori, & quæ abiecta sunt pati. & ideo sequitur: { Generatio mala & adultera, signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. } AVG. de Con. euan. Hoc autem & alibi iam dixit Matthæus. vnde retinendum est eadem dominum sæpe dixisse, vt quod existente contrario solui non poterit, bis dictum intelligatur. GLO. Dicit autem generatio mala & adultera, i. incredula, pro spirituali carne habens intellectum. RAB. Non ergo generationi illi tentantium dominum signum cæleste

Lib. 2. c. 51.

Lib. 1. c. 20.

Lib. 2. c. 51.

CAPVT XVI.

ET dimissa turba, ascendit in nauiculam, & venit in fines Magedan. Et accesserunt ad eum Pharisæi, & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cælo ostenderet eis. At ille respondens ait illis: Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Generatio mala & adultera, signum quærit, & signum non dabitur ei. nisi signum Ionę prophetę. Et relictis illis, abijt.

b Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini, & cauete a fermento Pharisæorum & Saducæorum. At illi cogitabant inter se dicentes: quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit eis, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum, & quinque milium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum, & quatuor milium hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, cauete a fermento Pharisęorum & Saducęorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum & Saducęorum.

trans fretum, obliti sunt accipere panes. } REMIGIVS. Tanto enim amore Magistri detinebantur, vt nec etiam ad punctum vellent ab eo recedere. Animadvertendum est ergo, quantum alieni essent ab appetitu delitiarum, cum tam parum haberent de necessarijs curam, vt etiam obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas subsistere non potest. Sequitur: { Qui dixit illis: Intuemini, & cauete a fermento Pharisęorum & Saducęorum. } HILARIVS. In quo monentur Apostoli, non admisceri Iudæorum doctrinæ, quia legis opera in effectum fidei, & præfigurationem rerum consequentium constituta sunt, & in quorum tempora atque ætatem veritas contigisset, nihil vltra in veritatis similitudinem positum arbitrarentur, ne doctrina Pharisęorū Christum nescięs, effectum euangelicæ veritatis rumperet. HIER. Qui. n. cauet a fermento Pharisęorum & Saducęorum legis, ac literæ precepta non seruat, traditiones hominum negligit, vt faciat Dei mandata. Hoc est fermentum de quo Apostolus ait: Modicum fermentum totam massam corrumpit. Istiusmodi fermentum, etiam omni ratione vitandum est, quod habuit Marcion, Valentinus, & omnes Hæretici. Fermentum. n. hanc habet vitij, vt si farinę mistum fuerit, quod parum videbatur, crescat in maius; & ad saporem suum vniuersam cōspersionem trahat: ita & doctrina hęretica, si vel modicam scintillam iecerit in cuius pectus, in breui ingens flamma concrescit, & totam hominis passionem ad se trahit. CHRY. Sed quare non dixit: Attendite a doctrina Pharisęorum manifeste? quia vult commemorare ea quę facta sunt. s. de multiplicatione panum, etenim nouerat eos esse oblitos. simpliciter autem de hoc eos incusare non videtur rationem habere: occasione autem ab eis recepta eos increpare, susceptibilem faciebat incusationem, & ideo quæ cogitabant discipuli, Euangelista in medium introducit, dicens: { At illi cogitabant intra se dicentes: quia panes nō accepimus. } HIERONYMVS. Quomodo autem panes non habebant, qui statim impletis septem sportis, ascenderunt in nauiculam, & venerunt in fines Magedan? ibi audiunt nauigantes, quòd cauere debeant a fermento Pharisęorum & Saducęorum, sed scriptura testatur, quòd obliti sunt eos secum tollere. CHRYSOSTOMVS. Quia vero discipuli, circa obseruationes Iudaicas adhuc repebant: ideo dominus vehementer eos increpat ad vtilitatem omnium. vnde sequitur: { Sciens autem Iesus, dixit eis: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? } GLO. quasi dicat. Quid cogitatis me dixisse de terrenis panibus, de quibus non est vobis dubitandum, cum de tam paucis tantas feci abundare reliquias? CHRY. Hoc autem facit, vt solicitudinem eśarum ab eis abiciat. Sed quare non arguit eos, cum dixerunt. { Vnde nobis in solitudine panes tanti? } etenim opportunius videbatur hoc dicr. Sed ideo tunc non reprehendit eos, ne videretur se ingerere ad signa facienda, & nolebat

& nolebat ante turbas eos increpare. Tunc etiam rationabilior hæc accusatio fuit, quando iam duplici miraculo de panibus facto tales erant, vt adhuc de escis dubitarent. Vide autem & increpationem cum mansuetudine, velut enim excusando respondet, pro his quos increpauerat dicens, { Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum. } GLO. quasi dicat. Neque mysterium intelligitis, neque virtutem in memoria habetis. CHRYSO. Per quod in memoriam eos reducit ad ea quæ præterierunt, & ad futura attentiores facit.

c Venit autem Iesus in partes Cęsareę Philippi, & interrogabat discipulos suos dicens: Quē dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Respondens aūt Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis

HIERO. Per hoc autem quod dicit: Quare non intelligitis, ecce per occasionem docet eos, quid significent quinque panes, & septem, quinque milia hominum, & quattuor millia, quæ passa sunt in eremo. Si enim fermentum Pharisæorum & Saducæorum non corporalem panem, sed traditiones peruersas, & hæretica significant dogmata, quare cibi quibus nutritus est populus Dei, nō veram doctrinam integramq; significent? CHRY. Ve autem discas quantum in discipulis potuit increpatio Christi, & qualiter eorum mentem erexerit dormientem, audi quid Euangelista dicat: { Tunc intellexerunt, quòd non dixit cauendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum & Saducæorum, } quamuis eo hoc non increpratante. Interpretatio ergo domini eos a Iudaicis obseruationibus abduxit. desides existentes, attentiores fecit, & a parua fide eos eripuit, vt non timeant si quando paucos panes habere videantur, neque pro pane soliciti sint, sed hæc respiciant vniuersa.

c ¶ GLO. Postquàm discipulos a Pharisæorum doctrina remouerat dominus, conuenienter Euangelicæ doctrinæ altitudinem in eis fundat. & vt maior solēnitas designetur, locus describitur cum dicitur: { Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi. } CHRY. Ideo autem non simpliciter Cæsaream nominat, sed Cæsaream Philippi, quia est & alia Cæsarea, quæ est Stratonis: nō autem in illa, sed in hac discipulos interrogauit, longe eos a Iudæis abducens, vt ab omni timore eruti, libere dicant quæ habebant in mente. Philippus autem iste, frater fuit Herodis Thetrarchæ, Ithureæ & Traconitidis regionis, qui in honorem Tyberij Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit. GLO. Confirmaturus autem in fide discipulos, prius opiniones & errores aliorum a mentibus eorum, voluit remouere. vnde sequitur. { Et inter. disci. suos di. Quem dicūt homines esse filium hominis? } ORI. Interrogat Christus discipulos, vt ex Apostolorum responsionibus, nos discamus diuersas opiniones fuisse tunc apud Iudæos de Christo, & vt nos semper scrutemur, qualis opinio sit apud homines de nobis, vt siquid male dicitur de nobis, occasiones illius præcidamus. siquid autem boni, eius occasiones augeamus. Sed & discipuli Episcoporum, Apostolorum instruuntur exemplo, vt qualescūque opiniones audierint foris de Episcopis suis, referant eis. HIER. Pulchre autem interrogat: Quem dicunt homines esse filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt, qui vero diuinitatem eius intelligunt, non homines sed dij appellantur. CHRY. Non autem dicit: Quem me dicunt scribæ & Pharisæi esse, sed quem me dicunt homines esse? plebis mentem, quæ ad malum inflexa non erat inuestigans. Etsi enim multo humilior quàm oportebat eorum erat de Christo opinio, sed tamen a nequitia libera erat: Pharisæorum autem opinio de Christo erat plena multa malitia. HILA. Dicendo ergo: { Quē dicunt homines esse filium hominis, } significauit præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum, erat. n. hominis filius. Quòd igitur de se opinandi iudicium desiderabat, non illud arbitramur quod sejipse confessus est, sed occultū erat de quo quærebatur, in quod se credentium fides debeat extendere. Est autem hæc confessionis tenenda ratio, vt sicut Dei filium, ita & filium hominis meminerimus, quia alterum sine altero, nihil spei tribuit ad salutem. & ideo signanter dixit: { Quem dicunt homines esse filium hominis? } HIERO. Non enim dixit, Quē me esse dicunt homines: sed, Quem dicunt esse filium hominis? ne iactanter de se quærere videretur. Et nota, quòd vbicūque in veteri testamento scriptum est, Filius hominis, in Hebræo positum est, Filius Adam. ORIG. Diuersas autem Iudæorum opiniones de Christo discipuli referunt. vnde dicitur: { At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam } æstimationem scilicet secuti Herodis. { Alij autem Eliam, } videlicet æstimantes, quòd aut secundam natiuitatem susceperit Helias, aut ex eo tempore in corpore viuens, in tempore apparuit illo. { Alij vero Hieremiā. } quem dominus in gentibus Prophetam constituit, non intelligentes quoniam Hieremias typus fuerat Christi. { Aut vnum ex Prophetis } ratione simili, propter illa quæ Deus ad ipsos locutus est per propheras: non tamen in ipsis, sed in ipso sunt impleta. HIERONY. Sed tamen turbæ sic errare potuerunt in Elia & Hieremia, quomodo Herodes errauit in Ioanne. vnde miror quosdam interpretes causas errorum inquirere singulorum. CHRY. Quia vero discipuli opinionem turbæ recitauerant, euocat eos per secundam interrogationē ad opinandum aliquid maius de ipso. & ideo sequitur: { Dicit illis Iesus: Vos autem quē me esse dicitis? }

Homil. 54.

In commē. Matthęi tractatu ex his quos nūc habemus primo.

Vos autem inquam, qui simul mecum estis semper, quia maiora signa vidistis, quàm turbæ, non oportet vos in opinione conuenire cum turbis, & propter hoc non a principio prædicationis eos de hoc interrogauit, sed postquàm multa signa fecit, & multa locutus est eis de sua deitate. HIERONYMVS. Attende autem, quòd ex hoc textu sermonis Apostoli nequaquàm homines, sed dij appellantur. Cum enim dixisset: { Quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit: Vos autem quem me esse dicitis? } Ac si dicat illis, quia homines sumt, humana opinantes, vos qui dij estis, quem me esse existimatis? RABA. Non autem quasi nesciens, de se sententiam discipulorum vel extraneorum inquirit: sed ideo discipulos quid de se sentiant interrogat, vt confessionem rectæ fidei, digna mercede remuneret. Ideo quid alij de se sentiant inquirit, vt expositis primo sententijs errantium, discipuli probarentur veritatem suæ confessionis non de opinione vulgata, sed de ipso percepisse Dominicæ reuelationis archano. CHRYSOSTO. Quando vero Dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent, sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquàm os Apostolorum & caput, pro omnibus respondet. vnde sequitur: { Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei viui. } ORIGEN. Denegauit quidem Petrus aliquid eorum esse Iesum, quæ arbitrabantur Iudęi: confessus est autem. { Tu es Christus. } quod nesciebāt Iudæi, sed & quod maius est filius Dei viui. qui & per Prophetas dixerat: Viuo ego dicit Dominus: & ideo dicebatur viuus, sed secundum supereminentiam, quia supereminet omnibus habentibus vitam, quoniam solus habet immortalitatem, & est fons vitę, quod proprie dicitur Deus pater, vita autem est quasi de fonte procedens, qui dixit: Ego sum vita. HIERONY. Deum etiam viuum appellat, ad comparationem eorum deorum, qui putantur dij, sed mortui sunt: Saturnum dico, Iouem, Venerem, & Herculem, & cętera idolorum portenta. HILAR. Est autem hęc vera, & inuiolabilis fides ex Deo Deum filium profectum esse, cui sit ex æternitate patris æternitas. Hunc igitur assumpsisse corpus & hominem factum esse, perfecta confessio est. Complexus est itaque omnia, qui & naturam & nomen expressit, in quo summa virtutum est. RABA. Mira autem distinctione factum est, vt Dominus ipse humilitatem assumptę humanitatis profiteatur, discipulis excellentiam diuinę æternitatis ostendat. HILAR. Dignum autem confessio Petri prędmium consecuta est, quia Dei filium in homine vidisset. vnde sequitur: { Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelabit tibi, sed Pater meus, qui est in cęlis. } HIERONYM. Reddit enim Christus Apostolo vicem pro testimonio, quod de se Petrus dixerat: Tu es Christus filius Dei viui. Dns autem dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quare? quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed reuelauit pater, quod caro & sanguis reuelare non potuit, Spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum, quòd reuelationem ex Spiritu sancto habeat, cuius & filius appellādus sit: siquidem Bariona in lingua nostra sonat filius columbę. Alij simpliciter accipiunt, quòd Simon, scilicet Petrus, filius sit Ioannis, iuxta alterius loci interrogationem: Simon Ioannis, diligis me? & volunt scriptorum vitio deprauatum, vt pro Barioāa, idest filius Ioannis, Bariona scriptum sit vna detracta Sybilla: Ioanna vero interpretatur Dei gratia. vtrumque autem nomen mystice intelligi potest, quod & columba Spiritum sanctum, & gratia Dei donum significet spiritale. CHRYSOSTOMVS. Vanum est enim dicere, Tu es filius Ionę vel Ioanna, nisi vt ostendat quoniam ita naturaliter est Christus filius Dei, sicut Petrus filius Ionę eiusdem substantię cum eo, qui genuit. HIERONYMVS. Illud autem quod ait, Quia caro & sanguis nō reuelauit tibi. Apostolicę narrationi comparat, in qua ait: Continuo non acquieui carni & sanguini. carnem ibi & sanguinem Iudęos significans, vt hic quoque sub alio sensu demonstre-

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, quòd ei non per doctrinam Phariſęorum, ſed per Dei gratiam Chriſtus Dei filius reuelatus ſit. HILA. Vel aliter: Beatus hic, quia vltra humanos oculos, & intendiſſe & vidiſſe laudatus eſt, nõ id quod ex carne & ſanguine eſt contuens, ſed Dei filiũ cæleſtis patris reuelatione cõſpiciens, dignusq; iudicatus eſt, vt primus agnoſceret, quòd diuinitas eſſet in Chriſto.

nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

Tract. I. ORI. Eſt aũt in hoc loco quærẽdum, vtrũ cum prius mitterentur iam cognoſcebãt diſcipuli, quoniã ipſe erat Chriſtus? Hic.n. ſermo demonſtrat, quoniam tunc primũ confeſſus fuerit eum Petrus Chriſtum filium Dei viui. Et vide ſi potes, huiuſmodi quæſtionem ſoluere, dicens quoniam credere Ieſum eſſe Chriſtum minus eſt quàm cognoſcere, vt dicamus, quòd quando mittebantur ad prædicandum credebant quidem Ieſum eſſe Chriſtum. poſtea autem proficientes etiam cognouerũt. Aut ita eſt reſpondendum, vt dicamus quoniam tunc quidẽ Apoſtoli initia cognitionis habebant Chriſti, & exigua cognoſcebant de illo, poſtea autem profecerunt in agnitione ipſius, vt poſſent capere ſcientiam Chriſti reuelatam a patre, ſicut & Petrus qui beatificatur, non ſolum in eo quod dicit: Tu es Chriſtus, ſed in eo magis quod addidit, filius Dei viui. CHRY. Nimirum autem, ſi non confeſſus eſſet Petrus Chriſtum proprie ex patre natum, non eſſet hic reuelatione opus, neque æſtimare Chriſtum, vnum ex multis filijs adoptiuis, beatitudine dignum eſſet: nam & ante hoc illi, qui erant in naui dixerunt: Vere filius Dei eſt hic. Sed & Nathanael dixit: Rabbi, tu es filius Dei. non tamen beati dicti ſunt, quia non talem confeſſi ſunt filiationem qualem Petrus, ſed vnũ ex multis eum æſtimabant, non vere filium, vel etſi præcipuum quidem præ multis, non autem ex ſubſtantia patris. Vides autem qualiter & filium reuelat pater, & patrem filius. Non enim ab alio eſt dicere filium quàm a patre, nec ab alio patrẽ quàm a filio. quare & hinc manifeſtum eſt, quòd filius eſt conſubſtantialis & coadorandus patri. Oſtendit autem Chriſtus ex hinc iam multos credituros, quod fuerat Petrus confeſſus. vnde ſubdit: {Et ego dico tibi, quia tu es Petrus.} HIERO. Acſi dicat, quia tu mihi dixiſti: Tu es Chriſtus filius Dei viui, & ego dico tibi, non ſermone caſſo, & nullum opus habente: ſed dico tibi, quia meum dixiſſe, feciſſe eſt: Quia tu es Petrus. ſicut.n. ipſe lumen Apoſtolis donauit, vt lumen mundi appellentur, & cætera quæ a domino ſortiti vo-

Lib.2.c.53. cabula ſunt, ita & Simoni qui credebat in Petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. AVGVST. de Con.euan. Nullus tamen arbitretur, quòd hic Petrus nomen acceperit. non enim accepit hoc nomen, niſi vbi Ioannes commemorat ei dictum eſſe: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. HIERO. Secundum autem metaphoram Petræ, recte dicitur ei: Edificabo Eccleſiam meam ſuper te. & hoc eſt quod ſequitur. {Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. CHRY. Ideſt in hac fide & cõfeſſione ædificabo Eccleſiam meam. Hinc oſtẽdit multos iam credituros, quod Petrus confeſſus fuerat, & erigit eius ſenſum, &

Lib.1.c.21. Paſtorem ipſum facit. AVG. in lib. Retracta. Dixi in quodam loco de Apoſtolo Petro, quòd in illo tanquàm in Petra ædificata eſt Eccleſia, ſed ſcio me poſtea ſæpiſſime ſic expoſuiſſe quod a domino dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, vt ſuper hunc intelligeretur, quem confeſſus eſt Petrus dicens: {Tu es Chriſtus filius Dei viui} ac ſi Petrus ab hac petra appellatus perſonam Eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc petram ædificatur. non enim dictum eſt illi, Tu es petra, ſed tu es Petrus: petra autem erat Chriſtus, quem confeſſus Simon, ſicut ei tota Eccleſia cõfitetur, dictus eſt Petrus. Harum autem duarum ſententiarum quæ ſit probabilior eligat lector. HILA. Eſt autem in nuncupatione noui nominis fœlix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernales leges, & tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret. vnde ad oſtẽdendã firmitatem Eccleſiæ ſupra petram fundatæ, ſubditur: {Et portę inferi non præualebunt aduerſus eam.} GLO. Ideſt non ſeparabũt eam a charitate mea & fide. HIERO. Ego portas inferi, vitia reor atque peccata. vel certe hæreticorum doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum. ORI. Sed & ſingulæ ſpirituales nequitiæ in cæleſtibus portæ ſunt inferorum, quibus contrariantur portæ iuſtitiæ. RABA. Portæ quoque inferi, ẽt tormenta & blandimenta ſunt perſecutorum, ſed & praua infidelium

Simile quippiam legit i Epl'a Marci Papæ, quæ habetur Cõciliorũ.To.1

opera ineptaq; colloquia portæ ſunt inferi, quia iter perditionis oſtendunt. CHRY. Non autem exprimit, vtrum petræ non præualebunt, in qua ædificat Chriſtus Eccleſiam, aut Eccleſiæ quã ædificat ſuper petram, tamen manifeſtum eſt, quia nec aduerſus petram nec aduerſus Eccleſiam portę præualent inferorum. CYRIL. in lib. Theſauri. Secundum autem hanc Domini

F promiſſionem Eccleſia Apoſtolica, Petri ab omni ſeductione hæreticaq; circũuentione manet immaculata, ſuper omnes præpoſitos & Epiſcopos, & ſuper omnes primates Eccleſiarum, & Populorum in ſuis pontificibus, in fide pleniſſima & authoritate Petri. Et cum aliæ Eccleſiæ, quorũdam errore ſint verecundatæ, ſtabilita iquaſſabiliter ipſa ſola regnat, ſilentium iponens & omnium obturans ora hæreticorum, & nos neceſſario ſalutis, non decepti ſuperbia, neq; vino ſuperbiæ inebriati typum veritatis, & ſanctę Apoſtolicæ traditionis', vna cum ipſa confitemur & prædicamus,

Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis. Et quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis.

HIERO. Nemo autem putet hoc de morte dici, quòd Apoſtoli conditioni

G mortis ſubiecti non fuerint', quorum martyria videat corruſcare. ORIG. Si ergo & nos patre nobis reuelante, qui eſt in cælis, quando.ſ.conuerſatio noſtra in cælis eſt, confeſſi fuerimus Ieſum Chriſtum eſſe filium Dei viui, & nobis dicetur: Tu es Petrus. petra enim eſt. omnis qui imitator eſt Chriſti, aduerſus quem autem portæ præualent inferorum, ille neque petra dicendus eſt, ſupra quam ædificat Chriſtus Eccleſiam, neque Eccleſia, neque pars Eccleſiæ quam Chriſtus ædificat ſupra petram. CHRY. Deinde & alium Petri dicit honorem, cum ſubditur. {Et tibi dabo claues regni cælorum.} quaſi dicat. Sicut pater tibi dedit me cognoſcere, ita & ego tibi aliquid dabo. ſ. claues regni cælorum. RABA. Qui enim regem cælorum maiori, præ cæteris deuotione confeſſus eſt, merito præ cæteris ipſe collatis clauibus regni cæleſtis donatus eſt, vt conſtaret omnibus, quia abſque ea confeſſione ac fide, regnũ cælorum nullus poſſet intrare. Claues autem regni cælorum ipſã diſcretionem & potentiam nominat: potentiam, qua liget & ſol-

H uat, diſcretionem, qua dignos vel indignos diſcernat. GLO. Vñ ſequitur. {Et quęcũque ligaueris,} ideſt quemcũque indignum remiſſione iudicaueris dum viuit, indignus apud Deum iudicabitur {Et quodcũque ſolueris,} ideſt quæcũque ſoluendum iudicaueris dum viuit, remiſſionem peccatorum conſequetur a Deo. ORI. Vide autem quantam poteſtatem habet petra, ſuper quam ædificatur Eccleſia, eius vt etiam iudicia maneant firma, quaſi Deo iudicante per eam. CHRY. Vide autem, qualiter Chriſtus reducit Petrum ad excelſam de ipſo intelligentiam. Hæc enim ei ſe promittit daturum, quæ ſunt propria Dei ſolius, ſ. peccata ſoluere, & Eccleſiam immutabilem facere, inter tot perſecutionum & tentationum procellas. RABA. Hæc autem ligandi, atque ſoluendi poteſtas quàmuis ſoli Petro data videatur a domino, tamen & cæteris Apoſtolis datur, necnon etiam nunc Epiſcopis ac præsbyteris omni Eccleſiæ. Sed ideo Petrus ſpecialiter claues regni cælorum & principatum iudiciariæ poteſtatis accepit, vt omnes per or bem credentes intelligant, quia quicũque ab vnitate fidei vel ſo-

I cietatis illius, quolibet modo ſemetipſos ſegregãt, tales nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam poſſunt regni cæleſtis ingredi, GLO. Specialiter etiam eam Petro conceſſit, vt ad vnitatẽ nos inuitaret. Ideo enim eum principem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia vnum principalem Chriſti haberet Vicarium, ad quem diuerſa membra Eccleſiæ reccurrerent, ſi forte inter ſe diſſentirẽt. Quòd ſi diuerſa capita eſſent in Eccleſia, vnitatis vinculum rumperetur. Quidam autem dicunt, quòd ideo dicit, {Super terram.} Non enim data eſt poteſtas hominibus, ligandi vel ſoluendi mortuos, ſed viuos. Qui autem mortuos ſolueret vel ligaret, non ſuper terram, ſed poſt terram hoc faceret. Ex Senten. Conſtantino. concilij. Quomodo autem præſumunt quidam dicere de viuis, tantũ modo hæc dicta eſſe, an ignorant, quia iudiciũ Anathematis, nihil eſt aliud quàm ſeparatio? Euitandi ſunt autem illi, qui a peſſimis culpis detinentur, ſiue in viuis ſint, ſiue non. A nocente enim ſem

Conſtantinopoli. ſyn. Quinta.

K per reſurgere neceſſarium eſt. Sed & Auguſtini religioſæ memoriæ, qui inter Aphrycanos Epiſcopos ſplenduit, diuerſæ Epiſtolæ recitatæ ſunt, ſignificantes quòd oporteret Hæreticos, & poſt mortem anathematizare. Talem autem Eccleſiaſticam traditionẽ, & alij Aphricani Epiſcopi ſeruauerunt. Sed & ſancta Romana Eccleſia quoſdam Epiſcopos poſt mortem anathematizauit, licet ꝓ fide in vita ſua non eſſent accuſati. HIER. Iſtum locum Epiſcopi & præsbyteri non intelligentes, aliquid ſibi de Phariſęorum aſſumunt ſupercilio, vt vel damnent innocentes, vel ſoluere ſe noxios arbitrentur, cum apud dominum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur oſtendere ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc a ſacerdote immundi fiant, non quòd ſacerdotes leproſos faciant & immundos, ſed quòd habeant notitiam leproſi & non leproſi, & poſſunt diſcernere qui mundus, quiue immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit Epſ vel pſbyter, nõ eos q inſontes ſunt, vel innoxij: Sed pro

Sed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, qui ſoluendus. ORI. Eſt ergo irrepræhenſibilis qui alterum ligat, vel ſoluit, vt inueniatur dignus ligare, vel ſoluere in cœlo. Sed & ei qui potuerit virtutibus portas obſtruere inferorũ, quaſi præmium dantur claues regni cœlorum. omnes enim ſpecies virtutis, cũ quis eam cœperit operari, quaſi ipſe ſe adaperit ante eum, Domino videlicet aperiẽte eã per gratiam ſuam, vt inueniatur eadẽ virtus, & porta eſſe, & clauis portę. Forſitan autẽ & vnaqueque virtus eſt regnum cœlorum.

d Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati a Senioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die reſurgere.

e Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicẽs: Abſit a te Domine, non erit tibi hoc. Qui conuerſus dixit Petro: Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

f Tũc Ieſus dixit diſcipulis ſuis:

B Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Qui enim

Tract. I. in Matthi d ¶ ORIG. Poſtquàm Petrus confeſſus eſt Chriſtum filiũ Dei viui, quia noluit hoc eos interim prædicare, ſubdit. {Tunc pcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus} HIERO. Sed cum ſupra mittens diſcipulos ad prædicandum iuſſerit eis, vt annunciarent aduentum ſuum, videtur eſſe cõtrarium quod hic præcipit, ne ſe dicãt eſſe Ieſum Chriſtum. mihi videtur aliud eſſe, Chriſtum prædicare, aliud Ieſum Chriſtum. Et Chriſtus commune dignitatis eſt nomen, Ieſus proprium vocabulum Saluatoris. ORI. Vel tunc leuiter quidem de eo annunciabant quaſi de magno & mirabili viro, Chriſtum autem eſſe eum nondum annunciabant. Qui autem vult etiam Chriſtum eum ꝓdicatum priꝰ ab Apl'is, dicet quoniam leuiter præmittere voluit eos mentionem nominis ſui, vt interim facto ſilentio prædicationis huius: hoc ipſum quod leuiter de Chriſto auditum fuerat, digeratur in ſenſibus auditorum. Aut ita eſt ſoluenda quæſtio, vt videatur ea quæ ſuperius de annunciando Chriſto ſunt dicta, nõ ad tempus pertinere quod fuit ante Chriſti reſurrectionem, ſed ad tẽpora poſt futura. Hæc autem quæ mandat, vt nemini dicant, tunc Apoſtolis conuenire: inutile enim eſt ipſum quidem prædicare, crucem autem eius tacere. Propterea præcepit eis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſt Chriſtus, & præparabat eos, vt poſtmodum dicat: Quoniam ipſe eſt Chriſtus qui crucifixus eſt, & reſurrexit a mortuis. HIERO. Quod nequis putet noſtræ tantum eſſe intelligentiæ quod ſequitur: cauſas tunc prohibitæ prædicationis exponit. Sequitur enim. {Exinde cœpit Ieſus oſten. diſci. ſuis, quia opor. eum ire Hiero. & mul. pati a Seni. & Scri. & Prin. Sacer. & occi. & ter. die reſur.} Eſt autem ſenſus. Tunc me prædicate, cum iſta paſſus fuero, quia non prodeſt Chriſtum publice prædicari, & eius vulgare in populis maieſtatem, quem poſt paululum flagellatum

Hom. 55. viſuri ſunt, & crucifixum. CHRY. Quod enim ſemel radicatum eſt & poſtea euulſum, ſi iterum plãtetur, difficile retinebitur apud multos. quod autem infixum ſemel eſt, & manſit poſtea immobile, facile prouehitur ad augmentum. propter hoc autem immoratur triſtibus prædicendis, & ſermonem multiplicat, vt aperiat diſcipulorum mentes. ORI. Et vide quia non dixit. Cœpit dicere, vel docere, ſed oſtendere, quia ſicut corporalia oſtendi dicuntur. ſic oſtendi dicuntur a Chriſto ea quæ loquebatur. Non autem ſic puto eis, qui corporaliter eum multa patientem viderunt, oſtenſa fuiſſe ea quæ videbantur, quomodo diſcipulis oſtenſus eſt rationabilis ſermo de myſterio paſſionis, & reſurrectionis Chriſti, & tunc quidem cœpit oſtendere, conſequenter autem poſtea capacioribus factis plenius demonſtrauit, quia omne quod cœpit Ieſus, hoc perfecit. Oportebat autem eum ire in Hieruſalem, vt occidatur quidem in Hieroſolymis, quæ ſunt deorſum, regnet autem reſurgens in Hieruſalem cœleſti. Poſtquàm enim reſurrexit Chriſtus, & alii conſurrexerunt ei: iam non deorſum quæritur Hieruſalem, vel domus orationis in ea, ſed ſurſum. Patitur autem multa a Senioribꝰ Hieruſalem terrenæ, vt glorificetur ab his qui capiunt beneficia eius cœleſtibus Senioribus. Tertia autẽ die reſurrexit a mortuis, vt eripiens maligno acquirat eis, qui liberati fuerant hoc donum, vt baptizentur ſpiritu & anima & corpore in nomine patris, & filii, & Spirituſſancti, qui ſunt tres dies ſimul perpetuo inſtãtes eis, qui per eos facti fuerunt filij lucis.

Tract. I. e ¶ ORI. Adhuc initia eorum, quę oſtendebantur dicens Chriſtus, Petrus indigna hæc filio Dei viui arbitrabatur, & quaſi oblitus quoniam filius Dei viui nihil dignum increpatione facit, aut agit, cœpit increpare, & hoc eſt quod dicitur. {Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum} HIERO. Sæpe diximus nimij ardoris: amoriſque q̃ maximi fuiſſe Petrum in Dominum Saluatorem. Qui ergo poſt confeſſionem ſuam & præmium Saluatoris quod audierat: non vult deſtrui confeſſionem ſuam, nec putat poſſe fieri, vt Dei filius occidatur aſſumit eum in affectum ſuum. vel ſeparatim ducit: ne præſentibus cæteris condiſcipulis videatur ma

A giſtrum arguere, & cœpit illum increpare amantis affectu, & obſtãs dicere. Abſit a te Domine. Vel vt melius habetur in greco Ileos ſi chirie, u mi eſte ſi tuto, hoc eſt. Propitius ſis tibi Domine, non erit tibi hoc, quaſi neceſſariam haberet propitiationem. cuius affectum quidem ſuſcipiens Chriſtus ignorantiã exprobrat. vnde ſequitur. ἵλεώς σοι κύριε οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο

{Qui conuer. dixit Pe. Vade poſt me Satha. ſcanda. mihi es.} HILA. Sciens .n. Dominus diabolicæ artis inſtinctum, Petro ait. {Vade retro poſt me} .i. vt exemplo ſuæ paſſionis ſequatur. In eum vero per quem opinio hęc ſuggerebatur conuerſus adiecit. {Sath. ſcã. mihi es. Non enim cõuenit exiſtimaee Petro Sathanæ nomen, & accuſationem ſcandali deputari, poſt indulta illa beatitudinis & poteſtatis tanta præconia. HIERO. Sed mihi error Apoſtolicus de pietatis affectu veniens, numquam incentiuum videbitur diaboli. prudens ergo lector conſideret Petro illam beatitudinem, ac poteſtatem in futuro promiſſam, non in præſenti datã, quã ſi ſtatim dediſſet ei numquam in eo prauæ con feſſionis error inueniſſet locum. CHRY. Quid etiam mirabile Hom. 55. eſt hæc pati Petrum, qui de his reuelationem non ſuſcepit? Vt.n. diſcas, ꝙ neque illa quæ de Chriſto confeſſus fuerit, ex ſe locutus eſt, vide qualiter in his, quæ non reuelata ſunt ei turbationem patiatur. humana enim & terreſtri cogitatione, quæ ſunt Chriſti cõſiderans, æſtimabat turpe, & indignum eſſe ei, ꝙ pateretur. Et ideo

C dominus ſubiecit. {Quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.} HIERO. Quaſi dicat, meæ voluntatis eſt, & patris, vt pro hominum ſalute moriar, tu tuam tantum conſiderans voluntatem, non vis granum tritici cadere in terram, vt multos afferat fructus: & ideo quia contraria loqueris voluntati meæ, debes aduerſarius appellari. Sathanas.n. interpretatur aduerſarius, ſiue contrarius: non tamen vt plerique putant, eadem Sathanas & Petrus ſententia cõdemnantur. Petro enim dicitur. {Vade retro me Sathana,} ideſt ſequere me, qui contrarius es voluntati meæ. ille audit {Vade Sathana,} & non ei dicit retro, vt ſubaudiatur. {Vade in ignem æternum.} ORI. Dixit ergo Petro. {Vade poſt me.} quaſi deſiſtenti per ignorantiam ire poſt Chriſtum. Sathana autẽ dixit ei, quaſi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo. Beatus autem ad quem conuertitur Chriſtus: etiam ſi corripiendi cauſa conuertitur. Sed quare dixit ad Petrum. Scandalum mihi

D es, cum in Pſalmo dicatur: Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum? Sed reſpondendum eſt, quoniam non ſolum Ieſus non ſcandalizatur, ſed nec omnis homo qui in dilectione Dei perfectus eſt: ſed quantum ad ſe qui tale aliquid, uel agit, vel loquitur, ſcandalum eſt alteri, licet ille inſcãdalizabilis ſit, aut certe omnem diſcipulum peccantem ſcandalum ſibi appellat, ſicut & Paulus dicebat, Quis ſcandalizatur, & ego non vror?

f ¶ CHRY. Poſtquàm Petrus dixerat, propitius eſto tibi, nequaquam erit tibi hoc, & audiuit. {Vade retro me Sathana.} non fuit Dominus hac ſolum increpatione contentus: ſed ex ſuperabũdantia voluit oſtendere inconuenientiam dictorum a Petro, & fructum ſuæ paſſionis: vnde ſubditur. {Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis: ſiquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me.} quaſi dicat, tu dicis mihi: Propitius eſto tibi. Ego autem dico tibi, quoniam nõ ſolum me prohibere a paſſione nociuum tibi eſt, ſe l neque ſaluari poteris, niſi patiaris, & moriaris, & uitæ abrenuncies ſemper. & uide ꝙ non coactiuum fa Hom. 56.

E cit ſermonem. non enim dixit, ſi uolueritis, oportet uos hoc pati, ſed {Siquis uult.} hoc autem dicens magis attrahebat. qui enim libertati auditorem dimittit, magis attrahit. qui uero uiolentiam infert, multotiens impedit. non autem ſolis diſcipulis, ſed commune hoc dogma orbi terrarum proponit, dicens: {Siquis uult} .i. ſi mulier, ſi uir, ſi rex, ſi liber, ſi ſeruus. CHRY. Tria autem ſunt quæ dicuntur. Abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. GREGO. in Home. Quia niſi quis a ſemetipſo deficiat, ad eum qui ſuper ipſum eſt, non appropinquat. Sed ſi noſipſos relinquimus: quo ibimus? extra nos? uel quis eſt qui uadit ſi ſe deſeruit? ſed aliud ſumus per peccatum lapſi: aliud per naturam conditi. tunc ergo noſmetipſos relinquimus & abnegamus, cum uitamus quod per uetuſtatem fuimus, & ad hoc nitimur, ad quod per nouitatem uocamur. GREGO. ſuper Ezech. Semetipſum Hom. 10. etiam abnegat, quicumque mutatur ad meliora, & incipit eſſe qđ non erat, & deſinit eſſe quod erat. GREG. 23. Mora. Semetipſum etiam abnegat, qui calcato typho ſuperbiæ ante Dei oculos ſe eſſe a ſe alienum demonſtrat. ORIG. Quàmuis autem uideatur aliquis

aliquis a peccato abstinere: tamen nisi in crucem Christi crediderit, non potest dici Christo confixus, siue cruci. vnde sequitur. ❴Et tollat crucem suam.❵ CHRY. Vel aliter. Qui negat alium, vel fratrem, vel famulum, vel quemcumque, & si flagellatum viderit; & quodcumque patientem non assistit, non adiuuat: ita vult corpori nro nos non ignoscere, vt si flagellauerint, vel quodcumq; aliud fecerint, corpori non parcamus. hoc enim est parcere, sicut patres tunc ignoscūt filijs, cum Magistris eos tradentes, iusserint vt non parcant. Ne autem æstimes, q̄ vsque ad verba tantū & contumelias oportet abnegare seipsum: ostendit vsque ad quātum abnegare seipsum oporteat, quia vsque ad mortem, etiam turpissimam. s. crucis, quod significat in hoc quod dicit. ❴Et tollat crucem suam, & sequatur me.❵ HILA. Sequendus enim est Dominus, cruce assumpta passionis suæ: & si non forte, tamen voluntate comitandus est. CHRY. Quia etiam latrones multa grauia patiuntur, vt non æstimes quòd passio malorum sufficiat, adiūgit causam patiendi, cum dicit. ❴Et sequatur me.❵ vt propter eum omnia sustineas, & alias eius virtutes addiscas. hoc est .n. sequi Christum vt oportet, diligentem esse circa virtutes, & pati oia propter
Ho.euā.32. ipsum. GREGO. Duobus etiam modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam af gitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus. Sed quia ipsis virtutibus quædam vitia mixta sunt: dicendum nobis est, q̄ abstinentiam carnis nonnumq̄ vana gloria obsidet, quia dum tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus patefacta laudatur. Compassionem vero animi plerumque latenter obsidet pietas falsa, vt hanc nonnumq̄ vsque ad condescendendum vitijs pertrahat. unde ad hæc excludenda, subdit: ❴Et sequatur me.❵ HIERO. Vel aliter: Tollit crucem suam, qui mundo crucifigitur. cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixum. CHRY. Deinde, quia graue videbatur quod dictum est, per ea quæ consequuntur, id mitigat, præmia ponens supereminentia laboribus, & malitiæ pœnas. vnde sequitur: ❴Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet
Tract.2. in Matth. eam.❵ ORI. Quod dupliciter potest intelligi. Primū sic: Siquis amator vitæ p̄sentis, parcit animæ suæ, timens mori, & putans animam suam per hanc mortem perire, iste volens hoc modo saluare aiam suam, perdet eam: alienam illa faciens a vita æterna. Siquis contemnens vitam præsentem, vsque ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidem animam suam quantum ad vitam præsentem, sed quoniam propter Christum perdet eam, magis eam saluā faciet in vitam æternam. Alio modo sic. Siquis intelligit quæ est I vera salus. & acquirere vult eam ad salutem animæ suæ: iste abnegans semetipsum, perdit quantum ad voluptates carnales animam suam propter Christum, & perdens animam suam hoc modo, saluat eam per opera pietatis: dicendo enim. ❴Qui voluerit❵ præcedentem & sequentem vnum sensum esse ostendit. Si ergo quod superius dixit: ❴Abneget semetipsum.❵ de morte corporali dixit, consequenter hoc de sola morte intelligere debemus dictum esse. Si autem abnegare seipsum, est carnalem conuersationem reiicere, & perdere animam, est deponere voluptates carnales.

Hom. 57. g ¶ CHRY. Quia dixerat, qui vult saluare, perdet, & qui perdet, saluabit, vtrobique salutem & perditionem ponens, ne aliquis æstimet æqualem esse hincinde perditionem & salutem, subiungit: ❴Quid enim prodest ho. si mun. vni. lu. ani. vero suæ detri. patiatur?❵ quasi dicat, ne dicas, q̄ qui pericula quæ propter Christū imminent, effugit, saluet animam suam, ideſt vitam temporalem. K Sed pone etiam cum anima, ideſt vita temporali totum orbem terrarum: quid ex his hoi erit amplius, anima in perpetuum pereunte? Si enim famulos tuos videres in lætitia: te autem in malis vltimis constitutum, quid lucrareris ex eorum dominio? Hoc etiam in anima tua reputa, cum carne lasciuiente ipsa futuram perditionem expectat. ORI. Puto etiam, q̄ mundum lucratur, qui non abnegat semetipsum, nec perdit animam suam quantum ad voluptates carnales, & ipse facit animę suæ detrimētum. Ideo duobus nobis propositis, maius est eligendum, vt mundum perdamus, & lucremur animas nostras. CHRY. Sed si regnaueris super vniuersum orbem terrarum, non poteris animam tuam emere. vnde sequitur: ❴Aut quam dabit homo commutationē pro anima sua?❵ Ac si dicat. Diuitias si perdideris, poteris dare diuitias alias ad eas redimendas: animam autem perdens, non poteris animam aliquā dare, sed neque aliquid aliud. Quid autem mirabile est, si in anima hoc contingit? etenim in corpore hoc videtur contingere. Etsi .n. decem milia diademata, corpori insanabiliter ægroto circumpo-

fueris, non curatur. ORI. Et prima quidem facie commutatio animæ est in substantia, vt det substantiā suam homo pauperibus, & saluet animam suam. Sed puto, quòd non habet aliquid homo, quod dans quasi commutationem animæ suæ liberet eam de morte: Deus autem pro animabus hominum dedit commutationem, præciosum sanguine Ho.Euā.3. filii sui. GREGO. Vel aliter potest continuari, quia sancta ecclesia aliud habet tempus persecutionis, & aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora distinguit in præceptis. nā persecutionis tempore ponēda est anima: pacis autem tempore, ea quæ amplius dominari possunt frangenda sunt desideria terrena. vnde dicitur. ❴Quid enim prodest homini?❵ HIERO. Prouocatis autem discipulis, vt abnegarent se, & tollerent crucem suam, grandis sit terror audientium. Iccirco tristibus læta succedunt, & dicit: ❴Filius enim ho. ven. est in gloria patris sui cum angelis suis.❵ Times mortem? audi gloriam triū Tract.2. phantis. Vereris crucem? ausculta Angelorum ministeria. ORI. quasi dicat: Nunc quidem filius hominis uenit, sed non in gloria. non enim decebat eum in gloria constitutum, peccata nostra portare, sed tunc ueniet in gloria, cum ante præparauerit discipulos suos, factus est illi, ut illos faceret, sicut & ipse, conformes glorię suæ. CHRY. Non autem dixit in tali gloria, in quali est pater, ne alteritatem gloriæ suspiceris, sed ait: ❴Gloria patris,❵ ut eadem gloria ostendatur. Si autem gloria una est, manifestum, quòd substantia una est. Quid ergo times Petre, mortem audiens? tunc me uidebis in gloria. Si autem ego in gloria, & uos: sed tamen dicēs gloriam: terribilia immiscuit in medium iudicium introducens. unde sequitur. ❴Et tunc reddet unicuique ſm opera eius.❵ HIERO. Non est enim distinctio Iudæi & Gentilis, uiri & mulieris: pauperum & diuitum: ubi non personæ, sed opera considerantur. CHRY. Hoc autem dixit, non solum peccatoribus pœnas cōmemorans, sed iustis brauia & coronas, HIERO. Poterat autē Apostolorum tacita cogitatio istiusmodi scandalū sustinere. Occisionem & mortem nunc dicis esse futuram, quod autem promittis te affuturum in gloria, in tempora longa differtur. Præuidens ergo occultorum cognitor quid possent obiicere, præsentem timorem præsenti compensat præmio, dicens: ❴Amen dico uobis, sunt quidam de hic stan. qui non gu. mortem do. ui. si. ho. ue. in re. suo.❵ CHRY. Volens ergo monstrare quid est illa gloria, in qua postea uenturus est: eis in præsenti uita reuelauit, sicut possibile erat eos discere, ut neque in Domini morte iam doleant. REMI. Qđ ergo hic dicitur, impletum est in tribus discipulis, quibus Dominus transfiguratus in Monte, gaudia æternæ repromissionis ostendit, qui uiderunt eum in regno suo uenientem, ideſt in ea claritate fulgētem, in qua peracto iudicio, uidebitur ab omnibus Sanctis. CHRY. Propter hoc autem non prædicit nomina eorum qui ascensuri erant in montem, quia reliqui ualde concupiscerent sequi, exemplum illius gloriæ uisuri, & grauiter tulissent uelut despecti. GREG. Vel regnum Dei, præsens ecclesia uocatur, & quia Ho.euā.3. nōnulli ex discipulis eius usque adeo in corpore uicturi erant, ut ecclesiam Dei cōstructam conspicerent, & contra huius mundi gloriam erectam, consolatoria promissione. nunc dicitur. ❴Sunt quidam de hic stantibus.❵ ORI. Moraliter autem uerbum Dei his Tract.3. qui nouiter inducuntur ad fidem: formam habet serui, perfectis autem uenit in gloria patris sui. Angeli autem illius sunt prophetarum sermones, quos non est possibile ante spiritualiter intelligere, nisi cum spiritualiter intellectum fuerit uerbum Christi, ut uideantur simul apparere in maiestate. Tunc autem dabit unicuique de gloria sua secundum actum eius, quia quanto quis melior fuerit in actibus suis, tanto spiritualius intelligit Christum, uel Prophetas ipsius. Stantes autem, ubi stat Iesus: sunt qui fundatas habent apud Iesum animæ bases. Ex quibus qui melius stant: dicuntur non gustare mortem, donec uideant uerbum Dei, quod uenit in regno suo uidens eminentiam Dei, quam uidere nō possunt qui diuersis inuoluti sunt peccatis, quod est mortem gustare, qua peccans anima moritur. Sicut enim uita est, & panis uiuus qui de cœlo descendit, sic & inimica eius mors panis est mortuus. Ex istis autem panibus, quidam modicum manducant, tantum gustantes, quidam aūt abundantius. qui .n. raro & modicum peccant: tantum modo gustant mortem, qui autem perfectius susceperint spiritualem uirtutem, non gustant eam, sed uiuo pane semper uescuntur. quod autem dicit, ❴donec uideant.❵ non diffinit tempus, ut postq̄ transierit illud. donec fiat, quod ante non fuerat factum, sed rem quæ necessaria est, exponit. qui enim semel uidet eum in gloria eius: iam nequaquam gustabit mortem. RABA. Sanctos autem

mortem gustare testatur, a quibus mors corporis, quasi libando gusta tur: vita vero animæ possidendo tenetur. A

CAP. XVII.

REMI. Claritatem suæ visionis, quam promiserat Dominus Discipulis suis in hac transfiguratione, habita in mōte, post sex dies compleuit. vnde dicitur. ❴Et post sex dies, assumpsit Petrū, & Iacobum, & Ioannem fratrē eius. HIERO. Quæritur autem, quomodo post sex dies assūpsit eos, cum Lucas Euangelista octonarium numerum ponat? sed facilis est rēsponsio, quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur, & extremus. CHRY.
Hom. 57. Ideo autem nō confestim facta promissione eos sursum ducit: sed post sex dies, vt reliqui discipuli nihil patiantur humanum, ideſt aliquem inuidiæ motum: vel vt horum dierum spacio vehementiori concupiscentia repleti, qui assumendi erant: solicita mente ac
Tract. 3. cederent. RABA. Merito autem post sex dies gloriam illam ostendit, quia post sex ætates futura est resurrectio. ORI. Vel qa in sex diebus totus factus est visibilis mundus, qui transcendit omnes res mundi: potest ascendere super montem excelsum, & gloriā aspicere verbi Dei. CHRY. Ideo autem hos tres assumpsit, qm̄ alijs potiores erant: Intende autem qualiter Matthæus non occultat eos, qui sibi præpositi sunt. hoc enim & Ioannes facit, præci C puas Petri laudes commemorans. Ab æmulatione enim, & vana gloria mundus fuit Apostolorum chorus. HILA. In tribus autem assumptis de trium origine, Sem, Cham, & Iapheth, futura electio populi ostenditur. RABA. Vel tres solummodo discipulos secum ducit, quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Vel qa qui nunc fidem Sanctæ Trinitatis incorrupta mente seruant: tunc æterna eius visione lætantur. REMI. Ostensurus autem Dominus gloriam suæ claritatis discipulis, duxit eos in montem, vnde sequitur. ❴Et duxit illos in montem excelsum seorsum.❵ In quo docet, quia necesse est omnibus qui Deum contemplari desiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant, sed amore supernorum semper ad cœlestia erigantur, & vt ostendat discipulis, qua tenus gloriam diuinæ claritatis nō in huius sæculi profundo querant, sed in cœlestis beatitudinis regno. Ducūtur autem seorsum, quia sancti viri toto animo & fidei intentione, separati sunt a malis, funditusque separabuntur in futuro, vel quia multi vocati, pauci vero electi. Sequitur. ❴Et transfiguratus est ante eos.❵ HIERO. Qualis enim futurus est tempore iudicandi, talis Apostolis apparuit. Nemo autem putet priſtinam eum formam, & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem: & assumpsisse corpus spirituale, vel aereum. Sed quomodo transfiguratus sit, Euangelista demōstrans dicit. ❴Et resplenduit facies eius sicut Sol: vestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix.❵ Vbi splendor faciei ostendit, & candor describitur vestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur. Certe transformatus est Dominus in eam gloriam, qua venturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addit, faciem non subtraxit, & si corpus spirituale fuerit, vnde & vestimenta mutata sunt, quæ intantum fuere candida, vt alius Euangelista differit, qualia fullo super terram non posset facere, huiusmodi autem corporale est & tactui subiacet: non spirituale & aereum, quod illudat oculos, & tantum in phātasmate aspiciatur. CHRY. Si autem facies Domini resplenduit sicut Sol, & sancti E sicut Sol fulgebunt, numquid erit æqualis claritas Domini, & seruorum? nequaquam. Sed quia nihil lucidius inuenitur Sole, iccirco ad manifestandum exemplū futuræ resurrectionis, & facies Domini resplendere, & iusti fulgere dicuntur sicut Sol. ORI. Mystice autem, cum aliquis transcenderit sex dies secundum quòd dixi mus: videt transfiguratum Iesum ante oculos cordis sui. Diuersas enim habet verbum Dei formas, apparens vnicuique secundum q̄ videnti expedire cognouerit, & nemini supra q̄ capit, semetipsū ostendit. vnde non dixit simpliciter transfiguratus est: sed ❴Coram eis.❵ In euangeliis enim, Iesus similiter intelligitur ab eis q̄ non ascendunt per excitationem verborum spiritualium super excelsum sapientiæ montem. Eis autem qui ascendunt, iam non secundum carnem cognoscitur, sed Deus verbum intelligitur. Corā his ergo transfiguratur Iesus, & non coram illis qui uiuo pane deorsum in conuersatione terrena uiuentes. Hi autem coram quibus transfiguratur, facti sunt filij Dei, & ostenditur eis Sol esse iustitiæ, & vestimenta ipsius fiunt candida sicut lumen, quæ sunt sermones, & literæ euangeliorum, quibus Iesus est indutus, secundum illa quæ

ab apostolis dicuntur de eo. GLO. Vel vestimenta Christi sanctos significant, de quibus Esaias. Omnibus his velut vestimento vestieris, & viui operantur, quia candidi erunt virtutibus, & omnis vitiorum æstus ab eis remotus erit. Sequitur. ❴Et apparuē illis Moyses, & Elias cum eo loquentes.❵ CHRY. Hoc autem multas habet rationes. Et prima quidē est hæc. Quia enim turbæ dicebant eum esse Eliā, vel Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, capita Prophetarū secū ducit, vt falte hinc videatur differentia seruorū & Domini. Alia ratio est. Quia enim cōtinue Iesum accusabant Iudæi tāquam transgressorem

vestimēta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autē Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moysi vnū, & Eliæ vnū. b Adhuc eo loquente: ecce nu-

legis, & blasphemum: patris sibi gloriam usurpantem, vt ostendat ab vtraque accusatione innoxius, eos qui in vtroque fulserunt, in medium ducit. Etenim Moyses legē dedit, & Elias pro gloria Dei æmulator fuit. Alia ratio est, vt discant quoniam mortis & vitæ potestatem habet: propter hoc & Moysen qui morte defecerat, & Eliam qui nondum mortem passus fuerat in medium ducit. Aliā causam & ipse Euangelista reuelat. s. monstrare crucis gloriam, & mitigare Petrum, & alios discipulos passionem timentes. Loquebantur enim, vt alius Euangelista dicit, de excessu quem completurus erat in Hierusalem. vnde eos in medium ducit, qui se morti exposuerunt pro his quæ Deo placebant, & pro plebe credentiū. etenim tyrannis vterque se libere præsentauit: Moyses quidem Pharaoni: Elias autem Achab. Ducit autem propter hoc eos in medium. volebat enim, q̄ discipuli illorum priuilegia zelarent, vt scilicet fierent mansueti sicut Moyses, & zelantes sicut Elias. HILA. Quòd etiam Moyses, & Elias ex omni sanctorum numero assistunt, medius inter legem & Propheras Christus in regno est. cū his enim Israelē, quibus testibus prædicatur⁹ est iudicabit. ORI. Siquis etiam intelligit spiritualem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in Prophetis absconditam Christi sapientiam: ille vidit Moysen, & Eliam in gloria vnā cum Iesu. HIERO. Considerandum est etiam, q̄ Scribis & Phariſæis de cœlo signa poscentibus dare noluit: hic uero, ut Apostolorum augeat fidem, dat signū de cœlo: Elia inde descendente quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente: quod & Achaz per Isaiā præcipitur, ut petat sibi signum de inferno, uel de excelso. ORIGE. Quid autem seruus Petrus dixerit, subditur. ❴Respon. Petrus dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse.❵ Quia enim audiuit, q̄ oportet eū Hierosolymam ire, adhuc timet pro Christo. sed post increpationem non dēt dicere rursus: Propitius esto tibi: sed idem occulte per alia signa insinuat. Quia enim uidebat multam quietem & solitudinem: cogitauit conuenientem ibi stationem esse ex loci dispositione, quod significat dicens: ❴Bonum est nos hic esse.❵ Vult etiam ibi semper esse: ideo tabernaculorum meminit dicens. ❴Si vis, faciamus hic tria tabernacula.❵ Cogitauit enim, q̄ si hoc fieret, non ascenderet Hierosolymam. & si non ascenderet, Christus non moreretur. Ibi enim sciebat scribas insidiari ei. Cogitabat etiam, q̄ Elias aderat, qui in monte ignem descendere fecit, & Moyses, qui intrauit nebulam, & Deo locutus est. vnde occultari poterant, ut nullus persecutorum sciret vbi essent. REMI. Vel aliter: Visa Domini maiestate, & duorum seruorum: Petrus adeo delectatus est, ut cuncta temporalia obliuioni traderet: & ibi in perpetuum uellet manere. Si autem tunc Petrus sic accensus est, quanta erit suauitas & dulcedo uidere regem in decore suo, & interesse chorus Angelorum & omnium Sanctorum? In eo sanē quod ait Petr⁹: ❴Domine.❵ si uis: deuotionem sibi subditi obedietis serui ostēdit. HIERO. Erras tamen Petre, & sicut alius Euangelista testatur: Nescis quid dicas. Noli tria tabernacula quærere, cum unum sit tabernaculum euangelij, in quo lex, & Prophetæ recapitulāda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino conseras, sed fac tria tabernacula: immo unum Patri, & filio, & spiritui sancto, ut quorum est una diuinitas, unum sit in pectore tuo tabernaculum. REMI. Errauit etiam, qui uoluit ut regni electorum constitueretur in terra, quod Dominus promiserat dare in cœlis. Erraut etiā, quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis uoluit subire æternam fœlicitatem. RABA. Et in eo q̄ cœlesti conuersationi tabernacula facienda putauit, in qua domus necessaria non erat, cum scriptum sit: Templum non uidi in ea.

b ¶ HIERO. Quia carnale ex frondibus, aut tentorijs quæ- Homi. 57.
rebant tabernaculum: nubis lucidæ operiuntur umbraculo. unde dicitur. ❴Adhuc eo loquente, ecce nubes lu. obū. eos. CHRY. Cū Dominus comminatur, nubem tenebrosam ostēdit, sicut in Sina.

hic autem, quia non terrere volebat, sed docere, nubes apparuit lu F
cida. ORI. Lucida autem nubes obumbrans sanctos, est virtus
paterna, vel forte spiritussanctus. dicam etiam Saluatorem nostrū
esse lucidam nubem, quæ obumbrat euangelium, & legem, & Pro-
phetas, sicut intelligunt qui possunt aspicere lumen ipsius in præ-
missis. HIERO.
Quia vero impru-
denter interrogaue-
rat Petrus: propterea
Domini responsione
non meretur, sed pa
ter respondet pro fi-
lio, vt verbum Domi
ni compleretur: Qui
me misit, ipse de me
testimonium perhi-
bet. CHRY. Neque autem Moyses lo
quitur, neque Elias,
sed pater omnib⁹ ma
ior vocem emittit ex
nube, vt discipuli cre
dāt, q̄ a Deo hæc vox
erat. Semper enim, &
apparere solet Deus in nube, sicut scriptum est. Nubes & caligo in
circuitu ei⁹, & hoc est quod dicitur. {Et ecce vox de nube.} HIE-
RO. Vox quidem patris de cœlo loquentis auditur, qui testimo
nium perhibeat filio: & Petrum errore sublato, doceat veritatem:
immo per Petrum cæteros Apostolos. vnde subdit dicens. {Hic
est filius meus dilectus.} huic est faciendū tabernaculum, huic ob-
temperandum. hic est filius, illi serui sunt. debent & ipsi vobiscum
in penetralibus cordis sui Domino tabernaculum præparare.
CHRY. Ne igitur timeas Petre. Si enim potens est Deus, mani
festum quia & filius similiter potens est. si enim diligit, ne timeas:
nullus enim eū quē diligit prodit, nec tu æqualiter eum diligis ge
nitori. Neque autem solum diligit eum, quia genuit, sed & quia
vnius est voluntatis cum ipso. Sequitur enim. {In quo mihi com-
placui} ac si diceret: In quo requiesco, quem accepto, quia omnia
quæ sunt patris cum diligentia exequitur, & est voluntas vna ipsi⁹
& patris, quare & si crucifigi vult, non contradicas. HILA. Hūc
ergo esse filium, hunc dilectum, hunc complacitum, sed & hunc au
dientium vox de nube significat, dicens. {Ipsum audite.} vt scili-
cet idoneus ipse præceptorum talium auctor esset, qui sæculi dam
num, crucis voluntatē, obitum corporis, & post hæc regni cœlestis
gloria facti confirmasset exemplo. REMI. Dicit ergo. {Ipsum
audite.} ac si aliis verbis diceret. Recedant vmbræ legales, & typi
Prophetarum, & solum coruscum lumen euangelij sequamini.
Siue ideo ait: {Ipsum audite.} vt illum esse ostenderet, quem
Moyses prædixerat, dicens: Prophetam suscitabit vobis Deus
de fratribus vestris, tamquàm me audietis ipsum. Sic ergo Do
minus vndique habuit testes, ex cœlo vocem Patris, ex paradi-
so Eliam, ex inferis Moysen, ex hominibus Apostolos, vt in nomi
ne Iesu omne genu flectatur: cœlestium, terrestrium, & infernorū.
ORI. Vox autem de nube, aut ad Moysen & Eliam loquitur, q̄
desiderabant videre filium Dei, & audire eum, aut discipulos do-
cet. GLO. Notandum autem, q̄ bene conuenit mysterium secū
dæ regenerationis, quæ scilicet erit in resurrectione, vbi caro resu
scitabitur cum mysterio primæ, quæ est in baptismate, vbi anima
resuscitatur. In baptismate enim Christi, operatio totius Trini-
tatis ostensa est. Fuit enim ibi filius incarnatus, apparuit in colum
bæ specie spiritussanctus. & Pater fuit ibi in voce declaratus. Et
similiter in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ rege-
nerationis tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine,
Spiritussanctus in nube. Quæritur autē, quare Spiritussanctus ibi
in columba, hic in nube declaratus est? Dona siquidem sua per spe
cies declarare solet. Innocentiam autem in baptismate donat,
quæ per auem simplicitatis designatur. Datur⁹ est autem claritā
tem, & refrigerium in resurrectione: & ideo in nube refrigerium,
in fulgore nubis claritas resurgentium corporum designatur. Se-
quitur. {Et audi. disci. ceci. in fa. suam, & timue. valde.} HIER.
Triplicem autem ob causam pauore terrentur, vel quia se errasse
cognouerant, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia Dei pa
tris vocem loquentis audierant. Humana enim fragilitas conspe-
ctum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto animo & corpore
contremiscens ad terram cadit. quanto enim quis ampliora quæ-
sierit: tanto magis ad inferiora collabitur, si ignorauerit mensurā
suam. REMI. In eo vero, q̄ sancti Apostoli in faciem ecciderūt:
fuit indicium sanctitatis, quia sancti in faciem cadere dicuntur, im
pij vero retrorsum. CHRY. Sed cum ante, in Christi baptis-
mo quando talis etiam vox de cœlo delata est, nullus ex turba qui
aderat tale aliquid passus est: quomodo discipuli in monte ecci-
derunt? quia. s. & solitudo, & altitudo, & silentium erat multum,
& transfiguratio stupore plena, & lumen purum, & nubes extensa,
ex quibus omnibus stupor in eis cōgregabatur. HIERO. Quia
vero illi iacebant, & surgere non poterant, ipse clementer accedit,
& tangit eos, vt tactu fuget timorem, & debilitata membra solidē-
tur. & hoc est, quod dicitur. {Et ac. Iesus, & teti. eos.} quos autem
manu sanauerat, etiā
sanauit imperio. vnde
sequitur. {Dixitque
eis, surgite, & nolite
timere.} Primum ti-
mor expellitur, ut po
stea doctrina tribuat.
Sequitur. {Le. autem
ocu. suos, ne. vi. nisi
so. Iesum,} quod ra-
tionabiliter factū est,
ne si Moyses & Elias
perseuerassent cū Do
mino: patris vox vi-
deretur incerta, cui
potissimum daret te-
stimonium. Vident
etiam Iesum stantem
ablata nube, & Moy-
sen & Eliam euanuisse, quia postquàm legis & Prophetarum vm-
bra discesserat, vr tumque in euangelio reperitur. Sequitur. {Et
descendentibus illis de monte præcepit eis Iesus, dicens: Nemini
dixe. visi. hanc, do. fi. ho. a mor. resur.} Non vult ergo in populis
prædicari, ne incredibile esset pro rei magnitudine, & post tan-
tam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.
REMI. Siue quia, si maiestas illius diuulgaretur in populo, po
puli impedirent dispensationem passionis eius, resistendo princi-
pibus Sacerdotum, & sic redemptio humani generi retardaretur.
HILA. Silentium etiam rerum gestarum quas viderant impe-
rat, ut cum essent Spiritussancto repleti: tunc gestorum spiri tua-
lium testes essent.

c ¶ HIERO. Traditio Phariseorum est iuxta Malachiam
Prophetam, q̄ Elias veniat ante Saluatoris aduentum, & reducat
cor patrum ad filios, & filiorum ad patres, & restituat omnia in an
tiquum statum. Aestimant ergo discipuli transformationem glo
riæ hāc esse: quam in monte uiderant. Et ideo dicitur: {Et interro.
eum disci. eius di. quid ergo scri. di. quòd Heli. oportet primū ve.}
Ac si dicerent. Si iam venisti in gloriam, quomodo præcursor tu⁹
non apparet? maxime autem hoc dicunt: quia Heliam uiderant
recessisse. CHRY. Non autem aduentum Elię discipuli de scri- Hom. 56.
pturis sciebant: sed scribę eis manifestabant: & ferebatur hic ser-
mo in plebe indocta: sicut & de Christo. Non autem vt oportebat,
aduētus Christi & Elię a scribis interpretabatur. Scriptura enim
duos dant Christi aduentus: eum scilicet qui factus est, & eum qui
futurus est. Sed scribę plebem euertentes: secundum aduentum
solum cōmemorabant plebi: & dicebant, Quoniam si hic est Chri
stus, oportebat Heliam prævenire. Est igitur solutio quam Chri-
stus inducit. Sequitur: {At ille respondens ait: Heli. quidem ven.
est: & resti. omnia. Dico autem vobis: quia Helias iam ve.} Ne au
tem existimes eum in sermone erraſſe: si quādoq; dicit Eliam ven
turum: & quādoq; uenisse. Cum enim dicit, quòd Elias venturus
est, & restaurabit omnia: de ipso Elia in propria persona loquitur,
qui quidem restaurabit omnia: dum corriget infidelitatem iu
dęorum: qui tunc inuenientur, quo i est conuertere corda patrū
ad filios, idest iudeorum ad apostolos. AVG. de Quæst. euan. Vel Lib. 1. c. 22.
restituet omnia, idest eos quos Antichristi persecutio perturbaue
rit. vel vt ipse restituat moriendo, quæ debet. CHRY. Si autē
tot bona erunt ex Heliæ præsentia: quare tunc non eum misit?
Dicemus, quia & tunc Christum æstimantes Eliam, non credide-
runt ei. Tunc autem Eliæ credent, quia cum post tantam expecta
tionem venerit, annuncians Iesum, facilius suscipient quæ ab eo-
dem dicentur. Cum vero dicit, q̄ Elias iam venit Ioannem, Eliā
vocat, propter ministerij modum. sicut enim Elias secundi aduen-
tus præcursor erit: ita Ioannes præcursor factus est primi. propter
hoc autem Ioannem, Eliam nominat, vt ostendat primum suum
aduentum ueteri Testamento, & prophetiæ conuenire. HIER.
Ipse ergo qui venturus est in secundo Saluatoris aduentu iuxta
corporis fidem: nunc per Ioannem venit in uirtute, & spiritu. Se-
quitur. {Et non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque
uoluerunt.} hoc est, spreuerunt & decollauerunt eum. HILA.
Vt Domini aduentum prænuncians, passionem quoquè præcur-
reret, & iniuriæ, & uexationis exemplo. unde sequitur. {Sic & fi-
lio. pas. est ab eis.} CHRY. In quo opportune suam passionem
commemorat ex passione Ioannis, multam eis præbens consola-
tionem. HIERO. Quæritur ergo, cum Herodes, & Herodias
Ioannem interfecerint, quomodo ipsi quoque Iesum crucifixisse
dicantur, cum legamus eum a Scribis, & Phariseis interfectum? Et
brevitер

breuiter respondendum, q̄ in Ioannis nece Phariseorum factio A
consenserit, & in occisione domini Herodes iunxerit voluntatem
suam, qui illusum atq; despectum remisit ad Pilatum, vt eum cru-
cifigeret. RABA. Ex iudicio autem passionis suæ quam domi
nus eis sępius prædixit, & præcursoris sui, quam iam completam
cernebāt, discipuli co
gnoscebant Ioannem
sibi in Elię uocabulo
demōstratum esse: vn
de sequitur. {Tunc in
tellexerunt discipuli,
quia de Ioanne bapti
sta dixit eis.} ORI.
Tract. 3. Quod autē dixit, pro
pter Ioānem Elias iā
venit, non anima Elię
est intelligenda, ne in
cidam⁹ in dogma trā
corporatiōis, q̄d alie
num est ab Ecclesiasti
ca veritate: sed sicut
angelus predixit, {Ve
nit in spiritu, & virtu
te Eliæ.}
Tract. 4. d ¶ ORIG. Concupiscens Petrus spectabilem illam vitam,
& præponens vtilitatem suam vtilitatibus plurimorum, dicebat,
Bonum est uos hic esse. Sed quoniam charitas non quærit quæ sua
sunt, hoc quod videbatur bonum Petro, non fecit Iesus: sed quasi
de monte excelso diuinitatis descendit ad turbam, vt qui non po-
terant ascendere sursum propter infirmitatem animarum suarū,
illis proficiat. vnde dicitur, {Et cum venisset ad turbā.} Nisi enim
cum discipulis suis electis venisset ad turbam, non accessisset ad eū
ille, de quo subditur {Accessit ad eum homo genibus prouolutus C
ante eum, dicens. Domine, miserere filio meo.} Vbi considerandū
est, q̄ quandoq; qui patiuntur, credunt & deprecantur pro sua sa-
lute, quandoq; autem pro eis alij faciunt, sicut nunc qui genibus
voluitur, pro filio rogat, quandoq; vero a semetipso, saluator etiā
a nullo rogatus, sanat. Primo autem quæramus, quid est quod se-
quitur: Quia lunaticus est, & male patitur. Medici ergo loquun-
tur quæ volūt, quia nec immundum spiritum arbitrantur, sed cor
poralem aliquam passionem, & dicunt humida moueri in capite
secundum aliquam compassionem ad lumen lunare, quod humi-
dam habet naturam. nos autem qui Euangelio credimus, dicemus
hanc passionem immundum spiritum in hominibus operari. Ob-
seruat enim quædam schemata Lunæ, & sic operatur, vt ab obser-
uatione Lunæ pati homines mentiantur, & per hoc culpabilē Dei
creaturam ostendat, sic & alij dęmones secundum aliqua stellā-
rum schemata insidiantur hominibus, vt iniquitatem in excel so
loquantur, quasdam stellas dicentes maleficas, quasdam benefica,
cum nulla stella a Deo sit facta vt male faciat. in hoc autem quod D
subditur. {Nam sępe cadit in ignem, & crebro in aquā. CHRY.
Considerandū est, q̄ nisi prouidentia hic homo esset munitus, du
dum periisset. Dęmon enim qui ipsum in ignem & in aquam mit-
tebat, interfecisset eum omnino, nisi Deus eū refrenasset. HIER.
Quod autē dicit {Et obtuli eum discipulis tuis, & nō potuerunt
curare eum.} Latenter accusat apostolos, cum impossibilitas curā
di interdum non ad imbecillitatem curantium: sed ad eorum, qui
curandi sunt fidem referatur. CHRY. Inspice autem & aliun-
de eius insipientiam, qualiter corā turba interpellat ad Iesum ad-
uersus discipulos: sed ipse eos liberat ab accusatione, defectum cu-
rationis imputans illi. Ex multis enim monstratur eum infirmū
in fide fuisse, non tamen tantum in eius personam inuehitur, ne ip
sum conturbaret: sed in omnes Iudęos. Probabile est enim multos
præsentium de discipulis inconuenientia cogitasse, & ideo sequit.
{Respōdens Iesus ait: O generatio incredula & peruersa, quousq;
ero vobiscum? vsquequo patiar vos?} Per hoc autem quod dicit: E
{Vsquequo ero vobiscum,} ostendit desideratam ab eo esse mor-
tem & concupiscibilem recessum. REMI. Sciendum quoque,
quia dominus non tantum tunc cęperat pati improbitatē Iudęo-
rum: sed a longo prius tempore. & ideo hic dicit: Vsquequo patiar
vos? ac si dicat, quia longo tempore cępi pati vestras improbitates:
ideo indigni estis mea præsentia. ORIG. Vel quoniam nō po
tuerant eum sanare discipuli, quasi adhuc modicæ fidei constituti:
propterea dixit: {O generatio incredula} & quod ait {Peruersa}
ostendit quoniam ex peruersitate malitia est introducta extra na
turam. puto autem, q̄ propter peruersitatem totius humani gene
ris quasi grauatus malitia eorum, dixit: {Vsquequo ero vobiscū?}
HIERO. Non autem credendum est, q̄ tedio superatus sit, &
mansuetus ac mitis in verba furoris eruperit: sed q̄ in similitudi-
nem medici, si egrotum videat contra sua præcepta se gerere dicat:
Vsquequo ascēdam in domum tuam? vsquequo artis perdam in-
dustriam, me aliud iubente & te aliud perpetrante? q̄ autem non
sit iratus homini sed vitio, ac per vnum hominem Iudęos arguat
infidelitatis, pater ex hoc q̄d infert. {Afferte huc illum ad me.}
CHRY. Postquam enim discipulos excusauerat, ducit patrem
pueri ad spem benignam credendi, q̄ ab hoc malo eripietur, & vt
inducatur pater ad fidem futuri miraculi, videns dęmonem tumul
tum pati, ex hoc so
lum q̄ vocabatur, in-
crepauit eum. vnde se
quitur, {Et increpa-
uit eum Iesus.} Non
ille qui patiebat: sed
dęmon increpatur.
REMI. In quo fa-
cto reliquit exemplū
prædicatoribus vt vi-
tia persequantur, ho-
mines vero subleuet.
HIER. Siue increpauit puerum, quia
propter peccata sua a
dæmone fuerat op-
pressus. Sequitur: {Et
exiit ab eo dæmon, &
curat⁹ est puer ex illa
hora.} RABA. Quia nulla rem anet ibi infirmitas, vbi omni-
potens salutem præstat HIERONY. Mihi autem videtur
iuxta tropologiam lunaticus esse, qui per horarum momenta mu
tatur ad vitia, & nunc quidem in ignem fertur, quo adulterantiū
corda succensa sunt, nunc in aquas, scilicet voluptatum, vel cupidi
tatum, quæ non valent extinguere charitatē. AVG. de Quæst. Lib. 1. c. 22.
euang. Vel ignis ad iram pertinet, eo q̄ alta petat, aqua ad volupta
res carnis. ORIG. De inconstantia autem peccatoris dicitur:
Stultus vt Luna mutatur. Et est videre in talibus impetus quosdā
quasi operum bonorum subrepere. aliquando autem quasi quadā
abreptione spiritus a passionibus comprehenduntur, & cadunt a
statu bono, in quo stare putabantur. Forsitan ergo angelus, qui sor
titus est huius lunatici custodiam, pater huius appellatur, deprecans
quasi pro filio medicum animarum, vt liberet eum qui non
potest sanari a passione per verbum humile discipulorū Christi,
quia non recipit eorum admonitionē veluti surdus. & ideo opus
est ei Christi sermo, vt iam de cætero sine ratione non agat.
e ¶ CHRY. Acceperant discipuli a domino potestatem Hom. 58.
spirituum immundorum, & quia oblatum dæmoniacum curare
non potuerant, videtur q̄ in dubitationē deuenerint, ne forte gra-
tiam, quæ erat eis tradita perdidissent, & ideo dicit: {Tunc accesse-
runt ad Iesum discipuli eius secreto, & dixrunt: quare nos non po
tuimus eiicere illum?} Interrogant quidem singulariter non pro-
pter verecundiam, sed quia de ineffabili & magna re erant eum in-
terrogaturi, Sequitur {Dixit illis Iesus: propter incredulitatē ve-
stram.} HILA. Crediderant quidem apostoli, nondum tamen
erant perfectæ fidei. nam domino in monte demorante, & ipsis cū
turbis residentibus, quidam tepor eorum fidem retardauerat.
CHRY. Vnde manifestum est hinc, quoniam & discipuli in fi-
de infirmati sunt, sed non omnes. columnæ enim illæ non aderant,
scilicet, Petrus, Iacobus, & Ioannes. HIER. Hoc est autē quod
in alio loco dominus dicit: Quæcumq; in nomine meo petieritis,
credentes accipietis: ergo quotiens non accipimus, non præstan-
tis est impossibilitas, sed posscentium culpa. CHRY. Sciendū
tamen, q̄ sicut multotiens accedentis fides accipere sufficit effectū
miraculi, ita multotiens facientium miracula sufficit virtus, etiā
non credētibus illis, qui expetierint miracula operari. etenim qui
circa Cornelium ex propria fide allexerunt gratiam spiritus san-
cti. Ille autem mortuus, qui proiectus est in sepulchrum Elisei, so-
la virtute corporis sancti refusčitatus est. contigit autem & tunc
discipulos infirmari in fide. imperfectius enim dispositi erant ante
crucem, & ideo fidem dicit hic esse causam signorū. Vnde subditur:
{Amen quippe dico vobis. Si habueritis fidem sicut granum sina-
pis, dicetis monti huic, transi hinc & transibit.} HIER. Putant
aliqui fidem grano synapis comparatam paruā dici, cum Apostō-
lus dicat: Et si, habuero tantā fidem, ita vt mōtes trāsferam. magna
est ergo fides, quæ grano synapis cōparatur. GREG. 10. Mora.
Granum quippe synapis nisi teratur, nequaquam virtus eius agno
scit, sic si virum sanctum tritura persecutionis opprimat, mox in
feruorem virtutis uertitur quicquid in illo antea despicabile in-
firmumq; uidebatur. ORIG. Vel ideo omnis fides grano syna
pis comparatur, quoniam contemnitur quidem fides ab hominī-
bus, & modicum aliquid & uile apparet. Cum uero consecutum
fuerit huiusmodi semen bonam animam quasi terrā, fit arbor ma-
gna. Sic autem magna est prædicta lunatici infirmitas, & fortis ad
curandum inter omnia mala, ut mōti assimiletur, nec expellatur
nisi per omnē fidē eius, qui passiones huiusmodi sanare uoluerit,
CHRY. Vnde & de translatione montium mentionem facit.
Et ultra

Et vltra procedit dicens. {Et nihil impoſ. erit vobis.} RABA. Sic enim fides mentem noſtram capacem donis cœleſtibus facit, vt quęcumque volumus facillime a fideli Domino impetrare poſſimus. CHRY. Si autem dixeris, vbi Apoſtoli montes tranſtulerunt? Illud dicam, quia multa maiora fecerunt, mortuos pluriēs ſuſcitantes. Dicitur autē poſt Apoſtolos ſancti quidam Apoſtolis minores: mōtes neceſſitate imminente tranſtuliſſe. Si autem Apoſtolorum tempore montes non ſunt tranſlati: hoc non fuit, quia nō potuerunt, ſed quia noluerunt, vtilitate non imminente. Nec Dominus dixit, quòd hoc eſſent facturi, ſed q̄ hoc facere poſſent. probabiliter tn eſt factum eſſe: ſed ſcriptum non eſt. neque enim omnia miracula quæ fecerunt, ſcripta ſunt. HIERO. Vel montis tranſlatio non eius ſignificantur quem oculis carnis aſpicimus, ſed illius qui a Domino tranſlatus fuerat ex lunatico: qui per Prophetam corrumpere dicitur omnem terram. GLO. Vt ſit ſenſus: Dicetis monti huic, ideſt ſuperbo diabolo: Trāſi hinc, ideſt ab obſeſſo corpore in altum maris, ideſt in profundum inferni, & tranſibit & nihil impoſſibile erit vobis, ideſt nulla incommoditas inſanabilis. AVG. de Quæſt. euan. Vel aliter. Ne diſcipuli in miraculis faciendis extollerentur in ſuperbiam, admoniti ſunt potius per humilitatem fidei, quaſi per ſynapis granum elationem terrenam, quæ montis nomine ſignificata eſt, curare tranſferre. RABA. Dum autem docet Apoſtolus quomodo dæmō debeat expelli: omnes inſtituit ad vitam, vt. ſ. nouerimus grauiora quæque vel immundorum ſpirituum, vel hominum tentamenta ieiunijs, & orationibus eſſe ſuperanda, iram quoque Domini hoc remedio ſingulari poſſe placari. vnde ſubdit: {Hoc autem ge. non eij. niſi per ora. & ieiunium.} CHRY. Quod dicit, non ſolum de genere lunaticorum, ſed & vniuerſo genere dæmonum. Ieiunium enim multam ſapientiam imponit, & hominem quaſi angelum de cœlo conſtituit, & incorporeas poteſtates impugnat. Sed & oratione opus eſt, quaſi principaliori. Qui enim orat vt oportet, & ieiunat, nō multis indiget, & ita non fit auarus: ſed ad eleemoſynam promptus eſt. Qui etiā ieiunat, leuis eſt, & vigilanter orat: & concupiſcentias pernitioſas extinguit, & propitiū Deum facit, & animam ſuperbam humiliat. Qui ergo orat cum ieiunio, duplices habet alas, etiam ipſis ventis leuiores. Neque enim oſcitat & torpet orans, quod & multi patiūtur, ſed eſt igne vehementior & terra fixior: ideoque talis maxime dæmonijs aduerſatur. nihil enim eſt homine decenter orante potētius. Si autem infirmum eſt tibi corpus ad continue ieiunandum: non tamen ad orandum. Et ſi ieiunare non potes: potes tamen nō laſciuire. non paruum autem eſt hoc, neque multum a ieiunio diſtans. ORI. Si ergo aliquando oportuerit nos circa curationem tale aliquid patientium permanere: non adiuremus, neque interrogemus, neque loquamur quaſi audienti ſpiritui immundo: ſed abigamus ieiunijs, & orationib⁹ noſtris ſpiritus malignos. GLO. Vel hoc genus dæmonij, ideſt iſta carnalium voluptatum mutabilitas, non vincitur, niſi ſpiritus oratione confirmetur, & caro p ieiunium maceretur. REMI. Vel ieiunium hic intelligitur generale, quo non ſolum abſtinemus a cibis, ſed ab omnibus illecebris carnalibus, & peccatorum paſſionibus. Similiter oratio intelligenda eſt generalis, quæ in pijs, & bonis operibus conſiſtit. De qua dicit Apoſtolus: Sine intermiſſione orate.

f ¶ REMI. Sæpe Dominus myſteria ſuæ paſſionis diſcipulis prædixit, vt quādo acciderent, tanto leuius ea ferrent, quanto p̄cognita haberent. Et ideo hic dicitur: {Conuerſantibus autem eis in Ga. di. il. Ie. Filius ho. tra. eſt in ma. hominum, & occident eū.} ORI. Videntur quidem hæc illis quæ ſupra dixerat, ſimilia eſſe, vt facile quis dicat Dominum eadem ipſa repetere, quod non eſt ita: tradendum enim, ſuperius non eſt dictum: hic autem non ſolum tradendum, ſed etiam in manus hominum tradendum audiui m⁹. Traditum igitur Apoſtolus filium narrat a Deo patre, ſed etiā contrariæ poteſtates eum in manus hominum tradiderunt. HIERO. Semper autem proſperis miſcet triſtia. Si enim contriſtat eos, quia occidendus eſt, debet lætificare, quod ſubditur. {Et die tertia reſurget.} CHRY. Neque enim multum tempus dixit, quo in morte maneret, ſed tertia die ſe dixit reſurrecturū. ORI. Prædicente autem hæc Domino, triſtati ſunt diſcipuli: vnde ſequitur. {Et contriſtati ſunt vehementer.} nō attendentes ad illud q̄ dixerat. Et tertia die reſurget, nec conſiderantes quis eſſet, cui ad deſtruendam mortem trium dierum tempus ſufficeret. HIER. Porro, q̄ contriſtabantur vehementer, non de infidelitate venit: verum pro dilectione Magiſtri, nihil de eo ſiniſtrum, & humile patiuntur audire.

f Conuerſantibus autem eis in Galilæa, dixrt illis Ieſus: Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident em, & tertia die reſurget. Et contriſtati ſunt vehementer.

g Et cum veniſſent Capharnaū: accesſerunt qui didrachmam accipiebant ad Petrum, & dixerūt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Ait: etiam. Et cum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel cenſum, a filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle. Et aperto ore eius inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te.

g ¶ GLO. Quia diſcipuli audita Domini paſſione contriſtati erant, ne aliquis paſſionem Chriſti neceſſitati aſcriberet nō humilitati, ſubiungit factum, in quo Chriſti libertas & humilitas demonſtratur, vnde dicitur. {Et cum ve. ca. acceſ. qui didra. acci. ad pe. & di. ei. Magiſter veſter non ſol. didrachma?} HILA. Dñs didrachma ſoluere poſtulatur. i. denarios. hoc enim omni Iſrael lex pro redemptione corporis, & animæ conſtituerat in miniſterio templi ſeruientium. CHRY. Cum enim primogenita Aegyptiorum interfecit Deus, tunc tribū Leui pro eis accepit. Deinde quia primogenitis qui erāt apud Iudæos, minor huius tribus numerus erat pro deficientibus in numerum, ſiclum inſſit inferri, & ex tunc tenuit conſuetudo, vt primogenita vectigal hoc inferrent. Quia igitur primogenitus erat Chriſtus: videbatur autem diſcipulorum primus eſſe Petrus: ad eum accedunt. Et ut mihi videtur, non in vnaquaque ciuitate hoc expetebant: Ideoque in Capharnaum adeunt Chriſtum: quia ei⁹ patria exiſtimabatur. HIERO. Vel aliter: Poſt Auguſtum Cæſarem Iudæa facta eſt tributaria, omnes cenſi capite ferebantur. vn de & Ioſeph cū Maria cognata ſua profeſtus eſt in Bethleem. Ruſus, quoniam Dominus nutritus erat in Nazareth, quod eſt oppidum Galileę, ſubiacens Capharnaum vrbi, ibi depoſcitur tributū, & pro ſignorum magnitudine hi qui exigebant non audebant ipſum repetere, ſed diſcipulum conueniunt. CHRY. Et neque hunc cum multa vehementia: ſed manſuetius. neque enim incuſantes, ſed interrogantes dixerunt: {Magiſter veſter non ſoluit didrachma?} HIERO. Siue malitioſe interrogant, vtrum reddat tributa, an contradicat Cæſaris voluntati. CHRY. Quid igitur Petrus: {Ait: etiam} Et his quidem dixit quoniam ſoluit: Chriſto autem non dixit: erubeſcens fortaſsis pro his ei loqui. GLO. Vel aliter: Et Petrus reſpondit: {Etiam. i. ita eſt, q̄ non ſoluit. voluit aūt Petrus Dño intimare, q̄ Herodiani peterent cenſum, ſed Dominus præuenit eum. vnde ſequitur. {Et cum intraſſet. præ. eū. Ie. di. Reges terræ, a quibus reci. tri. vel cenſum. i. reddit um de capite: a filiis ſuis, an ab alienis?} HIERO. Ante quidē, quam Petrus ſuggerat: Dominus interrogat, ne ſcandalizentur diſcipuli ad poſtulationem tributi, cum videant eum noſſe quæ abſente ſe, geſta ſunt. Sequitur: {At ille dixit. Ab alie.} Dixit illis Ieſus. Ergo liberi ſunt filij. ORI. Sermo iſte duplicem habet ſenſum. Secundum vnum. n. filij regum terræ, liberi ſunt apud Reges terræ, extranei autem extra terram liberi non ſunt. propter eos qui deprimunt eos, ſicut Aegyptij filios Iſrael ſerui. Secundum alterum autem propter hoc ipſum, q̄ aliqui ſunt alieni a filiis regū terræ: ſed ſunt filii Dei: liberi ſunt, qui manent in verbis Ieſu, & cognouerunt veritatem, & veritas liberauit eos a ſeruitute peccati: Filii autem Regum terræ liberi non ſunt, quoniam omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. HIERO. Dominus autē noſter & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum filius erat Regis, vel ex Dauid ſtirpe generatus, vel omnipotentis patris verbum, ergo tributa quaſi filius regis non debebat. AVGV. de Quæſtio. euan. Dicit enim in omni regno liberos eſſe filios, ideſt non eſſe vectigabiles. Multo ergo magis liberi eſſe debent, in quolibet regno terreno filij regni ipſius, ſub quo ſunt omnia regna terrena. CHRYSOSTOMVS. Si autem non erat filius, inaniter hoc exemplum induxit. Sed dicet aliquis: Filius eſt, ſed non proprius: eſt ergo alienus, & ſic hoc exemplum nō habet veritatē. Ipſe enim de propriis filiis diſputat, ad quorum differentiam alios vocat, qui non ex parentibus ſubſtantialiter nati ſunt. Intende autem qualiter & hinc Chriſtus certificat eam cognitionem q̄ Petro reuelata eſt a Deo, per quam dixit: Tu es Chriſtus fili⁹ Dei. uii. HIERO. Quāuis ergo liber eſſet, quia tamen humilitatem carnis aſſumpſerat, debuit omnem iuſtitiam adimplere. vnde ſequitur. Vt autem non ſcā. eos va. ad mare. ORI. Conſequens quoque eſt intelligere, quoniam quotiens exurgunt quidam, qui per iuſtitiam tollant noſtra terrena: Reges huius terræ eos tranſmittunt, vt exigant a nobis quæ ſunt ipſorum, & ſuo exemplo ſ- hibet

hibet Dominus aliquod ſcandalum fieri etiam huiuſmodi hominibus, ſiue ne amplius peccent, ſiue ut ſaluentur. Filius enim Dei qui nullum opus fecit ſeruile, quaſi habens formam ſerui quam p̄pter hominem ſuſcepit: tributum, & cenſum dedit. HIERON. Quid primum in hoc loco mirer neſcio: vtrum præſcientiam, an magnitudinem Saluatoris: Præſcientiam, q̄ nouerat habere piſcem in ore ſtaterem, & q̄ primus ipſe capiend⁹ eſſet. magnitudinem, atque virtutem ſi ad eius verbum ſtater in ore piſcis creatus eſt, & quod futurū erat: ipſe loquēdo faceret. Ipſe ergō Chriſtus p̄pter eximiam charitatem, & crucem ſuſtinuit, & tributa reddidit. nos inſœlices qui Chriſti cenſemur nomine, & nihil tanta dignū facimus maieſtate, pro illius honore, & tributa non reddimus, & quaſi filij regis a vectigalibus immunes ſumus. Hoc etiam ſimplicit er intellectum ædificat auditorem: dum audit Dominum tantæ fuiſſe paupertatis, vt vnde tributa pro ſe & Apoſtolo redderet, nō habuerit. Quod ſiquis obiicere voluerit, quomodo Iudas in locu lis portabat pecuniam: reſpondebimus, rem pauperū in vſus ſuos conuertere nephas putauit, nobiſque idem tributi exemplum. CHRY. Vel ideo non ex repoſitis iubet dare, vt oſtendat quòd maris, & piſcium dominetur. ORI. Vel quoniam Ieſus non habuit imaginem Cæſaris. princeps enim huius ſæculi nihil habebat in eo, propterea non ex proprio, ſed ex mari imaginem Cæſaris accepit. non autem ſuſcepit ipſe ſtaterem, neque fecit eum ſibi poſſeſſionem, ne ſit aliquando imago Cæſaris apud imaginem inuiſibilis Dei. Vide etiam Chriſti prudentiam, qualiter nec renuit tributum, nec ſimpliciter iubet dari, ſed prius oſtendit ſe non eſſe obnoxium, & tūc dat: quorum vnum fecit. ſ. dare tributum, vt illi. ſ. exactores non ſcandalizentur. hoc autem. ſ. vt oſtendat ſe liberū, vt non ſcandalizentur diſcipuli. alio vero loco contemnit Phariſæorum ſcandalum, quando de eſcis diſputabat: docens nos ſcire tempora ſecundum quæ oportet non contemnere eos qui ſcandalizantur, & ſecundum quæ oportet contemnere. GREG. ſuper Ezechielem. Conſiderandum enim eſt, quia inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalum debemus. Si autem de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalū q̄ veritas relinquatur. CHRY. Sicut autem ſtupeſcis de Chriſti virtute: ita admirare Petri fidem, quoniam rei tam difficili obediuit. Ideoque de fide eum remunerans, copulauit eum ſibi in tributi datione quod fuit abundantis honoris. Et hoc eſt quod dicit. {Inue. ſta. il. ſu. da eis pro me & te.} GLO. Conſuetudo enim erat, vt vnuſquiſque pro ſe didrachma redderet. Stater vero eſt pondus duorum didrachmatum. ORI. Myſtice autem in agro conſolationis: ſic enim interpretatur Capharnaum, conſolatur omnem diſcipulum & liberum filium eſſe pronunciat, & dat ei virtutem piſcandi primum piſcem, vt aſcendente eo conſolationem accipiat Petrus ſuper eum, quem piſcatus eſt. HILA. Cum autem primum piſcem admonetur Petrus inquirere, aſcenſuri oſtenduntur & plures. Beatus ille primus Martyr Stephanus, primus aſcendit, & ſtaterem in ore continuit. In quo didrachma nouę p̄dicationis tanquam duo denarij habebantur. Dei enim gloriam, & Dominum Chriſtum in paſſione contuens prædicabat. HIER. Vel iſte piſcis primus captus, eſt primus Adam, qui per ſecundum Adam liberatur, & id quod in ore eius: hoc eſt in confeſſione fuit inuentum, pro Petro & Domino redditur. ORI. Cum etiā videris auarum hominem ab aliquo Petro correctum, q̄ abſtulit de ore eius verbum pecuniæ: dices eum aſcendiſſe de mari. ideſt de fluctibus ſolicitudinum auaritiæ ad hamum rationabilem, & comprehenſum, atque ſaluatum ab aliquo Petro, qui eum docuit veritatem, vt pro ſtatere habeat imaginem Dei, ideſt eloquia eius. HIERO. Et pulchre illud ipſum quidem datur precium, ſed diuiſum eſt, quia pro Petro quaſi pro peccatore preciū reddebatur: Dominus autem noſter peccatum non fecit. Oſtenditur autem ſimilitudo carnis, dum eodē & Dominus, & ſeruus precio liberant.

CAP. XVIII.

In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quiſputas maior eſt in regno cœlorum? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic eſt maior in regno cælorum. Et qui ſuceperit vnum paruulū talem in nomine meo, me ſuſcipit.

CAP. XVIII.

HIERO. Quia diſcipuli viderant pro Petro & Domino idem tributum redditum, ex qualitate precii arbitrati ſunt omnibus Apoſtolis Petrum eſſe prælatum. CHRY. Vnde paſſi ſunt aliquod humanum quod Euangeliſta deſignat dicens. {In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quiſputas maior eſt in regno cœlorum?} Verecundati ſiquidem paſſionem confiteri, quam paſſi ſunt: non dicūt manifeſte: Petrū cur prænoraſti nobis? ſed indeterminate interrogant: {Quis maior eſt?} Quando autem tres prænoratos viderunt. ſ. Petrum, Iacobum, & Ioannem in transfiguratione, nihil tale paſſi ſunt. quando vero in vnum ſolum contulit honorē, tunc doluerunt. Tu autem conſidera primum quidem, q̄ nihil eorum, quæ ſunt in terris quærunt: deinde, q̄ poſtea hanc paſſionem depoſuerūt. Nos autem neque ad defectus eorum continge re poſſum⁹. neque. n. quærimus: {Quis maior eſt in regno cœlorum, ſed quis maior eſt in regno terræ. ORI. In his autem imitatores diſcipulorum eſſe debemus, ſiquando aliquid in nobis dubium quæritur, & non inuenitur, vt cum omni conſenſu accedamus ad Ieſum, qui potens eſt illuminare corda hominum ad intelligendam ſolutionem omnium quæſtionum. Interrogemus ét aliquem doctorum, qui præpoſiti habentur in eccleſijs. Sciebant autem diſcipuli hoc interrogantes, quia non eſt æqualitas ſanctorum in regno cœleſti, ſed quomodo maior, & qualiter viuens minimus, hoc diſcere cupiebant. Vel ſciebant quis eſſet minimus, & quis magnus, ex eo quòd ſupra Domin⁹ dixerat, ſed ex multis magnis quis eſſet maior, hoc eis non erat manifeſtum. HIERO. Videns autem Ieſus cogitationes eorum voluit deſiderio gloriæ humilitatis contentionem ſanare. vnde ſequitur. {Et adu. Ie. paruuſta. eum in me. eorum. CHRY. Mihi videtur valde paruulum in medio ſtare: nec omnibus paſſionibus exutum. HIERO. Vt in eo, & ætatem quęreret, & ſimilitudinem innocentiæ demōſtraret. vel certe paruulum ſtatuit in medio eorum, ſeipſum qui non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, vt eis humilitatis tribueret exēplū. Alij paruulum interpretantur Spiritum ſanctum, quem poſuerit in cordibus diſcipulorum, vt ſuperbiam in humilitatem mutaret. Sequitur. {Et dixit: Amen di. vo. niſi conuer. fue. & efficia. ſicut paruuli non intr. in reg. cœlorum. Non præcipit Apoſtolis, vt ætatem habeant paruulorum, ſed innocentiam, & q̄ illi per annos poſſident: hi poſſideant per induſtriam, vt malitia non ſapientia paruuli ſint. Ac ſi dicat. Sicut iſte paruulus, cuius vobis exemplum tribuo non perſeuerat in iracundia, læſus non meminit, videns pulchram mulierem, non delectatur, non aliud cogitat, & aliud loquitur, ſic & vos, niſi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem in regnum cœlorum non poteritis intrare. HILA. Pueros etiam credentes omnes per audientię fidem nuncupauit. hi enim patrem ſequuntur, matrem amant, velle malum neſciunt, curam opum negligunt, non inſoleſcunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt, verum habent. Litera ergo ſic legitur. GLO. Niſi conuerſi fueritis ab hac elatione, & indignatione, in qua modo eſtis, & efficiamini omnes innocentes, & humiles per virtutem, ſicut paruuli ſunt per ætatem, non intrabitis in regnum cœlorum, & quādoquidem aliter non intrā. {Quicumque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorū. Quanto enim quis erit humilior, tanto maior efficitur in regno cœlorū. REMI. Ideſt in cognitione gratiæ, vel eccleſiaſtica dignitate, vel certe in æterna beatitudine. HIERO. Vel aliter. Quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte. i. qui ſe in exemplum mei humiliauerit, hic intrabit in regnum cœlorum. Sequit. {Et qui ſuſceperit vnum paruu. ta. in nomine meo, me ſuſcipit.} CHRY. Ac ſi di. Non ſolum ſi tales efficiamini, mercedem accipitis, ſed etſi alios tales propter me honorabitis, & honoris qui eſt ad illos retributionem vobis determino regnum. Magis autem quod multo maius eſt ponit dicens, Me ſuſcipit. HIERO. Qui enim talis fuerit, vt Chriſti imitetur humilitatem, & innocentiā, in eo Chriſtus ſuſcipitur, & prudenter, ne cum delatū fuerit Apoſtolis, ſe putent honoratos adiecit, non ſuo illos merito, ſed Magiſtri honore ſuſcipiendos. CHRY. Deinde facile ſuſceptibilem hunc ſermonem facit: pœnam inducens. vnde ſequitur. {Qui autem ſcandalizat vnum de puſillis iſtis. Ac ſi diceret. Sicut qui hos honorant propter me, mercedem habent, ita & qui hos dehonorant, vltimam ſuſtinebunt vindictam. Si autem conuitium ſcandalum vocat, ne mireris. multi enim puſillanimes, ex eo q̄ deſpiciuntur, ſcandalizati ſunt. HIERO. Nota, q̄ qui ſcandalizatur paruulus eſt. maiores enim ſcandala non recipiunt. Et q̄q̄ generalis poſſit eſſe ſententia aduerſus omnes qui aliquem ſcandalizant, tamen iuxta conſequentiam ſermonis, etiam contra Apoſtolos dictum intelligi poteſt, qui interrogando quis maior eſſet in regno cœlorum, videbantur inter ſe de dignitate contendere. & ſi in hoc vitio permanſiſſent, poterant eos, quos ad fidem vocabant per ſuū ſcandalum perdere, dum Apoſtolos viderent iter ſe de honore pugnare.

Universidad de Deusto Biblioteca

gnare. ORI. Quomodo autem qui conuersus est, & factus quasi puer & minimus, est & potens scandalizari? hoc si possumus explanare. Omnis qui filio Dei credit, & conuertatur secundum euangelicos actus, conuersus ambulat quasi puer: qui autem non conuertitur, vt fiat sicut puer, hunc impossibile est intrare in regnum cœlorum. In omni autem credentium multitudine sunt quidã nuper conuersi, vt fiat sicut paruuli: nondũ autem sunt facti: hi pusilli habentẽ i Christo, & sunt scandali receptores. HIERO. Quod autẽ dicitur: Expedit ei, vt suspendatur, secundum ritum prouinciæ loquitur, quo maiorum criminum ista apud vetereres Iudæos pœna fuerat, vt in profundũ ligato saxo demergeret. Expedit aũt ei quia multo melius est pro culpa breuem recipere pœnam, q̃ æternis seruari cruciatibus. CHRY. Consequens autem erat prioribus dicere: Me nõ suscipit, quod erat omni pœna amarius, sed quia crassi erant, & prædicta pœna eos non mouebat, comparatione exempli cogniti manifestat præparatam pœnam. propter hoc enim dicit, q̃p expedit ei hoc sustinere, quoniam eos alia grauior pœna expectat. HILA. Mystice autem molæ opus labor est cæcitatis. nam clausis iumentorum oculis aguntur in gyrum, & sub asini quidem nomine frequenter gentes cognominatas reperimus, qui cæci laboris ignorantia continentur. Iudæis autem scientiæ iter in lege præstitum est, qui si Christi Apostolos scandalizauerint, rectius alligata collo mola asinaria demersi in mari fuissent, idest gentium labore deprælli ignorantia sæculi demonstrarẽtur, quia illis tolerabilius fuerat nescisse Christum, q̃ Prophetarum Dominum non recepisse.

Cap.6. GREG. Lib.6.Moral. Vel aliter: Quid per mare, nisi sæculum? quid per molam asinariam, nisi actio terrena significatur? quæ cum colla mentis per stultæ desideria stringit: hanc in laboris circuitũ mittit. Sunt vtique nonnulli qui dum terrenas actiones deserunt, & ad contemplationis studia humilitate postposita vltra intelligentiæ vires surgunt: non solum se in errorem deiiciunt, sed infirmos quosque de gremio veritatis diuidũt. Qui ergo vnum de minimis meis scandalizat melius ei fuerat, ligata collo mola asinaria in mari proiici, quia nimirum peruersæ menti expedientius esse potuisset, vt occupata mundo terrena negocia ageret, q̃ per contẽplationis studia ad multorum pernicié vacaret. AVG. de Quæ-
Lib.1.c.24. uang. Vel aliter. Qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis .i. ex humilibus quales vult esse discipulos suos non obtemperando, vel etiam contradicendo, sicut de Alexandro Apostolus dicit: expedit ei, vt mola asinaria suspendatur collo eius, & præcipitetur in profundum maris. i. congruit ei vt cupiditas rerum temporalium, cui stulti & cæci alligantur eum deuinctum pondere suo deducat ad interitum.

b ¶ GLO. Dixerat Dominus, q̃p expedit ei qui scandalizat, vt
Tract.5. suspendatur mola asinaria in collo eius. Cuius rationem assignans subdit: {Veh mundo a scandalis, idest propter scandala. ORIG. Hoc non de elementis mundi intelligamus: sed hic homines, qui sunt in mundo dicũtur mundus. Non sunt autem discipuli Christi de hoc mundo, vnde nõ potest eis esse a scandalis veh. nam etsi multa sunt scandala: non tangunt eum qui non est de hoc mundo. Si autem adhuc est de hoc mundo: propterea q̃p diligit mundum, & quæ sunt in eo: tanta scandala compræhendent eum quantis
Hom.60. fuerat obligatus in mundo. Sequitur. { Necesse est enim. n. vt veniant scandala. CHRY. Cum autem dicit: Necesse est, non destruit libertatem arbitrij, neque necessitati aliquarum rerum supponit, sed quod omnino futurum est, prædicit. scandala quidem sunt prohibitiones rectę vię. non autem prædictio Christi scandala inducit, neque quia prædixit, propter hoc fit, sed quia omnino futurum erat, propter hoc prædixerit: Sed dicet aliquis: Si omnes corrigantur, & nullus sit qui scandala afferat, nonne mendacij arguetur hic sermo? Nequaquam, quia enim præuidit inemendatos futuros homines esse, propter hoc dixit: Necesse est vt veniant scandala. i. omnino venient. si autem corrigendi essent, non dixisset. GLO. Vel necesse est, vt veniant scandala, quia sunt necessaria. i. vtilia, vt qui per hoc probati sunt manifesti fiant. CHRY. Scandala enim erigunt homines & acutiores eos faciunt, & eum qui cadit velociter erigunt inquãtum. {ingerunt solicitudinem. HILA. Vel humilitas passionis scandalum mundo est, quod sub deformitate crucis æternæ gloriæ Dominum voluit accipere. Et quid mundo tam periculosum, q̃ non recepisse Christum? Ideo ve

pit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

b Veh mũdo a scãdalis. Necesse est. n. vt veniãt scãdala. Verũtamen veh hoi, illi p quẽ scãdalũ venit,

G si aũt manꝰ tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & proiice abs te. Bonum tibi est ad vitã ingredi debilem, vel claudum, q̃ duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonũ est tibi vnum oculum habentem in vitam intrare, q̃ duos oculos habẽtem mitti in gehẽnã ignis.

c Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis sẽper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius ho

F ro necesse ait venire scandala, quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis: omnis in eo passionis humilitas esset complenda. ORI. Vel venientia scandala sunt Angeli Sathanæ, nec tamen putes ẽm naturam, vel subsẽtiam esse huiusmodi scandala: sed libertas arbitrij in quibusdam genuit scandalum, volens suscipere pro virtute laborem. Non potest autem esse verum bonum, nisi habeat impugnationem mali. Sic ergo necesse est venire scandala, sicut necesse est sustinere malitiã cœlestium, qua magis irritantur, quanto magis verbum Christi in hominibus inuale scens expellit ab eis malignas virtutes.

Quærunt autem organa, per quę scandala operentur, quibus est magis veh. nam multo peius erit ei, qui scandalizat, q̃ ei qui scãdalizatur. vnde sequitur. {Verumtamen veh homini illi, per quẽ scan. venit. } HIERO. Ac si dicat, veh homini illi qui vitio suo facit vt per se fiat, quod necesse est vt in mundo fiat. Simul q̃; p generalem sententiam percutitur Iudas, qui proditioni animum parauerat. HILA. Vel sub hominis nuncupatione actorẽ scandali huius quod est extra passionem Christi iudaicum populum designat, per quem omne huic mundo periculum comparatur, vt Christum in passione abnegent, quem lex & Prophetæ passibilem prædicauerunt. CHRY. Vt autem discas, q̃p non sunt absolutę necessitatis scandala, audi quæ sequũtur: Si autem manus tua, vel pes tuus. Non autem hoc de membris corporalibus dicit: sed de amicis, quos in ordine necessariorum membrorum habemus. nihil est enim ita nociuum vt conuersatio mala. RABA. Scandalum quippe sermo græcus est, quod nos offendiculum, vel ruinã & impactionem pedis dicere possumus. Ille ergo scandalizat fratrem qui ei dicto, factoue minus recto occasionem ruinæ dederit. HIERO. Igitur omnis truncatur affectus, & vniuersa propinquitas amputatur: ne per occasionem pietatis vniusquisque credentium scandalis pateat. Si, inquit, ita est tibi coniunctus, vt manus, pes, & oculus, & est vtilis atque solicitus, & acutus ad perspiciendum, scandalum autem tibi faciat, & propter morum dissonantiam te perturbat in gehẽnam: melius est vt propinquitate eius careas, & emolumentis carnalibus, quàm dum vis lucrifacere cognatos, & necessarios, causam habeas ruinarũ. Nouit enim vnusquisq; credentium quid sibi noceat, vel in quo soliciteur animus, ac fæpe tentetur. melius est enim vitam solitariam ducere, quàm ob vitæ præsentis necessaria vitam æternam perdere. ORI. Vel Sacerdotes rationabiliter possunt dici ecclesiæ oculus, quoniam speculatores habentur. Diaconi autem cæterique, manus, quia per eos opera spũlia geruntur. Populus aũt sunt pedes corporis ecclesiæ, quibus omnibꝰ parcere non oportet si scandalum ecclesiæ factifuerint. Vel actus animæ, peccans manus intelligitur, & incessus animæ, peccans pes, & visus animæ: peccans oculus, quos oportet præcidere si scandalum præbent, frequenter enim ipsa opera mẽbrorum pro membris in scriptura ponuntur.

c ¶ HIERO. Supra dixerat Dominus per manum & pedem & oculum omnes propinquitates & necessitudines quæ scandalũ facere poterant amputandas, austeritatem itaque sententiæ subiecto præcepto temperauit, dicens: {Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. } Ac si di. Quantum in vobis est, nolite contemnere, sed post vestram salutem etiam illorum quærite sanitatem. Sin
K autem perseuerantes in peccatis videritis; melius est vos saluos fieri, q̃ perire cum multis. CHRY. Vel aliter: Sicut fugere magnos: ita honorare bonos magnum habet lucrum. Supra ergo docuit scandalizantium abscindere amicitias: hic autem docet exhibere sanctis honorem & procurationem. GLO. Vel aliter. Quia tantum malum prouenit ex scandalizatis fratribus: { Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. } ORI. Pusilli autem sunt, q̃ nuper in Christo sunt nati, aut tales qui permanẽt sine profectu, quasi nuper nati. Non autem habuit necesse mandare Christus de perfectioribus fidelibus non contẽnendis, sed de pusillis, sicut & supra dixerat. Si quis scandalizauerit unum ex pusillis istis. Alius autem forte dicit. Pusillum: hic dicit perfectum, secundum q̃p alibi ait: Qui minimus fuerit in uobis, hic erit maior. CHRY. Vel quia perfecti paruuli apud multos estimantur. f. pauperes, & & contemptibiles. ORI. Sed huic expositioni non uidetur conuenire quod dicitur, si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis. perfectus enim non scandalizatur, nec perit. Sed qui hanc expositionem æstimat veram, dicit q̃p iusti hominis anima vertibilis est,

& scan-

& scandalizatur aliquando, etsi non facile. GLO. Ideo autem nõ sunt contemnendi, quia adeo chari sunt Deo, q̃p Angeli sunt eis ad custodiam deputati. vnde sequitur. {Dico. n. vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. }
ORI. Quidam volunt ex eo dari hoibus, Angelum adiutorem, ex quo per lauacrum regenerationis nati sunt infantes in Christo, dicentes non esse credibile incredulis, & errantibus præesse Angelum sanctũ: sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub Angelis Sathanæ: alij autem volunt mox cum quis fuerit natus: eorum qui præcogniti sunt a Deo, accipere sibi præpositum angelum. HIERO. Magna enim dignitas animarum: vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum. CHRY. Hic aũt non de quibuscumque Angelis loquitur, sed de superioribus. Cum enim dicat. Vident faciem
Ho.cuã.34. patris mei. nihil aliud ostendit, q̃ magis liberam præsentiã, & maiorem eorum apud Deum. GREG. in Hom. Dionysius autem dicit q̃p ex minoribus Angelorum agminibus ad explendum ministerium vel visibiliter, vel inuisibiliter mittuntur. nam superiora
Cap.3. illa agmina vsum exterioris ministerii nequaquã habent. GRE. 2. Moral. Et faciem ergo patris Angeli semper vident, & tamen ad nos veniunt, quia ad nos speciali præsentia foras exeunt, & tamen ibi, se vnde recesserant, per internam contemplationem seruãt. Neque enim sic a diuina visione foras exeunt, vt internæ contemplationis gaudijs priuentur. HIERO. Saluandorũ igitur per Christum orationes Angeli Deo quotidie offerunt: ergo periculose il
C le contemnitur, cuius desideria, ac postulationes ad æternum, & inuisibilem Deum Angelorum famulatu, ac ministerio prouehuntur. AVG. de Ver. Do. Vel, Angeli nostri dicuntur, qui sunt Angeli Dei. Dei sunt, quia Deum non reliquerunt. nostri sunt, q̃a suos ciues nos habere cœperunt. Sicut ergo nunc illi vident Deum: ita & nos sumus visuri facie ad faciem. de qua visione dicit Ioannes: Videbimus eum sicuti est. facies enim Dei manifestatio eius intelligenda est: non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore, atque isto nomine nuncupamus. CHRY. Rursus, aliam rationem ponit, quare pusilli non sint contemnendi priore maiorem, dicens: {Venit. n. fil. ho. sal. fa. q̃d perierat. REMI. q.d. Non contemnatis pusillos, quia ego pro hominibus homo fieri dignatus sum. Cum enim dicit, quod perierat. subintelligendum est genus humanum. omnia enim elementa suum ordinem seruant, sed homo errauit, quia suum ordinẽ perdidit. CHRY. Deinde ad hãc
D rationem parabolam copulat, per quam & patrem inducit, salutẽ
Ho.cuã.34. hominum volentem, dicens: {Quid vobis videtur, si fuerint alicui I centum oues? GREGO. in Hom. Hoc ad ipsum auctorem hominum pertinet, quia enim centenarius perfectus est numerus: ipse centum oues habuit, cum Angelorum & hominum substantiã creauit. HILA. Ouis autem vna, homo intelligendus est. & sub homine vno vniuersitas sentienda est: in vnius enim Adæ errore, omne hominum genus aberrauit. Igitur & quærens hoiem Chri-
Ho.cuã.34. stus est, & nonagintanouem relictæ cœlestis gloriæ multitudo est. GREG. Dicit autem Euangelista eas relictas in montibus, vt significet in excelsis, quia nimirum oues quæ non perierant in sublimibus stabant. BEDA. Quem ergo Dominus inuenit, quando hominem restaurauit. Et super eã inuentam maius gaudium est in cœlo, q̃ super nonagintanouem, quia maior materia diuinæ laudis est in restauratione hominum, q̃ in creatione Angelorum. Mirabiliter. n. Angelos creauit, sed mirabilius hominem restaurauit.
E RABA. Nota, q̃p vnum deest a nouem, vt decem sint, & a nonagintanouem, vt centum sint. Variari ergo per breuitatẽ & magnitudinẽ numeri possunt, quibus vnum deest est, vt pficiatur. ipsum vero vnum sine varietate in se manẽs cũ accesserit, cæteros pficit. Et vt pfecta summa ouiũ integraret in cœlo: homo pditus quærebat in terra. HIE. Alij vero nonagintanouem ouibus iustorum putãt numerum intelligi, & in vna ouicula pctorum, ẽm q̃p in alio loco dixerat: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores. GRE. in Ho-
Ho.cuã.34. Considerandum aũt nobis est cur Dns plus de conuersis pctoribꝰ, q̃, de stãtibus iustis gaudiũ esse fateat, q.d. f. plerũque pigri remanẽt ad exercenda bona præcipua, qui valde sibi securi sunt, q̃p nulla cõ miserint mala grauiora. At contra nonnunq̃ hi qui se aliquid egisse illicite meminerunt, ex ipso suo dolore cõpuncti inardescũt in amorem Dei. Et q̃a se errasse a Deo considerant, dãna p cedentia lucris subsequentibus recõpensant, sic & dux in plio plus eum militem diligit, qui post fugã conuersus hostẽ fortiter pmit, q̃ illum q̃ nunquã terga pduit & numq̃ aliquid fortiter fecit. Sed & sunt qui dã iusti, de quibus tũ est gaudium, vt eis nullus pœnitens pponi

A possit, q̃ & si non sint sibi malorum conscii, tñ licita resumũt, & in oĩbus se humiliant. Quantũ ergo gaudium est, si humiliter plãgat iustus, cum gaudium sit, si quod male gessit, dãnat iniustus. BED. Vel p nonagintanouem oues, quas in montibus reliquit: superbos significat, quibus ad perfectionẽ vnitas deest. Cum ergo inuenerit pctorem, magis supeũ gaudet. i. suos gaudere facit, q̃ sup iustos falsos. HIE. Q̃d aũt subditur: {Sic non est voluntas, refertur ad superius, ppositum, ã quo dixerat: Videte, ne cõtemnatis vnum de pusillis istis, & docet iccirco parabolã positam, vt pusilli nõ
Homil. 61. contẽnant. In eo aũt, q̃d dicit: Nõ est uolũtas añ prem, &c. ondit q̃p quotienscũq; perierit aliquis ex pusillis, non voluntate pris perit.
¶ CHRY. Quia superiꝰ vehementẽ ẽmonẽ adueꝛsus scãdaliza-
tes, pposuit vndiq; eos terrẽs, ne rursus hii qbus scãdala inferunt, sic fiãt resupini, vt totũ contẽnẽtes in aliud vitiũ incidat. f. negligẽtiæ, sed scãdalizates p oĩa sibi parci volentes in elationem incidat: hic Dns eos cõprimit, & redargutionẽ fieri iubet. dicẽs: {Si aũt pec-
Serm. 16. cet in te fra. tu. va. & cor. eũ int. te & ip. sol. AVG. de Ver. Do. Admonet nos quidẽ Dns nr nõ negligere inuicẽ pctã nr̃a, non quærendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Debemus. n. amando corripere, non nocendi auiditate, sed studio corrigendi. si neglexeris, peior eo factus es. Ille iniuria fecit, & iniuriam faciendo, graui seipsum vulnere pcussit, tu vulnus fratris contemnis, peior es tacẽdo, q̃ ille conuitiando. AVG. i. de Ciui. Plerũque. n. a malis do-
Cap.9. cendis, admonendis, aliq̃n etiã obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur, vel cum laboris piget, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc nostra cupiditas appetit, siue quas adhuc amittere formidat infirmitas. Si autem propterea quisque obiurgandis, & corripiendis male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel ei idem ipsis meruit, ne deteriores ex hoc efficiãtur, vel ad bonam vitam & piam eruditionem impediant, alios infirmos, aut pmant, atque auertant a fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Longe autem grauiorem habent causam ecclesiarum Præpositi qui in ecclesiis cõstituti, vt nõ parcãt obiurgando pctã, nec ideo tñ ob huiuscemodi culpã penit? alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tñ quibus uitæ huiꝰ necessitate coniungitur, multa monenda, uel arguẽda nouit, & negligit: deuitans eorum offensiones p p illa, quibus in hac uita non indebite utiẽ, sed plus q̃ debuit, delectatur. CHRY. Consideran-
Serm. 16. dum autem, q̃p q̃nq; Dns eum qui contristauit, ad eum qui contristatus est ducit. sicut cum dicit, si recordatus fueris, q̃ frater tuus
I habet aliquid aduersum te, uade reconciliari fratri tuo. Q̃nãdoq; autem, eum qui iniusta passus est, iubet dimittere proximo, sicut ibi, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic autem alium excogitat modum. cum enim qui contristatus est, ducit ad eum qui contristauit: & ideo dicit. {Si peccauerit in te frater tuus. } Q̃nia enim ille qui iniusta fecit: non facile uenire ad excusationem: uerecundatus hunc qui passus est ad illum trahit, & non simpliciter, sed ut corrigat quod factum est, unde dicit. { Vade & corripe eum. RABA. Non passim iubet peccanti dimittere, sed audienti, idest obedienti, & pœnitentiam agenti, ne uel difficilis sit uenia, uel remissa indulgentia. CHRY. Non autem dicit, accusa, neque increpa, neq; uindictas expete, sed argue, idest rememora sibi peccatum; dic ei quę ab eo passus es: Ipse enim ira, & uerecundia detinetur, ebrius factus quasi graui somno. Vnde oportet te qui sanus es, ad illum qui ægrotat abire. HIERO. Sciendum tamen, quòd si peccauerit in nos frater uester: & in qualibet causa nos læserit, dimittendi habetis potestatem: immo necessitatem, quia præcipitur, ut debita nobis nostris debita dimittamus. propter quod & hic dicitur. { Si peccauerit in te frater tuus. } Si autem in Deum quis peccauerit: non est nostri arbitrii. nos econtrario, in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. CHRY. Ideo autem præcipit argere ei qui passus est iniuriam & non alij, quia ille qui fecit iniuriam ab eo manfuetius sustinet, & maxime cum solus eum corripiat. Cum enim qui uindictam expetere debebat, hic salutis uidetur diligentiam habere, maxime hoc cum potest propitium facere. AVG. de Ver. Do. Q̃n ergo in nos aliquis peo-
Serm. 16. cat, habeamus magnam curam, non pro nobis, nam gloriosum est iniuriam obliuisci, sed obliuiscere iniuriam tuam, non uulnus fratris tui: ergo corripe inter te & ipsum solum, studens correctioni, parcens pudori. Forte enim præ uerecundia incipit defendere peccatum suum. & quem uis facere correctiorem, facis peiorem. HIER. Corripiendus est enim seorsum frater, ne si semel

Serm. 16. pudorem, atque verecundiam amiſerit, permaneat in peccato. A V G. de Ver.Do. Apoſtolus aũt dicit. Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Aliquãdo ergo ſcias corripiendum eſſe fratrem inter te & fratrem ſolum: aliquando autẽ coram omnibus. Quid autẽ ante facere debeamus, intendite & videte. {Si peccauerit, inquit, i te frater tu⁹, corripe eum inter te & ipſum ſolum. quare? quia in te peccauit, tu ſcis quia peccauit. Quid ẽ, in te peccauit? Quia enim ſecretum fuit quando in te peccauit, ſecretum quære cũ corrigis, quæ peccauit. Nã ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis corã oĩbus arguere, non es corrector, ſed proditor. Peccauit ergo in te frater tuus, ſed ſi tu ſolus noſti, tunc vere in te ſolum peccauit. Nam ſi multis audientibus tibi fecit iniuriã, & in illos peccauit, quos teſtes ſuæ iniquitatis effecit: ergo ipſa corripienda ſunt coram oĩbus, quę peccantur coram oĩbus, ipſa corripienda ſunt ſecretius, quæ peccãtur ſecretius. Diſtribuite tp̃a, & concordate ſcripturas. Quare autem proximum corrigis? quia tu doles, ꝙ peccauerit in te? abſit. ſi autem amore tui id facis, nil facis. ſi amore illius facis, optime facis. Denique in ipſis verbis attende cuius amore id facere debeas: vtrum tui, an illius? Sequitur.n. {Si te audierit, lu.eris fra.tuum.} Ergo ꝑp illum fac, vt lucreris illum. Agnoſce, quia in hoĩem peccando periſti, nam ſi nõ perieras, qũo te lucratus eſt? Nemo ergo contemnat quando peccat in fratrem. C H R Y. In quo etiam demonſtratur, ꝙ inimicitia damnũ eſt cõe, & ꝑp hoc non dixit, ꝙ ille lucratus eſt ſeipſum, ſed ꝙ tu lucratus es eum. ex quo oſtendit, qm̃ & tu & ille damnũ paſſi eratis ex diſcordia. H I E R O. Per ſalutem.n. alterius nobis quoque acquirit ſalus. C H R Y. Quid autem facere debeas ſi non perſuadeatur, ſubditur. {Si autem te non audierit: adhibe tecum vnum, vel duos.} Quanto.n. inuerecundior fuerit, & pertinacior: tanto magis nos ad medicinam ſtudere oportet, non ad iram & odium. Etenim medicus cum viderit morbum non remitti, nõ deſiſtit, ſed tunc magis præparatur ad curandum. Vide autem qualiter nõ vindictæ gr̃a hæc correptio fit. ſed emendationis, & ꝑp hoc non confeſtim iubet duos accipere, ſed quando ipſe corrigi non voluerit, neque tunc ad eum mittit multitudinem, ſed vnum, vel duos, & ad hoc legis teſtimonium inducit, dicens, {vt in ore duorum teſtium, vel trium ſtet omne verbum.} q.d. Habes iam teſtimonium, ꝙ totum feciſti quod tuum erat. H I E R O. Vel intelligendum eſt hoc modo: Si te audire noluerit: adhibeatur vnus frater tñ, ꝙ ſi nec illum audierit, adhibeatur & tertius, vel corrigendi ſtudio, vt ſcilicet vel admonitione, aut pudore corrigatur, vel conueniẽdi ſub teſtibus. G L O. Vel ſi dixerit, non eſſe peccatum, vt probent illud eſſe neceſſarium. H I E R O. Porro, ſi nec illos audire voluerit: tunc multis dicendum eſt, vt deteſtationi eum habeat, vt qui non potuit pudore ſaluari, ſaluetur opprobriis. vnde ſequitur. {Quòd ſi non audierit eos, dic eccleſiæ.} C H R Y. Ideſt, his qui eccleſiæ præſident. G L O. Vel dic toti eccleſiæ, vt maiorem erubeſcentiam patiatur. Poſt hæc omnia ſequatur excommunicatio quæ fieri debet per os eccleſiæ.i. per Sacerdotem, quo excommunicante tota eccleſia cum eo operatur. vnde ſequitur. {Si autẽ eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Serm.16. A V G. de Ver.Do. ideſt noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum, nec ſic tamen ſalus eius negligẽda eſt. nam & ipſos ethnicos, ideſt Gentiles, & Paganos in numero quidem fratrum non putamus, ſed tamen eorum ſalutem ſemper inquirimus. C H R Y. Nihil tamen tale præcipit Dominus obſeruandum in his qui extra eccleſiam ſunt, quale præcipit hic de fratribus corripiendis. Sed de exterioribus dicit. Si quis percuſſerit te in vna maxilla, præbe ei & aliam, quod & Paulus dicit: Quid mihi eſt de his qui foris ſunt, iudicare? H I E R O. Fratres autem & arguere & auertere iubet. Quod autem dicit Sicut ethnicus, & Publicanus, oſtenditur maioris eſſe deteſtationis, qui ſub nomine fidelis agit opera infidelium, q̃ hi qui aperte Gentiles ſunt. Publicani enim vocant, qui ſæculi ſectantur lucra, & exigũt vectigalia per negociationes, Tract.6. & fraudes, ac furta ſcelerata, atque periuria. O R I. Videamus autem ne forte ſententia hæc non de quocumque peccato poſita ſit: quid enim ſi aliquis peccauerit aliquod peccatorum quæ ſunt ad mortem, puta maſculorum concubitor factus, adulter, homicida, aut mollis: numquid talem rationis eſt arguere ſolus ad ſolum? & ſi audierit ſtatim eum dicere lucrefactum: & non prius expulerit eum de eccleſia, niſi poſtquam coram teſtibus argutus, & ab eccleſia perſtiterit in actu priori: alius autem reſpiciens ad immenſam miſericordiam Chriſti, dicet, quoniam cum verba Chriſti nullam

adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quód ſi non audierit eos, dic eccleſiæ. Si aũt eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.

e Amẽ dico vobis, quęcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quacumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

F faciant differentiam peccatorum, contra Chriſti miſericordiam faciunt, qui hæc ad minima tantum peccata pertinere diſtinguũt. alius contra, caute ipſa verba conſiderans, non de omni peccato hæc dicta defendet: quoniam qui grandia illa peccata facit, nõ eſt frater, ſed nominatur frater, cum quo ſecundum Apoſtolum non oportet nec cibum ſumere. ſicut autem negligentibus peccandi occaſionem dant, qui ad omne peccatũ hoc pertinere exponunt, ſic econtra, qui docet in minimis, & non mortiferis pc̃tis peccãtem poſt argutionem teſtiũ vel eccleſię fieri oportere, ſicut ethnicum, & publicanum:
G aliquid crudelitatis videtur inducere. Vtrum enim omnino pereat, pronunciare nõ poſſumus. Primum, quia qui ter argutus nõ obediuit, poteſt in quarto obedire. deinde quia aliquando non ſecundum opera hominis redditur ei, ſed amplius quàm peccauit, quod expedit in hoc mundo. demum quia non dixit ſolũ. {Sit ſicut ethnicus & publicanus.} ſed {Sit tibi. Qui ergo in peccato Leui correctus ter non ſe emendat, nos quidem debemus eum habere ſicut ethnicum & publicanum, abſtinentes ab eo vt confundatur, an vt etiam a Deo quaſi publicanus & ethnicus iudicetur, nõ eſt noſtrum pronunciare, ſed eſt in iudicio Dei.

e ¶ H I E R. Quia dixerat, ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & poterit cõtempti fratris hæc eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio. Si me deſpicis, & ego te deſpicio: ſi me condemnas, & tu mea ſententia condemnaberis, poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant ꝙ qui talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina ſententia corroborari. vnde dicitur. {Amen dico
H vobis, quæcũq; alli.ſu.ter.er.lig.& in cœ.& quæcũq; ſol.ſu.ter.er. ſo.& in cœ.} O R I. Nõ dixit In cœlis, ſicut Petro, ſed in cœlo vno, quia non ſunt tantæ perfectionis, ſicut Petrus. Tract.6. H I L A. Per hoc tñ ad terrorẽ maximi met⁹ quo ad pſens oẽs continent, immobile ſeueritatis Apl̃cę iudiciũ demõſtrauit, vt quos in terris ligauerint.i. pc̃torum modis, innoxios reliquerint, & quos ſoluerint, conceſſione.ſ. veniæ acceperint in ſalutem: hi in cœlis ligati ſint, vel ſoluti. C H R Y. Et notandũ, ꝙ non dixit primati eccleſiæ, Liga talẽ, ſed Si ligaueris. indeſſolubilia erunt ligamina, quaſi hoc eius iudicio dimittens. Hom.61. Vidẽ aũt qualiter incorrigibilẽ duplicibus colligauit neceſſitatibus.ſ.& pœna quæ eſt hic.ſ.& ꝓiectione ab eccleſia, quã ſupra poſuit, dicẽs; {Sit tibi ſicut ethnicus, & ſupplicio futuro qđ eſt ligatũ eſſe in cœlo, vt multitudine iudiciorũ diſſoluat fr̃is irã.} A V G. de Ver.Do. Vel aliter: Cœpiſti habere fratrẽ tuũ tanq̃ publicanũ ligãs eũ in terra, ſed vt iuſte alliges, vide. Nã iniuſta vincu- Serm.16.
I la diſrumpit iuſtitia. Cũ aũt correxeris, & concordaueris cũ fratre tuo, ſoluiſti illũ in terra, cũ ſolueris in terra, ſolut⁹ erit & in cœlo. Multũ pſtans, non tibi, ſed illi, quia multũ nocuit non tibi, ſed ſibi. G L O. Non ſolũ aũt de excõicatione: ſed ẽt de oĩ petitione, q̃ fit a conſentientibus in vnitate eccleſiæ dat cõfirmationẽ, cum ſubdit. {Iterum dico uobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſu ꝑ terrã.} Vel penitentem recipiendo, vel ſuperbũ abiiciendo, uel de alia re, quã petierint, q̃ non eſt contraria eccleſiæ vnitati. Fiet illis a patre meo, qui in cęlis eſt. Per hoc aũt qđ dicit. Qui in cęlis eſt, eum ſup oĩa eſſe oſtendit, & ꝑ hoc cõplere eum poſſe qđ petitur. Vel in cęlis eſt.i. in ſanctis, qđ valet ad ꝓbandũ, ꝙ fiet illis quicqđ petierint qđ dignũ ſit, quia illũ apud ſe habẽt a quo petũt. Vnde rata eſt ſententia cõſentientiũ, qa Deus eſt eis habitat. & ideo ſequit. {Vbi.n. ſunt duo, vel tres congreg. in nomi. meo, ibi ſum in medio eorum.} C H R Y. Vel quia dixerat: Fiet illis a patre meo, vt oſtendat ſe etiam eſſe datorem ſimul cũ patre, ſubdit. {Vbi ſunt enim duo, vel
K tres.} O R I G. Non autem dixit: In medio eorum, ſed ſum. Mox enim, vt aliqui conſenſerint Chriſtus inuenitur in eis. H I L A. Ipſe enim qui pax, atque charitas eſt, ſedem atque habitationem i bonis atque pacificis voluntatibus collocabit. H I E R O. Vel aliter. Omnis ſuperior ſermo ad concordiam nos prouocauerat: igitur & præmium pollicetur, vt ſollicitius feſtinemus ad pacẽ, cũ ſe dicat inter duos, vel tres medium fore. C H R Y. Nõ autẽ dixit ſimpliciter: Vbi congregati fuerint, ſed addit. {In nomine meo, q. d. Si quis propter me principalem cauſam amicitiæ ad ꝓximum habuerit, cum eo ero, ſi & in aliis uirtuoſus erit. Quomodo ergo non ibi cõſentiens cõſequunt id qđ petunt? Primo quidẽ, qa nõ expedientia petunt. Sc̃do, qa indigni ſunt q̃ petunt, & ea q̃ ſunt a ſeipſis non inferunt. unde dicit. Si duo ex uobis, qui euangelicã oſtẽditis conuerſationẽ. Tertio, qa aduerſus eos, qui contriſtauerunt orant, vindictam quærentes. Quarto, quia petunt miſericordiam peccantibus qui non pęnituerunt. O R I. Et iſta eſt etiam cauſa, propter quam non exaudimur orantes, qa non conſentim⁹ nobis per

per omnia ſuper terram neque dogmate, neque conuerſatione. Sicut enim in muſicis, niſi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem, ſic in eccleſia, niſi conſenſum habuerit. non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum. H I E R. Poſſumus autem & hoc ſpiritualiter intelligere, ꝙ niſi ſpiritus & anima corpuſque cõſenſerint, & non intra ſe bellum diuerſarum habuerint voluntatũ, de omni re quam petierint, impetrent a patre. nulli enim dubium eſt, quin bonarũ rerum poſtulatio ſit, vbi corpus vult habere ea quæ ſpiritus. O R I G. Vel in quo duo teſtamenta conſentiunt ſibi, eius inuenit oratio de omni re acceptabilis Deo.

f ¶ H I E R O. Supra dixerat Dñs: Videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis. & adiecerat: Si peccauerit in te frater tu⁹. & præmium repromiſerat, dicens. Si duo ex vobis. vnde prouocatus Apoſtolus Petr⁹ interrogat. & hoc eſt quod dicitur. {Tũc accedens ad eũ Petrus, dixit: Domine quo.pec.in me fra. me⁹ & di. Homi' 62. ei?} & cum interrogatione profert ſententiam, dicens. Vſque ſepties? C H R Y. Putauit quidem Petrus aliquid ſe magnum dicere. Sed quid amator hoĩum Chr̃us reſponderit, ſubditur: {Dicit illi Serm. 15. Ieſus. Non tibi di. vſque ſep. ſed vſque ſeptuag. ſepties. A V G. de Ver.Do. Audio dicere et ſi ſeptuagies octies peccauerit, ignoſcas, & ſi centies, & omnino quotiens peccauerit, ignoſce. Si enim Chriſtus milia peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit: noli ſubducere miſericordiam. Ait enim Apoſtolus: Donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquẽ habet quærelam, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis. C H R Y. Cum ergo dicit. {Vſque ſeptuagies ſepties.} non numerum determinatum ponit, vt numero conclu- Serm. 15. dat remiſſionẽ, ſed quod cõtinue & ſemper eſt, ſignificauit. A V G. de Ver.Do. Non tamen ſine cauſa Dominus ſeptuagies ſepties dixit: nam lex in decem præceptis commendatur. lex enim per decẽ, peccatum per vndecim, ſignificatur, quia tranſgreſſio denarii eſt. Septem autem ſolet pro toto computari, quia ſeptem diebus voluitur tempus. Duc autẽ ſepties vndecim, fiunt ſeptuagies ſepties. Tract.6. Omnia ergo peccata dimitti voluit, quia ea ſeptuageſimo ſeptimo numero præſignauit. O R I. Vel quia numerus ſex videtur eſſe operis, & laboris, ſeptimus autem repauſationis, dicit remiſſionẽ fieri oportere fratribus in hoc mundo degẽtibus, & ſecundum res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis vltra ea peccata peccauerit, iam non habebit remiſſionem. H I E R O. Vel intelligendum eſt ſeptuagies ſepties, ideſt quadringentis nonaginta vicibus: vt totiens peccanti fratri dimitteret, quotiens ille peccare poſſet. R A B A. Aliter tamen datur venia petenti fratri, vt nobis, ſcilicet ſocia charitate communicet: ſicut Ioſeph fratribus: aliter inimico perſeqenti, vt bonum ei velimus, & ſi licet, faciamus vt Dauid lugens Saul.

Hom. 62. g ¶ C H R Y. Ne aliquis exiſtimaret magnum quid & graue Dominum iniunxiſſe, cum dicit, dimittendum vſque ſeptuagies ſepties: adiecit parabolam. H I E R O. Familiare enim eſt Syris, & maxime Paleſtinis ad omnem ſermonem ſuum parabolam iungere, vt quod per ſimplex præceptum ab auditoribus teneri nõ poteſt, per ſimilitudinem, exemploque teneatur. vnde dicitur. {Ideo aſſimilatum eſt re.cœlo.ho.re. qui vo.rationem pone.cũ ſer.ſuis.} C H R Y. Filius Dei ſicut eſt ſapientia, iuſtitia, & veritas, ita ipſe eſt regnum nõ autem alicuius eorum quæ ſunt deorſum, ſed omnium quæ ſunt ſurſum, in quorum ſenſibus iuſtitia, & cæterę virtutes regnant, qui facti ſunt cœli per hoc, ꝙ portant cœleſtis imaginem. Hoc ergo regnum cœlorum.i. filius Dei, quando factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, tũc ſimilis factus eſt homini Regi vniens hominem ſibi. R E M I. Vel regnum cœlorum cõgrue ſancta eccleſia intelligitur, in qua Dñs operatur hoc quod in iſta parabola loquitur. Nomine autem hominis aliquando deſignatur pater, ſicut ibi. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. aliqñ vero deſignatur filius: hic aũt vtrumque intelligi põt, pater & filius, qui ſunt vnus Deus. Deus aũt Rex dr̃: cun- Tract.6. cta quæ creauit regendo & gubernando. O R I. Serui autem hi ſo

f Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quotiens peccauerit in me frater meus, & dimittam ei? Vſque ſepties? Dicit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties.

g Ideo aſsimilatum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis B ſuis. Et cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iuſsit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem ſeru⁹ ille orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens, ſuffocabat eum, dicens: Redde qđ debes. Et procidens conſeruus eius: rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: ſed abiit & miſit eum in carcerẽ, donec redderet debitum. Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum Dñs ſuus, & ait illi: Serue nequã: omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nonne ergo oportuit

A li ſunt quantum ad iſtas parabolas, qui diſpẽſatores verbi habent, & quibus hoc eſt commiſſum, vt negocientur. R E M I. Vel per ſeruos huius hominis regis, deſignant oẽs homines quos ad laudãdum ſe creauit, quibuſque legem naturæ dedit, cum quibus rõnẽ ponit, quando vitam & mores, & actus ſingulorum diſcutit, vt vnicuiq; ſm̃ ꝙ geſſit tribuat. vnde ſequit. {Et cum cœpiſſet rõnem po.obla.eſt ei.vnus, q. debebat decem milia talenta. O R I. Oĩs aũt vitæ noſtræ ratio ponenda eſt a rege, qñ oẽs nos pſentari oportuerit ante tribunal Chriſti: Nec hoc dicimus, vt ſuſpitio ſit, ne forte res ipſa neceſſarium habeat longum tp̃s. Volens.n. De⁹ vẽtilare omniũ mẽtes: cito oĩa ab oib⁹ omni tp̃e geſta, ſingulis quibuſcumque faciet in mentem venire, ineffabili quadã virtute. Dicit aũt: {Et cũ cœpiſſet rõnem ponere} quia initium iudicij eſt, vt icipiat a domo Dei. In principio ergo ponendæ rationis
C oblatus eſt debitor talentorum multorum, qui.ſ. multa fecerat dãna, & magna ei erant iniuncta, & nullum attulit lucrum, qui forſitan tot talenta perdidit, quantos perdidit hoĩes. & ideo talentorũ multorum eſt factus debitor, qm̃ ſecutus eſt mulierem ſuper talentum plumbi ſedentem, cuius nomen iniquitas. H I E. Scio quoſdã iſtum qui debebat decẽ milia talenta diabolum interpretari, cui⁹ vxorem, & filios venundandos pſeuerante illo in malitia inſipiẽtiam & malas cogitationes intelligi uolunt. Sicut.n. vxor iuſti dr̃ ſapiẽtia, ſic vxor iniuſti, & peccatoris appellatur ſtultitia. Sed quõ ei dimittat Dñs decem milia talenta, & ille nobis conſeruis ſuis decem denarios non dimiſerit, nec eccleſiaſticę interpręrationis eſt, Serm.15. nec a prudentibus viris recipienda. A V G. de Ver.Do. Ideo dicẽdum eſt, ꝙ quia lex in decem pręceptis commendatur, ille debebat decem milia talentorũ, per qđ oĩa pc̃tã ſignificat, quæ ſm̃ legẽ fiũt. R E M I. Homo autem ſua voluntate & ſponte peccans, ſuo conatu nullo modo ſurgere valet, & non habet vnde reddat, quia nihil in ſe inuenit, per quod ſe a peccatis ſoluat. vnde ſequitur. {Cũ au
D tem non habe. vnde redde. iuſſit eum Dominus venundari & vx.e. & fi, & oĩa quę habebat. & reddi.} Vxor quidẽ ſtulti eſt ſtultitia, & Lib. I. c. 25 carnis voluptas, ſeu cupiditas. A V G. de Quæſt. euan. Per hoc ergo ſignificatur tranſgreſſorem decalogi pro cupiditate, & prauis operibus, tãquam vxore, & filiis pœnas ſoluere debuiſſe, quod eſt precium eius. precium enim venditi eſt ſupplicium damnati. C H R Y. Hoc autem non ex crudelitate iuſſit, ſed ex ineffabili affectione. Vult enim eum terrere per has minas, vt ſupplicet, & non uendatur, quod & factum eſt, cum ſubditur. {Procidens autẽ ſer. ille roga, eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.} R E M I. His autem verbis, humiliatio & ſatisfactio peccatoris demonſtratur dum dr̃: {Procidens.} In hoc vero qđ dicit: Patientiam habe in me, vox exprimitur peccatoris, poſcentis tẽpus uiuendi, & ſpatium corrigendi. Eſt autem larga Dei benignitas, & clementia erga peccatores conuerſos, qm̃ ipſe ſemper paratus eſt per baptiſmum, aut pœnitentiam peccata dimittere. vnde ſequit.
E {Miſertus autem do. ſerui. ill. dimi. eum, & debitum dimiſit ei. C H R Y. Vide autem diuini amoris ſuperabundantiam, petit ſeruus ſolius temporis dilationem, ipſe autem maius eo quod petiit dedit, dimiſſionem, & conceſſionem totius mutui. volebat aũt & a principio dare, ſed nolebat ſolum ſuum eſſe donum: ſed & ſupplicationis illius, vt non incoronatus abſcedat. Ideo aũt antequã rationem poneret, debitum non dimiſit, quia docere uoluit a quãtis debitis eum liberat, vt ſaltem ita ad conſeruos manſuetior fieret. Et quidem vſque ad hæc quæ præmiſſa ſunt acceptabilis fuit. etenim conſenſus eſt & promiſit ſe reddere debitum: & procidens rogauit, & debiti magnitudinem cognouit. Sed quę poſtea fecit, indigna fuere prioribus. Sequitur. {Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. A V G. de Ver.Do. Quod autem dicitur quòd debebat ei cẽ- Sermo.15. tum denarios ab eodem numero.ſ. decem ſumitur: qui eſt numer⁹ legis: nã & centum centies, fiunt decem milia: & decies deni ſunt centum: & illa decem milia talentorum: & illi decies deni: & a

legitimo numero non recedunt,in quo vtroque inuenies peccata.vterque est ergo debitor, vterque veniæ deprecator. Omnis enim homo & debitor est Dei,& debitorem habet fratrem suum. CHRY. Tanta autem differentia est peccatorum quæ committuntur in hominem,& quæ committuntur in Deum, quanta est differentia decẽ millium talentorum, & centum denariorum: magis autem & multo pl⁹: quod patet ex differentia personarũ,& a paucitate peccantium. Homine.n. vidente & desistimus, & pigritamur peccare: Deo autem vidente ẽm vnumquemq; diem non obsistimus, sed agimus informidabiliter omnia, & loquimur. Non hinc autem solum grauiora apparent peccata in Deum,sed etiam & beneficio,quo sumus potiti ab ipso. Fecit enim nos esse,& omnia propter nos operatus est. Animam rationalẽ nobis inspirauit, filium suum misit,cœlum nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Nũquid ergo si vnaquaque die moreremur pro illo, retribueremus ei aliquod dignum?nequaquam. Sed hoc rursus ad vtilitatem nostram pertinet.nos autem ecõtrario in legibus eius offendimus. REMI. Sin ergo per debitorem decem millium talentorum designantur illi qui maiora crimina committunt,per debitorem autem centũ denariorum,qui minora committit. HIERO. Quod vt manifestius fiat,dicamus sub exemplo.Siquis vestrum commiserit adulterium,homicidium,sacrilegium,maiora crimina decem miliũ talentorum roganti dimittuntur,si & ipse dimittat minora peccã-
Serm.15. tibus.AVG.de Ver.Do.Sed ille seruus ingratus,iniquus, noluit præstare quod illi indigno præstitum fuit. Sequitur enim. {Et tenens suffocabat eum,dicens:Redde quod debes. REMI.i.acriter insistebat,vt vindictã ab eo exigeret. ORI. Ideo vt arbitror suffocabat,quoniam a Rege exierat:non enim suffocaret conseruum suum,si non exisset a Rege. CHRY. Per hoc etiam, ꝙ dicitur: Egressus: ostenditur, ꝙ non post multum tempus, sed confestim adhuc quasi in auribus habens beneficium in malitiam abusus est liberatione,a proprio Domino sibi data. Quid igitur ille fecerit subditur.{Et proci.conser.eius:rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. ORI. Considera subtilitatem scripturæ,quoniam seruus multorum debitor talentorum,procidens adorauit Regem.qui autem centum debebat denarios,procidens non adorabat,sed rogabat conseruum,dicens.{Patientiam habe.} CHRY.Sed neque hæc verba ingratus seruus reueritus est,
Lib.1.c.25. quibus saluatus est.Sequitur enim.{Ille autẽ noluit.} AVG.de Quæst.euan.idest tenuit contra eum hunc animum, vt suppliciũ illi vellet,sed abiit. REMI.idest magis ira exarsit,vt ab eo vindictam exigeret,& misit eum in carcerem donec redderet debitũ.i. apprehenso fratre,vindictam ab eo exegit. CHRY. Vide Domini charitatem,& serui crudelitatem:hic pro decem milibus talentis: hic autem pro centum denariis.hic conseruum:hic autem Dominum rogabat.& hic quidem totalem absolutionem accepit:ille aũt solam dilationẽ petebat,nec hoc dedit. Condoluerunt,q non debebant.vnde sequitur.{Videntes aũt conserui eius q̃ fiebant,
Lib.1.c.25. contristati sunt valde. AVG. de Quæst.euan.Per conseruos intelligitur ecclesia,quæ illum soluit & ligat. REMI. Vel conserui forte angeli sunt intelligendi,aut prædicatores sanctæ ecclesiæ, siue quicumque fideles,qui videntes aliquem fratrem remissionẽ peccatorum adeptum,non uelle misereri conserui sui,contristantur de eius perditione. Sequitur.{Et uenerunt,& narrauerũt Domino quæ facta fuerant. Veniunt quidem non corpore,sed corde. Domino autem narrare,est dolores & cõtristationes cordis in suo affectu demonstrare. Sequitur.{Tunc vocauit eum Dñs suus.} vocauit quidem per sententiam mortis,& ab hoc sæculo migrare iussit,& dixit ei:Serue nequã.oẽ debitum dimisi tibi qm̃ rogasti me.} CHRY. Et quandoquidem decem milia talenta debebat,nõ vocauit eum nequã,neque est conuitiatus,sed misertus.Quando autem contra conseruum ingratus est effectus:tunc dicitur.Serue nequam.& hoc est quod dicitur.{Nonne ergo oportuit & te.} REMI. Et sciendum,quia seruus ille nullum responsum legitur Domino dedisse,in quo demonstratur, ꝙ in die iudicii & statim post hanc vitam,omne argumentum excusationis cessabit. CHRY. Quia vero beneficio non est factus melior, relinquitur vt pœna corrigatur.vnde sequitur.{Et iratus Dñs eius tradidit eum tortoribus,quoadusque redderet vniuersum debitum.Non autem simpliciter dixit:Tradidit eum,sed{Iratus,} quod non posuit quando iussit eum vendi. non enim hoc erat iræ, sed magis amoris ad

& te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoad vsque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAP. XIX.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit a Galilæa & venit in fines Iudeæ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentãtes eũ, & dicẽtes: Si licet hoĩ dimittere vxorẽ suã quacũque ex cã? Qui rñdens ait eis Non legistis,quia qui fecit hominem ab initio,masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem,& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit:homo non separet. Dicũt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellũ repudii, & dimittere? Ait illis: quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras,ab initio autem non fuit sic.

F correptionem:nunc autem hæc sententia est supplicij, & pœnæ. REMI. Tunc enim dicitur Deus irasci,quando aduersus peccatores uindicat: Tortores autem dicuntur dæmones, quia semper ad hoc parati sunt, vt perditas animas suscipiant,& in pœna æternæ damnationis eas torqueant.Numquid autem postquam aliqs demersus fuerit in æternam damnationẽ poterit inuenire spatium corrigendi, aut aditum exeundi?Nõ: sed Quousque,ponitur pro infinito,& est sensus,semper soluet, sed nunquam persoluet, & semper pœnã luet. CHRY. Per hoc ergo ostenditur, ꝙ continue.i.æternaliter punietur,neq; reddet aliqñ. quàmuis autem irreuocabilia sint charismata,& Dei vocationes,tamen tantum valuit malitia,vt & hanc legem soluere videatur. AVG. de Ver.Dom.Dicit
Serm.15. enim Deus:Dimittite,& dimittetur vobis.sed ego prior dimisi, dimitte vel postea.nam si non dimiseris, reuocabo te. & quicquid tibi dimiseram,replicabo tibi.non enim fallit,aut fallitur Christ⁹, qui subiecit,dicens. {Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si nõ remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.} Melius est enim,vt clames ore,& dimittas in corde,quàm sis blandus ore, & crudelis in corde.Ideo enim Dñs subdit:De cordibus vestris, vt si per chariiatem imponitis disciplinam,de corde lenitas non recedat.Quid enim tam pium,quàm medicus ferens ferramentum?seuit in vulnus,vt homo curetur,quia si vulnus palpatur,homo perditur. HIERO. Ideo & Dominus addidit: {De cordib⁹ vestris, vt omnem simulationem fictę pacis auerteret.} Præcipit ergo Dñs Petro,sub comparatione legis,Dñi,& serui,qui debitor decem milium talentorum a Dño rogans veniam impetrauerat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis minora peccantibus. ORIGE. Vult etiam docere faciles nos esse ad indulgendum eis qui nocuerunt nobis,maxime si satisfaciant,& deprecetur sibi ueniam dari. RABA. Allegorice autem seruus hic qui decem milia talentorum debuit,Iudaicus est populus decalogo legis astrictus,cui Dñs sæpius dimisit debita, quando in angustijs constituti, illius misericordiam deprecabantur.sed liberati omnes debitores atrociter repetebant,& a Gentili populo,quasi sibi obnoxio, circuncisionem & cerimonias legis expetunt.sed & Prophetas,& Apostolos crudeliter trucidant.Vnde tradidit eos Dñs in manus Romanorum vel malignorum spirituum,qui æternis cruciatibus eos punirent.

CAP. XIX.

CHRY. in Homil.Dominus prius Iudęam relinquẽs Hom.63. propter illorum ęmulationem, nunc ibidem iam immoratur,quia passio in proximo futura erat: non tamen ad Iudæam interim ascendit, sed in terminos Iudeæ.vnde dicitur.{Et factum est cum consummas. Iesus ser.istos, migra.a Galilæa.} RABA. Hic ergo incipit narrare,quæ in Iudæa fecit,docuit,siue passus est. & primo quidem trans Iordanem ad Orientem:deinde etiam cis Iordanem quando venit Hierico, & Bethphage, & Hierusalẽ. Vnde sequitur.{Et venit in fines Iudeæ trans Iordanem. CHRY. super Matthæum. Quasi iustus Dominus omnium, qui sic diligit alios seruos vt alios non contemnat. REMI. Sciendum est autem, quòd omnis illa Israelitarum prouincia,generaliter Iudæa dicebatur, ad comparationem aliarum gentium.Verumtamen meridiana eius plaga, in qua habitabat tribus Iuda,& tribus Beniamin,specialiter dicebatur Iudæa, ad distinctionem aliarum regionum,qui in ipsa prouincia cõtinebantur,idest Samaria,Galilæa, & Decapolis, & reliquæ aliæ. Sequitur.{Et secutæ sunt eum turbæ multæ. CHRY. super Matth. Perducebant eum quasi paruuli filii patrem peregre longe proficiscentem.Ipse autem tanquam pater proficiscens,pignora charitatis filiis reliquit remedia sanitatum. vnde dicitur. Et curauit eos. CHRY. in Homil. Considerandum etiam, quòd neque doctrinæ verborum continue Dominus insistit,nec signorum operationi, sed nunc quidem hoc,nunc autem illud facit, ut a signis credibilis appareret in his quę dicebat. Ex sermonum autem doctrina utilitas quæ erat in signis ostenderetur. ORIGE. Sanabat autem Dominus turbas trans iordanem vbi baptis- Tract.7.
mus dabatur. Vere enim omnes a spiritualibus infirmitatibus saluantur etiam baptismo.& quidem multi sequunẽ Christum sicut turbæ:tamen non surgentes,ut Matthæus,qui surgens secutus est Dñm. RABA. Curat etiam Galilæos in Iudeæ finibus, vt peccata

cata gentium in eam vineam quæ iudeæ parabatur, admitteret. CHRY.in Ho.Curabat siquidem Christus hoĩes, & illis benefaciens,& per eos multis aliis.Horum enim sanatio aliis erat occasio diuinæ cognitionis,sed non Pharisæis,qui ex signis duriores fiebant.vnde sequitur.{Et acces.ad eum Pharisæi tentãtes eum,& dicentes.Si licet homini dimittere vxorem suam quacumque ex causa? HIERO.Vt quasi cornuto eum teneant syllogismo, & quodcumque respondeat,pateat captioni. Si dixerit dimittendam vxorem qualibet ex causa & ducendam aliam:pudicitiæ prædicator sibi videtur dicere contraria.Sin autem responderit,non omnẽ ob causam debere dimitti,quasi sacrilegij reus tenebitur,& aduersus doctrinam Moysi & Dei facere. CHRY. in Hom. Intuere autem ex modo etiam interrogationis malitiam. Dominus enim supra de lege hac disputauerat: ipsi autem quasi iam nullo dicto interrogant.s. opinantes,ꝙ oblitus esset eorum quæ dixerat. CHRY. super Matth.Sicut autem si uideas hominem assidue amicitias medicorum colentem,intelligis quia infirmus est:sic & cum videas virum siue mulierem de dimittendis vxoribus,aut viris interrogantes,cognosce,quia vir ille lasciuus est:mulier illa meretrix est.nã in matrimonio castitas delectatur:libido autem quasi vinculo coniugij alligata torquetur.Sciebant autem qm̃ nullã cãm idoneam habebant circa dimittendas vxores,præter solam turpitudinẽ, & alias atque alias sibi iungebant. Timuerunt autem interrogare ex quibus causis,ne seipsos infra angustias certarum causarum astringeret.sed interrogauerunt si ex omnibus causis licet,scientes quia modum nescit,nec infra terminos vnius coniugij capit libido: sed quantomagis exercetur,magis accenditur. ORI. Tentato autem Domino,nullus discipulorum eius,qui positus est ad docendum,grauiter ferat,si tentatus fuerit a quibusdam,tamen & tentatoribus respondet dogmata pietatis. HIERO. Sic aũt responsionem temperat,vt discipulam eorum transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium & naturalem legem, primam Dei sententiam:secundæ opponens.vnde sequitur. {Qui respondens ait eis:Non legi,quia qui fecit ab initio,masculum & fœminam fecit eos? Hoc in exordio Genesis scriptum est. Dicendo autem masculum & fœminam,ostendit secunda vitanda coniugia. non enim ait:Masculum & fœminas quod ex priorum repudio quærebatur, sed {Masculum & fœminam, vt vnius coniugii consortia necterentur. RABA. Salubri autem consilio Dei factum est,vt sui corporis portionem vir amplecteretur in fœmina,nec a se putaret esse diuersum,quod de se cognosceret fabricatum. CHRY. super Matth.Si ergo ex hoc Deus marem & fœminam ex vno creauit, vt sint vnũ, quare ergo & de cætero vir & mulier nõ ex vno vtero nascuntur,sicut volatilia quædam?quia Deus masculum quidem creauit,& fœminam,propter necessitatem filiorum generandorũ: tamen semper fuit castitatis amator,& continentiæ auctor. Ideo illum typum non seruauit in omnibus,vt siquidem vult homo nubere ẽm primam dispositionem creationis humanæ, intelligat qd est vir & vxor. Si autẽ noluerit nubere,non habebit necessitatem nubendi propter coniunctionem natiuitatis,ne forte videatur ꝑ suam continentiam alterum perdere, qui nolebat esse continens, sicut Dominus post coniunctum matrimonium iubet,ne alter altero nolente se separet. CHRY. in Hom.Non solum autem ex modo creationis,sed etiam ex modo legislationis monstrauit, qm̃ vnum oportet vni coniungi,& nunquam rescindi.vnde sequit: {Et dixit:propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adherebit vxori suæ.} HIERO. Similiter ait: vxori non vxorib⁹. Et expresse subditur: Erunt duo in carne vna. Præmium enim est nuptiarum,ex duobus vnam carnem.s.prolis fieri. GLO. Vel in carne vna.i.in carnali copula. CHRY. super Matth. Si ergo qa ex viro est vxor,& ex vna carne sunt ambo, relĩquet homo patrẽ suum & matrem:maior nunc charitas debet esse inter fratres & sorores,quia hi quidem ex eisdem parentibus exeunt:illi autem ex diuersis.Sed hoc magnum est nimis,quia fortior est Dei constitutio,q̃ virtus naturæ.Nõ enim præcepta Dei naturæ subiecta sunt: sed natura Dei præceptis obtemperat. Deinde fratres ex vno nascuntur,vt diuersas vias petant:vir autem & vxor ex diuersis nascuntur,vt in vnum conueniant.Ordo etiam naturæ Dei ordinationem sequitur. Quod enim est in arboribus humor, hoc est in hominibus amor.humor autem de radicibus ascendit in herbam, & sursum transmittitur in semen.Ideo parentes quidem diligũt: sed non sic diliguntur a filiis,homo enim non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum, & hoc est quod dicitur: {Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit vxori suæ. CHRY. in Homil. Vide etiam sapientiam Doctoris.

A Interrogatus enim,si licet: non confestim dixit: Non licet,vt non turbarentur, sed per probationem hoc constituit. Deus enim a principio masculum & fœminã fecit,& nõ simpliciter eos coniunxit,sed matrem iussit dimittere,& patrem,& non simpliciter uirũ mulieri dixit aduenire;sed coniungi,ex ipso modo locutionis indiuisibilitatem ostendens. Sed & maiorem copulam adiunxit, cũ dixit:{Et erunt duo in carne.} AVG. 9. super Genesim ad literam. Cap.19. Hæc tamen uerba cum primi hominis fuisse scriptura testetur: Dominus tamen hic,Deum hoc dixisse declarat, vt hinc intelligeremus pro-
B pter extasim quæ præcesserat in Adam,hoc diuinitus tanquã Prophetam dicere potuisse. REMI. Mysterium enim hoc esse Apostolus dicit in Christo,& ecclesia: Dominus enim Iesus Christus quasi patrem deseruit:cum de cœlis ad terram descendit,& matrẽ deseruit,idest Synagogam propter infidelitatem,& adhæsit vxori suæ,sanctæ,scilicet ecclesiæ,& sunt duo in carne una, idest Christ⁹ & ecclesia in uno corpore. CHRY. in Homil. Postquam uero ueteris legis & uerba & facta induxit cum potestate, iam & ipse interpretatur & legem inducit,dicẽs:{Itaque iam non sunt duo, sed una caro.} Sicut enim qui spiritualiter se diligunt: una anima esse dicuntur,dicente scriptura: Omnium credentium erat cor unum & anima una.sic uir & uxor qui carnaliter se diligunt, una caro esse dicuntur. Quemadmodum igitur carnem incidere est sordidũ:ita & mulierem diuidere est iniquum. AVG 13. de Ci- Li.19.c.29.
uita.Dei: Vnum etiam dicuntur,uel propter coniunctionem, uel propter orginẽ fœminæ,quæ de masculi latere creata est. CHRY.
C in Homil. Vlterius autem & Deus induxit, dicens{:Quod ergo Deus coniunxit,homo non separet.} demonstrans,ꝙ & præter naturam,& præter legem est uxorem dimittere.præter naturam quidem,quia una caro diuiditur:præter legem autem, quoniam Deo copulante, & iubente non diuidi, uxor dimittitur. HIERO. Deus enim coniunxit unã faciendo carnem uiri & fęminæ. hanc ergo homo non potest separare,sed solus Deus. Homo separat, quando propter desiderium secundæ uxoris prima dimittitur. Deus separat qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem Dei sic habemus uxores quasi non habentes. AVG. contra Faustum: Ecce Iudæi ex libris Moysi conuincuntur non esse uxorem dimittendam qui secundum uoluntatem legis Moysi arbitrabantur se facere,cum dimitterent. Simul & illud hic ipso Christo attestante cognoscimus Deum fecisse & coniunxisse masculum & fęminam,quod Manichæi negando damnantur,Christi
D euangelio resistentes. CHRY. super Matthæum. Grauis est autem fornicarijs interpretatio castitatis, sed contra rationem respondere non possunt.: ueritati tamen credere non acquiescunt. Conferunt ergo se ad patrocinium Moysi, sicut homines malam causam habentes confugiunt ad potentes uiros,ut si per iustitiam non possunt:uincant per personam.unde sequitur: {Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libel.repu.& dimittere? HIERO. Aperiunt calumniam quam parauerãt:licet Dominus non propriam sententiam protulerit,sed ueteris historiæ, & mandatorum Dei fuerit recordatus. CHRY. in Hom.Si autem Domin⁹ alienus esset a ueteri testamento,non decertasset pro Moyse, neq; quæ sua sunt monstrasset ueteribus cõuenire.Sed ineffabilis Christi sapientia,& pro his excusando respondit.unde sequitur. {Et ait illis.Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permi.uo.dimit.uxo.ue.In quo liberat Moysen ab accusatione & totũ in illorum caput conuertit. AVG. contra Faustum.Quanta.n.erat du- Li.19.c.29.
E ritia,quæ nec per libelli interpositionem,ubi dissuadendi locus iustis & prudentibus tribuebatur, solui & flecti posset ad recipiendam, uel reuocandam coniugii charitatem? Porro, qua calliditate reprehendunt Manichæi Moysen tanquàm coniugia dirimentem per libellum repudii, & laudant Chiistum tanquam eius uinculum confirmantem,cum ẽm suã sacrilegam sñiam Moysen laudare debuerunt separantem,quod coniunxerat diabolus,& Christum uituperate diaboli ligamenta solidantem. CHRY. in Ho. Denique quia graue erat,quod dictum erat, statim reducit sermonem ad antiquam legem dicens: {Ab initio autem non fuit sic. HIERO. Quod dicit huiusmodi est:Nũquid põt Deus sibi esse contrarius,ut aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frãgat imperio?Non ita sentiendum est,sed Moyses cum uideret propter desiderium coniugum secundarum, quæ illis ditiores, uel iuniores,uel pulchriores essent: primas uxores interfici, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discidium. quàm odia, & homicidia perseuerare. Simulque considera, quòd non dixit: Propter duritiam cordis uestri permisit uobis Deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolum,consilium esset hominis,non imperium Dei.

Universidad de Deusto Biblioteca

CHRY. super Matt. Propterea bene dixit. Quòd Moyses hoc permisit, non præcepit. Quod enim præcipimus, semper volumus: quod autem permittimus, nolentes indulgemus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo vobis facere mala, ne faceritis peiora: ergo hoc vobis permittendo, non vobis Dei iustitiam demonstrauit, sed a peccato abstulit culpam peccandi, vt quasi secundum legem agentibus vobis, peccatum vestrum nō videatur esse peccatum.

Homil. 63. b ¶ CHRY. In Ho. Quia os illorum opilauerat, iam cum auctoritate legem inducit, dicens: {Dico autē vobis, quia quicumq;

Tract. 7. dim. vxo. suam, nisi ob for. & aliam duxerit, mœchatur.} ORIG. Forte autem dicet aliquis, quoniam Iesus dicens. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, permisit vxorem dimittere, quemadmodum Moyses, quem retulit propter duritiam cordis Iudæorum hoc præcipisse. Sed ad hoc respondendum, qm̃ si ℔ legem adultera lapidatur, nō ℔ hoc intelligitur res turpis, propter quam Moyses permittit libellū repudii. nec enim in causa adulterij oportebat libellum dare repudii. Sed forsitan Moyses omnem culpam mulieris turpem rem appellauit, quæ si inuenta fuerit in vxore: scribitur ei libellus repudii. Quærendum est autē, si propter solam causam fornicationis dimittere iubet vxorem, quid est, si mulier non fuerit fornicata, sed aliud quid grauius, fecerit, puta venefica inueniatur, aut interfectrix filiorum? Sed Dominus exponens rem, alibi dixit. Qui dimiserit excepta causa fornicationis, facit eam mœchari dans ei occasionem secundarum nuptiarum. HIERO. Sola ergo fornicatio est, quæ vxoris vincit affectum: immo cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit a marito, non debet teneri, ne virum quoq; sub maledictione faciat, dicente scriptura: Qui adulteram tenet, stultus, & impius est. CHRY super Matth. Sicut enim crudelis est, & iniquus qui castam dimittit, sic fatuus & iniquus qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis est, qui crimen celat vxoris. AVG. de adulterinis coniugijs: Non tamen erit turpis, nec dissicilis, etiam post parrata & purgata adulteria reconciliatio coniugii, vbi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum, non vt post viri diuortium adultera reuocetur, sed vt post Christi consortium adultera non vocetur. CHRY. super Matth. Omnis autem res per quas causas nascitur, per ipsas soluitur. Matrimonium autem non facit coitus, sed voluntas. & ideo non I soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo qui dimittit coniugem suam, & aliam non accipit, adhuc maritus est. nam etsi corpore iam separatus est, tamen adhuc voluntate coniunctus est. Cū ergo aliam acceperit, tunc plane dimittit. Et ideo Dominus non dicit. Qui dimittit, mœchatur, sed qui alteram ducit. RABA. Vna ergo solummodo carnalis est causa. i. fornicatio, vna spiritualis, hæc est timor Dei, vt vxor dimittatur. nulla autem causa est vt viuente ea quę relicta est, alia ducatur. HIERO. Poterat autem accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret. Ideo sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt secunda, prima viuente, non habeat. Necnō qa poterat euenire, vt iuxta eandē legem vxor quoque marito daret repudium: eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum. & quia meretrix & qua semel fuerat adultera, opprobrium non timebat, secundo non nubere ℔ cipitur viro. qp si talem duxerit, sub adulterii crimine sit. vnde se- K quitur. {Et qui dimissam duxerit, mœchat.} GLO. Accipientem terret: quia adultera non timet opprobrium.

c ¶ HIERO. Graue pondus vxor est, si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus: tenenda erit? Videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum, proferunt motum animi sui. vnde dicitur:

Hom. 63. {Dicūt ei discipuli eius: Si ita est causa. ho. cum vxore, non expedit nubere. CHRY. in Hom. Leuius enim est contra concupiscentiam præliari, & contra seipsum, q̃ ad mulierē malā. CHRY. super Matth. Non autem dixit Dominus, quia expedit, sed magis consensit, qp non expedit, sed infirmitatem carnis considerauit. vnde sequitur. {Qui dixit eis. Non omnes capiunt verbū istud. i. non omnes hoc possunt.} HIERO. Nemo autem putet sub hoc verbo, quod addit. Sed quibus datum est, vel fatum, vel fortunam introduci, quòd hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit. Sed his datum est a Deo qui petierunt, qui voluerunt, qui ut acciperent, laborauerunt. CHRY. super Matthæum. Ideo ergo non F omnes capere possunt, quia non omnes volunt. palma proposita est, qui concupiscit gloriam, non cogitet de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum timerent: Ex eo ergo qp quidam a proposito continentię cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores, sicut & qui in pugna cadunt non exanimant cæteros.

Qđ ergo dicit. {Quibus datum est.} illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ accipe-remus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratiæ volentibus non denegatur. Dicit enim Domin⁹: Petite, & accipietis. CHRY. in Homil. Deinde possibile hoc esse ostendens ait: {Sūt enim eunuchi, } quasi dicat. Excogita si ab aliis excisus esses, quid vtiq; faceres? voluptate quidem priuatus, mercedem autem non haberes. CHRY. super Matthæum. Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit, ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas assuerit. Illa est ergo gloriosa continentia, non illa quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti propositi. HIERO. Tripiex ergo genus eunuchorum posuit, quorum duo sunt carnales, & tertij spirituales. Alij enim sunt, qui duo de vtero matris sic nascuntur: alij quos vel captiuitas facit, vel delitiæ matronales. tertij sunt, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, & qui cum possint esse viri, propter Christum eunuchi fiunt. Istis promittitur præminm, superioribus autem quibus necessitas castimonia est, non voluntas, nihil omnino debetur. HILA. In uno enim eorum posuit naturam, scilicet in eo qui nascitur, in altero necessitatem, scilicet in eo qui factus est, in tertio uoluntatem, qui scilicet spe regni cœlestis talis esse decreuit. CHRY. super Matthæum: Quòd autem aliqui sic nascuntur hac ratione fit, sicut & nascuntur sex digitos habentes, aut quatuor. Si enim Deus, sicut ab initio constituit unamquā que naturam, sic dimitteret illam immutabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuionem deduceretur coram hominibus operatio Dei. Ideo ergo interdum natura rerum conuertitur contra suam naturā, ut semp Deus naturæ opifex in memoriam reducatur. HIER. Possumus & aliter dicere. Eunuchi sunt ex matris utero qui frigidiores naturæ sunt, nec libidinem appetētes, & alii qui ab hominibus fiunt, quos aut Pharisæi faciunt, aut propter idolorum cultum emoliuntur in fœminas, uel persuasione hæretica simulant castitatem, ut mentiantur religionis ueritatem. Sed nullus eorum consequitur regnum cœlorū, nisi qui ℔ pp Christū castrauerit. unde sequit. {Qui po. ca. ea. ut unusquisq; consideret uires suas, utrū possit uirginalia, & pudicitiæ implere præcepta. p ℔. n. castitas blanda est, & quemlibet ad se allicions. Sed consideranda sunt uires, ut qui potest capere, capiat. Quæ hortantis Domini uox est, & milites suos ad pudicitiæ præmium concitantis, quasi qui potest pugnare, pugnet, & superet, ac triūpher. CHRY. in Ho. cum aūt dicit. {Qui se castrauerunt.} non membrorum dicit abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem: maledictioni enim est obnoxius qui membrum abscidit, etenim quæ homicidarum sunt, talis præsumit. Et Manichæis qui detrahunt creaturis, tribuit occasionem, & eadem cum gētibus membra deputatibus, de qua ait: Abscidere. n. membra dæmoniace tentationis est. Cum his aūt quæ dicta sunt neque concupiscentia masuetior ita fit, sed molestior. Aliunde. n. habet fontes sperma qđ in nobis est, ℔cipuę a ꝓposito incontinenti & mente negligēte. etsi ipsa sobria fuerit: naturaliū motuū nullū est nocumentū. nec ita abscisio mēbri coprimit tētatiōes, & trāquillitate facit, ut cogitationis frenū. d ¶ CHRY. super Matth. Dominus de castitate sermonem fecerat, audientes aūt quidam obtulerunt ei infantes castitate mūdiſſimos: putabant. n. quia Dns corpore mundos tm̃ laudaret. & hoc est quod dr. {Tunc ob. sunt ei par. vt man⁹ eis impo. & ora. ORI. Iam. n. ex præcedentibus uirtutibus eius experti erant: qm̃ per impositionem manuum eius & orationem repelluntur mala. Offerunt ergo ei pueros: considerantes qm̃ impossibile est ut postq; per tactum Dominus dederit in eis diuinā uirtutem, ut ruina aut dæmonium aliquod tangere eos possit. REMI. Consuetudo etiam fuit apud ueteres, ut paruuli offererentur senioribus, quatenus eorum manu, uel ore benedicerentur, & iuxta hanc consuetudinem paruuli oblati sunt Domino. CHRY. super Matth. Caro autem, quia non delectatur in bonū, facile obliuiscit bonū: malum autem quod audierit, retinet semper. Ante modicum autem tps Chr̃s accipiens puerum, dixit: Nisi facti fueritis sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. & ecce statim obliti discipuli

puerilis

puerilis innocentiæ, vetabant pueros ad Christum quasi indignos A accedere. vnde sequitur. {Discipuli autē increpabant eos.} HIERO. Non quia nollent eis Saluatoris & manu & voce benedici: sed qp nondum habentes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem aliorum hominum, offerentium importunitate lassari.

CHRY. in Homil. Vel discipuli expellebant pueros, causa dignitatis Christi. Dns autem docēs eos moderata sapere, & timorem conculcare mundanum, accepit paruulos, & in vlnis tenuit eos, & talibus, regnū cœlorum promittit. vnde sequitur: {Iesus autem ait eis: Sinite paruu. & noli. prohibere ad me venire, talium est. n. re. cœlo. CHRY. super Matt. Quis enim mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infantia? Ideo dixit: {Noli prohi. eos.} Nam si sancti futuri sunt, quid veratis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, ut quid sententiam condemnationis profertis, antequam culpam videatis? HIERO. Signanter autem dixit: {Talium est regnum cœlorum: } non istorum, vt ostenderet, non ætatem regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocentiam, & simplicitatem præmium repromitti. Sequitur. {Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. CHRY. super Matth. Præsens locus instruit omnes parentes, vt filios suos Sacerdotibus offerant. non enim Sacerdos manus imponit: sed Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui escas suas per orationem offert Deo, sanctificatas eas manducat. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem, vt Apostolus dicit: quanto magis pueros offerri Deo, & sanctificari necesse est? Causa autem sanctificandarum escarū hæc est, qm̃ totus mundus in maligno positus est: vnde & res corporales quæ sunt magna pars mundi, in maligno positæ sunt. Consequenter infantes qm̃ nascuntur & ipsi quantum ad carnem in maligno positi sunt. ORI. Pueros aūt mystice dicim⁹, qui in Christo adhuc carnales sunt, & lacte opus habentes. Qui autem profitentur verbi doctrinam, simpliciores quidem & quasi puerilem sermonem habentes quo nutriuntur, ad huc nouitij sunt qui esse runt Saluatori pueros, & infantes. Qui autem videntur esse perfectiores: & ideo sunt discipuli Iesu, priusquam discant ratione iustitiæ de pueris, reprehendunt eos qui per simplicem doctrinam pueros & infantes. i. minus adhuc eruditos offerunt Christo. Dominus autem hortans discipulos suos iam viros constitutos condescendere vtilitatibus puerorum, vt fiant pueris quasi pueri, vt D pueros lucrentur: Dicit: {Ta. est. n. reg. cœlo.} Nā & ipse cum in forma Dei esset: factus est puer. Hęc ergo debemus attendere, ne æstimatione sapientiæ excellētioris, & profectus spiritualioris contēnamus quasi magni pusillos ecclesiæ: prohibentes pueros venire ad Iesum. Quoniam autem pueri non omnia quæ dicuntur sequi possunt, imposuit eis manum Iesus, & virtutem relinquens in eis per tactum, abiit ab eis, quasi non potentibus sequi Christum, sicut cæteri discipuli eius perfecti. REMI. Manibus etiam impositis benedixit pueris, significans qp humiles spiritu, sunt digni ei? gratia & benedictione. GLO. Imposuit etiam eis manus, viris continentibus vt gratiā sui auxilij cōferenda significaret. HILA. Infantes etiam gentium forma sunt, quibus per fidem & auditum salus redditur. Verum, ex affectu primo saluandi Israel a discipulis inhibentur accedere, quos Dominus ait non oportere prohiberi. Munus enim Spiritussancti, & per impositionem manus, & præcationem, testante legis opere, erat gentibus largiendum.

e ¶ RABA. Audierat forsan homo iste a Dño, tm̃ eos qui vo- E lunt paruulis similes esse, dignos introitu regni cœlestis, & ideo certior cupiens esse, non p parabolas, sed aperte postulat exponi, quibus meritis vitam æternam consequi possit. Et ideo dicitur Et ecce vnus acce. ait il. Magister bo. quid bo. fa. vt ha. vitam æternam? HIERO. Iste qui interrogat & adolescens, & dives erat & superbus, & non voto discentis, sed tentantis interrogat, quod ex eo ꝓbare possumus, qp dicente sibi Dño, si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Rursum fraudulenter interrogat, quæ sunt illa mandata? Homil. 64. quasi non & ipse legere, aut Dominus posset eidem hæc iubere cōtraria. CHRY. in Hom. Ego aūt auarum quidem eum, & pecuniarum amatorem nequaquam recuso dicere, quia & Christus talem eum esse redarguit, simulatorem autem nequaquam, quia non est securum de incertis iudicare, & maxime accusando. Marcus autem hanc suspitionem destruit. dicit. n. qp occurrens & genu flectēs rogabat eum, & qm̃ inspiciens eum Iesus, amauit eū. Si ēt eum tenens accessisset, demonstrasset nobis hoc Euāgelista, sicut in alijs facit. Si autem & ipse siluisset, Christus eum non permisisset latere sed redarguisset manifeste, aut occulte insinuasset. Hoc aūt non fecit. Sequitur. n. {Qui dicit ei: Quid me inter. de bono? AVG. de Con. euan. Potest autem videri distare aliquid, quod hic ℔ m Matth. dicitur: {Quid me interro. de bo.} Secundum alios autem: Quid me dicis bonum? Nam {quid me interrogas de bono?} ad illud magis referri pōt, quod ait ille quærēs, quid boni faciam? Ibi enim & bonum nominauit, & interrogatio est. Magister autem bone, nondum est interrogatio. Commodissime ergo intelligitur vtrúque dictū: Quid me dicis, & interrog. de bono? HIERO. Quia vero Magistrū vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium confessus erat, dixit quemuis sanctum hominem comparatione Dei non esse bonum, de quo dicitur: Cō fitemini Domino quoniam bonus. Et ideo dicit. {Vnus est bonus Deus.} Ne quis autem putet in eo, quid bonus Deus dicitur excludi a bonitate filium Dei. Legimus in alio loco: Pastor bonus, ponit animam suam pro ouibus suis. AVG. 1. de Ciui. Dei. Vel quia ille vitam æternam quærebat. Vita autem æterna est in illa contemplatione, qua non ad pœnam videtur Deus, sed ad gaudiū sempiternum, & non intelligebat cum quo loquæbatur, qm̃ tantummodo eum filium hominis arbitrabatur. ideo dicit. {Quid me interro. de bo.} & vocas me ℔ m qp vides Magistrum bonū? Hæc forma filij hominis apparebit in iudicio, non tantum iustis, sed & impiis. & ipsa visio malum eis erit, quia pœnalis erit. Est autem visio formæ meæ, in qua æqualis sum Deo. Ille ergo vnus Deus pater filius, & spiritussanctus. ipse est solus bonus, quia nemo videt eum ad iustum & plantum, sed tm̃ ad salutem & lætitiam vera. HIE. Saluator etiam noster bonitatis testimonium non renuit, sed Magistri, absque Deo exclusit errorem. Quæ autem vtilitas est vt ita responderet? Reducit enim eum paulatim, & erudic liberari ab omni adulatione, & ab his quæ sunt super terram eum adducens: Deo adherere suadet, & futura quærere, & nosse eum, qui vere est bonus, & radix, & fons vniuersorum bonorum. ORI. Respon- Tract. 8. det etiam sic Christus, propter eum qui dixit. Quid bo. fa. quando enim declinamus a malo, & facimus bonum, quantum ad comparationem cæterorum hominum, dicitur bonum quod facimus, quantum aūt ad veritatem ℔ m qp hic dicitur. {Vnus est bon⁹.} Bonum nostrum non est bonū. Dicere aūt pōt quis, qm̃ sciens Dns ꝓpositum interrogantis non esse vt faciat, vel humanum bonum dixit: {Quid me interrogas de bono?} Ac si di. Cum sis in paratus ad ea quæ dicunt bonæ: cur me interrogas de bono? Post hoc autē dicit: Si vis ad uitā ingre. serua man. Vbi considera, qm̃ adhuc quasi extra vitam constituto respondit: Si vis ad uitam ingre. ℔ m. n. vnū modum homo est extra vitam, qui est extra eū qui dixit. Ego sum vita. aliàs aūt ois qui super terram est, quāmuis iustissimus: potest quidem in vmbra esse vitæ, non autem in ipsa vita cum sit corpore mortis circundatus. Introibit autem quis in vitam abstinens se ab operibus mortuis, appetens autem opera viua. Sunt autem & verba mortua, & verba viua, & cogitationes mortuę & cogitationes uiuę. & ideo dicit. {Si vis ad uitam ingre. ser. man.} AVG. de Ver. Do. Nec etiam dixit: Si uis uenire ad uitam æternam, sed Serm. 17. Si vis ingredi ad uitā, eam diffinims uitā quæ fuerit æterna uita. Hic ergo considerandum est, quemadmodum amanda sit eterna uita, quando sic amatur misera ista, & quandoque finienda uita. REMI. Demonstratur aūt his uerbis, quia lex suis impletoribus non solum bona ꝑalia dabat, sed & uitā ęternam. Et quia hic audierat sollicitus fact⁹ interrogauit. un̄ sequit. Dicit illi. {Quæ?} CHRY. in Ho. Hoc aūt non tentans dixit: sed æstimans alia quædam ꝑcepta esse ꝑter legalia, quæ uitæ causa fierent ei. REMI. Iesus uero quasi infirmo condescendens, clementissime legis præcepta exposuit. unde sequitur. {Iesus aūt dixit: Non homici. facies.} quorum ꝑceptorum expositio est sequens sn̄ia, qua dr. {Et diliges ꝓximū tuum sicut teipsum. Etenim Apls dicit: Qui diligit proximum, legem impleuit, Quærendum est aūt, quare Dns tm̃ secundæ tabulę ꝑcepta cōmemorauit? Iccirco. ſ. quia forte iste studiosus erat in dilectione Dei, siue quia dilectio proximi gradus est ascendendi ad Tract. 8. dilectionem Dei. ORI. Forsitan autem ista præcepta sufficiunt, ut in principio, ut ita dicam, uitæ ingrediatur quis, non autem sufficiunt hæc, uel alia similia istis ad interiora uitæ introducere quē quàm. Qui autem præterierit unum istorum mandatorum, nec in principio uitæ intrabit. CHRY. in Hom. Quia ergo Dns ea præcepta cōmemorauerat quæ erant in lege: ideo sequitur: {Dicit illi adolescens: Hæc oia seruaui a iuuētute mea.} Et neque hic ste tit; sed rursus interrogat: Quid adhuc mihi deest? Quod &

ipsum signum est vehementis desiderij. REMI. Illis autem qui in gratia perfecti esse volunt, ostendit qualiter ad perfectionem venire possunt. vnde sequitur: ¶ Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Notãda sunt ista verba: non enim ait: Vade & manduca omnia quæ habes, sed ¶ Vade & vende. ¶ Et non ait: Aliqua, sicut Ananias, & Saphira: sed ¶ Omnia. ¶ Et pulchre subiungit: ¶ Quæ habes. ¶ Illa enim habemus, quæ iustè possidemus. Illa ergo quæ iuste possidentur, uendenda sunt. Quæ vero iniustè, sunt erogãda illis quibus fuerãt ablata. nec ait: Da proximis, aut diuitibus, a quibus accipies similia, sed: ¶ Da pauperibus. ¶ AVG. de Operibus Monachorum. G Nec attendendum in quibus Monasteris, vel in quo loco indigentibus fratribus hoc quod habebat aliquis impenderit. Omnium enim Christianorum vna Respublica est. Et ideo quisquis Christianus necessaria vbilibet erogauerit, vbicumque etiam ipse quod necessarium est sibi accipit. de eo quod est Christi accipit. RABA. Ecce duas vitas hominibus propositas audimus: actiuam, ad quam pertinet: Non occides, & cætera legis mandata: & contemplatiuã, ad quam pertinet: Si vis perfectus esse. Actiua, ad legem pertinet: Contemplatiua ad euangelium, quia sicut vetus nouum præcessit testamentum: ita bona actio præcedit contemplationem. AVG. contra Faustum: Nec tamen illi soli, qui vt sint perfecti vendunt, vel dimittunt oia sua, pertinent ad regnum cœlorum, sed huic militiæ Christianæ propter quoddam commercium charitatis, subiungitur etiam quædam stipendiaria multitudo, cui dicetur in fine: Esuriui, & dedistis mihi manducare, quod abśt, vt istos a mandatis euangelicis alienos a vita æterna separandos iudicemus. H HIER. contra Vigilantiũ: Quod aũt Vigilantius asserit eos me lius facere qui vtantur rebus suis, & paulatim fructus possessionũ pauperibus diuidant, quàm illos qui possessionibus venundatis se mel omnia largiantur: non a me ei, sed a Deo respondebitur. ¶ Si vis esse perfectus, vade & vende. ¶ Iste, quem tu laudas, secundus, aut tertius gradus est, quem & nos recipimus, dummodo sciamus prima secundis, & tertiis præferenda. GENNA. de Ecclesia. Cap.71. dogmatibus: Bonum est enim facultates cum dispensatione pauperibus erogare. melius est pro intentione sequendi Dominum insimul donare, & absolutum sollicitudine egere cum Christo. CHRY. in Homil. Et quia de pecunijs erat sermo, a quibus denudari admonuit: ostendit cp ampliora his retribuet, quanto terra maius est cœlum. & ideo dicit: ¶ Et habebis thesau. in cœ. In thesau. enim copiam, & permanentiam retributionis ostendit. ORI. Si autem omne mandatum in hoc verbo impletur: Diliges proxi I mum tuum sicut teipsum. perfectus autem est qui impleuerit om ne mandatum, quomodo Dñs dicenti adolescenti: Hæc omnia seruaui a iuuentute mea, quasi nondum perfecto dicit. ¶ Si vis perfectus esse. ¶ forte autem quod ait: Diliges proximum tuum, non a Domino positum est, sed ab aliquo additum, quia nec Marcus, nec Lucas hunc locũ exponentes hoc addiderunt. Vel aliter. Scriptum est in euangelio ſm Hebræos, cp cum Dñs dixisset ei: ¶ Va. & ven. omni- quæ ha. ¶ cœpit dies scalpere caput suum, & nõ placuit ei Et di. ad eum do. Quõ di. se. le. & Prophe. qm, scri. est in lege: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et ecce multi fratres tui filij Abrahæ, amicti sunt stercore morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Volens ergo Dñs arguere diuitem illum, dicit: ¶ Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. ¶ Sic. n. apparebit si diligis proximum tuum sicut teipsum. Sed si perfect? K est qui habet omnes virtutes, quomodo fit perfectus qui vendit omnia sua, & pauperibus dat? Ponamus enim aliquem hoc fecisse: quomodo statim erit sine ira, sine concupiscentia, suscipiẽs omnes virtutes, & deponens malitiã vniuersam? Sapienti ergo videbitur forsan dicere, qm qui pauperibus tradidit bona sua ipsorum orationibus adiuuatur, accipiens ad suam spiritualem inopiam illorũ spiritualem abundantiam, & sit hoc modo perfectus, quàmuis aliquas humanas habuerit passiones, aut ita ille qui mutauit pro diuitiis paupertatem, vt fiat perfectus credens sermonibus Christi, adiuuabitur, vt sapiẽs fiat in Christo, iustus & castus, & absque oi omni passione, non tñ sic, vt in ipso tpe quo tradidit bona sua pauperibus, fiat oino perfectus, sed ex illo die incipiet speculatio Dei adducere eum ad oẽs virtutes. Aliter aũt ad expositionem moralem transibit, dicens substantiam esse vniuscuiusque actus animę eius. Imperat ergo Christus vendere omnem substantiam malam, & quasi tradere eam virtutibus operantibus eam, quæ ab omni bono pauperes sunt. Sicut enim pax Apostolorũ reuertitur ad ipsos, p nisi fuerit filius pacis, sic vniuersa peccata reuertuntur ad actores eorum, cum non fuerit quis vtens malis eorum, & sic neque dubitatio erit, quin statim erit perfectus, qui sic uendidit omnes proprias facultates. Manifestum est autem, quòd qui talia agit non habet thesaurum in cœlo, & ipse factus cœlestis. In suo enim cælo habebit thesaurũ gloriæ Dei, & diuitias in omni sapientia Dei. Talis autem poterit sequi Christum, quia non distrahitur ab aliqua mala possessione, quo minꝰ Christum sequatur. HIERO. Multi etiam diuitias relinquentes, Dñm non sequuntur, nec ad perfectionem sufficit, nisi post contemptas diuitias Saluatorem sequantur, idest relictis malis, faciant bona. Facilius enim sacculus contemnitur, quàm voluntas. Et ideo sequitur. Et veni sequere me. Sequitur enim Dñm qui imitator est ei, & per vestigia illius graditur. Sequit: ¶ Cũ aũt audisset adolescens uerba hæc, abiit tristis. Hæc est tristitia quæ ducit ad mortẽ. Causaque tristitiæ redditur: Erat enim habens multas possessiones. i. spinas, & tribulos qui sementẽ dominicã suffocauerunt. CHRY. Non enim similiter detinentur qui pauca habent, & qui multis abundant, quoniam abiectio diuitiarum maiorem accendit flammam, & uiolentior fit cupido. AVG. in Epistola ad Paulum, & Theraſiam: Nescio autem, quomodo cum superflua terrena diligũtur, artius adepta, quàm concupita constringunt. nam unde iuuenis iste tristis discesserit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud est enim iam nolle incorporare, quæ desunt: aliud iam incorporata di uellere. Illa enim uelut extranea repudiantur: ista uelut membra præciduntur. Secundum historiam autem, iste adolescens laudabi lis quidem est, quia non occidit, non adulteratus est, uituperabilis autem, quia contristatus est in verbis Christi uocantibus eum ad perfectionem. Adolescens quippe erat secundum animam, & propterea relinquens Christum abiit.

f ¶ GLO. Occasione huius auari de quo prædictum est, habuit sermonem Dñs de auaro. unde dicitur. ¶ Iesus autem dixit discipu Hom.64 lis suis: Amen dico uobis. ¶ CHRY. Quod quidem dixit non de pecuniis quidem detrahens, sed eis qui detinentur ab ipsis. Et discipulos pauperes existentes non uerecundari ob inopiam. HILA. Habere enim diuitias criminis non est, sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo cõcandum est necesitatibus sanctorum, si communicanda materia non relinquitur? RABA. Sed inter pecunias habere, & pecunias amare nonnulla distantia est, rutius autem est, nec habere, nec amare diuitias. RABA. Vnde Dominus in Marco exponens huius loci sensum: difficile est confidentibus in diuitiis intrare in regnum cęlorum. illi enim in diuitiis confidunt, qui omnem suam spem in diuitiis collocant. HIERO. Quia uero diuitiæ habitę difficile contemnuntur, non dixit, quòd impossibile est diuitem intrare in regnum cęlorum, sed difficile, ubi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. HILA. Periculosa enim cura est uelle ditescere, & graue onus innocentia subiit incrementis opum occupata. Rem enim sæculi famulatus Dei non sine sæculi uitiis affequetur: hinc difficile est diuitem regnum cęlorum adire. CHRYSOSTOMVS in Homil. Quia uero dixerat, difficile diuitem intrare in regnum, procedit ad ostendendum quòd est impossibile. unde sequitur. Et iterum dico uobis, facilꝰ est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum. HIERO. Secundum hoc nullus diuitum saluus erit. Sed si legamus Esaiam, qũo Cameli madiãn, & Ephã ueniant ad Hierusalem cum donis atque muneribus, & qui quondã curui erant, & uitiorum grauitate distorti ingrediantur portas Hierusalem, uidebimus quomodo & isti Cameli, quibus diuites comparantur, cum deposuerint grauem sarcinam peccatorum, & totius corporis prauitatem, intrare pñt per angustam & arctã uiã, quæ ducit ad uitam. CHRY, super Mat. Gentium etiam animę assimilate sunt tortuosis Camelis, in quibꝰ erat gibbus idolatriæ, qm cognitio Dei eretio est animarum. Acus aũt est filius Dei, cui prima pars subtilis est secundum diuinitatem, alia uero crassior secũdum incarnationem eius. Tota autem recta est, & nullã habet deflexionem, p cuius vulnus passionis gentes ingressæ sunt in uitam æternam. hac acu consuta est immortalitatis tunica. ipsa est acus quæ spiritui consuit carnem. hæc acus Iudaicum populum iunxit & Gentium. hæc acus amicitiam angelorum, & hominum copulauit. Facilius est ergo gentiles transire per foramen acꝰ, quàm diuites Iudæos intrare in regnum cęlorum. Si enim gentes cum tanto labore diuelluntur ab irrationabilibus Idolorum culturis, quanto magis Iudæi diuelluntur a rationabilibus Dei culturis?

Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis: Facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis

culturis? GLO. Aliter dicitur: Quia hierosolymis, quædam porta erat, quæ foramen acus dicebatur per quam camelus, nisi deposito onere, & flexis genibus transire non poterat, per quod significatur, diuites non posse transire viam artam, quæ ducit ad vitam, nisi sordibus peccatorum, & diuitijs depositis, saltem non amando. GREG. 35. Mora. Vel nomine diuitis quemlibet elatum, cameli appellatione propriam cõdescensionem significat. Camelus autem per foramen acus trãsit, cum redemptor noster vsque ad susceptionem mortis, per angustias passionis intrauit, quæ passio velut acus extitit, quia dolore corpus pupugit. Facilius autem camelus foramen acus, quàm diues regnum cælorum ingreditur, quia nisi ipse prius per passionem suã formam nobis humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem ipsius superba nostra rigiditas inclinaret. CHRY. in Homi. Discipuli autem inopes existentes turbantur, pro salute aliorum dolentes, & doctorum iam uiscera assumentes. vnde sequitur: ¶ Audientes autem discipuli, mirabantur dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? AVGVST. de Quæstio. euangel. Cum autem pauci sint diuites in comparatione multitudinis paupeꝛum, intelligendum est, quòd omnes qui diuitias cupiunt in diuitum numero haberi discipuli animaduerterunt. CHRY. in Hom. Dei autem opus hoc esse consequenter ostendit, quoniam multa opus est gratia, vt homo in diuitijs dirigatur. vnde sequitur: Aspiciens autem Iesus dixit eis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Per C hoc quod dicit Aspiciens, significat Euangelista, quòd mansueto oculo timidam eorum mentem mitigauit. REMI. Non autem hoc sic intelligendum est, quòd possibile sit apud Deum, quòd diues cupidus auarus & superbus intret in regnum cælorum: sed vt conuertatur & sic intret. CHRY. in Hom. Neque etiam hoc ideo dicitur, vt resupinus iaceas, & sicut ab impossibilibus abstineas, sed magnitudinem iustitiæ considerans insilias, Deum rogans.

Tract. 9. g ¶ ORIGE. Audiuerat Petrus verbum Christi dicentis: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes. Deinde consideraꝛat adolescentem, cum tristitia abeuntem, & difficultatem diuitum ingrediendi in regnum cælorum: ideo quasi qui non facilem rem consummauerat inducaliter quæsiuit. Etsi enim minima cum fratre reliquit: sed non minima æstimata sunt apud Deum, considerantem, quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa mi- D nima reliqueruntꝰ vt etiam si multas habuissent possessiones, omnia reliquissent. Et puto, quòd magis Petrus confidens de affectu suo quàm de ipsa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interHom6.5. rogauit. vnde dicitur ¶ Tunc respondens Petrus dixit ei, ecce nos reliquimus omnia. ¶ CHRYSO. in Hom. Qualia omnia o beate Petre? arundinem, rhete, nauigium. Omnia quid em hæc dicit, non propter munificentiam, sed vt per interrogationem hãc inopem inducat plebem. quia enim dominus dixerat: Si vis perfectus esse, ne dicat aliquis inopum: Quid igitur si non habuero, nõ possum esse perfectus? Interrogat Petrus, vt tu inops discas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim claues regni cælorum acceperat, pro his quæ ibi sunt iam confidit, & pro orbe terrarum vniuersa interrogat. Intuere autem, & qualiter respondet diligenter sicut Christus inq fuit: etenim Christus duo a diuite expetijt, dare pauperibus q habebat & sequi se, pp hoc ipse addit: ¶ Et secuti sumus te. ORIG. Potest dici ſm omnia, quæ pater reue- E lauit Petro esse filium suum, secuti sumus te, iustitiam, sanctificationem & huiusmodi. Propter hoc quasi victor athleta interrogat, quæ sint præmia certaminis. HIER. Quia ergo non sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. fecimus quidem quod iussisti, quid ergo nobis dabis præmij? & hoc est quod dicitur: ¶ Quid ergo erit nobis? ¶ Sequitur: ¶ Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me. ¶ HIERO. Non dixit: Qui reliquistis omnia. Hoc enim & Socrates fecit philosophus, & multi alij diuitias contempserunt. Sed qui secuti estis me, quod proprie Apostolorum est atque credentium. HILAR. Secuti sunt quidem discipuli Christum in regeneratione, i. in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione. hæc. n. illa regeneratio est quam Apostoli sunt secuti, quam lex indulgere non potuit. HIERONY. Vel aliter debet construi: Vos qui secuti estis me, sedebitis in regeneratione, idest quando mortui ex corruptione resurgent incorrupti, sedebitis & vos in solijs iudicantium, condemnantes. 12. tribus Israel, quia vobis credentiCap.5. bus illi credere noluerunt. AVGVST. 20. de Ciui. Dei: Sic. n.

ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.

g Tunc respondens Petrus dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliB CHRY. in Hom. Propter autem hoc non dixit: Et gentes & orbem terrarum, sed tribus Israel, quia in eisdem erant educati, & legibus & cõsuetudinibus Apostoli & Iudæi. Cum ergo dixerint Iudæi, quoniam propter hoc non potuimus credere Christo, quia lex prohibuit, discipuli in medium inducerentur, qui eandem susceperunt legem. Sed dicet aliquis: Quid magnum promisit eis, si id quod Niniuitæ habẽt, & regina Austri, hoc & ipsi habebũt? Maxima quidem alia præmia ante & post eis promittit: sed & hic occulte insinuat aliquid plus illis. De illis enim simpliciter dixit, qꝰ surgent & condemnabunt generationem hãc, de his autem: Cum sederit filius hominis, sedebitis & vos. Manifestum est ergo, quòd conregnabũt & communicabunt in gloria illa, honorem enim & gloriam ineffabilem significauit per thronos. Qualiter autẽ hæc promissio completa est: numquid enim & Iudas sedebit? nequaq. Lex enim a Domino posita est per Hieremiã prophetam, loquar super gentem & regnum, vt ædificem & plantem illud: sed si fecerit malum in conspectu meo, pœnitebo & ego de bonis quæ locutus sum, vt facerem eis, quasi dicat. Si indignos seipsos promissione faciant, non adhuc faciam quod promisi. Indignum autem seipsum principatu Iudas ostendit, & propter hoc tunc loquens discipulis, non simpliciter eis promisit. neque enim dixit: Vos sedebitis, sed adiunxit. Qui secuti estis me, vt & hinc Iudam excludat, & eos qui postea futuri erant attraheret. non enim ad illos solos dictum est, neque ad Iudam iam indignum effectum. HILAR. Sequela ergo Christi Apostolos super 12. thronos iudicandos 12. tribus Israel, in 12. Patriarcharum gloriam copulauit. AVGV. Cap.5. 20. de Ciuitate Dei: Ex hoc enim loco discimus, cum suis discipulis iudicaturum Iesum. vnde & alibi Iudæis dicit: Ideo iudices vestri erunt. nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, 12. solos homines. cum ipso iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero vniuersa quædam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarij quo significatur plerumque vniuersitas, quæ duę partes, idest tres & quatuor per altera multiplicatę. 12. faciũt, alioquin quoniam in locum Iudæ traditoris, Apostolum Matthiam legimus ordinatum. Apostolus Paulus, qui plus illis omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat non habebit, qui profecto cum alijs sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit: Nescitis, quia Angelos iudicabimus? AVG. in lib. de Pœnitentia: In hoc ergo numero iudicantium omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua Cap.30. omnia dimiserunt, & secuti sunt Dominum. GREGO. 10. Mora. Quisquis enim stimulo diuini amoris excitatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciarię potestatis obtinebit, vt simul tunc iudex, cum iudice veniat, qui nunc considera Cap.5. tione iudicij sese spontanea paupertate castigat. AVG. 20. de Ciuitate Dei: De ipsis quoque iudicandis, in hoc numero duodenario, similis causa est. non enim quia dictum est: Iudicantes duodecim tribus Israel, tribus leui quæ tredecim est, ab eis iudicanda non erit, aut solum illum populum, non etiam gentes cæteras iudicabunt. CHRY. super Matthæ. Vel per hoc quod dicit: In regeneratione. præmittit Christus tempus Christianitatis futurũ post ascensionem suam, quando. s. homines regenerantur per baptismum. & illud est tempus, quando Christus sedet in sede maiestatis suæ. Et vide, quia non de tempore futuri iudicij dicit, sed de vocatione gentium vniuersarum. non enim dixit: Cum venerit filius hominis sedens super sedem maiestatis suæ, sed in regeneratione cum sederit in sede maiestatis suæ. Quod ex tunc fuit, ex quo gentes credere cæperunt in Christum, secũdum illud Psalmi: Regnabit dominus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Et extunc Apostoli sederunt super duodecim thronos, i. in omnibus Christianis. omnis enim Christianus, qui suscipit verbum Petri, thronus sit Petri, & sic de alijs Apostolis. sedent ergo Apostoli in his thronis, i. in duodecim partes distinctis, secundum differentias animarum & diuersitates cordium, quas solus Deus cognoscit. Sicut enim Iudæorum populus, in duodecim tribus fuit

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit diuisus, sic & vniuersus populus Christianus diuidit in duodecim tribus, vt quædam animæ sint de tribu Rubē, & sic de alijs, propter diuersas virtutes. Non enim omnes gratiæ in omnibus æqualiter sunt, sed vnus præcedit in ista, alius in illa. Et sic Apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, idest omnes Iudæos, p hoc quòd verbum Apostolorum est a gē tibus receptum. Omnes autem Christiani sunt quidem duodecim sedes Apostolorum, sed vna sedes Christi. Christi eni omnes virtutes sunt quasi vna sedes, quia in omni virtute æqualiter ipse solus perfectus est. vnusquisq; G et Apostolorum in aliquo bono speciali sit perfectior, vt Petrus in fide: & ideo Petrus requiescit in fide, Ioannes in innocentia, & sic de alijs, & quòd de retributione Apostolis in hoc mundo danda Christus loquatur, demonstrat quod sequit, {Et om. qui reli. do. vel fra. Si enim in hoc sæculo centuplum recipiunt, sine dubio & Apostolorum etiam in hoc sæculo merces futura promittebatur. CHRYSO. in Hom. Vel discipulis promittit futura, quia excelsiores erant iam, & nihil præsentium quærebant, alijs autem quæ sunt hic repromittit. ORIGEN. Vel aliter: Siquis reliquerit omnia, & secutus fuerit Christum, quæ promissa sunt Petro, & ipse recipiet. Si autem non omnia reliq̄t, sed quædam q̄ specialiter referuntur, hic multiplicia recipiet, & vitam possidebit æternam. HIERO. Ex occasione autem huius sententiæ, quidam introducunt mille annos post resurrectionem, dicentes: Tunc nobis centuplum omnium rerum quas dimisimus, & vitam æternam esse reddendam, quòd si in cæteris digna sit promissio, in vxoribus appareat turpitudo, vt qui vnam p domino dimiserit, centum recipiat in futuro. Sensus igitur isse est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ cōparatione & merito sui, quasi paruo numero centenarius numerus cōparetur. ORI. Sed in hoc sæculo, quia pro fratribus carnalibus, multos inueniet fratres secundum fidem, sic & parentes, omnes Episcopos & Presbyteros & filios, omnes ætatem filiorum habentes. Sunt autem & angeli fratres & sorores omnes, quæ exhibuerunt se Christo virgines castas, tam istæ, quæ nunc habentur in terris, quàm ille quæ iam viuunt in cælis. Agros autem, & domos multiplices intellige in requie paradisi & ciuitate Dei: super hæc autem omnia possidebunt vitam æternam. AVG. 20. de Ciuitate Dei. hoc etiam quod hic dicitur: Cētuplum accipiet, exponens quodammodo Apostolus ait, Quasi nihil habentes & omnia possidentes. Centum enim, pro ipsa vniuersitate ponuntur aliquando. HIERONYMVS. quod autem dicit. {Et omnis qui reli. fra. congruit illi sententiæ qua dixerat: Veni separare hominem a patre suo. Qui enim propter fidem Christi ad prædicationem Euangelij omnes affectus contemp̄serint, atque diuitias & sæculi voluptates, isti centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt. CHRYSOSTO. in Hom. Cum autem dicit: Qui reli. vxorem. non hoc ait, vt simpliciter nuptiæ diuellantur, sed vt omnibus præferamus fidei pietatem. Videtur autem mihi, & persecutionis tempus occulte insinuare. quia enim multi futuri erant. filios ad impietatem trahentes, cum hoc acciderit, ne que pro patribus neque pro viris habeantur. RABA. Verum, quia multi virtutum studia, non eadem qua incipiunt intentione pietatis consummant, sed vel tepescunt vel accelerare labuntur. Sequitur: {Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi} ORIGE. Per hoc exhortatur eos, qui nuper accedunt ad verbum diuinum, vt festinent ad perfectum ascendere præmultis, qui videntur senuisse in fide. Potest etiam hic sensus destruere eos qui gloriantur, eo quòd Christianis parentibus, sunt enutriti in ipsa Christianitate, neque pusillanimes fiant, quòd Christianitatis dogmata nouissime receperint. Habet etiam alium intellectum, vt sint primi Israelitæ, qui facti sunt nouissimi, pter infidelitatem, Gētes autem nouissimæ, primi. Caute autem dicit: Multi. Non enim omnes primi, erūt nouissimi, nec omnes nouissimi, primi. Adhuc autem multi hominum, qui natura nouissimi sunt efficiuntur per vitam angelicam quibusdam angelis superiores, & quidam angeli qui fuerunt primi, facti sunt nouissimi propter culpam. REMIGIVS. Potest etiam specialiter referri ad tristitiam diuitis, qui primus videbatur, legis præcepta implendo, sed quia terrenā substantiā prætulit Deo, nouissimus factus est. Scti vero Apli nouissimi videbantur, sed relinquendo oia per humilitatis gratiam, facti sunt primi. Sunt etiam plurimi, qui post studia bonorum operum a bonis operibus deficiunt, & cum fuerint primi, fiunt nouissimi.

querit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem aut vxores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Cap.7.

CAP. XX.

REMIGIVS. Quia dixerat dominus: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, vt hanc sententiā confirmaret, subiunxit similitudinem dicens: {Simile est regnum cælorum homini patrifamilias. CHRY. super Matth. Homo paterfamilias Christus est, cui cæli & terra, quasi vna est domꝰ. Familia autem cælestium & terrestrium, & inferiorum creaturarum, Vinea autem eius iustitia est, i qua diuersæ species iustitiarum positæ sunt quasi vites: puta mansuetudo, castitas, patientia, cætreq; virtutes, quæ omnes generaliter iustitia appellantur, homines autem vineę cultores ponuntur. vnde dicitur: {Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.} Deus enim iustitiam suam dedit in sensibus nostris, non propter suam vtilitatem, sed propter nostram. Scitote ergo, quia mercenarij sumus conducti. Sicut ergo nemo ideo conducit mercenarium, vt hoc solum faciat quòd manducat, sic & nos, non ideo vocati sumus a Christo, vt hæc solum operemur quæ ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam Dei, & sicut mercenarius prius aspicit opus suum, deinde quotidianum cibū, sic & nos primū debemus aspicere, quæ ad gloriam Dei pertinent, deinde q̄ ad nostram vtilitatem. Et sicut mercenarius totam diem circa domini opus impendit, vnam autem horam circa suum cibum, sic & nos omne tempus vitę nostræ debemus impendere circa gloriā Dei, modicam autem partem circa vsus nostros terrenos. Et sicut mercenarius ea die, qua opus nō fecerit, erubescit intrare in domum & petere panem, quomodo tu non confunderis intrare in Ecclesiam, & stare ante conspectum Dei, quando nihil bonum in conspectu Dei gessisti? GREGO. in Hom. Vel paterfamilias, Ho.euā.19. idest conditor noster habet vineam, vniuersam, scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto, vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Ad eruditēdam autem dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere, quia & priꝰ per patres, & postmodum per legis doctores, deinde per Prophetas, ad extremum vero per Apostolos, quasi per operarios in vineę cultum laborauit. quāmuis in quolibet modulo vel mēsura quisquis cum fide recta bonæ actionis extitit, huius vineę operarius fuit. ORIGE. Totum autem hoc sæculum præsens, vnum diē Tract. 10. dicere possumus, magnum quidem, quantum ad nos, modicum autem, quantum ad Dei vitam. GREGO. in Hom. Mane autem Ho.euā.19. mundi fuit ætas ab Adam vsque ad Noe. Et ideo dr: Quòd exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, & modum cōductionis subiungit dicens: {Conuentione autem facta cum operarijs ex dena. diurno.} ORIG. Salutis autem arbitror nomē esse denarium. REMIG. Denarius enim dicitur, qui antiquitus pro 10. nummis imputabatur, & figuram Regis habet. Recte ergo per denarium designatur obseruati decalogi præmium. pulchre ergo dicit: Conuentione facta ex denar. diur. quia vnusquisque in agro sanctæ Ecclesiæ, pro spe futuræ remunerationis laborat. GREG. Tertia vero hora a Noe fuit vsque ad Abraham, Ibid. de qua dicitur: {Et egressus circa horam tertiam vidit alios in foro stantes ociosos.} ORIGE. Forum autem est, quicquid est extra vineā, idest extra Ecclesiam Christi. CHRY. super Matt. In hoc enim mundo vendendo & emendo viuunt homines, & in uicem sibi fraudem facientes, vitam suam sustentant. GREG. Qui autem sibi viuit, qui carnis suæ voluptatibus pascitur, recte ociosus arguitur, quia fructū diuini operis non sectatur. CHRY. super Matth. Vel ociosi sunt peccatores, illi enim mortui dicuntur. ociosus autem est, qui opus Dei non operatur. Vis ergo non esse ociosus? non aliena tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea Domini, misericordiæ vitem colens. Sequitur: {Et dixit illis: Ite & vos in vineam meā.} Nota, quòd solis primis conuenit specialiter dare denarium. alios autem sub incerto pacto conduxit dicens: Quod iustum fuerit dabo vobis. Sciens enim dominus, quia præuaricaturus fuerat Adam, & omnes postmodum in diluuio erant periturī, certum fecit pactum ad eum, neq̄n dicat ideo se neglexisse iustitiam, quia nesciebat, quæ præmia fuerat recepturus. Istis autem non fecit pactum, quia tantum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere non sperabant. ORIG. Vel operarios tertię horę, non inuitauit ad totum opus, quicquid autem poterunt operari, suo arbitrio seruauit. Poterant enim æquale opus facere in vinea eis, qui ex mane sunt operati, quicumque in tempore breui, volebant operantem virtutem ad opus extendere, quæ ante non fuerat operata. GREGOR. Sexta quoq; hora

CAPVT XX.

SImile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonā horam, & fecit similiter. Circa B vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vi-

Homi 61.

hora, est ab Abraham vsque ad Moysen. Nona est a Moyse vsque A ad aduētum domini. vnde sequitur: {Iterum autem exijt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. CHRY. super Matth. Ideo autem coniugit sextam & nonam, quia in sexta & nona generationem vocauit Iudæorum, & frequentauit cum hominibus disponere testamenta quasi diffinitio salutis omni tempore iam appropinquante. GREGO. Vndecima vero hora est ab aduentu domini, vsq; ad finem mundi. Operator ergo mane, hora tertia, sexta & nona, antiquus ille & Hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deum studuit colere, quasi non destitit in vineę cultura laborare, ad vndecima vero gentiles vocantur. vnde sequitur: {Circa vndecimā vero exijt, & inuenit alios stantes, & dixit illis: Quid hic statis tota die ociosi?} Qui enim transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die ociosi stabant: sed pensate, quid inquisiti respondeat. Sequitur enim: {Dicunt ei, quia nemo nos conduxit.} Nullus quippe ad eos Patriarcha, nullus Propheta ad eos venerat. & quid est dicere: Nemo nos conduxit, nisi vitę nobis nemo viam prædicauit? CHRY. super Matthæ. C Quæ est enim conductio nostra, & conductionis merces? promissio vitæ æternæ: Gētes enim sole, neque Deum sciebant, neq; Dei promissa. HILAR. Hi igitur mittuntur ad vineam. vnde sequitur: Dixit eis: {Ite & vos in vineam.} RAB. Postquàm auditum operis diurni ratio reddita est, ad remunerationis tempus optimum dicit: {Cum aūt sero factum esset,} hoc est cum dies toportunum dicit: {Cum aūt sero factum esset,} hoc est cum dies tius mundi ad vesperam consummationis inclinata esset. CHRYSO. super Matthæ. Considera quia sero, non alio mane mercedem reddit: ergo adhuc stante sæculo isto iudicium est futurum, & vnicuique merces sua reddenda. & hoc propter duas rationes. Prima est, quia ipsa beatitudo futura est merces iusticiæ: ideo non in illo sæculo fit iudicium, sed ante illud. Deinde ante aduentum diei illius præmittitur iudicium: ne videant peccatores diei illius beatitudinem. Sequitur: {Dicit dominus procuratori suo}, i. filius Spiritui sancto. GLO. Vel si volueris, dicit pater filio, qui. f. Pater operatur per Filium, & filius per Spiritum- D sanctum, non propter aliquā differentiā substantiæ aut dignitatis. ORIG. Vel dicit dominus procuratori suo, idest alicui angelorum, qui super mercedes retribuendas est positus, siue alicui ex multis procuratoribus, secundum quòd scriptum est: Sub curatoribus & tutoribus esse hæredem in tempore quo paruulus est. REMI. Vel dominus Iesus Christus, ipse est paterfamilias & vineę procurator, sicut & ipse est & ostium & ostiarius. Ipse enim est venturus ad iudicium, vt vnicuique reddat, secundum quòd gessit. Vocat ergo operarios, & reddit illis mercedem, quando omnes congregabuntur in iudicio, vt vnusquisque accipiat secūdum opera sua. ORIG. Primi autem operarij testimonium habentes, per fidem non acceperunt Dei promissionem, pro nobis aliqd melius prospiciente patrefamilias, vt non sine nobis perficiantur. Et quia misericordiam consecuti sumus, primi mercedem speramus accipere, qui sumus Christi, post nos autem, qui ante nos operati sunt. & ideo dicitur: {Voca operarios & redde illis mercedem E suam, incipiens a nouissimis vsque ad primos. CHRY. super Matthæ. Semper enim libentius aliquid damus illis, quibus gratis donamus, quia pro solo nostro honore donamus: Ergo omnibus sanctis Deus reddens mercedem, iustus ostenditur, gentibus autem dans, misericors, dicente Apostolo: Gentes autem super misericordiam honorare Deum. & ideo dicitur: Incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Aut certe vt ondat Deus inæstimabilē misericordiam suam, primum nouissimis, & indigniorib⁹ reddit mercedem, postea primis. nimia enim misericordia ordinem nō aspexit. AVG. Cap.24. de Spiritu & litera: Vel ideo velut priores reperiuntur minores, quia minores ditati sunt. Sequitur: {Cum venissent autem, qui circa vndecimam horam venerant} GREG. Eundem denarium Hom6.61. accipiunt, qui laborauerunt ad vndecimam (quem expectauerunt toto desiderio) & qui laborauerunt ad primam, quia æqualē vitæ æternæ retributionē sortiti sunt cū his qui ab initio mundi vocati fuerant, hi qui in fine mundi ad Deum venerunt. CHRY. su-

per Matth. Non autem iniuste, nam & qui in prima parte sæculi natus est, & non amplius vixit quàm statutū tempus vitæ suæ, & quid illi nocuit, si post illius exitum mundus stetit? & qui circa finem nascuntur non minus viuent quàm dies qui numerati sunt eis. & quid illis prodest ad compendium laboris, si cito mundus finitur, cum pensum vitæ suæ compleant ante mundum? Deinde non est in homine quādo nascatur prius aut postea: sed potestatis diuinæ. Nec ille quidem sibi priorem debet locum defendere, qui prius natꝰ est, nec ille contemptibilior debet esse, qui postea. Sequitur: {Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens vni eorum, dixit: quid est quod dicunt, Portauimus pondus diei & æstus? quia scilicet magna est nobis virtus ad faciendam iustitiam, cognoscere prope esse finem mundi. Vnde & Christus nos armans, dicebat: Ap propinquabit regnum cælorum. {Illis autem infirmatio erat, scire mundi spatia esse longinqua. quāmuis ergo non per omne sæculū vixerint: tamen totius sæculi grauamina pertulisse videntur, aut pondus totius diei dicit onerosa legis mandata, estum autem vrentem erroris tentationem quam conflabant spiritus maligni in eos, ad emulationem gentium eos irritantes, a quibus omnibus gentiles liberi exiterunt Christo credentes, & per compendium gratię ad plenum saluati. GREGO. Vel pondus diei & æstus ferre, Hom. 19. est per longioris vitæ tempora carnis suæ calore fatigari. Sed potest quæri, quomodo murmurare dicti sunt, qui ad regnum vocantur? cælorum etenim regnum nullus qui murmurat accipit, nullus qui accipit murmurare potest. CHRY. in Hom. Non autem oportet ea, quæ in parabolis sunt, secundum totum quod di- Hom. 65. citur inuestigare, sed intentionem, propter quam composita est in telligere, & nihil vltra scrutari. Non ergo inducit hoc, vt ostendat aliquos esse inuidia morsos, sed vt ostendat hos tanto potitos esse honore, quod & inuidiam alijs poterat generare. GRE. Vel Hom. 19. quia antiqui patres vsque ad aduentum Domini, quantumlibet iuste vixerant, ducti ad regnum non sunt, eorum hoc ipsum murmurasse est. Nos autem qui ad vndecimam venimus, post laborem non murmuramus, quia post mediatoris aduentum in hoc mundo venientes, ad regnum ducimur mox vt de corpore eximus. HIERO. Vel omnis retrovocatio gentilibus inuidet, & in euā gelij torquetur gratia. HILA. Et secundum insolentiam populi iam sub Moyse omnis hoc murmur operantium est. Sequitur: {At ille respondens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam.} REMI. Per hunc vnum possunt intelligi omnes, qui ex Iudæis crediderunt, quos amicos propter fidem nominat. CHRY. super Matth. Non autem dolebant quasi defraudati de mercede sua: sed quia illi amplius quàm merebantur, acceperant. Sic enim dolent inuidi, quādo alteri aliquid additur, quasi eis substrahatur. ex quo patet, quòd ex vana gloria nascitur inuidia. Ideo enim dolet esse secundus, quia desiderat esse prior: & ideo inuidiæ motum remouet dicens: {Nōne ex denario conuenisti mecum?} HIERO. Denarius figuram Regis habet. Recepisti ergo merce dem quam tibi promiseram, hoc est imaginem & similitudinem meam, quid quæris amplius? & non tam ipse plus accipere, quàm alium nihil accipere desideras. {Tolle quod tuum est, & vade.} REMIG. Idest, recipe mercedem tuam, & vade in gloriam. Volo autem & huic nouissimo, idest gentili populo dare, secundum meritum, sicut & tibi. ORI. Forsitan autem Adæ dicit: Amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade. Tuum est salus, quod est denarius. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi, non incredibiliter potest quis arbitrari, hunc nouissimum esse Apostolum Paulum, qui vna hora operatus est, & similiter omnes qui ante eum fuerunt AVG. de Sancta Virgi. Quia vero ipsa vita æterna pariter erit Cap. 26. omnibus Sanctis æqualis, denarius omnibus est attributus, qui est omnium merces. quia vero in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorum, multæ mansiones sunt apud patrem. ac in denario quidē impari non viuet alius alio prolixius. in multis aūt mansionibus honoratur alius alio clarius. GREG. Et quia Hom. 19.

ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa regni perceptio eius est bonitas voluntatis, recte subiũgitur: Aut non licet mihi quod volo facere? soluta enim est quæstio hominis contra bonitatem Dei murmurare. Conquerendum quippe esset, non si dat quod non debet, sed si non daret quod deberet. vnde aperte subditur:{ An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum.} REMI.

Amice, nõ facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Per oculũ.n.vult intẽtionẽ intelligi. Iudæi nãq; neq; habuerunt oculum, idest intentionem malam, quia de salute gentium dolebãt. ad quid autem sensus huius paraboleę tendat, manifestat cũ subditur: Sic erunt primi nouissimi & nouissimi primi, eo scilicet, quòd Iudæi de capite vertantur in caudam, & nos de cauda mutamur{in caput.

CHRY. super Matthæ. Aut ideo primos dicit nouissimos, & nouissimos primos, non vt nouissimi digniores sint quàm primi, sed vt cõsequentur, & nulla sit inter eos differentia temporis causa. Quod autem dicit:{ Multi sunt vocati, pauci vero electi.} Non ad superiores sanctos pertinet sed ad gentes, quoniam ex ipsis gentibus, qui multi vocati sunt, pauci sunt eligendi. GREGO. Homil. 19. Ad fidem enim plures veniunt, & ad cæleste regnum pauci perducuntur: plerique enim Deum vocibus sequuntur, moribus fugiũt. Ex hoc ergo duo pensare debemus. Primum est, vt de se quisque minime præsumat, quia etsi iam ad fidem vocatus est, vtrum ad regnum eligendus sit, nescit. Secundum vero est, vt vnusquisque proximum suum quem facere in vitijs conspicit, desperare non audeat, quia diuinæ misericordiæ diuitias ignorat. Vel aliter: Mane nostrum, pueritia est. hora tertia, adolescentia intelligi potest, qa quasi iam Sol in altum proficit, dum calor ætatis crescit. Sexta autem, iuuentus est, quia velut in centro, Sol figitur dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem, senectus intelligitur, i qua velut Sol ab alto axe descendit, quia ætas a calore iuuentutis deficit. Vndecima vero, est ea ætas, quæ decrepita vel veterana vocat. CHRY. in Ho. Quòd autem non omnes simul conduxit, sed alios mane, alios hora tertia, & sic de alijs, ex differentia mentis eorum processit. Tunc enim eos vocauit, quando erant obedituri. nam & latronem vocauit, quando obdituras erat. Si autem dicãt, quia nemo nos conduxit, sicut dictum est, non oportet omnia scrutari, quæ in parabolis sunt. Item, hoc non dicit dominus, sed operarij. quòd ipse enim omnes quantum ad se pertinet a prima ætate vocet, significatur cum dicitur: Exijt primo mane operarios conducere. GREG. Hom. 19. Qui ergo vsque ad vltimam ætatem Deo viuere neglexerunt, vsque ad horam vndecimam ociosi steterunt: & tamen tales paterfamilias vocat, & plerumque ante remunerantur, quia prius ad regnum de corpore exeunt, quàm hi qui modo in pueritia vocati esse videbantur. ORIGE. Non autem dicitur: Quid hic statis tota die ociosi, his qui spiritu insipientes carne consumuntur, si postea regredi volunt, vt iterum spiritu viuant, quod non dicimus dissuadentes, ne ad domum paternam reuertantur lasciui filij, qui viuendo luxuriosè euangelicæ doctrinę substantiam consumpserunt, sed quoniam non similes sunt eis, qui peccauerunt in iuuentute sua, dum non adhuc didicissent quæ fidei erant. CHRY. in Hom. Quòd autem dicit: Erunt primi nouissimi & nouissimi primi. eos occulte insinuat, q a principio claruerunt, & postea virtutem contempserunt, & rursus eos qui a malitia reducti sunt, & multos superexcesserunt. Cõposita est ergo hæc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima K senectute conuertũtur, ne æstimarent se minus aliquid habituros.

Hom. 66. b ¶ CHRY. in Hom. Dominus a Galilæa veniens, non repente Hierosolymam ascendit, sed prius miracula fecit, Pharisæos confutauit, & discipulos de vitæ perfectione, & remuneratione instruxit, nunc iam ascensurus Hierlm, rursus eis de passione loquitur. vnde dicit: { Et ascendens Iesus Hierosolymã assumpsit duo decim discipulos secreto.} ORIG. In duodecim adhuc erat & Iudas. adhuc enim forsitan dignus erat cum alijs seorsum audire quæ passurus erat magister. CHRY. super Matth. Omnis autem salus hominum in Christi morte posita est, nec est aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus, quàm propter mortem ipsius. Ideo 12. Apostolis in secreto mortis suæ annunciauit mysterium: quia semper pręciosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Si autem alij audissent passionem Christi futurã, viri forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiem suæ naturæ, ex qua in tali negocio ad lachrymas excitantur. CHRY. in Hom. Dictum est quidem, & admultos: tamen occulte sicut ibi: Soluite templum hoc. Et signum non dabitur ei nisi signum Ionę prophetæ. Discipulis autem manifeste exposuit dicẽs: { Ecce, ascendimus hierosolymã. CHRY. super Matth. Quod dicit, Ecce constantiæ sermo est, vt memoriã præsentiæ huius in cordibus recondant. Dicit autẽ, Ascendimus. ac si. d. Videte, quia voluntarie vado ad mortem. Cum ergo videritis me in cruce pendentem, ne æstimetis me hominem esse tantum: nam etsi possem mori, hominis est, velle tamen mori, hominis non est. ORI. Hoc igitur considerãtes scire debemus, quoniam frequenter, etiam cognoscentes quoniam & tentationes aliquas subituri sumus, nosipsos offerre debemus, sed supra dictum est. Si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam. sapientis in Christo est, vt cognoscat quale tps exigit declinationem, quale aũt obuiationem periculorum. HIER. Crebro autem de passione sua discipulis dixerat, sed quia multis in medio disputans poterat labi de memoria qđ audierant, iturus hierosolymam, & secum ducturus Apostolos, ad tentationem eos parat, ne cum veniat persecutio, & crucis ignominia scandalizentur. CHRYSO. super Matth. Tribulatio enim cum superuenerit expectantibus nobis, leuior inuenitur, quàm esset futura, si repentina venisset. CHRY. in Ho. Prædicit etiam eis, vt discant quoniam præscius ad passionem venit & volens, sed a principio quidem mortem prædixit eis solam, quando autem exercitati sunt adducit alia. s. quoniam tradent eum gẽtibus. RABA. Tradidit enim Iudas Dominum Iudæis, & ipsi tradiderunt eum gentibus, idest Pilato & potestati Romanorum. Ideo autem Dominus in mundo noluit prosperari sed grauia pati, vt ostenderet nobis, qui pdelectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus. vnde sequitur:{ Ad illu. & sta. & crucifigendum. AVG. 18. de Ciuitate Dei: Passione ostendit, quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in Trinitate debeamus. vnde dicit:{ Et tertia die resurget. CHRY. in Hom. Quæ quidem huius gratia dixit, vt cum tristitia viderint, resurrectionem expectarent. vnde subdit: Et tertia die resurget. AVG. 4. de Ciui. Dei: Vna enim mors. s. Saluatoris secũdum corpus duabus mortibus nostris saluti fuit. s. animæ & corporis, & vna eius resurrectio duas nobis resurrectiones præstitit. Hæc autem ratio simpli ad duplum, oritur quidem a ternario numero, vnum quippe & duo, tria sunt. ORIG. Hic autem non referuntur discipuli dixisse aut fecisse aliquid, cum audissent tristia hæc Christo futura, recordantes quæ dominus dixit ad Petrum, ne audiant talia vel peiora. & nunc quidem qui diuinas literas scire se arbitrantur scribę, condemnãt Iesum morte, & in linguis suis flagellant, & crucifigunt eum per hoc, quòd tollere volunt doctrinam ipsius. Ille autem paululum deficiens. surgit apparens his, qui acceperunt posse videre.

c ¶ HIERONY. Quia post omnia dixerat Dominus: Et tertia die resurget, putauit mulier post resurrectionem illico regnaturum, & auiditate fœminea præsentia cupit, immemor futurorum. vnde dicitur:{ Tunc accessit ad eum mater fili. Zebe. cum filiis suis. CHRY. super Matthæ. Hæc mater filiorum Zebedæi est Salome, cuius apud alterum Euangelistam ponitur nomen vere pacifica, quæ vere filios genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur, quia non solum filij reliquerunt patrem: sed ipsa reliquerat virum suum, & secuta fuerat Christum, quia ille sine ista viuere poterat: ista autem sine Christo salua esse non poterat, nisi forte quis dicat, quia infra tempus vocationis Apostolorum, & passionis Christi mortuus est Zebedæus, & sic illa sexu fragilis ætate defecta, Christi vestigia sequebatur. quia fides nũquàm senescit, & religio fatigationem non sentit. Audacem autem fecerat eam ad petendum naturę affectus. vnde dicitur:{ Adorãs & petens aliquid ab eo.} idest reuerentia exhibita petit, vt quod petierit sibi deț. Sequitur:{ Qui dixit ei, quid vis?} Non interrogat quasi nescíens, sed vt illa exponente manifestum faceret irrationabilem esse petitionem. vnde subditur: Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij. AVG. de Con. euan. Quòd autem hic per matrem dictum esse Matthæus expressit, Marcus ipsos filios Zebedæi perhibet dixisse, cum illa illorum voluntatem attulisset ad Dominum: vnde magis ipsos quàm illam dixisse, quod dictum est, Marcus breuiter intimauit. CHRY. in Hom. Videbant enim seipsos honoratos præ alijs & audierant, quòd super 12. thronos sedebitis. vnde primatum ipsius cathedręq; petebant accipere. Et quòd quidem plus alijs honoris, apud Christum habebant nouerant, timebant vero Petrum sibi præferri. vnde & alius Euangelista dicit, quòd quia prope erant Hierusalem, putabant quòd regnum Dei esset in ianuis, idest aliquid sensibile. Vnde manifestum est, quòd nihil spiritale petebant, nec intelligentiam superioris regni habebant. ORI. Si enim in regno mũdiali in honore esse videntur, qui sedent cum rege, non fuit mirum si mulier muliebri simplicitate, vel imperitia talia se debere petere æstimauit, & ipsi fratres adhuc imperfecti, & nihil altius cogitantes de regno Christi talia arbitrati sunt de his, qui sedebunt cum Iesu. CHRY. super Matth. Vel aliter: Non dicimus, quòd recte peteret hæc mulier: sed hoc dicimus, quia non terrena, sed cælestia filijs suis optabat. non enim sentit sicut cæterę matres, quæ corporalium suorum amant, animas autem contemnunt, desiderant illos valere in sæculo isto, & non curant quid sint passuri in illo, vt ostendant, quia corporum sunt parentes, non animarum. Æstimo autem, quòd hi fratres cum audissent dominum de passione ac resurrectione sua prophetantem, cæperunt dicere intra se, cum essent fideles: Ecce rex cælestis descendit ad regna tartarea, vt regem mortis destruat. Cum autem victoria fuerit consummata, quid aliud restat, nisi vt regni gloria subsequatur? ORIGEN. Destructo enim peccato, quod regnabat in corporibus mortalibus hominum, & omni principatu malignarum virtutum, eminentiã Christi in hominibus, Christum recipit, quod est ipsum sedere in sede gloriæ sux: quòd autem omnia Deus facit ad dextram & sinistram, hoc est vt iam nullum malum sit ante eum, & qui quidem præcellunt præ cæteris appropinquantibus Christo, sunt a dextris eius, qui autem inferiores sunt, a sinistris sunt eius. Dextram aũt Christi, vide ti potes intelligere inuisibilem creaturã, sinistrã autem visibilem & corporalem. Appropinquantium enim Christo, quidam dextram sortiuntur vt intelligibilia, alij sinistram vt sensibilia. CHRYSO. super Matth. Qui autem seipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatem non donabit? Petentis negligentia reprehenditur, vbi de dantis misericordia dubitatur Si nos rogamus magistrum, forsitan cęterorum fratrum corda concutimus: Etsi enim vinci a carne non possunt quasi iam spiritales: tamen perduci possunt quasi adhuc carnales. ergo submittamus matrem nostram, vt suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim reprehensibilis inuenta fuerit, facile merebitur veniam, ipse enim sexus excusat errorem. Si aũt nõ fuerit importuna facilius impetrabit mater pro filijs suis rogans. Ipse enim dominus, qui maternos animos filiorum miserationę implenit, facilius audiet maternum affectum. tunc dominus occultorum cognitor nõ ad verba intercedentis mulieris respondit, sed ad consilia suggerẽtium filiorum. Bonum quidem erat eorum desiderium, sed inconsiderata petitio. ideo etsi impetrare non debebant, simplicitas tamen petitionis eorum confundi non merebatur, quia de amore domini talis petitio nascebatur, propterea solam ignorantiam in eis dominus reprehendit. vnde sequitur:{ Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis. HIERO. Nec mirum si ista arguatur imperitiæ, cum & de Petro dicatur: Nesciens quid diceret. CHRYSO. super Matth. Nam frequenter dominus patitur discipulos suos aliquid, non recte aut dicere, aut agere, aut cogitare, vt ex illorum culpa occasionem inueniat exponendi regulam pietatis, sciens quia error eorum non nocet præsente magistro, & non solum in præsenti, sed etiam in futuro doctrina eius ædificat. CHRY. super Matth. Hoc autem dicit ostendens, quòd vel nihil spiritale petebant, vel si nouissent quæ petebant, non ausi fuissent tantum quid petere, quod superexcedit superiores virtutes. HILA. Nesciunt etiam quid petant, quia nihil de gloria Apostolorum ambigendum erat, iudicaturos enim eos sermo superior exposuit. CHRY. super Matth. vel { Nescitis quid petatis} quasi dicat. Ego vos vocaui ad partem dextram de sinistra, & vos vestro consilio curritis ad sinistram: ideo forsitan per mulierem res agebatur. Contulit enim se diabolus ad consueta arma mulierum, vt sicut Adam per mulierem spoliauit: ita & istos separaret per matrem. sed iam non poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit. Vel ideo dicit: { Nescitis quid petatis.} Non enim solum debemus cogitare qualem gloriam sequamur, sed quomodo euadamus ruinam peccati, quia & in sæculari bello, qui semper de præda victoriæ cogitat, difficile vincit: ideo petendum erat: Da nobis auxilium gratiæ tuę vt omne malum vincamus. RABA. Nesciebant etiam quid peterent, quia sedem gloriæ a Domino, quam nondum merebantur inquirunt. Delectabat eos culmen honoris, sed prius habebãt exercere viam laboris. vnde subdit: { Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? HIER. Calicem in scripturis diuinis passionẽ intelligimus, vt in Psalmo: Calicem salutaris accipiam. statimque infert quis iste sit calix: Præciosa in conspectu Domini mors Sanctorũ eius. CHRY. super Matth. Sciebat autem dominus, quia passionem ipsius poterant imitari: sed ideo interrogat, vt omnes audiamus: quia nemo potest cum Christo regnare: nisi passionẽ Christi fuerit imitatus: res.n. pręciosa, nõ nisi præcioso pretio comparatur. Passionem autem Dñi dicimus non solum perfectionem gentilium: sed omnem violẽtiam quã patimur contra peccata certantes. CHRY. in Hom. Dicit ergo: Potestis bibere? ac si dicat. Vos mihi de honore & coronis loquimini, ego autem vobis de agonibus & sudoribus. nõ enim hoc est præmiorum tempus. Ex modo autem interrogationis eos attrahit. non enim dixit: Potestis sanguinem vestrum effundere: sed Potestis bibere calicem? Deinde addit. Quem ego bibiturus sum? REMI. Vt ex communione ad ipsum auidiores fiant, at illi qui iam martyrij libertatem cõstantiamq; retinebãt, bibituros se pollicentur. vnde sequitur{ Dicẽi: possumus.} CHRY. sup Matt. Vel dicunt hoc, non ta ex fiducia suæ fortitudinis quàm ex ignorantia: Inexpertis enim leuis videtur esse tẽtatio passionis & mortis. CHRY. in Hom. Vel hoc ex desiderio promittunt. Neq; enim hoc dixissent, nisi expectassent audire quod petebant. Dominus autem eis prophetat magna bona, idest martyrio dignos efficiendos. Sequitur:} Ait illis: Calicem quidem meum bibetis.} ORIGE. Non ita respondit Christus: Calicem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens dixit:{ Calicem quidem meum bibetis.} HIER. Quæritur autem quomodo calicem martyrij filij Zebedæi: Iacobus videlicet, & Ioannes biberint, cum scriptura narrat Iacobum tantum Apostolum ab Herode capite truncatum: Ioannes autem propria morte vitam finierit? Sed si legimus in Ecclesiastica historia, quòd ipse Ioannes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & relegatus in Pathmos insulam sit, videbimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor nõ fuerit sanguinem. HLAR. Dominus ergo collaudans eorum fidem ait, martyrio quidem eos secũ cõpati posse, sed leuæ eius ac dextræ assidere alijs a Deo patre fuisse dispositum. vnde sequitur: { Sedere aũt ad dexteram meam.} Et quidem quãtum arbitramur, ita honor iste alijs est reseruatus, quòd tamen nec Apostoli ab eo erunt alieni, qui in duodecim Patriarcharum sede confidentes: Israelem iudicabunt, & quantum sentire ex ipsis Euangelijs licet, in regno cælorũ Moyses & Helias assidebunt quibus comitantibus, cum gloriæ suæ habitu in monte apparuit. HIER. Sed mihi hoc nequaquam videtur: sed ideo sedentium in regno cælorum vocabula, non dicuntur, ne paucis nominatis cæteri putarentur excluși. regnum. n. cælorum non est tantũ dantis: sed accipientis. Non. n. est personarum acceptio apud Deum, sed quicumque talem se præbuerit, vt regno cælorum dignus fiat, hoc accipiet quod non personæ, sed vitæ paratum est. Si itaque tales estis, qui consequamini regnum cælorum, quod pater meus victoribus præparauit, vos quoque accipietis illud. Ideo tamen non dixit: Neque non sedebitis, ne duos confunderet, neque sedebitis, ne cæteros irritaret. CHRY. in Hom. Vel aliter: Videtur communis omnibus esse locus ille nõ solum hominibus: sed etiam Angelis. sic enim præcipuum vnigeniti ponit id Paulus dicens: Ad quem autem angelorum dixit vnquàm: Sede a dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibusdam qui assessuri sunt: sed condescendens interrogationis suspitioni respondit. hoc enim vnum solum quærebant præ alijs stare apud ipsum. Sed dominus respondet: Moriemini quidẽ propter me, non tamen hoc sufficit vos facere primum ordinem obtinere. Si enim aliquis alius venerit cum martyrio, ampliorem virtutem possidens, non quia vos amo illum expellam, & vobis dabo primatum. Propter hoc autem, vt non infirmus esse ostẽdatur, non dixit simpliciter: Non est meum dare, sed. Non est meum vobis dare, sed quibus paratum est. his. s. qui ab operibus possunt fieri clari. REMIG. Vel aliter: Non est meum dare vobis, idest superbis talibus quales vos æstis, sed humilibus corde, quibus paratum est a patre meo. AVGVSTINVS. primo de Trinitate. Vel aliter: Secundum formam serui discipulis dominus respondet: Sedere autem ad dexteram &c. Quod autem paratum est a patre eius, & ab ipso filio est paratum, quia & ipse & pater vnum sunt.

d ¶ CHRY.

Tract. 12. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram meam vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo.

Cap. 49.

Lib. 2. c. 64.

Lib. 1. c. 12.

Homil. 66.

d ¶ CHRY. in Hom. Donec Christi sententia incerta erat, non tristabantur alij discipuli: sed tunc tristati sunt quando eos increpauit. vnde dicitur: Et audientes x. indignati sunt, de duobus fratribus. HIERO. Non ad mulieris audaciam referunt postulantis: sed ad filios, quòd ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt. CHRY. in Ho. Intellexerunt enim, quia hæc petitio discipulorum fuit quando eos dominus increpauit. Quando autem eos a Domino prænoratos viderunt in trasfiguratione, & si secundum mẽtem dolebant, in medium efferre non audebant honorates doctorem. CHRY. super Matthæ. Sicut autem duo carnaliter petierunt: ita & 10. carnaliter contristati sunt. nam velle quidem esse super omnes vituperabile est, sustinere autem alium super se minus est gloriosum. HIERO. Humilis autem magister & mitis nec cupiditatis duos arguit postulantes, nec 10. reliquos indignationis increpat & liuoris. vnde sequitur: Iesus autem vocauit eos ad se. CHRY. in Hom. Quia enim turbati erant, vocatione eos consolatur, de propinquo eis loquendo. etenim duo a societate. 10. seipsos separantes propius stabant, seorsum domino loquentes: non tamen sicut prius pueros in medium ducens eos consolatur: sed a contrario inseruit dicens, Scitis quia principes
Tract. 12. gentium dominantur eorum. ORIG. idest non contenti tantum regere suos subiectos: sed violenter eis dominari nituntur, in ter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc. quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritalia autem in voluntate, sic & qui principes sunt spiricales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, nõ in timore corporali. CHRY. in Ho. Ostendit autem in hoc, quòd gentilium est primatus cupere, & sic gentium comparatione eorum animam æstuã tem conuertit. CHRY. super Matthæ. Et opus quidem desiderare bonum, bonum est, quia nostræ voluntatis est, & nostra est merces. primatum autem honoris concupiscere vanitas est: hoc. n. consequi iudicium Dei est, propter quod ex primatu honoris nescimus si mercedem iustitię meremur. Neque enim Apostolus laudem habębit apud Deum, quia Apostolus fuit: sed si opus Apostolatus sui bene impleuit, nec Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, vt esset Apostolus, sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus, secundum motum animæ suæ. Primatus ét fugientẽ se desiderat, & desiderantem se horret: conuersatio ergo melior desideranda est, non dignior gradus. Volens ergo dominus, duorum fratrum Zebedæi, & aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundiales & Ecclesiasticos, ostendens quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri inuidendus est habenti, quia principes mundi, ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos seruituti subiiciant & expolient, & vsque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem & gloriam. Principes autem Ecclesiæ fiunt, vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis, quæcumque acceperunt a Christo, vt suas vtilitates negligant, & illorum procurent, & mori non recusent, pro salute inferiorum. Primatum ergo Ecclesiæ concupiscere, neque iustum est neque vtile. Nullus sapiens vult vltro se subiicere seruituti & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia: nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu suo Ecclesiastico sæculariter, ita vt conuer
K tat illum in sæcularem. HIER. Denique sui proponit exemplum, vt si dicta paruipenderent erubescerent ad opera. vnde subdit: {Sicut filius hominis, non venit ministrari sed ministrare.} ORIG. Nam & si Angeli, & Martha ministrauerunt ei, tamen non ideo venit vt ministretur sed vt ministret, & tantum creuit ministrans, vt impleretur quod sequitur. Et daret animam suam redemptionem pro multis, s. qui crediderunt in eum, daret inquã in mortem. Sed quoniam solus erat inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, omnes sequi se volentes liberauit a morte. Ecclesiarum ergo principes imitari debẽt Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, vt ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, vt etiam principum mundi excedere videamur superbiam, vel non intelligentes & contemnentes mandatum Christi, & quærimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos & excessu difficiles maxime pauperibus exhibemus, nullam affabilitatem habentes, vel habere ad nos permittentes. CHRY. in Ho.

d Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicumque voluerit in
G ter vos maior fieri, sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis, non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

e Et egredientibus illis ab Hierico, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus & vocauit eos & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

F Quantumcũq; ergo te humiliaueris, non poteris tantum descendere, quantum dominus tuus.

e ¶ CHRYSO. super Matthæ. Sicut testimonium studiosi agricolæ est messis fœcunda: ita assidui doctoris est prædicando Ecclesia plena. vnde & hoc dicitur: {Et egredientibus illis ab Hierico secuta est eum turba multa.} Neminem labor itineris impedit, quia amor spiritalis fatigationem non sentit. Neminem passionum suarum recordatio retraxit, quia ingrediebant in possessionem regni cælestis. Vere enim nõ habet super terram qũ amet, qui bonum cæleste in veritate gustauerit. Opportune autem oblati sunt, ante faciẽ Christi duo cęci, vt apertis oculis quasi testes virtutis ascẽderent cum eo in Hierusalem. vnde sequitur: Et ecce duo cæci. Hi currẽtium strepitum audiebant, & personas non videbant, nihil solutũ habentes de toto corpore nisi vocem. Et ideo, quia pedibus eum sequi non poterant, voce sequebantur. vnde dicitur: Audi. quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. AVGV. de Con. Euan. Hoc autem factum Marcus commemorat: sed de vno cæco factum. Quæ ita soluitur quæstio. nam duorum cæcorum quos Matthæus interposuit, vnum fuisse in illa ciuitate famosissimum, ex hoc satis apparet, quòd & nomen eius, & patris eius Marcus cõmemoratus. Bartimæus enim Timei filius ex aliqua magna fœlicitate deiectus notissime fuit, qui non solum cæcus, verum etiam mendicus sedebat. Hinc est ergo, quòd ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam, huic miraculo comparauit, quàm erat illius nota calamitas. Lucas vero quàmuis omnino eodem modo factum: tamen in alio cæco intelligendus est par commemorare miraculum. Ille quippe hoc factũ dicit, cum appropinquaret Hierico: alij cum egrederetur ab Hierico. Sequitur: Tur. autem incre. eos, vt tacerent. CHRY. super Matthæ. Videbant enim sordidas vestes, & non considerabant cõscientiæ claritatem. Ecce fatua sapientia hominum: existimant. n. iniuriam pati magnos, si a pauperibus honorentur. Quis enim pauper ausus est diuitem publice salutare? HILAR. Vel silentium non causa honoris exigunt: sed quòd acerbe a cæcis audiunt quod negabant. s. dominum esse Dauid filium. ORIG. Vel qui crediderant increpabant eos, vt non appellarent eum cõtemptibili nomine filium Dauid, sed potius dicerent: {Fili Dei miserere nostri.} HILA. Imitabantur autem magis vetiti quàm compescebantur, fides enim quando vetatur, magis accenditur, & ideo in periculis secura est, & in securitate periclitatur. vnde sequitur: At illi magis cla. dicen. Misere. no. fili Dauid. Primo enim clamabant, quia cæci erant. Secundo magis clamabant, quia vetabantur ad lumen accedere. CHRY. in Hom. Christus autem permittebat eos verari, vt plus eorum desiderium appareret. Hinc autem disce, quoniam si abiecti fuerimus cum studio accedentes ad Deum, per nosipsos assequemur quod petimus. Sequitur: Et ste. ie. & vo. eos & ait: Quid vul. vt fa. vo. HIERON. Ideo autem stetit Iesus, quia cæci quo pergerent ignorabant. Multę foueæ erant in Hierico, multæ rupes, & prærupta in profundum ventigentia, iccirco dominus stat, vt venire possint. ORIGE. Vel Iesus non pertransit, sed stat, vt stante eo, non transluat beneficiũ, sed quasi de fonte stante misericordia desluat vsque ad eos. HIE. Vocari autem iubet ne turbę prohibeant, & interrogat quid velint, vt ex responsione eorum manifesta debilitas appareat, & virtus ex remedio cognoscatur. CHRY. super Matth. Vel interrogabat propter fidem, vt dum cæci Christum filium Dei confitentur, confundantur videntes, qui cum tantum hominem putãt. Dominum quidem Christum vocauerant, & verum dixerant. Sed dicentes filium Dauid, dissipabant quod bene confessi sunt: nã abusiue & homines domini dicuntur, vere autem nemo dominus, nisi Deus. Cum ergo dicunt: Domine fili Dauid, abusiue Christum secundum hominem honorant. Si autem solummodo dominum dicerent, deitatem confiterentur. ideo interrogat: Quid vultis? Tunc illi iam non dixerunt: Domine fili Dauid: sed tm dñe. Sequitur. n. dicunt illi: Dñe vt aperiantur oculi nostri. Filius enim Dauid cæcos illuminare non potest, filius Dei põt. Quamdiu ergo dixerunt: Domine fili Dauid, suspensa est sanitas: mox autem vt dixerunt domine, infusa est sanitas. Sequitur enim, Miser. autem eorum Iesus teti. ocu. eo. & confe. vide. Tetigit autem vt homo carnaliter, sanauit vt Deus. HIER. Præstat enim artifex quod natura non dederat, aut certe quod debilitas tulerat, misericordia donat. CHRY. in Hom. Hi autem sicut ante donationem fuerunt perseuerantes: ita & post donationem non fuerunt ingrati. CHRY. super Matthæ. Bonum enim munus obtulerunt Christo sanari. Sequitur enim {Et secuti sunt eum}. Hoc enim Deus a te requirit secundum prophetam, sollicitum te ambulare cum domino Deo tuo. HIERON. Qui ergo in Hierico contracti sedebant, & clamare tantum nouerant, postea sequuntur Iesum, non tam pedibus quàm virtutibus. RABA. Hierico autem quæ interpretatur luna, defectum nostræ mutabilitatis significat. ORIGE. Mystice autem Hierico intelligitur mundus, i quẽ Christus descendit.

Qui autem sunt in Hierico, exire nesciunt de sapientia mundi, nisi viderint non solum Iesum exeuntem de Hierico: sed etiam discipulos eius. Hæc ergo videntes, secutæ sunt eum turbæ multę, mundum & mundana omnia contemnentes, vt Christo duce ascendant in Hierusalem cælestem. Duos cæcos possumus dicere Iudam & Israel, qui ante Christi aduentum cæci fuerunt, quia non videbant verbum verum, quod erat in lege & propheris: tamen sedentes secus viam legis & prophetarum, & secundum carnem tantum intelligentes, clamabant tantum ad eum, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. HIERO. Vel duos cæcos plerique Pharisęos, & Saducæos intelligũt. Vel aliter: Duo cæci sedentes iuxta viam, significãt de vtroque populo quosdam iam cohærentes, per fidem dispensationi temporali, secundum quam Christus via est, & desiderantes illuminari, idest aliquid de verbi æternitate intelligere, quod transeunte domino impetrare cupiebant, idest per meritum fidei, qua creditur filius Dei, & natus homo & passus propter nos. per hanc enim dispensationem quasi transit Iesus, quia actio temporalis est. oportebat autem vt tantum clamarent, donec resistentis sibi turbæ strepitum vincerent, idest tam perseuerando animũ intenderent orando, atque pulsando, quousque consuetudinem desideriorum carnalium, quæ tanquam turba obstrepit cognitioni lucem veritatis æternæ videre conanti, vel ipsam hominum carnalium turbam. studia spiritualia impedientem fortissima intentione superarent. AVG. de Verbis Domini: Bonos enim Christianos volentes facere præcepta Dei, Christiani mali & tepidi prohibent, clamant tamen illi non deficientes. cum enim quisq; Christianus cæperit bene viuere, mũdumq; contemnere, in ipsa sui voluntate patitur repræhensores frigidos Christianos, sed si perseuerauerint ipsi iam obsequentur, qui ante prohibebant. AVG. de Quæst. euan. Itaque audiens Iesus, quia pulsanti aperiẽtur, stans eos tangit & illuminat. quia enim fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat, transeunte Iesu admoniti sunt vt illuminarentur, & ab eo stante illuminati sunt, tẽporalia enim transeunt, æterna stant. CHRY. super Matthæ. Quidam interprætantur duos cæcos gẽtiles, vnus ex Cham, alius ex Iaphet, qui secus viam sedebant, idest iuxta veritatem conuersabantur: sed veritatem inuenire non poterant, vel secundum rationem verbi consistentes, quia notitiam verbi nondum acceperant. RABA. Agnita autem fama nominis Christi, participes eius fieri quærebant, contradicebãt multi. primo Iudæi, vt in Actibus legimus. deinde etiam gentiles persecutione instabant. nec tamen eos, qui erant ad vitam pordinati, salute priuare valebant. CHRYSO. super Matth. Consequenter autem gentium oculos mentis tetigit Iesus, dans eis gratiam Spiritus sancti, quæ illuminatæ secutę sunt eum operibus bonis. ORIG. Et nos ergo sedentes iuxta scripturarum viam, & intelligentes in quibus cæci sumus, si ex affectu petierimus, tanget oculos animarum nostrarũ, & recedet a mentibus nostris tenebra ignorantiæ, vt eum in scientiæ lumine sequamur, qui dedit nobis posse videre, propter nihil aliud, nisi vt eum sequamur.

Tract. 13.

Serm. 10.

Lib. 1. c. 28.

CAPVT XXI.

a CUm appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad mõtem olineti, tũc Iesus misit duos discipulos dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc aũt totũ
B factũ est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Syon, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedẽs super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plures autem turbæ straverunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant eum & quæ sequebantur clamabant dicentes: Osanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis. Et cum intrasset Hierusalem, commota est vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilææ.

a ¶ EMIGIVS. Narrauit superius Euangelista dominum egressum a Galilæa, & cæpisse ascendere Hierosolymam. Postquam ergo narrauit quid in via gesserit, in incepta intentione perseuerans dicit, {Et cum appropinquasset Hierosoly. & venisset Bethphage.} Bethphage vicus fuit Sacerdotum, situs in latere montis oliueti, distans vno miliario a Hierusalem. Sacerdotes enim, qui per certos dies in templo deseruiebant, complero officio vicis suæ, illic diuertebant ad manendum. similiter & illi qui accipiebant officium illuc diuertebãt, quia præceptum fuit in lege, vt nullus diebus sabbatorum, plus quàm mille passus incederet. ORI. Vnde & interprætatur Bethphage maxillarum domus, quoniã maxilla propria erat pars Sacerdotum in lege. Sequitur: {Tunc Iesus misit duos discipulos.} CHRY. super Matth. Non dixit discipulis dicatis: Dominus tuus his opus habet, vel Dominus vester, vt intelligant, quia ipse, sit solus dominus, nõ solum animalium, sed omnium hominum, nam & peccatores conditione quidem, sui sunt, voluntate autem sua, diaboli. CHRY. in Hom. Neque partum. n. existimes quod factum est, quis enim suasit dominis iumentorum non velle contradicere, volentes filere & concedere, & in hoc discipulos erudit, quoniam poterat & Iudæos prohibere: sed noluit, sed & docet vt quodcũque petitum fuerit darent. si enim qui ignorabant Christum ita concesserunt, multomagis discipulos conuenit omnibus dare, quod aũt dicitur: {Et confestim dimittet eos} CHRY. super Matthæ. Intelligendum est, quòd animal postq. ingressum est in Hierusalem, ad dominum suum remissum est a Christo. GLO. Vel dominus iumentorum confestim dimittet eos in domini seruitio mancipandos. Adhibetur autem huic facto Prophetæ testimonium, vt appareat dominũ omnia, quæ de ipso scripta erant, impleuisse, sed inuidia cęcatos Scribas & Pharisæos, ea quæ ipsi legebant intelligere noluisse. & ideo sequitur: {Hoc autem totum factum est, vt adim. quod dictum est per Prophe. s. Zachariam.} CHRY. super Matth. Sciens enim Propheta malitiam Iudæorum, quia cõtradicturi erant Christo ascendenti in tẽplum, præmonuit, vt per hoc signum cognoscerent regem suum di centem: {Dicite filiæ Syon. RABA. Filia Syon historialiter dicitur Hierusalem ciuitas, quæ sita est in monte Syon. mystice autem est Ecclesia fidelium, pertinens ad supernam Hierusalem. CHRY. super Matthæ. Ecce, ostendẽtis verbum, idest non carnali aspectu, sed spirituali intellectu opera virtutũ eius aspicite. Ante tempora quidem multi dicebant. Ecce, vt ostenderent, quia ille de quo loquebatur antequam nasceretur, iam erat Rex tuus. Cum ergo videritis eum, nolite dicere: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Venit tibi. Si intellexeris, vt saluet te, si non intellexeris, venit contra te. Mansuetus. Non vt propter potentiam timeretur, sed vt propter mansuetudinem amaretur. vnde nõ sedet in curru aureo præcioso purpura fulgens, nec ascendit super feruidũ equum discordiæ amatorem & litis, sed super asinam tranquillitatis & pacis amicam. vnde sequitur: {Sedens super asinam & pullum filium subiugalis. AVG. de Con. euang. In hoc autem testimonio prophetico, aliquanto diuersa est euangelistarum locutio, hæc enim Matthæus sic adhibet, vt asinam dicat commemorasse Prophetam, non autem ita se habet, vel quod Ioannes interponit, vel codices Ecclesiasticæ interprætationis. 70. Cuius rei cã mihi videtur, quòd Matthæus Hebrea lingua perhibetur euangelium conscripsisse. Manifestum est autem interprætationem illam, quæ dicitur 70. in nonnullis aliter se habere quàm inueniunt in Hebræo, qui eam linguam nouerunt, & qui interprætari sunt singuli eosdem libros Hebræos. Huius autem distantiæ causa si quæratur, nihil probabilius estimo quàm eos 70. illo spiritu interprætatos, quo & illa quæ interprætabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorum mirabili, quæ prædicatur consensione firmarum est, ergo & ipsi nonnulla in eloquio variando, & voluntati Dei, cuius verba erant non credendo, nihil aliud demonstrare voluerunt, quàm hoc ipsum q̃ d in Euangelistarum concordia, quadam diuersitate narratur, qua nobis ostenditur non esse mendacium, si quisquam ita diuerso modo aliquid narret, vt ab eius voluntate, cui consentiendum est non recedat, quod noscere, in moribus vtile est propter cauenda mendacia, & ipsi fidei ne putemus quasi confectatis sonis, ita muniri veritatem tanquam Deus nobis, quemadmodũ ipsam rem, sic verba quæ propter illum sunt dicenda commendet, cum potius ita res sermonibus proferatur, vt illos omnino, quæ-

rere non

rere non deberemus, si rem sine his nosse possemus, sicut illam nouit Deus, & in eo angeli eius. Sequitur: {Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam & pullū.} Cæteri autem Euangelistæ de asina tacent. non deberet autem pmouere lectorem, nec si Matthæus de pullo tacuisset, sicut illi de asina tacuerunt, quanto min⁹ moueri oportéret, quia vnus ita commemorauit asinam de qua cæteri tacuerunt: vt tamē pullum non taceret, de quo illi dixerunt. vbi enim vtrumq; potest intelligi factum nulla repugnantia est: nec si alius aliud commemoraret, quanto minus vbi vnus vnum, alius vtrumque? Sequitur: {Et imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.} HIER. Sed videtur, quòd super vtrumque animal in paruo itineris spatio dominus sedere nequierit. ergo cum historia aut impossibilitatem habeat, aut turpitudinem, ad altiora transmittimur, ideſt ad mysticum sensum. REMIG. Licet potuerit fieri, vt super vtrumque animal dominus sederit. CHRY. in Hom. Mihi autem videtur, quòd non propter mysterium, solum super asinam sedit, sed & mensuram nobis sapientiæ tribuens demonstrat. s. quòd non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino vti, & eo quòd necessitatis est esse contentum. Interroga autem Iudæos, quis Rex super asinam delatus intrauit hierosolymam? sed non vtique alium habent dicere: nisi ipsum solum. HIER. Turbę ergo quæ egressæ fuerant de Hierico, & secutę saluatorem, supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramis arborum. & ideo sequitur: {Plurima autem turba straurunt vestimenta sua in via.} pedibus asini. nec vbi offendat in lapidem, nec calcet spinam, nec labatur in foueam. Sequit: {Alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via.} de arboribus. s. fructiferis quibus mons oliueti cōsitus est. Cumq; opere cuncta fecissent, vocis quoque tribuunt testimonium. vnde sequitur: {Turbę autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio Dauid.} Quid aūt significet osanna, nunc perstringam breuiter. In 117. Psalmo, qui manifeste de aduentu Saluatoris, scriptus est, inter cætera hoc quoque legimus: O domine saluum me fac, o domine bene prosperare. Benedictus qui venturus es in nomine domini. Pro eo quod in 70. habetur in terpretibus. ὦ Κύριε σῶσον δή; O Kyrie soson di, ideſt O domine saluum fac: in Hebræo legimus: Anna, Iehoua, Osianna, Quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens: Obsecro domine, salua obsecro. Nemo ergo putet ex duobus verbis Græco scilicet, & Hebræo sermonem esse compositum, sed totum Hebraicum est. REMI. Et est compositum ex integro corrupto. Osi enim. latine dicitur salua, siue saluifica: Anna vero apud illos interiectio est obsecrantis. nam sicut apud illos ab obsecrante dicitur anna, sic apud Latinos dicitur heu. HIERO. Significauit enim quòd aduētus Christi salus mundi sit. vnde sequitur: {Benedictus qui venit in nomine domini} Saluatore quoq; id ipsum in euangelio comprobante: Ego inquit, veni in nomine patris mei. REMI. Quia. s. in omnibus bonis operibus non suam, sed patris gloriam quæsiuit. GLO. Et est sensus: Benedictus, ideſt gloriosus sit, Qui venit, ideſt incarnatus est. In nomine Domini, ideſt patris eum glorificando. Iterum repetunt: Osanna, ideſt salua obsecro. & determinant vbi se vellent saluari. In altissimis, ideſt in cælestibus, non terrenis, vel per hoc quod iungitur Osanna, ideſt salus in excelsis, perspicue ostenditur, quòd aduentus Christi, non tantum hominis salus, sed totius mundi sit, terrena iungens cælestibus: HIERO. Vel humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo, quòd dicebant: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. {Restitutionem autem eius in sancta, in eo quòd dicebant: Osanna in excelsis. CHRY. Osanna etiam, quidam interpretantur gloriam, alij vero redemptionem. Nam & gloria illi debetur, & redęptio illi cōuenit qui omnes redemit. HILA. Laudationis enim verba, redemptionis in eo exprimūt potestatem, filium autem Dauid nuncupant, in quo agnoscerent ęterni regni hæreditatem. CHRY. Numquam autem antea dominus sibi adhibuit ministeria iumentorum, nec ramorum virentia circa se ornamenta constituit: nisi modo quando Hierusalem, vt pateretur, ascendit. Excitauit enim videntes, vt facerent quod prius volebant. ergo potestas eis data est, non mutata voluntas. HIER. Mystice autem appropinquat Dominus Hierosolymis egrediens de Hierico, turbis inde eductis quāmplurimis, qa magnus magnis ditatus mentibus salute credentium rediens, ingredi cupit vrbem pacis, & locum visionis Dei. Et venit Bethphage, ideſt ad domum maxillarum & confessionis portabat typum, & erat situs in monte oliueti, vbi est lumen scientiæ laborum & dolorum requies. Per castellum enim, quod contra Apostolos erat, mundus iste designatur, contra Apostolos enim erat, nec lumen doctrinarum volebat accipere. REMI. Dominus ergo de monte olineti discipulos misit, quia de primitiua ecclesia prædicatores in mundum direxit. Duos quippe misit propter duos ordines prædicatorū quos manifestat Apls dicēs: Qui operatus est Petro in Apostolatum circūcisionis, operatus est & mihi inter gētes, siue quia duo sunt præcepta charitatis, siue pp duo testamenta, siue propter literā & spiritū. HIER. Siue pp theoricam & practicam, ideſt scientiam & opera. Asina autem ista quæ subiugalis fuit, & edomita, & iugum legis traxerat, synagoga intelligitur. Pullus asinę lasciuus & liber, gentium populus: Iudæa enim secūndum Deum mater est gentium. RABA. Vnde Matthæus solus, qui Iudæis euangelium scripsit asinam domino refert adductam, vt eidem etiam genti Hebreæ, si pœniteat non desperandam monstret esse salutem. CHRY. sup Matth. Propter quasdam autem similitudines animalibus, assimilati sunt homines. Dei filium non cognoscentes. Est enim animal immūdum, & præ cæteris pœne iumentis magis irrationabile, & stultum, & infirmum, & ignobile, & oneriferum. Sic fuerunt homines ante Christi aduentum, passionibus diuersis immundi, irrationabiles, verbi ratione carentes, stulti propter Dei contemptum, infirmi secundum animam: ignobiles. quia obliti generationis cęlestis, facti fuerant serui passionum & dæmonum: oneriferi quia sustinebant sarcinam erroris a dæmonibus vel Pharisæis impositam. Ligata autem erat asina, ideſt diabolici erroris vinculo impedita, vt non haberet libertatem eundi quo vellet, nam antequam peccemus, liberum habemus arbitrium sequi voluntatem diaboli an non. Quòd si semel peccantes obligauerimus nos operibus eius, iam nostra virtute euadere nō possumus, sed sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempestas voluerit, sic & homo diuinę auxilio gratiæ perdito per peccatum, non quod vult agit, sed quod diabolus vult. Et nisi Deus valida manu misericordiæ suæ soluerit eum, vsque ad mortem in peccatorum suorum vinculis permanebit: & ideo dicit discipulis: Soluite. s. per doctrinam vestram & per miracula vestra, quia omnes Iudæi, & gētes per Apostolos sunt liberati. Et adducite mihi, ideſt ad gloriam meam illos conuertite. ORIG. Vnde & ascendens in cælum iussit discipulis suis, vt soluerent peccatores, dans eis Spiritum sanctum. Absoluti autem & proficientes, & nutriti verbi diuinitate digni habentur remitti, in locum ex quo erant assumpti, non iā ad opera prioza, sed vt prædicarent eis filium Dei, & hoc est quod significat dicens: Et confestim di. eos. HILA. Vel per asinam & pullum, duplex vocatio ex gentibus ostenditur. Erant enim Samaritani sub quadam obseruantiæ suæ consuetudine seruientes, qui scilicet significantur per asinam. Erant etiam indomitę gentes & feroces, qui. s. significantur per pullum. Igitur duo mittuntur, vt soluant ligatos erroris vinculis. per Philippum enim Samaria credidit. per Petrum Cornelius Christo, tāquam primitię gentium adductus est. REMI. Sicut autem tunc dictum est Apostolis: Siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, sicut nunc prædicatoribus est præceptum, vt si aliquid aduersitatis obstiterit, quæ iumento supponitur, vel doctrina virtutum vel discretio scripturarum intelligi potest, siue ecclesiasticorum dogmatum veritates, quibus, nisi anima instructa fuerit & ornata, sessorem habere dominum non meretur. REMIG. Dominus autem super asellum sedens, Hierosolymam tendit, quia præsidens sanctæ Ecclesiæ vel animæ fideli, & eam in hoc sæculo regit, & post hanc vitam ad visionem cælestis patriæ introducit. Apostoli autem & cæteri doctores, vestimenta posuerunt super asinam, quia gloriam quam acceperunt a Christo gentibus dederunt. Turba autem vestimenta sternebat in via, quia credentes ex circumcisione, gloriam quam habebant ex lege, contemnebant. Ramos autem de arboribus præcidebant, quia ex Prophetis acceperunt exempla de Christo, quasi de arboribus virentibus. Vel turba quæ vestimenta straurit in via, significat martyres, quæ vestimenta sua, ideſt corpora, quæ tegumenta sunt animarum, pro Christo ad martyrium tradiderunt. Vel significantur illi, qui corpora sua per abstinentiam domant. Illi autem ramos arborum præcidunt, qui dicta & exempla sanctorum patrum quærunt ad suam vel filiorum salutem. HIER. Quod autem ait: {Turbæ autem quæ præcedebāt, & quæ sequebantur} vtrumque populum ostendit, & qui ante Euangelium, & qui post Euangelium domino crediderunt, consona Iesum confessionis voce laudare. CHRY. super Matthæ. Et illi quidem prophetantes de Christo venturo, clamauerunt, hi autem laudantes clamant de aduentu Christi adimpleto.

Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straurunt vestimenta sua in via: Alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbę autem, quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in altissimis.

b ¶ HIERO. Introeunte Iesu cum turba, tota hierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentia, nesciens virtutem. vnde dicitur: {Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic?} CHRYSO. super Matthæ. Merito autem commouebātur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quasi Deus: sed Deus laudabatur in homine. Puto autem, quòd nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant: sed spiritus subito ingressus in eos, veritatis verba fudebat. ORIGE. Sed & quando intrauit Iesus Hierosolymam veram, admirantes virtutes cælestes, dicebant: {Quis est iste rex gloriæ?} HIERO. Alijs autem vel ambigentibus vel interrogantibus, nisi plebecula confitetur. vnde sequitur: {Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galileæ.} A minoribus incipiunt, vt ad maiora perueniāt. Prophetam enim dicunt, quem Moyses sui similem dixerat esse venturum, & qui proprie apud Græcos scribitur cum τῦ ἁρθρου μαρτυρία, tu arthu martyria, i. cum articuli testimonio. A nazareth autem Galilææ, quia ibi educatus fuerat, vt flos campi nutreretur in flore virtutum. RABA. Notandum autem, quòd hic introitus eius in Hierusalem fuit ante quinque dies Paschæ. Narrat. n. Ioannes, qp ante sex dies Paschæ venerit Bethaniā, & in crastinum asino sedens, venit in Hierusalem, vbi notanda est concordia non solum in rebus, sed etiam in tęporibus veteris & noui testamenti. Decima. n. die mensis primi, agnus qui in pascha immolaretur, domum introduci iussus est, quia & Dominus decima die eiusdem mensis, hoc est ante quinque dies Paschæ, ciuitatem in qua pateretur erat ingressurus. Sequitur: {Et intrauit Iesus in tęplum Dei.} CHRYSO. super Matthæum. Hoc erat propriū boni filij, vt ad domum curreret patris, & illi honorem redderet, & tu imitator Christi factus, cum ingressus fueris in aliquam ciuitatem, primo ad Ecclesiam curras. hoc etiam erat boni medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluandam, primum ad originem passionis intēderet: nam sicut de templo omne bonum egreditur: ita de templo omne malum procedit. si. n. Sacerdotium integrum fuerit: tota Ecclesia floret, si autem corruptū fuerit, tota fides marcida est. sicut. n. cum videris arborem pallentibus foliis, intelligis quia vitium habet in radice, sic cum videris populum indisciplinatum: sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanū. Sequitur: {Et eiiciebat omnes vendentes & ementes.} HIER. Sciendum quidem est, qp iuxta mandata legis in venerabili toto orbe templo Domini, & de cunctis penè regionibus, Iudæorum illuc populo confluente, innumerabiles immolabantur hostię, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus, ne absque sacrificio essent pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autem, vt qui de longe venerant victimas non haberent: excogitauerunt igitur Sacerdotes quo prædā de populo facerent, & oīa aialia quibus opus erat ad sacrificia venderent, & vt venderent non habētibus, & vt ipsi rursus empta susciperent. hāc ergo strophā, i. fraudē se in diuersa vertētē crebra veniētiū inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias nō habēbant: sed nec vnde emerent. Posuerunt itaque nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam: sed quia erat lege pceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fœnerata, quæ commodi nihil haberet, & interdum perderet sortem, excogitauerunt & aliam technam, vt pro nummularijs collibystas facerent. cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collyba dicuntur apud illos, quæ nos appellamus tragemata vel vilia munuscula, Verbi gratia, frixi ciceris, vuarumq; passarum, & poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere nō poterant, collibystę pro vsuris accipiebant varias species, vt quæ in nummo non licebant, in his rebus exigerent, quæ nummis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit dicens. Vsuram & superabundantiam non accipietis. Istiusmodi dominus cernens in domo patris, negociationem seu latrocinium ardore spiritus concitatus, tantam hominum multitudinem eiecit de templo. ORIGE. In quo non debent vendere & emere: sed orationibus tantum vacare qui congregantur quasi in domo orationis. vnde sequitur: {Et dicit eis: Scriptū est. s. in Ysaia: Domus mea domus orationis vocabitur. AVG. in Regula: Nemo ergo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Sequitur: {Vos autem fecistis illam speluncam latronum.} HIERONYMVS. Latro enim est, & templum Dei in latronum conuertit spelūcam, qui lucra de religione sectatur. Mihi autem inter omnia signa, quæ fecit dominus, hoc videtur esse mirabilius, quòd vnus homo, & illo tempore contemptibilis, intantum vt posset crucifigeretur, Scribis & Pharisęis contra se sæuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem. Igneum enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. AVGVST. de Con. Euange. Manifestum autem est, hoc non semel, sed iterum a Domino esse factum, sed primum commemoratum est a Ioanne, hoc autem vltimum a cæteris tribus. CHRYSO. in Homil. In quo maior est accusatio Iudæorum, quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia. ORIGEN. Mystice autem templum Dei, est ecclesia Christi. Sunt autem multi in ea, non sicut decet viuentes spiritualiter, sed secundum carnem militant, qui domum orationis de lapidibus viuis constructam, faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Si autem oportet tres species eiectas a templo cautius exponere, possumus dicere: Quicumque in populo Christiano ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones & venditiones, rarius autem in orationibus permanent, vel in aliis actibus rectis, ipsi sunt vendentes, & ementes in templo Dei. Diaconi qui non bene tractant Ecclesiarum pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij, pecuniarum mensas habentes quas Christus euertit. quòd autem mensis Ecclesiasticarum pecuniarum diaconi præsunt, docemur in Actibus Apostolorum. Episcopi autem qui tradunt Ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, ideſt gratiam Spiritussancti, quorum cathedras Christus euertit. HILARIVS. Iuxta simplicem enim intelligentiam columbæ non erant in cathedris: sed in caueis: nisi forte columbarum institores sedebant in cathedris, quod absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Obserua etiam propter auaritiam Sacerdotum altaria Dei, nummulariorum mensas appellari. Quod autem de Ecclesijs diximus, vnusquisque de se intelligat. dicit enim Apostolus: Vos estis tęplū Dei: non sit ergo in domo pectoris vestri negotiatio, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum, domum faciat orationum. ORIGE. Vel in secundo aduentu eiiciet, vel euertet quos inuenerit in templo Dei indignos. CHRYSOSTO. super Matthæum. Ideo etiam nummulariorum mensas euertit, quod signihcat, quòd in templo Dei, non debēt esse nummi, nisi spirituales qui Dei habent imaginem, non qui portant imaginem terreni. Cathedras vendentium columbas euertit, loquens ipso facto quid faciunt in templo multæ columbę venales, ex quo vna columba gratuita, descendit in templum corporis mei. Quòd autem turbę verbis clamauerunt, Dominus factis ostendit. vnde sequitur: {Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos.} ORIGEN. In templo enim Dei, ideſt in Ecclesia non sunt omnes videntes, neque recte ambulantes, sed qui ex eis intelligunt, quia nullius est opus, nisi Christi vt sanentur accedentes ad verbum Dei sanantur. REMIGIVS. Quòd autem in templo sanantur, significat quòd homines non nisi in Ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque soluendi. HIERONY. Nisi autem mensas nummulariorum subuertisset, cathedrasque columbas vendentium, cæci & claudi lucem pristinā, & concitum gradum in tęplo non meruissent recipere. CHRY in Hom. Principes autem Sacerdotum, neque ita persuadebantur: sed ex reliquis miraculis, & præconijs puerorum eum extollentibus indignabantur. vnde sequitur: {Videntes autem Principes Sacerdotum. HIER. Cum enim manum non audeāt in eum iniicere sacerdotes, tm̄ opera calumniantur, & testimonium populi atq; puerorum qui clamabant: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi. quod videlicet, hoc non dr, nisi soli filio Dei. Videant ergo Episcopi, & quilibet sancti homines, cū quanto periculo dici sibi ista patiantur. si vero dño cuj hoc dice-

Hom. 68.

Tract. 15.

Lib. 2. c. 6.

batur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur. CHRYSO. in Hom. Sicut autem columna si modicum obliquata fuerit, accepto pondere amplius vadit in latus, sic & cor hominis cum peruersum fuerit, si alicuius viri iusti opera videat, vel audiat non confirmatur: sed magis ad inuidiam concitatur. Hoc modo sacerdotes cõcitati sũt contra Christum dicentes: Audi quid isti dicunt? HIERO. Sed Christi responsio moderata fuit. Nõ dixit quòd scribę audire cupiebant bene faciunt pueri, vt mihi testimonium perhibeant: nec rursum, erarant. pueri sunt, debetis ætati ignoscere: sed profert exemplũ de octauo Psalmo, vt tacente domino, testimonium scripturarum puerorum dicta firmaret. vnde sequitur: {Iesus autẽ dicit eis: Vtique. Nũquàm legistis.} CHRY. super Matthæum. Tanquàm si dicat, esto, mea culpa est, quia isti clamant. Numquid mea culpa est, quia ante tot milia annorum, hoc futurum Propheta prædixit? {Infantes autem & lactentes, nec intelligere aliquem, nec laudare possunt.} Dicũt ergo infantes, non ætate, sed simplicitate cordis, lactentes autem quoniam quasi lactis suauitate, ita mirabiliũ delectatione excitati clamabant. Lac enim dicitur opus miraculorum, quia miracula nullum laborem videntibus ponunt: sed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant. Panis autem est doctrina perfectæ iustitiæ, quam accipere non possunt, nisi exercitati sensus circa res spirituales. CHRY. in Ho. Hoc autem & typus gentium erat, & Apostolis non parua consolatio, vt enim non angustiarentur, qualiter idiotę existentes possent prædicare, præuenientes pueri eorum eiecerunt timorem, quoniam. f. dabit eis sermonem, qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiam miraculum significat, quòd Christus conditor erat naturæ, quia pueri significatiua loquebantur. & prophetis consona, viri autem insipientia & insania plena.

c ¶ CHRYSO. super Matth. Malum hominem melius locum dando potest aliquis vincere q̃ respondendo, quia malitia nõ instruitur sermonibus, sed excitatur, & ideo Dominus recedendo, compescere studuit, quos respondendo non compescuit. vnde dr: {Et relic. il. abi. fo. extra ciui. in Betha. HIERO. Hinc autem intelligendum est, quòd Dominus tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem, sed in vico paruulo apud Lazarum sororesq; eius habitaret. eorum quippe viculus Bethania est. vnde sequitur. {Ibique mansit.} CHRYSO. super Matthæ. Vt. f. sibi maneret corporaliter, vbi & spiritualiter repausabat. nam sanctorum virorum est, quòd non gaudent vbi epulę largę sunt: sed vbi sanctitas floret. HIERONY. Discussis autem noctis tenebris, cum in ciuitatem reuerteretur Dominus esurijt. vnde sequitur: {Mane autem reuer. in ciui. esu.} veritatem. f. humane carnis ostendens. CHRYSO. super Matth. Quando enim concessit carni quòd proprium erat pati: tunc demonstrat eius passionem. RABA. Nota autem maiorem studiosi operatoris affectum, dum dicit mane reuertisse in ciuitatem vt prædicaret, & vt aliquos Deo patri acquireret. HIERO. Dominus autem passurus in populis, & baiulaturus scandalum crucis, voluit discipulorum animos signi anticipatione firmare. vnde sequitur: {Et vi. fici arbo. vnam ve. ad eam, & nihil inue. in ea nisi fo. tantum. CHRY. in Hom. Non propter hoc veniebat quia esuriebat: sed propter discipulos: quia enim vbique bene faciebat, nullũ autem puniebat, oportebat & punituris eius virtutis demonstrationem tribuere. Noluit autem in hominibus hoc ostendere, sed in planta. HILA. Et in hoc quidem bonitatis Dominicæ argumentum reperimus. Nam vbi afferre voluit procuratę per se salutis exemplum virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit, spem futurorum & animæ salutem, curis præsentium ægritudinum commendans: nunc vero vbi in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damno arboris indicauit. vnde sequitur. {Et ait illi: Nũq; ex te fru. nas. in sempi.} HIERONY. Vel in sæculum, vt rũq; enim αἰὼνα eona Græcus sermo significat. CHRY. in Hom. Suspitionis autem discipulorum, erat existimare propter hoc eã esse maledictam, quia non habebat fructum: cur igitur maledicta est? discipulorum gratia, vt discant quoniam poterat siccare eos, qui crucifixerunt eum. vnde sequitur: {Et arefacta est conti. ficul.} Ideo autem non in alia planta, sed in omnium humidissima miraculum hoc fecit, vt & hinc maius hoc miraculum appareat. Cũ autem in plantis vel in brutis sit aliquid tale, non quęras qualiter

Hom. 68.

iuste siccata est ficus, si tempus non erat. hoc enim quærere est vltimę dementiæ, quia scilicet in talibus non inuenitur culpa & pœna, sed miraculum inspice, & admirare miraculi factorem. vnde sequitur: {Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes. Quomodo cõtinuo aruit?} GLO. Non facit creator iniuriam possidenti: sed creatura suo arbitrio ad vtilitatem aliorum mutatur. CHRY. in Hom. Et vt discas, quoniam propter eos hoc factũ est, scilicet vt ad confitendum eos erigat. audi quid deinceps dicatur. Sequitur enim {Respondens autem Iesus ait illis: Amen dico vobis, si habueritis fidem.} HIER. Latrant contra nos gentilium canes, asserentes Apostolos non habuisse fidem, quia montes transferre non potuerunt. Quibus respondemus multa facta esse signa a Domino, quæ scripta non sunt, igitur & hæc credimus fecisse Apostolos: sed ideo scripta non esse, ne fidelibus contradicendi maior daretur occasio, alioquin interrogemus eos, vtrũ credant his signis, quæ scripta narrantur, an non? & cum incredulos viderimus. consequenter probabimus, nec maioribus eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderunt. CHRYSO. in Hom. Hoc autem quod Dominus dicit, orationi ascribit & fidei: vnde iterum dicit: {Omnia quæcumque petieritis in ora. credentes, accipietis.} discipuli enim Christi, nihil eorum, quæ non oportet petunt, & quasi credentes magistro, nihil aliud petunt, nisi magna & cęlestia. RABA. Quotiescumque autem petentes non exaudimur: ideo fit, quia vel contra auxilium nostrę salutis petimus, vel quia eorum pro quibus petimus, peruersitas ne impetremus obsistit, vel in futurum petitionis nostræ differtur effectus, vt desideria crescant, & perfectius capiant gaudia quæ requirunt. AVGVSTIN. de Conf. euange. Considerandum autem, quòd miratos esse discipulos de hoc, quòd arborem aruerat, & eis Dominum respondisse quod dictum est de fide, non ipso secundo die quo maledixerit arbori, sed tertio die Marcus dicit. Ipso quippe die secundo, commemorauit Marcus de templo eiectos vendentes: quod primo die factum prætermiserat. ipso ergo secundo die dicit, facta vespera egressum de ciuitate, & cum mane transirent, vidisse discipulos mane factam ficum aridam. Matthæus autem sic loquitur, tanquàm secundo die hoc totum sit factum, vnde intelligitur quòd cum Matthæus dixisset, arefacta est continuo ficulnea, prætermissis cæteris ad secundam diem pertinentibus, adiunxit statim: Et videntes discipuli admirati sunt ita tamen, quòd alio die viderit Dominus ficulneam, & alio die discipuli mirati sunt. intelligitur enim non tunc aruisse, quando viderunt arefactam: sed continuo quando maledicta est: non enim arescentem: sed pœnitus arefactam viderunt, ac si eam continuo in verbo Domini aruisse intellexerunt. ORIGEN. Mystice autem relinquens dominus Principes & Scribas, factus est extra Hierusalem terrenam, quæ ideo cecidit: Venit autem in Betha. ad domum obedientiæ, idest Ecclesiani, vbi cum requieuisset post principium constituendi Ecclesiam, reuertitur in ciuitatem quam paulo ante reliquerat, & reuertens esurijt. CHRYSOSTO. in Homil. Si autem quasi homo esurisset cibum carnalem: nunquàm mane esurisset, sed mane esurit, qui aliorum esurit salutem. HIERONYMVS. Arborem autem quam vidit in via intelligimus synagogam, quæ iuxta viam erat, quia legem habebat: non tamen credebat in viam, idest in Christum. HILARI. Quæ sicus arbori comparatur, quia credentes primi ex Israel Apostoli crasso modo, cæteros resurrectionis gloria & tempore anteibunt. CHRYSO. super Matth. Ficus etiam propter multitudinem granorum, sub vno cortice, est quasi cõgregatio multorum fidelium. Nihil autem inuenit in ea, nisi folia tantum, i. traditiones Pharisaicas, iactationem legis absque fructibus veritatis. ORIGEN. Et quoniam arbor illa erat figuraliter animam habens, quasi audienti dicit: Numquàm ex te fructus nascatur in sempiternum: ideo infructuosa est synagoga Iudæorum, & hoc erit vsque ad consummationem sæculi, donec intrauerit gentium multitudo, & aruit ficulnea adhuc peregrinante in hac vita Christo, & videntes discipuli oculis spiritualibus mysterium, fidei siccitate, mirati sunt. sed & discipuli Christi fideles, & non hæsitantes relinquentes eam siccam faciunt, cum vitalis virtus transierit ab eis ad gentes: sed & a singulis qui adducuntur ad fidem, tollitur mons ille Sathanas, & mittitur in mare, idest in abyssum. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Vel in mare, idest in istum mundum, vbi sunt aquę salsæ, idest,

Lib. 1. c. 29.

idest populi iniqui. RABA. Exclusionem. n. suam ab electis amplius sęuiendo vindicat in reprobis. AVG. de Quæst. euã. Vel hoc sibi seruus Dei dicere debet de monte superbiæ, vt eam a se repellat, vel quia per eos Euangelium prædicatum est, ipse Dñs qui mons appellatus est a Iudæis in gentes tanquàm in mare iactus est. ORIG. Oĩs etiam qui obedit verbo Dei Bethania est, & requiescit Christ⁹ in eo, malos quidem & peccatores relinqt. qñ aũt fuerit apud iustos, fit & apud alios post illos & cum illis: nam. n. dicitur, ꝙ relinquens Bethaniam venit in ciuitatem. Esurit autem semper dominus in iustis, volens manducare fructum Spiritussancti i eis, qui sunt charitas, gaudium & pax. Erat autem secus viã hæc ficus, quæ folia tantũ habuit sine fructu. CHRY. sup Mat. idest iuxta mundum. Si. m. homo iuxta mundum vixerit, non potest in se fructum iustitiæ tenere. ORIG. Si autem venerit dominus in tentationibus fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis, nihil iustitiæ habens, nisi professionem tantummodo fidei, quod est folia sine fructu, mox exsiccatur, hoc ipsum etiã quod vt fidelis amittens, sed & vnusquisq; discipulorum sicum arescere facit, manifestum faciens eum esse vacuum a Christo, sicut Petrus dixit ad Simonem: {Cor tuum non est rectum coram Deo. Melius est. n. vt fallacem ficum quæ viuere æstimatur, non aũt fructificat, siccari verbis discipulorum Christi, & fieri manifestam, quàm vt furentur per figmentum innocentium corda. Est autem & in vno quoque infideli mons secundum mensuram infidelitatis suæ, qui verbis discipulorum Christi tollitur.

d ¶ CHRY. Quia viderant sacerdotes Christum, cum magna gloria introeuntem in templo, inuidia torquebantur. Itaque non sufficientes in pectore suo, inuidiæ stimulantis ardorem, prorumpunt in vocem. vnde dicitur: {Et cum ve. in ten. ac. ad eum do. Prin. Sa. & Sen. po. di. In qua po. hæc facis? CHRY. in Hom. Quia. n. signis detrahere non habebant, ex his quæ inhibebantur in templo vendere, afferunt reprehensionem: ac si dicerent: Numquid magistralem suscepisti thronum? Sacerdos consecratus es, quoniam tantam demonstrasti potestatem? CHRYSO. super Matthæ. Per hoc autem, quòd subdunt. Aut quis de. tibi hanc potestatem? Ostẽdunt multas esse personas, quæ dant hominibus potestatem siue corporalem siue etiã spiritualem, quasi dicerent: De sacerdotali familia genitus non es, Senatus tibi hoc non concessit, Cæsar non donauit. Si autem credidisset quia omnis potestas ex Deo est. nunq̃ interrogassent, quis dedit tibi hãc potestatem? Oĩs enim homo secundum se, æstimat alterum, fornicarius neminem æstimat castum. castus non facile de fornicario suspicatur, sic qui non est ex Deo sacerdos. nullius sacerdotiũ putat ex Deo. HIER. Vel his verbis eandem quam supra calumniam struunt, quando dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Quando. n. dicunt: In qua potestate hæc facis. dubitant de Dei potestate, & subintelligi volunt diaboli esse, quod faciat. Addentes quoque. Quis tibi dedit hanc potestatem? manifestissime Dei filiũ negant, quem putant non suis, sed alienis viribus signa facere. Poterat aut dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare: sed prudenter interrogauit, vt suo ipsi vel silentio, vel scientia condemnarentur. vnde sequitur: {Respon. Iesus dixit eis: Inter. vos & ego vnum sermonem.} CHRY. sup Matt. Non quidem vt respondentes audiant: sed vt impediti non interrogẽt, quia ipsę præceperat: Nolite sanctum dare canibus. Deinde etiam si dixisset, nihil proficeret, quia non potest sentire, quæ lucis sunt, tenebrosa voluntas. Interrogantem. n. oportet docere, tentantem autem rationabili percussione confundere, nõ autem ei virtutem mysterij publicare. Dominus ergo simplici interrogationi laqueũ ponit in sua interrogatione, & quia eum vitare non poterant, subdit, {Quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio.} Est autem interrogatio talis. {Baptis. Io. vnde erat, ex cę. an ex hominibus?} AVG. super Ioã. Accepit quidem Ioannes, vt baptizare posset ab eo, quem posthodum baptizauit, baptismus autem quem accepit, baptismus Ioannis hic dr. Solus tale donum accepit, nullus ante ipsum iustorum, nullus post ipsum ac cepit baptismum, qui baptismus diceretur ipsius. Venit enim Ioannes baptizare in aqua pniæ, viam Domino præparando, non interius mundando, quod purus homo non potest. HIER. Ipsi autem Sacerdotes, quid in sua malitia pertractauerint, ostenditur cum subditur: {At illi cogitabant inter se.} Si. m. respondissent, baptisma Ioannis esse de cælo, consequens erat rñsio, quare ergo non estis baptizati a Ioanne? Si autẽ dicere voluissent humana deceptione compositum, & nihil habere diuinum, seditionem populi formidabãt. Oĩs enim congregatę multitudines, Ioannis receperant baptisma, & sic habebant eum vt Prophetam. Responditaque impiissima fictio, & humilitatis verbo quo nescire se diceret, versa ẽ ad insidias cooperiendas. vnde sequitur: {Et respondentes Iesu, dixerunt, nescimus.} In eo, ꝙ nescire se respõderant, mentiti sunt.

Hom. 68.

consequens ergo erat iuxtà responsionem eorum Dominũ quoq; dicere: Nec ego scio, sed mentiri veritas nõ potest. Sequitur enim. {Ait illis & ipse, nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.} Ex quo ostendit & illos scire, sed respondisse nolle, & se nosse: & ideo non dicere, quia illi quod sciant, taceant. ORIGE. Sed dicet aliquis contra hoc, quia ridiculum erat interrogare in qua potestate hæc faceret Iesus. nec. n. poterat fieri vt responderet, qa in potestate diaboli faceret: sed nec ipse respondere quod erat verum. quoniam in potestate propria facit. Siquis autem dicat, qm interrogabant principes, vt illum terrerent, vtputa si facit aliquis quod nobis non placet in nostris, dicimus ei, quis te iussit hoc facere? eũ terrentes vt recedat ab actu, sed quid est, ꝙ & Christus ita respondit: Dicite mihi vos hoc, & ego vobis dico, in qua potestate hæc facio. forte ergo sic intelligitur hic locus, generaliter quidem sunt duę potestates diuersæ, vna ex parte Dei, altera ex parte diaboli. specialiter autem sunt plures. Non. n. vna potestas omnibus prophetis facientibus signa cooperabatur: sed alia istis, alia illis, & ad res forsitan inferiores, inferior, ad res aũt eminentiores, eminentior. Principes aũt Sacerdotum, videbant Iesum multa prodigia facientem: & ideo potestatis sibi cooperantis speciem & proprietatem volebant audire a Christo. Alij quidem qui signa fecerunt, in primis quidem in ista potestate fecerunt. Proficiẽtes autem in alia potestate, maiori tamen Saluator vniuersa fecit in vna potestate, quam accepit a patre. Quoniam autem non erant digni talia audire mysteria, propterea non dat eis responsum, sed contra interrogat. RABA. Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quærentibus, cum. f. is qui quærit, aut minus capax est ad intelligendum, aut odio vel contemptu veritatis indignus est, cui debeat aperiri, quod quærit.

e ¶ HIERO. Post præmissa, infert dominus parabolam, qua & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum Dei, doceat transferendum dicens. {Quid autem vobis videtur?} CHRY. super Matthæũ. Quos reos proponit in causa. ipsos & iudices petit, vt a nullo mereantur solui, qui seipsos condemnant. Magna est fiducia iustitiæ, vbi aduersario ipsi causa committitur. In parabolis ergo figurat personas eorum, vt non intelligant quomodo ipsi aduersus se sententiam dicerent. Sequitur enim. {Homo quidam habe. duos filios,} quis ille nisi Deus, qui omnes homines creauit? qui cum sit natura dñs: tamẽ vult magis diligi quasi pater, q̃ timeri vt dominus. Maior filius, gentium populus erat, minor vero, populus Iudæorum, quoniam gentes quidem erant ex tempore Noe. Sequ. {Et ac. ad primum dixit, fili vade ho. ope. in vi. meam.} Hodie, i. tẽpore sæculi huius. locutus est autem non in facie vt homo, sed in corde, vt Deus sensibus ingerens intellectum. Operari autem in vinea, est iustitiam facere, nescio autem si totam quis hominum sufficiat operari. HIERO. Primo ergo dicitur gentilium populo per naturalis legis notitiam. Vade & operare in vineam meã, hoc est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, qui superbe respondit. vnde sequitur: {Ille autem respondens ait, Nolo.} CHRY. super Matthæ. Gentes enim a principio relinquentes Deum, & in iustiam eius, & transeuntes ad idola & peccata, in cogitationibus suis rídere videntur: Nolimus facere Dei iustitiam. HIERO. Postea vero in aduentu Saluatoris, gentium populus acta pœnitẽtia operatus est in vinea Dei, & sermonis contumaciam labore correxit, & hoc est quod dicitur: {Postea pœnitentia motus, abijt}

Universidad de Deusto Biblioteca

Sequitur: {Accedens autem ad alterum, dixit similiter: At ille respondens ait: Eo domine.} Secundus enim filius, populus Iudæorum est, qui respondit Moysi: Omnia quæcumque dixerit nobis dominus, faciemus. CHRY. super Matthæ. Sed postea auersi, mentiti sunt Deo, secundum illud, Filij alieni mentiti sunt mihi, & hoc est quod dicitur. {Et non iuit.} Interrogat ergo Dominus consequenter. {Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus.} vide quomodo aduersus se protulerunt sententiam dicentes: Priorem filiũ voluntatem patris fecisse, idest populum gentium quia melius est non promittere Deo iustitiam & facere, quàm promittere & mentiri. ORIGE. Vnde potest considerari Dominum esse locutum in parabola ista ad eos, qui modicum aut nihil promittunt, operibus autem ostendunt, & contra eos qui magna promittunt, nihil autem secundum promissionem suam agunt. HIER. Sciendum est autem in veris exemplaribus, non haberi nouissimum, sed primum, vt proprio iudicio condemnentur. Si autem nouissimum voluerimus legere, vt quidam habent, manifesta est interpretatio, vt dicamus intelligere quidem veritatem Iudæos, sed tergiuersari & nolle dicere quid sentiunt, sicut ad baptismum Ioannis, scientes esse de cælo, dicere noluerunt. CHRY. super Matthæum. Eorum autem iudicium Dominus abundanter confirmat. vnde sequitur. {Dixit illis Iesus: Amen dico vobis, qa Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei:} ac si dicat: Non solum populus gentium melior est vobis: sed etiam Publicani & meretrices. RABA. Potest autem regnum Dei euangelium, vel Ecclesia præsens intelligi, in quo gentes Iudæos præcedunt, quia citius credere voluerunt. ORIGE. Per hoc autem non excluditur, quin Iudæi aliquando intrent in regnum Dei, sed cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. CHRYSO. super Matthæum. Puto autem, quòd ex persona omnium virorum peccatorum, Publicani ponuntur, & ex persona omnium mulierum peccatricum, meretrices, quia auaritia præcipue in viris abundat, fornicatio autem in mulieribus. Mulier enim in quiete sedet inclusa, fornicatio autem maxime ex ocio nascitur. vir autem quoniam in actibus rerum diuersarum est assidue, in auaritiæ peccatũ facile incurrit, in fornicationem autem non facile, nisi multum sit lasciuus. nam occupatio virilium sollicitudinum, voluptatem plerumque excludit. vnde proprium est hoc adolescentium, nihil agentium. Consequenter exponit causam eius quod dixerat, dicens. {Venit enim Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non credidistis ei.} RABA. Viam iustitiæ Ioannes prædicans venit, quia Christum, qui consummatio legis est, digito monstrauit. CHRYSO. super Matthæum: Vel venit in via iustitiæ sic manifeste, vt conuersatio eius venerabilis peccatorum corda concuteret. vnde sequitur: {Publicani autem & meretrices crediderunt ei.} Considera quomodo conuersatio bona prædicatoris prædicationi præstet virtutem, et etiam indomita domet corda. Sequitur. {Vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei, ac si diceret: Illi fecerunt, qd maius est credendo. Isti autem neque pœnitẽtiam fecerunt, quod minus est. In hac autem expositione, quam secundum multorum expositionem tractauimus, aliquid mihi videtur esse contrarium. Si enim duo filij, Iudæi & gentes intelligendi sunt, postquàm Sacerdotes interrogati, responderunt priorem filium patris voluntatem fecisse, concludens Christus parabolam. sic debuit dicere, {Amen dico vobis, quia gentes præcedent vos in regnum Dei.} Nunc autem dicit, quia Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei, quod magis popularium hominum ostendit conditionem quam gẽtium: nisi forte intelligamus, vt prius dictum est. In tantum gentium populus magis placet Deo quàm vos, vt etiã Publicani & meretrices sint acceptabiliores Deo quàm vos. HIERO. Vnde alij putant non Gentilium & Iudæorum esse parabolam, sed simpliciter peccatorum & iustorum, eo quòd illi quidem per mala opera Deo seruire negauerant, postea pœnitentiæ baptismum acceperant: a Ioanne. Pharisæi autem, qui iustitiã præferebant & legem Dei se facere iactabant: Ioannis contempto baptismate, eius præcepta non fecerunt. CHRY. super Matth. Hoc autem ideo introducit, quia Sacerdotes non discendi causa, sed tentandi interrogauerãt: In qua potestate hoc facis? Multi autem ex populis crediderant: & ideo introducit parabolam duorum filiorum, ostendens eis per eam, quia meliores sunt sæculares, qui a principio sæcularem profitentur vitam, q̃ Sacerdotes qui a principio profitentur Deo seruire, qm̃ populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad Deum, Sacerdotes autem impœnitibiles constituti, nũquam desinunt peccare in Deum. Prior enim filius populus est. nõ enim populus est propter Sacerdotes, sed Sacerdotes propter populum.

¶ CHRYSO. in Hom. Post priorẽ parabolam, aliam ponit, vt ostendat eorũ accusationem esse maiorem, & venia indignam. vnde dicitur, {Aliam parabolam audite. Homo erat pa. fa. qui planta. vineam.} ORIGE. Homo paterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdam parabolis, sicut si pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia, vt descendat ad verba filij sui, & instruat eum. CHRY. super Matthæ. Homo autem dicitur nomine, non natura, similitudine, non veritate, præscius. n. filius, quia propter appellationem humani nominis, quasi homo purus fuerit blasphemandus, etiam Deum patrem inuisibilem homi nem appellauit, qui angelorum & hominum natura Dominus est, benivolentia pater. HIERO. Plantauit autem vineam, de qua. Isa. loquit: Vinea Domini Sabaoth, domus Israel est. Sequit: {Et sepem circũdedit ei,} vel murum vrbis, vel angelorũ auxilia. CHRYSO. super Matthæ. Vel per sepem intellige custodiã patrum iustorum, qui tanquàm murus facti sunt populo Israel. ORIGE. Vel custodia Dei fuit sæpes ipsius, torcular autem locus libationum, de quo sequitur: {Et fodit in ea torcular.} HIER. Altare. s. aut torcularia illa, quorum titulo tres Psalmi prænotantur, octauus, octogesimus, octogesimus tertius. s. martyres. HILA. Vel Prophetas, quasi quædam torcularia aptauit, in quos musti modo quædam vbertas Spiritus sancti feruentis influeret. CHRY. super Matthæ. Vel torcular est verbum Dei, quod cruciat hominem, contradicente carnis natura. Sequitur: {Et ædificauit turrim.} HIER. idest templum, de quo dicitur per Michæam: Et tu turris nebulosa filia Syon. HILA. Vel in turre eminentiam legis extruxit, quæ & in cælum ex solo egressu proueheret, & ex qua speculari Christi posset aduẽtus. Sequitur: {Et locauit eam agri.} CHRY. super Matth. Quando. s. per legem constituti sunt Sacerdotes & Leuitæ, & procurationem regendi populum, susceperunt. Sicut autem colonus, q̃uis de suo munere obtulerit dño, non sic eum placat, sicut si de vinea eius, redditus ei obtulerit, sic & Sacerdos, non tm̃ pp̃ suam iustitiam placet Deo, qũo si populum Dei in sanctitate docuerit, qm̃ ipsius iustitia vna est, populi autem multiplex. Sequitur. {Et peregre profectus est.} HIER. Non loci mutatione, nec. n. Deus alicubi abesse, potest quo complentur oia, sed abire a vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. CHRY. in Hom. Vel peregre profectus est, cum longanimitatem habuit, non semper eorum peccatis pœnam inducens. ORIGE. Vel quia dñs, qui fuerat cum illis in nube diei, & in columna ignis per noctem, nequaq̃ postea similiter apparuit illis. In Isaia ergo Iudaicus populus vinea nominatur, & continuatio patristamilias contra vineam fit. In euangelio autem vinea non eius patris, sed eius coloni. sed forte in Euangelio vinea est regnum Dei, idest doctrina, quę scripturis inserta est scientiæ, vita autem ipse præhensibilis hominum, est vineæ fructus. Litera autem scripturæ, est vineæ sepes circũposita, vt non videantur ab his, qui foris sunt fructus qui sunt in absconso, profunditas autem eloquiorum Dei est vineæ torcular, in qũ qui profecerunt de eloquijs Dei, infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem ædificata, est verbum de ipso Deo, & de dispensationibus Christi, hanc vineam tradidit colonis, idest populo ante nos, tam Sacerdotibus quàm laicis. Et peregre profectus est, ad suam profectionem, dans occasionem colonis. Appropinquat autem tempus fructuum, & secundum vnumquemque, & generaliter populo vniuerso. Primum enim vitæ tempus est secundum infantiam, & tunc nihil vinea ostendit: nisi tantum habens in se vitalem virtutem, cum autem inceperit posse loqui, tempus est generationis. Quantum autem proficit anima pueri, & tantum vinea, idest verbum Dei. & post profectum, vinea operatur fructum maturum charitatis, & gaudij, & pacis, & huiusmodi. Sed & populo, qui acceperunt legem per Moysen, tempus fructuum appropinquat aliquando. vnde sequitur: {Cum autem tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius.} Et agricolæ apprehensis seruis eius: alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur forte filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ, qd faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Numquàm legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic est factus in caput anguli? A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ciderit super lapidem istum, confringetur, super quem vero ciderit, conteret eum.

RABA. Vnde tempus fructuum posuit non prouentuum. nul lus enim est fructus populi contumacis. CHRY. in Homil. Seruos dicit Prophetas, qui offerunt quasi Sacerdotes Domini populi fructus, & obedientiæ ostensionem per opera. Hi autem non solum malitia potiti sunt, in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui venerunt, & sanguine manus impleuerunt. vnde sequit: {Agricolæ autem apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, aliũ occiderunt, alium vero lapi.} HIERO. Ceciderunt quidem, vt Hieremiam, occiderunt, vt Isaiam, lapidauerũt, vt Nabot & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. CHRYSO. super Matthæum. Per singulos autem gradus malitiæ, Dei misericordia addebatur, & per singulos gradus, diuinæ misericordiæ malitia Iudæorum crescebat, & sic contra Dei clementiam malignitas humana certabat. vnde sequitur. {Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. HILA. Missi autem plures prioribus, illud tempus designat, quo post singulorum Prophetarum prædicationem, plurimus simul numerus propheantium emissus est. RABA. Vel primi serui qui missi sunt, ipse legifer Moyses intelligitur, & Aaron primus Sacerdos Dei, quos cæsos flagello linguę vacuos emiserunt. alios autem seruos, Prophetarum choros intellige. HILAR. In filio autem ad vltimum misso, Domini nostri aduentus significatur. Sequitur enim: {Nouissime autem misit ad eos filium suum.} CHRY. in Hom. Quare autem non confestim misit? vt ex his quæ ad alios fecerant, seipsos accusarent, & furorem dimittentes, verecundarentur propter filium aduenientem. vnde sequitur: {Verebuntur filium meum.} CHRY. Hunc autem misit, non quasi ad obnoxios pœnæ sententiam basilantem, sed pœnitentiæ veniam. misit enim eos confundere, non punire. HIERONY. Quod autem dicit: {Verebuntur filiũ meum.} non de ignorantia venit. Quid enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco Deus intelligitur? sed semper ambigere, Deus dicitur, vt libera voluntas homini reseruetur. CHRYSO. in Hom. Vel hoc dicit, annuncians quid fieri debebat, quoniam oportebat eos verecundari: per hoc enim vult ostendere peccatum eorum magnum, & omni excusatione priuatum. ORIGE. Vel illud quod ait: Verebuntur filium meum, videtur impletum in illis Iudæis, qui intelligentes Christum, crediderunt in eum. Hoc autem quod sequitur. {Agricolæ autem videntes filium, dixerũt inter se, hic est hæres, venite occidamus eum.} in illis impletum est, qui videntes Christum, & cognoscentes filium Dei nihilominus crucifixerunt eum. HIER. Interrogemus Arrium & Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare, quicquid pro patre responderint, hoc intelligant de filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. CHRYSO. super Matthæum. Dicunt autem quidam, quia post incarnationem, dictus est Christus filius ex baptismo, sicut cæteri Sancti, quos ex hoc loco conuincit Dominus. vbi dicitur: Mittam filium meum. Quando ergo adhuc cogitabat, ad transmittendum filium post Prophetas, iam filius erat: deinde si eo modo dicitur filius, sicut omnes sancti ad quos factum est verbum Dei, debuit & Prophetas dicere filios, sicut & Christum, aut & Christum seruum dicere, sicut & cæteros Prophetas. HIERONYMVS. Per hoc autem quod dicunt: Hic est hæres: manifeste Dominus probat Iudæorum principes, nõ per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per Prophetam dicit: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hæreditas quippe filio sancta Ecclesia data est, quam non moriens pater illi reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. CHRYSO. super Matthæum. Tamen postquàm introiuit in templum, & vendentes ani malia, quæ ad sacrificium pertinebant, foras eiecit, tunc præcipue cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt: {Venite occidamus eũ: Dicebant enim intra se: Necesse est vt populus per istum dimittat consuetudinem hostiarum, quæ ad nostrum pertinent lucrum, & acquiescat offerre sacrificium iustitiæ, quod ad gloriam pertineat Dei, & sic iam non erit populus iste possessio nostra: sed Dei. Si autem occiderimus eum, dum non est qui iustitiæ fructum a populo quærat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum, & sic populus iste erit nostra possessio, & hoc est quod sequitur: {Et nostra erit hæreditas.} Hæc est cogitatio cõmunis omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti, quomodo viuat populus sine peccato, sed aspiciant quid in Ecclesia offeratur, & hoc æstimant Sacerdotij sui lucrum. RABA. Vel hæreditatem occiso eo, præripere molebantur Iudæi, cum fidem quæ per eum est extinguere, & suã magis, quæ ex lege est iustitiam præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inferere. Sequitur: {Et apprehensum eum, eiecerũt extra vineam, & occiderunt.} HILA. Christus enim extra Hierusalem, tãquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. ORIG. Vel quod dicit: Eiecerunt extra vineam: Tale mihi videtur, quantum ad se, alienum eum esse iudicauerunt a vinea & colonis. Sequitur: {Cum ergo venerit Dominus vineę, quid faciet agricolis illis?} HIERONY. Interrogat quidem eos Dominus, non quòd ignoret quid respõsuri sint, sed vt propria respõsione damnentur. Sequitur. {Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. CHRYSO. super Matthæum. Quòd autem verum responderunt, non est illorum qui iuste iudicauerunt, sed ipsius causæ, veritas enim ipsis violentiam fecit. ORIGEN. Sicut enim Cayphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda ab eis erat eloquia Dei, & danda gentibus fructum in tempore daturis, vel Dominus quem occiderunt, statim venit resurgens a mortuis, & malos quidem colonos male perdidit, alijs autem colonis, idest Apostolis vineam suam consignauit, idest eis qui ex Iudaico populo crediderunt. AVGVSTI. de Con. Euang. Marcus autem hoc ab ipsis non respõsum esse cõmemorat, sed Dñs hoc consequenter locutum, post interrogationem suam ipsum tibi quodã modo respondisse. Sed facile potest intelligi, vel illorum vocem ita subiectam, vt non interponeretur: illi respondent, sed tamen intelligeretur: aut ideo respõsionem istam Domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondet, qui veritas est. CHRY. in Hom. Vel non est contradictionis, etenim vtraque facta sunt, quia scilicet, & ipsi primo hoc responderunt, & postea Dñs interrogauit. AVG. de Con. euan. Sed illud magis mouet, quòd Lucas non solum eos hoc respondisse non dicit, verum etiam contrariam retulisse respõsionem. Ita. n. narrat: Quo audito. s. hac sententia ex ore Domini prolata, dixerunt: Absit. Restat ergo vt intelligamus in plebe, quæ audiebat quosdam respondisse, quod Matthæus commemorat, quosdam vero illud, quod Lucas dicit, idest absit. Nec mouear, quòd Matthæus Principes Sacerdotum, & Seniores populi dixit accessisse ad Dominum, & sic sine interpositione alicuius personæ sermo contexitur, vsque ad hoc, quòd de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia hæc, cum Principibus sacerdotum locutum fuisse: sed Matthæus breuitatis causa tacuit, quod Lucas non tacuit, parabolam scilicet istam non ad eos solos dictam, qui de potestate interrogauerant, sed ad plebem in qua erãt, qui dicerent, perdet illos, & vineam suam dabit alijs, quæ vox recte etiam ipsius Domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter membrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam, qui talia respondentibus dicerent: Absit. quia intelligebant contra seipsos parabolam esse dictam. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Vel aliter: Lucas quidem secundum responsionem oris eorum narrauit: Matthæus autem secundum responsionem cordis. nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes: Absit. In conscientia autem susceperunt, dicentes. Malos male perdet. Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo, verbis quidem excusat, intus autem eius conscientia recognoscit. CHRYSOSTOMVS. in Homil. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam proposuit, vt ipsi non intelligentes, contra se sententiam proferrent, sicut & ad Dauid dictum est per Nathan. Rursus autem intelligentes, quæ dicta sunt contra se esse, dixerunt: Absit. RABA. Moraliter autem, cuique vinea locatur colendã, cum baptismi ministerium datur, q̃ operando exerceat. Mittitur

Universidad de Deusto Biblioteca

seruus vnus, alter & tertius, cum lex, Psalmus, Prophetia legitur, ad quorũ monita bene operetur. Sed missus cęditur & eiicit, cum sermo contemnitur, vel quod peius est, blasphematur. Hæredem quantum ad se occidit, qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alij datur, cum donum gratiæ, qđ superbus spreuerit, humilis accipit. CHRY. sup Matt. Deinde quasi non acquiescentibus illis, testimonium scripturæ inducit. Sequitur.n. {Dicit illis Ies⁹: Nũq legistis in scripturis,} Lapidem quem reprobauerunt, idest si parabolam meam non intelligitis, vel istam scripturam cognoscatis.

g Et cum audissent Principes Sacerdotum & Pharisęi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant.

HIERO. Varijs autem parabolis res eædem contexuntur. quos enim supra operarios, & agricolas appellauit, nunc ædificatores, idest cæmentarios vocat. CHRY. in Hom. Lapidem autem Christum vocat, ædificatores autem doctores Iudæorum, qui Christum reprobauerunt dicentes Hic non est a Deo. RABA. Sed illis nolentibus idem lapis, caput anguli firmauit, quia de vtroque populo, quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. vnde sequitur. {Hic factus est in caput anguli. HILA. Est enim caput anguli factus, quia est inter legem & gẽtes lateris, vtriusque coniunctio. CHRY. in Hom. Deinde vt discant, quoniam nihil eorum quæ fiebant, Deo contrariũ erat. subdit: {A domino factum est. ORIG. idest iste lapis donum est, donatum a Deo ædificio vniuerso, & admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis. CHRY. super Matthæum. Quasi diceret: Quare non intelligitis, in cuius ædificij angulo ponendus est ille lapis, non in nostro quando reprobatus est: sed in alio. Si autem aliud ædificium est futurum, ergo nostra ædificatio est contemnenda. vnde subdit: {Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur gentibus facientibus fructum eius.} ORIG. Regnum Dei dicit mysteria Regni Dei, idest diuinas scripturas quas tradidit Dominus, primo quidem populo illi priori, cui credita sunt eloquia Dei: secundo autem gentibus facientibus fructum, nemini enim datur verbum Dei, nisi facienti fructum de eo, & nemini in quo peccatum regnat, datur regnum Dei, quomodo ergo illis datum est, a quo & ablatum est? Sed considera, quomodo quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit non omnino, quasi electis & fidelibus dedit. quibus autem donauit, cum iudicio electionis donauit. CHRYSOSTOMVS. super Matthæũ. Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatem, sed etiam quia est inimicorum magna confractio. vnde sequitur: {Et qui ceciderit super lapidem istum.} HIERONYMVS. Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem & confringitur: sed non omnino conteritur. Reseruatur enim per patientiam ad salutem, super quem vero ille ceciderit, hoc est, cui lapis ille irruerit, & qui Christum pęnitus negauerit, sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aquę pusillum. CHRYSOSTOMVS. super Matthæũ. Aliud est enim confringi, & aliud comminui, de eo enim quod confringitur, aliquid remanet. quod autem comminuitur, quasi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidem, non frangitur secundum quòd est lapidis virtus: sed inquantum fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus, sic & Christianus peccans, non tantum perit, quantum potest perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum, quantum potest eos perdere Christus. CHRYSOSTO. in Homil. Vel hic duas perditiones eorum ostendit, vnam ab eo, quòd offenderunt & scandalizati sunt, quam designat dicens: Qui ceciderit super lapidem. aliam in captiuitate eis superuentura, quam manifestat dicens: {Super quem vero ceciderit.} Lib.1.c.30. AVG. de Quæst.Euang. Vel de his dicit, qui cadent super eum, qui illum modo contemnunt, vel iniurijs afficiunt. Ideo nondum pęnitus intereunt. sed tamen confringuntur, vt non recti ambulent super quos cadet, dum veniet desuper in iudicio cum pœna perditionis: Ideo dixit: Cõteret eos, vt sint impij tanquàm puluis, quẽ proiicit ventus a facie terræ.

g ¶ HIERONYMVS. Quàmuis duro corde Iudæi propter incredulitatem essent, tamen intelligebant contra se omnes Domini sententias dirigi. vnde dicitur: {Et cum audissent Principes Sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Hæc est autem differentia bonorum hominum & malorum. Bonus enim compræhensus in peccato, gemit quia peccauit, malus autem fremit, non quia peccauit: sed quia compræhensus est in peccato, & non solum pœnitentiam non agit: sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde & isti compræhensi, magis ad malitiam sunt excitati. Sequitur enim: {Et quærẽtes tenere eum, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant.

CAPVT XXII.

ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum cælorũ homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.

ORIGEN. Tract.19. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verum est, Prophetam eum æstimantes, non autem magnitudinẽ eius intelligunt, secundum quod erat filius Dei. Turbas autem sic sapientes de eo, & paratas pro eo pugnare timẽt principes, neq;.n.ad eorum scientiã pertingere possunt: nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est, quoniam volentium Iesum tenere, differentia est. Aliter enim Principes & Pharisæi quærebant eum tenere, aliter sponsa quæ dicit: Tenui eum, nec dimittam. adhuc enim tentura melius sicut dicit: Ascendam in palmam, & tenebo altitudinem eius. Omnes enim non recte sapientes de diuinitate, tenere volunt Iesum & perdere eum. Et alia quidem verba, præter verbum Christi, possibile est compræhendere & tenere. Verbum autem veritatis nemo potest compræhendere, idest intelligere neque tenere, idest conuincere, neque separare a sensu credentium, neque mortificare, idest destruere. CHRY. super Matthæum. Omnis etiam homo malus, quantum ad voluntatem suam, & manus mittit in Deum & occidit eum. Qui enim præcepta Dei conculcat, qui murmurat contra Deum, & turbato vultu aspicit cælum: nõne si fieri potuisset, manus mitteret in Deum & occideret eum, vt iam licenter peccaret? RABA. Sed tamen, quòd timent mittere manum in Iesum propter turbam, quotidie in Ecclesia geritur, cum quilibet solo nomine frater, fidei & pacis vnitatem quam non diligit, propter bonos cohabitantes, vel erubescit impugnare, vel timet.

CAP. XXII.

CHRYSOSTOMVS. in Homil. Hom.70. Quia dixerat: Dabitur genti facienti fructus eius, hic ostendit cui genti. vnde dicitur: {Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis dicens: Simile factum est regnum cælorum. GLO. Dicit autem: Respondens, idest obuians prauę cogitationi eorum de morte sua. AVGVST. Lib.2.c.71. de Conse. Euange. Parabolam autem istam solus Matthæus narrat, simile quidem etiam Lucas commemorat, sed non est hoc, sicut & ipse ordo indicat. GREGOR. in Homil. Ho.euã.36. Hic per nuptias, præsens Ecclesia, illic per cænam, æternum & vltimum conuiuium designatur, quia & in hanc nonnulli exituri intrant, ad illud quisquis semel intrauerit, vlterius non exibit. At siquis forte contendat hanc eandem esse lectionem, intelligi forsitan potest, quia de proiecto eo, qui cũ nuptiali veste non intrauerat, qđ Lucas tacuit, Matthæus dixit, quòd vero per illum cœna, per hunc autem prandium dicitur, nequaquàm obsistit, quia cum ad horam nonam apud antiquos prandium fieret, quotidie ipsum quoque prandium cœna vocabatur. ORIGEN. Tract.20. Regnum autem cælorum simile est, secundum eum quidem, qui regnat homini Regi, secundum eum autem qui conregnat filio Regis, secundum ea vero, quæ sunt in regno Regis, seruis & inuitatis ad nuptias. Inter quos est & exercitus Regis. Additum est autem, homini Regi, vt hominibus quasi homo loquatur, & dispensat homines non cupientes dispensari a Deo. Sed tunc cessabit Regnum cælorum esse simile homini, cum cessante zelo, & contentione, & cæteris passionibus & peccatis, cessauerimus secundum hominem ambulare, & videbimus eum sicuti est: Nunc enim videmus eum non sicuti est: sed sicuti per nostram dispensationem factus fuerit nobis. GREGOR. in Homil. Tunc autem Deus Pater, Deo Filio nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanę naturæ coniunxit. Sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse vnitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus: sed ex duabus personis credere compositum, vt nephas vitamus: Securius ergo dici potest, quia in hoc Rex Pater, Regi Filio nuptias fecit, quòd ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociauit. Vterus autem genitricis Virginis huius sponsi thalamus fuit. CHRY. super Matthæ. Vel aliter: Cum resurrectio fuerit facta Sanctorum tunc suscipiet hominem vita quæ est Christus, mortalitatem eius sua mortalitate absorbens. Nunc enim quasi arras futuri coniugij Spiritumsanctum accipimus, tunc autem ipsum Christum plenius in nobis habebimus. ORIGEN. Vel coniunctionem sponsi ad sponsam, idest Christi ad animam, verbi susceptionem intellige, partus autem opera bona. HILA. Merito autem a patre iam sunt hæ nuptiæ factę, quia æternitatis huius societas, & noui corporis desponsata coniunctio habetur iã perfecta ĩ Christo. Sequitur: Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & noluerunt venire. CHRYSO. super Matth. Ergo quando misit seruos suos, iam inuitati prius erant. Inuitati sunt enim homines a tempore Abrahæ, cui Christi incarnatio promittebatur. HIERO.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suã, alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cnm audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratę sunt: sed q inuitati erant, non fuerũt digni. Ite ergo ad exit⁹ viarũ, & quoscumque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui

Misit autem seruum suum, nec dubium quin Moysen, per quem legem inuitatis dedit. Si autem seruos legerimus, vt plura habent exemplaria, ad prophetas referendum est, quia inuitati per eos venire cõtempserunt. Sequitur: {Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis.} Serui qui secundo missi sunt, melius est, vt prophetæ intelligantur quàm Apostoli: ita tamen si seruus supra fuerit scriptus, sin autem seruos ibidem legas, hic serui secũdi, Apostoli sunt intelligendi. CHRY. super Matth. Quos misit cum eis dixit: In viam gentium ne abieritis, sed potius ite ad oues perditas domus Israel. ORIGE. Vel qui primi mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias, habentur prophetæ cõuertentes ex populo per suas prophetias ad letitiã & restitutionẽ Ecclesiæ ad Christũ. Qui autem noluerunt venire in primis inuitati, sunt qui noluerunt audire verba prophetarum. Iterum alij transmissi, alia congregatio prophetarum est. HILA. Vel serui primo missi, qui inuitatos vocarent Apostoli sunt, qui autem admonentur vt veniant inuitati antea, populus Israel est. in gloriam enim æternitatis per legem est aduocatus. Apostolorum ergo erat proprium commonefacere eos, quos inuitauerant prophetæ. Qui vero iterum, cum præceptorum conditione mittuntur Apostolici viri, sunt successores eorum. GREGO. Sed quia hi qui prius inuitati sunt, ad nuptiarum conuiuium venire noluerunt, in secunda inuitatione iam dicitur: {Ecce prandium meum paraui. HIERO. Prandium paratum & tauri, & altilia occisa, vel per metaphoram opes regię describuntur, vt ex carnalibus intelligantur spiritualia, vel certe dogmatum magnitudo, & doctrina Dei lege plenissima sentiri potest. CHRYSO. super Matthæ. Cum ergo dominus Apostolis dixit: Euntes, prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum, hoc significauit quod hic dicitur. Prandium meum paraui, idest ex lege & Prophetis scripturarum mensas ornaui, vnde sequitur. {Tauri mei, & altilia occisa sunt. Homil. 36. GREGO. in Hom. Per tauros autem patres veteris testamenti significantur, qui ex permissione legis inimicos suos, virtutis corporeæ cornu feriebant. Altilia vero saginata dicimus. ab eo enim quod est alere altilia, vel quasi alita vocamus. Per altilia ergo patres noui testamenti figurantur, qui dum gratiam pinguedinis internę dulcedinis percipiunt, a terrenis desiderijs ad sublimia contemplationis suæ penna subleuantur. Dicit ergo. Tauri mei, & altilia occisa sunt, ac si d. Patrum præcedentium mortes aspicite, & remedia vitæ vestræ cogitate. CHRY. super Matth. Vel aliter: Ideo dicit: Et saginata & tauros, non quia & tauri non fuerint saginati: sed quia non omnes saginati fuerunt tauri, ergo saginata tantummodo dicit Prophetas, qui fuerũt Spiritusancto repleti, tauros autem qui prophetæ fuerunt & sacerdotes, sicut Hieremias & Ezechiel. vt enim tauri duces sunt gregis, ita & Sacerdotes principes sunt populi. HILA. Vel aliter: Tauri gloriosa martyrum species est, qui confessioni Dei, tãquàm hostia electa sunt immolati. Saginata vero sunt homines spirituales tanquàm cælesti pane ad euolandum aues pastæ, cæteros accepti cibi vbertate expleturæ. Hom.36. GREGOR. Notandum vero, quòd in priore inuitatione, nil de tauris & altilibus dicitur. In secunda autem iam tauri, & altilia mactata memorantur, quia omnipotens Deus, cum verba eius audire nolumus, adiungit exempla, vt omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto p hoc transisse, & alios audiuimus. ORIGE. Vel quia prandium, quod paratur est eloquium Dei, fortia quoque eloquiorum Dei tauri intelligantur, suauia vero & delectabilia eorum sunt saginata. Siquis enim proferat, quædam dicta modica & non firma, & non magnam virtutem rationis habentia, videntur macra esse quæ proferuntur. Saginata autem sunt, cum ad vnamquamque propositionem exempla multa rationis probatione repletã inducuntur, puta si aliquis de castitate sermonem loquitur, recte intelligitur turtur. Sed cum ipsum sanctitatis sermonem, cum rationis probatione de scripturis repletum protulerit: ita vt delectet, & confirmet animum audientis, protulit eum saginatum. CHRYSOSTO. super Matthæum. Quod autem dicitur: Et omnia parata sunt. intelligitur, quia quicquid quæritur ad salutem, iam adimpletũ est in scripturis. Qui.n. ignorans est, inuenit ibi quod discat. Qui contumax est, inuenit ibi quod timeat, qui laborat, inuenit ibi promissa, quibus excitetur ad opus. GLO. Vel omnia parata sunt, idest introitus Regni paratus est per fidem meæ incarnationis, qui ante fuerat clausus. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Vel omnia parata dicit, quæ pertinent ad mysterium Dominicæ passionis, & nostræ redemptionis. Dicit autem: {Venite ad nuptias,} non pedibus, sed fide & moribus. Sequitur: {Illi autem neglexerunt.} Quare autem neglexerint, manifestat cum subditur: {Et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negociationem suam.} CHRYSOSTOMVS. in Homil. Quàmuis autem videantur rationabiles occasiones esse: sed hinc discimus etiam si necessaria sint quæ detinent, omnibus tamen præponere spiritualia oportet. Mihi autem videtur, quòd his occasionibus vsi, negligentiæ velamina proponebant. HILARIVS. Ambitione enim sæculi, tanquàm villa homines occupantur, plures vero propter pecuniæ cupiditatem negociatione detinentur. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Vel aliter; Cum labore manuum nostrarum aliquid facimus, puta exercentes agrum vel vineam, aut opus ligni vel ferri, villam colere videmur. Cum autem non labore manuum nostrarum alia lucra sequimur, totum hoc, negociatio appellatur. O miserrimus mundus, & miseri qui eum sequuntur. Semper enim mundialia opera homines excluserunt a vita. GREGO. Qui ergo intentus labori terreno, vel mundi actionibus deditus, mysterium incarnationis dominicæ pensare, & secundum illud viuere, scilicet dissimulat, quasi ad villam vel negocium pergens, venire ad Regis nuptias recusat, & plerumque quod est grauius, nonnulli vocati, gratiam non solum respuunt: sed etiam persequuntur. vnde subditur. {Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.} CHRYSO. super Matthæum. Vel per occupationem villæ, populares Iudæorum significat, quos mundi delectatio separauit a Christo. Per occupationem vero negociationis Sacerdotes, cæterosque ministros templi significauit, quos lucri obtentu venientes ad ministerium legis, & templi auaritia separauit a fide. De quibus non dixit, quòd malignati sunt, sed neglexerunt. qui enim odio aut inuidia crucifixerunt Christum, illi malignati sunt: qui autem negocijs impediti non crediderunt, illi neglexisse dicuntur non malignari. De sua tamen morte Dominus tacet, quia in priori parabola dixerat, sed ostendit mortem discipulorum suorum, quos post ascẽsum ipsius occiderunt Iudæi, Stephanum lapidantes, & Iacobum Alphei occidentes, propter quæ Hierusalem destructa est a Romanis: Et notandum, quòd ira in Deo non proprie, sed translatiue dicitur. Tunc enim irasci dicitur, quando vlciscitur. vnde & hic dicitur. {Rex autem cum audisset, iratus est.} HIERONYMVS. Quando inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomen appositum est. nunc autem quando ad vltionem venit, homo siletur & Rex tantum dicitur. ORIGE. Dicant autem qui peccant in Deum legis & Prophetarum, & totius creationis, vtrum iste qui & homo dicitur & iratus proponitur, ipse est pater Christi, quòd si dixerint, hunc ipsum esse, cogendi sunt confiteri, quoniam multa in eo secundum passibilem hominum naturam esse dicuntur, non quia ipse passibilis est, sed quia mortem gerit passibilis naturæ hominum. Et secundum hanc consequentiam suscipere conuenit, & iram Dei, & pœnitentiam, & cætera huiusmodi in Prophetis. Sequitur: {Et missis exerciti.} HIERO. Per hos exercitus Romanos intelligimus sub Duce Vespasiano & Tito, qui occisis Iudeæ populis, præuaricatricem incenderunt ciuitatem. CHRYSOSTOMVS. super Matthæum. Romanus autem exercitus dicitur exercitus Dei, quia domini est terra & plenitudo eius, nec etiam venissent Romani Ierusalem, nisi eos dñs

excitasset. ORIGE. Vel angelorum agmina sunt exercitus regis nostri, missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium per angelos exercetur. Homicidas ergo perdit, quia perfequentes interimit. Ciuitatem eorum igni succendit, quia illorum non solum animæ, sed caro quoque in qua habitauerant æterna gehennæ flamma cruciatur. ORI. Vel ciuitas impiorū est, secundum vnumquodq; dogma congregatio eorum, qui conueniunt in sapientia principum huius sæculi, quam succendit rex & exterminat, quasi ex malis ædificationibus consistentē. GREG. Sed his, qui inuitantem se cōtemni conspicit, filij sui nuptias vacuas non habebit. quemque. n. sermo Dei inuenturus est vbi requiescat. vnde subditur. {Tūc ait seruis suis. ORIGE. ideſt Apostolis aut Angelis, qui præpositi erant in vocatione gentium. Nuptiæ quidem paratæ sunt. REMIG. ideſt omne sacramentum humanæ dispensationis iā peractum atque completum est. Sed qui inuitati erant, ideſt Iudæi non fuerunt digni, quia Dei iustitiam ignorantes, & suam statuere volentes, indignos se iudicauerunt æternæ vitæ: Reprobato ergo Iudaico populo ad has nuptias gentilis populus est susceptus. vnde sequitur. {Ite ergo ad exi. viarum & quos. inue. vo. ad nup.} HIERO. Gentilis enim populus non erat in vijs, sed in exitibus viarum. REMI. Qui sunt errores gentilium. CHRY. super Matthæ. Vel viæ sunt omnes professiones huius mundi, vt puta Philosophiæ, militiæ, & huiusmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viarum, vt cuiuslibet conditionis homines vocēt ad fidem. adhuc sicut castitas via est quæ ducit ad Deum, sic fornicatio via est quæ ducit ad diabolum, & sic de alijs virtutibus & vitijs. iubet ergo, vt cuiuscumque conuersationis vel conditionis homines inuitent ad fidem. HILA. Per viam etiam tempus sæculi intelligendum est, atque ideo ad exitus viarum iubentur ire, quia omnibus retroacta donantur. GREGO. Vel aliter: In scriptura sacra vias actiones accipimus. Exitus viarū intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad Deum veniunt quos in terrenis actionibus prospera nulla comitantur. ORIGE. Vel aliter: Puto hanc primam vocationem fuisse, ad nuptias aliquarum ingenuarum animarum. Principaliter enim Deus vult venire ad epulationem diuini eloquij, eos qui ad intelligendum sunt ingeniosiores, & quoniam qui huiusmodi sunt, nolunt ad istam vocationem venire, transmittuntur alij serui pronocantes eos & promittentes, quòd si venerint, percipient prandium paratum a rege. Sicut enim in corporalibus alia est, quæ nubit sponsa, alij inuitatores, alij qui inuitantur ad nuptias, sic Deus scit diuersos ordinersos ordines animarum, earumq; virtutes & causas, ob quas hi quidem in constitutione sponsæ accipiuntur, alij in ordine seruorum vocantium, alij in numero inuitatorum ad nuptias. Sed qui principaliter quidem fuerant inuitati. primos inuitatores quasi pauperes sensu neglexerunt & abierunt sua sequentes, in quibus magis sunt delectati quàm in his, quæ rex per seruos suos promittebat, sed hi leuiores sunt his, qui seruis tranſmissis iniuriantur & interficiunt, qui. s. præparatione contentiosorum verborum, ausi sunt tenuisse seruos missos, qui non sunt præparati ad soluendas quæstiones eorum versutas, & contumelijs afficiuntur vel interficiuntur ab eis. Sequitur {Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inue. bonos. & ma. ORIGEN. Egredientes serui siue de Iudæa, & Hierusalem Apostoli Christi, siue ab interioribus Angeli sancti, venientes ad vias diuersas diuersorum morum congregauerunt quoscumque inuenerunt. Et non curant, vtrum aliquando ante vocationem mali fuerint aut boni. bonos autem intelligere hic simpliciter conuenit humiliores, & rectiores ex eis, qui veniebant ad cultum Dei, quibus conueniebat quod Apostolus ait: Cum gentes quæ legem non habent, ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex. HIER. Inter ipsos enim gentiles infinita est diuersitas, cum alios sciamus esse procliuiores ad vitia, alios ad honestatem morum virtutibus deditos. GREGO. Vel hoc dicit, quia in hac Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. bonus autem non fuit, qui malos tolerare recusauit. Sequitur: {Et impletę sunt nuptiæ discumbentium.} ORIG. Nuptiæ, scilicet Christi & Ecclesiæ sunt impletæ, dum restituti Deo q. ab Apostolis sunt inuēti recubuerunt ad epulandum in nuptijs, sed quoniam bonos & malos oportuit quidem vocari, non autem vt mali permanerent mali, sed vt deponerent vestimenta contraria nuptijs, & induerent nuptialia indumenta, scilicet viscera misericordiæ benignitatis. Ideo rex egreditur, vt videat discumbentes priusquam apponatur eis prandium, vt reti-

Hom. 36.

Hom. 36.

Hom. 36.

neat habentes nuptialia vestimenta, & delectet condemnetq; contrarios. vnde sequitur: {Intrauit autem rex, vt videret discumbentes. CHRYSO. super Matthæum. Non quia alicubi ipse non est: sed vbi vult per iudicium aspicere, ibi dicitur præsens, vbi autem non vult, absens videtur. Dies autem aspectionis est dies iudicij, quando visitatur? est Christianos, qui super mēsam scripturarum recumbunt. ORIG. Ingrediens autem, inuenit quendam, qui non mutauerat proprios mores. vnde sequitur: {Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.} Singulariter dixit, quia vnius sunt generis omnes, qui seruant malitiam post fidem quam habuerant ante fidem. GREG. Quid autem debemus intelligere per nuptialem vestem, nisi charitatem? quia hanc in se Dominus habuit, dum ad sociandę sibi Ecclesię nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias, sed sine veste nuptiali, qui in Ecclesia fidem habet, sed charitatem non habet. AVGVSTIN. contra Faustum: Vel sine veste nuptiali nuptias adit, qui quærit ibi gloriam. non sponsi sed suam. HILA. Vel vestis nuptialis, est gratia Spiritus sancti, & candor habitus cælestis, qui bonę interrogationis confessione susceptus, vsque in cæ tum regni cælorum immaculatus, & integer est reseruandus. HIERONY. Vel vestis nuptialis præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex lege, & Euangelio nouiq; hoīs efficiūt vestimentum, quod qui in die iudicij inuentus fuerit sub nomine Christiano non habere, statim corripitur. vñ sequitur: {Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? } Amicum vocat, quia est inuitatus ad nuptias quasi sit amicus per fidem. Arguit autem impudentiæ, quòd veste sordida munditias polluerit nuptiales. ORIGEN. Et quoniam qui peccat, & non induit dominum Iesum Christum, non habet excusationem aliquam. ideo sequitur: {At ille obmutuit.} HIERONYMVS. In tempore enim illo, non erit locus impudentiæ, nec negandi facultas, cum omnes Angeli & mundus ipse, testes sint peccatorum. GREGOR. Non autem solum reiectus est a nuptijs, qui iniuriam nuptijs fecit, sed adhuc a ministris regis super vincula constitutis ligatus incessione, qua non est vsus ad bonum, & apprehensoria virtute, qua nullum opus ad bonū impleuit, condemnatus est in loco ab oi lumine alieno, qui vocatur tenebrę exteriores. vnde sequitur. {Tunc rex dixit ministris: {Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.} GREGOR. Ligantur tunc pedes & manus per districtionem sententiæ, qui modo a prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ, vel tunc ligat pœna, quos modo a bonis operibus ligauit culpa. AVGVSTI. 11. de Tri. Pruaarum vero, atque distortarum, voluntatum implicatio vinculum est quo alligatur, qui hoc ait: Vt proiiciatur in tenebras exteriores. GREGO. Interiores autem tenebras, dicimus cæcitatem cordis, exteriores vero, æternam noſtem damnationis. CHRYSO. super Matthæum. Vel per hoc designatur differentia tormentorum in peccatoribus. Sunt enim primę tenebrę exteriores, interiores autem minores, & nouissima loci. Sequitur. {Ibi erit fletus & stridor dentium.} HIERONYMVS. In fletu oculorum, & stridore dentium, per metaphoram membrorum corporalium, magnitudo ostenditur tormentorum. Manus quoque ligatas & pedes, fletum oculorum & stridorem dentium, ad comprobandam resurrectionis intellige veritatem. GREGO. Vt illic dentes strideant, qui de edacitate gaudebāt, illic oculi defleant, qui hoc per illicitas concupiscentias, versabantur, quatenus singula membra supplicio subiaceant, quæ hic singulis quibusque vitijs subiecta seruiebant. HIERO. Et quia in conuiuio nuptiali non initium, sed finis queritur, subditur. {Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.} HILAR. In inuitante enim sine exceptione publicę bonitatis, humanitas est, in inuitatis vero vel vocatis, de iudicio meritorum probitatis, electio est. GREGO. Nonnulli enim bona nec inciunt, nonnulli vero in bonis, quę incæperunt, minime persistunt. Tanto ergo sibi vnusquisque solicite metuat, quanto ignorat quæ restant. CHRYSO. super Matthæum. Vel aliter: Quotiens Deus tentat Ecclesiam suam, ingreditur ad eam, vt videat discumbentes, & si inuenerit aliquem non habentem vestem nuptialem, interrogat eum, vt quid factus es Christianus, si hęc opera negligebas? Talē ergo Christus tradit ministris suis, ideſt aliquibus magistris seductionis, & ligant manus eius, ideſt opera: & pedes, i. motus animę, & mittunt eum in tenebras, i. in errores vel Gentium, vel Iudęorum vel hęresim. Propinquiores enim

Hom. 36.

Hom. 36.

enim sunt tenebrę gentilium quia veritatē spernunt quā non audierunt, sed exteriores iudæorum qui audierunt: sed non crediderunt: sed magis exteriores hereticorum qui audierunt, & didicerunt.

b ¶ CHRY. super Matth. Sicut si aliquis claudere voluerit aquæ currentis meatum, si exclusa fuerit per aliquam violentiam, aliunde sibi semitam quærit, sic Iudæorū malignitas ex vna parte cōiusa, aliū sibi aditū adinuenit. vnde dicitur. {Tunc abeun. Pha. consi. inie. vt ca. eū in sermone. Abierunt, inquam, ad Herodianos. Quale consilium, tales & cōsiliatores. & ideo sequitur. {Et mittunt ei disci. su. cum Herodianis. GLO. Tanquam ignotis, vt facilius deciperent, & per eos illum caperent, cū timentes turbam, hoc per se non præsumerent facere. HIER. Nuper quidem sub Cæsare Augusto Iudæa subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio, stipendiaria facta fuerat. Et erat in populo magna seditio, dicentibus aliis pro securitate & quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui. Pharisæi vero qui sibi applaudebant in iustitia, econtrario, nitentibus non debere populum Dei, qui decimas soluerent & primitias daret & cęrea, quæ in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere. Cęsar autem Augustus, Herodem filium Antipatris alienigenam & proselitum Regem Iudæis cōstituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur Pharisei discipulos suos cum Herodianis, ideſt militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisei, quia Romanis tributa soluebant Herodianos vocabant, & non diuino cultui deditos. CHRY. in Hom. Propter hoc autē suos discipulos, & Herodis milites simul mittunt, vt quodcumque dixerit reprehendatur. cupiebant enim magis aduersum Herodianos eum aliquid dicere, quia enim eum detinere timebant propter turbas, voluerunt ei periculum immittere ex hoc, quòd esset publicis tributis obnoxius. CHRY. super Matth. Hæc est autem hypocritarum prima simulatio, quia laudant quos perdere volunt. Et ideo in laudem prorumpunt dicentes: Magister, scimus quia verax es. Magistrum eum vocant, vt quasi honoratus, & laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat, tamquam volens eos habere discipulos. GLO. Tripliciter autem contingit aliquem veritatem non docere. Primo ex parte ipsius docentis, quia scilicet veritatem, vel non nouit, vel non amat. & contra hoc dicunt: Scimus, quia verax es. Secundo ex parte Dei, cuius timore postposito quidam veritatem de eo quam nouerunt, non pure annunciant. & contra hoc dicunt: {Et viam Dei in veritate doces.} Tertio ex parte proximi, ex cuius timore vel amore aliquis veritatem tacet. & ad hoc excludēdum dicunt: {Et non est tibi cura de aliquo, scilicet homine. non enim respicis personam hominum.} CHRY. in hom. Hoc de Herode, & Cęsare occulte insinuabant. HIERO. Blanda quidem & fraudulenta interrogatio illic prouocat respondentem, vt magis Deum, quàm Cæsarē timeat. vnde dicūt: {Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari, an non?} Vt si dicat non debere tributa solui, statim audientes Herodiani, seditionis reum cōtra Romanum principem eum teneant. CHRY. in homil. Quia enim sciebant, quòd quidam hanc discordiam meditantes occisi erant, volebant & ipsum per sermones hos in talem suspitionem immittere. Sequitur. {Cognita autem Iesus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocritæ?} CHRY. super Matth. Non secundum sermones eorum pacificos blande respondit: sed secundum conscientiam eorum crudelem, aspera dixit: quia Deus voluntatibus respondet, non verbis. HIER. Prima ergo virtus est respondentis, interrogantium mentes cognoscere, & non discipulos sed tentatores vocare. Hypocrita ergo vocatur, qui aliud est, & aliud simulat. CHRY. super Matth. Dicit ergo eis, hypocritę, vt considerantes eum humanorum cordium cogitatorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent: Vide ergo quòd Pharisei blandiebantur vt perderent: sed Iesus confundebat eos vt saluaret, qa vtilior est homini Deus iratus, quàm homo propitius. HIER. Sapientia enim semp sapiēter egit, vt suis potissimū tētatores sermonibus confutentur. Et ideo sequitur. {Ostēdite mihi nummisma census. At illi obtulerunt ei denarium. } Hoc genus nummi est quod pro decem nummis computabatur, & habebat imaginem Cæsaris. vnde sequitur: {Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? } Qui putat interrogationem Saluatoris ignorantiam esse, & non dispensationem, ducant ex præsenti loco, qp vtique poterat scire Iesus. cuius imago esset in nummo. Sequitur. {Dicunt ei: Cæsaris.} Cęsarem non putemus Augustum, sed Tyberium significari, sub quo & passus est Dominus. Omnes autem Reges Romani a primo Cayo Cæsare qui imperium arripuerat, Cæsares appellantur. Sequit. {Reddite ergo, q sunt Cæsaris, Cesari. } ideſt nūmum, tributum, & pecuniam. HILA. Si enim nihil quod Cęsaris est, penes nos resederit: cōditione reddendi ei quę sua sunt, non tenebimur. Porro autem si rebus illius incumbamus, si iure potestatis suæ vtimur, extra quærelam iniuriæ est reddere Cæsari qđ Cæsaris est. CHRY. Tu autem cum audieris: {Reddite quæ sūt Cæsaris Cęsari}: illa scito eum dicere solum, quæ in nullo pietati nocent, quia si aliquid tale fuerit non adhuc Cæsaris est, sed Diaboli tributum. Deinde vt non dicant, quoniam hominibus nos subiicis, subdit. {Et quę sunt Dei Deo. } HIERO. Ideſt decimas, primitias, oblationes, & victimas, sicut & ipse Dominus reddidit Cæsari tributa pro se & Petro, & Deo reddidit quæ Dei sunt, patris faciens voluntatem. HILA. Deo etiam quæ eius sunt reddere nos oportet, ideſt corpus & animam, & voluntatem. Nummisma enim Cæsaris in auro est, in quo est eius imago depicta. Dei nummisma homo est, in quo est Dei imago figurata: ideo diuitias vestras date Cęsari: Deo autem innocentiæ vestræ conscientiam seruate. ORI. Ex hoc loco discimus Saluatoris exemplo, vt non his, quæ a multis dicuntur, & propterea gloriosa videntur occasione pietatis attendamus: sed quæ conuenienter ſm ordinem rationis dicūtur. Possumus autem & moraliter intelligere locū istum, quoniam debemus corpori quædam dare quasi tributum Cæsari, ideſt necessaria. Quæcumque autem sunt conuenientia animarū naturæ, ideſt ea quæ ducunt ad virtutem, debemus Deo offerre: q ergo supra modum docent legem Dei, & de rebus debitis corpori nihil curare præcipiunt, sunt Pharisęi qui reddere Cæsari tributum vetabant: prohibentes. s. nubere, & abstinere a cibis, quos Deo creauit, qui vero supra modum æstimat oportere corporibus indulgere, ipsi sunt Herodiani. Saluator autem noster vult vt nec virtus minoretur dum supra modum carni seruimus, nec carnis natura grauetur, dum abundantius virtutibus adhæremus. Vel princeps mundi, ideſt diabolus dicitur Cæsar. Nos enim possumus reddere Deo quæ Dei sunt, nisi prius redderimus principi quę sunt sua. i. nisi deposuerimus malitiam vniuersam. Hoc etiam discamus ex loco præsenti, qp contra tentantes, nec omnino tacere debemus, nec simpliciter respondere, sed circumspecte, vt præcidamus occasionē quærentium in nobis occasionem, & doceamus irreprehensibiliter quæ possunt saluare, volentes saluari. HIERO. Qui autem credere debuerant, ad tantam sapientiam mirati sunt, qp calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum. vnde sequitur. {Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt, infidelitatem pariter cum admiratione reportantes.

c ¶ CHRY. in Hom. Confutatis Pharisæorum discipulis cū Herodianis, Saducæi se immittunt: cum tamen ex confusione priorum eos oporteret effici pigriores, sed præsumptio inuerecundum quid est & pertinax, & impossibilia tentans. propter hoc & Euangelista stupens eorum dementiam hoc ipsum significat, dicens: {In illa die accessi. ad eum Saducæi. CHRY. super Matth. Quando recedebāt pharisæi, accedebant Saducæi: forte tali consilio: quia decertabant quis eum ante deprehendere posset: vel si ratione eum non possent superare: saltem per ipsam frequentiam subuerterent sensum eius. HIERO. Duæ hereses erant in iudæis: vna pharisæorū, & altera sadducæorum: pharisæi traditionum & obseruationum quas illi iustitiam præferebant: vnde & diuisi vocabantur a populo: saducæi autem qui interpretantur iusti: ipsi vendicabāt sibi quod non erant, prioribus & corporis & animæ resurrectionem credentibus consitentibusque, & angelos & spiritū sequentes iuxta actus Apostolorum, omnia denegabant. vnde & hic dicitur

Hom. 71.

Hom. 71.

Tract. 21.

Qui

Tract.22. Qui dicunt resurrectionem non esse. ORI. Non solum autem carnis resurrectionem negabant, sed etiam animæ immortalitatē tollebant. CHRY. super Matth. Videns enim diabolus, quia iustitiam Dei omnino extinguere non potuit, introduxit hæresim Saducæorum, qui dicerent non esse resurrectionem mortuorum, quæ res omne propositum faciendæ iustitiæ frangit. quis enim contentus erit aduersus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiceret?

tri suo. Similiter secundus & tertius, vsque ad septimum. Nouissime autem omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septē vxor? Omnes enim habuerūt eam. Respondens autem Iesus: ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim, neque nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum, non legistis qđ dictum est a Deo dicente vobis:

Cap.39. GREGO. 14. Moral. Sunt aūt nonnulli considerātes, ꝙ spiritus a carne soluitur, ꝙ caro in putredinem vertitur, ꝙ putredo in puluerē reducitur, ꝙ puluis in elementa soluitur, vt nequaquam ab humanis oculis videatur resurrectionem fieri posse desperant, & dū arida ossa inspiciunt: hæc vestiri carnibus, rursumque ad vitam virescere, posse fieri diffidunt. Cap. 88. AVG. in Enche. Non autē perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: sed in quēlibet puluerem, cineremue soluatur, in quoslibet halitus, aurasque diffugiat. in quamcumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, aut etiā hominum cibum cedat, carnemque mutetur, animæ illi humanæ in puncto temporis redditur quæ eam primitus, vt homo fieret, viueret, & cresceret, animauit. CHRY. super Matth. Ad defensionē autem sui erroris inuenisse se argutissimam rationem Saducæi putabant. vnde sequitur. {Et interro. eum dicentes: Magister, Moyses dix: Siquis mortuus fuerit.} CHRY. in Hom. Quia enim immitigabile malum mors erat apud Iudæos, qui omnia pro præsenti vita faciebant, in legem deduxit Moyses, defuncti sine filiis vxorem fratri dari oportere, vt defuncto filius nasceretur ex fratre, & non excideret nomen eius, quod erat quædam mortis mitigatio. non autem alius q̄ frater, vel propinquus iubebatur accipere vxorem defuncti, quoniam non ita putaretur, qui ex tali coniunctione erat nasciturus, esse filius eius qui obiit, & iterum extraneus nō ita haberet necessitatem statuere domū eius, qui obierat sicut frater, cui etiam ex cognatione hoc facere iustū erat. Sequitur. {Erāt autem apud nos septem fratres.} HIERO. Qui resurrectionem corporum non credebant, & animam putabant interire cum corporibus, recte istiusmodi fingunt fabulam, quæ delyramenti arguat eos, qui resurrectionem asserant mortuorum. Turpitudinem ergo fabulæ opponunt, vt resurrectionis denegent veritatem. vnde concludūt: {In resurrectione ergo, cuius erit?} potest autē fieri vt vere in gentē eorum hoc aliquando acciderit. Lib.1.c.32. AVG. de Quæ. euan. Per hos autem septem fratres mystice intelliguntur homines impii, qui fructum iustitiæ non potuerunt afferre in terra per omnes septem mundi ætates, quibus ista terra consistit. postea.n. & ipsa terra transiet, per quam omnes illi quasi septem steriliter transierunt. Sequitur. {Respondens autem Iesus: ait illis: Erratis nescientes scripturas, neque virtutē Dei.} CHRY. super Matt. Sapienter primum arguit stultitiam eorum, quia non legebant. secundo ignorantiam, quia non cognoscebant Deum. Ex diligentia enim lectionis nascitur scientia Dei: ignorantia autem negligentiæ filia est. HIERO. Propterea ergo errant, quia scripturas nesciunt, & quia scripturas nesciunt, consequenter ignorant virtutem Dei. Tract.22. ORI. Duas autem res dicit eos nescire, vnam quidē scripturas, alteram autem virtutem Dei, per quam resurrectio fit & noua vita in ea. Vel Dominus arguens Saducæos nescire virtutem Dei, se eos nō cognoscere arguebat. ipse enim erat virtus Dei, & non cognoscebant eum, quasi nescientes scripturas quæ loquūtur de eo: propterea nec resurrectionem credebant, quam facturus fuerat ipse. Quæritur autem cum saluator dicat: {Erratis nescientes scripturas.} an dicat, quod in quibusdam scripturis positum est qđ sequit̄. {In resur. neq; nubēt, neq; nubent̄,} quod in veteri testamento non legitur scriptum. Nos autem dicimus, quia scriptū est non in ipsis sermonibus manifeste ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus ſm intellectum moralem: nam cum sit lex vmbra futurorum bonorum, dicens quodlibet de viris, & vxoribus, de spiritualibus nuptiis principaliter dicit: Sed nec hoc inuenio alicubi scripturam dicentem, sanctos post exitum fore sicut Angelos Dei, nisi forte quis & hoc moraliter intelligat, ſm illud quod dicitur. Tu autem ibis ad patres tuos. Item, appositus est ad populum suū. Dicet autem aliquis: Ideo eos increpabat, quia non legebant cæteras scripturas, quæ sunt extra legem, & ideo errabant. Alius autē dicit, ꝙ nesciebant Moysaicę legis scripturas, ex eo ꝙ diuinum sensum earum non scrutabantur. CHRY. super Matth. Vel quod dicit: In resur. neq; nubēt, neq; nubēt.} retulit ad hoc qđ dixerat. Nescitis virtutem Dei. Quod autem dixit: {Ego sum Deus Abraham:} Ad illud quod dixit: Nescitis scripturas. Et quidem calum-

F niatoribus primum oportet in aliqua quæstione auctoritatē scripturæ præferre: deinde rōnem exponere: interrogantibus aūt per ignorantiam, prius rationem exponamus: postea auctoritate confirmemus, quoniam calumniatores conuincere oportet: interrogatores autem docere: ideo his interrogantibus per ignorantiam: prius rationem exposuit, dicens. {In resurrectione.} HIERO. in hoc autem quod dicitur: {Neque nubent, neque nubentur.} Latina cōsuetudo Græco idiomati non respondet. Nubere enim apud Latinos, proprie dicuntur mulieres, sed nos simpliciter dictum intelligamus, ꝙ nubere de viris, & nubi de mulieribus dictum sit. G CHRY. sup Matt. In hoc quidē sæculo, qa morimur: iō nascimur, qa nascimur iō vxores ducimus, vt qđ moriēdo minuit: nascendo suppleat, ibi aūt moriendi necessitas tollitur, vnde & nascendi causa soluta est HILA. Et quidem suffecerat aduersus Saducæos opinionem, illecebrę corporeæ recedisse, & officiis cessantibus inania hæc corporū gaudia sustulisse, sed adiecit {sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo.} CHRY. in Hom. per quod ad interrogatum conuenienter respondet: quia.n. hæc erat eis causa æstimandi resurrectionem non esse, quia credebant eandem fore resurgentium conditionem, hanc causam remouit, ostendens eos alterius conditionis futuros. CHRY. sup Matth. Notandum vero, ꝙ cum de ieiuniis, & eleæmosynis, cæterisque virtutibus spiritualibus locutus fuit: nunquam Angelorū similitudinem introduxit, nisi cum de absolutione a coitu loquæretur, quoniam sicut omnes actus carnales opera sunt animalium, præcipue tamen actus libidinis, sic omnes virtutes sunt res Angelicæ, præcipue tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus. H HIERO. Quod ergo infertur. Sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo: spiritalis conuersatio repromittitur. DIO. Tunc enim quando incorruptibiles, & immortales erimus visibili quidem ipsius Dei apparitione in castissimis contemplationibus adimplebimur. intelligibilis autem luminis datione participabimus, in impassibili. & in immateriali mente, ſm imitationem super cœlestium mentium: propter quod dicitur, ꝙ erimus Angelis æquales. HILA. Eandem autem calumniam, quam Saducæi afferunt de coniugio: afferre plures solent, in quam formam muliebris sexus resurgat. Sed qualis in scripturis auctoritas est de Angelis: opinando talem in resurrectione spēi nr̄æ sensum oportet esse de fœminis. AVG. 22. de Ciuit. Dei. Cap.17. Sed mihi melius videntur sapere qui vtrumque sexum resurrecturū esse nō dubitant. Non enim libido ibi erit, q̄ confusionis causa est: Nam priusquam peccassent, nudi erant: natura autem seruabitur, quæ tunc quidem & a concubitu, & a partu I immunis erit: erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo, quo non allicitur aspicientis concupiscentia quæ nulla erit: sed Dei laudetur sapientia, atque clementia, qui & quot non erat fecit, & liberauit a corruptione quod fecit. HIERO. Nemo enim dicit de lapide, & arbore, & his rebus quæ non habent membra genitalia, ꝙ non nubent, neque nubent: sed de his qui cum possunt nubere: tamen aliqua ratione non nubunt. RABA. Hæc autem quæ dicta sunt de resurrectionis conditionibus, ꝓpositæ reddidit quæstioni: de ipsa uero resurrectione contra eorum infidelitatem cōuenienter loquit̄. CHRY. in Hom. Et quia illi interrogando Moysen præmiserant, per Moysen eos confutat. vnde subdit: {De resurrectione autem mortuorum non legistis.} HIERO. Ad comprobandum resurrectionis veritatem multis aliis exemplis manifestioribus vti potuit, ex quibus est illud: Resuscitabuntur mortui, & resurgent qui in monumentis sunt. K & in alio loco. Multi dormientium de terræ puluere resurgent. Quæritur ergo, quid sibi voluerit Dominus hoc proferre testimonium quod uidetur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinens veritatem? & quasi hoc prolato probauerit qđ volebat, statim intulerit: Non est Deus mortuorum, sed uiuentiū. Supra diximus autem Saducæos nec Angelum, nec spiritū, nec resurrectionem corporum confitentes, & animarum quoque interitum prædicasse, hi quinque tantum libros Moysi recipiebant: Prophetarum vaticinia respuentes. Stultum autem erat inde proferre testimonia, cuius auctoritatem non sequebantur. Porro ad ęternitatem animarum probandam: de Moyse ponit exemplum: {Ego sum Deus Abraham.} statimque infert: {Non est Deus mortuorū, sed viuentium, vt cum probauerit animas permanere post mortē: neque enim poterat fieri, vt eorum esset Deus qui nequaquam subsisterent, conuenienter introduceretur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona malaque gesserunt. CHRY. in Hom. Sed qualiter alibi ait: vt viuorum, & mortuorum dominetur? sed hoc non est simile ei quod hic dicitur: mortuorum enim ibi dicit̄ semel

esse Dominus: eorum .s. qui victuri sunt, non autem eorum qui semel desperauerunt, & vltra non resurgent. HIER. Considerādum etiam, ꝙ sermo hic ad Moysen, iam factus fuerat sanctis istis Patriarchis iam pridem quiescentibus. erant ergo quorum Deus erat. nihil enim habere poterant si non erant, quia in natura rei est vt esse id necesse sit cuius sit alterum, atque ita habere Deum viuentium est, cum Deus æternitas sit, & nō sit eorum quæ mortua sunt, habere id quod æternum est, & quomodo esse illi futuri semper negabuntur, quorum se esse profiteat̄ æternitas.

Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Nō est Deus mortuorum, sed viuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.
d Pharisæi autem audientes, ꝙ silentium imposuisset Saducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tētans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota

ORI. Deus etiam est, qui dicit: Ego sum qui sum. Sic ergo impossibile est, vt dicatur eorum Deus esse qui non sunt. Et vide, quia nō dixit: Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob, sed {Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. In alio autem loco sic dixit. Deus Hebæorum misit me ad te. Qui enim perfectissime sunt circa Deum. quantum ad comparationem cæterorum hominum, totum habent Deum in se. propterea non communiter, sed singulariter dicitur eorum Deus, vt puta si dicamus: Ager ille illorum est: ostendimus, ꝙ vnusquisque eorum non habet eum in toto. Si autem dicimus, ꝙ ager ille illius est, demōstramus quia totum agrum possidet ille. Vbi ergo dicitur. Deus Hebræorum, imperfectio demonstratur eorum, quia vnusquisque eorum aliquid modicum de Deo habebat. Dicitur autem: {Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob,} quia singuli eorum totum habebant Deum. non autem ad modicam laudem respicit Patriarcharum, ꝙ Deo viuebant. AVG. contra Faustum. Opportune itaque eadem voce nunc conuincuntur Manichæi, qua tunc conuincti sunt Saducæi. nam & ipsam resurrectionem alio quidem modo, sed tamen etiam ipsi negant. Tract.11 AVG. super Ioannem. Ideo autem specialiter Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob dicitur, quia in istis tribus omnes modi generationis filiorum Dei vocantur. Generat enim Deus multotiens de bono prædicatore bonum filium, & de malo malum quod significatur per Abraham qui de libera vxore fidelem filium habuit, & de ancilla infidelem genuit. Aliquando vero generat per bonum prædicatorem bonum & malum filium, quod significatur in Isaac, qui de libera vnum bonum, & alterum malum generauit. Aliquando generat bonos per bonum, & malū prædicatorem, quod significatur ꝑ Iacob, qui bonos filios genuit; & de liberis, & de ancillis. CHRY. super Matth. Et vide, q̄uo sit infirmior congressio Iudæorum contra Christum. Prima fuit cū terrore, dicendo. In qua potestate hæc facis? contra quam necessaria fuit constantia cordis. Secunda fuit cum dolo, cōtra quam necessaria fuit acuta sapientia. hæc autem fuit cum præsumptione ignara, quæ præcedentibus facilior est. Hominem enim putantem se aliquid scire cum nesciat, viro scienti facile est conuincere. Sic & operatio inimici in primis grauis est, sed siquis forti animo sustinuerit, inueniet eum infirmiorem. Sequitur. {Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. REMI. Non quidem Saducęi, sed turbæ mirantur. Hoc etiam quotidie agitur in ecclesia. cum diuina inspiratione aduersarii ecclesiæ superantur, turbæ fidelium lætantur.

d ¶ HIERO. Quia supra Pharisæi in ostensione denarii fuerant confutati, & aduersæ partis viderant factionem subrutam, debuerant ex hoc moueri, ne vltra molirentur insidias, sed maliuolentia, & liuor nutrit impudentiam. vnde dicitur. {Pharisæi autē au. ꝙ silen. impo. Sadu. cō. in vnum.} Tract.23. ORI. Silentium autem Saducæis imposuit Iesus: volens ostendere, quoniam mendacij vocē obmutescere facit claritas veritatis. Sicut enim proprium est iusti tacere, cum sit tempus tacendi, & loqui, cum sit tempus loquendi: non tamen obmutescere, sic proprium est omnium, qui mendacij sunt doctores obmutescere quidem quantum ad rem: non autem tacere. HIERO. Pharisæi ergo, & Saducæi, qui inter se contrarii sunt ad tentandū Iesum pari mente consentiunt. CHRY. super Matth. vel conuenerunt in vnum Pharisæi, vt multitudine vincerent, quem rationibus superare non poterant, a veritate nudos se professi sunt, qui multitudine se armauerunt. Dicebant .n. apud se. Vnus loquatur pro omnibus, & omnes loquamur ꝑ vnū, vt siquidem, vicerit omnes videamur vicisse. si autem cōuictus fuerit, vel solus videatur confusus. & ideo sequitur. {Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eū.} ORIGE. Omnes ergo qui non discendi, sed tentandi causa interrogant aliquem doctorum, æstimare debemus illius Pharisæi fratres, ſm illud. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Lib.2.c.73. AVG. de Con. euan. Non moueat autem, ꝙ Matthæus hic dicit tentantem fuisse, a quo Dominus interrogatus est: Marcus autem hoc tacet, & in fine ita concludit, ꝙ ei Dn̄s Iesus sapienter respondenti dixerit. Non lon-

A ge es a regno Dei. Fieri.n. potest, vt q̄uis tentans accesserit, Dn̄i tn̄ rn̄sione correctus sit. Aut certe ipsam tentationem, de qua loquit̄ Iacobus. Non accipiamus malam tāquam decipere volentis inimicum, sed cām potius tāquā experiri amplius volentis ignotū. neq; frustra scriptum est. Qui facile credit, leuis est corde. quid autem interroget, subditur. {Magister, qđ est mandatū in lege?} ORI. Tentans dicebat: Magister, quoniam non tāquā discipulus Christi proferebat hāc vocem. Siquis ergo non discit aliquid a verbo, nec tradit se ei ex toto animo suo: dicit autem ei: Magister: frater Pharisæi est Christum tentantis. B Cum ergo ante Saluatoris aduentum legeretur lex, forsitā quærebatur, quod est mandatum magnum in ea. Neq; enim interrogasset hoc Pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, & non inuētum, donec veniens Iesus hoc doceret. CHRY. super Matt. De magno tamen mandato interrogat, qui nec minimum obseruabat: ille debet interrogare de maiori iustitia, qui iam minorem cōpleuit. HIERO. Vel non de mandatis interrogat, sed quod sit primum mandatum, magnumque, vt cum omnia quę Deus mandauerit, magna sint, quicquid ille respondeat, occasionem habeat calumniandi. CHRY. super Matth. Dominus autem sic ei respondit, vt interrogationis eius fictam conscientiam statim primo responso percuteret. vnde sequitur. {Ait illi Iesus. Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mēte tua.} Diliges, inquit non timere, quia diligere magis est quàm timere. timere enim seruorum est: diligere filiorum. Timor sub necessita- C te est, dilectio in libertate. Qui in timore seruit Deo, pœnam quidem euadit: mercedem vero iustitiæ non habet, quia iniustus fecit bonum propter timorem. Non vult ergo Deus, vt timeatur seruiliter ab hominibus, quasi Dominus, sed vt diligatur, quasi pater, q adoptionis spiritum donauit hominibus. Diligere autem Deum ex toto corde, est vt cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem, magis quàm Dei. Diligere autem Deum ī tota anima, est certissimum animum habere in veritate, & firmum esse in fide. Alius est enim amor cordis, & alius est amor animæ. Amor cordis, quodammodo carnalis est, ut etiam carnaliter diligamus Deum, quod facere non possumus, nisi recedamus ab amore mundialium rerum. Cordis ergo amor sentitur in corde: amor vero animæ nō sentitur, sed intelligitur, quia in iudicio animæ cōsistit. Qui enim credit apud Deum esse oē bonum, & nihil boni esse extra ipsum, hic diligit Deum in tota anima. Tota vero mente diligere Deum D est, vt omnes sensus Deo vacent. Cuius enim intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea quæ Dei sunt tractat, cuius memoria quæ bona sunt recordatur, tota mente diligit Deum. AVG. de Doct. Chri. Vel aliter. Deum ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima, vt omnem vitam tuam: ex tota mente tua, vt omnē intellectum tuum in illum conferas, a quo habes ea quæ confers. Lib.1.c.22. Nullam ergo vitæ nostræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re uelit frui. Sed quicquid aliud diligēdum uenerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit: tunc enim est optimus homo, cum tota vita sua pergit in incommutabile bonum. GLO. Vel ex toto corde, idest intellectum. Anima, idest voluntate. Mente, idest memoria, ut nihil ei contrarium uelis, sentias, aut recorderis. ORI. Vel aliter: Ex toto corde. i. ſm totam recordationem, & operationem, & cogitationem. Ex tota anima, idest vt parati sint eā ponere pro pietate Dei. In tota mente, nihil aliud. s. proferentes, nisi quæ Dei sunt. Et E vide si potes cor quidem accipere ꝑ intellectu: quo intelligibilia speculantur, mente autem ad proferendas res. Mente enim proferimus singulas res, & per unumquodque quod significatur quasi mente nostra inambulamus, atque proferimus. Si autem tentanti Pharisæo Dominus non respondisset: æstimare possemus nō esse unum mandatum maius altero: Sed Dn̄s respondens subdit: {Hoc est maximum & primum mādatum.} ubi discimus sententiam de mandatis, quod est magnum, & sunt inferiora usque ad minima. Respondet autem Dominus non solum quod est magnum mandatum, sed etiam primum, non pro ordine scripturæ, sed pro dignitate uirtutis. Hi autem soli huius mandati in se suscipiunt magnitudinem, & primatum, qui non solum diligunt Dominum Deum suum, sed etiam illa tria susceperint. s. ex toto corde, &c. Docuit autem, ꝙ non solum est magnum & primum, sed etiam, ꝙ esset secundum simile priori. Vnde sequitur. {Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.} Si autem qui diligit iniquitatem, odit animam suam: manifestum, ꝙ non diligit proximum sicut seipsum, cum nec seipsum diligat. AVG. 1. de Doctri.

Cap.30. Doctr. Christ. Manifestum est autem omnem hominem proximũ esse putandum, quia erga neminem operandum est malum. Iam vero si vel cui præbendum, vel a quo præbendum est nobis officium misericordię, recte proximis dicitur, manifestum est hoc præcepto quo tenemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri, a quibus nobis tanta misericordiæ impẽduntur officia, quanta nobis in scripturis animaduertere facile est, ex quo & ipse Dominus noster proximum se nobis dici voluit, quoniam seipsum Dominus Iesus significat opitulatum esse semiuiuo iacenti in via. AVG. 8. de Trini. Qui aũt amat homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint, amare debet. sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut iustus fit: sic enim diligit proximum sicut seipsum sine vllo periculo. AVG. 1. de Doct. Christ. Si autem teipsum non propterte debes diligere, sed propter illum vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est: non succenseat aliquis homo si & ipsum propter Deum diligis: quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, vt etiam ipse toto corde diligat Deum. CHRY. super Matth. Qui autem hominem amat simile est, sicut qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut Rex in sua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum simile esse primo. ORI. Vel aliter quod mandatum sequens primo est simile, significat idem esse officij, & meriti in vtroque: neq; enim Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vtilis esse dilectio ad salutem. Sequitur. {In his duobus mandatis tota lex pender, & Prophetæ. AVG. de Quæst. euan. Pendet dixit. i. illuc refertur, vbi habet finem. RABA. Ad duo enim hæc præcepta pertinet totus decalogus. præcepta quidem primæ tabulæ, ad dilectionem Dei: præcepta secundæ, ad dilectionem proximi. ORI. Vel quia qui omnia impleuit quæ scripta sunt de Dei dilectione, & proximi: dignus est magnas gratias a Deo percipere, vt intelligat omnem legem, & Prophetas. AVG. 8. de Trini. Cum autem sunt duo præcepta, in quibus pendet lex, & Prophetæ, dilectio Dei & proximi: non immerito scriptura plerumque pro vtroque vnum ponit, siue dilectionem Dei, sicut est illud. Scimus enim, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, siue dilectionem proximi, sicut est illud. Omnis lex in vno sermone impletur. {Diliges proximum tuum sicut teipsum.} Sed hoc ideo, quia qui proximum diligit, consequens est etiã vt Deum diligat. Ex vna. n. eademq; charitate Deum, proximumq; diligimus: sed Deum propter Deum: nos autem & proximum propter Deum. AVG. 1. de Doct. Chri. Sed tamen quoniam excellentior, & supra nam naturam est diuina substantia, præceptum quo diligimus Deum a proximi dilectione distinctum est, cp site torum intelligas. i. animam, & corpus, & proximum tuum. i. animam, & corpus, nullum diligendarum rerum genus in his duobus præceptis prætermissum est. Cum enim præcurrat dilectio Dei, sequitur dilectio proximi, eiusque dilectionis modus præscriptus sit, vt eum sicut teipsum diligas, simul & tui abs te dilectio prætermissa non est.

Hom. 72. e ¶ CHRY. in Hom. Iudæi æstimantes Christum esse hominem purum, eum tentabant, nec eum tentassent, si filium Dei credidissent. Volens ergo Christus ostendere, cp cognoscebat fallaciã cordis eorum, & quia Deus erat, nec manifeste voluit dicere veritatem, ne occasionem blasphemiæ inuenientes, Iudæi amplius in sanirent. Nec omnino tacere, quia ad hoc venerat, vt veritatem annunciaret: ideo talem interrogationem eis proposuit, vt ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Vnde dicitur: {Congregatis aũt Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est?} CHRY. in Hom. Discipulos quidem primum interrogauit quid alii dicerent de Christo, & tunc quid ipsi dicerẽt: hos autem non ita. Profecto enim seductorem, cum dixissent & malum. existimabant autem, quoniam Christus purus homo erat, & ideo dixerunt eum esse filium Dauid, & hoc est qđ subditur. {Dicunt ei, Dauid.} Ipse autem hoc reprehendens, induxit Prophetam dominationem eius, & proprietatem filiationis, & cohonorationem: quæ est ad patrem testantem. Vnde dr. {Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec, &c. HIER. Testimonium hoc de 109. Psal. sumptum est. Dns ergo filius Dauid vocat: non fm id quòd de eo natus est: sed fm id quòd natus est ex patre, semper fuit præueniens ipsum carnis suæ patrem, vocat autem eum Dominum suum, non errore incerto: nec propria voluntate, sed spiritu sancto. REMI. Quod autem dicit: {Sede a dextris meis: non intelligendum est, cp Deus corporeus sit, vt dextram, vel sinistram habeat: sed a dextris Dei sedere, est in honore & æqualitate paternæ dignitatis manere. CHRY. super Matth. Puto aũt hanc interrogationem nõ solum contra Pharisæos, sed etiam cõtra hæreticos posuit. nã secundum carnẽ vere filius erat Dauid: Dns autem fm diuinitatem. CHRY. in Homil. Non aũt in hoc stat, sed vt timeant, subdit: {Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. vt saltem ita eos inducat. ORI. Deus etiã non ad perditionem solum ponit scabellum pedum Christi inimicos ipsius, sed ad eorum salutem. REMI. Donec autem, pro infinito ponitur, vt sit sensus: Sed semper, & inimici tui in sempiternum subiicientur pedibus tuis. GLO. Quòd autem a patre inimici subiiciuntur filio: non infirmitate filii, sed vnitate naturæ significat. nam & filius subiicit inimicos patri, quia patrẽ clarificat super terram.. Et ex hac auctoritate concludit. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? HIER. Interrogatio hæc nobis proficit vsque hodie contra Iudæos. Et hi enim qui confitentur Christum esse venturum: hominem simplicem & sanctum virum asserunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti a Domino si simplex homo est, & tantũ filius Dauid, quomodo Dauid vocat eum Dominum suum. Iudæi autem ad diluendam interrogationis veritatem, triuola multa confingunt: vernaculum Abrahæ asserentes, cuius filius fuit Damascus Eliezer, & ex ipsius persona scriptum psalmum, cp post cædem quinque Regum Dominus Deus, Domino suo Abraham dixerit: {Sede ad dextrã meam, donec ponam.} Quos interrogemus, quomodo dixerit Abrahã ea quæ sequuntur, & respondere cogamus, quo Abraham ante Luciferum genitus sit, & quomodo Sacerdos fuit fm ordinẽ Melchisedech. pro quo Melchisedech obtulerit panem & vinum, & a quo decimas prædẽ acceperit. CHRY. in Homil. Hoc tantum imposuit finem ipsorum disputationibus quasi magnum, & sufficiens præcludere eorum ora. vnde sequitur. {Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.} Siluerunt enim ex tunc non volentes, sed non habendo aliquid dicere. ORI. Si autem interrogatio eorũ fuisset ex voluntate discendi, numquam eis talia proposuisset, vt amplius non essent ausi eum interrogare. RABA. Ex hoc aũt intelligimus venena inuidiæ superari posse, sed difficile quiescere.

non dignitatem. CHRY. in Hom: Ne autem aliquis dicat, qm propter hoc desidior factus sum ad agendum, quia malus est doctor, hanc destruit occasionem, cum subdit: {Omnia ergo quæcũque dixe. vo. ser. & facite.} Nõ enim sua dicunt, sed quæ Dei sunt, quæ per Moysen Deus in legem deduxit. Et intuere quanto circa Moysen vtitur honore, eam iterum quæ ad vetus est testamentum concordiam ostẽdens. ORI. Si aũté Scribæ, & Pharisæi sedentes super cathedram Moysi, sunt Iudæorum doctores, secundum hit eram docentes legis mandata, quomodo iubet nos Dominus fm omnia quæ dicunt illi, facere? cum Apostoli in Actibus vetẽ fideles viuere fm literam legis: Sed illi docent fm literã, legem spiritualiter non intelligentes. Quæcumque ergo dicunt nobis ex lege, intelligentes sensum legis, facimus & seruamus, nequaquam facientes fm opera eorum. Non enim sicut lex docet faciunt, nec intelligunt velamen esse super literam legis. Vel cum omnia audieris non omnia intelligas præcepta legis, puta multa quæ de esciis sunt, & quæ de hostiis & similia, sed ea quæ corrigũt mores. Sed quare non de lege gratiæ hoc mandauit, sed de doctrina Moysi? quia. f. nondum erat tempus præcepta nouæ legis ante tempus passionis manifestare. Mihi aũté videt, cp & aliquid aliud prædispensans hoc dicit: quia enim accusatur erat Scribas, & Pharisæos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatum cupere, vel propter inimicitiam hoc faceret, primum a se hanc suspitionem remouet, & tunc eos incipit reprehendere, vt turbæ non in eadem vitia incidant: & ideo ne existimẽ cp quia debent eos audire: ideo eos debeat in operibus imitari. Subditur enim. {Secundum uero opera eorum nolite facere.} Quid est autem doctore illo miserabilius, cuius vitam discipuli cum non sequuntur saluantur, cum imitantur perdunt? CHRY. super Matth. Sicut autem aurum de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinam accipiant & mores relinquant. Frequenter enim de homine malo bona doctrina procedit, sicut autem Sacerdotes melius iudicant propter bonos malos docere, q propter malos bonos negligere. sic & subditi propter bonos Sacerdotes etiam malos honorent, ne propter malos boni etiam contẽnantur. melius est enim malis iniusta præstare, q bonis iusta subtrahere. CHRY. in Hom. Considera vero vnde incipit eos reprehendere. Nã sequitur: {Dicunt enim, & non faciunt.} Maxime enim accusatione dignus est, qui doctrinæ auctoritatem habens, legem transgreditur primo quidẽ, quia præuaricatur, qui alios corrigere debet: deinde, quia peccans, maiore pœna dignus est, propter honorẽ: tertio, quia plus corrumpit velut in ordine doctoris peccans. Rursus autem & aliam eorum reprehensionem ponit, quoniam graues sunt sibi subiectis. vnde sequitur: {Alligant enim onera grauia. In quo duplicem eorum malitiam ostendit: vna quidem in hoc, cp sine venia expetunt a subiectis summam diligentiã vitæ: aliam vero in hoc, cp sibiipsis multam concedunt licentiam. Oportet autem bonum principem econtrario se habere. in his. n. quæ secundum seipsum sunt, grauem iudicem esse. in subiectis autem mansuetum. Intende autem qualiter & eorum reprehensionem aggrauat. Non enim dixit: Non possunt, sed Nolunt: neque dixit, portare, sed digito mouere. i. neque prope fieri, neque tangere. CHRY. super Matth. Et quidem quantum ad Pharisæos, & Scribas, de quibus loquitur: onera grauia, & importabilia dicit legis mandata, de quibus Petrus in Actibus dicit: Vt quid vultis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus? Onera enim legis quibusdam traditionibus fabulosis commendantes: auditoribus quasi vincula. sup humeros cordis eorum alligabant, vt velut rationis vinculo constricti, non reiicerent ea a se. Ipsi autem nec ex modica parte ea implebant. i. vt non dicant pleno opere, sed nec modico tactu. i. digito. GLO. Vel alligant onera. i. vndecũque traditiones colligunt, quæ conscientiam non leuant, sed grauant. HIERO. Humeri autem, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligant, onera spiritualiter sunt intelligenda. Hic etiam generaliter Dominus aduersus omnes magistros loquitur, qui grandia iubent, & minora faciunt. CHRY. super Matth. Tales autem sunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & sic dum pœna præsens fugitur: contemnitur pœna futura. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare posueris, necesse habet, vt aut fascem reiiciat, aut sub pondere confringatur, sic & hoi, cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est vt aut pœnitentiam reiiciat, aut suscipiens dum sustinere non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde & si erramus, modicam pœnitentiam imponentes: nonne melius est propter misericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem? vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid Sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem. Talis est autem Sacerdos qui sibi indulget, & alios exigit, quemadmodum malus descriptor tributi in ciuitate, qui se releuat, & onerat tributentes.

b ¶ CHRY. in Homil. Supra, Dominus arguerat Scribas, & Pharisæos crudelitatis, & negligentiæ, consequenter autem arguit eos inanis gloriæ, quæ fecit eos a Deo recedere. vnde dicit: {Omnia autem opera sua fa. re vide. ab hominibus.} CHRY. in Homi. In omni re nascitur, cp ipsam exterminat, sicut ex ligno vermis, & ex vestimento tinea. vnde Sacerdotum ministeriũ, qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipsum bonum, dum propter homines fit, fiat malum. Tolle hoc vitium de clero, & sine labore omnia resecabis. ex hoc enim fit, vt difficile clerici peccantes, pœnitentiam agant. Vult autem Dominus in hoc ostendere causam, propter quam non poterant credere Christo, hoc est, quia omnia faciunt, vt videantur ab hominibus: impossibile enim est vt credat Christo cœlestia prædicanti, q gloriam hominum concupiscit rerenam. Legi enim aliquem interpræantem hunc locum. Supra cathedram. i. in honore, & gradu, quo fuerat Moyses constituti sunt Scribæ, & Pharisæi indigne, quæ legem prophetantem de Christo venturo prædicabant aliis: ipsi autem non recipiebant præsentem, propter hoc hortatur populum audire legem, quam prædicabat. i. credere in Christum prædicatum a lege, & non imitari Scribas, & Pharisæos incredulos. & reddit causam quare prædicabant ex lege Christum uenturum, & non credebant in eum, quia. f. omnia opera sua faciunt, ut ab hominibus uideantur. i, quia non prædicabant Christum uenturum desiderio aduentus eius, sed ut doctores legis esse ab hominibus uiderentur. ORI. Ad hoc autem opera sua faciunt ut ab hominibus uideantur: uisibilem suscipientes circuncisionem, & uisibiliter corporalia fermenta auferẽtes de domibus suis, & similiter his similia agentes, Christi uero discipuli legem in occultis implent, quasi in occulto constituti Iudæi, ut Apostolus dicit. CHRY. in Hom Vide autem hic, cp cum quadam intentione eos incusat. Non enim simpliciter ait, cp faciant opera sua ut uideantur ab hominibus, sed addidit omnia. Deinde monstrat, cp neque in magnis uane gloriabantur, sed in quibusdam uilibus rebus. unde subdit, {Dilatant enim Phila. sua, & magnificant fimbrias.} HIER. Dominus enim, cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremũ intulit. Ligabis ea in manu tua, & erunt semper ante oculos tuos, & est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur. sint ante oculos tuos, ut die, ac nocte mediteris in eis. hoc Pharisæi male interpræantes scribebant in membranis decalogum Moysi. i. decem legis uerba, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, vt semper ante oculos moueret. Iusserat quoque aliud Moyses, ut in quatuor angulis palliorum hiacynthinas fimbrias facerent, ad Israelis populum discernendum, ut quomodo in corporibus circuncisio signum Iudaicæ gentis daret: ita uestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi uero magistri captantes auram popularem, atque ex mulierculis captantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uidelicet ambulantes & sedentes, interdum pungerentur, & quasi hac cõmonitione retraherentur ad ministeria seruitutis Dei. Pictariola ergo illa decalogi, Philacteria vocabãt. i. conseruatoria, eo q quicumque habuissent ea, quasi ob custodiam, & munimentum sui haberent. Non intelligentibus Pharisæis, q hæc in corde portanda sunt non in corpore: alioquin & armaria, & arcę habent libros, & notitiam Dei non habent. CHRY. Illorum autem exemplo adhuc multi aliqua nomina hebraica Angelorum confingunt, & scribunt & alligant, quæ non intelligentibus metuenda uidentur: quidam uero aliquam partem euangelii scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? Cur ergo in auribus posita euangelia nihil prosunt, quomodo eum possunt circa collum suspensa saluare? Deinde, ubi est uirtus euangelii, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspendis: si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, q circa collum suspensa. Alij uero sic exponunt hunc locum, quia dilatabant uerba sua de propriis obseruantiis, quasi Philacteria. i. conseruatoria salutis, ea populo assidue prædicantes. Fimbrias aũt uestimen-

Universidad de Deusto Biblioteca

vestimentorum magnificatas dicit supereminentias eorundem mandatorum. HIERO. Cum autem superflue Philacteria dilatent, & magnas faciant fimbrias, gloriam cupiētes ab hominib⁹, consequenter arguuntur in reliquis, vnde dicitur: ¶ Amant enim primos accu. in cœ. & primas cathe. in Synago. RABA. Notandum, q̄ non salutari in foro: non primo sedere, vel discumbere vetat eos, quibus hoc officii ordine conuenit, sed eos qui hæc, si ue habita, siue nō habita indebite amant a fidelibus, quasi improbos dicit esse cauendos. CHRY. Non enim vituperat eos, q̄ in primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus ad voluntatem vituperationem referens: non ad factum. Sine causa enim, loco se humiliat, qui corde se præfert. aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum iactantiam cordis non dimittit, sed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit, vt qui vult videri iustus. & humilis videatur. Multi enim superbi corpore quidem in nouissimo recumbentes: cordis autem elatione videntur sibi in cāpite recumbere, & multi sunt humiles in capite recumbentes, & conscientia se in vltimo esse existimant. CHRY. in Homil. Intende aūt vbi in eis vana gloria dominabatur: in Synagogis, scilicet in quas intrabant, alios directuri. In cœtis hoc pati qualitercumque tolerabile erat, quāmuis doctorem in admiratione esse oporteat, non in ecclesia solum, sed vbique. Si autem diligere talia est incusatio, q̄ malum est fiudere, vt his aliquis potiat? CHRY. super Mat. Primas etiā salutationes amant, non solum in tempore, vt eos primum salutemus, sed etiam in voce, vt clamantes dicamus: Aue Rabbi, & in corpore vt flexis capitibus eis incuruemur, & in loco, vt in publico salutentur. vnde dicit. ¶ Et salutationes in foro. ¶ RABA. Quāmuis in hoc culpa non careat, si iidem in foro litibus interesse qui in cathedra Moysi Magistri Synagogæ cupiunt appellari, & vocari ab hominibus Rabbi. CHRY. super Matth. 1. vocari volunt, & non esse: nomen appetunt, & officium negligunt. ORI. In ecclesia etiam Christi inueniuntur mensarum suscipientes primatum, vt diacones fiant: consequenter autē primas cathedras eorum, qui dicuntur presbyteri præripere ambiunt. quidam autem machinantur, vt episcopi vocentur ab hominibus: hoc est Rabbi. Christi autem discipulus diligit quidem in spiritualibus cœnis recubitus primos, vt meliora spiritualium ciborum manducet. Diligit etiam, cum Apostolis sedentibus super duodecim thronos, primas cathedras actibus bonis dignum se p̄bere festinans cathedris huiusmodi. sic autem & salutationes diligit quæ fiunt in nundinis cœlestibus. i. cœlestibus primitiorum congregationibus. Vocari autem Rabbi neque ab hominibus, neque ab aliquo alio diligit iustus, quia vnus est Magister omnium. vnde subdit: ¶ Vos autem noli. vocari Rabbi. ¶ CHRY. in Homil. Vel aliter: Præmissorum de quib⁹ Pharisæos incusauerat: alia quidem sicut parua & vilia prætermisit, quasi discipulis de his instrui non indigentibus: sed quod erat omnium malorum causa. i. thronum appetere magistralem, hoc in medium ducit ad discipulos instruendum. vnde subdit. ¶ Vos autem nolite voc. Rab. vnus est. n. Magister vester. CHRY. super Matthæum, quasi dicat: Nolite vocari Rabbi, ne quod Deo debetur, vobis præsumatis. Nolite & alios vocare Rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus est enim Magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudiret, omnes homines discerent, qui habent doctores. nunc autem quia non homo docet, sed Deus, multi quidem docentur, pauci autē discunt. Non enim homo intellectum præstat homini docendo, sed a Deo præstitum p admonitionem exercet. HILA. Et vt meminerint discipuli se filios parentis vnius, & per nouæ natiuitatis generationem terreni ortus excessisse primordia, subdit. Omnes autē vos fratres estis. HIERO. contra Heluidium: Omnes autem homines affectu fratres dici possunt, quod in duo diuiditur, in speciale & commune. In speciale, quia omnes Christiani fratres vocantur. Porro in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. Sequitur: ¶ Et patrem nolite vo. &c. ¶ CHRY. super Matthæum. In mundo enim, quāmuis homo homo minem generat: tamen vnus est pater qui omnes creauit. Non. n. initium vitæ habemus ex patentibus, sed translatum vitæ per eos accipimus. ORI. Sed quis non vocat patrem in terris, qui per omnem actum secundum Deum impletum dicit. Pater noster, qui es in cœlis? GLO. Quia vero apparebat quis esset omnium pater, in hoc quod dixerat: Qui es in cœlis, vult exponere quis sit omnium Magister. vnde præceptum de Magistro iterum repetit, dicens: ¶ Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus. ¶ CHRY. in Homil. Non tamen dum dicitur Christus Magister, excludit pater, sicut neque ex hoc quòd Deus pater noster dicitur hominum pater, excluditur Christus. HIERO. Quæritur autem, quare aduersum hoc præceptum Apostolus doctorem Gentium se esse dixerit, aut quomodo in monasteriis vulgato sermone seinuicem patres vocant? Quod sic soluitur. Aliud est esse natura patrē, vel matrem, aliud indulgentia. Nos si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus: non auctorem nostræ ostendimus vitæ. Magister enim dicitur ex consortio veri Magistri. & ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dii vocentur, & filij: ita & vnus pater & magister non præiudicat alijs, vt abusiue uocentur, & patres & magistri. CHRY. in Homil. Non solum autem Dominus primatus cupere prohibet, sed ad contrarium auditorem inducit. vnde subdit: ¶ Qui maior est vestrum, erit minister vester. ¶ ORI. Vel aliter. Et si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, nequaquam se magistrum, sed ministrum profitetur. vnde sequitur: ¶ Qui maior est vestrum, erit minister vester, quoniam & ipse Christus cum esset vere magister, ministrum se esse professus est, dicens: Ego sum in medio vestrum, quasi qui ministrat. bene autem post omnia, quibus uanę gloriæ uetauit concupiscentiā: addidit dicens. Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. REMI. Quod sic intelligitur: Omnis qui se de suis meritis extollit, apud Deum humiliabitur, & q̄ se de beneficiis humiliat, apud Deum exaltabitur.

c ¶ ORI. Christus quasi uere filius Dei, illius qui legem dedit, secundum similitudinem benedictionum quæ sunt in lege dixit, & ipse beatitudines eorum, qui saluantur, secundum similitudinē autem maledictionum positarum in lege ponit uæh, aduersus peccatores dicens: ¶ Væh uobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, ¶ qui fatentur bonitatis esse, aduersus peccatores ista pronunciare intelligant, quia simile est propositum Dei in maledictionibus legis, siue autem illa maledictio, siue illud uæh, non ex pronunciante continget peccanti, sed ex peccatis, quibus dignum se præbet ad susceptionem istorum quæ Deus disciplinæ causa pronunciauit, vt conuertant homines ad bonum, sicut pater increpans filium profert uerba maledictionis, nec tamen uult illum dignum fieri maledictionibus illis, sed magis ab eis diuertere. Huius autem uæh causam subdit: ¶ Qui clau. reg. cœ. ante homi. vos au. non intra. nec introe. finitis intra. ¶ Hęc duo præcepta naturaliter insparabilia sunt, quoniam hoc ipsum sufficit ad expulsionem, q̄ alios non permittit intrare. CHRY. super Matthæum. Regnum cœlorum dicuntur scripturæ, quia in illis instum est regnum cœlorum, ianua est intellectus earum. Vel regnum cœlorum est beatitudo cœlestis: ianua autem est Christus, per quem introitur in ea. Clauiculariī autem sunt Sacerdotes, quibus creditum est uerbum docendi & interpretandi scripturas. clauis autem est verbum scientiæ scripturarum, per quam aperitur hominibus ianua veritatis. Apertio autem eius est interpretatio uera. Vnde autem, quia non dixit: Væh uobis qui aperitis, sed qui claudetis, ergo non sunt scripturæ clausæ, licet sint obscuræ. ORI. Pharisæi ergo, & Scribæ nec intrabant, nec eum uolebant audire, qui dixit: Si quis per me introierit, saluabitur. Et nec intrantes. i. eos qui credere poterant propter ea quæ a lege, & Prophetis ante fuerant declarata de Christo introire sinebāt, cum omni terrore ianuam claudentes, adhuc derogabant doctrinæ eius, & subuertebant omnem prophetiam scripturam de eo, & blasphemabāt omne opus ipsius quasi falsum, & a diabolo factum. Sed & omnes qui, mala conuersatione sua dāt exemplum peccandi in populo, & qui faciunt iniuriam, scandalizantes pusillos: claudere videntur ante homines regnum cœlorum. Et hoc peccatum inuenitur quidem in popularibus, maxime autem in doctoribus, qui docent quod docet secundum iustitiam euangelii homines, non autem faciunt quod docent. Bene autem viuentes, & bene docētes aperiunt hominibus regnum cœlorum, & dum ipsi intrant, alios prouocant introire. Sed & multi non p̄mittunt intrare in regnum cœlorum, intrare uolentes, quando & sine ratione excommunicant quosdam propter aliquem zelum, qui meliores sunt quàm ipsi, & ipsi quidem non permittunt eos introire. Illi autem qui sobrii sunt mente, patientia sua tirannidem eorum uincentes, quāmuis uetiti, tamen intrant, & hæreditant regnum. Sed & qui cum multa temeritate seipsos dederunt ad professionem docendi prius quam discerent, & Iudaicas fabulas imitantes: detrahunt eis qui ea quæ sursum sunt in scripturis requirunt, claudunt quantum ad se ante homines regnum cœlorū.

Hom. 73. d ¶ CHRY. in Hom. De reliquo Dominus de gula eos reprehendit, & quod deterius est, quoniam non a diuitibus, sed a viduis accipiebant: vnde ventrem implerent, & illorum inopiam conterebant quam releuare oportebat. vnde dicitur. ¶ Væh vo. Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui comed. do. vidu. ¶ GLO. i. qui vestra superstitione nihil intenditis, nisi vt prædam de subiecta plebe faciatis. CHRY. super Mat. Sexus autem mulierum incautus est, q̄ nō omnia quæ videt aut audit, cum ratione cōsiderat. Mollis etiam est, quia facile flectitur vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Virilis autem sexus & cautior, & durior est: propterea simulatores sanctitatis circa mulieres maxime negociantur. Quia nec intelligere eorum simulationes possunt, & facile ad eorum dilectionem inclinātur religionis causa. præcipue tamen circa viduas negociantur: Primo quidem, quia mulier nō facile decipitur habens consiliariū virum, deinde quia non facile de facultatibus suis aliquid dant, cū sint in potestate viri. propterea ergo Dominus, dum Iudaicos Sacerdotes confundit. Christianos monet ne viduis mulieribus amplius commorentur, quàm cæteris, quia etsi volūtas mala non sit: tamen suspitio mala est. CHRY. in Homil. Deinde & huius rapinę modus erat grauior additur enim. ¶ Orationes lon. oran. ¶ Quicumque enim malum facit, dignus est pœna, sed qui a religione causam accipit nequitiæ, grauiori est obnoxius pœnæ, vnde sequitur, ¶ Propter hoc amplius acci. iu. ¶ CHRY. super Matthæ. Primum quidem, pro eo q̄ estis iniqui, alterum pro eo q̄ figmentum accipitis sanctitatis. auaritiam enim vestram religionis colore depingitis. & quasi præstatis diabolo arma Dei, vt ametur iniquitas, dum pietas æstimatur. HILA. Vel quia hinc procedebat regni cœlestis obseruatio, vt in obeundis viduarum domibus retineatur ambitio: ideo accipient amplius iudicium, quia penam proprii peccati, & reatum alienæ ignorantiæ debebunt. GLO. Vel quia seruus sciens & non faciens, vapulabit multis.

Homil. 73. e ¶ CHRY. in Hom. Post præmissa, rursus eos Dominus aliter incusat, & quia ineffi caces sunt ad multorum salutem, cū multo labore indigeant, vt ad salutem vnum conuertant. Et quia non solum desides sunt circa eos, quos conuertunt, sed eorum etiam destructores, dum eos corrumpunt prauæ vitæ exemplis, vnde dicitur. ¶ Væh vo. Scri. & Phari. hypocritæ, qui circui. ma. & aridam, vt fa. vnum prose. HILA. Maris autem, & terræ peragratione, significat in totius orbis finibus eos esse, Christi euangelio obtrectaturos, & legis iugo contra iustificationes fidei aliquos subdituros. Proseliti enim sunt ex gentibus in Synagogam recepti, quorum futurorum raritas in vno indicatur. Neque enim post Christi prædicationem doctrinæ eorum fides relicta est, sed quisquis ac quisitus fuerit ad fidem Iudæorum, filius fit gehennæ. ORIG. Quicumque enim post Saluatorem Iudaizant, docentur imitari affectum eorum, qui dixerunt in illo tempore. Crucifige, crucifige eum, vnde sequitur. ¶ Et cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ, duplo quàm vos. ¶ HILARIVS. Ideo autem pœnæ duplicatæ erit filius, qui neque fit remissionem peccatorum Gentilium consecutus: & societatem eorum, qui Christum persecuti sunt, fit secutus. HIERONYM. Vel aliter. Scribæ & Pharisei totum lustrantes orbem, id studii habebant, de gentibus facere proselitum. i. aduenam incircuncisum misere populo Dei. CHRY. super Matth. Non autem propter misericordiam volentes eum saluare, quem docebant, sed aut propter auaritiam, vt additis in Synagoga Iudæis, sacrificiorum adderetur oblatio, aut propter vanā gloriam. Qui enim seipsum mergit in gurgitem peccatorum, quomodo alterum a peccatis velit eripere? Numquid magis misericors poterit alteri aliquis esse, q̄ sibi? Ex ipsis ergo actibus ostenditur, qui propter Deum aliquem vult conuertere, aut propter vanitatem. GRE. 31. Mor. Quia vero hypocritæ, quāmuis peruersa semper operentur, loqui tamen recta non desinunt. Bene loquendo quidem in fide, vel conuersatione filios pariunt, sed eos bene viuendo nutrire non possunt: quanto enim se libentius terrenis actibus inserunt, tanto negligentius eos, quos genuerant agere terrena permittunt. Et quia obduratis cordibus viuunt, ipsos etiam, quos generant filios, nulla pietate debiti amoris agnoscunt. vnde & hic de

A hypocritis dicitur: ¶ Et cum fue. fa. faci. eum fi. gehennæ du. q̄ vos. AVG. contra Faustum. Hoc autem, non quia circuncidebatur di- Li. 18. c. 29.
xit: sed eorum, quia mores imitantur, a quibus imitandis suos cohibuerat, dicens. Super cathedrā Moysi. In quibus verbis vtrumq; debet aduerti, & quantus honor delatus sit doctrinæ Moysi, in cuius cathedra etiā mali sedentes, bona docere cogebantur, & inde fieret proselitus filius gehennę, non quidem verba legis audiendo, sed eorum sectam sectando. Propterea autem duplo quàm illi, q̄a hoc negligebat implere, q̄ propria voluntate suscepserat: non ex Iudæis natus: sed sponte Iudæus factus. HIERO. Vel quia ante dum esset Genti lis, simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ. Videns magistrorum vitia, & intelligens destruere eos operę, quod uerbo docebant, reuertitur ad uomitum suum, & Gentilis factus, quasi præuaricator maiori pœna dignus erat. CHRY. super Matthæ. Vel quia forte sub cultura Idolorum cōstitutus, vel propter homines iustitiam seruabat: factus autem Iudæus malorum magistrorum prouocatus exemplo, fiebat peior magistris. CHRY. in Homil. Cum enim virtuosus fuerit magister, discipulus imitatur: cum autem fuerit malus, superexcedit. Filius autem vocatur gehennæ, quomodo filius perditionis, & filius huius sęculi. Vnusquisque enim cuius opera facit, huius filius appellatur. ORI. Ex hoc aūt loco discimus, quoniam & eorum qui in gehennā futuri sunt, erit differentia tormentorum, quando alter est simpliciter filius gehennæ: alter uero dupliciter. Sed & hic uidere oporter, & si generaliter est fieri aliquem filium gehennæ, utputa Iudæum, aut Gentilē, aut etiam specialiter, vt per singulas species peccatorum fiat quis filius gehennæ, ut iustus quidem secundum numerum iustitiarū suarum augeatur in gloria, peccator autem ex numerum peccatorum suorum multiplicetur in gehenna.

f ¶ HIERO. Sicut in Philacteriis, & fimbriis dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriæ quærebant lucra, sic alia traditionis fraude inuenta, impietatis arguit transgressores. Si quis enim in contentione, seu in aliquo iurgio, vel in causæ ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacii, non tenebatur criminis reus. Et hoc est quod dicit. ¶ Væh vo. du. cæ. qui dici. Quicumque iurauerit per templum, nihil est. ¶ q.d. Nihil debet. Sinaūt iurasset in auro, & pecunia, quæ in templo Sacerdotibus offerebatur, statim id, in quo iurabat cogebatur exsoluere, unde sequitur. ¶ Qui autem iura. in au. temp. debet, vel debitor est. ¶ CHRY. super Matthæ. Templum quidem ad gloriā Dei pertinet, & ad hominum spiritualem salutem. Aurum aute templi, etsi ad gloriam Dei pertineat: tñ magis ad delectationem hominum, & ad vtilitatem Sacerdotum offertur. Iudæi ergo. aurum quo ipsi delectabantur, & dona quibus pascebantur sanctio ra dicebant esse q̄ ipsum templum, ut homines promptiores facerent ad offerenda bona, q̄ ad præces fundendas in templo, vnde cō. uenienter reprehēdit eos Dominus, dicens. ¶ Stulti & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sancti. aurum? ¶ Multi autem nunc Christiani sic insipientes intelligunt. Ecce enim si aliqua causa fuerit: modicum uidetur facere qui iurat per Deum. Qui autem iurat per euangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est: Stulti, & cæci. nam scripturæ propter Deum scriptæ sunt, non Deus propter scripturas. Maior ergo est Deus qui sanctificat euangelium, quàm euangelium, quod sanctificatur ab eo. HIERO. Rursus, si quis iurasset in altari: periurii reum nemo retinebat: si autem iurasset, in dono, uel in oblationibus: hoc est in hostia, uel in uictimis, in similia, & cæteris, quæ offeruntur Deo super altare: hoc studiosissime repetebant. Totum autem faciebant non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem, unde sequitur. ¶ Et qui iura. in altari, nihil est. Qui autem iura. in dono, quod super illud est, debet. ¶ Arguit enim eos Dominus stultitiæ & fraudulentiæ, q̄ multo maius sit altare, q̄ hostiæ quæ sanctificantur ab altari, unde sequitur. ¶ Cæci, quid. n. maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? GLO. Et ne forte in tantam insaniam prorumperent, ut dicerent aurum sanctius esse templo, & donum altari: eos alia ratione conuincit, quia uidelicet, in iuramento quod fit per templum & altare, continetur iuramentum quod fit per aurum, uel per donum. Et hoc est quod subdit. ¶ Qui ergo iurat in alta. iurat in eo, & in omnib⁹ quæ super illud sunt, & qui iurauerit. ORI. Similiter, quoniam Tract. 25.

Iudæi consuetudinem habebant per cœlum iurare ad reprehensionem eorum subdit:{Qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super ipsum. Non ergo sicut arbitrantur: euadunt periculum, in eo ꝙ non per Deum iurant, sed ꝑ thronũ Dei .s. cœlum. GLO. Qui enim per subiectam creaturam iurat, & per diuinitatem præsidentẽ creaturæ iurat. ORI. Est autem iuramentũ confirmatio uerbi, de quo iuratur. Iuramẽtum ergo intelligendum est testimonium scripturarũ, quod ꝓfertur ad confirmationẽ uerbi quod loquimur, vt sit quidem tẽplum Dei scriptura diuina: aurum autem positus sensus in ea. Sicut autem aurum,

iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et q iurat ĩ cœlo, iurat ĩ throno Dei, & in eo qui sedet super ipsum.
g Væh vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam,

quod fuerit extra templum non est sanctificatum, sic omnis sensus qui fuerit extra diuinam scripturam, quàmuis admirabilis videať, non est sanctus. Non ergo debemus ad confirmandam doctrinam nostros intellectus assumere, nisi ostenderimus eos esse sanctos, ex eo ꝙ in scripturis continentur diuinis: Altare autem est hominis cor, quod principale habetur in homine. Vota autem, & dona quæ ponuntur super altare est omne quod supponitur cordi, vt orare, psallere, eleæmosynas facere, & ieiunare. Sanctum ergo facit omne uotum hominis cor eius, ex quo votum ei offertur. Ideo nõ potest honorabilius esse votum, q̃ cor hominis ex quo trasmittiť uotum. Si ergo conscientia hominis non pugnat, fiduciam habet ad Deum, non propter dona, sed quia vt ita dicam, altare cordis sui bene construxit. Tertium est, vt dicamus, ꝙ super templum .i. sup omnem scripturam, & super altare .i. super omne cor est intellect' quidam, qui dicitur cœlũ, in quo est videre facie reuelata cũ venerit quod perfectum est, faciem veritatis. HILA. Adueniente etiã Christo, inutilem docet esse fiduciam legis, quia non in lege Christus, sed lex sanctificatur in Christo, in quo veluti sedes, thronusq; sit positus, atque ita stulti, cæcique sunt, qui sanctificante prætermisso, sanctificata venerantur. AVG. de Quæst. euan. Templum etiam & altare, ipsum Christum intelligimus, aurum & donum, laudes, & sacrificia precum quæ in eo, & per eum offerimus. Non enim ille per hoc, sed ista per illum sanctificantur.

Lib.1.c.34. Hom.74.

g ¶ CHRY. in Hom. Supra Dominus dixerat, ꝙ ligabant grauiora onera, & aliis imponebant, quæ ipsi nec tangere volebãt. Hic autem rursus ostendit, ꝙ in paruis quærentes diligentiam, magna contemnebant, vnde dicitur. {Væh vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum.} HIER. Pharisæi enim, quia præceperat Dominus propter alimoniam Sacerdotum, & Leuitarum, quorum pars erat Dominus, omnium rerum offerri in templo decimas, vt intellectus mysticos dimittam', hoc vnũ habebant studii, ut quæ vilia fuerant cõportarent: cætera quæ erant maiorã, paruipendebãt, vnde sequitur. {Et reli. quæ grauio. sunt le. iudi. & miseri. & fi.} Ex hoc capitulo arguit eos auaritiæ, ꝙ studiose etiam vilium olerum decimas exigant, & iudiciũ in disceptatione negociorum, misericordiamque in pauperes, & fidem in Deum, quæ magna sunt, prætermittant. CHRY. super Matth. Vel quia Sacerdotes auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimę non obtulisset, corripiebant eum quasi magnũ crimẽ fecisset. Si quis autem alterum lædebat, aut in Deum peccabat, nõ curabant eum corripere: de lucro autem suo solliciti, & de gloria Dei, ac salute hominum negligentes. Seruare enim iustitiam, & facere misericordiam, & habere fidem, propter suam gloriam Deus mandauit. Decimas autem offerre propter vtilitatem Sacerdotũ, vt Sacerdotees quidem populo in spiritualibus obsequantur: populi autem in carnalibus Sacerdotibus subministrent, sic & modo fit, quia omnes de honore suo sunt solliciti. De honore autẽ Dei nulli portiones etiam suas vigilanter defendunt: sed circa obsequium ecclesiæ curam impendere non attendunt. Si populus decimas non obtulerit: murmurant omnes. si peccantem populum viderint: nemo murmurat contra eos. Sed quia Scribarum, & Pharisæorum, ad quos loquæbatur, quidam populares erant: non est incongruum, vt aliam expositionem faciamus, propter eos qui decimam dabant: nam qui accipit decimas, recte decimare dicitur, & qui dat. Scribæ ergo Pharisæi minimarũ quidem rerum decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia. In iudiciis autem erant
Tract.25. iniusti in fratribus sine misericordia, in ueritate increduli. ORI. Sed quoniam contingens erat, vt audientes quidam dominũ ista loquentem, contemnerent minimarum rerum decimationem, sapienter addidit, {& hæc oportuit facere, hoc est iudicium, misericordiam, & fidem, & illa non omittere .i. decimationem mentæ, anethi, & cymini. REMI. Ostendit quippe Dominus his ver-

F bis, quoniam omnia præcepta legis tam maxima, quàm minima sunt implenda. Redarguũtur autem, qui eleæmosynas de fructib' terræ faciũt, putantes se minime posse peccare, qbus nihil prosunt eleæmosynæ, nisi a peccatis studeant cessare. HILA. Et quia minoris periculi esset decimationem oleris, quàm beniuolentiæ officium præterire, irridet eos consequenter Dominus dicẽs: {Duces cæci exco. culi. came. aũt glu.} HIER. Camelum puto esse magnitudinem præceptorum, iudicium, misericordiam, & fidem. Culicem decimationem mentæ, anethi, & cymini, & reliquorũ olerum vilium. Hæc autem præcepta Dei, quæ magna sunt, de-

& fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolentes culicem, camelum autem glutientes.
h Væh vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis, & parospidis,
G it' aũt pleni estis rapina, & imundicia. Pharisæe cęce: mũda prius qđ int' est calicis, & pospidis, vt fiat & id qđ de foris est, mundũ.

noramus, atque negligimus, & operationem religionis in paruis, quæ lucrum habent, cum diligentia demonstramus. ORI. Vel excolentes culicem, idest expellentes a se minima delicta quæ culices nominauit. Camelum autem glutiunt, idest committentes maxima delicta quæ nominat camelos, animalia uidelicet, tortuosa, & grandia. Scribæ autẽ moraliter sunt, qui amplius nihil æstimant positum in scripturis, quàm simplex sermo demonstrat: Pharisæi autem sunt omnes qui iustificant semetipsos, & diuidunt se a cæteris, dicentes. Noli mihi appropinquare, quoniam mundus sum. Menta autem, & anethum, & cyminum, ciborum conditura sunt, non principales cibi. Sic in conuersatione nostra, quędam sunt necessaria ad iustificationem, ut iudicium, misericordia, & fi-
H des. Alia sunt quasi condientia actus nostros, & suauiores eos facientia, ut abstinentia risus, ieiuniũ, flexio genuum, & hmõi. Qũo autem non æstimãtur cęci, qui non uident? quoniam nihil ꝓdest cautum esse dispensatorem in rebus minimis, cum principalia negliguntur. Hos ergo sermo præsens confundit, non quidem leuia prohibens obseruare, sed principalia præcipiens cautius custodire. GREG. 1. Moral. Vel aliter. Culex susurrando uulnerat. Cap.14.
camelus autem sponte se ad suscipienda onera inclinat. Liquauerunt ergo culicem Iudæi, qui seditiosum latronem dimitti petierunt. Camelum uero glutierunt, quia eum qui ad suscipienda nostrę mortalitatis onera sponte descenderat, extinguere clamando conati sunt.

h ¶ HIERO. Diuersis uerbis, eodem sensu quo supra arguit Phariseos simulationis & mendacij, ꝙ aliud ostendant hominib' foris, aliud domi agant, unde dicitur. {Væh vo. Scri. & Phar. hypo.
I qui mundatis quod deforis est cali. & paro.} Non hoc dicit, ꝙ in calice, & parapside eorum superstitio moraretur, sed quòd foris hominibus ostenderent sanctitatẽ, quod manifestum est ex eo, qđ addidit, dicens. {Intus aũt ple. estis rapi. & immunditia. CHRY. super Matth. Vel hoc dicit, quia Iudæi quotiens ingressuri erant in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos, seipsos & uestimenta sua, & utensilia lauant, & a peccatis nemo seipsum purgabat, cum Deus, neque corporis mundiciam laudet, neque sordes condemnet. Pone tamen quòd Deus odit sordes corporum & uasorum, quæ necesse est ut ipso usu sordidentur, quanto magis sordes conscientiæ horret, quam si uolumus semper mundam seruamus? HILARIVS. Arguit ergo eos qui iactantiam inutilis studii sequentes: utilitatis perfectę ministerium derelinquũt. Calicis nãque usus interior est, qui si obsorduerit, quid proficiet lotus exterior? atque ideo interioris conscientiæ nitor est obtinẽdus, ut ea quæ corporis sunt, forinsecus abluantur, & ideo subdit. {Pharisæe cęce, munda prius quod intus est, ca. & pa. vt fiat & id
K quod deforis est, mundum. CHRY. super Matth. Non autem super hoc dicit de sensibili calice, aut parapsidæ, sed de intelligibili, qui si nunquam tetigerit aquam, mundus potest esse apud Deũ, Si autem peccauerit & tota aqua pelagi, & fluminum se lauerit, sordidus est, & miser ante Deum. CHRY. in Hom. Attende autem, ꝙ vbi de decimis loquebatur, conuenienter dixit. {Hæc oportuit facere & illa non omittere.} Decima enim, eleæmosyna quędam est. Quid autem nocet eleæmosynam dare? non tamen hoc dixit sicut legalem obseruationem inducens. Hic autem vbi de purgationibus, & immundiciis disputat, non ad hoc addit: sed ostendit, ꝙ de necessitate ad interiorem mundiciam, exterior sequitur, qđ quidem extra calicis & parapsidis, corpus vocans. quod autem intus est, animam. ORI. Hic sermo nos instruit, vt festinemus esse iusti, non apparere. Qui enim studet vt appareat iustus, quæ a foris sunt mundat, & quæ uidentur curat: cor autem & conscientia negligit. Qui autem studet ea quę intus sunt .i. cogitationes mũdare, consequens est vt etiam ea quæ a foris sunt, faciat munda. Sed omnes falsi dogmatis professoi es, calices sunt a foris quasi munda-

Hom.74. Tract.25.

ti propter speciem religionis, quam simulant: ab intus autem pleni rapina, & simulatione, dum rapiunt homines ad errorem. Calix etiam est vas ad potum: parapsidis ad cibum. Omnis ergo sermo, per quem potamur spiritualiter, vel omnis narratio, ꝑ quam nutrimur: vasa sunt potus & cibi. Qui ergo student compositum proferre sermonem, magis quàm salutari sensu repletum, calix eius a foris mundat' est: ab intus autẽ sordibus vanitatis impletus. Sed & literæ legis & Prophetarum calices spiritualis potus, & parapsides necessariarum escarum sunt. Scribæ quidẽ, & Pharisæi student sensum exteriorem mundum demõstrare. discipuli aũt Chri sensũ spũalẽ mundare festinant

i Vęh vobis Scribę & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, int' vero plena sunt osibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos a foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.
K Væh vobis Scribę & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarũ, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis:. Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorũ in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt.
l Et vos implete mensuram pa-
B trum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum: quomodo fugietis a iudicio gehẽnę? Ideo dico vobis: Ecce ego mitto ad vos

Tract.25. i ¶ ORI. Sicut habetur superius, intus pleni rapina, & intemperantia: similiter hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, qui comparantur ossibus mortuorum, & immũditiæ vniuersæ. vnde dicit. {Væh vo. Scri. & Pha. hyp. qui similes estis sepulchris dealbatis.} CHRY. super Matthæ. Merito quidem iustorum corpora templa dicuntur, quia anima in corpore iusti dominatur, sicut Deus in templo, vel quia ipse Deus in corporibus habitat iustis. Corpora autem peccatorum sepulchra dicuntur mortuorum, quia anima mortua est in corpore peccatoris. nec.n. viuens putanda est, quæ nihil viuũ, aut spirituale agit in corpore. HIERO. Sepulchra autem forinsecus leuigata sunt calce, & ornata marmoribus in auro, coloribusque distinctis, intus autẽ plena sunt ossibus mortuorum. vnde dicitur. {Quæ apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.} Sic aũt & peruersi magistri, qui alia docent, & alia faciunt, mundiciam habitu vestis, & verborum humilitate demonstrant, intus autem pleni sunt omni spurcitia & auaritia & libidine, & hoc manifeste exprimit inferens: {Sic & vos a foris quidem appa. ho. iusti. intus aũt pleni estis hypocrisi, & iniquitate. ORI. Omnis enim iustitia simulata mortua est quæ propter Deum non fit: magis autem neq; iustitia est, sicut mortuus hõ, non est homo. Et sicut mimi qui personas suscipiunt aliorum, & non sunt ipsi, quos simulant. Tanta ergo sunt ossa in eis, & immunditiæ: quanta bona simulant ex malo affectu. Videntur autem a foris iusti corã hominibus, non eis, quos scriptura appellat Deos: sed corã eis, qui sicut homines moriunť.
Cap.28. GREG. 26. Mora. Ante districtum vero iudicem excusationem, ideo de ignorantia habere non possunt, quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostendunt, ipsi sibi sunt testimonio, quia bene viuere non ignorant. CHRY. super Matth. Dic autem hypocrita, si bonum est esse malum, vt quid non vis apparere, quod vis esse? Nam quod turpe est apparere, turpi' est esse, quod autem formosum est apparere, formosius est esse. Ergo aut esto quod appares, aut appare quod es.

k ¶ HIERO. Prudentissimo syllogismo arguit eos esse filios homicidarum, dum ipsi opinione bonitatis, & gloriæ in populo ædificant sepulchra Prophetarum, quos maiores eorum interfecerũt. Et hoc est quod dicit. {Væh vo. Scri. & Pha. hypo. qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum.
Tract.26. ORI. Non satis rationabiliter comminari dr̃ aduersus eos, qui ædificant sepulchra Prophetarum. quantum.n. ad hoc laudabile aliquid faciebant, qũo ergo erant digni suscipere Væh? CHRY.
Homil.75. in Ho. Non ergo eos incusãt, qm̃ sepulchra ædificant, sed intentioni eorum detrahit, cum qua ædificabant, qm̃ non ꝑꝑ honorem eorum, qui occisi fuerant, sed sicut pompam sibi statuentes in occisionibus illorum, & formidantes ne forte tempore procedente sepulchris destructis, tabescat tantæ audaciæ memoria. CHRY. super Matthæum. Vel quia dicebant apud se. Si bene fecerimus pauperibus: non multi vident & pro tempore vident. Nonne ergo melius ædificia facimus, quæ omnes aspiciunt: non solum in hoc tempore, sed etiam in posterum? O insipiens homo, quid tibi prodest post mortem ista memoria, si vbi es, torqueris, & vbi non es laudaris? Dum aũt Iudæos castigat Dominus, Christianos docet. nam si ad illos solos dixisset hæc: dicta fuissent tantum, non etiam scripta: nunc aũt & dicta sunt ꝑꝑ illos, & scripta propter istos. Si ergo iuxta alia bona fecerit homo ædificia sancta, additamentum est bonis operibus. si autem sine aliis bonis operibus, passio est gloriæ sæcularis. Non enim gaudent martyres quando ex illis pecuniis honorantur, in quibus pauperes plorant. Semper etiã Iudæi præteritorũ sanctorum cultores fuerunt, & præsentium contemptores: magis autem & persecutores. Non enim sustinentes incre-

A pationes Prophetarum suorum, persequebantur eos & occidebãt: postea vero nascentes filii intelligebant culpas patrum suorum: & ideo quasi de morte innocentium Prophetarum dolentes, ædificabant memorias eorum. Et ipsi tamen similiter persequebantur, & interficiebant suos Prophetas, increpantes eos propter peccata sua. & ideo subditur. {Et dicitis. Si fuissemus in diebus patrũ nostrorum, non essemus socii eorũ in sanguine Prophetarum. HIERO. Hoc autẽ etsi sermone non dicant, opere loquunť, ex eo ꝙ ambitiose, & magnifice ædificãt memorias occisorum. CHRY. super Mat. Qualia ergo cogitabant in corde, talia loquebantur & factis. Naturalẽ autem consuetudinem oĩum malorum hoĩum hic Christus exponit, quia alter alterius culpam cito intelligit, suam aũt difficile. Homo.n. in causa alterius tranquillum habet cor, in sua vero turbatũ. In causa ergo alterius de facili possumus omnes iusti iudices esse. Ille autẽ vere iustus, & sapiens est, qui sibiipsi iudex fieri põt. Sequiť. {Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui Prophetas occiderunt.} CHRY. in Ho. Qualis aũt est incusatio filiũ esse homicidæ eũ, qui non cõicat menti pr̃is? patet ꝙ nulla, vñ manifestum est, ꝙ ꝑꝑ hoc dicit, quia occulte insinuat malitiæ similitudinem. CHRY. super Mat. Testimonia.n. sunt de filiis mores parentum. si.n. pater fuerit bonus, & mater mala, aut econuerso:
C filij interdum patrem sequuntur, interdum matrem. Si aũt ambo fuerint æquales, fit quidẽ aliqñ, vt de bonis parentibus mali exeãt filii, aut econuerso, sed raro. Sic enim hoc est, sicut cum extra regulam naturæ nascitur homo, aut sex digitos habens, aut oculos non habens. ORI. Sed & in Propheticis dictis narratio s̃m historiã est corpus, spiritualis autem sensus est anima. Sepulchra ipsæ literæ scripturarum, & libri. Qui ergo solam historiam attendunt, corpora Prophetarum colunt in literis posita quasi in quibusdam sepulchris, & dicuntur Pharisæi, idest præcisi, quasi animam Prophetarum præcidentes a corpore.

l ¶ CHRY. in Hom. Quia dixerat contra Pharisæos & Scribas, ꝙ filii essent eorum qui occiderunt Prophetas: nunc manifestat, ꝙ in malitia eis similes erant, & ꝙ fictio erat hoc qđ dicebant, ꝙ non communicassent operibus eorum, si fuissent in tempore illo. Et ideo dicit: {Et vos implete mensuram pa. vestrorum.} Non quidem hoc dicit, quasi iniungens, sed quasi prædicens quod futu- Hom.75.
D rum erat. CHRY. super Mat. Prophetizat.n. illis futurum esse, vt sicut patres eorum interfecerunt Prophetas, sic & ipsi interficerẽt Christum, & Apostolos, & cæteros sanctos, vtputa si contra aliquem litiges aduersarium, dicis illi: fac mihi quod es facturus. non iubes vt faciat, sed ostendis te intelligere quod cogitat facere. Et quidem quantum ad veritatem, excesserunt mensuram patrum suorum. Illi enim homines occiderunt: isti Deum crucifixerunt. Sed quia voluntate sua descendit in mortem, non imputat illis suæ mortis peccatum: imputat autem illis mortem Apostolorum cæterorumque sanctorũ. Et ideo dicit. {Implete, & non superimplete. Nã benigni, & iusti iudicis est, suas iniurias contemnere, & aliorum iniurias vindicare. ORI. Implent etiam mensurã pa- Tract.26.
ternæ iniquitatis, per hocipsum, ꝙ non credunt in Christũ. Causa aũt incredulitatis fuit, qm̃ semper animum suum dederunt circa historias corporales, nihil spirituale in eis volentes intelligere. HILA. Quia ergo mensuram paternæ voluntatis implebunt:
E ideo & serpentes & viperina generatio sunt. vnde sequitur. {Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennæ? HIER. Hocipsum & Ioannes Baptista dixerat. Sicut ergo de viperis, inquit, nascuntur viperæ, sic de homicidis patribus vos nati estis homicidæ. CHRY. super Matth. Genimina autem viperarum dicuntur, quoniam talis est viperarum natura, vt filii rumpant vterum matris, & sic procedant, sic & Iudæi semper parentes condemnant, reprehendentes eorum facta. Dicit aũt: {Quõ fugietis a iudicio gehennæ? numquid sepulchra sanctorum ædificantes? Sed primus gradus pietatis est sanctitatem diligere, deinde sanctos: sine causa enim iustos honorat, qui iustitiam spernit. Non possunt sancti amici esse illorum, quibus Deus est inimicus: an forsitan nomen vacuum vos liberabit, quia videmini esse in populo Dei? puto aũt, ꝙ melior est inimicus apertus, q̃ amic' falsus: sic & apud Deum, odibilior est qui seruũ Dei se dicit, & mandata diaboli facit. apud Deum quidẽ qui hoĩem occidere disponit: antequam occidat: homicida habeť. Voluntas .n. est quæ, aut remu-

F neratur pro bono,aut condemnatur pro malo. opera autem testimonia sunt voluntatis. Non ergo quærit Deus opera propter se, vt sciat quomodo iudicet,sed propter alios, vt omnes intelligant, quia iustus est Deus.Prouidet autem Deus occasioni peccandi malis: non vt peccare faciat,sed vt peccatorem ostendat, & bonis præbeat occasionem, per quam ostendant propositũ volũtatis suę. Sic ergo Scribis, & Pharisæis dedit occasionem ostendendi voluntatem suam. vnde concludit.{Ideo ecce mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas. HILA. Idest Apostolos, qui de futurorum reuelatione Prophetæ sunt, de

Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & cruci figetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & psequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos oĩs sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, G quem occidistis inter templum

Christi agnitione sapientes, de legis intelligentia Scribæ. HIERO. Vel obserua iuxta Apostolum scribentem ad Corinthios: varia dona esse discipulorum Christi: alios Prophetas, qui ventura prædicant:alios Sapientes,qui nouerunt, quando debent proferre sermonem: alios Scribas in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stephanus,Paulus occisus,Petrus crucifixus,flagellati in Actibus Apostolorum discipuli, & persecuti sunt eos de ciuitate in ciuitatem,expellentes de Iudæa, vt ad gentium populos transmigrarent. ORI. Vel Scribæ qui mittuntur a Christo sunt ſm euangelium,quos & spiritus viuificat,& litera non occidit,sicut litera legis,quam sequentes in vanas superstitiones incurrunt.Simplex autem euangelii narratio sufficit ad salutem. Scribæ autem legis,Scribas noui Testamenti adhuc per detractionem flagellant in Synagogis suis.sed & hæretici,qui sunt spirituales Pharisæi: linguis suis Christianos flagellant,& persequuntur de ciuitate in ciuitatem: H interdum corporaliter:aliquando autem spiritualiter volentes eos expellere,quasi de propria ciuitate legis,& Prophetarũ, & euangelii in aliud euangelium. CHRY. super Matthæum. Deinde vt ostendat,quoniam non impune hoc faciunt,ineffabilem eis ex his timorem incutit. vnde subditur.{ Vt veniat super vos omnis sanguis. RABA. Idest omnis debita vltio pro effuso sanguine iustorum. HIERO. De Abel quidem nulla est ambiguitas quin is sit,quem Chain frater occiderit. Iustus autem non solum ex Dñi nunc sententia,sed ex Genesis testimonio comprobat: vbi accepta eius a Deo narrantur munera. Quærimus autem quis fuerit iste Zacharias filius Barachiæ,quia multos legimus Zacharias,& ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additum est. {Quem occidistis inter templum & altare.} Alii Zachariam filiũ Barachiæ dicunt qui in duodecim Prophetis vndecimus est, patrisque in eo nomen consentit. sed vbi occisus sit inter templum & altare,scriptura non loquitur,maxime cum tẽporibus eius vix ruinæ templi fuerint. I Alii Zachariam patrem Ioannis intelligi volunt. ORI.Venit enim ad nos quædam traditio talis,quasi sit aliquis locus in templo,vbi virginibus quidem licet adorare Deũ: ex parte autem earum thorum virilem non permittebant in eo consistere, Maria autem postq̃ genuit saluatorem, ingrediens ad orandum stetit in illo virginum loco,prohibentibus autem eis,q̧ nouerant eam iam filium genuisse,Zacharias dixit,quoniam digna est virginum loco, cum adhuc sit virgo.Ergo quasi manifestissime aduersus legem agentem occiderunt eum inter templum,& altare viri generationis illius.& sic verum est verbum Christi quod dixit ad præsentes,quem occidistis.HIERO.Hoc tamen,quia de scripturis non habet auctoritatem,eadem facilitate contemnitur, qua probatur.Alii istum volunt esse Zachariam, qui occisus sit a Ioas Rege Iudę inter templum & altare.i.in atrio templi.Sed obseruandum,ꝙ ille Zacharias non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadæ Sacerdotis. K Sed Barachias in lingua nostra benedicens Deum dicitur:& Sacerdotis Ioiadæ,iustitia Hebræo nomine demonstratur.In euãgelio vero quo vtuntur Nazareni,pro filio Barachię filium Ioiadæ scriptum reperimus. REMI. Quærendum est autem quomodo vsque ad sanguinem Zachariæ dixerit,cum plurimorũ sanctorum sanguis postea fuit effusus?Soluitur autem sic,Abel pastor ouium fuit in campo occisus.Zacharias fuit Sacerdos in atrio tẽpli interfectus. Ideo ergo Dñs hos duos commemorat, quoniam per hos oẽs sancti Martyres designantur laicalis.s. & Sacerdotalis ordinis.CHRY. in Homi. Abel etiam commemorauit:ostendens qm̃ ex inuidia essent Christum, & discipulos eius occisuri. Zachariæ autem mentionem fecit,qm̃ duplex præsumptio fuit in eius occisione.non.n.solum in sanctum hominem facta est, sed & in loco sancto. ORI. Zacharias etiam interprætatur memoria Dei.oĩs ergo, qui memoriam Dei disperdere festinat, in eis quos scandalizat,Zachariæ sanguniẽ videtur effundere, filii Barachiæ. Per benedictionem.n.Dei:memores sumus Dei.Ab impiis etiam memoria interficitur Dei,qñ & templũ Dei a lasciuis corrumpit, & altare eius per negligentiam orationum sordidarum sordidat. Abel autem luctus interprætatur. Qui ergo nõ recipit qđ scriptũ est.Beati qui lugent,sanguinem effundit Abel:hoc est veritatẽ luctus salutaris. Effundunt etiam aliqui veritatem scripturarũ quasi sanguinem eã,quia omnis scriptura, nisi ſm veritatem intelligatur, mortua est. CHRY.in Homil. Et vt oẽm excusationem illis adimeret, ne dicerent,qm̃ ad gẽtes eos misisti, ꝓpter hoc scandalizati sumus,prędixerat ꝙ ad eos essent mittendi discipuli: & ideo de vltione eorum subdit.

& altare. Amen dico vobis, venient hæc oĩa sup gñationẽ istã. m Hierusalẽ,Hierusalẽ, quę occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quem admodum gallina cõgregat pullos suos sub alas,& noluisti? Ecce relinquet vobis dom⁹ vestra deserta. Dico.n.vobis, non me

{Amen dico vobis,uenient hęc omnia super generatiouem istã. GLO.Non hos tm̃ præsentes dicit:sed oẽm generationẽ præcedentem,& futurã,quia oẽs vna ciuitas sunt.& vnum corpus diaboli.HIE. Regula aũt scripturarũ est duas generationes bonorum, & malorum nosse,de generatione bonorũ dicitur. Generatio iustorum benedicetur:de malis vero in præsenti loco,Generatio viperarum Ergo & isti quia similia,sicut Chain,& Ioas contra Apostolos gesserunt,de vna generatione esse referuntur. CHRY. in Homil. Vel aliter,quia gehennæ pœnã quam eis cõminatus fuerat tardabat. Cõminat etiã eis pſentia mala,cum dicit: {Venient hæc oĩa super generationem istam. CHRY. super Matthæ. Sicut.n. oĩa bona,quæ in singulis generationibus a constitutione mundi omnes sancti merebantur, illis nouissimis sunt donata, qui receperunt Christũ,sic oĩa mala quæ in singulis generationibus a cõstitutione mundi pati meruerunt omnes iniqui, super nouissimos Iudæos venerunt, quia Christum repulerunt. Aut ita,sicut omnis iustitia præcedentium sanctorum: immo oĩum sanctorum tm̃ mereri non potuit quantum gratiæ datum est hoĩbus in Christo, sic oĩum pc̃tã impiorum tãtum malũ mœreri nõ potuerunt,quantum uenit super Iudæos,vt corporalia paterent.qualia passi sunt a Romanis,& sic postmodum oẽs generationes eorum vsque in finẽ sæculi proiicerentur a Deo,& ludibrium fierent gentibus Vniuersis.Quid.n.peius potest fieri,quàm filium cũ misericordia, & humilitate uenientẽ non suscipere,sed tali modo interficere?Vel ita: oĩs gens,vel ciuitas non statim cum peccauerit punit eam De⁹,sed expectat per multas generationes. qñ autem placuerit Deo perdere ciuitatẽm illam aut gentem,uidet oĩum generationũ pcedentium peccata reddere illis: qm̃ quæ oẽs merebantur,hæc sola passa est,sic & generatio Iudæorum pro patribus suis videtur punita. Vere aũt non pro illis,sed pro se condemnati sunt. CHRY. in Ho.Qui.n.multos iam peccãtes vidit, & incorrectus permãsit: eadem rursus,vel grauiora faciens,maiori est pœna obnoxius.

m ¶ CHRY.in Homi.Post prædicta,ad ciuitatẽ cõuertit Dominus sermonẽ,ex hoc erudire volens auditores. vnde dicit {Hierusalem Hierusalem.}Hæc aũt duplicatio miserentis est, & valde diligentis. HIE. Hierusalem autem non saxa, & ædificia ciuitatis,sed habitatores uocat,quam patris plangit affectu. CHRY. super Matthæ. Præuidens ruinam ciuitatis illius, & plagam,quæ a Romanis superuẽtura erat:recordabatur quidem sanguinis sanctorum suorum,qui effusus erat ab illis,& postmodum effundendus.unde addit:{Quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt.} Missum ad te Isaiam occidisti, & seruum meum Hieremiam lapidasti. Ezechielem tractum per lapides excerebrasti,quomodo saluaberis,quæ ad te medicũ non uenire permittis? & non dixit: Occidisti, aut lapidasti,sed occidis,& lapidas .i. quasi hãc propriam, & naturalem consuetudinem habens,vt occidas & lapides sanctos. Eadem fecit Apostolis q̃ fecerat aliqñ Prophetis.CHRY.in Homil.Deinde,cũ vocasset eã, & abominabiles eius occisiones dixisset, quasi se excusando dixit: {Quotiens volui congregare filios tuos, quasi dicat, neque prædictis occisionibus me a tua beneuolentia auertisti,sed volui te mihi adiungere, non semel, aut bis, sed multotiens. Magnitudinem autem amoris sub similitudine gallinæ ostendit. AVG. de Quæst. euan. Hoc enim genus animantis magnum affectum in filios habet: ita vt eorum infirmitate affecta,infirmetur & ipsa.Et quod difficile in cæteris animantibus inuenies,alis suis filios protegens contra miluum pugnat:sic & mater nostra Dei sapientia, per carnis susceptionem infirmata quodammodo,ſm illud Apostoli. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus,protegit infirmitatem nostrã,& resistit diabolo ne nos rapiat. ORI. Filios aũt Hierusalẽ dicit,ſm ꝙ dicimus semper ciuium successores præcedentium filios. Dicit autem.{ Quoties volui, cum sit manifestum semel eum docuisse in corpore Iudæos. Semper enim Christus præsens fuit,

Hom. 75.

Lib.1.c.36.

Tract.26.

fuit & in Moyse & in prophetis & angelis, ministrantibus saluti humanæ per singulas generationes. Siquis autem non fuerit congregatus ab eo:iudicabitur quasi noluerit congregari. RA. Cessent igitur hæretici Christo principium ex virgine dare: omittãt alium legis & prophetarum deum prædicare. AVG. in Enchiridion. Vbi est autem illa omnipotẽtia qua in cęlo & in terra omnia quæcũque voluit fecit:si colligere filios Hierusalem voluit & non fecit? An non potius illa quidem filios tuos ab ipso colligi noluit: sed ea quoque nolente:filios eius colligit ipse quos voluit? CHRY. in ho. Deinde comminatur pęnam quã semper formidauerunt, scilicet

videbitis ammodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

CAP. XXIIII:

ET egressus Iesus de templo, ibat.Et accesserũt ad eum discipuli eius: vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens: B dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis,non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

b Sedente autem eo super montẽ oliueti,accesserunt ad eũ discipuli secreto,dicentes. Dic nobis qñ hæc erũt?& qđ signũ aduẽtus tui,& cõsũmationis sæculi?Et respondens Iesus,dixit eis:Videte ne q̄s vos seducat.Multi enim venient in noĩe meo,dicentes:Ego sum Christus,& multos seducẽt.

ciuitatis & templi euersionẽ, dicens.{ Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. CHRY. }super Matt.Sicut enim corpus anima recedente prius quidem frigescit: deinde putrescit & soluitur, sic & templum nostrum dei spiritu recedente prius seditionibus & indisciplinatione replebitur: deinde veniet ad ruinam. ORI. Semper etiam eis qui noluerunt congregari sub alis eius, comminatur Christus. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,idest anima & corpus. Sed & siquis ex vobis noluerit congregari sub alis Christi:ex tempore illo ex quo congregationem refugit actu magis quàm corpore: non videbit pulchritudinẽ verbi,donec penitens a proposito malo dicat: Benedictus qui venit in nomine domini. C Tunc enim verbum dei benedictum venit super cor hominis:quando fuerit quis conuersus ad deum. vnde sequitur.{Dico enim vobis:non me videbitis ammodo donec dicatis:Benedictus qui venit in nomine domini.} HIE. quasi dicat. Nisi pęnitẽtiam egeritis & cõfessi fueritis ipsum esse me: de quo prophetæ cecinerunt filium omnipotentis patris,faciem meã non videbitis. Habent ergo Iudæi datum sibi tempus pænitentiæ. Cõfiteantur benedictum qui venit in nomine domini:& Christi ora conspicient. CHRY. in ho. Vel aliter. Per hoc occulte secundum aduẽtum significauit: quoniam tunc omnino eum adorabũt. Quod autem dicit, ammodo, ad tempus crucis refertur.

CAP. XXIIII.

Tract.27.

ORI. Postquam omnia quæ super Hierusalem uentura erant Christus prædixit: exijt de templo,qui conseruauerat templum ne caderet donec fuit in eo. vnde dicit.{Et egressus Iesus de tẽplo, ibat.}Sed & vnusquisque cum sit templum dei propter spiritum dei inhabitantem in se:ipse sit causa suæ desertionis vt egrediatur ab eo Christus. Sequitur.}Et accesserunt ad eum discipuli eius vt ostenderẽt ei ædificationes templi.}Dignum est videre quomodo ostendunt ei structuras templi:quasi nunquam viderit templũ. Ad quod respondendum est: ꝙ cum Christus prophetizasset superius ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talem ac tantam templi structuram ad nihilum redigendã,propterea ostendunt ei, vt flecterent eum ad misericordiam loci illius,ne faceret quod fuerat cõminatus.Sed & cum sit humanæ naturę admirabilis constructio facta,videlicet templum dei ,discipuli ceterique sancti etiam modo miranda opera dei erga figmentum humanũ confitentes, ante conspectum Christi intercedunt,ne deserat genus humanum propter peccata ipsorum.Sequitur. {Ipse autem respõdens dixit eis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui nõ destruatur. } RA. Iuxta historiam manifestus est sensus, quia xlii. anno post passionem domini, sub Vespasiano & Tito Romanis principibus, ciuitas euersa est cum templo. REMI. Diuinitus autem procuratũ est, vt reuelata iam luce gratię, templum cum suis cerimoniis tolleretur, ne forte aliquis paruulus in fide,dum videret omnia illa, quæ a domino fuerant instituta & prophetis sanctificata adhuc permanere, paulatim recedendo a synceritate fidei,ad carnalem iudaismum transiret.CHRY. in Ho. Sed qualiter verum est, quòd non mansit lapis super lapidem. Vel enim desolationem eius ostendens omnimodam hoc dixit,vel secundum illum locum vbi erat,sunt enim eius partes vsque ad fundamenta destructæ. Cum his & illud dicam, quoniam ex his quę facta sunt,& de reliquis oportet credere quòd peribunt perfecte. HIE. Mistice autem, recedente domino de templo,omnia legis ædificia & compositio mandatorum ita destructa est, vt nihil a Iudęis possit impleri,& capite sublato vniuersa inter se mẽbra compuguent. ORI. Omnis etiam homo, qui suscipiens in

Hom.76

A se uerbum dei templum est, si post peccatum adhuc seruat ex parte vestigia fidei & religionis, templum est ex parte destructum & ex parte consistens. Qui autem postquam peccauerit curam sui non habet, paulatim minuit,donec ad plenum recedat a deo uiuente. & sic non relinquetur lapis super lapidem mandatorum dei,qui non destruatur.

b ¶REMI. Perseuerans dominus in itinere, peruenit ad montem Oliueti, & quibusdam discipulis in uia ostendentibus, & laudantibus ædificationem templi, ipse palam prædixerat omnia esse destruenda, icciirco cum peruenissent ad montem Oliueti, accesserunt ad eum interrogantes. vnde dicitur. {Sedẽte autem eo super montem Oliueti.}CRHY. Propter hoc aũt secreto accesserunt,quia de magnis erant interrogaturi. Etenim cupiebant discere diem aduentus eius,quia vehementer desiderabant gloriam eius videre. HIE. Et interrogant tria. Primo,quo tempore Hierusalem destruenda sit,dicentes. Dic nobis quando hæc erunt?Secundo, quo tempore Christus venturus sit,vnde dicunt.{Et quod signũ aduentus tui?} Tertio,quo tempore consummatio sæculi sit futura,unde dicunt. {Et consummationis sæculi?} CHRY. Lucas autẽ ait vnam esse interrogationẽ,quæ est de Hierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tunc futurum esse Christi aduentũ & finem mundi, quando Hierosolyma destrueretur. Marcus autem ait non omnes eos de consummatione Hierosolymæ,sed Petrum,Iacobum,Ioannẽ, & Andreã quasi liberius & securius Christo loquentes. ORI.Puto autem montem Oliueti mysterium esse ecclesiæ quæ ex gentibus est. REMI. Mons enim Oliueti non habet infructuosas arbores, sed Oliueta quibus lumen nutritur ad fugandas tenebras, & quibus fessis requies, infirmis salus præstatur. Sedens autem dominus supra montem Oliueti contra templum, de ruina ipsius & excidio Iudaicæ gentis disputat,vt etiam ipso situ corporis monstret,quia quietus manẽs in ecclesia,impiorum superbiam condemnat. ORI. Agricola enim residens in monte Oliueti, verbum dei est in ecclesia confirmatum, Christus scilicet,qui semper oleastri ramos inserit in bonam oliuam patrum. Qui autem habent fiduciam ante Christum,discere volunt signum aduentus Christi & consummationis sæculi.Est autem duplex aduentus verbi in D anima. Primus quidem stulta prædicatio de Christo, quando prædicamus Christum natum & Crucifixum. Secundus autem aduentus est in viris perfectis,de quibus dicitur. Sapientiam loquimur inter perfectos, & huic secundo aduentui adiungitur consummatio sæculi in viro perfecto cui mundus crucifixus est. HILA. Et quia tria a discipulis quæsita sunt, distinctis & temporibus & intelligentiæ significationibus, separantur. Respondetur ergo primo de ciuitatis occasu, & ante confirmatur veritate doctrinæ, ne quis fallax ignorantibus possit obrepere, vnde sequitur. { Et respondens Iesus,dixit eis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes. Ego sum Christus.} CHRY. Neque enim de Hierosolymę destructione,neque de secundo aduentu respondit statim, sed de malis quibus statim obuiandum erat. HIE. Vnus autem eorum de quibus loquitur fuit Simon samaritanus, quem in Actibus apostolorum legimus, qui se magnã dicebat esse virtutem: hic quoque inter cætera in suis volu E minibus scripta dimittens. Ego sum sermo dei,ego omnipotens, ego omnia dei. Sed & Ioannes apostolus in epistola sua loquitur. Audistis quia Antichristus venturus est, nunc autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas Antichristos esse: & sub nomine Christi ea docere, quæ contraria sunt Christo: nec mirum si aliquos ab his videamus seduci, cum dominus dixerit.{Et multos seducent.} ORI. Multi autem sunt qui seducuntur: quia larga est porta quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Hoc autem solum sufficit ad cognoscendum seductionem Antichristorum,qui dicunt.Ego sum Christus,quod nunquam legitur Christus dixisse. Sufficiebant enim ad credendum quòd ipse est Christus, opera dei, & sermo quem docebat, & virtus ipsius. Omnis etiam sermo qui profitetur expositionem scripturarum secundum fidem earum & non habet veritatem, Antichristus est. Sed & omnes virtutes inuenimus esse Christum, & omnes simulatas virtutes Antichristum, quoniam omnes species boni quascunque habet Crhistus in se, in veritate ad ædificationem hominum,omnes eas habet diabolus in specie ad seductiones sanctorum. Opus ergo est nobis

Tract.27.

Universidad de Deusto Biblioteca

Epis. 80. circa medium.

Deo auxiliatore, ne quis nos seducat, vel sermo, vel virtus. Malum.n. est inuenire aliquem ſm mores vitæ errantem, multo aũt peius arbitror esse non ſm verissimã regulã scripturarum sentire. c ¶ AVG. ad Esichium. Interrogantibus discipulis ea Domin⁹ respondit quæ iam ex illo tempore fuerant secutura, siue de excidio Hierusalem vnde orta est ipsius interrogatiõis occasio, siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua vsque ad finem venire non cessat. in suis enim veniens agnoscitur: dum eius quotidie membra nascuntur, siue de ipso fine, in quo apparebit viuos iudicaturus, & mortuos.

e Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum, videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum statim est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentię, & fames, & terremotus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

Cum itaque signa dicat quæ ad ista tria pertinent, quod eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandum est, ne forte quod pertinet ad vnum, referendũ putemus ad alterum. CHRY. Hic autem loquitur de præliis, quę Hierosolymis erant futura, cum dicit. {Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. ORI. Qui audit ipsas voces, q̃ fiunt in prælijs, audit prælia. qui autem de præliis longe gestis audit: opiniones vel rumores audit præliorum. CHRY. in Homi. Quia vero per hoc turbari etiam discipuli poterant: ideo subdit. {Videte ne turbemini.} Deinde quia æstimabant post illud bellũ, quo Hierusalem destrueretur, statim finem mundi esse vẽturum, eos in vera opinione stabilit, dicens: {Oportet enim hæc fieri: sed nondum statim est finis. HIERO. Idest, non putemus diem instare iudicij, sed in tempus aliud reseruari, cuius signum perspicue in consequentibus ponitur {. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum. RABA. Vel admonentur Apostoli ne his aduenientibus, terreantur, vt Hierosolymam Iudæamque deserant, quia non statim finis, sed in quadragesimum annum desolatio Prouinciæ, vltimumque vrbis, & templi sequetur excidium: de quibus subditur: {Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum.} Constat autem hic acerbissimos dolores, quibus omnis vastata est Prouincia, ad literam contigisse. CHRY. in Ho. Deinde vt ostendat, quoniam & ipse præliabitur contra Iudæos, non solum bella prænunciat, sed & plagas diuinitus illatas. vnde subdit: {Et erunt pestilentiæ, & fames, & terremotus per loca.} RABA. Notandum, ꝙ in hoc quod dicit: {Consurget gens in gentem:} ostenditur perturbatio hominum: {Erunt pestilentiæ,} ecce inæqualitas corporũ. {Erit fames:} ecce sterilitas terræ. {Terremotus per loca,} ecce respectus iræ desuper. CHRY. in Ho. Et non simpliciter hæc fient ſm consuetudinem antea in hominibus existentem, sed ex ira quæ erit desuper. Et propter hoc, non simpliciter dixit ea esse ventura, neque repente, sed cum quadam significatione. vnde subdit. {Hæc autem omnia sunt initia dolorum,} idest Iudaicorum malorum. ORI. Vel aliter: Sicut ægrotant corpora ante mortem, sic necesse est ante corruptionem mundi, vt quasi languens terra frequentius terræ motibus conquassetur, aer enim vim mortiferã concipiẽs pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens, suffocet fructus. Consequens autem est vt ꝓpter inopiam ciborum in auaritiam, & bella homines excitentur: sed quia insurrectiones & lites interdum fiunt propter auaritiam: interdum autem propter concupiscentiam principatus & gloriã vanam: adhuc profundiorem dabit aliquis causam eorum quæ ante finem mundi sunt ventura. Sicut enim aduentus Christi in pluribus gentibus diuina virtute fecit pacem, sic consequens est vt ꝓpter abundantiam iniquitatis refriguerit charitas multorum, & ideo dereliquerit illos Deus, & Christus eius: iterum fieri prælia, dum non prohibentur a sanctitate operationes seminatrices bellorum, sed & aduersariæ virtutes dum non vetantur a sanctis, & a Christo, absque prohibitione operabuntur in cordibus hominũ, vt excitent gentes aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Si autem sicut quibusdam placet, & fames, & pestilentiæ ab angelis Sathanæ fiunt: hi etiam tunc inualescent ab aduersis virtutibus, quando non fuerint sales terræ, & lux mundi Christi discipuli: destruentes quæ ex dæmonum malitia seminantur. Et aliquando quidem in Israel fames, & pestileutiæ fiebant propter peccata, quas orationes sanctorum soluebãt. Bene autem per loca. non enim insimul vult Deus perdere humanum genus, sed iudicans ꝑ partes, dat pœnitentiæ locum. Si aũt incipientibus hmõi malis: nõ fuerit facta correptio, proficiẽt ad peius. vnde sequitur. {Hæc autẽ oĩa initia sunt dolorum.} generalium. s. in vniuerso mundo, & eorum qui secuturi sunt aduersus impios, vt in doloribus acutissimis crucientur. HIERO. Mystice autem videtur regnum cõtra regnum consurgere, & pestilentia eorum quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuersæ ter-

Hom.76.

Tract. 28.

F ræ, & a vera fide separatio in hæreticis magis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt. ORI. Oportet aũt hæc fieri antequam videamus perfectionem sapientiæ quæ est in Christo, sed non statim erit finis quem quærimus. pacificus enim finis longe est ab hoĩbus istis. HIERO. Quod autẽ dixit {hæc oĩa initia sunt dolorum} melius trãsfertur parturitionũ, vt quasi cõcept⁹ quidam aduentus Antichristi, non partus intelligitur.

d Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio oĩbus gentibus ꝑp nomen meũ. Et tunc scandalizabuntur multi & inuicem tradẽt, & odio habebũt inuicẽ. Et multi pseudo prophetę surgẽt, & seducẽt multos, & qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

d ¶ RABA. Quo merito Hierosolymis, ac Prouinciæ Iudęorum vniuersę, tot irroganda fuerint aduersa Dñs manifestat G subdens. {Tunc tradent vos.} CHRY. in Ho. Vel aliter, quia discipuli audientes ea quæ de Hierosolyma dicebantur. sic dispositi erant, vt extra turbationem essent quasi de alia pœna audientes, sibi vero prospera superuentura sperabant, quæ aduenire valde desiderabant, propter hoc eis grauia prænuciat in solicitudinem eos statuens. & prius quidem iusserat eos vigilare contra deceptiones seductorum, nunc autem Tyrannorum violentiam eis prædicit, dicens: {Tunc tra. uos in tribu: & oc. uos.} Opportune enim eorum mala interposuit, mitigationem habentia a communibus malis, nec solum ita eos cõsolatus est, sed ostendendo tribulationis causam: adiungens ꝙ propter nomen eius hæc essent passuri. vnde sequitur: {Et eri. odi. oi. ho. pro. no. meum. ORI. Sed quomodo etiam in vltimis partibus terræ cõmorantibus gentibus odio habet populus Christi? nisi fotre, & hic aliquis dicat propter exagerationem positum omnibus pro multis. sed & hoc quod dicit: {Tunc tradẽt vos,} habet quæstionem. Nam & priusquam hæc fie- H rent, traditi sunt Christiani in tribulationes, sed aliquis respondebit, quoniam tunc maxime tradentur Christiani in tribulationes quemadmodum vnq̃. Amant enim qui in calamitatibus sunt, causas earum discutientes inuenire aliquid quod loquantur. Consequens ergo est, vt quasi derelinquentibus hoĩbus Deorum culturam propter multitudinem Christianorum, dicant fieri bella, fames, & pestilentias, sed et terræmotus causam dicerent Christianos, propter quod & persecutiones passę sunt ecclesię. CHRY. in Ho. Postquàm aũt iam duplex pręliũ posuit. s. qđ est e seductoribus, & quod est ab inimicis: consequenter tertium prælium ponit, quod est a falsis fratribus. vnde subdit: {Et tunc scã. mul. & inui. tra. & odio ha. inuicem. Vide autem & Paulum hæc plorantẽ, & dicentem: Foris pugnæ. intus timores. & alibi: Pericula in falsis fratribus, de quibus alibi dicit: Tales sunt pseudoapostoli operarij subdoli. vnde & hic subditur. {Et mul. pseu. pro. sur. & sedu. multos. REMI. Imminente enim captiuitate Hierusalem: multi insurrexerunt Christianos se esse dicẽtes, & multos seduxerũt, I quos Paulus noiat falsos frẽs: Ioannes vero Antichr̃os. HILA. Vt Nicolaus vnus ex septẽ Diaconibus fuit, q multos mentita veritate ꝑuertit. CHRY. in Ho. Deinde qđ his difficilius est oñdit, qa tales pseudoprophetę nullã mitigationẽ a charitate accipiẽt. vnde sequit: {Et qm̃ abun. ini. re. cha. multo. REMI. i. vera dilectio erga Deum, & proximũ. Nã quanto magis ab vnoquoque iniquitas suscipit: tanto magis in corde ipsius ardor charitatis extinguit. HIE. Considerandũ aũt, ꝙ nõ negauit oĩum futurã esse charitatẽ, sed multorũ. Nã in Apl̃is, & eorũ similibus permansura est charitas, de qua Paul⁹ dicit. Quis nos separabit a charitate Chri? ꝑp qđ & hic subditur: {Qui aũt perse. vsque in fi. hic sal. erit. REMI. Vsque in finem dicit, vsque ad terminũ vitæ suæ: qui. n. vsque ad terminum vitæ suæ in confessione noĩs Christi perseuerauerit, & in charitate, saluus factus est. CHRY. in Ho. Deinde ne dicerent: qualiter ergo inter tot mala viuemus? qđ plus est ꝓmittit. ꝙ K non solũ viderent, sed etiã vbiq; docerent. vnde subdit: {Et prædi. hoc euan. reg. in vni. orbe. REMI. Quia. n. nouerat Dñs corda discipulorum contristanda esse de excidio Hierusalem, & perditione suæ gentis: hoc solatio consolatur eos, quòd multo plures credituri erant de gentibus q̃ de Iudæis perirent. CHRY. in Ho. Quod aũt & ante captionẽ Hierosolymæ vbiq; prædicatũ est euangeliũ, audi qđ ait Paulus: In oẽm terrã exiuit sonus eorũ. Et vides eum a Hier̃m ad Hispaniam currentẽ. Si aũt vnus tantam portionẽ accepit, excogita, reliqui quãta operati sunt. Vnde & quibusdã scribens de euangelio dicit, ꝙ fructificat, & crescit in omni creatura quæ sub cœlo est. Hoc autem est maximum signũ virtutis Christi, ꝙ in triginta annis, uel parũ amplius, euangelii ſmo fines orbis terrarum impleuit: quàmuis aũt euãgeliũ vbique p̃dicatum fuerit, non tñ oẽs crediderunt, ꝑp quod subdit. {In testi. om. gent.} idest in accusationẽ his qui non crediderunt. Qui enim crediderunt, testabuntur aduersus eos qui non crediderunt, & condemnabunt

Hom.76.

Tract.27.

nabunt eos. Conuenienter aũt postq̃ prædicatum est euangelium per orbem terrarum tunc Hierosolymã petijt, vnde sequitur. {Et tũc ve. cõsummatio}. i. finis Hierosolymorũ. Qui. n. viderũt Christi virtutem vbique refulgentẽ, & in breui tꝑe orbẽ terrarum supergressam, quã veniam hre debuerunt in ingratitudine permanẽtes? REMI. Potest autẽ & totus locus iste referri ad cõsummationem sæculi. Tunc. n. plurimi scandalizabuntur recedentes a fide: videntes multitudinem, & diuitias malorum, & miracula Antichristi, & con socios ꝑsequentur, & Antichr̃s mittet pseudo prophetas, q seducent multos, & abundabit iniquitas, qm̃ numerus malorum augebitur, & refrigescet charitas, qm̃ numerus bonorum minuetur. HIER. Signũ etiã dñici aduentus est in toto orbe euangeliũ prædicari, vt nullus sit excusabilis. ORI. Qđ aũt dr̃: {Eritis odio oĩb⁹ hoĩb⁹ ꝑp nomen meũ,} sic saluare quis poterit. quia nũc quidẽ in vnum consenserunt oẽs gentes aduersus Chr̃ianos. Cum aũt contigerint quæ Chr̃s p̃dixit: tunc fient ꝑsecutiones, iam non ex ꝑte, sicut ante: sed generaliter vbiq; aduersus populũ Dei. AVG. ad Esichium. Sed q putant hoc qđ dr̃. Prædicabitur euangelium regni in vniuerso orbe per ipsos apl̃os factum esse: non ita esse certis documentis ꝓbatum est. Sunt. n. in Aphryca barbarę innumerabiles gentes, in quibus nondum p̃dicatũ esse euangeliũ ex his q ducũtur inde captiui, addiscere in prõptu est. Neq; tñ vllo modo recte dici põt istos ad promissionem Dei non pertinere. Non. n. Romanos solũ, sed oẽs gentes Dñs semini Abrahæ iurando promisit. In quibus ergo gẽtibus nondũ est ecclesia: oportet ꝙ sit, nõ vt oẽs qui ibi fuerint credant. qũo. n. & illud implebit: Eritis odio oĩbus gentibus ꝑp nomen meum, nisi in oĩbus gentibus sint, & qui oderint, & quos oderint? Non est igitur ab Apostolis prædicatio ista completa quando adhuc sunt gentes, in quibus nondum cœpit impleri. qđ autem dixit Apl̃s: In omnem terram exiuit sonus eorum, q̃uis locutio sit præteriti tꝑis, verbis tñ quod futurum erat dixit. non quod iam factum atque cõpletum, sicut & ipse Propheta, quo vsus est teste, fructificare & crescere dixit euangelium in vniuerso mundo, vt ita significaret, vsque quo crescendo esset futurũ. Si ergo latet qñ euangelio vniuersus orbis implebitur: proculdubio latet quando finis erit: ante quippe non erit. ORI. Cum ergo oĩs gens audiuerit euangelij prædicationem, tunc erit sæculi finis. & hoc est quod sequitur: {Et tunc erit consummatio.} Multæ. n. non D solum Barbarorum, sed etiam nostrarum Gentium nondum audierunt Christianitatis verbum. GLO. Vtrũq; aũt dictorũ tueri potest, si tñ diuerso modo diffusio p̃dicationis euangelii intelligatur. Si. n. intelligatur quantum ad fructum prędicationis, qui est vt in singulis gentibus fundetur ecclesia credẽtium in Christum, vt Augustinus exponit, est signum quòd oportet p̃cedere ante finẽ mundi: non tamen p̃cessit ante destructionem Hierosolymæ. Si autem intelligat quantũ ad famam prædicationis, sic ante finem Hierosolymæ fuit cõpletũ, discipulis Christi per quatuor mundi partes dispersis. Vnde Hiero. dicit. Non puto aliquam remansisse gentẽ, quę Christi nomen ignoret, & q̃q̃ non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis Gentibus opinionem fidei non potest ignorare. ORI. Moraliter aũt qui visurus est ſm verbum Dei, aduentum gloriosum illum in aĩam suam, necesse est, vt ſm mensuram profectus sui insidias a contrariis operationibus patiatur quasi magnus Athleta, & Christus in eo ab oĩbus odiatur: non tm̃ a Gẽtibus ſm carnem, quantum a Gentibus spũalium nequitiarũ, sed & in quæ- E stionibus pauci erunt veritatem plenius attingentes. Plures autẽ scandalizabunt, & cadent ab ea, ꝓditores, & accusatores alterutrũ: ꝑp dissensionem dogmatum veritatis, quæ causa fiet, vt odiant se inuicem. Multi etiã erunt non sane tradentes de futuris sermonẽ, & qũo non oportet interpræstantes Prophetas, quos pseudo prophetas dicit: seducentes multos. & feruentem dilectionem q pri⁹ fuerat in simplicitate fidei refrigescere facient, sed qui potuerit manere in Apostolicæ traditionis proposito: ipse saluabitur, & sic p̃dicatum euangelium in animas omnium erit in testimonium omnibus Gentibus. i. oĩbus cogitationibus incredulis animarum.

Hom.77. e ¶ CHRY. in Ho. Quia supra occulte insinuauit Hierosolymæ finem, consequenter idem manifeste ostendit, prophetiã inducens quæ destructionem Iudæorũ credere facit. vnde dicitur. {Cũ ergo vide. abo. deso. q̃ di. est a Danie. ꝓ. stan. in lo. san. qui le. intelligat. HIER. Hoc aũt quod dictũ est: Qui legit intelligat: ponitur vt ad intelligentiam mysticam prouocemur. Legimus aũt in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium, & libamina, & in templo desolationum abominatio erit vsque ad

Epist. 80, cir. finem

Qui autem ꝑseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.

e Cum ergo videritis abominationẽ desolationis, quæ dicta est B a Daniele Propheta stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, nõ descendant tollere aliquid de domo sua. & qui in agro, non reuertãtur tollere tunicam suam. Vęh autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autẽ, vt nõ fiat fuga vestra hyeme, vel

A consummationem tꝑis, & consummatio dabit super solitudinem. AVG. ad Esichium. Lucas quidẽ, vt ostenderet, tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ a Daniele prædicta est, quando expugnata est Hierusalem: eodem loco hæc Dñi verba cõmemorat: Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. CHRY. in Homi. Vnde abominationẽ desolationis vr̃ mihi exercitũ dicere, quo scilicet desolata est ciuitas sancta Hier̃m. HIERO. Aut põt intelligi de imagine Cæsaris, quã Pilatus posuit in tẽplo: aut đ Adriani ęquestris statua, quę in ipso Sanctasanctorũ loco stetit vsque in p̃sentem diem. Abominatio. n. ſm veterem scripturã idolũ nuncupat. & iccirco addit desolationis, ꝙ in desolato tẽplo atque deserto idolum positum sit. CHRY. in Ho. Vel quia ille qui desolauit ciuitatem, & templum: statuam intus posuit. Vt aũt discant, qm̃ viuentibus quibusdam eorum hæc erũt. ꝓpter hoc dixit: {Cũ uideritis.} Ex quo admirare Christi virtutem, & discipulorum fortitudinem, qui in talibus temporibus p̃dicabant, in quibus oĩa Iudaica impugnabant. Apl̃i aũt ex Iudæis existentes, leges introduxerũt nouas aduersus Romanos tunc dominantes, infinita milia Iudæorum cœperunt Romani, & duodecim viros non superauerunt nudos & inermes. Quia vero multotiens contigerat in grauibus præliis Iudæos restauratos fuisse, sicut tꝑibus Sennacherib, & Antiochi, ne aliquis suspicetur tale aliquid futurũ: suis fugiendũ esse p̃cepit, cũ subdit. C {Tunc qui in iu. sunt fu. ad mon. REMI. Hæc. n. omnia imminente desolatione Hier̃m constat fuisse impleta. appropinquante námque Romano exercitu, omnes Christiani, qui in Prouincia erant, sicut historia ecclesiastica refert, diuino miraculo moniti, longius recesserunt: transeuntes Iordanem venerunt in Pellam ciuitatẽ, & ibi sub tutela Agrippæ Regis, cuius mentio in actibus Apostolorum fit, aliquanto tempore manserunt: ipse autem Agrippa, cum parte Iudæorum quæ sibi obtemperabat, Romano subditus erat Imperio. CHRY. in Homil. Deinde ostendens ineuitabilia mala futura esse Iudæis, & infinitam calamitatem, subdit. {Et qui in tecto est, non descen. tol. ali. de do. sua.} Eligibilius enim erat nudo corpore saluari, quàm intrare domum, vt tolleret uestimentum, & occidi: propter quod & de eo qui est in agro subdit: {Et qui in agro est, non reuet. tol. tu. suam.} Si enim qui in ciuitate sunt fugiunt: multomagis qui foris sunt: non oportet ad ciuitatem refugere. & quidem pecunias contemnere facile est, & prouidere sibi in uestimentis non difficile: quæ autem a natura sunt, qualiter aliquis fugiet? Qualiter enim prægnans fiet leuis ad fugam, aut lactans poterit eum quem peperit deserere? propter quod subdit: {Væh autem præg. & nu. in il. diebus. His quidem, quia pigriores sunt, & quia facile fugere non possunt, onere conceptionis grauatæ: his autem, quia detinentur vinculo compassionis filiorum, & non possunt simul saluare eos, quos lactant. ORI. Vel quoniam non erit tunc tempus miserendi, neque super prægnantes, neque super lactantes, neque super infantes earum, & quasi ad Iudæos loquens, qui arbitrabantur in sabbato non oportere ambulare viam amplius, quàm est sabbati iter, subdit: {Orate autem, vt non fiat fuga vr̃a hye. uel sabbato. HIERO. Quia scilicet, in altero duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertisque latitare, in altero autem transgressio legis est, si fugere voluerint, aut mors imminẽs, si remanserint. CHRY. in Homil. Vide autem quoniam aduersus Iudæos est hic sermo. non enim Apostoli sabbatum erant obseruaturi, neque ibi mansuri, cum Vespasianus hoc egit, etenim plures eorũ iã præmortui erant. Si autem aliquis remanserat in aliis partibus orbis terrarum, tunc conuersabatur. propter quid autem hoc orandum esse dixerit, subdit: {Erit enim tribu magn. qua. non fu. ab ini. mun. vsque mo. ne fiet. AVG. ad Esichium. Apud Lucam sic legitur. Erit autem pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes. Nam & Iosephus, qui Iudaicam scripsit historiam talia mala dicit illi pupulo tunc accidisse, vt vix credibilia uideantur. vnde non immerito dictum est: talem tribulationem, nec fuisse a creaturæ initio, nec futuram, sed etsi tempore Antichristi talis, aut maior forsitan erit, intelligendũ est de illo populo dictum, ꝙ eis talis amplius futura non erit. Si enim Antichristũ illi primitus, & præcipue recepturi sunt: facturus est tunc idem populus tribulationem, potius quàm passurus. CHRY. in Homil. Interrogo autem Iudæos: vnde tam intolerabilis ira diuinitus uenit sup eos, omnibus quæ ante factæ sunt difficilior? nam manifestum est, qm̃ ꝓpter crucis manifestationem

Epi.80. circa medium.

Tract. 29.

Epi.80. circa medium.

Universidad de Deusto Biblioteca

sed adhuc ostendit ipsos grauiori pœna fuisse dignos, in hoc qđ dicitur.{Et nisi breuitati fuissent dies illi,non fieret salua ois caro,} ac si diceret.Si amplius durasset prælium Romanorum aduersus ciuitatem,vniuersi perissent Iudæi. Omnem enim carnem Iudaicam dicit, & qui foris,& qui intus erant. nõ enim solum eos qui in Iudæa erant impugnabant Romani, sed & eos qui vbique dispersi erant persequebantur. A V G.ad Esichium: Quidam autẽ conuenienter mihi Epis. 80.circa medium. intellexisse videnť mala ipsa significata nomine dierũ, sicut sunt dicti dies mali in aliis scripturæ diuinæ locis.

sabbato. Erit.n.tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; mõ, neq; fiet. Et nisi breuitati fuissent dies illi, nõ fieret salua oĩs caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.

f Tũc siquis vobis dixerit: Ecce hic est Chr̃s, aut illic, nolite credere. Surgent.n.pseudo Chr̃i, & pseudo Prophetę, & dabũt signa magna, & ꝓdigia: ita vt in errorẽ inducant, si fieri pōt et electi. Ecce ꝑdixi vobis: Si ergo dixerit vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralib⁹: nolite credere: Sicut.n.fulgur exit ab Oriẽte, & apparet vsq; in Occidentẽ, ita erit & aduẽtus filii hominis. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

Neque enim dies ipsi mali sunt,sed ea quæ fiunt in eis.ipsa.n. dicta sunt breuitati,vt Deo tolerantiam donante, minus sentirentur,ac si quæ magna essent,fierent breuia.C H R Y. in Homil. Ne vero Iudæi dicerent,qm̃ propter prædicationẽ,& discipulos Christi hæc mala euenerunt,ostendit,ꝙ nisi illi essent,radicitus perissent. Epsi.80.circa medium. vnde subditur.{Sed pro ele.bre.di.illi.} A V G.ad Esichium: Non.n.debemus ambigere,quando euersa est Hierusalem fuisse in illo populo electos Dei qui ex circuncisione crediderant,siue fuerant credituri electi ante constitutionem mundi,ꝓpter quos breuiarenť dies illi,vt tolerabilia mala fierẽt.Non aũt desunt,qui existimant ita breuiores dies illos futuros,quòd cursu Solis celeriore breuientur,sicut fuit longior dies orante Iesu Naue. H I E R O. Nec recordantur illius scripti.Ordinatione tua perseuerant dies, sed iuxta temporum qualitatem.i.abbreuiatos non mensura, sed Epis.80.circa medium. numero,ne tẽporum mora concutiatur credentium fides.A V G. ad Esichium.Nõ tamẽ putemus hebdomadas Danielis,vel ꝑꝑ dierum breuitationes fuisse turbatas,vel illo iam tp̃e nõ fuisse cõpletas,sed in fine tp̃um esse cõplendas.Apertissime.n. Lucas testať Danielis prophetiã tũc fuisse cõpletã,qñ euersa est Hierl'm C H R Y. in Ho.Intellige aũt spũsancti dispensatiõnẽ,qm̃ nihil horum scripsit Ioannes,vt non videreť ex ipsa eorũ q̃ facta sunt historia scribeť:etenim post captionẽ Hierl'm vixit multo tp̃e.Sed q ante mortui sunt,& nihil horũ viderunt ipsi scribunt,vt vndiq; fulgeat ꝓnunciationis virtus.H I L A.Vel aliter. Totum indicium aduentus futuri Dñs ponit,dicens. Cum videritis abominationem .De Antichristi.n.tp̃ibus hæc locutus est Propheta.Abominatio ex eo dicta est,ꝙ aduersus Deũ veniens honorẽ Dei sibi vendicet:desolationis aũt abominatio,quia bellis & cædibus terram desolaturus sit,atq; ob id a Iudæis susceptus loco sanctificationis instituiť, vt vbi sc̃tõrum ꝑcibus Deus inuocabať,ibi ab infidelibus recept⁹ Dei honore venerabilis sit.& quia prius iste Iudæorũ error erit, vt q veritatẽ respuerunt,suscipiant falsitatem,Iudæã deseri monet, & transfugere in montes,ne admistione plebis illius Antichristo crediduræ,vis aut cõtagiũ afferať.ꝙ aũt ait:{Et qui in te. sunt nõ des. tol.ali.de do.sua sic intell'r.}Tectum est domus fastigium,& habitationis totius excelsa ꝑfectio.Qui igiť in cõsummatione dom⁹ suę, i.in cordis sui ꝑfectione cõstiterit, regeneratione spũs noui celsus non descendere in humiliora rerũ seculariũ cupiditate debebit.Et qui in agro erit,non reuertať tollere tunicã suã.i.positus in operatione præcepti,nõ ad curas pristinas reuertať, ob quas veterũ exinde peccaminũ,q̃bus antea cõtegebať,erit tunicã relaturus. A V G. Epis.80.circa medium. ad Esichium.In tribulationibus.n.cauendũ est,ne quisquã deuict⁹ ad carnalẽ vitã de spũali sublimitate descendat,aut qui profecerat in anteriora se extendens,deficiendo in posteriora respiciat.H I L A.qđ autẽ dicitur.{Væh prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus nõ de fœtarũ onere Dñm admonuisse credendũ est,sed aĩarũ pc̃tis repletarũ ostendisse grauitatẽ,ꝙ neq; in tecto positæ,neq; in agro manentes repositæ,irę tẽpestatem vitare possint:illis quoque væh erit,q nutrienť. Infirmitatem.n.aĩarum quæ ad cognitionem Dei tãquã lacte educanť in his oñdit,& iccirco væh ipsis erit, qa ad fugiendũ Antichristũ graues,& ad sustinendũ impeditę, nec Serm.20. peccata effugierũt,nec cibũ veri panis acceperuut.A V G.de Ver. Do.Vel ꝑgnãs est qui res alienas cõcupiscit.nutriẽs est q iã rapuit, qđ cõcupiuerat.istis.n.væh erit ĩ die iudicij,ꝙ aũt Dñs dixit,Ora Lib.1.c.37. te,ne fiat fuga vestra hyeme,vel sabbato. A V G.de Quæst. euan.i. ne in lætitia,vel tristitia rerum tp̃alium quis inueniatur in die illa. H I L A.Vel,ne aut in peccatorũ frigore,aut in ocio bonorum operum reperiamur,quia grauis vexatio incũbet,nisi ꝙ causa electorũ Dei diebus illis sit breuitas afferenda , vt vim malorum coarctatũ tp̃s exuperet. ORI Mystice aũt in loco sancto oium scripturarum:tam veteris testamẽti,q̃ noui:Antichristus qui est falsum verbũ,stetit frequenter,qui aũt hoc vident ex Iudęa literæ:fugiãt ad sublimes veritatis mõtes.Et siquis inuentus fuerit ascẽdisse supra tectũ verbi & stare suꝑ fastigiũ eius:nõ descendat inde,occasione vt auferat aliquid de domo sua.Et si fuerit in agro, in quo

F absconditus est thesaurus,& reuersus fuerit retro, incurret in seductionẽ verbi mendacis,& maxime si spoliauerit se vestimẽtũ veteris,idest veterem hominem,& iterum conuersus fuerit tollere ipsum. tunc autem anima in vtero habens quæ necdum fructificauit ex verbo,incurrit in væh. Proiicit enim conceptum, & euacuatur a spe quæ est in actibus veritatis. similiter autem si videatur formatum, & fructificatum verbũ, non aũt fuerit enutritũ sufficienter.Orent autem qui fugiunt in montes, ne fuga eorũ fiat hyeme,vel sabbato,quoniam in tranquillitate animæ con

G stitutę:possunt impetrare viam salutis,& in sabbato, quando homo bona opera non facit:fuga vestra non fiat.Nemo enim in periculo falsi dogmatis facile superatur,nisi qui nudus fuerit ab operibus bonis. Quæ est autem maior tribulatio , quàm videre fratres nostros seduci,& quòd aliquis videat seipsum moueri, & conturbari?Dies autem intelliguntur præcepta,& dogmata veritatis. omnes autem intellectus a scientia falsi nominis venientes,addita menta sunt dierum,quæ Deus abbreuiauit,per quos vult.

f C H R Y. in Homi.Cum complesset Dñs ea,quæ de Hierosolymis sunt,ad suum de cætero peruenit aduentum,& dicit eius si- Hom.77. gna non illis vtilia solum, sed & nobis, & his qui post nos erunt omnibus. vndè dicit:{Tunc siquis vo.dix.Ec.hic est Christus, aut illic no.credere.Sicut autem cum supra dixit Euangelista. In die H bus illis Ioannes Baptista,non tempus quod immediate est consequens exposuit,cum triginta anni in medio essent:ita & hic , cum dicit. Tunc totum medium tempus prætermisit, quod futurum erat a captione Hierosolymę,vsq; ad initia consummationis mũdi:dans aũt eis signa sui secundi aduentus,de loco eos certificat,& de seductoribus: non enim sicut in priori aduentu in Bethleæm apparuit,& in paruulo angulo orbis terrarum, & nullo sciente a principio,ita & tunc erit:sed manifeste veniet,ita ꝙ non indigeat, ꝙ aliquis eius aduentum annunciet, propter quod dicit.} Siquis vobis dixerit.Ecce hic est Christus, aut illic,non credatis. H I E. In quo ostendit,ꝙ secundus aduentus non in humilitate, vt primus,sed in gloria demonstrandus est. Stultum est itaque eum in paruo loco,vel in abscondito quærere,qui totius mundi lumẽ est. H I L A. Et tamen,quia in magna vexatione positi erunt homines,pseudo Prophetæ tanquam præsentem in Christo opem sint indicaturi multis in locis Chr̃m esse,atq; haberi mentiẽtur,vt in Antichristi famulatum depressos vexatosq; deducant,& ideo sub I dit.{Surgent.n.pseu.Christi,& pseudo Prophetę. CHRY.in Ho. Hic de Antichristo loquitur,& de quibusdam eius ministris,quos pseudo Christos,& pseudo Prophetas appellat, quales & tempore Apostolorum multi fuerunt: sed antè secundum aduentũ Christi,erunt multo prioribus amariores.vnde subdit.{Et da.sig.mag. & prodigia. A V G. in lib. 83. Quæst. Admonet autem hic Dñs, Cap.79. vt intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere,qualia sancti facere non possunt, nec tamen ideo potioris loci apud Deum arbitrandi sunt. Non enim acceptiores erant Deo, q̃ populus Israel Magi Aegyptiorum, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant,quàmuis Moyses in virtute Dei maiora potuerit: Sed ideo non omnibus sanctis ista attribuuntur ne perniciosissimo errore decipianť infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona,q̃ in opibus iustitiæ,quibus vita æterna cõparať. Cum ergo talia faciunt Magi,qualia nonnunq̃ faciunt sancti, diuerso fine, & diuerso iure fiunt. Illi enim faciunt quærentes gloriam suam: illi quærentes gloriam Dei,& illi faciunt per quædam K potestatibus concessa in ordine suo,quasi priuata commertia, vel beneficia:illi aũt publica administratione iussu eius,cui cũcta creatura subiecta est. Aliter.n.cogitur possessor equum dare militi:aliter tradit emptori,uel cuilibet donat,aut cõmodat. Et quemadmodum plerique mali milites quos imperialis disciplina condẽnat,signis imperatoris sui nonnullos possessores territant, & ab eis aliquid,quod publice non iubetur, extorquent: ita nonnumq̃ mali Christiani,vel scismatici,uel hæretici,ꝑ nomen Christi, uel ꝑ uerba,uel sacramenta Christiana exigunt aliquid a ꝑtãtibus, cũ aũt malis iubentibus uoluntate cedunt,ad seducẽdos hoĩes cedũt, quorũ errore lętantur. Quapropter aliter faciũt miracula Magi: aliter boni Christiani. aliter mali Christiani : Magi per priuatos tractus : boni Christiani per publicam iustitiam : mali Christiani per signa publicæ iustitiæ, nec hoc etiam oportet mirari, quia omnia quæ visibiliter fiunt: etiam per inferiores potestates aeris huius nõ absurde fieri posse credunť. A V G.3.de Tri. Nec ideo tamen putandum est transgressoribus angelis ad nutũ seruire hanc uisibiliũ rerũ materiã, sed Deo poti⁹,a quo eis ꝑtãs datur, nec sane creatores

creatores illi,mali angeli dicendi sunt,sed pro subtilitate sua semina rerum istarum nobis occultiora nouerunt,& ea ꝑ congruas temperationes electorũ latenter spargunt,atque ita & gignendarũ rerũ, & accelerandorum incrementorum præbent occasiones.nã & multi hoĩes nouerunt ex quibus herbis, aut carnibus, aut succis, aut humoribus ita obrutis,vel commistis,quę aĩalia nasci soleant, sed hæc ab hoĩbus tanto difficili⁹ fiunt,quãto desunt sensuũ sub- Cap.30. tilitates,& corporum mobilitates in membris terrenis,& pigris.G R E. 15. Moral. Cũ ergo Antichristus corã carnaliũ oculis mirãda ꝓdigia fecerit,post se tunc hoĩes trahet,quia qui bonis præsentibus delectanť,potestati illius se absque retractione subiicient.vnde sequitur: { ita vt in Tract.29. erro.indu.si fie.po.etiam electi.} O R I. Exageratorius sermo est dicens:Si possibile est.non.n.ꝓnunciauit,neque dixit,vt in errorẽ mittantur electi,sed ostendere vult,qm̃ frequenter valde persuasorij sunt sermones hæreticorum,& cõmouere potentes, etiã eos q Cap.36. sapienter agunt. G R E.33.Mor.Vel quia electorũ cor , & trepida cogitatione concutitur,& tñ eorum constantia non mouetur:vna sniа Dñs vtrũque cõplexus est,quasi.n.iam errare,est in cogitatione titubare,sed si fieri pōt subiungiť,quia fieri non pōt,vt in errorem electi capianť. O R I. Vel nõ ideo hoc dicit,ꝙ electio diuina frustreť,sed qui humano iudicio electi uidebanť , illi in errorẽ mit Ho.euã.35. tentur. G R E.in Ho.Minus aũt iacula feriunt quæ præuidentur, & ꝑꝑ hoc subditur:{Ecce ꝑdixi vobis.} Dñs.n.noster perituri mũdi præcurentia mala denunciat,vt eo minus perturbent venientia quo fuerint præscita.ꝑꝑ quod consequenter concludit. { Si ergo dixerint vobis:Ec.in deser.est,noli.exire. & ec.in pe. nolite credere.} H I L A. Nã pseudo Prophetæ,de quibus supra dixerat:nunc in desertis Chr̃m esse dicent,vt hoĩes errore deprauent,nunc in penetralibus afferent eum esse,vt hoĩes dominantis Antichristi potestate concludant,sed Dñs se nec loco occultandũ , nec a singulis seorsum contuendum esse ꝓfitetur:sed vbique & in conspectu omnium ꝑsentem se futurũ esse denunciat.vnde sequiť. { Sicut.n.ful. exit ab ori.& ap.vsque ad oc.ita erit aduẽ.fi.hois.C H R Y.in Ho. Sicut.n.supra prædixit qualiter Antichristus venturus est : ita & ꝑ hoc ostendit qualiter ipse sit venturus.Sicut.n.fulgur non indiget annunciante,aut præcone,sed in instanti momento tp̃is monstrať ₰m vniuersum orbẽ terrarũ,etiã his qui in thalamis sedẽt.ita & aduentus Christi simul apparebit vbique ꝑꝑ gloriæ fulgorem: consequenter aũt dicit & aliud signũ sui aduentus, cũ subdit:{Vbicũque fue.cor.il.cõ.& aqui.}per aquilas multitudinẽ angelorum, martyrum,& sanctorum oium designans. H I E R O. De exẽplo .n.naturali quod quotidie cernim⁹ Christi instruimur sacramẽto. Aquilæ.n.& vultures,etiã transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiuscemodi congregari.Si ergo irrationabiles volucres naturali sensu tantis terrarum spaciis separatę,paruum cadauer sentiant,vbi iaceat:quanto magis oĩs multitudo credentium πτῶμα. debet ad Christum festinare,cuius fulgur exit ab Oriẽte, & patet vsque ad Occidentem?Possumus autem ꝑ corpus Ptoma,qđ significantius latine dr̃ cadauer:ab eo eo ꝙ per mortem cadat,passionẽ Chr̃i intelligere. H I L A. Vnde vt nec loci,in quo vẽturus esset essemus ignari,dicit. { Vbicumq; fuerit corpus,ibi congregabunť & aquilæ,Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas noĩauit} quorum congregantibus angelis conuentum futurum in loco passionis ostendit,& digne illic claritatis aduentus expectabiť,ubi nobis gloriam æternitatis passione corporeæ humilitatis operatus Tract. 30. est.O R I. Et vide,quia non dixit : Vbicumque fuerit corpus,ibi congregabuntur vultures,aut corui,sed aquilæ. Volens ostendere magnificos & regales oẽs,qui in passione Dñi crediderunt. H I E. Aquilæ.n. appellanť quibus iuuentus renouata est vt Aquilæ , & qui assumunt pennas,ut ad Christi veniant passionem.G R E.14. Mor.potest etiam intelligi:Vbicumque fuerit corpus , ac si dicat, quia cœlesti sedi incarnatus præsideo.electorum animas cum carne soluero,ad cœlestia subleuabo. H I E R O. Vel aliter . Quod hic de pseudo Prophetis dr̃ intelligi pōt. Multi.n.tp̃e captiuitatis Iudaicæ principes extitere,qui Chr̃os se esse dicerent , intantum, vt obsidentibus Romanis,tres intus fuerint factiones : sed melius de consummatione mundi dr̃,vt expositum est.Potest autẽ & tertio de hæreticorum contra ecclesiam pugna intelligi, & de istiusmodi Antichristis,qui sub opinione falsæ conscientiæ cõtra Christum dimicant. O R I. Generaliter.n.vnus est Antichristus, ſpẽs autem eius multæ,tanquam si dicamus. Mendacium nihil differt a mendacio.Sicut autẽ veri Chr̃i fuerunt sc̃ti Prophetæ,sic intellige ₰m vnumquẽq; pseudo Chr̃m,multos eius falsos Prophetas q Antichristi alicuius falsos sermones ꝑdicant,quasi veros, quorũ dicet aliquis·Ecce hic est Chr̃s.ecce illic,quasi non extra scripturam foris aspiciendum est.Ex lege.n.& Prophetis,& Ap̃lis ꝓferunt quæ videnť defendere mẽdacium.vel ꝑ hoc qđ dicit.Ecce hic est Chr̃s,

A ecce illic.oñdunt nõ Chr̃m, sed aliquẽ fictum eiusdẽ noĩs, vtputa ₰m Marcionis doctrinã,aut Valentini,& Basilidis.H I E.Siquis ergo ꝓmiserit uobis,ꝙ in deserto Gentiliũ,& Philosophorũ dogmate Chr̃s moreť,aut ĩ hæreticorũ penetralib⁹,q Dei policenť archana:nolite credere,sed ꝙ ab Oriente vsq; in Occidente fides catholica in ecclesijs fulget. Lib.1.c.38.

g Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumẽ suum, & stellæ cadent de cœlo, &

A V G. de Quęs.euã. Oriẽtis, & Occidẽtis noĩe,totũ orbẽ voluit significare, ꝑ quẽ futura erat ecclesia. Sc̃dm aũt illũ sensum , quo dixit:Amodo videbitis filiũ hoĩs venientẽ in nubibus,conuenienter etiã nunc fulgur noĩauit, qđ maxime solet emicare dè nubib⁹. Constituta ergo auctoritate ecclesiæ ꝑ orbẽ terrarum clara atque manifesta,conuenienter discipulos admonet atq; oẽs fideles,ne scismaticis,atq; hæreticis credant.Vnũquodq; scisma, aut vnaqueq; B hæresis locum suũ habet:in orbe terrarum aliquã tenens partẽ,aut obscuris,atque occultis conuenticulis curiositatem hoĩum decipit,quo pertinet qđ ait:Siquis uobis dixerit:ecce hic est Christus, aut illic.qđ significat terrarum partes,aut prouinciarum,aut in penetralibus,aut in deserto,quod significat occulta & obscura conuenticula hæreticorum.H I E R.Vel ꝑ hoc qđ dicit.In deserto,& in penetralibus, ostenditur,ꝙ persecutionis,& angustiarũ tp̃e semper pseudo Prophetę decipiendi inueniunt locũ . O R I. Vel qñ secretas,& non vulgatas scripturas ꝓferunt ad cõfirmationẽ mendacii sui,videntur dicere: Ecce in solitudine uerbum est veritatis. Quotiẽs autem Canonicas proferunt scripturas,in quibus omnis Christianus consentit,videntur dicere:Ecce in domibus est verbũ veritatis.Sed nos exire non debemus a prima ecclesiastica traditione.Vel eis sermones,qui sunt omnino extra scripturam ostẽdere uolens,dixit.{Si dixerint vobis:Ecce in solitudine est: nolite exire de regula fidei. Eos autem qui simulant diuinas scripturas ostẽ C dere volens,dixit.{Si dixerint vobis.}Ecce in penetralibus est:nolite credere.}Veritas.n.similis est fulguri egrediẽti ab Oriente, & apparenti vsque ad Occidentem.Vel hoc dicit, qm̃ veritatis fulgur ex omni scripturarum loco defenditur . Exit ergo ueritatis fulgur ab Oriente.i.ab initiis Christi,& apparet vsque ad passionem ipsius,in qua est occasus eius,vel a primo initio creaturæ mũdi,usque ad nouissimam Apostolorum scripturam . Vel Oriens quidem est lex, Occidens autem finis legis, & prophetiæ Ioannis: sola autem ecclesia,neque subtrahit huius fulguris verbum,& sensum,neque addidit quasi prophetiam aliquid aliud . vel hoc dicit, quia non debemus attendere eis,qui dicunt, Ecce hic Christus. non autem ostendunt eum in ecclesia,in qua tota totus est aduentus filii hominis dicentis. Ecce ego uobiscum sum omnibus dieb⁹ usque ad consummationem sæculi, H I E R O. Prouocamur autem ad passionem Christi,ut vbicumque in scripturis legitur. Cõgregemur,vt per illam uenire possumus ad verbum Dei.

D g ¶ G L O. Postquam Dñs ꝑmuniuit fideles cõtra seductionem Antichristi & ministrorũ eius:ostendẽs se manifeste esse venturũ: nunc ordinem & modũ sui aduentus demõstrat,dicẽs:{Statim aũt post tri.die.il.Sol.obscu. C H R Y. in Ho.Tribulationẽ dicit dierũ Antichr̃i,& pseudo Prophetarũ. Tribulatio.n.tũc erit magna: tot existentibus deceptorib⁹: sed nõ extendeť ꝑ tp̃is longitudinẽ. Si.n.Iudaicum bellũ ꝑꝑ electos decurtatum est: multo magis ꝑꝑ eos hæc tribulatio abbreuiabitur,& ꝑꝑ hoc non simpl'r dixit:Post tribulationem:sed addit,statim:ipse.n.confestim aderit . H I L A. Gloriã aũt aduẽtus sui indicat obscuritate Solis,& defectione Lunæ,& casu stellarũ.nã sequiť,{Et lu.non da.lu.su.& stel.ca.de cęlo. O R I. Dicet aũt aliquis,sicut in magnis ignibus succẽdi incipien Tract.30. tibus,tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli,sic in consummatione mundi ab igne,qui succẽdendus est,obscurabunť etiã luminaria magna,marcescente aũt stellarum lumine , reliquũ earũ corpus cũ exaltari nõ valeat,sicut primũ cũ a luminæ ipso portatũ extollebať,cadet de cęlo.His accidentibus,cõsequens est celorũ ıõna E biles virtutes stuporẽ,& cõmotionẽ aliquã pati,& cõturbari,remotas.s.a primis functionibus suis.vnde sequiť.{Et vir.ce.cõ. & tunc app.sig.fi.ho.in cęlo.in quo.s.cęlestia facta sunt.i.virtus quã operatus est filius suspensus in ligno,& in cęlo apparebit maxime signũ illius,vt hoĩes de oĩbus tribubus, q̃ prius nõ crediderunt Chr̃ianitaté annunciari:tunc recognoscentes ꝑ signũ illud manifestatum plangent,& lamentabunť ꝑꝑ ignorantiã suã:atq; pc̃tã. vñ sequiť. {Et tũc plã.om.tri.terrę.}Ali⁹ aũt al'r arbitrabiť,qm̃ sicut lucernę paulatim deficit lumen,sic celestium luminum deficiente nutrimẽto Sol obscurabiť,& Luna,& stellarum lumen deficiet,& qđ remãserit in eis,quasi terrenum cadet de cęlo.Sed qũo pōt dici de Sole qm̃ obscurabiť lumen eius,cum Isaias Propheta ꝑfectũ aliquẽ Solis in cõsummatione fore declaret?simil'r & de Luna Isaias ꝓfert, qm̃ erit sicut Sol. De stellis aũt q dã dicere tentãt,aut oẽs aut plures earum maiores esse tota terra.Qũo ergo cadent de cęlo,cũ magnitudini earũ non sufficiat terra? H I E R.Nõ ergo diminutione

luminis huius mundi accident: alioquin Solem legimus septuplũ habituru luminis,sed comparatione veræ lucis omnia vilui apparebunt tenebrosa. RABA. Nihil tñ prohibet intelligi veraciter tunc Solem,& Lunã cũ cæteris sideribus ad tps suo lumine prituari,sicut de Sole factum cõstat tpe dñicæ passionis. vnde & Iohel dicit.Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem anteq̃ veniat dies Dñi magnus, & manifestus.

virtutes cœlorum cõmouebuntur:& tunc apparebit signum filii hominis in cœlo.Et tunc plangent omnes tribus terræ.

Cæterũ, peracto die iudicii, & clarescente futuræ gloriæ vita,cũ fuerit cœlum nouum & terra nouatũc fiet

h Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum

quod Isaias Propheta dicit.Erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter.Quod autẽ de stellis dictum est.Et stellæ cadent de cœlo. in Marco ita scriptum est. Et stellæ cœli erunt decidentes.i.suo lumine carentes.HIERO. Per virtutes autem cœlorum,Angelorũ multitudines intelligimus.CHRY.in Ho. Qui valde decenter cõmouebunt,vel concutientur videntes tãta transmutationem fieri,& conseruos suos puniri,& orbem terrarũ terribili assistentem iudicio.ORI.Sicut aũt in dispensatione crucis,Sole deficiente tenebræ factæ sunt super terrã, sic & signo filij hominis apparente in cœlo,deficient lumina Solis,Lunæ,& stellarum,quasi consumpta ex multa virtute signi illius.vnde sequitur. ¶Tunc ap.sig.fi.ho.in cœlo.}Signũ aũt crucis hic intelligamus, vt videãt iuxta Zachariã & Ioannẽ,Iudæi quẽ cõpunxerant,& signũ victoriæ.CHRY. in Ho.Si aũt Sol quidẽ obtinebraret,crux nõ appareret,nisi multo solaribus radiis luculentior esset. Ne aũt discipuli verecundentur,& doleant de cruce,eam signum noãt cum quadam claritate.Apparebit aũt signũ crucis,vt Iudæorum inuerecundiã confutet.adueniet.n.Chrs in iudicio nõ vulnera solum, sed mortẽ exprobratissimã ostendens.vnde sequit.{& tunc plãgent se oẽs tribus terræ.}Visa.n.cruce cõsiderabunt,q̃ mortuo eo nihil pfecerunt:& q̃m crucifixerunt eum quẽ adorari oportebat.HIE. Recte aũt dicit tribus terræ.Hi.n.plangent qui muncipatũ nõ habent in cœlis,sed scripti sunt in terra. ORI. Moraliter aũt dicit aliquis obscurandũ Solẽ,esse diabolum,qui in consummatione est arguendus cũ sit tenebrę,simulat aũt se Solẽ: Luna aũt q̃ vt homini illuminari Sole,est oĩs ecclesia malignantium q̃ frequẽter lumẽ se hñe & dare ꝓmittit.tunc aũt redarguta cũ reprobatis dogmatibus suis claritatẽ suã amittit,sed & quicũq;,siue in dogmatibꝰ,siue ĩ virtutibus falsis hoibus qdẽ veritatẽ ꝓmittebant,mendaciis autẽ seducebant:hi cõuenienter dicendi sunt stellæ cadentes de cœlo, vt ita dicam suo,vbi erant in altitudine constitutæ, extollente se aduersus sciam Dei. Ad cõmendationẽ aũt sermonis huiꝰ vtemur exẽplo Prouerbiorũ dicente. Lumen iustorũ semp inextinguibile est:lumẽ aũt impiorũ extinguẽt:tunc claritas Dei apparebit in oĩ q̃ portauit imaginem cœlestis,& cœlestes lætabunt,terreni aũt plãgent.Vel ecclesia est Sol,Luna,& stellæ,cui dictum est. Speciosa vt Luna,electa ut Sol.AVG.ad Esichium.Tunc enim Sol obscurabitur,& Luna non dabit lumen suum, quia ecclesia non apparebit impijs,tunc persecutoribus vltra modum fœuientibus.Tunc stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur,quoniã multi qui gratia Dei fulgere videbantur ꝓsequentibus cedent, & cadent,& quidem fideles fortissimi turbabunt.hoc autem post tribulationem dierum illorum dicitur esse futurum,non quia transacta tota illa ꝓsecutione accidant ista, sed qa ꝓcedet tribulatio, ut sequaẽ quorundã defectio,& qa per oẽs dies illos ita fiet,propterea post tribulationem dierum illorũ:sed tñ in eisdem diebus,fiet, ¶ CHRY. in Homi. Quia crucem audierãt, ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum,subiungit.{Et ui.fi.ho.ve.in nu.cœ.cum vir.ma.& maiestate.AVG.ad Esichium. Cuius quidem proprior sensus est,ut cum hoc quisque audierit,vel legerit: ipsum esse aduentum accipiat, quando venturus est ad uiuos & mortuos iudicandos in corpore suo.in quo sedet ad dexteram patris,in quo etiam mortuus est & resurrexit,& ascendit in cœlum, & sicut in actibus Apostolorum legitur. Nubes suscepit eum ab oculis eorum,& quia illic dictum est ab Angelis. Sic veniet, quomodo vidistis eum euntẽ in cœlum, merito credẽdus est non solũ in eodem corpore, verum etiam in nube venturus. ORI. Videbunt ergo oculis corporalibus filium hominis in spẽ humana venientem in nubibus cœli,idest supernis. Sicut enim quando transformatꝰ est,vox uenit de nube,sic cum veniet iterum in spẽm trãsformatus gloriosam,& non super vnam nubem, sed super multas quæ erunt vehiculum eius. Et siquidem vt ne terram calcaret filiꝰ Dei Hierosolymam ascendens: diligentes eum,strueruntue uestimẽta sua in uia,neque asellum qui portabat eum uolentes terram calcare: quid mirum si pater & Deus omnium nubes sternat cœlestes,sub corpore filii descendentis ad opus consummationis? Dicet aũt aliquis,quoniam sicut in factione hoĩs accepit Deꝰ limum de terra & finxit hominẽ,sic vt appareat gloria Christi accipiẽs dñs de cælo & de cælesti corpore, corporauit primum quidẽ in transfiguratione in nubem lucidam.i.in consummatione in nubes lucidas:ꝓ quòd nubes cæli dicuntur, ſm q̃ & limus terræ est dictus,& decet patrẽ talia miranda dare filio suo, qui se humiliauit, & propterea exaltauit illum,

virtute multa & maiestate.

i Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabũt electos eius a quatuor vẽtis,a summis cælorum vsque ad terminos eorum.

non solum ſm spiritum:sed etiã ſm corpus, vt super talibus nubibus veniret, & forsitan super nubibus rónalibus,ne irrationabile esset vehiculũ filij hominis glorificati. Primum quidẽ venit Iesus cum virtute ex qua faciebat signa & prodigia in populo. Omnis aũt illa virtus comparatione illius virtutis multę, cũ qua in fine venturus est,modica erat.virtus.n.erat exinanitis seipsum,cõsequẽs est & vt ad maiorẽ gloriã reformeꝰ,q̃ fuit trãsformatus in mõte, tũc enim ꝓpter tantũmodo trãsformatus est,in cõsummatione aũt mũdi totius,apparebit in gloria multa,vt videãt eũ oẽs in gloria. AVG. ad Hesychiũ:Sed qui scripturæ scrutandæ sunt, nec earũ superficie debemus esse cõtenti, diligenter sunt inspicienda sequentia. post pauca enim sequit: Cum videritis hæc omnia fieri,scitote,quia prope est iã in ianuis. tunc enim scimus prope esse,cum aliqua videmus esse præmissorũ. Sed hæc omnia in quibꝰ & hoc est,q̃ videbit filius hominis veniens,& mittet angelos suos de quatuor partibus mundi.i.de toto orbe terrarũ congregat electos suos, qui tota hora nouissima facit veniens in suis mẽbris tamq̃ in nubibus,vel in tota ipsa ecclesia tamq̃ in nube magna, sicut nũc venire nõ cessat,sed ideo cũ ptate magna & maiestate, qa maior prãs & maiestas illius apparebit sanctis, q̃bus magnã uirtutẽ dabit,ne tãta ꝓsecutione vincant. ORIG. Vel cũ magna virtute venit quotidie ad animã hoĩs credentis in nubibꝰ propheticis.i.in scripturis prophetarũ & apostolorũ, qui verbũ Dei sup humanã naturã in intellectibus suis declarant: sic & eis qui intelligunt dicimus apparere gloriã multã, qui quidẽ vsin secũdo verbi aduentu, q̃d est ꝓfectorũ, & sic fortasse oĩa,quæ a tribus euangelistis dicta sunt de Christi aduentu, diligẽtius inter se collata, & bene discussa inuenientur ad hoc pertinere, q̃ quotidie venit in corpore suo, quod est ecclesia, de quo aduẽtu suo alibi dixit.Amodo videbitis filiũ hominis sedentem a dextris virtutis Dei,& venientẽ in nubibus cæli, exceptis his locis, vbi ab eo ille aduentus vltimus in seipso promittitur.

i ¶ ORIG. Quia de planctu mentionẽ fecerat, qui ad hoc Tract.30. erit vt sponte cõtra se sententiã proferãt, & seipsos cõdemnẽt. ne putẽt,q̃ in isto planctu mala eorũ terminẽtur,subdit.Et mit. ange.ſu. cum tu.& vo. magna. REMI. Hæc autẽ tuba non rem corporea est intelligenda: sed archangelica vox, quæ adeo magna erit,vt ad clamorẽ illius oẽs mortui de terræ puluere resurgant. CHRY. Sonus autẽ tubę pertinet ad resurrectionem ad gaudiũ ad repræsentandũ ꝓuorem,qui tunc erit ad dolorem illorum,qui relinquentur, & in nubibus non rapientur. ORIG. Scriptũ est aũt in Numeris, q̃ ex quatuor ventis congregabant sacerdotes tibicinantes eos, qui sunt ex castris Israel, ſm quorum comparationẽ de angelis Christi cõsequenter dr: Et congregabunt electos eius a quatuor vẽtis REMI.i. a quatuor clymatibus mundi.i.oriẽte,occidente, aquilone, & austro. ORIG. Et simpliciores quidẽ opinantur eos tm, qui tunc in uenti fuerint in corpore aggregandos:sed melius est dicere congregandos non solum ab angelis Christi esse oẽs,non solum ab aduentu Christi,& vsq; ad cõsummationẽ vocatos atq; electos, sed oẽs,qui a constitutione fuerint mũdi,qui viderũt,sicut Abraham Christi diẽ,& exultauerunt in illa. Quoniã aũt non tm illos,qui in corpore fuerint cõprehensi dicit cõgregandos Christi electos,sed etiã illos,qui de corporibus sunt egressi, manifestat sermo dicens cõgregatos electos,non solũ a quatuor ventis, sed & subdens:{A summis cælorũ vsq; ad terminos eorũ.} Quod nemini sup terrã existẽti arbitror cõuenire. Vel cæli sunt scripturę diuinæ,aut auctores earũ,in quibus habitat Deus Summa autem scripturarum sunt initia illarũ, termini aũt consummationes earũ. Congregant ergo sancti a summis cælorũ.i.ab eis,q̃ viuunt in initiis scripturarũ vsq; ad eos,q̃ viuunt in cõsummationibus earũ. Cõgregabunt enim tuba & voce magna, vt q̃ audierint,& aduerterint parent se ad viã perfectionis, quæ ducit ad filium Dei. REMI. Vel aliter:Ne forte aliquis putaret,q̃ solũ modo a quatuor partibus mundi,& non a mediterraneis regionibus & locis,ideo addit:{A summis cælorum vsq; ad terminos eorũ.} Per summũ enim cæli mediũ orbis intelligitur, quia medio orbis summi cæli præsidet. Per terminos aũt cælorum fines terræ significat,vbi longe distãtibus circulis cæli,terræ insidere videntur.

videntur. CHRY. Quòd autem per angelos dominus electos vocat.ad electorum honorem pertinet:nam & Paulus dicit, q̃ rapientur in nubibus,quia eos quidem qui resurrexerunt congregabunt angeli,congregatos autem recipient nubes.

K ¶ CHRYSO. in Hom. Quia dixerat, quòd statim post tribulationem dierũ illorum,quę prędicta sunt cõtingerent, ipsi autem quærere poterant. Post quantum tempus? ideo exponit exemplum ponẽs de ficu dicens:{Ab arbore fisci discite parabolam, cum iã ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia ꝓpe est æstas. HIE. quasi dicat. Sicut quãdo teneri fuerint in arbore ficus cauliculi, & gemma erumpit in florem, cortexq; folia parturit,intelligitis æstatis aduentum.& suaonij ac veris introitum.Ita cum omnia quæ scripta sunt videritis,nolite putare iam adesse consummationem mundi: sed quasi prænuia & præcursores quosdam venire, vt ostendant, quòd prope sit & in ianuis. vnde sequitur:{Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est & in ianuis. CHRY. in Hom. Per quod ostendit, quòd non multum erit temporis medium,sed statim aduentus Christi occuret. Per ramũ autem,& aliud quiddam prænũciat.fæstatem spiritualem,& tranquillitatem iustis post hyemem esse futuram,peccatoribus autem econtrario, hyemem post æstatem. ORIGE. Sicut enim ficus in tempore quidem hyemis, vitalem virtutem habet in se absconditam,postmodum autem cum virtus ipsa vitalis prodire ceperit ad manifestationem prætereunte hyeme, & ipsa valitudine eius ramus efficitur tener,& folia producit:sic & mundus,& vnusquisque eorum,qui saluantur ante Christi aduentũ,quasi in hyeme in se absconsam habent vitalem virtutem. Christo autem inspirante fiunt teneri, & non duri cordis rami, & quæ abscondita erant in eis,progrediuntur in folia,& manifestos fructus ostendũt, talibus autem prope est æstas, & aduentus gloriæ verbi Dei. CHRYSO. in Hom.propter hoc etiam istud posuit,vt credere faciat hunc sermonem omnino ita esse venturum. vbicumque enim quod omnino euenturum esse dicit, naturales necessitates in exemplum inducit. AVGVST. ad Esichium: Quòd autem de signis Euangelicis & Propheticis, quæ fieri, cernimus propinquum Domini aduentum, sperare debeamus quis negat? quotidie quippe magis, magisque fit proximus. sed quanto interuallo propinquat,de hoc dictum est. Non est vestrum scire tempora vel momenta. Vel quando dixit Apostolus: Nunc propior est nostra salus,quàm cum credidimus, & ecce tot anni transierunt: nec tamen quod dixit falsum est,quanto magis nunc dicendum est propinquare Domini aduentum, quando tantus factus est ad finem accessus? HILA. Mystice autem synagoga ficus arbori comparatur. ramus igitur ficus Antichristus esse intelligitur, diaboli filius,peccati portio,legis assertor,qui cum virescere cęperit & frondescere,quadam peccatorum exultantium viriditate, tunc proxima est æstas, idest dies iudicij sentietur. REMIG. Vel cum hæc ficus rursum germinabit, idest cum synagoga verbum sanctæ prædicationis accipiet,prædicantibus Enoch & Helia,intelligere debemus,quia prope est dies consummationis. AVGVST. de Quæst.euang. Vel per arborem fici intellige genus humanum ꝓpter pruritum carnis. Cum iam ramus eius tener fuerit,idest cum filij hominũ per fidem Christi, ad spirituales fructus profecerint, & in eis honor adoptionis filiorum Dei emicuerit. HILA. Vt autem fides certa esset futurorum subiunxit:{Amen dico vobis, quia non prætę.gen.hæc do.omnia fiant.} Amen autem dicendo, professionem veritatis adiunxit. REMIG. Et simplices quidem ad destructionem Hierusalem referunt verba,& de illa generatione æstimant dicta, quæ passionem Christi aspexit, quòd non esset transitura,priusquam fieret destructio ciuitatis illius. Nescio autem si verbum a verbo exponere possint, ab eo quòd ait. Non relinquitur hic lapis super lapidem, vsque ad illud,quod ait. Prope est in ianuis.forsitan enim in quibusdam potuerunt,in alijs autem non potuerunt omnino. CHRY. in Hom. Hæc ergo omnia de fine Hierosolymorum dicta sunt,& quæ de pseudoprophetis, & pseudochristi, & alia omnia quæ diximus vsque ad Christi aduentum futura. Quod autem dixit. Generatio hæc,non de ea quæ tunc erat,dixit, sed de ea quæ est fidelium:consueuit enim scriptura generationem non solum a tempore designare, sed a loco, cultu & conuersatione, sicut cum dicitur. Hæc est generatio quærentium dominum.Ex hoc autem dicit,quòd Hierusalem peribit,& amplior pars Iudæorum destruetur.generationem autem fidelium nulla separabit tentatio. ORIG. Generatio tamen Ecclesiæ transibit,aliquando tamen totum hoc sæculum,vt hæreditet futurum:tamen donec hæc omnia fiant, non transibit. Cum autem omnia hæc facta fuerint, transibit non solum terra:sed etiã cælum.vnde sequitur

l De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cęlorum, nisi pater solus. Sicut autem in diebus Noe,ita erit aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in archam, & non cognouerunt donec venit diluuium,& tulit omnes

{Cælũ & terra, idest non solum homines quorum vita terrena est,& propterea terra dicuntur,sed etiam illi, quorum conuersatio est in cęlis,& ideo cælum vocantur,trãsibunt autem ad futura, vt veniant ad meliora. Verba autem q̃ a Saluatore sunt dicta non transibunt, quoniam quæ sua ꝓpria sunt, operantur, & semper operabuntur:perfecti autem & qui non receperunt, vt iam meliores efficiantur,transeuntes quod sunt, ad illud quod nõ sunt,& hoc est quod subditur:{Verba autem mea non præteri.} Et forte quidem verba Moysi, & Prophetarum transierunt, quę ꝓphetizabantur ab illis impleta sunt. Verba autem Christi semper sunt plena & quotidie implentur,& adhuc sunt implenda in sanctis. Aut forte neque Moysi verba, aut Propheratum dicere debemus impleta omnino. prope enim & illa verba filij Dei sunt, & semper implentur. HIERO. Vel hic per generationem omne hominum significat genus,aut ꝓecipuè Iudæorum. Deinde vt magis eos ad fidem præmissorum inducat subdit:{Cęlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.} Acsi dicat. Facilius est fixa & immobilia destrui,quàm sermonũ meorum aliquid decidere. HILAR. Cælum enim & terra ex conditione suæ creationis, nihil habent in se necessitatis vt non sint.verba autem Christi ex æternitate deducta,id in se continent virtutis vt maneant. HIERO. Cælum autem & terra transibunt in mutatione,nõ abolitione sui:alioquin quomodo Sol obscurabitur,& luna non dabit lumẽ suum,si cælum in quo ista sunt terraq; non fuerint? RABA. Cælum tamen quod transibit, non sydereum sed aereum intelligere debemus, quod prius diluuio perijt. CHRY. in Hom. Elementa autem mundi in medium adducit,ostendens quoniam præciosior cælo & terra est Ecclesia, simul etiam & hinc conditorem se omnium ostendit.

l ¶ CHRY. in Hom. Cum dixisset dominus omnia, quæ ꝓcedunt Christi aduentum, & ad ipsas ianuas narrationem duxisset, diem tacere voluit. vnde dicit:{De die autem illa & hora nemo scit: neque angeli cælorum, nisi solus pater. HIERO. In quibusdam autem Latinis codicibus additum est: Neque filius,cũ in Græcis & maxime Adamantij, & Pierej exemplaribus hoc nõ habeatur ascriptum:sed quia in nonnullis legitur, disserendum videtur. REMIG. Marcus etiam Euangelista, non solum dicit angelos nescire: sed etiam filium. HIERO. In quo gaudent Arrius & Eunomius. Dicunt enim. Non potest æqualis esse,qui nouit & qui ignorat.Contra quos breuiter ita dicenda sunt,cum omnia tempora fecerit Iesus, hoc est verbum Dei.{Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.} In ominibus autem temporibus, cum dies iudicij sit, qua cõsequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouerit? hoc quoq; dicendum est. Quid est maius notitia patris an notitia iudicij? si maius nouit, quomodo ignorat quod minus est? HILA. Numquid etiam Deus pater, cognitionem illius diei filio denegauit, cum dictum ab eo sit: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. ergo non omnia sunt tradita,si est aliquid quod negatur. HIERO. Igitur,quia probauimus non ignorare filium Dei consummationis diem, causa reddenda est,cur ignorare dicatur. Post resurrectionem quidem interrogatus ab Apostolis de hac die,manifestius respondit. Non est vestrum scire tempora & momenta,quæ pater posuit in sua potestate. In quo ostendit, quòd ipse sciat, sed non expediat nosse Apostolis,vt semper incerti de aduentu iudicis,sic quotidie viuãt, quasi die illa iudicandi sunt. AVG. primo de Trinit.quòd ergo dicit,Nescit:intelligendum est nescientes facit, idest quòd non ita sciebat, vt tũc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham. Nunc cognoui quoniam times Deum, idest nunc feci vt cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione innotuit. AVG. de Ver.Domini.Q uod autẽ dixit patrem scire,ideo dixit.quia in patre & filius scit.quid enim est in die quod non in verbo factum sit, per quod facta est dies? AVG. in lib.83. Quæst. Bene autem accipitur quod dictum est, solum patrem scire, secundum prædictum modum sciendi, quia facit filium scire, filius autem nescire dicitur, quia non facit homines scire. ORIGEN. Vel aliter:

Hom.78.

Cap.12.

Quæst.60.

Tract.30.

Donec

Universidad de Deusto Biblioteca

Donec Ecclesia, quæ est corpus Christi, nescit diem illum & horam, tādiu nec ipse filius dicitur diem illum & horam scire. Dicitur autem scire secundum propriam significationem, sicut est in consuetudine scripturarum. Apostolus enim Saluatorem dicit nescientem peccatum, quia non peccauit. Præparat autem filius scientiam diei illius, & horam cohęredibus suæ promissiõis, vt omnes simul sciāt, idest re ipsa experiantur ĩ illa hora & die, quæ pręparauit De⁹ diligentibus se. BASIL. Legi quoque in cuiusdam libro, filium hunc non vnigenitum, sed adoptiuũ debere intelligi. non

nes, ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.

m Vigilate ergo: quia nescitis

enim vnigenito filio angelos præposuisset. sic enim ait. {Neque angeli cælorum neque filius.} AVG. ad Esichium: Sic ergo Euangelium dicit: De die illa & hora nemo scit. Tu autem dicis: Ego autem dico, neque mensem, neque annum aduentus ipsius scire posse. ita enim hoc videtur sonare, tanquàm non possit sciri, quo anno venturus sit: sed possit sciri qua hebdomada annorum, vel qua Decade, tanquàm dici possit atque diffiniri: inter illos septem annos aut decem aut centum vel quodlibet, seu maioris numeri seu minoris. si autem hoc te non comprehendisse præsumis, hoc sentis quod ego. CHRYSO. in Hom. Vt autem addiscas, quòd non ignorantiæ suæ est, quòd de die & hora iudicij tacet, aliud signum inducit, cum subdit: Sicut autem fuit ĩ diebus Noe, ita fiet aduentus filij hominis. Hoc autem dixit, ostendens quòd repente venit, & inopinate, & pluribus lasciuientibus. hoc enim & Paulus dicit. Cum dixerint. Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. vnde & hic subditur. Sicut enim erant in diebus illis ante diluuium, comedentes & bibentes. RABA. Non igitur hic iuxta Marcionis & Manichæi errorem, coniugia vel alimenta damnantur, cum in his successionis, in illis naturæ sint posita subsidia: sed immoderatus licitorum vsus arguitur. HIERO. Quæritur autem, quomodo supra scriptum est: Surget gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt pestilentiæ & fames & terremotus: & nunc ea futura memorentur, quæ pacis indicia sunt? sed æstimandum ꝙ post pugnas & cetera q̄bus vastatur genus humanũ, breuis subsecutura pax sit, quæ q̄eta omnia repromittit, vt fides credētium comprobetur. CHRY. in Homil. Vel lasciuia erit & pax his, qui insensibiliter dispositi sunt. propter hoc non dixit Apostolus: Cum fuerit pax: sed cum dixerint, pax & securitas. insensibilitatem eorum ostendens, sicut illorum qui fuerunt in diebus Noe, quoniam mali lasciuiebant, non autem iusti: sed in tribulatione & tristitia pertransibant. Hinc autem ostendit, quoniam cum Antichristus venerit, indecentes voluptates assumentur apud eos, qui iniqui erunt, & de propria desperabunt salute: & ideo exemplum ponit huic rei conueniēs. Cum enim Archa fabricaretur, prædicabat quidem in medio, futura prædicens mala. Mali autem non credentes, ac si nullum fuisset futurum malum, lasciuiebant, & quia futura apud multos non creduntur, ex præteritis credibilia facit, quæ prædicit. Deinde aliud signum ponit per quod ostendit, & quòd inopinabiliter dies ille veniet, & quòd ipse diem illum non ignorat, dicens. {Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur & alius relinquetur.} Ex quibus verbis ostenditur, quòd assumentur, & relinquentur, & serui & Domini, & qui in ocio & labore. HILA. Vel duos in agro, duos populos fidelium, & infidelium in securo, tanquàm in vitæ huius opere dies Domini deprehendet: separabuntur tamen relicto alio, & alio assumpto, in quo fidelium & infidelium destructio docetur. Dei enim ira ingrauescente, sancti in promptuario recondentur: perfidi vero ad cælestis ignis materiem relinquētur. de molentibus enim par ratio est. vnde sequitur: {Duę erunt molentes in mola, vna assumetur, & alia relinquetur.} Mola enim opus legis est: sed quia pars Iudæorum, vt per Apostolos credidit: ita per Heliam est creditura iustificanda per fidem. ideo vna per eandem fidem boni operis apprehendetur: Alia vero infructuosa legis opere relinquetur molens incassum, & non factura cælestis cibi panem. HIERONY. Vel duo in agro pariter inuenientur eundem habentes laborem, & quasi parem sementem: sed fructus laboris non æque recipientes. In duobus etiam qui pariter molunt, vel synagogam intelligere debēmus vel Ecclesiam, quòd simul molere videantur in lege, & de eisdem scripturis sanctis farinam terere præceptorum Dei, vel cæteras hæreses, quæ de vtroque testamēto, aut altero, videntur molere farinam doctrinarum suarũ. Sequitur: {Duo ĩ lecto, vnus assumetur, & alius relinquet.} HILA. Duo autem in lecto, sunt eandem passionis Dominicæ requiem prædicantes, circa quam hæreticorum & Catholicorum

Epist.80. prope princ.

F eadem confessio est: sed quia vnitatem diuinitatis Patris & Filii Catholicorum fides prædicabit, & hæreticorum falsitas impugnabit, fidem confessionis vtriusque diuini arbitrij iudicium comprobabit, vnum assumendo, & alium relinquendo. REMIG. Vel his verbis, tres ordines Ecclesiæ demonstrantur, per duos in agro, ordo prædicatorum, quibus commissus est ager Ecclesiæ, p duos in mola, ordo coniugatorum, quæ dum per diuersas curas, nunc ad hæc, nunc ad illa flectuntur, quasi molas in circuitu trahunt, per duos in lecto, ordo continentium, quorũ requies nomine lecti designa-

qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est.

G tur. In his autem ordinibus sunt boni & mali, iusti & iniusti: & ideo ex eis quidam relinquentur, & quidam assumētur. ORIG. Vel aliter: Corpus quidem quasi infirmum in lecto, est carnalium passionum: anima autem molit in graui mola mundi, vel corporis sensus in agro mundi operantur.

m ¶HIERONYMVS. Perspicue ostendit Dominus, quia supra dixit: De die autem illa nemo nouit, nisi pater solus, quia .s. non expediebat Apostolis scire, vt pendulę expectationis incerti, semper credant eum esse venturum, quem ignorant quando venturus sit: & ideo quasi ex superioribus concludens dicit. {Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.} Et non dicit: Quia nescimus, sed Nescitis, scilicet vt ostendat se diem iudicij non ignorare. CHRY. in Hom. Vult autem eos semper in solicitudine esse, propter hoc dicit: Vigilate. GREGO. Vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui a se torporis, & negligentiæ tenebras repellit. ORIGEN. Dicit autem, qui simplicior est, quoniam de secundo aduentu in quo venturus fuerat, hunc dicebat sermonem, alius autem quòd intelligibilem & futurum in sensum discipulorum verbi dicebat aduentum, quia nondum erat in sensu eorum, quemadmodum erat futurus. AVGVST. ad Esichium: Non solum autem illis dixit, vigilate, quibus tunc audientibus loquebatur: sed etiam illis qui fuerunt post illos annos, & ad nosipsos, & qui erunt post nos vsque ad nouissimum eius aduentum, quia ad omnes pertinet quodammodo. tunc enim vnicuique veniet dies ille, cum venerit eius dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus est illa die, ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eum inueniat Domini aduentus. Imparatum enim inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit suæ vitæ vltima dies. ORIGE. Vani autem sunt omnes, siue qui consummationem mundi scire se profitentur quando erit, siue qui vitę proprię finem scire se gloriantur, quem nemo cognoscere potest, nisi Spiritusancto illuminat⁹. HIERONY. Præmisso autem patrisfamilias exemplo, cur reticiat consummationis diem, manifestius docet cum subdit: {Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.} ORIGE. Paterfamilias domus, est sensus hominis, domus autem eius est anima, fur autem diabolus. Est autem omnis sermo contrarius, qui non per naturalem introitum intrat ad animam negligentis: sed quasi qui foderit domum, primum destruens quędam naturalis ædificia animæ, idest naturales intellectus, & per ipsam dirutionem ingressus, spoliat animam. Aliquotiens inuenit quis furem in ipsa perfossione, & comprehendens eum percussorem sermonem imittens, interficit ipsum. non autem in die fur venit, quando illuminata est a Sole iustitiæ anima hominis studiosi: sed in nocte, idest in tempore adhuc malitiæ permanentis, in qua cum fuerit aliquis, possibile est & si non habuerit virtutem solis, quòd tamen illustretur ex aliquo splendore verbi, quod est lucerna adhuc quidem manens in malitia: sed tamen habens propositum meliorum & vigilantium, ne perfodiatur hoc eius propositum, vel in tempore tentationum, vel in quarumcumque calamitatum maxime fur solet venire, volens perfodere animæ domum. GREGOR. Vel nesciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormierit, improuisa mors veniens carnis nostræ habitaculum irrumpit, & eum quem dominum domus dormientē inuenerit, necat: quia dum ventura dāna spiritus minime præuidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit, furi autem resisteret, si vigilaret, quia aduentum iudicis, qui occulte animas rapit, præcauens ei pœnitendo occurreret, ne impęnitens periret. Horam vero vltimam iccirco Dominus voluit esse incognitam, vt semper possit esse suspecta, vt dum illā præuidere minime possumus, ad illam sine intermissione præparemur: propter quod sequitur. {Ideoque estote parati, quia nescitis qua hora

Ho.euã.13.

Tract.31.

Epist.80. cir.princ.

Ho.euã.13.

hora filius hominis venturus est. CHRY. in Hom. Hic videtur confundere eos, qui non tantum studium faciunt animæ suæ, quantum studens circa pecunias, qui furem expectant.

n ¶ HILAR. Quamuis dominus supra in communi, nos ad indefessam vigilantiæ curā fuerit adhortatus: specialem tamen populi principibus, idest Episcopis in expectatione aduētuq; suo solicitudinē mandat. Hunc. n. seruum fidelem, atque prudētem præpositum familiæ significat, commoda atque vtilitates populi sibi commissi curantem. vnde dicit: {Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit do

n Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cũ venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde

minus super familiā suam, vt det illis cibũ in tēpore? CHRY. in Hom. Quod autem dicit. Quis putas, non est ignorantis: inuenitur enim & pater interrogando loquens, vt cum dicit: Adā vbi es? REMIGIVS. Nec enim signat hæc interrogatio impossibilitatem perficiendæ virtutis, sed difficultatem. GLO. Rarus enim est fidelis seruus Domino propter dominum seruiēs, oues Christi non ad lucrum: sed pro amore Christi pascens, prudens qui subditorum capacitatem, vitam, & mores discutiat, quem constituat Dominus, qui. s. sit vocatus a Deo, & non se iniecerit. CHRYSO. in Hom. Duo autem expetit ab huiusmodi seruo, scilicet prudentiam & fidem. fidelem. n. eum dicit, quoniam nihil quod Domini sui est, sibi proprium fecit, nihil etiam de rebus sui Domini vane, & inaniter consumpsit. Prudentem autem eum vocat, quoniam cognouit id, ad qđ oportet dispensare, quæ data sunt. ORIGE. Vel qui in fide proficit, etsi nondum in ea perfectus est, communiter fidelis vocatur, & qui naturalem habet mētis velocitatem, dicitur prudēs. Siquis autem consideret, inueniet fideles multos, & studium fidei exercentes, non autem & prudentes, quoniam quæ stulta sunt mundi elegit Deus. Et iterum videbit alios veloces quidem esse & prudentes, modicæ autem fidei. Conuenire autem in vnum fidelem atque prudentem, rarissimum est. Vt autem in tempore det cibum, necessariam habet quis prudentiam. Vt autem non adimat cibos indigentium, opus est fides, quoniam & secundum simplicem intellectum opus habemus, vt fideles simus ad dispensandum ecclesiæ redditus, & vt non deuoremus quæ sunt viduarum, & vt memores simus pauperum, & ne occasionem accipientes, ex eo quòd scriptum est. Dominus constituit his, qui Euangeliũ prędicant de Euangelio viuere, nec amplius quæramus, q̄ cibum simplicem & necessaria vestimenta, & vt nec amplius teneamus nobis quàm his, qui necessitatem patiuntur. Prudentes autem, vt prudenter intelligamus indigentium causas, propter quas sunt indigentes, & vniuscuiusque dignitatē quo educatus est, & quantum necessarium habet. Multa enim sapientia opus est ei, qui bene vult dispensare Ecclesiasticos redditus. Sit & fidelis seruus & prudens, vt non effundat rationabilem, & spiritualem cibum, quibus non oportet, volēs ostendere se esse prudentem, illis. s. qui magis necessarium habent verbum quod mores eorum ædificet, & vitam componat, quàm quod illuminat scientiæ lucem, aut ne eis, qui possunt acutius audire, pigeat exponere altiora, ne exponentes vilia contemnantur ab his, qui naturaliter sunt ingeniosi, aut per exercitationem secularis sapientiæ acuti. CHRYSO. in Homil. Adaptatur etiam, & ad principes seculares hæc parabola, vnumquemque enim his, quæ habet ad communem vtilitatem vti oportet, non ad nocumentum conseruorum, neq; ad pditionem suiipsius, siue habeat sapiētiam, siue principatum, siue aliud quodcumque. RABA. Dominus autem Christus est, familia autem supra quam constituit est Ecclesia Catholica. Difficile est ergo inuenire in vno, & vt prudens sit & fidelis, non autem impossibile: nec enim beatificaret eum, qui non potest esse, cum subdit: {Beatus ille seruus, quem cum venerit do. eius inue. sic facientem. HILARIVS. idest præcepto Domini sui obedientem, vt doctrinæ opportunitate verbum vitæ in æternitatis cibum alendę familiæ dispenset. REMI. Notandum autem, quòd sicut magna distantia est meritorum inter bonos Prædicatores, & bonos auditores: ita magna distantia est præmiorum. Bonos enim auditores, si vigilantes inuenerit, faciet discumbere, vt Lucas dicit. Bonos autem prædicatores super omnia bona sua constituet. Vnde sequitur: {Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum. ORIGEN. vt. s. conregnet cum Christo, cui omnia sua tradidit pater, sicut boni patris filius, super omnem patris substantiam constitutus, participat huiusmodi dignitatem & gloriam fidelibus, & prudentibus dispensatoribus suis, vt sint & ipsi super omnem creaturā. RABA.

Hom.78.

Tract.31.

A Non vt soli, sed vt præ cæteris æterna præmia habeant, tum pro sua vita: tum pro gregis custodia. HILAR. Vel super omnia bona constituetur, idest in Dei gloria collocabitur: quia nihil est vltra quod melius sit. CHRYSO. Deinde non solum ab honore, qui imminet bonis: sed a pœna quam minatur malis, erudit auditorem, cum subdit. {Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo. Morā facit Dominus meus venire, & cęperit percutere. AVGVST. ad Esichium: Ex moribus huius serui apparet animus eius, quos mores licet breuiter magister bonus curauit exprimere, i. superbiam cum dicit:

suo. Moram facit Dominus meus venire, & cæperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium.

B {Et cæperit percutere conseruos suos, atque luxuriam cum dicit. Manducet autem & bibat cum ebriosis,} ne quod dicebat. Moram facit dominus meus. desiderio sui Domini dicere crederetur. Quomodo enim ardebat ille qui dixit: Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam? Dicendo enim quando veniam, moras se perpeti moleste ferebat: quia etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur. ORIGEN. Peccat autem in Deum, quicũque Episcopus, qui non quasi conseruus ministrat: sed quasi dominus, & frequenter vt amarus Dominus per vim dominatur, & non esurientes suscipit, sed epulatur cum ebriosis, & semper somniat, quia post multum temporis venturus est Dominus. RABA. Typice etiam potest intelligi conseruos percutere conscientias infirmorum, verbo vel exemplo vitiare. HIERO.

C Quod autem dicit: {Veniet Dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat. Ad hoc dicit, vt sciat quando non putatur Dominus tunc eum esse venturum, & vigilantiæ ac solicitudinis dispensatores admonet. Porro, quod dicit: Diuidet eum non est intelligendum, quòd gladio eum dissecet: sed a Sanctorum consortio eum separet. ORIGE. Vel diuidet eum, quando spiritus eius, idest spirituale donum reuertetur ad Deum, qui dedit eum. Anima autem cum corpore suo vadit in gehennam. Iustus autem non diuiditur, sed anima eius vadit cum spiritu, idest spirituali dono ad regna cælestia. Qui autem diuiduntur, nō habent postmodum in se partem spiritualis doni, q̄ erat a Deo: sed relinquetur pars quæ erat ipsorum, idest anima quæ cum corpore punietur. vnde sequitur: {Et partem eius ponet cum hypocritis.} HIERONY. Cum his videlicet, qui erant in agro, & qui molebant: & nihilominus derelicti sunt. Sępè enim dicimus hypocritam aliud esse, & aliud ostendere: sicut & in agro, & in mola idem

D facere videbātur: sed exitus diuersæ voluntatis apparuit. RABA. Vel cum hypocritis, suscipit partem suam, scilicet duplicem gehennę pœnam, idest ignis & frigoris. vnde sequitur: {Ibi erit fletus & stridor dentium.} ad ignem enim pertinet fletus oculorum, ad frigus stridor dentium. ORIGEN. Vel fletus erit eis, qui male in hoc mundo ridentes fuerunt, & his qui requieuerunt irrationabiliter erit dentium stridor. nolentes enim dolores materialiter sufferre, compulsi tormentis, dentibus strident: illi. s. qui manducauerunt acerbitatem malitiæ. Ex his autem cognoscere est, quoniam non solum qui fideles sunt & prudentes, constituit Dominus super familiam suam, sed etiam & malos. & quod non soluat eos de hoc, quòd constituti sunt a Domino super familiam eius: sed illud vt dent in tempore cibos, & vt abstineāt a pcussionibus, & comessationibus. AVG. ad Esichium: Hoc autem seruo malo remoto, qui proculdubio Domini sui odit aduentum,

E constituamus ante oculos tres seruos bonos, aduentum Dñi sui desiderantes. Si vnus eorum citius, alter tardius dominum suum dicit esse venturum, tertius de hac re suam ignorantiam confitetur. videmus tamen quis magis Euangelio consonet. vnde dicit: Vigilemus & oremus, quia citius venturus est Dominus. Alter dicit: Vigilemus, quia breuis & incerta est vita ista, quàmuis tardius venturus sit dominus. Tertius dicit: Vigilemus, quia breuis & incerta est vita ista, & nescimus quando venturus est dominus. Quid autem aliud hic dicit, quàm quòd cum audimus Euangelium dicere. {Vigilate quia nescitis qua hora venturus sit Dominus. omnes quidem præ desiderio regni Dei, hoc volunt esse verum, quod putat primus, deinde si factum fuerit, gaudebit cum illo secundus & tertius. si autem factum non fuerit, metuendum est, ne inter ipsas moras perturbentur, qui crediderant quod dixerat primus, & incipiant Domini aduentum non tardum putare, sed nullum. Qui autem credit quod dicit secundus, tardius Dominum esse venturum, si falsum fuerit, nulli turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur. Qui autem quid horum verum sit ignorare se confitetur: illud optat, hoc tollerat,

Episto.8. in princ.

Episto.80. in fi.

Universidad de Deusto Biblioteca

tollerat in nullo eorum errat, quia nil eorum, aut affirmat aut negat.

CAP. XXV.

Hom. 79. HRYSOSTO. In superiori Parabola Dominus pœnam ostendit eius qui percutiebat, & inebriebatur, & bona Domini sui dispergebat. In hac autem parabola punitionem inducit etiam ei, qui vtilitatem non affert: neque copiose hæc, quibus indiget sibi præparat. habebant enim fatuę virgines oleum: sed non copiose. vnde dicitur: {Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus.} HILA. Ideo autē dicitur. Tunc, quia de magno die Domini, de quo supra agebatur omnis hic sermo est. CHRYSO. Regnum autem cælorum presentis temporis Ecclesia dicitur, sicut & ibi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. HIER. Similitudinem autem decem virginum fatuarum, atque prudentum, quidam simpliciter interpretantur in virginibus, quarum aliæ iuxta Apostolum, & corpore, & mente sunt virgines, aliæ virginitatem tantum corporum reseruantes, vel cætera opera non habent, vel parētum custodia reseruante, nihilominus mente nupserunt. Sed mihi videtur ex superioribus, alius esse sensus qui dicitur: Et non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus hanc comparationem pertinere. GREGO. in Hom. In quinque enim corporis sensibus, vnusquisque subsistit geminatus, geminatus autem quinarius denarium perficit. Et quia ex vtroque sexu fidelium, multitudo colligitur, sancta Ecclesia decem virginibus similis denunciatur, vbi mali cum bonis, reprobi cum electis admixti sunt, recte simile virginibus prudentibus, & fatuis phibetur. CHRY. in Hom. Ideo autem ponit parabolam hanc in virginum persona, vt ostendat, quòd licet virginitas magnum quid sit: tamen si ab operibus misericordiæ sit deserta, cum adulteris foras eiicietur.

Tract. 32. ORIGEN. Vel sensus omnium, qui receperunt verbum Dei, virgines sunt. Tale enim est verbum Dei, vt de sua munditia accommodet omnibus, qui per suam doctrinam recesserunt ab idolorum cultura, accesserūt autem per Christum ad Dei culturam. vnde sequitur: {Quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ.} Accipiunt enim lampades suas, idest organa sua naturalia, & egrediuntur de mundo, & de erroribus, & veniūt obuiam Saluatori, qui semper paratus est venire, vt ingrediatur simul cum dignis ad beatam sponsam Ecclesiam. HILAR. Vel sponsus atque sponsa, Dominus noster est in corpore Deus: namque spiritui caro sponsa est. lampades autem quas acceperunt, animarum splendentium lumen est, quæ sacramento baptismi splenduerunt. AVG. de Verbis Domini: Vel lampades quæ manibus gestantur, opera sunt. dictum est enim. Luceant opera vestra

Ho. cuā. 12. coram hominibus. GREG. Qui autem recte credunt, & iuste viuunt, assimilantur quinque prudentibus. qui autem profitentur quidem fidem Iesu, non autem præparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinque virginibus fatuis. vnde subditur: {Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.} HIERO. Sunt enim quinque sensus, qui festinant ad cælestia, & superna desiderant. De visu autem & auditu, & tactu specialiter dictum est. Quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ palpauerunt. De gustu: Gustate & videte quoniam suauis est dominus: De odoratu: In odorē vnguentorum tuorum currimus. Alij autem sunt quinque sensus

Serm. 22. terrenis ęcibus inhiantes. AVGVST. de Ver. Domi. Vel per quinque virgines significatur quinque partita continentia a carnis illęcebris, continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum, aurium, olfaciendi, gustandi, & tangendi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur interiori gaudio conscientiæ, partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinque stultæ. vtræque tamen virgines, quia vtraque continentia est, quāmuis diuerso fomite gaudeat. ORIGE. Sicut autem sequuntur se ipsas inuicem virtutes, & qui vnam habuerit omnes habeat, sic & sensus omnes alterutrum se subsequuntur, propterea necesse est, vt aut omnes quinque sensus sint prudentes, aut omnes fatui. HILAR. Vel absolute in quinque prudentibus, & quinque fatuis, fidelium atque infidelium est constituta diuisio. GREGO.

Hom. 12. Notandum vero est, quòd omnes lampades habent: sed non omnes oleum habent. Sequitur enim. {Sed quinque fatuę acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. HILA. Oleum boni operis fructus est. vasa humana sunt corpora, intra quorū viscera thesaurus bonę conscientiæ recondendus est. HIERO. Oleum ergo habent virgines, quæ iuxta fidem operibus adornantur. nō habent oleum quæ videntur simili quidem fide confiteri: sed virtutum opera negligunt. AVGVST. de Ver. Do. Vel per oleum ipsam lætitiā significari arbitror, secundum illud: Vnxit te Deus tu⁹ oleo exultationis. Qui ergo non propterea gaudet, quia Deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. gaudium enim non habent, dum incontinenter viuunt, nisi in laudibus hominum. Prudentes autem acceperunt oleum cum lampadibus, idest lætitiam bonorum operum. In vasis suis, idest in corde atque conscientia posuerunt, sicut Apostolus monet: Probet autem seipsum homo, & tunc gloriam habebit in seipso & non in altero. CHRY. in Ho. Vel oleum hic vocat charitatem & eleemosynam, & quodeumque circa indigentes auxiliū. Lampades autem vocat virginitatis charismata, propter hoc ꝙ stultas eas vocat, quoniam maiorem sustinentes laborem, propter minorem omnia perdiderunt: maiori. n. labore vincitur carnis cupido, quàm pecuniarum. ORIG. Vel oleum est verbum doctrinæ quo vasa animarum implentur. Nihil enim sic confortat sicut moralis sermo, qui oleum luminis appellatur. Prudentes ergo acceperunt huiusmodi oleum, quod satis sit eis, etiam tardante exitu, & morante verbo, venire ad consummationem eorū. Fatuę autem acceperunt lampades, in primis quidem accensas, sed tantum oleum non acceperunt, vt eis sufficeret vsque ad finem, negligentes circa susceptionem doctrinæ, quæ confortat fidem, & bonorum actuum lumen illuminat. vnde sequitur. {Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.} AVG. de Verb. Do. Ex vtroque enim genere hominum moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu Domini fiat resurrectio mortuorum. GREGO. Dormire etenim, mori est. Ante somnum vero dormitare, est ante mortem a salute languescere, quia per pondus ægritudinis peruenitur ad somnum mortis. HIER. Vel dormitauerunt, idest mortuę sunt. Consequenter aūt dr. Dormierunt, quia postea suscitandę sunt: Per hoc autem, quod dicit. Moram autem faci. sponso. ostendit, quòd non parum temporis inter priorem, & secundum Domini aduentum prætergreditur. ORIGE. Vel sponso tardante, & non cito veniente verbo ad consummationem vitæ, patiuntur aliquid sensus dormitantes, & quasi in nocte mundi agentes & dormientes, vt puta remissius agētes a sensu illo vitali: non tamen lampades perdiderunt, neque desperauerunt de conseruatione olei illæ prudentes. vnde sequitur {Media autē nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. HIERO. Traditio Iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Aegyptijs, quando Pascha celebratum est & exterminator venit, & Dominus super tabernacula transijt, & sanguine agni postes nostrarum frontium consecratæ sunt, vnde reor & traditionem Apostolicam permansisse, vt die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium, populum dimittere non liceat, expectantes Christi aduentum. postquàm illud tempus trāsierit securitate præsumpta festum cuncti agant diem. vnde Psalmista dicebat: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. AVG. de Verb. Domini. Vel media nocte, i. nullo sciente aut sperante, HIERO. Subito ergo quasi intempesta nocte, & securis omnibus, quando grauissimus sopor est per angelorum clamorem, & tubas præcedentium fortitudinum Christi resonabit⁹ aduentus. qđ significatur cum dicitur: {Ecce sponsus venit, exite obuiam ei.} HILAR. Tuba enim excitante sponso, tantum obuiam procedit. Erunt enim iam ambo vnum, idest caro & Deus, quia in gloriam spiritualem humilitas carnis transformata est. AVG. de Ver. Do. Vel quod dicit, sponso tantum obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus consistet ea quæ dicitur sponsa, tanquam si omnibus Christianis in Ecclesia concurrentibus filij ad matrem currere dicantur. cum ex ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. nunc enim desponsata est Ecclesia, & virgo est ad nuptias perducenda illo tempore, quo vniuersi mortalitate in ea prætereunte, immortali coniunctione habeat. ORIG. Vel media nocte, i, in altitudine remissionis factus est clamor omnes suscitare volentium, sicut existimo angelorum, qui sunt administratorij spiritus intus clamātes in sensibus omnium dormientium. Ecce spon. ve. exite obuiam ei. & suggestionem quidem hanc omnes audierunt, & surrexerunt, non autem omnes de center imposuerunt lampadibus suis ornatum. vnde sequitur. {Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & orna. lampa. suas.} Ornantur autem lāpades sensuum Euangelicis vsibus: Qui autem male vtūtur sensibus, ornamentum nullum habent in sensibus. GREGO. Vel tunc quidem omnes virgines surgunt, quia & electi, & reprobi a somno suæ mortis excitantur. Lampades ornāt, quia sua secum opera numerant, pro quibus æternam recipere beatitudinem expectant. AVG. de Ver. Do. Aptanerunt enim lampades suas, idest rationes reddendas operum suorum. HILA. Vel lampadarum assumptio, animarum est reditus in corpora, eorūq; lux est conscientia boni operis elucens, quæ vasculis corporum continetur. ORIGE. Sed lampades fatuarum virginum extinguuntur, quia earum opera quæ clara hominibus foris apparuerunt, in aduentu iudicis intus obscurantur. vnde sequitur: {Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrę extinguuntur.} Quid est autem, quòd tunc a prudentibus oleum petunt: nisi quòd in aduentu iudicis, cum se intus vacuas inuenerint, testimonium foris quærunt? ac si a sua fiducia decepte, proximis dicant: Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus quod vidistis. AVGVST. de Ver. Do. De consuetudine enim id semper inquirit, vnde gaudere animus solet. Itaque hominum, qui corda non vident, testimoniū volunt habere apud Deum, qui cordis inspector est: sed quorum ficta aliena laude sulciuntur eadem subtracta deficiunt: vnde & earum lampades extinguentur. Vel virgines quæ lampades suas quæruntur extingui, ostendunt eas ex parte lucere, & tamen non habent lumen indeficiens, nec opera perpetua. Siquis igitur habet animum virginalem, & amator est pudicitiæ, non debet mediocriter esse contentus his, quæ cito exarescunt, & orto caumate arefiunt, sed perfectas virtutes sequatur, vt lumen habeat sempiternum. CHRY. in Hom. Non solum hæ virgines stultæ erant, quoniam hinc recesserunt misericordia carentes: sed quia æstimabant ibi se accepturas, vbi importunè quæsierunt. Quāmuis autē illis virginibus prudentibus nihil misericordius sit, quæ propter misericordiam maxime fuerunt approbate: non tamen stultæ virgines sua petitione potitæ sunt. Sequitur: {Rnderunt prudētes dicentes: {Ne forte non suffi. nobis & vobis.} Hinc autem discimus, quòd nullus nostrum adire poterit, nisi operibus, cum quibus inuenti erimus. HIERONY. Non enim hoc virgines prudentes de auaritia, sed de timore respondent: vnde quisque pro suis operibus mercedem accipiet, neque possunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia subleuare. Dant autem prudentes consiliū, vt non debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere. Et hoc est quod sequitur. {Ite potius ad vendentes, & emi. vobis. HIL. Vendentes hi sunt, qui misericordia fidelium indigentes, reddunt ex se petita commerita indigentiæ suæ, facietate boni operis nostri conscientiam venundantes. Hæc est enim indefessi luminis copiosa materia, quæ misericordiæ fructibus, & emenda est & recondenda. CHRY. in Hom. Vides ergo quanta nobis sit a pauperibus negociatio, pauperes autem non sunt ibi, sed hic, ideoq; hoc oleum congregare oportet, vt illic vtile sit, cum tempus nos vocet HIERONY. Vendit etiam hoc oleum, & multo emitur pretio ac difficili labore conquiritur, quod non solum in eleemosynis: sed in cunctis virtutibus, & consilijs intelligimus magistrorū. ORIGE. Vel aliter: Etsi fatuæ erant: tamen hoc intelligebant, quoniam cum lumine debebant obuiam ire sponso, omnes lampades sensuum habentes illuminatas. videbant autem & illud, quoniam ex eo quòd minus habebant oleum rationabile, iam propinquantibus tenebris, lampades earum fuerant obscurandæ. Sed sapientes transmittunt fatuas ad olei venditores, videtes quoniam non tantum oleum, idest verbum doctrinæ congregauerant, vt sufficeret ipsis ad vitam, & illos docerent. vnde dicūt {Ite potius ad ven. i. ad doctores. Et emite vobis, i. ab eis accipite, & preciū est

Serm. 22. perseuerantia, & amor discendi, & diligentia, & labor cupientium discere. AVG. de Ver. Do. Vel non sunt putandę dedisse consilium: sed crimen earum ex obliquo commemorasse. Vendunt. n. adulatores oleum, qui siue falsa, siue ignorata laudando, animas in errores mittunt, & eis vana gaudia tanquàm fatuis consiliando, aliquam de his mercedem commodi temporalis accipiunt. Dicitur ergo: {Ite ad ven. & eme. vo. i. videamus nunc quid vos adiuuent, qui vobis laudes vendere consueuerunt. Dicunt autem: {Nefor. non suf. no. & vo.} quia alieno testimonio non iuuatur quisquām apud Deū, cui secreta cordis apparent, & vix quisque sibi sufficit, cui testimonium perhibeat conscia sua. HIER. Verum, quia iam emēdi tempus excesserat, & adueniente iudicij die locus non erat pœnitentiæ, non noua patrare opera, sed præteritorum rationem coguntur exoluere. vnde sequitur {Cum autem irēt emere, ve-

Hom. 12. nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.

b Sicut enim homo peregre proficiscēs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in

Serm. 22. spon. & quæ paratæ erant intra. cum eo ad nuptias. HILA. Nuptiæ autem immortalitatis assumptio est, & inter corruptionem, atque incorruptionem, ex noua societate coniunctio. CHRY. in Ho. Per hoc autem quod dicit. Dum irent emere, ostendit quia etsi misericordes efficiamur post mortem, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum, sicut nec diuiti profuit, quòd factus est misericors & sollicitus circa eos, qui sibi attinebant. ORIGEN. Vel dicit. Dum irent emere: est enim inuenire quoſdā, qui qñ debuerūt, negligenter aliquid vtile discere, in ipso autem exitu vitæ suæ, dum disponunt discere, comprehenduntur a morte. AVG. de Ver. Domi Vel aliter: Euntibus illis emere, idest inclinantibus se in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quęrentibus, quia gaudia interna non nouerant, venit ille qui iudicat. Et quæ paratę erant, idest quibus coram Deo conscientia testimonium perhibebat. intra. cum eo ad nup. i. munda anima: puro ac perfecto Dei verbo fœcunda copulatur. HIERO. Post iudicij autem diem bonorū operum, & iustitiæ occasio nō relinquitur. vnde sequitur. {Et clausa est ianua.} AVG. de Verb. Do. Receptis enim illis, qui sunt in angelicam vitam commutati, clauditur aditus ad regna cælorum. non enim post iudicium patet precum ac meritorū locus. HIL. Et tamen cum iam pœnitentiæ nullum est tempus, fatuę occurrunt. aperiri sibi aditum rogant. vnde sequitur. {Nouissime autem veniunt, & reliquę virgines dicentes: Domine domine, aperi no.} HIER. Egregia in Domini appellatione confessio indicium fidei est: Sed quid prodest voce inuocare, quem operibus neges?

GREGO. Dolore autem repulsionis compulsæ appellationem ingeminant, dominationis inuocando patrem, cuius in vita sua mi sericordiam contempserunt. AVG. de Ver. Domi. Non autem dictum est, quòd emerunt oleum: & ideo intelligendæ sunt, nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs & magnis afflictionibus redire ad implorationem Dei: sed magna eius est seueritas post iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis misericordia prærogata est. Propter quod sequitur. {Ac ille respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos.} Ex illa. s. regula, quia non habet ars Dei, idest eius sapientia, vt intrent in gaudium eius, qui nō coram Deo: sed vt placerent hominibus, conati sunt aliquid secundum præcepta eius operari. HIERO. Nouit enim Dominus eos qui sunt eius, & qui ignorat ignorabitur, & licet virgines sint, vel corporis puritate, vel veræ fidei confessione: tamen quia oleum non habent, ignorantur a sponso. Ex hoc autem, quòd infert: {Vigilate itaque quia nescitis diem, neque horam} intelligit vniuersa quæ dicta sunt esse præmissa, vt quia ignoramus iudicij diem, solicite nobis lumen bonorum operum præparemus. AVGV. de Verb. Do. Non autem solum illius futuri temporis, quo venturus est sponsus, sed suæ quisque dormitionis diem & horam nescit, ad quam quisque paratus est, etiam paratus inuenitur, cum illa vox sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt. AVG. ad Efichiū. Non defuerunt autem, qui docere voluerunt has quinque, & quinque virgines ad hunc eius aduentum, qui nunc sit per Ecclesiam, pertinere, sed hæc non sunt temere pollicenda: ne aliquod occurrat, quod valide contradicat.

b ¶ GLO. In præcedenti Parabola, demonstrata est eorum condemnatio, qui oleum sibi sufficienter non præparauerant, siue per oleum nitor operum, siue gaudium conscientiæ, siue eleemosyna quæ est per pecuniam intelligatur. Hæc autem parabola inducitur contra eos, qui non solum pecunijs, sed nec verbo, nec alio modo prodesse proximis volunt: sed omnia occultant. vnde dicit: {Sicut enim homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. GREGOR. Homo autem iste, qui pere- Ho. cuā. 9. gre proficiscitur, redemptor noster est, qui in ea carne quam assumpserat, abijt in cælum. Carnis enim locus proprius terra est, quæ quasi

Universidad de Deusto Biblioteca

eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & q duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis uenit dominus seruorum illorum, & posuit rationē cum eis: Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quiuque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dñs eius Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam intra in gaudium domini tui. Accedens autem & qui unum talentum acceperat ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timēs abij, & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei. Serue male & piger, sciebas quia meto ubi nō semino, & congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego, recepissem vtique

quasi ad peregrinandum ducitur, cum per redemptorem nostrum in cælo collocatur. (Tract. 33.) ORIGE. Secundum enim diuinitatis suæ naturam non peregrinatur, sed secundum dispensationem corporis quod suscepit. Qui enim dicit discipulis suis: Ecce ego vobiscū sum, vsque ad consummationem sæculi: vnigenitus Dei est, qui nō est corporeo habitu circumclusus, hoc autem dicentes non soluimus Iesum: sed vnicuique substantiæ ꝓprietatem eius saluamus. Possumus & talia dicere, quòd peregrinatur Dominus ꝑ fidem ambulantibus, & non per spém, si autem peregrinantes a corpore cum domino fuerimus, tunc & ipse erit nobiscum. Simul etiam considerata, ꝙ non videtur redditio sermonis ita conscripta, sicut homo peregrinans: ita ego aut filius hominis, quoniā ipse est, qui in parabola proponitur peregrinans quasi homo, non sicut filius Dei. HIERO. Vocatis autem Apostolis doctrinā eis Euangeliorū tradidit, nō quasi pro largitate & parcitate, alteri plus & alteri minus tribuens, sed pro accipientium viribus, quomodo & Apostolus eos, qui solidum cibum capere non poterāt, lacte potasse se dicit. vnde sequitur: {Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem. (Hom. 79.) CHRYSO. In quinque & duobus, & vno talento diuersas gratias intelligimus, quę vnicuique traditæ sunt. ORIGEN. Si quando enim videris eorum, qui acceperunt a Christo dispensationem eloquiorum Dei, alios quidem habere amplius, alios autem minus, & vt ita dicam, neque in dimidio intelligentes rerum negocia comparatione meliorum: alios autem adhuc minus habere videbis differentias eorum, qui eloquia Domini susceperunt a Christo, quoniam alia fuit virtus eorum, quibus data sunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus vnum, & alter alterius non capiebat mensuram, & qui accepit talentum vnum, accepit quidem datum non contemptibile: Multum est.n. & vnum talentum talis Domini: tamen tres sunt proprij serui, sicut tria sunt genera eorum, qui fructum faciunt, & quinque quidem accepit talenta, qui omnia sensibilia scripturarum potest adducere ad sensus diuiniores, duo autem qui est corporalem doctrinam edoctus: duo enim videtur carnalis numerus esse, sed adhuc minus potenti vnum talentum paterfamilias dedit. GREGO. (Homil. 9.) Vel aliter: Quinque talentis, dona quinque sensuum, idest exteriorum scientia exprimitur, duobus vero intellectus & operatio designatur. vnius autem talenti nomine, intellectus tantum designatur. Sequitur: {Et profectus est statim. GLO. Non locum mutans, sed liberam eis operandi potestatem permittens, & suo arbitrio relinquens. Sequitur: {Abijt autem qui quinque talenta acce. & ope. est in eis, & lucratus est alia quinque. HIERO. Acceptis enim terrenis sensibus, cælestium sibi notitiam duplicauit, ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex breuibus sempiterna. GREGOR. Sunt etiam nonnulli, qui & si interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta, quæ possunt de ipsis exterioribus quæ acceperunt, dum qui se a carnis petulantia, a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. ORIG. Vel qui habent sensus exercitatos conuersati salubriter, & ad maiorem sciētiam seipsos erigentes, & studiose docentes, lucrati sunt alia quinque: quia nemo facile additamentum accipit virtutis alterius, nisi eius quam habet, & quanta ipsa scit, tanta alterum docet, & non amplius. HILAR. Vel seruus ille, qui quinque talenta accepit, populus ex lege credentium est, ex qua profectus meritū ipsius recte impleta Euangelicæ fidei operatione duplicauit. Sequitur: {Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo.} GREG. Sunt enim nonnulli, qui dum intelligendo, & operando alijs prædicant, quasi duplicatum de negocio lucrum reportant, quia dum vtrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur. ORIGE. Vel lucrati sunt alia duo, i. corporalem ęditionem, & aliam paulo sublimiorem. HILA. Vel ille seruus, cui duo talenta commissa sunt, Gentium populus est, fide atque cōfessione, & filij iustificatus & Patris, dominum nostrum Iesum Christū Deum, atq; hominem ex spiritu & carne cōfessus est. hæc ergo huic sunt duo talenta cōmissa. Sed vt populus Iudæorum oē sacramentum quod in quinq; talentis, i. in lege cognouerat. idipsum fide Euāgelij duplicauit: ita iste incremento duorum talētorum intellectum, atque operationem promeruit. Sequitur: {Qui autem vnum acce. abiens fodit in terra & abscon. pecu. Domini sui.} GRE. Talentum quippe in terra abscondere, est acceptum ingenium in terrenis actibus implicare. ORI. Vel aliter: Si quando videris aliquem, qui virtutem habet docendi, & animabus proficiēdi, & hanc virtutem occultat, quàmuis habeat quamdam religionem conuersationis, non dubites dicere talem esse, qui accepit vnum talentum, & abscōdit ipsum in terra. HILA. Vel iste seruus, qui vnum talentum accepit, & in terra recondidit, populus est in lege persistens, qui propter inuidiam saluandarum gentium in terra acceptum talentum abscondit. In terra.n. talentum abscondere, est nouę prædicationis gloriam sub obtrectatione corporeæ passionis occultare. Sequitur: {Post multum ve. tem. ve. do. ser. illorum, & posuit ra. cum eis.} In ratione autem ponenda iudicij examen est. ORIGEN. Et obserua in hoc loco, quoniam non serui ad dominum vadunt vt iudicentur: sed dominus venit ad eos, cum tempus fuerit impletum, de quo dicit, Post multum vero temporis, i. postq̄ dimisit aptos ad negociandū animarū salutē: & ideo forsitan non facile inuenit, quis ex eis, qui apti fuerint ad huiusmodi opus, vt cito transeat de hac vita, sicut est manifestum, ex eo ꝙ & Apostoli senuerunt. Ex quibus dicitur ad Petrum: Cum senueris, extendens manum tuam. de Paulo autem dictum est ad Philemonem: Nunc autem vt Paulus senex. CHRY. in Hom. Vide & dominum vbique non confestim expetentem rationem, vt discas eius longanimitatem. Mihi autem videtur, quòd resurrectionem occulte insinuans, hoc dixit. HIE. Ideo ergo dicit: Post multum temporis, quia grande tp̄s est inter ascensionem Saluatoris, & secundum eius aduentum. GREG. Hæc autem lectio huius Euangelij considerare nos admonet, ne qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernuntur, ab authore mundi grauius iudicentur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo humilior quisque debet esse ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. ORIG. Fiducia autem fecit eum qui quinque talenta acceperat audere, vt ad dominum prius accederet. Sequitur enim. {Et acce. qui quinque talen. acce. obtu. alia quinque dicens. Domine, quinque ta. tra. mi. ec. alia quinque superlu. sum.} GREGO. Seruus ergo, qui geminata talenta retulit laudatur a domino, & ad æternam remunerationem perducitur. vnde subditur: {Ait illi dominus: Euge. RABA. Euge, interiectio est lętantis, per quod gaudium suum dominus insinuat, qui bene laborantem seruum ad gaudium æternum inuitat, de quo Propheta ait. Lętificabis nos in gaudio cum vultu tuo. CHRY. in Hom. Serue bone: qui de bono loquitur, quod est ad proximum. Et fidelis: quia nihil eorum, quæ sunt domini sibi appropriauit. HIER. Dicit autem: Super pauca fuisti fidelis, quia omnia quæ in pręsenti habemus, licet magna videantur & plurima: tamen comparatione futurorum parua & pauca sunt. GRE. Sed tunc fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudijs in illa cælesti sede gloriatur. Tunc ēt ad domini sui gaudium perfecte intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus, atque angelorum cętibus admixtus, sic interius gaudet de munere, vt non sit quod exterius doleat iam de corruptione. HIERONY. Quid autem potest maius dari fideli seruo, quàm esse cum domino & videre gaudium domini sui? CHRY. in Hom. Per hoc.n. verbum omnem beatitudinem ostendit. AVG. Primo de Tri. Hoc.n. erit plenum gaudiū nostrum, quo amplius non est frui Deo trinitate, ad cuius imaginē facti

quod meum est cum vsura. tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur & abundabit, ei autem qui non habet & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruū eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dētium.

facti sumus. HIERO. Vtrique autem seruo, & qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem patrisfamilias sermo blanditur. Vtrumque etiam simili recipit gaudio, non considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. vnde sequitur, {Accessit autem, & qui duo tal. acceperat. ORIG. Quod autem dicit, vel i eo qui quinque talenta acceperat, vel in isto qui duo, accedens, intellige accessum trāsitum, de hoc mundo ad illum, & vide quoniam eadem dicta sunt ambobus, ne forte, & qui minorem habuit virtutem & totam illam quam habuit, secundum ꝙ oportebat exercuit, nihil minus habiturus sit apud Deum, quàm ille qui fuerit in maiori virtute: hoc.n. solum quæritur, vt quicqd habuerit homo ex Deo, toto eo vtatur ad gloriam Dei. GREG. Seruus autem qui operari de talento noluit, ad Dominum cum verbis excusationis redit. vnde subditur: {Acce. aūt, & qui vnum talē. acce. & ait: Domine scio, quia homo durus es.} HIERO. Vere enim hoc quod scriptum est: Ad excusandas excusationes in peccatis, etiam huic seruo contigit, vt ad pigritiam & negligentiam, superbiæ quoque crimen accederet. Qui enim debuit simpliciter inertiam confiteri, & orare, patremfamilias econuerso calūniatur, & dicit se prudenti fecisse consilio, ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de sorte periclitaretur. ORIGE. Videtur.n. mihi iste seruus fuisse inter credentes quidem, non autem fiducialiter agentes: sed latere volentes & omnia facientes, vt non cognoscantur quasi Christiani. adhuc vidētur mihi, qui huiusmodi sunt timorem Dei habere, & sapere de eo quasi de aliquo austero & implacabili. hoc enim significat cum dicit. Domine, scio quia homo durus es. Intelligimus autem, quòd vere dominus noster metit vbi non seminauit, quoniam iustus seminat in spiritu, ex quo metet vitam æternam. Metit etiam vbi non seminat, & congregat vbi non spargit, quia sibi computat esse collata, quæcumq; in pauperibus fuerint seminata. HIERO. Ex eo etiam quòd hic seruus ausus est dicere: Metis vbi non seminasti, intelligimus etiam & gentilium Philosophorum bonam vitam recipere dominum. GREGO. Sunt autem plerique intra Ecclesiam, quorum iste seruus imaginem tenet, qui melioris vitę vias aggredi metuunt: & tamen iacere in sui corporis ignauia non pertimescunt. Cumq; se peccatores considerant, sanctitatis vias accipere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. HILA. Vel per hunc seruum intelligitur populus Iudæorum in lege persistens qui dicit. Timui te, tanquàm metu veterum præceptorum ab vsu Euangelicæ libertatis abstineat, dicatq;: Ecce quod tuum est. velut in his quæ a domino præcepta sunt fuerit immoratus: cum tamen sciuerit, metendos illic iustitiæ fructus, vbi lex sata non sit, & colligendos ex gentibus, qui non ex Abrahæ sint stirpe dispersi. HIER. Sed quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpā propriam vertitur. Vnde sequitur: {Respon. autem dominus eius di. ei: Ser. male & pi. scie. quia meto vbi non semino.} Seruus autē malus appellatur, quia calumniam domino fecit, piger quia talentum noluit duplicare, vt in altero superbiæ, in altero negligentiæ condemnetur. Si inquit, durum & crudelem me noueras, & aliena sectari, tu scires me mea diligentius quæsiturum, & dares pecuniā meam siue argentum nummularijs, vtrumque enim ἀργύριον argyrion græcus sermo significat. E loquia inquit domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. pecunia ergo & argentum, prædicatio Euangelij, & sermo diuinus est, qui dari debuit nummularijs, idest vel cæteris doctoribus, quod fecerunt Apostoli per singulas prouincias, Præsbyteros & Episcopos ordinantes, vel cunctis credentibus, qui possunt pecuniam duplicare, & cum vsuris reddere, vt quicquid sermone didicerant opere explerēt. GREG. Sicut ergo periculum doctorum aspicitur, si dominicam pecuniā teneant, ita & auditorum, quia cum vsuris ab eis exigitur quod audierunt, vt. s. ex eo quod audiunt, etiam studeant intelligere nō audita. ORIGEN. Non autem confessus est dominus se esse durum sicut ille arbitrabatur, cæteris autem eius sermonibus concessit. Sed vere durus est his qui misericordia Dei abutūtur ad negligentiam suam, non ad conuersionem. GREGOR. Pigrum vero seruū qua sententia Dominus feriat, audiamus. {Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. ORIG. Potest quidem dominus suæ diuinitatis virtute auferre sufficientiam ab eo, qui pigrus est ea vsus, & dare ei qui eam multiplicauit. GREGO. Opportunum autem videbatur, vt ei potius q duo q̄ qui quinque talenta acceperat daretur: illi enim dari debuit, qui minus habebat: sed cum per quinque talenta exteriorum scientia designetur. Per duo autem intellectus & operatio, plus habuit qui duo q̄ qui quinque talenta acceperat, quia qui per talenta quinq; exteriorum administrationem meruit, ab intellectu æternorum adhuc vacuus fuit. Vnum ergo talentum per quod intellectum significari diximus, illi dari debuit qui bene exteriora, quæ acceperat ministrauit, quod quotidie in sancta Ecclesia cernimus, vt ēt de interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter administrant. HIER. Vel datur ei qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet æquale sit domini gaudium in vtriusque labore, eius. s. qui quinque, & qui duo duplicauit: tamen maius deberi præmium ei, qui plus in domini pecunia laborauit. GREGO. Generalis etiam mox sententia subditur qua dicitur {Omni enim ha. da. & abunda. ei autem qui nō habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. {Quisquis autem charitatem habet, alia etiam dona percipit, quisquis autem charitatem nō habet, etiam dona quæ percepisse videbatur, amittit. CHRY. in Hom. Qui etiam gratiam sermonis, & doctrinę ad proficiendum habet, non vtens ea, gratiam perdit. qui autem studium adhibet, amplius attrahit donum. HIERO. Multi etiam cum sint sapientes naturaliter, & habeant acumen ingenij, & fuerint negligētes, & desidia bonum naturæ corruperint, ad comparationem eius qui paululum tardior labore, & industria compensauit quod minus habuit, perdunt bonum naturæ, & præmium quod eis fuerat repromissum, vident transire ad alios. Potest etiam sic intelligi: Ei qui fidem habet, & bonā in Domino voluntatem, etiam si quid minus, vt homo in opere habuerit, dabitur a bono iudice. Qui autem fidem non habuerit, etiam cæteras virtutes quas videbatur naturaliter possidere, ꝑdet. Et eleganter inquit: Quod videtur habere auferetur ab eo. quicquid enim sine fide Christi est, non ei debet imputari, qui male eo vsus est: sed illi qui etiam malo seruo naturæ bonum tribuit. GREGOR. Vel quisquis charitatem non habet, etiam ea quæ percepisse videbatur, amittit. HILARIVS. Habentibus etiam vsum euangeliorum & legis honor redditur, non habenti autem fidem Christi, etiam quod ex lege sibi esse videbatur honoris auferetur. CHRY. in Ho. Seruus autem malus non solum dāno punitur, sed etiam intolerabili pęna, & cum pęna accusabili denuntiatione. Vnde sequitur. {Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. ORI. Vbi scilicet nulla illuminatio est, forsitan nec corporalis, nec est respectio Dei illic, sed quasi indignis speculatione dei qui talia peccauerunt, condemnantur in his quæ exteriores tenebræ appellantur. Legimus ēt aliquem ante nos exponentem de tenebris abyssi, quæ est extra mundum, & quasi indigni toto mundo in abyssum illam foras eiiciantur, in qua sunt tenebræ nemine eas illuminante. GRE. Et sic per pęnam in tenebras exteriores cadet, qui per suam culpam sponte in interiores tenebras decidit. HIERO. Quid autem sit fletus & stridor dentium supra diximus. CHRY. in ho. Vide autem quia nō solum qui rapit aliena, aut qui mala operatur punitur vltima pęna, sed etiam qui bona non facit. GRE. Habens igitur intellectum curet omnino ne taceat, habens rerum affluentiam a misericordia non torpescat, habens artem qua regitur, vsum illius cum proximo parciatur: habens loquendi locum apud diuitem pro pauperibus intercedat. Talenti enim nomine cuilibet reputabitur, quod vel minimum accipiet. ORI. Si autem displicet tibi quod dicitur, si propter quod non docuit quis iudicatur, recordare illud Apostoli. Væ mihi est, si non euangelizauero.

c Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut Pastor segregat oues ab Hedis. Et statuet oues quidem a dextris, Hedos autem

c ¶ RABA. Post parabolas de fine mundi, iam exequitur dñs modū futuri iudicii. (Hom. 8.) CHRY. in ho. Est autem hæc pars delectabilissima, quam continue in animo vertentes cum studio audiamus & omni compunctione, nam & ipse Christus terribilius & lucidius hunc pertractat sermonem. Iccirco non dicit de cætero. Simile factum est regnum cælorum, sed reuelate seipsum ostendit dicens. {Cum autem ve. fi. ho. in maiest. sua.} HIE. Post biduum quidem Pascha facturus & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, recte promittit gloriam triumphantis, vt secutura scandala pollicitationis præmio compensaret. Et notandum ꝙ qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit. AVG. super Ioānem. (Super Ioan. tract. 21.) In forma humana videbunt eum impii, videbunt ad dextetā positi. In iudicio enim apparebit in forma quam ex nobis accepit, sed postea futurum est vt videatur in forma dei, quam sciunt omnes fideles. REMI. Destruitur autem his verbis illorum error, qui dixerunt dominum non in eadem forma serui manere, maiestatem autem appellat diuinitatem qua æqualis est patri & Spiritui sancto.

tuisancto. ORI. Vel quia cum gloria huc reuertetur, vt corpus eius sit, quale fuit cum transfiguratus fuit in monte, sedes autem eius aut quidā perfectiores sctorum dūr, de quibus scriptū est. Qñ illic sederunt sedes in iudicio, aut quędā virtutes angelicæ de quibus dicitur. Siue throni siue dominationes. AVGVST. 20. de
Cap.24. ciuitate Dei. Descendet enim cum angelis quos aduocauit de supernis locis ad faciendum iudicium. Vnde dicitur: {Et omnes angeli eius cum eo.
Hom.34. CHRY. in Hom. Omnes enim angeli cum ipso aderunt testantes & ipsi quantū administrauerūt missi a Domino, ad hominum salutem. AVG. de Pœnitentia. Vel angelorum nomine significauit homines qui cum Christo iudicabunt: Angeli enim nuncij sunt. Nuncios autem rectissime accipimus omnes qui salutem cęlestem hominibus nunciauerunt, Sequitur. {Et congre.ante eum om.gen.} REMI. His verbis vera hominis futura demonstratur resurrectio.
Cap.24. AVG. xx. de Ci.dei. Hæc autem congregatio per ministerium angelicum fiet, quibus in Psalmo dicitur. Congregate illi sanctos eius. ORIGE. Vel non localiter intelligamus q congregabuntur ante eū omnes gentes, sed quia iam non erunt dispersę in dogmatibus falsis & multis de eo. Manifesta enim fiet diuinitas Christi, vt nō solum nullus iustorum, sed nec aliquis peccatorum ignoret. Non enim in aliquo loco apparebit filius dei, & in altero non apparebit: sicut ipse secundum comparationem fulguris voluit de monstrare, quāmdiu ergo iniqui nec se cognoscunt nec Christū, vel iusti per speculum in enigmate vident, tandiu non sunt segregati boni a malis. Cum autem propter manifestationem filij dei omnes ad intellectum venerint suum, tunc saluator segregabit bonos a malis, vnde sequitur: {Et sepa eos abin. sicut pa. segre. oues ab hędis} qa & peccatores cognoscēt sua delicta, & iusti manifeste videbunt semina iustitiæ suæ ad qualē eos perduxerint finē. Oues autem dicti sunt qui saluantur propter manſuetudinem quā didicerunt ab eo, qui dcit. Discite a me quia mitis sum, & propter qđ vsque ad occisionem parati fuerunt venire imitantes Christum, qui sicut ouis ad occisionē ductus est. Hędi autem dicuntur mali, qui aspera & dura saxa ascendunt, & per præcipitia eorū incedūt. CHRY. in ho. Vel hos vocat hædos, illos autem oues, vt horum infructuositatem ostendat, nullus enim fit ab hædis fructus. Illorū autem utilitatem, multus enim est ouium fructus, & a lana & a lacte, & a fętibus qui parturiuntur, nomine autem ouis in scripturis diuinis simplicitas & innocentia solet designari. Pulchre ergo in hoc loco per oues electi designantur. HIER. Hędus autem lasciuum est animal, & feruens semper ad coitum, & semper pro pec
Cap.9. catis offertur in lege, nec dicit capras quę possunt habere fœtus, & tonsę egrediuntur de lauacro. CHRY. in Ho. Deinde segregat eos etiam situ. Nam sequitur. {Et statuet oues quidem a dextris, hędos autem a sinistris.} ORIG. Sancti enim qui dextera opera opati sunt, acceperūt pro mercede suorū dexterorū dexterā regia in qua requies & gloria est. Mali vero propter opera sua pessima & sinistra, cecideruntin sinistram, idest in tristitiam tormentorū. Sequitur. {Tunc di.rex eis qui a dextris eius erunt.} Venite, vt quicquid minus fuerit eis, cum perfectius vniti fuerunt Christo consequantur. Addit autem. Benedicti patris mei, vt eminentia benedictionis eorum manifestetur: quia prius benedicti sunt a domino, qui fecit cœlum & terram. RABA. Vel vocantur benedicti quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio Patris autem sui dicit esse regnum, quia ad eum refert potestatē regni a quo ipse rex est genitus, vnde per authoritatem regiam qua ipse solus exaltabitur in die illa proferet iudicij sententiam. vnde signanter dicitur. {Tunc dicet rex.} CHRY. in Ho. Nota autem, quòd nō dixit accipite, sed possidete sine hæreditate, sicut familiaria bona siue paterna, sicut vestra vobis antiquitus debita, vnde dicitur. {Para.vo.reg.a consti.mundi.} HIERO. Hæc autem iuxta præscientiam dei accipienda sunt apud quem futura iam facta sunt.
AVGVST. xx. de Ci.dei. Excepto autem illo regno de quo in fine dicturus est. Possi.para. vo.reg. licet lōge impari modo, etiam præsens ecclesia dicitur regnum eius in quo adhuc cum hoste confligitur, donec veniatur ad illud pacatissimum regnum, ubi sine hoste regnabitur. AVGV. de Pœnitētia. Sed dicet aliquis, regna re nolo, sufficit mihi saluum esse, in quo primum eos fallit, quia eorum nec salus est vlla, quorū iniquitas perseuerat: deinde si est aliqua differentia inter regnantes, & non regnantes, oportet tamē

a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebūt G ei iusti, dicentes. Domine, quan

do te vidimus esurientem, & paſuimus? sitientē, & dedimus tibi potū? Qñ aūt te vidimus hospitē, & collegimus te? aut nudū & cooperuimus te? Aut qñ te vidimus infirmū, aut in carcere, & venimus ad te? Et respōdens rex dicet illis. Amē dico vobis quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tūc dicet & his q a sinistris erūt. Discedite a me maledicti in ignē

domum matris ecclesiæ recipit & qui infirmum in fide assumit, ve
Li.26.Mo. re dilectionis obseruat iura. GREG. 25. Moralium. Hi autem
cap.25. quibus iudex veniens in dexteram consistentiū dicit. Esuriui &c. sunt qui ex parte electorum iudicantur & regnant: qui uitæ maculas lachrymis tergunt. qui mala præcedentia factis sequentibus redimentes, quicquid illicitum aliquando fecernat ab oculis iudicis eleemosynarum superductione cooperiunt. Alij vero sunt, qui non iudicantur & regnant: qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt. ORIGE. Humilitatis autem causa laude beneficiorum suorum indignos se proclamant, non obliti eorum quæ fecerunt. Ipse autem eis ostendit suam compassionem in suis. Vnde sequitur. {Tunc respondebunt ei iusti. d. Domine, quando te vidimus? RABA. Hoc quidem dicunt non diffidentes de verbis domini, sed stupent de tanta sublimatione & de maiestatis suę magnitudine: Vel quia videbitur eis parum esse bonum quod egerant, śm illud Apostoli. Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sequitur. {Et rndens rex di.eis. Amen di.vo. quādo fe. vni de his fra.meis.mi.fecistis.} HIE. Libera quidem nobis erat intelligentia, q in omni paupere Christus esuriens pasceret, sitiens potaret & sic de aliis, sed ex hoc qđ sequitur: {Quandiu fe.vni &c. non mi hi videtur generaliter dixisse de pauperibus, sed de his qui pauperes spiritu sunt: ad quos extendens manum dixerat, fratres mei sunt, qui faciunt voluntatem patris mei. RABA. Sed si fratres eius sunt, quare eos minimos vocat? propter hoc quia sunt humiles, quia pauperes, quia abiecti. Non autem per hos Monachos solum intelligit, qui ad montes secesserunt: sed vnumquemq; fidelem, etiam si fuerit sæcularis, & fuerit esuriens aut aliud huiusmodi, vult misericordiæ procuratione potiri. Fratrē enim baptisma facit, & ministeriorum communicatio. Sequitur: {Tunc di.& his qui a śni. erunt: Discedite a me male.in ignem æternum, qui præpa.est dia.& ange.eius.} ORI. Sicut iustis dixerat, Venite, ita & iniustis dicit, Discedite: nā propinqui sunt verbo, qui seruāt Dei mandatum, & vocanē vt adhuc propinquiores efficiantur. Longe autem ab eo sunt, etsi videantur ei assistere, qui non faciunt mandata ipsius, propter hoc audiunt. Discedite, vt qui modo vel videntur esse ante eum, postea nec videantur. Considerandum est autem, quoniam in sanctis dictum est, benedicti patris mei. non autem nunc dicitur, maledicti patris mei. nam benedictionis quidem minister est pater. maledictionis autem vnusquisque sibi est author, qui maledictione digna est operatus. Qui autem recedunt a Iesu, decidūt in ignem æternum, q alterius est generis ab hoc ignem habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines est æternus: sed nec multi temporis. Et considera, quoniam regnum quidem non angelis præparatum dicit. Ignem autem æternum diabolo & angelis eius, quia quantum ad se homines, non ad perditionem creauit, peccantes autem coniungunt se diabolo, vt sicut qui saluantur, sanctis Angelis coæquantur, sic qui pereunt Diaboli Angelis
Cap.10. comparantur. AVGV. 21. de Ciuitate Dei: Ex hoc autem patet, quòd idem ignis erit hominum supplicio attributus & dæmonum, si autem erit corporali tactu noxius, vt eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit pœna spirituum malignorum, nisi quia sunt quædam Dæmonibus corpora, sicut quibusdam visum est ex isto aere crasso atq; humido? Si autem aliquis nulla habere Dæmones corpora asserat. non est de hac re contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus, quāmuis miris tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt concludi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. Adhæ-

rebunt ergo dæmones licet incorporei corporalibus ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam. Ignis autem ille corporeus erit. & cruciabit huiusmodi corpora cum spiritibus, dæmones autem spiritus sine corporibus. ORI. Vel forsitan ignis ille talis substantia est, vt inuisibilia comburat, ipse inuisibilis consti
Lib.26.Mo. tutus, secundum q
ca.24. ait Apostolus: Quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Ne auté mireris audiens esse inuisibilem ignē & punientem, cum videas interius caloré hominibus accidentem, & non mediocriter cruciantem. Sequitur. {Esuriui.n.& nō de.mi.man.} Scriptum est ad fideles: Vos estis corpus Christi. sicut ergo anima habitans in corpore, cum non esuriat quantum ad suam substantiam spiritualem, esurit tñ corporis cibum, quia copulata est corpori suo, sic & saluator patitur quæ patitur corpus eius Ecclesia, cum sit ipse impassibilis. Et hoc considera, quia loquens ad iustos per singulas species eorum beneficia dinumerat. Ad iniustos autem præscindens narrationem adunauit vtrumque dicens: {Infir.fui & in car.& non visi.me.} quoniē misericordis iudicis erat benefacta quidem hominū largius prædicare & ampliare, malefacta autem eorum transitorie memorari & abbreuiare. CHRYSO. in Hom. Intuere autem quia non in vno tñ vel duobus, sed in omnibus misericordiam deseruerunt: non.n.esurié tem solum non cibauerunt, sed neq; quod leuius erat, infirmum visitauerunt. Et vide qualiter læuia iniungit: non.n.dixit: In carcere eram, & non eripuistis me, infirmus eram & non curastis me: sed C non visitastis, & non venistis ad me. In esuriendo etiam non prætiosam petit mensam: sed necessarium cibum. Omnia ergo sufficiē tia sunt ad pœnam, primo quidem facilitas petitionis: panis enim erat: secundo miseria eius qui petebat, pauper.n.erat: tertio compassio naturę: homo.n.erat: quarto deinceps promissionis, regnū enim promisit. quinto dignitas eius qui accipiebat. Deus.n.erat qui pauperes accipiebat: sexto superabūdantia honoris, qñ digna tus est ab hoibus accipere: septimo iustitia dationis, ex suis.n.a no bis accipit: sed contra vniuersa hæc hoies per auaritiā excecant. GRE. 26. Mora. Isti aūté quibus hoc dr, sunt malifideles q iudicanē & pereunt, alij vero. fideles nō iudicanē & pereunt non.n. eorū tunc cā discutiē qui ad conspectū districti iudicis iā cū dānatione suæ infidelitatis accedūt, pfessionē vero fidei retinentes, sed pfessionis opa non habentes redarguuntur vt pereant. Isti.n.saltē verba Iudicis audiūt, quia eius fidei saltē verba tenuerunt. Illi in D damnatione sua æterni iudicis nec verba suscipiunt, quia eius reuerentiam nec verbotenus seruare voluerunt, nam & princeps terrenam Remp. regens, aliter punit ciuem interius delinquētem, at que aliter hostem exterius rebellantem: in illo.n. iura sua cōsulit, contra hostem vero bellum mouet, & de pœna eius quid lex habeat non requirit. CHRY. in Ho. Verbis aūt iudicis redarguti, cum manſuetudine loquuntur. Sequitur.n. {Tunc rñ.ei & ipsi di. Dñe qñ te vidimus?} ORIG. Considera q iusti immorantur in vno quoq; verbo, iniusti aūt non ita per singula, sed cursim dicūt, qñ proprium est iusti orum benefacta sua relata sibi in facie diligenter, & per singula refutare causa humilitatis, malorum autem hominum est culpas suas excusationis causa aut nullas esse ostendere, aut leues & paucas, sed & responsio Christi hoc ipsum signat. vnde sequitur. {Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vob.} Volens enim iustorum benefacta ostendere grandia, peccatorum autem culpas non grandes. ad iustos quidē dicit: Ex eo quod fecistis vni ex minimis meis fratribus. ad iniustos aūt non adiecit fra- E tribus: reuera.n. fratres eius sunt qui pfecti sunt. Gratius est aūté apud Deum opus bonum qđ fit in sanctioribus q̄ in minus sanctis, & leuior culpa est negligere minus sctōs q̄ sanctiores. AVG.
Cap.1. 20. de ciui. Dei. Nunc autem de nouissimo iudicio agitur qñ Christus de cælo venturus est, viuos & mortuos iudicaturus, diuini iudicij vltimum hunc diē dicimus, i. nouissimum tps. nam per quot dies istud iudicium prendatur incertum est, sed scripturarum sanctarum more dies poni solet pro tempore. Ideo autem dicimus vltimum iudicium vel nouissimum, quia & nunc iudicat, & ab humani generis initio iudicauit, a ligno vitæ separans primos homines & angelis peccantibus non parcens. In illo autem finali iudicio simul & homines & angeli iudicabuntur: fiet.n. virtute diuina vt cuiq; opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset scientia conscientiam.
Cap.15. d ¶ AVG. de Fide & operibus: Nonnulli sei psos seducunt di

centes ignem æternum non dictū ipsam pœnam æternam. Hoc pūtidens Dominus, sententiam suam ita conclusit dicens. {Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.} ORI. Tract.34.
Attende quoniam cum prius dixisset. Venite benedicti. deinde: Discedite maledicti. propterea quòd proprium boni Dei est primum recordari bene facta bonorum quàm malefacta alorū, hic prius nominat pœnā malorū. deinde vitā bonorum, vt primū quæ timoris sunt eui temus mala, postea q̄ honoris sunt appetamus bona. GRE.
25. Mora. Si ergo tanta pœna mulctatur, qui non dedisse conuincitur, qua pœna se
Cap.11. riendus est, qui redarguitur abstulisse aliena? AVG. 19. de Ciuitate Dei: Est autem vita æterna summum bonum nostrum, & finis ciuitatis Dei, de quo fine dicit Apostolus: Finem vero vitam æternam. Sed rursus quia vita æterna ab his, qui familiaritatem non habent cum scripturis sanctis potest accipi etiam in vita malorum propter animæ immortalitatem, vel propter interminabiles pœnas impiorum profecto finis ciuitatis huius in quo summum habebitur bonum, vel pax in vita æterna, vel vita æterna in pace dicendus est, vt ab omnibus possit intelligi. AVGV. Cap.13.
primo de Trini. Quod enim dixit Dominus famulo suo Moysi. Ego sum qui sum, hoc contemplabimur cum viuemus in æternum. Ita enim dominus ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum. Hæc enim nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum de qua dicit Ioannes: Videbimus eum sicuti est. HIERO. Prudens autem lector intende, quòd & supplicia æterna sunt, & vita perpetua metum deinceps non habeat ruinarum. GREGOR. Atin- Lib.1.Dial.
quiunt ideo peccantibus minatus est, vt eos a peccatis compesceret, quibus respondemus: si falsa minatus est vt iniustitiam corrigeret, etiam falsa promiserat vt ad iustitiam prouocaret, & sic dum fatagunt Deum perhibere misericordem, non verentur prædicare fallacem. at inquiunt sine fine puniri, non debet culpa cum fine. quibus respondemus, quòd recte dicerent, si iudex iustus non corda hominum: sed facta pensaret. Ad distrīcti ergo Iudicis iustitiam pertinet, vt numquàm careant supplicio quorum mens in hac vi
Lib.21.c.11 ta numquàm voluit carere peccato. AVGVST. de Ciui. Dei. Nullus etiam legis iustitia attendit, vt tanta mora temporis quisque puniatur, quanta vnde puniretur admisit. Nullus.n.extitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta, q̄ cito factum est homicidium vel adulterium. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, numquid moram qua occiditur eius supplicium leges exist imant, & non quòd eum in sempiternum auferant a societate viuentium? Iam vero damnum, ignominia, exilium, seruitus, cum plerumque sic infliguntur vt nulla venia relaxentur, nonne pro huius vitæ modo similia pœnis videnē æternis? Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa vita quæ his plectitur porrigitur in æternū. Sed inquiunt. Quomodo ergo verum est quod ait Christus. In qua mensura mensi fueritis, reme tietur vobis, si temporale peccatum supplicio punitur æterno? nec attendunt vt propter æquale temporis spacium, sed propter vicissitudinem mali, i. vt qui mala fecerit mala patiatur eandem dictam mensuram fuisse. Factus est aūté homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset in æternum.
Lib.4.dial. GREGO. At inquiunt: Nullus iustus crudelitatibus pascitur, & delinquens seruus a iusto domino iccirco cedi præcipitur, vt a cap.44. nequitia corrigatur. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Quibus respondemus, quòd omnipotens Deus quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur, quia autem iustus est, ab iniquorum vltione non sedatur: & tamen ad aliquid iniqui semper concremantur, vt. f. iusti tanto in æternum magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum malapuniri conspiciunt, q̄ eius adiutorio vitare potuerant. AVG. Cap.17.
21. lib. de Ciui. Dei: Sed nullum est, inquiūt, corpus quod dolere possit, mori non possit. Necesse est autem vt viuat dolens, non est necesse vt occidat dolor, quia nec corpora ista mortalia omnis dolor occidit. Et vt dolor aliquis possit occidere illa causa est, quoniam sic connexa est anima huic corpori, vt summis doloribus cedat atque discedat, tunc autem tali corpori anima & eo connectitur modo vt illud vinculum nullo dolore vincatur. non ergo tunc nulla: sed sempiterna mors erit, qñ nec viuere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Inter huiusmodi autem æternitatem supplicij negantes, misericordior fuit Origenes, qui & ipsum diabolum & angelos eius post gra

Universidad de Deusto Biblioteca

tiora pro meritis,& diuturna supplicia ex illis cruciatibus eruendos & sociandos sanctis Angelis credidit. Sed illum propter hoc, & propter alia nonnulla non immerito reprobauit Ecclesia, quia & hoc,q̃ misericors videbatur amisit faciẽdo veras misericordias. quibus pœnas luerent,& falsas beatitudines in quibus securum & sempiternũ boni gaudium non haberent.

Lib.4.Dial. cap.44.

Cap. 19.

Cap.20.

Cap.21.

Cap. 22.

Cap. 27.

CAPVT XXVI.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes,dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hoīs tradetur vt crucifigatur.

Löge aũt alter aliorũ misericordia ab humano erat affectu, q̃ hominum illo iudicio damnatorum misericordias temporales,hominum vero q̃ vel citius vel tardius liberantur æternam fœlicitatem putant. Cur autem hæc misericordia ad vniuersam naturam manat humanam,& cum ad angelicam ventum fuerit,mox aresci? GRE. At inquiunt: Vbi est q̃ sancti sunt,si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint,nõ orabunt? Orant quidem pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, qũo ergo tunc orabitur pro illis, qui iam nullatenus possunt ab iniquitate commutari? AVGVST. 21.de Ci.Dei. Item sunt alij ab æterno supplicio liberationem non omnibus hominibus ꝓmittentes: sed tãummodo Christi baptismatę ablutis, qui participes sunt corporis eius quòmodolibet vixerint,propter illud quod ait dominus. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum.Item sunt,qui non oibus habentibus Christi sacramentum non solum catholicis q̃uis male viuentibus hoc pollicentur,qui non solum sacramento. sed reipsa manducauerũt corpus Christi, in corpore eius quod est ecclesia constituti, etiam si postea in aliquam hæresim vel in gentilium idolatriam fuerint lapsi.Sunt autem qui propter id quod scriptum est:Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit,non nisi in catholica Ecclesia perseueranibus hoc promittunt, q̃ merito fundamenti,i.fidei per ignem saluentur, quo igne in vltimo iudicio punientur mali: Sed omnibus his cõtradicit Apostolus dicens:Manifesta sunt opera carnis quæ sunt immunditia,fornicatio,& his similia quæ prædico vobis q̃m qui talia agunt regnum Dei,non possidebunt.Siqs autem temporalia in corde suo præponit Christo, & si videatur habere fidem Christi:non est tamen in eo fundamentum Christus sui alia præponuntur,quanto magis si committat illicita,non præposuisse sed postposuisse Christum conuincitur? Comperi etiam quosdam putare eos solum arsuros illius æternitate supplicij, qui pro peccatis dignas eleemosynas facere negligunt: ideo iudicem ipsum noluisse existimant aliud commemorare se esse dicturum, nisi eleemosynas siue factas siue non factas. Sed qui digne pro peccatis suis eleemosynas facit, prius eas facere incipit a seipso, indignum est.n.vt ipse sibi non faciat, qui facit in proximum cum audiat dicẽtem Deum:Diliges proximum tuum sicut teipsum.Iteq̃; audiat:Miserere animæ tuæ placens Deo.Hanc eleemosynam i.vt Deo placeat non faciens animæ suæ, quomodo dignas pro peccatis suis facere eleemosynas dicendus est? Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt, vt cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur,non vt in eis perseuerantes licentiam malefaciẽdi nos per eleemosynas comparare credamus.Ideo autem dominus a dextris eleemosynas ab eis factas in sinistris non factas se imputaturũ esse prædixit, vt hinc ostenderet quantum valent eleemosynæ ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata.

ORIG. Vel non vnius tm iustitiæ species remuneratur sicut existimant multi.In quibuscũq;.n.causis mandatum Christi quis fecerit, Christum cibat & potat,qui fidelium iustitiam & veritatem manducat & bibit.Item Christo algenti teximus vestimentum,ac cipientes sapientiæ texturam, adeo vt per doctrinam aliquos doceamus,& induamus eos viscera misericordiæ.Quando & præparamus cor nostrum diuersis virtutibus ad receptaculum eius, vel illorum quæ sunt ipsius, ipsum peregrinantem suscipimus in domum pectoris nostri.Item cum fratrem infirmum,siue in fide, siue in bono opere visitauerimus,aut per doctrinam aut increpationẽ, aut pconsolationem, q̃ ipsum Christum visitamus.Deinde omne quod hic est,carcer est Christi & eorum qui sunt eius, qui sunt in hoc mundo degentes, quasi etiam in carcere naturæ necessitate cõstricti. Cum ergo bonum opus in eis fecerimus, visitamus eos in carcere & Christum in eis.

CAP. XXVI.

HILAR. Post sermonem quo venturum se Dominus in reditu, claritatis ostenderat, nunc passurum esse se admoner, vt sacramentum crucis admixtum esse gloriæ æternitatis cognoscerent. vnde dicitur. {Fa.est cũ consum.Ie.ser.hos omnes.} RABA. De consummatione sæculi & de die iudicij: Vel quia ab initio Euangelij vsq; ad passionem omnia faciendo & prædicado cõpleuerat. ORIG. Non simpr autem dixit oēs, sed hos oēs. adhuc.n.oportebat eum ét alios loq sermone, priusq̃ traderetur. Dixit discipulis suis. {Sci.quia post bi.pa.fiet.} RABA. Sicut ex Ioannis narratione colr, ante sex dies Paschæ, venit Iesus in Bethaniam, in de venit Hierusalem sedes super asellum, postea geruntur eaq̃ narrantur hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo venit in Bethaniam, intelligimus consummatum quatriduũ, vt occurreret dies ante biduũ Paschæ.Hoc autem inter Pascha & azima distat,q̃ Pascha ipse solus dies appellatur in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est 14.Luna primi mensis.15.autem Luna q̃n egressus est populus de Aegypto succedebat festiuitas azimorum, verum Euangelistæ vnum pro altero ponere solent. HIER. Pascha autem quod Hebraicæ dicitur phase, non a passione vt plerique arbitrantur, sed a transitu nominatur,eo q̃ exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransierit,nec percusserit eos, vel ip se dominus ꝓbens auxilium populo suo desuper ambulauerit REMI. Siue quia auxiliante dño populus Israeliticus liberatus ab Aegyptiaca seruitute transiuit ad libertatem. ORI. Non autem dixit: Post biduum Pascha erit aut veniet, ne oĩderet illud Pascha futurum quod fieri solebat ſm legem.sed Pascha fiet,hoc est quale nũquàm factum fuerat. REMI. Mystice.n.Pascha dicitur, siue quia ea die Christus transiuit de mundo ad patrem,de corruptione ad incorruptionem,de morte ad vitam.Siue quia salubri transitu a dæmoniaca seruitute mundum redemit. HIE. Post duos etiam dies clarissimi luminis veteris & noui testamenti, verum ꝓ mundo celebratur Pascha,transitus etiam noster,i.phase ita celebratur si terrena dimittentes ad cælestia festinemus. ORI. Prę dicit autem discipulis se tradendum cum subdit. {Et sil.ho.tra.vt crucifi.}Præmuniens eos ne priusq̃ audiant quæ fuerant futura,subito videntes tradi magistrum ad crucem obstupescant. ideo aute imperſonaliter posuit.Tradetur,quia Deus tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum: Iudas propter auaritiam, Sacerdotes propter inuidiam,diabolus propter timorem,ne auelleretur de manu eius genus humanum per doctrinam ipsius non aduertens, q̃n magis fuerat eripiendum genus humanum ꝓ mortem ipsius,q̃ ereptum fuerat per doctrinam & miracula.

b ¶ GLO. Ostendit Euangelista apparatum & machinationem Dominicæ passionis quam Christus prænunciauerat, vnde dicit. {Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum.} REMI. Quod autem dicit Tunc, superioribus verbis coniungitur,i.anteq̃ Pascha celebraretur. ORI. Non autem veri Sacerdotes & Seniores illius qui videbatur populus Dei,vere autem erat populus Gomorrę non intelligentes summum Sacerdotem Dei insidianti sunt ei, & non cognoscentes primogenitum vniuersæ creaturæ etiam Seniorem omnibus consiliati sunt contra eum. CHRY. in Hom. Iniqua vero negocia tentantes ad Principem Sacerdotum veniunt. inde volentes potestatem accipere, vnde prohibere oportebat. Multi autem erant tunc Principes Sacerdotum,lex vero vnum esse volebat.vnde manifestum est,quòd Iudaica dissolutio accipiebat principium. Moyses.n.vnum Principem Sacerdotũ esse iussit,& eo mortuo alterum fieri, postea vero annui facti sunt. Eos igitur ait hic Principes Sacerdotũ,q̃ de principibus Sacerdotum erant. REMIG. Cõdemnãtur autem isti, & quia congregati sunt,& quia Principes Sacerdotum fuerant.quo.n.plures ad peragendum aliquod malum conueniunt, & quo sublimiores, & nobiliores fuerint · eo deterius habetur malum quod committitur, & eo maior pœna illius præparat.Ad oĩendam aũt dñi simplicitatem & innocentiam addit Euangelista. {Vt Iesum do.te.& occi.}In quo.n.nullam mortis cãm inuenire poterant, consilium fecerunt vt dolo tenerent & occiderent. CHRY. in Ho. Consiliati sunt ergo, vt tenerent eum occulte & interimerent,formidabant aũt pp̃m:ideoq; expectabant festiuitatẽ ꝑterire.pp quod sequitur.{Di.au.non in di.fe.}Diabolus.n.nolebat in Pascha Christum pati,vt nõ manifestã eius constitueret passionẽ.Principes aũt Sacerdotum non ea q̃ Dei sunt timuerunt,ne ſ.pcõ in hoc tpe peracto maior eis inquinatio fieret: sed vbiq; q̃ humana sunt cogitabant:vnde sequitur:{Ne for.tu.ſ.in po. ORIG. Propter diuersa studia ꝓpti diligentis Christum & odientis, credentis & nõ credentis. LEO. Pa.in Ser.de Pas.Prouidentibus ergo principibus ne in scõ die tumultus oriretur,nõ festiuitati sed facinori illudebant.seditiones.n.turbarũ fieri in præcipua solemnitate metuebant, non vt populus non peccaret: sed ne Christus euaderet.

c Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accesit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venũdari multo,& dari pauperibus. Sciens autem Iesus ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semp pauperes habebitis vobiscum, me aũt non semp habebitis. Mittens.n.hæc vnguentum cõmemorat.tã quisq; calumnioſus est, vt aliquid in vase fracto neget remanere potuisse: vnde etiam pedes Dñi perfunderet. Ille auté qui sic calũniatur,prius accipiat pfusos pedes anteq̃ il lud fractum esset,vt i integro remaneret, vñ et caput perfunderetur, vbi fractura illa totum effuderat. AVG. de Doctrina Chri.Neq; vllo modo quisq̃ heri crediderit Dñi pedes ita vnguẽto pciosa muliere perfusos vt luxuriosorũ,& neq̃ hominum solent. In oibus.n.talibus non vsus rerum:sed libido vtentis in culpa est. Quisquis.n.rebus sic vtitur,vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat,aut aliquid significat aut flagitio sus est.Itaq; quod in alijs pſonis plerũq; flagitium est,i diuina vel ꝓphetica persona magnum cuiusdam rei signum est. odor.n.bonę fama bona est, quam quisq; bonę vitæ operibus habuerit,dum vestigia Christi sequitur quasi pedes eius pciosissimo odore perfundit. AVG. de Con.euang. Sed hoc videri potest esse contrarũ quod Matthæus & Marcus postea q̃ dixerũt Pascha post biduum futurum,deinde cõmemorauerũt,q̃ erat Iesus in Bethania, vbi de vnguento eadem narraturus Ioannes dicit.Ante sex dies Paschæ. sed qui ita mouentur,nõ intelligunt Matthæum & Marcumillud quod in Bethania de vnguento factũ erat,recapitulando posuisse. Non.n.quisq̃ eorum cum dixisset post biduum Pascha futurum, sic adiunxit vt diceret:Post hæc cum esset Bethaniæ. CHRY.{in Ho. Sed quia discipuli audierant magistrum dicentem. Misericordiam volo & non sacrificium apud se cogitabant:Si holocausta nõ acceptat,multominus olei huiusmodi vsum.vnde sequitur:Videntes aũt discipuli indignati sunt dicentes.Vt quid perditio hæc?potuit.n.istud venundari multo,& dari pauperibus. HIER. Scio quosdam hunc locum calũniari, quare Ioannes Iudam solum dixerit contristatum,eo q̃ loculos tenuerit,& fur ab initio fuerit,& Matthæus scribat oēs discipulos indignatos nescientes tropum q̃ vocatur συλλήψις syllipsis,& pro multis vnus, & pro vno multi soleant appellari.nam & Paulus in epistola ad Hebræos dicit:Sancti sunt,cum vnum tantummodo.ſ.Isaiam sctum autumet. AVG. de Con.euan. Potest etiam intelligi, q̃ & alij discipuli aut senserunt hoc, aut dixerunt, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium voluntatem Matthæus & Marcus etiam verbis expresserint.sed Iudas propterea dixerat,quia fur erat, cæteri vero propter pauperum curam.Ioannes autem de solo illo id commemorare voluit cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit imitandam. CHRY. in Ho. Discipuli ergo ita existimabant,sed dominus mentem mulieris videns permittit. multa.n.erat eius religio & ineffabile studium: circo condescendens concessit super caput suum vnguentum effundi.Sicut.n.pater eius odorẽ victimę & fumum patiebatur: ita & Christus mulierem deuotæ vngentę, & fumum patiebatur: ita & Christus mulierem deuotæ vngentę, cuius discipuli mentem nesciebant q̃relam facientes. vnde sequit. Sciens aũt Iesus ait illis.{Quid mo.ef.huic mu.} REMI. per quod aperte ostendit, q̃ Apostoli,aliq̃ moleste locuti fuerant ad uersus eam.Pulchre autem subdit·{Opus bo.ope.est in me. Ac si di.} Non est perditio vnguenti sicut vos dicitis, sed opus bonum, idest pietatis & deuotionis obsequium. CHRY. in Ho. Ideo autem non simpr dixit: Bonum opus operata est in me, sed prius posuit · Quid molesti estis huic mulieri? eruditens nos quodcũq; geritis bonum a quocũq;; etsi non valde diligenter factum fuerit,suscipere & augere & fouere, & non ex principio oēm diligentiam expetere. Quisquis.n.eũ interrogasset anteq̃ fecisset hoc mulier, non mandasset hoc fieri: sed post effusum vnguentum nõ habebat locum discipulorũ increpatio:& ideo ipse vt non obtũderet desiderium mulieris, oia hæc in consolationẽ mulieris dixit. Sequitur: {Nã pau.ſp ha.vo.} REM. Oĩdit.n.dñs his verbis quasi ex quadã rõne, q̃n non erant illi culpandi, q̃ sibi adhuc in mortali corpore cõuersanti,aliq̃d de suis facultatibus ministrarent,cũ pauperes ſp habendi essent in ecclesia,q̃bus fideles cũ vellent bñfacere possent, ipse vero breui tpe corporaliter mãsurus erat cũ eis, vñ sequitur: {Me aũt non ſp habebitis. HIE. Orit aũt hic qõ.quare dñs post resurrectionẽ dixerit ad discipulos: Ecce ego vobiscũ sum vsq; ad consummationẽ mundi,& nunc loquit: Me aũt non ſp habebitis? Sed mihi vt in hoc loco de ꝑsentia dicere corporali, q̃ nequaq̃ cũ eis ita futurus sit post resurrectionẽ,qũo nũc in oi cõuictu & familiaritate. REM. Vel soluitur ita ut intelligatur,q̃ soli Iudæ discipulorum ea narratione non pertinet, sed pariter narratur a tribus.Ioãne.ſ. Matthæo,& Marco:q̃ autem Matthæus & Marcus caput Dñi vnguento illo perfusum dicunt: Ioannes aũt pedes oĩditur non esse contrarium,si accipiamus non solum caput,sed & pedes Dñi pfudisse mulierẽ: nisi forte q̃n Marcus fracto alabastro pfusum caput

Tract.35.

Hom.81.

Tract.33.

Hom.82.

Serm.7.

Ho.euã.33. lib.2.c.79.

Lib.3.c.12.

ctum sit:sed ideo non dixit:habetis sed habebitis, quia in persona Iudæ omnibus imitatoribus illius dictum est. Ideo autem dicit: Non semper cum nec ad tempus habeant, quia mali videntur habere Christum in præsenti sæculo, quando miscent se membris Christi, & accedunt ad mensam eius, sed non semper sic habebunt, quando solis electis dicturus est: Venite benedicti patris mei. Sequitur: {Mit.enim hæc vn. hoc in cor. me. ad sæpe. me se.} Consuetudo erat illius populi, vt corpora mortuorum diuersis aromatibus condirentur, quatenus diutius illæsa conseruarentur. Et quia futurum erat, vt hæc mulier corpus Domini mortuum vellet perungere: & tamē non posset, quia resurrectione anticiparetur: iccirco diuina prouidentia actum est, vt viuum domini corpus perungeret. hoc est ergo quod dicit. Mit. hæc, i. cum hæc mulier corpus meum viuum perungit, me moriturum & sepeliendum ostendit. CHRY. in Hom. Quia ergo sepulchrum & mortem commemorauerat vt non videatur in tristitiam mittere mulierem, rursus eam consolatur per ea quæ consequuntur. {Amen dico vo. vbicūq; prædi. fu.} RABA. .i. in quocūque loco dilatabitur Ecclesia per totum mundum dicetur, & q̄ hoc fecit. istud & appositum notat, quòd sicut Iudas contradicens adeptus est perfidiæ infamiā, sic & ista pię deuotionis gloriam. HIERO. Attende notitiam futurorum, quòd passurus post biduum & moriturus, sciat euangelium suum in toto orbe celebrandū. CHRY. in Ho. Ecce autem, quod dixit, factum est, & vbicumq; terrarum abieris, videbis hanc mulierem famosam effectam quod virtus p̄dicentis effecit. Et regum quidem multorum, & ducum victorię silentur, & multi qui ciuitates construxerunt, & gentes multas seruituti subegerunt: neque ex auditu, neq; ex nomine sunt cogniti. quoniam autem hæc mulier oleum effudit in domo leprosi cuiusdam duodecim viris præsentibus, hoc omnes conciuiat per orbē terrarum, & tempus tantum pertransijt, & memoria eius quod factum est non est tabefacta. Sed quare nihil speciale promisit mulieri: sed sempiternam memoriam? quia ex his quæ dixit intelligi potuit. Si. n. opus bonum fecit, manifestum est, quòd & mercedem dignam suscipiet. HIERO. Mystice autem passurus pro omni mundo moritur in Bethania in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis leprosi. Simon quoq; ipse obediens dicitur, qui iuxta aliam intelligentiam mundus interpretari potest, in cuius domo curata est Ecclesia. ORIGEN. Oleum autem vbique in scripturis aut opus misericordiæ intelligitur, quo lucerna verbi enutriti clarescit, aut doctrina cuius auditu verbum fidei quod est accensum nutritur. Generaliter ergo omne quo quis vngitur, oleum appellatur. olei autem aliud est vnguentum. item vnguenti aliud est præciosum, sic omnis actus iustus opus bonum dicitur. Operis autem boni aliud est quod facimus propter homines vel secundum homines, aliud quod propter Deum & secundum Deum. Ité hoc ipsum quod facimus propter Deum, aliud p̄ficit ad vsum hominum, aliud tātum ad gloriam Dei, vt puta aliquis benefacit homini naturali iustitia motus, non propter Deum, quo faciebāt interdum & gentes opus. illud oleum est vulgare non magni odoris, & ipsum tamen acceptabile apud Deum, qm̄ vt dicit Petrus apud Clementem, Opera bona quæ fiunt ab infidelibus in hoc sæculo eis prosunt, non in alio ad consequendum vitam æternam, qui autem poſt Deum faciunt, magis illis in illo sæculo proficit hoc est vnguentum boni odoris. Sed aliud fit ad vtilitatem hominum, vt puta eleemosyna & cætera huiusmodi, hoc q̄ facit in Christianos, pedes domini vngit, quia ipsi sunt domini pedes quod p̄cipue solent facere pœnitentes pro remissione peccatorum suorū. Qui aūt castitati studet, & in ieiuniis & in orationibus permanet, & cæteris quæ tm̄ ad gloriam Dei p̄sciunt, hoc est vnguentū quod vngit Dñi caput, & hoc est vnguentū p̄ciosum, ex cuius odore tota repletur Ecclesia, & hoc est opus proprium non pœnitentium sed p̄fectorum, aut doctrina quæ necessaria est hoibus, hoc est vnguentum quo pedes Dñi vnguntur. Agnitio autem fidei q̄ ad solū pertinet Deum est vnguentum quo vngitur caput Christi, quo cōsepelimur Christo p baptismum in mortē. HIL. Mulier aūt hæc in p̄figuratione plebis gentiū est, q̄ in passione Christi gloriā Deo reddidit. Caput. n. eius punxit, caput aūt Christi Deus est, nā vnguentū boni operis est fructus: sed discipuli fauore saluādi Israelis vendi hoc in vsum pauperū dicunt debuisse, pauperes aūt Iudæos fide indigentes, instinctu prophetico nūcupāt, quibus Dñs ait plurimum esse tpis quo habere curam pauperū possent. Cæterum nō nisi ex p̄cepto suo salutem gentibus posse p̄stari, qui secum infuso mulieris huius vnguento sunt consepultæ, q̄ a regeneratio nō nisi

F cum mortuis in baptismi p̄fessione reddetur. & iccirco vbi prædicabitur hoc Euangelium, narrabitur opus eius, quia cessante Israel, Euangelij gloria fide gentium prædicatur.

d ¶ GLO. Posita occasione proditionis, consequenter de proditione Iudæ agit Euangelista. vñ dicit: {Tūc abi. vnus de duod.}

hoc in corpus meum, ad sepeliē dum me fecit. Amē dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius.

d Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.

e Prima autem die azimorū, accesserunt discipuli ad Iesum

Hom.81.

CHRY. in Hom. Tunc. s. quando hoc audiuit, qm̄ prædicabitur hoc Euangeliū vbique, timuit enim, nam virtutis ineffabilis erat quod dictum est. AVG. de Cō. euang. Ita. n. sermo dirigitur dicente domino: Scitis quia post biduo. pas. fi. tunc con-

Lib.2.c.79.

gre. sunt prin. sacer. Tunc abi. vnus de duodecim. Inter illud enim quod dictum est: Ne tumultus fieret in populo, & hoc quod dicit.

Tract.35.

Tunc abiit vnus de duodecim, interpositum est illud de Bethania quod recapitulando dictum est. ORIGE. Abiit autem aduersus vnum Principem Sacerdotum, qui factus fuerat Sacerdos in æternum, ad multos Principes Sacerdotum, vt videret prætio volentem redimere totum mundum. RABA. Abiit autem dicit, quia non coactus, non inuitus: sed sponte sceleratum iniit consilium. CHRYSO. in Ho. Addit autem, vnus de duodecim, ac si diceret, de primo choro eorum, qui sublimiter electi sunt, & ad designationem eius adiungit: Qui dicitur Iudas Scarioth. Erat. n. & alius Iudas. REMI. Scarioth namque fuit villa, vnde ortus est iste Iudas. LEO Papa in Ser. de pas. Qui non timoris perturbatione Christum deseruit: sed pecuniæ cupiditate distraxit, amore enim pecuniæ vilis ē omnis affectio, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit, nullumq; est iustit iæ in illo corde vestigium, in quo sibi auaritia facit habitaculum. Hic p̄fidus Iudas inebriatus veneno dum sitit lucrum, ita stulte impius fuit, vt Dominum venderet & Magistrū. vnde dixit Principibus Sacerdotum. {Quid vul. mi. da. & ego vo. eum tra. HIER. Infœlix Iudas dānum quod ex effusione vnguēti se feciſſe credebat, vult magistri prætio cōpensare. nec certam tñ postulat summam, vt saltem lucrosa videretur proditio, sed quasi vile tradens mancipium in potestate ementium posuit quantum vellent dare.

ORIG. Hoc aūt faciunt oēs, qui accipiunt aliquid corporaliū, aut mundialium rerum vt tradant, & eiiciant ab anima sua Saluatorem & verbum veritatis quod erat in eis. Sequitur: {At illi cōsti. ei triginta ar.} Tantam mercedem constituentes, quantos annos Saluator conuersatus fuerat in hoc mūdo. HIER. Ioseph autem non vt multi putant iuxta septuaginta interptes, triginta aureis venditus est: sed iuxta Hebraicam veritatem, triginta argēteis. neque enim poterat seruus pcioſior esse q̄ Dñs. AVG. de Quæst. Euan. q̄ autem Dñs. triginta venditus est, significauit per Iudam Iudæos iniquos q̄; qui persequētes carnalia & temporalia, quę ad quinque pertinent sensus corporis: Christum habere noluerunt, & quia sexta mundi ætate fecerunt sexies quinque eos quasi pcium vendiri Dñi accepisse signatum est, & quia eloquium Dñi argentum est, illi autem ipsam legē etiam carnaliter intellexerunt tanq̄ in argento impresserant sæcularis principatus imaginē quam amisso Dño tenuerunt. Sequitur: {Et exin. quæ. op. vt eum traderet. ORIG. Qualem autem opportunitatem quærebat Iudas, Lucas manifestius explanat dicens: Et quærebat opportunitatem vt traderet eum sine turba. i. quando populus non erat circa eum, sed secretus erat cum discipulis, quod & fecit tradens eum post cænam cum secretus esset in prædio Gethsemani, & inde vsque nunc opportunitas ista videtur his, qui volunt prodere Dei verbum in tempore persecutionis, quando multitudo credentium non est circa verbum veritatis.

Lib.2.c.69.

c ¶ GLO. Prosecutus fuerat Euangelista de his, quæ erant præambula ad Christi passionem, scilicet de prænunciatione passionis, de consilio Principum, & de tractatu proditionis, nunc autem tps, & seriem passionis incipit, p̄seq. dicens: {Prima autem die azi.} HIER. Prima dies azimorum quartadecima dies mensis primi est, quando agnus immolatur, & Luna plenissima est & fermentum abiicitur. REMIG. Et notandum, q̄ apud Iudæos primo die Pascha celebratur. reliqui vero septem sequentes dies azimorum vocabantur, sed nunc dies azimorum dicitur pro die Paschæ. CHRYSO. in Hom. Vel hanc primam diem azimorum dicit, quia septem dies azimorum erant, assueuerunt enim Iudæi a vespera semper numerare diem. vnde huius diei facit mentionem secundum quam in vespera Pascha erat immolandum, q̄d quinta Feria fuit. REMI. Sed forte dicet aliquis: Si ille typicus agnus figuram huius veri agni gestabat, quare non ea nocte passus est Christus, quando solebat agnus immolari? Sed sciendum quia eadem nocte mysteria sanguinis & corporis sui discipulis celebranda tradidit, & sic tentus & ligatus a Iudæis, & suæ immolationis, idest passionis sacrauit exordium. Sequitur. {Accesſ. ad Iesu disc. dicentes. Vbi vis pare. ti. co. pasc.} Inter eos autem discipulos, qui accesserunt ad Iesum interrogantes, & iudam fuisse estimo proditorem. CHRYSO. in Hom. Ex hoc autem manifestum est, quoniam nō erat ei domus, neque tugurium. Ego autem æstimo neque discipulos habuisse. profecto enim eū illuc rogassent venire, sequitur: {At Iesus dixit. Ite in ciui. ad quendam.} AVGVST. de Cō. euang. Eum. s. quem Marcus & Lucas dicunt patremfamilias vel dominum domus. Q̄d ergo interposuit Matthæus: Ad quendam, tanq̄ ex persona sua studio breuitatis illud compendio voluit insinuare, nam neminem sic loqui vt dicat. Ite ad quendam, quis nesciat? At per hoc cum Matthæus verba Domini posuisset dicentis: Ite in ciuitatem. interposuit ipse: Ad quendam, non quia ipse Dominus hoc dixerit: sed vt ipse nobis insinuaret tanto nomine fuisse quendam in ciuitate ad quem Domini discipulos mittebantur, vt præpararent Pascha. manifestum est enim discipulos a Domino, non ad quemlibet, sed ad quendam hominem, i. ad certum aliquem missos esse.

Lib.2.c.80.

CHRY. in Hom. Vel dicendum, q̄ per hoc quod dicit. Ad quēdam ostendit, quòd ad ignotum hominem mittit, monstrans hinc quoniam poterat non pati. Qui enim menti huius persuasit, vt eos susciperet quid non vtique operatus esset in his, qui eum crucifigebant: si tamen voluisset non pati? ego autem non hoc admiror solum quoniam eum susscepit, ignotus existens: sed quoniam susciendo Christum multorum odium contempsit. HILA. Vel ideo hominem, cum quo Pascha celebraturus esset non nominat, non enim Christianus honor credentibus erat præscitus.

RABA. Vel nomen prætermittit, vt omnibus verum Pascha celebrare volentibus, Christumq; hospitio suæ mentis suscipere danda facultas designetur. HIER. In hoc etiam morem veteris testamenti nouæ scriptura cōseruat. Frequenter enim legimus: Dixit ille illi, & in loco illo, & illo, & tamen nomen personarum locorumq; non ponitur: Sequitur: {Et dicite ei: Magister dicit, tēpus meum prope est.} CHRY. in Hom. Hoc autem dixit discipulis passionem commemorans, vt ex multiplici passionis enūciatione exercitati meditarētur quod futurum erat, simul autem demonstrans, quòd volens ad passionem venit. Sequitur: {Apud te facio Pascha.} In quo demonstrat quoniam vsque ad vltimum diem non erat contrarius legi. Addidit autem: {Cum discipulis meis,} vt sufficiens fieret præparatio, & vt ille ad quem mittebat non existimaret eum occultari velle. Sequitur: {Et fece. discip. sicut constituit illis Iesus, & para. Pascha.} ORIGE. Forsitan autem aliquis requiret, ex eo quòd Iesus celebrauit more Iudaico Pascha, quia conuenit & nos imitatores Christi similr facere, non considerans, quòd Iesus factus est sub lege, non vt eos qui sub lege erant sub lege relinqueret: sed vt ex lege educeret, quanto ergo magis non conuenit illos introire in lege, qui prius fuerant extra legem: sed spiritualiter celebrantes, quę in lege corporaliter celebranda mandantur, vt in azimis synceritatis & veritatis celebremus Pascha secundum voluntatem agni dicentis: {Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.}

Tract.35.

f ¶ HIERO. Quia supra Dominus de Passione sua prædixerat, nunc etiam de proditore prædicit, dans ei pœnitentiæ locū, vt cum intelligeret sciri cogitationes suas, & occulta cordis consilia, pœniteret eum facti sui. vnde dicitur: {Vespere autē fa. discū. cum 12. disci. suis.} REMI. Cum 12. dicit, quia Iudas adhuc erat in numero, qui iam recesserat merito. HIERO. Omnia enim sic agit Iudas, vt tollatur suspicio proditoris. REMIG. Et notandum, quia pulchre vespere facto discubuisse dicitur, quoniam ad vesperam agnus immolari solebat. RABA. Ideo etiam vespere discubuit cum discipulis, quia in passione Christi, quando verus Sol ad occasum properauit, refectio æterna omnibus fidelibus præparata fuit. CHRY. in Hom. Designat autem euāgelista, q̄ comedentibus illis disputat Iesus de traditione Iudæ, vt & de tempore, & a mensa ostendat malitiam proditoris: & ideo sequitur. {Et edētibus illis. d. Amē dico vo. quia vnus ve. me tra. est.}

Hom. 82.

Homil. 82.

LEO Papa in Ser. de Pas. In quo notam sibi esse proditoris sui conscientiā demōstrauit, non aspera ac aperta impiū increpatione

Germ. 7.

A confundens: sed leui & tacita admonitione conueniens, vt facilius corrigeret pœnitendo, quem nulla deformasset abiectio. ORIG. Vel dixit generaliter, vt testimonio pcussi cordis singulorū qualitas probaretur, & vt Iudæ oñderet malitiam, qui nec cognitori cōsiliorum suorum credebat, esto quia in primis putauit latere quasi hominem, qui postq̄ vidit conscientiam suam positam in verbis ipsius, quorū primū infidelitatis erat, secundum impudentiæ, & vt etiam discipulorum ostenderet bonitatem, quia plus credebāt verbis Christi q̄ cōscientiæ suæ. vnde sequit: {Et cōtrist. val. & cæp. sin. di. Nūquid ego sum domine?} Vnusq̄sq; enim discipulorum sciebat ex his quæ docuerat Iesus, qm̄ ad malum vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarum, & propter hanc causam vnusquisque eorum timens interrogauit: vnde & de omnibus futuris timendum est nobis infirmis. Videns autem dominus de seipsis timentes discipulos, demonstrauit proditorem inditio propheticæ vocis dicentis: {Qui manducauit panem mecum ampliauit aduersum me supplantationem.} vnde sequitur: {At ipse respon. ait: Qui intin. me ma. in parapside, hic me tradet. HIER. O mira domini patientia, prius dixerat: Vnus vestrum me tradet. perseuerat proditor in malo. manifestius arguit: & tamen nomen proprium non designat. Iudas. n. cæteris contristatis & retrahentibus manū, & interdicentibus cibos ori suo, temeritate & impudentia qua p̄diturus erat, etiam manū cum magistro mittit in parapsidem, vt audacia bonam conscientiā mentiret. CHRY. in Ho. Mihi aūt vī, & hoc Christum feciſſe, q̄. s. Iudas cum eo in parapside intingeret, magis eum confundens, & in amorem suum attrahens. RA. Quod aūt dicit hic Matthæus: In parapside. Marcus dicit: In catino. Parapsis. n. est vas escarum quadrangulatum a paribus assibus, idest equis lateribus dictum, Catinum vero vas fictile apertum ad immittendum liquorem, & potuit fieri vt in mensa vas fictile quadrangulatum contineretur. ORIG. Hæc est autem propria consuetudo hominum nimis malorum, vt post salem & panem in fidentur hominibus, maxime nihil inimicitiæ ab eis habentibus. Si autem & post spiritualem mensam abundantius videbis, multitudinem malitiæ eius non recordatus, nec in corporalibus bonis magistri dilectionem, nec in spiritualibus doctrinam. Tales sunt omnes in Ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, eum quibus ad eandem mensam corporis Christi frequenter simul fuerunt.

Tract.35.

HIER. Iudas autem nec primo nec secundo correctus, a proditione retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam: & ideo pœna prædicitur, vt quē pudor nō vicerat, corrigāt denuntiata supplicia. vnde sequitur. {Filius quidem hominis vadi. sicut scri. est de illo.} REMI. Humanitatis namque est ire & redire, diuinitatis semper manere & esse, & quia humanitas pati potuit & mori: iccirco pulchre dicitur filius hominis abire. Aperte etiam dicit: Sicut scriptum est de eo. qm̄ quæcūq; passus est, prius a Prophetis prædicta sunt. CHRY. in Ho. Hoc aūt dixit ad, cōsolandum discipulos, vt non existimaret infirmitatis id esse quod passurus erat, & vt mam etiam corrigeret proditorē. Quāuis aūt scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tñ incusatur Iudas. Non. n. traditio Iudæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi, qui aliorum nequitijs ad id quod nobis expediebat vtebatur. vnde sequitur: {Veh autem ho. il. per quem fi. homi. tradet.} ORIG. Non aūt dixit veh homini illi a quo tradit, sed per quē tradetur, ondens alterum a quo tradebatur, i. diabolo, ipsū aūt Iudam ministrum esse traditionis. Veh aūt oibus traditoribus Christi, quicūq; n. discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit. REMI. Vel ét erit oibus, qui maligna conscientia & polluta ad mensam Christi accedunt. Quāuis. n. Christum non tradant Iudæis crucifigendum: tradent tñ suis iniquis mēbris sumendum, & ad maiorem exaggerationem subdit: {Bonum erat illi si nat. non fu. homo ille.} HIE. Non aūt ideo putandus est aī fuisse q̄ nasceretur, quia nulli posset esse bene, nisi ei q fuerit, sed simpli dictū est multo melius esse non subsistere q̄ male subsistere. AVG. de Quæst. euang. Et si quispiam contendit aliquam vitam esse anteistam, non Iudæ tm̄ vt non nasceretur: sed nulli expedire conuincitur. An diabolo dicit non expedire nasci, scilicet ad peccatum? an etiam bonum erat illi, vt Christo non nasceretur per vocationem ne esset apostata. ORIG. Iudas aūt post oium Apostolo-

Lib.1.c.40.

rum interrogationes,& post Christi narrationem de ipso vix aliquando & ipse interrogauit versuto consilio, vt similia cæteris interrogando, celaret proditionis consilium. Nam vera tristitia, non sustinet moram. vnde sequitur: {Respondens autem Iudas qui tradidit eum dixit: Nũquid ego sum rabbi? HIERO. In quo blandientis fingit affectum siue incredulitatis signum. Cæteri enim qui nõ erant prodituri dicunt: Numquid ego sum domine? Iste qui

g Cænantibus autem eis, accepit Iesus panem & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum.

h Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam ammodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.

i Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiã Pastorẽ, & dispergẽtur oues

prodituru erat non dominum, sed magistrum vocat, quasi excusationem habeat, si domino denegato saltem magistrum prodiderit. ORIGEN. Vel hoc ipsum quasi subsanans dicit, quia vocabatur magister, cum non esset hoc vocabulo dignus. CHRY. in Hom. quãuis autem Dominus poterat dixisse, argentum es pactus accipere, & adhuc audes interrogare: sed nihil horum dixit mitissimus Iesus, nobis terminos & regulas præfigens. Sequitur enim: Et ait illi: tu dixisti. REMIG. Quod sic potest intelligi: Tu dicis & verum dicis, siue tu dixisti & non ego, vt adhuc ei locus pœnitentiæ concederetur, dum non apertius eius peruersitas manifestatur. RABA. Ponit hoc etiam sic dici a Iuda, & a Domino responderi, vt non omnes aduerterent quod dictum erat.

g ¶ HIERO. Postquam typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, ad verum Paschæ transgreditur sacramentum, vt quando omni præfiguratione eius Melchisedech summi Dei sacerdos, panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque in veritate sui corporis & sanguinis repræsentaret. vnde dicitur. Cænantibus autem illis. AVG. ad Ianuarium: In quo liquido apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos. Numquid tamen propterea calumniandus est ritus vniuersæ Ecclesiæ, quòd a ieiunis semper accipitur? Placuit enim Spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Saluator namque quo vehementius commenderet mysterij huius altitudinem, vltimum in hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum a quibus ad passionem digressurus erat, & ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat seruaret hunc locum. GLO. Sub alia tamen specie carnem & sanguinem suum tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit, vt fides haberet meritum, quę de his est quę non videntur.

AMB. de Sacramentis. Et vt nullus horror cruoris sit, & præciũ tamen operetur redemptionis. VGVST. super Ioan. Commendauit autem Dominus corpus & sanguinem suum in eis rebus, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Panis namque in vnum ex multis granis cõficitur, vinum vero in vnum ex multis acinis conflatur. ita dominus Iesus Christus nos signauit, & mysterium pacis ac vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. REM. Apte etiam fructum terræ obtulit, vt per hoc demonstraret, quia ad hoc venerat, vt illam maledictionem auferret, qua maledicta est terra propter peccatum primi hominis. Congruenter etiam iussit offerri quæ de terra nascuntur, & pro quibus homines maxime laborant, vt non esset difficultas in acquirendo, & homines de labore manuum suarum sacrificium Deo offerrent. AMB. de Sacramen. Ex hoc autem accipe anteriora esse mysteria Christianorum quàm Iudæorum. Obtulit enim Melchisedech panem & vinum similis per omnia filio Dei, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, de quo & hic dicitur: {Accepit Iesus panem.} GLO. Quod de pane frumenti intelligi debet. grano enim frumenti se comparauit dominus dicens: {Nisi granum frumenti cadens in terram.} Talis etiam panis competit sacramento, quia eius vsus est communior: nam alij panes propter eius defectum fiunt. Quia vero Christus, vsque ad vltimum diem demonstrauit se non esse contrarium legi, vt supra ex verbis Chrysosto. habitum est, in vespera vero quando pascha immolabatur secundum legis præceptum azima comedendum erat, & omne fermentatum abiiciendum, manifestum est, quòd panis iste, quem Dominus accepit vt discipulis traderet, azimus fuit. GREGOR. in Registro: Solet autem nonnullos mouere, q̃ in Ecclesia alij offerunt panes azimos, alij fermentatos. Ecclesia nãque Romana offert azimos panes propterea quòd dominus sine vlla commistione susceperit carnem. aliæ vero ecclesiæ offerunt fermentatum pro eo quòd verbum patris indutum est carne, & est verus Deus & verus homo. nam & fermentum commiscetur farinæ: sed tamen tam azimum q̃ fermentatum dum sumimus, vnum corpus domini nostri saluatoris efficimur. AMBRO. de Sacramentis: Iste autem panis ante verba sacramentorum panis est vsitatus, vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Consecratio aũt quibus verbis est, & quibus sermonibus, nisi Dñi Iesu? Si.n. tanta vis est in eius sermone, vt inciperent esse quæ non erat, quanto magis operatorius est vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Si.n. operatus est sermo cælestis in alijs rebus, non operatur in cælestibus sacramentis? Ergo ex pane corpus fit Christi, & vinum fit sanguis consecratione verbi cælestis. Modũ requiris? Accipe. Consuetudo est, vt nõ generetur homo, nisi ex viro & mulliere: sed quia voluit Dominus, de Spũsctõ & virgine natus est Christus. AVG. de Ver. Do. Sicut ergo per Spiritum sanctũ vera caro sine coitu

creatur: ita & per eundem substantia panis & vini, i. corpus Christi & sanguis consecratur: & ideo quia verbo Dñi fit prædicta consecratio subditur. {Benedixit. REMI. Per hoc etiam monstrauit, quia humanam naturam, vna cum Patre & Spiritu sancto glia diuinæ virtutis impleuit, & æternæ immortalitatis munere ditauit. Sed vt monstraret, quia corpus eius non absq; sua voluntate subiectum erat passioni subditur: Ac fregit. AVG. in lib. Sentẽ. Prosperi. Cum.n. frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud q̃ Dñici corporis immolatio in cruce eiusque sanguinis effusio de latere designatur? DIONY. in Eccle. Hierar. In hoc etiam oñditur, q̃ vnum & simplex Dei verbum per humanationem compositum, & visibile ad nos peruenit, & ad se nostram societatem benigne peragens, spiritalium bonorũ distributorum nos participes fecit. vnde sequitur: Deditq; discipulis suis. LEO Papa in Ser. de passi. Nec ab hoc quidem mysterio traditore subm oto, vt ostenderetur Iudas nulla iniuria exasperatus, qui impietate voluntaria erat præcitus. AVG. super Io. Devno. n. pane & Petrus accepit & Iudas, sed Petrus accepit ad vitã, Iudas ad mortem. CHRY. in Ho. Et hoc Ioannes oñdit dicẽs: Q̃m post hæc intrauit in eum Sathanas. Etenim maius peccatum est factum, & q̃m cum tali mente ad mysteria accessit, & q̃m cum accessisset, non factus est melior, neque timore, neque beneficio, neque honore. Christus autem non prohibuit eum q̃ is omnia nouerit, vt discas q̃m nihil dereliquit eorum, quæ in corruptionem conueniunt. REMI. In hoc etiam facto reliquit exemplum Ecclesiæ, vt neminem a societate sui, neque a cõione corporis & sanguinis Dñi segreget, nisi pro aliquo manifesto & publico crimine. HILA. Vel sine Iuda, Pascha accepto calice & fracto pane conficitur, dignus. n. æternorum sacramentorum cõione non fuerat. Discessisse autem eum hinc intell'r, quòd cum turbis reuersus oñditur. Sequitur: {Et ait, accipite & comedite.} AVGVST. de Verb. Domini. Inuitat Dominus seruos, vt præparet eis cibum seipsum. Sed quis audeat manducare Dominum suum? & quidem quando manducatur reficit, sed non deficit. viuit manducatus, quia surrexit occisus, nec quando manducatur partes de illo facimus, & quidem in sacramento sic fit. Norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi. vnusquisque partem suam accipit. Per partes manducatur in sacramento & integer manet, totus in cælo, totus in corde tuo. Ideo autem ista dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur, & aliud intelligitur. quod videtur habet speciem corporalem, quod intelligitur, fructum habet spiritualem. AVGVSTINVS. super Ioannem. Carnem autem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali faciunt · sed vsque ad spiritus participationem manducemus, vt in Domini corpore tanquàm membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur. AMBROSIVS. de Sacramentis. Ante enim quàm consecretur panis est: vbi autem verba Christi accesserint dicentis: {Hoc est corpus meum} corpus Christi est.

h ¶ REMIG. Quia corpus suum sub specie panis, Dominus discipulis dederat pulchrę etiam calicem sui sanguinis tradit eisdem. vnde dicitur: {Et accipiens calicem gratias egit.} In quo demonstrat quantum de nostra salute gratuletur, pro quibus etiam, sanguinem suum funderet. CHRYSOSTOMVS. in Homil. Ideo etiam gratias egit, vt nos doceret qualiter oporteret nos hoc mysterium perficere, & etiam monstrauit quoniam ad passionem non venit nolens. Erudiuit enim nos quodcumque patimur cum gratiarum actione ferre, & etiam ex hoc bonam spem nobis dedit. Si enim figura huius, sacrificij, scilicet immolatio agni paschalis, facta est liberatio populi ab Aegyptiaca seruitute, multo magis veritas liberabit orbem terrarum. Sequitur: {Et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes.} Ne autem hæc audientes turbarentur, primum ipse sanguinem suum bibit, indicens eos sine turbatione ad communionem mysteriorum. HIERONY. contra Heluidium: Sic igitur Dominus Iesus fuit cõiuia & conuiuium, ipse comedens & qui comeditur. Sequitur: {Hic est sanguis meus noui testamenti. CHRY. in Hom. Hoc est annunciationis legis nouæ, hoc enim promittebat vetus testamentum quod continet nouum. Sicut.n. vetus testamentum habuit sanguinẽ vitulorũ & ouiũ, ita nouum habet sanguinẽ dñici.

REMI

REMIG. Sicut enim legitur, quia accepit Moyses sanguinem agni & misit in crateram, & intincto fasciculo hisopi aspersit populum dicens, hic est sanguis testamenti quod mandauit ad nos Deus. CHRY. in Hom. Sanguinem autem nominans, & passionem suam pronunciat dicens: Qui pro multis effundetur. Et rursus dicit mortis causam cum subdit: In remissionem peccatorum: quasi dicat, sanguis agni in Aegypto effusus est pro salute primogenitorũ populi Israelis, hic autem in remissionem peccatorum vniuersi orbis terrarũ. REM. Et notandum, quia nõ ait: Pro paucis, aut pro omnibus: sed pro multis, quia non venerat vnam tantum gentem redimere: sed multos de omnibus gentibus. CHRY. in Ho. Hoc autem dicens, ostendit quòd passio eius mysterium est salutis humanę, per quod etiam discipulos consolatur. Et sicut Moyses ait: Hoc erit vobis memoriale sempiternum, ita & ipse dixit, vt Lucas refert: Hoc facite in meam commemorationem. REM. Non solum autẽ panẽ, sed etiam vinũ offerendũ docuit, vt esurientes & sitientes iustitiã his mysterijs doceret esse recreãdos. GLO. Sicut enim corporalis refectio sit per cibum & potum: ita sub specie cibi & potus nobis spiritualem refectionem dominus præparauit. Conueniens etiam fuit ad signandum Dominicam passionem, vt sub duplici specie hoc sacramentum institueretur. In passione enim sanguinem suum effudit, & sic sanguis eius fuit a corpore separatus. Oportuit ergo ad Dominicam passionem repræsentandam, seorsum proponi panem & vinum, quę sunt corporis & sanguinis sacramenta. Sciendum tamen est, quòd sub vtraque specie totus Christus continetur, sub specie quidem panis simul sanguis cum corpore, & sub specie vini simul corpus cũ sanguine. AMB. in Epistola ad Corin. Ideo etiam in duabus speciebus celebratur: valet enim ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus. CYPRI. ad Cæcilium epist. 3. lib. 2. Calix vero Domini non est aqua sola & vinum solum: nisi vtrũque misceatur. quo nec corpus Domini potest esse farina sola aut aqua sola: nisi vtrũque fuerit adunatum. AMB. de Sacra. Si autem Melchisedech panem & vinum obtulit, quid sibi vult aquæ mistio? Accipe rationem: Tetigit Moyses petram, & petra vndam maximam fudit, petra autem erat Christus, & vnus de militibus lancea tetigit latus Christi, & de latere eius aqua fluxit & sanguis, aqua vt mundaret, sanguis vt redimeret. REMI. Sciendum etiam, quòd vt Ioannes dicit: Aquæ multę populi sunt. Et quia nos oportet semper manere in Christo, & Christum in nobis, vinum aquæ mistum offertur, vt ostendatur quia caput & membra, idest Christus, & Ecclesia, vnum sunt corpus, vel vt demonstretur, quia nec Christus passus est absque amore nostræ redemptionis, nec nos saluari possumus absque illius passione. CHRYSO. in Ho. Quia vero de passione & cruce eis locutus erat, consequenter eum qui de resurrectione est sermonem inducit dicens. {Dico autem vobis, non bibam ammodo de hoc geni. vi. vsque in di. il. cum il. bi. vobi. no. in regno patris mei.} Regnum autem resurrectionem suam nominat. Ideo autem hoc de resurrectione dixit, quòd scilicet cũ Apostolis esset bibiturus, ne aliqui existimarent phantasiam esse resurrectionem: & ideo per suadetes hominibus de Christi resurrectione dixerunt: Simul comedimus & bibimus cum eo, postquàm resurrexit a mortuis: per hoc ergo ostendit, quòd videbunt eum clare fusciitatum, & cum ipsis rursus erit. Quod autem dicit: Nouũ intelligendum est noue, idest nouo modo, non quasi corpus passibile habens & indigens cibo. Non enim post resurrectionem comedit & bibit, quia cibo indigeret, sed propter resurrectionis certitudinem. Quia vero sunt quidam Hæretici in sacris mysterijs aqua vtentes non vino, demonstrat per hæc verba, quoniam & cũ sacra mysteria tradidit vinum dedit, quod & resuscitatus bibit. propter hoc, dicit: Ex hoc genimine vitis. Vitis enim vinum non aquam generat. HIERO. Vel aliter: De carnalibus dominus transit ad spiritualia, quòd vinea de Aegypto transplantata populus sit Israel, sacra scriptura testatur. dicit ergo dominus se de hac vinea nequaquàm esse bibituru, nisi in regno patris. Regnum patris fidem puto esse credentium. ergo cum Iudæi regnum receperint patris, tunc de vino eorum Dns bibet. Attende autem q̃ dicat: Patris & non Dei. Omnis. n. pater nomen est filij, ac si diceret, cum crediderint in Deum patrem, & adduxerit eos pater ad filiũ. REMI. Vel aliter: Non bibam de geni. vi. huius, i. non vltra synagogę carnalibus oblationibus delectabor, in quibus illa paschalis agni immolatio præcipuum locum tenere solebat: Aderit autem tempus mẽæ resurrectionis & dies, in quo in regno patris constitutus, i. gloria æternæ immortalitatis sublimatus, vobiscum illud bibam nouum, hoc est de saluatione illius populi iam renouati q̃ aquam baptismatis, quasi nouo gaudio lætabor. AVG. de Quę. Euan. Vel aliter, cum dicit: Bibam illud nouum. vult intelligi hoc vetus esse. Quia ergo de propagine Adam, qui vetus homo appellatur, corp⁹ suscepit, quod i passione morti traditurus erat: vnde etiam per vini sacramentum commẽdauit sãguinem suũ, quid aliud nouum vinum quàm immortalitatem renouandorum corporum intelligere debemus? Q̃d autem dicit: Vobiscũ bibã. ẽt ipsis resurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit. vobiscum. n. non ad idem tempus, sed ad eandem innouationem esse dictum accipiendum est. nam & nos dicit Apostolus resurrexisse cum Christo, vt spes rei futuræ iam lætitiam præsentem afferat. Quòd autem de hoc genimine vitis, etiam illud nouum esse dicit, significat vtique eadem corpora resurrectura secundum innouationem cælestem, quæ nunc secundum terrenam vetustatem sunt moritura. HILAR. Videtur autem ex hoc, quòd Iudas cum eo non biberit, quia non erat bibiturus in regno, cum vniuersos tunc bibentes ex vitis ista fructu bibituros secum postea polliceretur. GLO. Sed sustinendo aliorum sanctorum sententiã, quòd. s. Iudas sacramenta receperit a Christo, dicendum est, quod hic dicit, Vobiscum, ad plures eorum non ad omnes referendũ est.

i ¶ ORIGE. Discipulos qui acceperant benedictionis panem, & biberant calicem gratiarum actionis, docebat dominus p his oibus hymnum dicere patri. vnde dr: {hym. di. exie. in mõ. ol.} vt de alto transiret ad altũ, quia fidelis non põt aliquid agere in cõualle. CHRY. in ho. Audiant quicũq; velut porci simplr mãducantes cũ ebrietate surgunt, cũ deceret gras agere, & in hymnũ mẽsam desinere. Audiant quicũq; vltimam orationẽ in sacris mysterijs non expectant. vltima. n. oro illius hymni est signũ. Gras ergo egit anteq̃ sacra mysteria discipulis daret, vt & nos gras ageremus. Hymnũ dixit postq̃ dedit, vt & nos hoc ipsum faciamus. HIE. Iuxta hoc exemplũ Saluatoris, q̃ pane Christi, & calice sacuratus, & inebriatus fuerit, potest laudare Deũ, & conscendere monte oliueti, vbi laborum refectio doloris q̃; solatium, & veri luminis notitia est. HIL. Per hoc ẽt oñdit, q̃ hoies consummati in vniuersis diuinorum mysteriorũ virtutibus, gaudio exultationeq; cõi in cęlestem gloriã efferunt. ORI. Apte ẽt mons misericordiæ est electus, vbi pnunciaturus fuit scandalum infirmitatis discipulorum, iam tunc paratus vt non repelleret discipulos discedentes, sed vt reciperet reuertentes. vñ sequit: {Tunc di. il. Iesus. Oẽs vos scandalizabimini in me in ista no.} HIE. Prædicit quidẽ q̃d passuri sunt, vt cũ passi fuerint non desperẽt saluti, sed agentes pniam, liberentur. CHRY. in Ho. In quo ẽt docet nos, quales añ crucẽ fuerunt discipuli, & quales post crucẽ. Et. n. qui neq; cum Christo, dñi crucifigebatur stare poterant, post mortẽ Christi adamãte fuerũt fortiores. Fuga. n. discipulorũ & timor demonstratio est mortis Christi vt confundant qui hereſi Marcionis ægrotant. Si. n. neq; ligatus est neq; crucifixus: vñ Petro & reliqs Aplis incussus est tãtus timor? HIE. Et signãter addit: In ista nocte. quia quo qui inebriant, nocte inebriantur, sic & q̃ scandalum patiuntur, in nocte & tenebris sustinent. HIL. Huius etiã prædicationis fides authoritate prophetiæ veteris continebatur, vñ sequit. {Scriptum est. n. percu. Pastore & disper. oues gregis.} HIERO. Hoc alijs verbis in Zacharia propheta scriptum est, & ex persona Prophetæ ad Deum dicitur: Percute Pastorem & dispergentur oues. percutitur autem Pastor bonus, vt ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregibus errantiũ, fiat vnus Grex & vnus Pastor. CHRYSO. in Ho. hanc autem Prophetiam inducit, simul quidem suadens eis attendere semper quæ scripta sunt, simul etiam ostendens quoniã secundum Dei consilium crucifigebatur, & vndiq; monstrans non alienum se esse a veteri testamento, qui in eo prænunciabatur. non autem permisit eos in tristibus permanere: sed & læta prænunciat dicens: Postquàm autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. non enim confestim post resurrectionem in cælo eis apparuit: neque in longam quandam regionem, vt eis appareat vadit: sed in ipsa gente, & in ipsis fere regionibus, vt & hinc crederent, quoniam qui crucifixus est, ipse est qui resurrexit. Propter hoc etiam se in Galilæam abire dicit, vt a timore Iudæorum liberati, crederent ei quod dicebatur. ORIGEN. Prædicit etiam hoc eis, vt qui ad modicum disperguntur scandalum passi, post congregentur a resurgente Christo, & præcedente eos in Galilæam gentiũ. HILAR. Sed Petrus in tantum, & affectu & charitate Christi efferebatur,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

gregis. Postquàm autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequàm gallus cantet, ter me negabis. Ait illi

efferebatur,vt & imbecillitatem carnis suæ,& fidem verborum domini non contueretur,quasi dicta eius efficienda non essent.vñ sequitur: {Respondens Petrus ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te,ego numquàm scandalizabor. CHRYSO. in Hom. Quid ais o Petre? Propheta dixit: Dispergentur oues, & Christus cõfirmauit quod dictum est, & tu dicis: Nequaquã. Quando dixit:{Vnus ex vobis me tradet,} timebas ne tu esses traditor,q̃uis nihil tibi tale conscius eras,nunc autem manifeste eo dicente, q̃m oẽs scãdalizabimini,cõtradicit:sed quia erutus erat ab anxietate, quã de perditione habuerat, confidens de reliquo dicebat:{Ego numquam scandalizabor. HIERO. Non tamen est temeritas nec mẽdacium, sed fides est Apostoli Petri: & ardens affectus erga Dominum saluatorem. REMIG. Quod ergo ille dicit præuidendo,iste denegat amando,vbi moraliter instruimur, vt quantum confidimus de ardore fidei,tantum timeamus de carnis fragilitate.videtur tamen accusabilis Petrus, & quoniam contradixit, & quoniam alijs seipsum præposuit, & tertio,quoniam totum sibi attribuit, quasi fortiter esset perseueraturus: vt hoc igitur in eo sanaret,permisit fieri eius casum, non impellens eum ad negãdum, sed eum sibi deserens,& naturam humanam de fragilitate conuincens. ORIG. vnde alij discipuli scandalizati sunt in Iesu:Petrus autem non solum scandalizatur:sed abundantius relinquitur,vt ter denegaret. vnde sequitur:{Ait illi Iesus:Amen dico tibi,quia in hac nocte an-
Lib. 8.ca.2. tequam gallus cantet,ter me negabis. AVGVST. de Concor. Euange. Potest autem mouere, quòd tam diuersa non tantũ verba:sed etiam sententias Euangelistæ præmittunt, quibus præmonitus Petrus,illam præsumptionem proferret, vel cum Domino, vel pro Domino moriendi, ita vt cogant intelligibiliter eum expressisse præsumptionem suam, diuersis locis sermonis Christi,& ter illi a Domino responsum, quòd eum esset ante galli cantum ter negaturus, sicut etiam post resurrectionem ter illum interrogat,vtrum illum amet,& mandatum de pascendis ouibus ter præcepit. Quid enim habent hæc verba Matthæi, vel sententiæ simile illis, quibus secundum Ioannem, vel quibus secundum Lucam Petrus protulit præsumptionem suam? Marcus autem pene ipsis verbis hoc commemorat, quibus & Matthæus, nisi quòd distinctius quemadmodum futurum esset, expressit dictum esse a Domino: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquàm bis gallus vocem dederit,ter me es negaturus.vnde nonnullis,qui parum attendunt,Marcus videtur non congruere cæteris.tota enim negatio Petri trina est,quę si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres Euangelistæ, qui dicunt dixisse dominum, quòd antequàm gallus cantaret, cum Petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset, quàm cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona Domini: Priusquàm gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus.Sed quia ante primum galli cantum cępta est illa trina negatio,attenderunt tres Euangelistæ, non quando eam cõpleturus esset Petrus,sed quando futura esset,& quando incæptura, idest ante galli cantum quàmquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota possit intelligi, quoniam ante galli cantum tantus timor obsederat mentem, qui eam posset vsque ad tertiam negationem perducere. Multominus igitur mouere debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus, ante galli cantũ cępta, etsi non ante primum galli cantum peracta est, tanquàm si alicui diceretur:Antequàm gallus cantet,ad me scribes Epistolam. in qua mihi ter conuiciaberis, non vtique si eam ante omnem galli cantum scribere inciperet, & post primum galli cantum finiret: ideo dicendum erat falsum fuisse prædictum. ORIGE. Quæreres autem,si possibile erat,vt non scandalizaret Petrus, semel Saluatore dicente, quoniam omnes vos scandalum patiemini in me. Ad quod aliquis respondebit, quoniam necesse erat fieri, quod prædictum erat a Iesu. Alius autem dicet.quoniam qui exoratus a Niniuitis, quæ prædixerat per Ionam non fecit, possibile fuit vt repelleret etiam scandalum a Petro deprecante.Nunc autẽ promissio eius audax in affectu quidem prompto,non sine prudẽti facta est ei causa, vt non solum scandalizaretur, verũ etiam ter denegaret. postquàm autem cum affirmatione iuramenti pronũciauit,dicet aliquis, quòd non erat possibile,vt non denegaret. Si enim iuramentum erat Christi,amen, mentitus fuisset dicendo: {Amen dico tibi. si verum dixisset Petrus, quia non te negabo.} Videntur autem mihi cæteri discipuli cogitantes, quod primum fuerat dictum. Omnes vos scandalum patiemini. Ad hoc autem

Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

K Tunc venit Iesus cum illis, in villam quæ dicitur Gethsemani. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro, &

F quod dictum est Petro:Amen dico tibi.promiserunt similiter Petro,quia non erant compræhensi in illa Prophetia,vnde sequitur: {Ait illi Petrus:Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo.}Similiter & omnes discipuli dixerunt, hic etiam Petrus, nescit quid loquatur: Cum Iesu enim mori pro omnibus moriente hominum non erat, quoniam omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebãt, vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro alijs. RABA. Sed quia intellexerat Petrus Dominum præ timore mortis, eum se prædixisse negaturum, ob hoc dicebat, ꝙ licet periculum imineret mortis, nullo modo ab eius fide posset auelli,& similiter alij Apostoli per ardorem mentis non timuerunt damnum mortis: sed vana fuit p̃sumptio humana,sine protectione diuina. CHRY. in Ho. Hinc ergo magnum discimus dogma,quòd non sufficit desiderium hominis:nisi diuino aliquis potiatur auxilio.

K ¶ REM. Paulo superius Euangelista dixerat,quia hymno iam dicto,exijt cum discipulis in montem olueti,& vt ostenderet ad quem locum ipsius montis diuerterit, consequenter adiunxit: {Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani. RABA. Lucas dicit:In montem olueti. Ioannes trans torrẽtem Cedron.quod idem est quod Gethsemani,& est locus in quo orauit ad radicem montis olueti,vbi hortus est,vbi etiam Ecclesia est
H ædificata. HIER. Gethsemani interpretatur Vallis pinguissima,in qua iussit discipulos sedere paulisper,& expectare redeuntem,donec pro cunctis dominus solus oraret. ORIG. Non.n. Trac.35. conueniebat vt ibi caperetur, vbi cum discipulis manducauerat Pascha,conueniebat autem & priusq̃ proderetur orare,& eligere locum mundum ad orationem.vnde sequitur:{Et dixit discipulis suis,se.hic do.va.il.& orem. CHRY. in Ho. Hoc autem dicit, Hom.84. quia discipuli indiuisibiliter sequebantur Christum. consuetudo enim erat sine discipulis orare, hoc autem faciebat erudiens nos in orationibus quietem nobis cõstituere & solitudinem quærere. DAMA. in Lib.3. Sed cum oratio sit ascensus intellectus ad Cap.24. Deum. vel petitio decentium a Deo, qualiter dominus orabat? Neque enim ascensione, quæ ad Deum est, indigebat intellectus eius,semel secundum personam Deo verbo vnitus:neq; ét ea quæ a Deo est petitione:vnus enim Deus & homo Christus est.Sed formans in seipso quod nostrum est, docuit nos a Deo patre petere,
I & ad ipsum extendi:sicut enim passiones sustinuit,vt triumphans aduersus eas victoriam nobis tribueret: ita orat nobis viam faciẽs ad eam,quæ ad Deum est ascensionem, & pro nobis omnem iustitiam implens, & reconcilians nobis patrem suum, & vt principiũ ipsum honorans & monstrans, quòd non est Deo contrarius. REMIG. Cum autem dominus in monte orauit, docuit nos in oratione pro cælestibus Dominum supplicare. Cum vero in villa orauit, nos instruxit, vt in oratione semper humilitatem seruare studeamus. RABA. Pulchre autem appropinquans passioni, in valle pinguedinis orasse dicitur, vt demonstraret, quòd per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis mortem pro nobis susceperit. Moraliter etiam nos instruxit, vt non gestemus cor aridum a pinguedine charitatis. REMI. Appropinquans morti Dominus, in valle pinguedinis orauit, quia per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortem subijt.Quia vero fidem discipulorum & constantiam deuotæ sibi voluntatis acceperat: sed turbandos illos & disper-
K gendos præsciebat: ideo iussit eos in loco sedere. nam sedere requiescentis est, laboraturi enim erant eum negaturi. Qualiter autem progressus sit, manifestat cum subiungit: {Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cæpit contristari & mœstus esse.}Illos videlicet assumpsit, quibus in monte claritatem suæ maiestatis ostenderat. HILARIVS. Sed quia dicit: Cæpit contristari & mœstus esse,Hæreticorum omnis hic sensus est, vt opinentur metum mortis in Dei filium incidisse,quia asserunt non de æternitate prolatum,neque de infinitate paternæ substantiæ extitisse:sed ex nihilo per eum qui omnia creauit,effectum: & ideo in eo doloris anxietas:ideo metus mortis, vt qui mortem timere potuit & mori possit,qui vero mori potuit,licet in futurum erit, non tamen per eum qui se genuit ex præterito sit ęternus, quòd si per fidem capaces Euangeliorum essent, scirent verbum in principio Deum: & hoc in principio apud Deum: & eandem esse æternitatem gignentis & geniti.Sed si virtutem illam incorruptæ substantiæ imbecillitatis suæ, forte assumptio carnis infecerit, vt sit ad dolorem infirma, ad mortem trepida, iam & corruptioni subdita erit, ac si æternitate demutata in metũ, hoc quod

in ea

duobus filiis Zebedæi, cœpit cõtristari,& mœstus esse. Tũc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Sustinete hic,& vigilate mecum.

l Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, trãseat a me calix iste. Verũtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic, non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus est:

in ea est poterit aliquando non esse. Deus autem sine mensura tẽporum semper est,& qualis est,talis semper æternus est. Mori igitur nihil in Deo potuit,nec ex se met' Deo vllus est. HIERO. Nos autem ita dicimus hominem passibilem a Dei filio susceptũ, vt deitas impassibilis permaneret. Passus est enim Dei filius non putatiue,sed vere omnia,quæ scriptura testatur, secũdum illud quod pati poterat,secundum.s. substantiã assumptam. HILA. 1.de Trini.Puto autẽ non alia hic ad timendum quàm passionis, & mortis causa a quibusdam prætenditur. Interrogo autem eos, qui hoc ita existimant,an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnem ab Apostolis timorem mortis expellens ad gloriam eos sit martyrii adhortatus. quid enim ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est,qui pro se morientibus vitã rependit? Deinde,quem dolorem mortis timeret,potestatis suæ libertate moriturus?Si etiam passio honorificatura eum erat, quomodo tristem eum metus passionis effecerat?.HILA.Quia ergo mœstum Dominum fuisse legimus,causas męstitiæ reperiamus.admonuerat superius omnes scandalizandos:Petrum etiam Dominus ter negaturum esse respondit, assumptisque eo, & Iacobo,& Ioãne cœpit tristis esse:ergo non ante tristis est quàm assummit: sed omnis metus illis esse cœpit assumptis,atque ita nõ de se orta est:sed de eis,quos assumpserat mœstitudo. HIERO. Contristabatur ergo Dominus non timore patiendi,qui ad hoc venerat, vt pateretur, & Petrum temeritatis arguerat,sed propter infœlicissimum Iudam, &
Cap.23. scãdalum oĩum Apostorum, & reiectionẽ, vel reprobationẽ populi Iudæorum,& euersionẽ miseræ Hierusalẽ. DAMA.in Li.3.Vel aliter. Omnia quæ a non ante ad esse deducta sunt a cõditore, existendi naturaliter desiderium habent, & non existere naturaliter fugiunt. Deus igitur verbum homo factus est:habuit hoc desiderium,quo desiderauit escam, & potum,& somnum,quibus.s.conseruatur vita,& naturaliter experientia horum vsus est, & econtrario,corruptiua reformidauit.vnde & tempore passionis, quam voluntarie sustinuit,habuit mortis timorem naturalem, & tristitiam:est enim timor naturalis quo anima non vult diuidi a corpore,propter naturalem familiaritatem,quam ei a principio conditor verum imposuit. HIERO. Dominus ergo noster vt veritatem assumpti probaret hominis,vere quidem contristatus est, sed ne passio in animo illius dominaretur, per passionem cœpit contristari:aliud est enim contristari,& aliud incipere contristari. REMI. Destruuntur autem in hoc loco Manichæi,qui dixerunt illum phantasticum corpus assumpsisse: nihilominus & illi qui dixe-
Quæst. 80. runt eum veram animam non habuisse,sed loco animæ diuinitatẽ. AVG. in Lib. lxxxiij. Quæst. Habemus enim euangelistarum narrationes,per quas Christum & natum de beata virgine Maria cognouimus,& compręhensum a Iudæis & flagellatum, & crucifixum atque interfectum,& sepultum in monumento,quæ omnia intelligere sine corpore nemo potest facta esse, nec figurate accipiẽda quisquam vel dementissimus dixerit,cum dicta sint ab eis, qui res gestas vt meminerant,narrauerunt. Sic ergo isti corpus eũ habuisse testantur,sicut & eum habuisse indicãt animam affectiones illæ quæ non possunt esse nisi in anima, quas nihilominus eisdem euangelistis narrantibus legimus:Et miratus est Iesus,& iratus,& contristatus. AMB. super Lucam: Cum ergo in euangelio ista referuntur,non falso vtique referuntur. verum ille hos motus certissimę dispensationis gratia ita cum voluit suscepit animo humano,vt cum voluit factus est homo. Habemus quidem & nos huius
Cap. 20. modi affectus ex humanæ conditionis infirmitate, non autem ita Dominus Iesus,cuius infirmitas fuit ex potestate. DAMA.in 3. Libro. Quapropter naturales nostræ passiones secundum naturã, & supra naturam fuerunt in Christo. secundum naturam enim, quia permittebat carni pati,quæ propria.super naturam autem, quia non præcedebant in eo voluntatem naturalia.nihil enim coactum in Christo consideratur:sed omnia voluntaria.volens enim esuriuit,volens timuit,& contristatus est.Et ideo de manifestatione tristitiæ subditur.{ Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem.} AMB.super Lucam. Tristis autem est,non ipse,sed anima.Non enim tristis sapientia,non diuina substantia, sed anima.suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. HIE. Non autem propter mortem, sed vsque ad mortem dicitur contristatus,donec Apostolos sua liberet pasione.Dicant qui irrationabilem Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo cotristetur,& nouerit tempus tristitiæ,quàmuis enim & bruta mereant animalia:tamen non nouerunt nec causas,neque tempus vsque ad quod debeant contristari. ORI. Vel aliter:Tristis est anima mea

A vsque ad mortẽ,quasi dicat:Tristitia cœpta est in me,non semper, sed vsque ad tempus mortis,vt cum mortuus fuero peccato, moriar & vniuersę tristitiæ,cuius principium tantum fuit in me.Sequitur:{Sustinete hic,& vigilate mecum,ac si dicat. Cæteros quidem iussi sedere ibi,quasi infirmiores ab agone isto seruans eos securos,vos autem quasi firmiores adduxi, vt collaboretis mecũ in vigiliis,& orationibus: tamen & vos manete hic,vt vnusquisque in gradu suæ vocationis consistat, q̃m omnis gratia, quàmuis fuerit magna, habet superiorẽ. HIE. Vel ideo a somno p̃-
B hibet,cuius tempus non erat iminente discrimine, sed a somno infidelitatis,& torpore mentis.

l ¶ ORI. Petrum magis de se confidentem,& alios adduxit,vt Tract.35. videant cadentem in faciem & orantem,& discant non magna,sed humilia de se sapere,nec veloces esse ad promittendum, sed solliciti ad orãdum.& ideo dicitur:{Et progressus pusillum.}Nolebat enim longe fieri ab eis,sed iuxta eos constitutus orare,& qui dixerat:Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. laudabiliter se humilians cadit in faciem.vnde sequitur.{Procidit in fa.suã orãs, & dicens: Mi pater,si possibile est,transeat a me calix iste.}Manifestans autem in oratione sua deuotionem,quasi dilectus,& complacens dispositioni patris, addidit:{Verumtamen, non sicut ego volo,sed sicut tu.}Docens,vt non oremus fieri nostram voluntatem,sed Dei. Ẽm autem ꝙ cœpit pauere,& tristari,secundum hoc orat calicem pasionis transire,& non sicut ipse vult, sed sicut pa-
C ter:hoc est non secundum substantiam eius diuinam, & impasibilem,sed secundum naturam humanam,& infirmam. suscipiens.n. naturam carnis humanæ omnes proprietates impleuit, vt non in phantasia habuisse carnem æstimaretur,sed in veritate. Proprium est autem hominis fidelis,primum quidem nolle pati aliquid doloris,maxime quod ducit vsque ad mortem, quia homo carnalis est.si autem sic voluerit Deus acquiescere, quia fidelis est. nam sicut multum confidere non debemus,ne nostram uirtutem videamus profiteri,sic diffidere non debemus, ne Dei adiutoris nostri impotentiam videamur pronunciare. Notandum est autem,quoniam Marcus quidem & Lucas hoc ipsum scripserunt: Ioannes autem orantem Iesum, vt transiret ab eo calix, non introducit, quoniam hi magis secundum humanam naturam eius exponunt de eo,quàm secundum diuinam: Ioannes autem magis secundum diuinam. Aliter autem Iesus videns qualia erant Iudæi passuri
D petentes eum ad mortem,dicebat.{Pater,si possibile est, transeat a me calix iste}HIE. Vnde signanter dicit.{ Calix iste.} hoc est populi Iudæorum,qui excusationem ignorantiæ habere non possunt si me occiderint:habentes legẽ,& Prophetas,q̃ me vaticinantur. ORI. Rursus videns quanta vtilitas totius mundi esset futura per pasionem ipsius,dicebat:{Sed non sicut ego volo, sed sicut tu}.i.si possibile est,ut sine pasione mea omnia ista bona proueniant,quæ per pasionem meam sunt prouentura: transeat pasio hæc a me,ut & mundus saluetur,& Iudæi in pasione mea non pereant. Si autem sine perditione quorundam multorum salus non potest introduci,quantum ad iustitiam tuam, non transeat. Calicem autem hunc qui bibitur: pasionis in multis locis nominat scriptura. Bibit autem calicem totum qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatum. Effundit autem accipiens, qui denegat ne aliquid patiatur. AVG de Con.euan.Et ne quis eum Lib.3.cap.4 putaret patris minuisse potestatem,non dixit:Si facere põt,sed{Si
E fieri potest,}vel {si possibile est,}ac si diceretur.Si uis.Fieri.n. potest quod ille voluerit.vnde & Lucas hoc ipsum plani' intimauit. non enim ait:Si fieri potest,sed si vis. HILA. Vel aliter, nõ ait: Transeat a me calix iste.hæc enim esset pro se timentis oratio. ꝙ autem vt a se transeat,rogat:non ut ipse prætereatur orat, sed ut in alterum illud quod ad se transit, accidat. Totus igitur supra eos qui passuri erant metus est,atque ideo pro his orat qui passuri post se erant,dicens: Transeat calix a me.i.quomodo a me bibit: ita ab his bibatur,sine spei diffidentia,sine sensu doloris,sine metu mortis.Ideo autem ait:{Si possibile est,quia carni & sanguini horum terror est.& difficile est eorum acerbitate corpora non uinci humana.Quod autem ait:{Non sicut ego uolo,sed sicut tu.}Vellet quidem eos non pati,ne forte in pasione diffidant, si coheredi tatis suæ gloriam sine pasionis suæ difficultate mereantur. Non ergo ut non patiantur rogat,dicens: {Non vt ego volo, sed vt tu. ait,eo ꝙ pater vult vt bibendi calicis in eos ex ipso transeat fortitudo,quia ex voluntate patris,non tam per Christum uinci diabolum,q̃ etiam per eius discipulos oportebat. AVG. in Enchir. Sic igitur Christus hominem gerens ostendit priuatam quandã

hominis

Universidad de Deusto Biblioteca

hominis voluntatem,in qua & ſuam,& noſtram figurauit, qui caput noſtrum eſt,cum dicit:{Tranſeat a me.}Hæc enim erat humana voluntas proprium aliquid tanquam priuatum volens, ſed q̄a rectum vult eſſe hominẽ, & ad Deum dirigi,ſubdit{ Verũtamen, non ſicut ego volo,ſed ſicut tu,}ac ſi diceret:vide te in me,quia potes aliquid proprium velle,& ſi Deus aliud velit conceditur hoc humanæ fragilitati. hæc vox capitis, ſalus eſt totius corporis. De paſ.Dñi Serm.7. LEO. Papa in Ser. de paſ. Hæc vox oẽs fideles inſtruit,omnes confeſſores accendit: omnes Martyres coronauit.

caro autem infirma. Iterum ſecundo abiit,& orauit dicens. Pater mi,ſi non poteſt hic calix trãſire,niſi bibam illum,fiat voluntas tua.Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati: Et relictis illis iterum abiit & orauit tertio

Nam quis mundi odia,quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorũ ſuperare terrores,niſi Chriſtus in omnibus,& pro oĩbus patri diceret,fiat voluntas tua?Diſcant igitur hanc vocem omnes eccleſiæ filii,vt cum aduerſitas violenter alicuius tentationis incumbit,ſeparato timore formidinis,accipiant tollerantiam paſſionis.ORI. Puſillum aũt progrediente Ieſu ab eis,nec vna hora potuerunt vigilare eo abſente,propter quod oremus,vt nec modicum aliquando Ieſus progrediatur. Sequitur.{Et ve.ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes.CHRY. in Homi.Quia tempus in tempeſtę noctis erat,& oculi eorum a triſtitia erant grauati. Hom. 84. HILA. Poſtquàm ergo ad diſcipulos redit, & dormientes deprehendit: Petrum arguit.vnde ſequitur.{Et dicit Petro: Sic, non potuiſti vna hora vigilare mecum? } Petrum ideo præ omnibus ex tribus arguit, quia præ cæteris non ſe ſcandalizandum fuerat gloriatus. CHRY.in ho.Sed quia & alii idẽ dixerunt:oĩum etiã infirmitatẽ arguit,qui.n.mori ſimul cũ Chr̃o elegerãt,neq; ſimul cũ eo potuerunt uigilare. ORI. Inueniens aũt eos dormientes ſuſcitat verbo ad audiendũ,& p̄cepit vigilare,dicens.{Vigilate & orate ne intretis in tentationem.}vt primum vigilemus,& ſic vigilantes oremus. Vigilat qui facit opera bona,& qui ſolicite agit ne in aliq̄d tenebroſum dogma incurrat:ſic enim vigilantis exauditur oratio. HIE. Impoſſibile eſt humanam animam non tentari. Ergo non ait: Vigilate,& orate,ne tentemini,ſed {ne intretis in tenta. } hoc eſt,ne vos tentatio ſuperet. HILA. Cur autem ne in tentationẽ venirent admonere eos voluiſſet orare oſtendit,dicens.{Spiritus q̄dem promptus eſt:caro autem infirma.Non enim de ſe hoc dicit: ad eos enim hic ſermo conuerſus eſt. HIERO. Hoc autem eſt aduerſus temerarios,qui quod crediderint putant ſe poſſe conſequi.Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. ORI. Hic conſiderandum eſt,vtrum ſicut omnium caro infirma eſt,ſic omnium ſpiritus promptus eſt, an omnium quidem caro infirma eſt: non autem & omnium hominum ſpiritus promptus eſt,ſed tantum ſanctorum, infidelium autem ſpiritus ſegnis eſt, & caro infirma. Eſt autem & alio modo caro infirma eorum ſolum quorum ſpiritus promptus eſt,qui cum ſpiritu prompto opera carnis mortificant. Hos ergo vult vigilare,& orare,vt non intrent in tentationem, quoniam qui ſpiritualior eſt,ſolicitior debet eſſe,ne magnum bonum ipſi⁹ grauem habeat lapſum. REMI. Vel aliter,his verbis oſtendit ſe veram carnem ex virgine ſumpſiſſe,& veram animam habuiſſe. vnde & nunc dicit ſpiritum ſuum promptum eſſe ad patiendum: carnem vero infirmam timere dolorem paſſionis.Sequitur:{Iterum ſecundo abiit,& orauit dicens: Pater mi,ſi non poteſt calix iſte tranſire niſi bibam illum,fiat voluntas tua.} ORI. Aeſtimo, ꝙ calix ille paſſionis omnino a Ieſu fuerat tranſiturus,ſed cum differentia, vt ſiquidem biberet eum,& ab ipſo tranſiret:poſtmodũ & ab vniuerſo genere hominum. Si autem non biberet eum, ab ipſo quidem forſitan tranſiret,ab hominibus autem non tranſiret.Hunc ergo calicem paſſionis volebat quidem a ſe tranſire,ſic ut omnino neque guſtaret amaritudinem eius: ſi tamen poſſibile eſſet, quantum ad iuſtitiam Dei. Si autem non poterat fieri,magis volebat vt ſumeret eum,& ſic tranſiret ab eo,& ab vniuerſo hominum genere, q̄ vt contra voluntatẽ paternã bibitionem eius effugeret. CHRY. in Homi.Quòd quidem ſecundo,vel tertio orat, ex affectu.ſ.humanę infirmitatis quo mortem timebat, certificat quòd vere fact⁹ eſt homo. Secundo enim vel tertio aliquid fieri,veritatis eſt maxime demonſtratiuum in ſcripturis.vnde Ioſeph dixit Pharaoni. Quod vidiſti ſecundo, ad eandem rem pertinens,ſomnii firmitatis indicium eſt. HIE. Vel aliter.Secundo orat vt ſi Niniue.i.Gẽtilitas aliter ſaluari non poteſt,niſi aruerit cucurbita.i.Iudæa,fiat voluutas patris,quæ non eſt contraria filii voluntati,dicente ipſo per Prophetam,vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. HILA. Vel aliter: Paſſuris diſcipulis omnem in ſe corporis noſtri infirmitatem aſſumpſit,cruciq; ſecum vniuerſa quibus infirmamur affixit:& ideo tranſire ab eo calix non poteſt,niſi illum bi-

F bat,quia pati,niſi ex eius paſſione non poſſumus.HIE. Chriſtus aũt ſolus orat pro oĩbus,ſicut & ſolus patitur pro vniuerſis.Sequitur enim:{Et ve.iterum, & inuenit eos dormi. Erant enim oculi eorum grauati.}Langueſcebant enim.& opprimebantur apoſtolorum oculi negatione vicina. ORI. Puto enim, ꝙ non tantum corporum oculi quãtum animarum grauati erant. nondum enim erat eis ſpiritus datus. vnde non eos reprehendit, ſed vadẽs iterum orauit, docens vt non deficiamus.ſed permaneam⁹ in oratione:donec impetremus ea quæ poſtulare iam cœpimus.

eundem ſermonem dicens.
m Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite iam & requieſcite. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite,eamus.Ecce appropinquauit qui me tradet.

G vnde ſerquitur.{Et relictis illis iterum abiit & orauit tertio. eundem ſermonem, dicens. HIE. Tertio autem orauit,vt in ore duorum,vel trium teſtium ſtaret omne verbum. RABA. Vel ideo tribus vicibus Dominus orauit, vt nos a peccatis præteritis ueniam,& præſentibus malis tutelã,& futuris periculis cautelã oremus,& vt omnem orationem ad patrem,& ad filium,& ad ſpiritũ ſanctum dirigamus,& ut integer ſpiritus noſter, & anima & corpus ſeruetur. AVG. de Quæſt.euan.Non abſurde etiam intelligitur propter trinam tẽtationem paſſionis ter Dñm oraſſe. Sicut Lib.1.c.47 enim tentatio cupiditatis trina eſt: ita tentatio timoris trina eſt. Cupiditati quę in curioſitate eſt,opponitur timor mortis,ſicut.n. in illa cognoſcendarum rerum eſt auiditas, ita & in iſta metus amittendæ talis notitiæ.Cupiditati vero honoris,vel laudis opponitur timor ignominiæ,& contumeliarum. Cupiditati autem voluptatis opponitur timor doloris. REMI.Vel ter orat pro Apoſtolis,& maxime pro Petro,qui ter erat eum negaturus.

H m ¶ HILA. Poſt orationem frequentem,poſt diſcurſus recurſuſq; multiplices metum demit, ſecuritatem reddit, in requiem adhortatur.vnde dicitur.{Tunc venit ad diſ. ſuos,& ait illis: dor. iam,& requi.} CHRY. in Homil.Et quidem tunc vigilare oportebat,ſed hoc dixit,vt oſtenderet,quoniam neque uiſum poſſent ferre futurorum malorum,& quoniam eorum non indiget auxilio,& quoniam omnino tradi eum oportebat. HILA. Vel hoc dicit,quia voluntatem patris de diſcipulis iam ſecurus expectabat, de qua dixerat.{ Fiat uoluntas tua}qua ſcilicet tranſiturum in nos calicem bibens,infirmitatem corporis noſtri,& timoris ſolicitudinem,& ipſum dolorem mortis abſorbuit. ORI.Vel non Tract.35. eſt ille ipſe ſomnus:quem iubet nunc diſcipulos ſuos dormire, & ille qui eis ſuperius ſcribitur contigiſſe. Illic enim dormientes inuenit,non requieſcentes,ſed grauatos oculos habentes,nunc autẽ præcepit eis non ſimpliciter dormire,ſed cum requie,vt ordo ſeruetur,ut primum quidem uigilemus orantes, ut non intremus in tentationem,ut poſtea dormiamus,& requieſcamus,ut cum ali- I quis inuenerit locum Domino, tabernaculum Deo Iacob, aſcendat ſupra lectũ ſtratus ſui,& det ſomnum oculis ſuis. Forſitan aũt & anima non potens ſemper ſufferre labores, quaſi incarnata remiſsiones aliquas ſine reprehenſione conſequetur, quæ moraliter dormitiones dicunt, ut uſq; ad aliquãtum temporis habens remiſſionem renouata reſuſcitetur.HILA.Quòd autem ad eos reuertens dormienteſque reperiens,primum reuerſus obiurgat, ſecundo ſilet, tertio quieſcere iubet,ratio iſta eſt,ꝙ primum poſt reſurrectionem diſperſos eos,& diffidentes ac trepidos reprehendit,ſecundo miſſo ſpiritu paraclito,grauatis ad contuendam euangelij libertatem oculis,uiſitauit:nam aliquãdiu legis amore detẽti,quodam fidei ſomno occupati ſunt.tertio uero.i.claritatis ſuæ reditu ſecuritati eos quietique reſtituet. ORI. Poſtquàm autem reſuſcitauit eos a ſomno, videns in ſpiritu appropinquantem Iudam traditioni, qui nondum uidebatur a diſcipulis eius dicit.{ Ecce K appropin.hora,& filius hominis tradetur in manus peccatorum. CHRY. in Hom.Per hoc autem quod dicit:{ Appropinquauit hora.}oſtendit quoniam diuinæ diſpoſitionis erat quod gerebatur.per hoc autem quod dicit{In manus peccatorum} demõſtrat quoniam illorum nequitiæ hoc opus erat,non ꝙ ipſe delicto eſſet obnoxius. ORI. Sed & nunc in manus peccatorum traditur Ieſus,quando hi qui uidentur Ieſum credere, habent eum in manibus ſuis.cum ſint peccatores.Sed & quotieſcumque iuſtus habẽs in ſe Ieſum in poteſtate factus fuerit peccatorum: Ieſus eſt traditus in manus peccatorum. HIE. Poſtquàm ergo tertio orauerat: & Apoſtolorum timorem ſequente pœnitentia impetrauerat corrigendum ſecurus de paſsione ſua pergit ad perſecutores, & ultro ſe ad interficiendum præbet.unde ſequitur:{Surgite, eamus, quaſi dicat. Non uos inueniant quaſi timentes,ultro pergamus ad mortem,ut confidentiam, & gaudium paſſuri uideant. Sequitur enim{ Ecce appropinquauit qui me tradet. ORI. Non dicit appropinqua uit mihi: nec enim ipſi appropinquabat traditor eius, qui ſe

Lib.3.c.4. qui ſe elongauerat peccatis ſuis ab eo. AVG. de Concor. euan. Videtur autem hic ſermo ſecundum Matthæum ſibiipſi eſſe contrarius. Quomodo enim dixit: Dormite iam & requieſcite: cum connectat:Surgite eamus?qua velut repugnantia quidam commoti,conantur ita prununciare quod dictum eſt:{ Dormite iam, & requieſcite,tamquam ab exprobrante, non a permittente ſit dictum, quod recte fieret ſi eſſet neceſſe. Cũ vero Marcus ita commemorauerit,vt cum dixiſſet{Dormite iã, & requieſcite.}adiungens:Sufficit:& deinde inferret: Venit hora. Ecce tradetur fili⁹ hominis vtique intelligitur poſt illud q̄d eis dictum eſt:{Dormite,& requieſcite,}ſiluiſſe Dominum aliquãtum,ut hoc fieret quod promiſerat,& nunc intuliſſe:{Ecce appropinquauit hora.}Propter quod ſecundum Marcum poſitum eſt. Sufficit.i.ꝙ iam requieſcitis.

n Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis,& fuſtibus miſsi a principibus Sacerdotum, & Senioribus populi: Qui autem tradidit eũ, dedit illis ſignum,dicens. Quẽcumque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit. Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixitque illi Ieſus. Amice,ad quid veniſti? Tunc acceſſerunt ad eum, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.
o Et ecce vnus ex his qui erant cum Ieſu, extẽdens manum exemit gladium ſuum & percutiens B ſeruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tũc

n ¶ GLO. Quia ſuperius dictum eſt,ꝙ Dominus vltro ſe perſecutoribus exhibebat: conſequenter Euangeliſta oſtendit quomodo ſit a perſecutoribus detentus.vnde dicit:{ Adhuc eo loquẽte ecce Iudas vnus de duodecim venit.} REMI. Vnus, videlicet numero:non merito.Hoc autem dixit ad oſtendendum immane facinus illius,qui de apoſtolica dignitate factus fuerat proditor.Sequitur.{Et cum eo turba multa cum gladiis,& fuſtibus.} Vt autẽ Trac.35. oſtenderet Euangeliſta inuidentiæ cauſã illũ deprænhenſum, ſubiungit.{Miſſi a princ.Sacer.& Senio.populi. ORI. Poteſt dicere aliquis,quoniam propter multitudinem eorum,qui iam crediderant,multi venerunt aduerſus eum timentes ne multitudo credentium de manibus eorum tollerent eum. Ego autem æſtimo etiam alteram cauſam,quoniam qui putabant in Beelzebub eiicere ſolere dæmonia, arbitrabantur eum ex quibuſdam maleficiis poſſe effugere de medio volentium eum tenere. Multi etiam nunc ſpiritualibus gladiis militant cõtra Ieſum:variis.ſ.& diuerſis de Deo dogmatibus.Sequitur.{Qui autem tradi.eum dedit eis ſignum, dicens: Quemcũque oſculatus fuero,ipſe eſt,tenete eum.} Dignũ eſt autem quærere,cum ſecundum faciem notus eſſet omnibus habitantibus in Iudæa quare quaſi non cognoſcentibus effigiem eius dedit eis ſignum? Venit autem traditio talis de eo ad nos, quoniã non ſolum duæ formæ in eo fuerunt:vna ſecundum quam eũ omnes videbant:altera ſecundum quam transfiguratus eſt coram diſcipulis in monte,ſed etiam vnicuiq; apparebat ſecundum ꝙ fuerat dignus.Sicut & de Manna ſcriptum eſt,ꝙ habebat ſaporem ad omnem vſum conuenientem,& verbum Dei non ſimiliter cun- Hom. 84. ctis apparet. Propter huiuſmodi ergo transfigurationes eius,ſigno D indigebant. CHRY. in Hom. Vel ideo ſignum eis dedit, quia multoties detentus ab ipſis,pertranſiit neſcientibus eis: quod & tunc factum eſſet:ſi ipſe voluiſſet.Sequitur:{Et confeſtim accedẽs ad Ieſum dixit:Aue Rabbi,& oſculatus eſt eum.}RABA. Suſcipit Dominus oſculum traditoris,non ꝙ ſimulare nos doceat: ſed ne proditionem fugere videatur.ORI. Si autem aliquis quærat cur oſculo Iudas tradidit Ieſum? ſecundum quoſdam quidem voluit reuerentiam ad magiſtrum ſeruare:nõ audens manifeſte in eum irruere:ſecundum alios autem hoc fecit,timens ne ſi forte ſe manifeſtum aduerſarium præbuiſſet,ipſe ei fieret cauſa euaſionis, cum poſſet ſecundum opinionem eius effugere,& facere ſe imperuium. Ego autem puto,ꝙ omnes proditores veritatis amare veritatem fingentes,oſculi ſigno vtuntur. Omnes enim hæretici,ſicut & Iudas Ieſu dicunt Rabbi: Ieſus autem placabilia reſpondet. vnde ſequitur: Dixitque illi Ieſus: Amice ad quid veniſti? Dicit aũt amice, improperans ſimualtionem: hoc enim noĩe neminem bo- E norum in ſcripturis cognoſcimus appellatum, ad malum enim dicitur: Amice quomodo huc intraſti?Amice nõ facio tibi iniuriã. Serm.1. AVG.in Ser.de Paſ.dicit autem. Ad quid veniſti? tanquam ſi diceret:oſcularis & inſidiaris:noui quare veneris,amicum fingis, cũ proditor ſis. REMI. Siue{Amice ad quid ueniſti?}hoc fac: ſubintelligitur.Sequitur.{Tunc acceſſerunt & manus iniecerunt in Ieſum,& tenuerunt eum.}Tunc.ſ.quando ipſe permiſit.frequenter enim voluerunt:ſed non potuerunt. RABA. Exulta Chriſtiane,in commercio inimicorum tuorum viciſti,quod Iudas ven- Hom.85. didit,& quod Iudæus emit tu acquiſiuiſti.

o ¶ CHRY. in Hom. Sicut Lucas refert:Dominus in cœna diſcipulis dixerat: Qui habet ſacculum,tollat ſimiliter & peram, & qui non habet,vendat tunicam ſuam,& emat gladium,& diſcipuli reſponderunt: Ecce gladii duo hic. Conueniens autem erat illic gladios eſſe propter agnum.ſ. Paſchalem,quem comederant. Audientes quoque,quoniam venirent perſecutores ad Chriſtum ca-

A piendum,a cœna exeuntes gladios ſumpſerunt in auxilium aduerſus perſecutores,quaſi pro magiſtro præliaturi.vnde hic dicitur. {Et ecce vnus ex his,qui erant cum Ieſu extendens manum exemit gladium ſuum.} HIERO. In alio Euangelio ſcriptum eſt, ꝙ Petrus fecerit eodem ardore,quo & cætera fecit.vnde ſequitur: { Et percutiens ſer. prin.Sacer.ampu.auriculam eius.}Seruus principis Sacerdotũ Malchus appellatur: auricula quoque quæ amputatꝰ dextera eſt. tranſitorie dicendum eſt, ꝙ Malchus, ideſt Rex quondam populi Iudæorum,ſeruus factus eſt impietatis, & deuorationis Sacerdotum:dextrãque perdidit auriculam,vt literæ ueritatem audiat in ſiniſtram ORI. Tract.35. Nam ſi videntur legem audire,modo cum ſiniſtro auditu audiũt vmbram traditionis de lege non veritatem. Populus autem ex gẽtibus ſignificatus per Petrum,per hocipſum quod crediderunt in Chriſtum,facti ſunt cauſa:vt præcideretur Iudæorum auditio dextera. RABA. Vel Petrus non tollit audientibus intelligendi ſenſum,ſed diuino ablato iudicio negligentibus pandit:verum eadem dextera auris in his,qui ex eodem populo crediderunt diuina pietate priſtino reſtituta eſt officio. HILA. Vel aliter. Seruo principis Sacerdotum auricula ab Apoſtolo reſecatur, populo ſcilicet Sacerdotio ſeruienti. per Chriſti diſcipulum inobediens auditus exciditur:& ad capacitatem ueritatis hoc quod erat nou audiens amputatur. LEO Papa in Serm.de Paſ. Dominus autẽ Serm.1. zelantis Apoſtoli pium motum progredi vltra non patitur. vnde C ſequitur.{Tunc ait illi Ieſus. Conuerte gladium tuum in locum ſuum.} Cõtra ſacramentum erat redemptionis noſtræ, vt qui mori pro omnibus venerat,capi nollet. Dat ergo in ſe furentibus licentiam ſæuiendi,ne dilato glorioſæ crucis triumpho, & dominatio diabolica fieret lõgior,& captiuitas humana diuturnior. RABA. Oportuit etiam,vt actor gratiæ fideles patientiam ſuo exemplo doceret,& potius ad ſuſtinendum fortiter aduerſa inſtrueret, quàm ad vindicandum prouocaret. CHRY. in Ho. Ad hoc autem ut diſcipulo perſuaderetur cõminationem addit dicens. Oẽs enim qui acceperint gladium,gladio peribunt. AVG. contra Fau- Lib.22.c.70 ſtum: Ideſt omnis qui vſus fuerit gladio.Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperioritate,aut legitima poteſtate,uel iubente,vel cõcedente in ſanguinem alicuius armatur.Nam utiq; Dominus iuſſerat,vt ferrum diſcipuli eius ferrent:ſed non iuſſerat vt ferirent. Quid ergo indignum ſi Petrus poſt hoc peccatum fact⁹ eſt paſtor eccleſiæ,ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptium factus eſt rector D Synagogæ? Vterque enim non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate regulam exceſſit,vterque odio improbitatis alienæ,ſed ille fraterno,iſte dominico licet adhuc carnali tamen amore peccauit. HILA. Sed non oĩbus gladio utentibus mors ſolet eſſe per gladium:nam plures,aut febris,aut alius accidens caſus abſumit qui gladio,aut iudicii officio,aut reſiſtendi latronibus neceſſitate ſunt uſi. Et ſi ẜm ſententiam eius oĩs gladio vtens,gladio perimeretur,recte ad necem eorum gladius eximebatur qui eodẽ utebantur ad facinus. HIERO. Quo ergo gladio peribit quicumque gladium ſumpſerit? Illo nempe qui igneus uertitur ante Paradiſum, & gladio ſpiritus, qui in Dei deſcribitur armatura. HILA. Recondi ergo gladium præcipit dominus, quia eos non humano,ſed oris ſui gladio eſſet perempturus. REMI. Vel aliter. Qui gladio utitur ad occidendum hominem, ipſe ſuæ prius malitiæ moritur gladio. CHRY. in Ho.Non ſolum autem mitigauit diſcipulos per comminationem pœnæ,ſed etiam oſtenden- E do,ꝙ uoluntarie hoc ſuſtinebat.unde ſequitur:{An putas, quia non poſſum rogare patrem meum,& exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum?}Quia multa humanæ infirmitatis oſtenderat:non uideretur credibilia dicere, ſi dixiſſet, ꝙ eos perdere poſſet.Et ideo dicit:{ An putas,quia non poſſum.&c.} HIERO. Quaſi diceret:Non indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio,etiam ſi omnes me defenderent,qui poſſum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud veteres ſex milibus hoim complebatur.de duodecim ergo legionibus,ſeptuaginta duo milia angelorum fiunt,in quot gentes hominum lingua diuiſa eſt. ORI. Ex hoc autem demonſtratur,quoniam ſecundum ſimilitudinem legionum militiæ mundialis ſunt & angelorum legiones militiæ cœleſtis militantium contra legiones dæmonum. militia enim omnis propter aduerſarios intelligitur conſtituta. Non autem quaſi indigens auxilio angelorum hoc dicebat:ſed ſecundum æſtimationem Petri volentis ei auxilium ferre. Magis enim angeli opus habent auxilio unigeniti filii Dei, quàm ipſe

ipſe illorum. REMI. Poſſumus etiam intelligere per angelos Romanorum exercitum: cũ Tito enim & Veſpaſiano omnes linguę aduerſus Iudæam ſurrexerunt, & implerum eſt: Quia pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. CHRY. in Home. non ſolum autem per hoc timorem diſcipulorum euacuat, ſed etiam per hoc ꝙ ſcripturas in medium introducit, dicens: {Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri? HIE. Hæc ſententia promptum ad patiendum demonſtrat animum: ꝙ fruſtra Prophetæ cecinerint, niſi dominus eos vera dixiſſe, ſua paſſiõe aſſeueret.

Tract. 35. ¶ ORI. Poſtquam dixit Petro: Reconde gladium tuum quod eſt patientiæ, poſtquam etiam auriculam reſtituit amputatam, ſicut alter dicit Euangeliſta, ꝙ ſummę benignitatis inditium fuerat, & diuinę virtutis, ſubditur: {In illa hora dixit Ieſus turbis. vt ſi præterita beneficia non recordantur, vel præſentia recognoſcant, Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me.} REMI. Acſi diceret: Latronis officiũ eſt nocere, & latitare. ego vero nemini nocui: ſed plures ſanaui, & in Synagogis ſemper docui. Et hoc eſt quod ſubditur: {Quotidie apud vos ſedebam in templo docens, & non me tenuiſtis.} HIE. Quaſi diceret: Stultum eſt eum cum gladiis & fuſtibus quærere, qui vltro ſe veſtris tradit manibus, & in nocte quaſi latitantem p proditorem inueſtigare, qui quotidie in templo docebat. CHRY. in Home. Ideo autem eum in templo non tenuerunt, quia non auſi erant propter turbam, propter quod & dominus foras exiuit, vt ex loco & tempore daret eis aptitudinem ſe capiendi. Ex hoc ergo docet quoniam niſi voluntarius permiſiſſet, nequaquam eũ capere valuiſſent: Deinde Euangeliſta quæſtionem ſoluit, propter quid dominus capi voluit, cum ſubdit: {Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ Prophetarum. HIE. Poderunt manus meas, & pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad victimam ductus eſt. Et in alio loco: Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem. REMI. Quia enim oẽs Prophetæ prædixerunt Chriſti paſſionem: ideo non poſuit fixum teſtimonium, ſed generaliter dicit impleri vaticinia omnium Prophetarum. CHRY. in Ho. Diſcipuli autem qui quando detentus eſt Dominus permanſerũt, quando locutus eſt hæc ad turbas, fugerunt. vnde ſequitur: {Tunc diſcipuli omnes, relicto eo fugerunt.} ſciebant enim quoniam iam non erat poſſibile effugere eo ſe volitarie illis tradente. REMI. In hoc tamen facto demõſtratur fragilitas apoſtolorum: qui enim de ardore fidei promiſerant ſe mori cum eo, nunc timore fugiunt immemores ſuæ promiſſionis. quod etiam videmus impleri in his qui pro amore Dei magna ſe promittunt facturos, & poſtmodum non implent: non tamen deſperare debent: ſed cum Apoſtolis reſurgere, & per pœnitentiam reſipiſcere. RABA. Myſtice autem, ſicut Petrus, qui culpam negationis pœnitentiæ lachrymis abluit, recuperationem eorum oſtendit, qui in martyrio labuntur: ita cæteri diſcipuli fugientes cautelam fugiendi, docent eos, qui ſe minꝰ idoneos ad toleranda ſupplicia ſentiunt. Sequitur. {At illi tenentes Ieſum duxerunt ad Caypham principẽ Sacerdotum. AVG. de Con. euan. Sed tamen primo ad Annam ductus eſt Socerum Cayphæ, ſicut Ioannes dicit: Ductus eſt autem ligatus cum adeſſent in illa turba tribunus, & cohors, vt Ioannes commemorat. HIE. Refert autem Ioſephus iſtum Caypham vſſus tantum anni pontificatum precio redemiſſe, cum tamen Moyſes Deo iubente præceperit, vt pontifices patribus ſuccederent, & generationis in Sacerdotibus ſeries texeretur. non ergo mirum eſt ſi iniquus pontifex iniqua iudicet. RA. Conuenit etiam nomẽ actioni, Caypha. i. inueſtigator, vel ſagax ad implendam ſuam nequitiam, vel uomens ore, quia impudens fuit ad proferendum mendaciũ, & ad perpetrandum homicidium. Ideo autem illuc eum adduxerunt, vt cum conſilio omnia facerent. vnde ſequitur: {Vbi Scribæ & Seniores conuenerant. ORI. Vbi Cayphas eſt princeps Sacerdotũ, illic congregantur Scribæ. i. literati, qui præſunt literæ occidenti:

Lib. 3. c. 6.

ait illi Ieſus: Cõuerte gladiũ tuũ in locũ ſuũ. Oẽs. n. qui acceperint gladium, gladio peribũt. An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri.

p In illa hora dixit Ieſus turbis: Tanquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis. Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerẽtur ſcripturæ Prophetarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes Ieſum duxerunt ad Caypham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & Seniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe, vſque in atrium principis Sacerdotũ. Et ingreſſus intro: ſedebat cum miniſtris, vt videret finem.

q Principes autem Sacerdotum & omne conſilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. Et ſurgẽs princeps Sacerdorũ ait illi: Nihil reſpondes ad ea quę iſti aduerſum te teſtificant? Ieſus autẽ tacebat. Et princeps Sacerdotũ ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei. {ORI. In lege quidem adiurandi vſum aliquoties inuenimus. æſtimo autem quoniam non oportet vt vir, qui vult ſecundum euangelium viuere adiuret alterum. Si enim iurare non licet, nec adiurare, ſed & qui reſpicit Ieſum imperantem dæmonibus, & poteſtatem dante diſcipulis ſuper dæmonia, dicet ꝙ ſecundũ poteſtatem datam a Saluatore, non eſt adiurare dæmonia. Princeps autem Sacerdotum peccatum faciebat infidians Ieſu: & Ideo imitabatur proprium patrẽ, qui bis dubie interrogauit Saluatorẽ: {Si tu es Chriſtus filius Dei.} vnde quis recte dicere poteſt, quoniam dubitare de filio Dei, vtrum ipſe ſit Chriſtus, opus diaboli eſt. Non decebat autem dominum ad adiurationem principis reſpondere Sacerdotum, quaſi vim paſſum, propter quod nec denegauit ſe filium Dei eſſe, nec manifeſte confeſſus eſt. vnde ſequitur. {Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti.} Nõ enim erat dignus Chriſti doctrina: propterea non eum docet, ſed verbũ oris eius accipiens, in redargutionem ipſius conuertit. Sequitur. {Verũtamen dico vo. ammo. vide. filium homi. ſeden. a dext. virtutis Dei.} Videtur mihi quoniam firmitatem quandam regalem ſignificat ſeſſio filii hominis. iuxta virtutem ergo Dei, qui ſolus eſt virtus fundatus eſt qui accepit omnem poteſtatem a patre, ſicut in cœlo & in terra. Erit autem quando hanc fundationem videbunt etiam aduerſarii, qđ a tempore diſpenſationis incœpit impleri. Viderunt enim eius diſcipuli eum reſurgentem a mortuis, & p hoc viderunt eum fundatum ad dexteram virtutis. Vel quia ſecundũ longitudinem ſempiternam, quæ eſt apud Deum a conſtitutione mundi vſque ad finem eſt vnus dies. Nihil ergo mirum, ꝙ hic dicit Saluator. {Ammodo.} ſpacium eſt breuiſſimum vſque ad finẽ oſtendens, & non ſolum ſedentem eum ad dextram virtutis viſuros prophetabat: ſed etiam venientem in nubibus cœli. vnde ſequitur. {Et veni in nubibus cœli.} Hæ nubes ſunt Prophetæ, & Apoſtoli Chriſti, quibus mandat pluere cum oportet, & ſunt nubes cœli non tranſeuntes. quaſi portantes imaginem cœleſtis, & digne ſunt, vt ſint ſedes Dei, quaſi heredes Dei, & coheredes Chriſti. HIE. Pontificem autem quẽ de ſolio Sacerdotali furor excuſſerat, eadem rabies ad ſcindendum veſtes prouocat. vnde ſequitur: {Tunc princeps Sacerdo. ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit.} Conſuetudinis enim Iudaicæ eſt. ꝙ cum aliquid blaſphemium, & quaſi contra Deum audierint, ſcindant veſtimenta ſua. CHRY. in Homil. Hoc igitur fecit aut accuſationem redderet grauiorem, & quod verbis dicebat, factis extolleret. HIERO. Per hoc autem, ꝙ ſcidit veſtimenta ſua, oſtendit Iudæos, Sacerdotalem gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere pontificis. Dum enim veſtem ſibi diſcidit ipſum quo tegebatur velamen tum legis abrupit. CHRY. in Ho. Cum ergo ſcidiſſet veſtimenta ſua: non fert ſententiam a ſeipſo, ſed ab aliis eam exquirit, dicens: {Quid vobis videtur? Sicut in confeſſis peccatis, & blaſphemia manifeſta fieri ſolet, & quaſi cogens, & violentiam inferens ad ſententiam proferendam præuenit auditorem, dicens: Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audi. blaſphemiam. Quæ autẽ fuit illa blaſphemia? Etenim ante eis cõgregatis dixerat: Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis, & interpretatus eſt eis, & ſiluerunt, nec de cætero contradixerunt: qualiter ergo nunc quod dictum eſt, blaſphemi am vocant? Sequitur. {At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis. Ipſi accuſantes, ipſi diſcutientes, ipſi ſeu tentiam proferentes. ORI. Quantum putas fuit erroris, ipſam principalem omnium vitam ream mortis pronunciare. & per tanHom. 86 torum reſurgentium teſtimonia, non reſpicere fontem vitæ, de quo in omnes reſurgentes vita fluebat? CHRY. In Hom. Vt autem venatores fera inuenta, ita ſuam demonſtrabant ebrietatem, & inſania ferebantur. Sequitur. {Tunc expue. in ſa. eius & cola. eũ ceciderunt.} HIERO. Vt compleretur quod dictum eſt: Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti a confuſione ſputorum. Sequitur. {Alii autem pal. in fac. eius dede. dicen. Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?} GLO. In contumeliam ei hoc dicitur, qui ſe Prophetam haberi voluit a populis. HIE. Stultum autem erat verberantibus reſpondere, & prophetare cedentem, cum palam percutientis inſania videret. CHRY. in Ho. Attende autem, ꝙ Euangeliſta cum ſumma diligentia ea q videntur eſſe exprobratiſſima exponit, nihil occultans, aut verecundans, ſed gloriam exiſtimans maximam, dominatorem orbis terrarum pro nobis talia ſuſtinere. Hoc autem legamus continue: hoc noſtræ menti inſcribamus, & in his glorietur. AVG. de Quæſ. euan. Quod autem dictum eſt: Expuerunt in faciem eiꝰ, ſignificauit eos qui præſentiam gratiæ eius reſpuunt. Item táquá colaphis eum cedunt, qui ei honores ſuos præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cæcati, eum nõ veniſſe affirmant, tanquam præſentiam eius exterminantes, & repellentes.

r ¶ AVG. de Con. euan. Inter prædictas domini contumelias trina negatio Petri facta eſt, quam nõ omnes Euangeliſtæ eodẽ ordine narrant. Lucas. n. explicat prius tentationem Petri: tunc demum contumelias domini. Sed Matthæus, & Marcus eas primo commemorant: & deinde Petri tentationem. Sic enim hic ſequitur. {Petrus vero ſedebat foris in atrio. HIE. Foris ſedebat, vt videret exitum rei, & non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpitio naſceretur. CHRY. in Hom. Et qui quando de tentum magiſtrum vidit ſolum: ita efferbuit, vt gladium euaginauerit, & auriculam abſciderit. quando contumelias Chriſti audiuit, negator efficitur, & vilis puellæ minas non ſuſtinet. Sequitur enim: {Et acceſſit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo eras. RABA. Quid ſibi vult, quia prima eum prodit ancilla cum viri magis eum potuerint recognoſcere, niſi ꝙ iſte ſexus peccare in nece domini videretur. vt eius paſſione redimeretur? Sequitur: {At ille negauit coram omnibus dicens: Neſcio quid dicis.} Palam coram omnibus negauit, quia ſe manifeſtare expauit quod dicebatur ſe neſcire, reſpondit, quia pro Saluatore adhuc mori noluit. LEO Papa in Sermone de Paſſione. Ob hoc autem ſicut apparet hęſitare permiſſus eſt, vt in eccleſiæ principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo auderet de ſua virtute cõfidere, quando mutabilitatis periculum, nec beatus Petrus potuiſſet euadere. CHRY. in ho. Non ſolum autem ſemel, ſed & ſecũdo & tertio negat in breui tempore. vnde ſequitur: {Exeunte autem eo ianuam, vidit eum alia ancilla & ait his quæ erant ibi Et hic erat cum Ieſu Nazareno.} AVG. de Con. Euange. Intelligitur autem quod poſtquam exijt foras cum iam ſemel negaſſet, gallus cantauit primum quod Marcus dicit. CHRY. in Ho. Vt oſtendat quod neque nox galli eum a negatione detinuit. neque in memoriam ſuæ promiſſionis reduxit. AVG. de Concor. Euange. Non autem foris ante ianuam iterum negauit, ſed cum redijſſet ad focum, neq; enim iam exierat & foris eum vidit altera ancilla, ſed cum exiret, eum vidit, ideſt cum ſurgeret & exiret, animaduertit & dixit his qui erant ibi, ideſt qui ſimul aderant ad ignem in atrio. Et hic erat cum Ieſu Nazareno. Ille autem qui foras exierat, hoc audito regreſſus eſt, vt ſe quaſi purgaret negando. Vel quoa eſt credibilius, non audiuit quod de eo dictum fuerat cum foras exiret, & poſteaquàm redijt quod dictum eſt ei, quod Lucas commemorat. {Sequitur. Et iterum negauit cum iuramẽto, quia non noui hominem.} HIE. Scio quoſdam pio affectu erga apoſtolum Petrum locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum hominem negaſſe: non Deum, & eſſe ſenſum: Neſcio hominem, quia ſcio Deum. Hoc quàm friuolum ſit prudens lector intelligit. ſi enim iſte non negauit: ergo mentitus eſt dominus, qui dixerat: Ter me negabis. RABA. In hac autem negatione Petri dicimus non ſolum abnegare Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum, ſed qui eum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. AVG. de Con. euan. Nunc iã de tertia negatione inſpiciamus. Sequitur enim: {Et poſt puſil. acceſ. qui ſta. & dix. Petro: Vere & tu ex illis es.} Lucas autẽ dixit. Interuallo facto quaſi horæ vnius, & ut eum conuincant, cõſequenter adiungunt. {Nam & loquela tua manifeſtum te facit.} HIE. Nõ quòd alterius ſermonis eſſet Petrus, aut gẽtis externæ: omnes quippe Hebræi erant, & qui arguebant, & qui arguebãtur: ſed quia vnaqueq; prouincia & regio habeat proprietates ſuas, & vernaculum loquendi ſonum vitare non poſſit. RE. Videt autẽ q̃ ſint noxia prauorum hominum colloquia, ipſa quippe coegerunt Petrum negare dominum, quem prius confeſſus fuerat eſſe Dei filium. Sequitur enim. {Tunc cœpit deteſtari, & iurare, quia nõ noſſet hominem.} RABA. Nota, quia primum ait. Neſcio quid dicis. ſecundo cum iuramento negat. tertio quia cœpit deteſtari & iurare, quia non nouit hominem. Perſeuerare quippe in pecca to dat incrementum ſcelerum, & qui minima ſpernit, cadit in maiora.

Lib. 1. c. 44

Serm. 89.

Lib. 3. c. 6

Lib. 3. c. 6.

Hom. 85.

Lib. 3. c. 6

iora. REMI. Spiritualiter autem per hoc ꝙ Petrus ante primũ galli cantum negauit, illi designantur qui ante Christi resurrectionem non credebant eum esse Deum, eius morte turbati. Per hoc autem, ꝙ post galli cantum negauit, illi designantur qui in vtraque domini naturam, & ſm Deum, & ſm hominem errant. F

cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant & dixerunt Petro: Vere tu ex illis es. Nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu G quod dixerat, priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

CAP. XXVII.

Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes Sacerdotum

Per primam autem ancillam designatur cupiditas: per secundam carnalis delectatio, per illos qui astabant, dæmones intelliguntur: his enim trahuntur homines ad Christi negationem. Tract. 35. ORI. Vel per primam ancillam intelligitur Synagoga Iudæorum, qui frequenter compulerunt denegare fideles: per secundã cõgregatio Gẽtium, qui etiam persecuti sunt christianos: per tertios stantes in atrio: ministri hæresum diuersarũ. Lib. 1. q. 45. AVGV. de Quæst. euã. Ter etiam Petrus negauit, nã & error hæreticorũ de Christo, tribus generibus terminatur. Aut enim de diuinitate, aut humanitate, aut de vtroque falluntur. RABA. Post tertiam autem negationem sequitur galli cantus, & hoc est quod subdit. {Et conti. gallus cantauit. Per quem doctor ecclesiæ intelligitur, qui somnolen- H tos increpans ait. Euigilate iusti, & nolite peccare: Solet autem sacra scriptura sæpe meritum causarum per statum designare temporum. vnde Petrus qui media nocte peccauit, ad galli cantum pœnituit. vnde sequitur. {Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat. Priusquam gallus cantet, ter me negabis.} HIER. in alio euangelio legimus, ꝙ post negationem Petri, & galli cantum respexit Saluator Petrum, & intuitu suo eum ad amaras lachrymas ꝓuocauit: non enim fieri poterat, vt in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi. vnde & hic sequitur: {Et egressus foras, fleuit amare.} In atrio enim Cayphæ sedens non poterat agere pœnitentiam. vnde foras ægreditur de impiorum con-
Serm. 9. de Pasione. silio, vt pauidę negationis sordes amaris fletibus lauet. LEO Papa: Fœlices, o Apostole sanctæ lachrymæ tuæ, quæ ad diluendã culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextra domini Iesu Christi, qui labentem te priusquam deciperis, & firmitatem standi in ipso cadendi periculo recipisti. cito I itaque ad soliditatem rediit petrus: tãquam recipiens fortitudinẽ, vt qui tunc in Christi expauerat passione, in suo post supplicio non timeret, sed constans permaneret.

CAP. XXVII.

Lib. 3. ca. 7. AVG. de Con. euan. Contexuerat superius Euangelista narrationem in his quæ cum domino acta sunt vsque ad mane. Sed postea rediit ad narrãdam Petri negationem, qua terminata rediit ad mane, vt inde cætera cõtexeret. Et hoc est quod dicitur. {Mane autem facto, consiliũ inierunt omnes principes Sacerdotum, & Seniores populi, aduersus
Trac. 35. Iesum, vt eum morti traderent.} ORI. Putantes per mortem extinguere eius doctrinam & fidem apud eos, qui crediderunt in eũ, quasi in filium Dei. Talia autem contra eum consiliantes alligauerunt Iesum soluentem a vinculis. vnde sequitur. {Et vinctum ad- K duxerunt eum: & tradiderunt pontio Pilato præsidi. HIE. Vide solicitudinem Sacerdotum in malum. tota nocte vigilarunt, vt homicidium facerent, & vinctum tradiderunt Pilato. Habebant .n. hunc morem. vt quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. RABA. Attamen notandum, ꝙ non tunc primum ligauerunt, sed mox cõpræhẽsum in horto, vt Ioãnes declarat. CHRY. in Hom. Ideo autem eum non occulte interfecerunt, quia volebant eius gloriæ detrahere. multi enim eum admirabantur, & propter hoc studuerunt publice & coram hominibus eum occidere: & ideo ad Præsidem eum duxerunt. HIE. Videns autem Iudas dominum adiudicatũ morti præcium retulit Sacerdotibus, quasi in potestate sua esset persecutorum imutare sententiam. vnde sequitur. {Tunc videns Iudas qui tradidit eum, ꝙ damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & Senioribus populi, dicens. {Peccaui, tradens sanguinem iustum.} ORI. Respondeant mihi qui de naturis quasdam fabulas introducunt. vnde est quòd Iudas agnoscens peccatum suum dixit. {Peccaui, tradens sanguinem iustum, } nisi ex bona plantatione mentis, & seminatione virtutis, quæ seminata est in qualibet rationali anima, quam non coluit Iudas: & ideo cæcidit in tale peccatum.

& Seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt pontio Pilato pręsidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, ꝙ damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & Senioribus dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argẽteis in templo recessit, & abiens, laqueo se suspendit.

b Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Cõ-

Si autem naturæ pereuntis est aliquis hominum: magis huius naturæ fuit Iudas: Et siquidem post resurrectionem Christi hoc dixisset Iudas: forsitan erat dicendum, quoniam compulit eum pœnitere de peccato ipsa virtus resurrectionis. Nunc autem videns eum traditum esse Pilato, pęnituit: forsitã recordatus, quæ frequenter Iesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsitan & Sathanas qui ingressus in eum fuerat: pręsto fuit ei, donec Iesus traderet Pilato. Postquàm autem fecit qđ voluit, recessit ab eo, quo recedente pęnitẽtiam capere potuit. Sed quomõ vidit Iudas, quoniam condemnatus est? nondum enim a Pilato fuerat interrogatus: forsitan dicet aliquis, quoniam consideratione mentis suæ vidit exitum rei ex eo quòd traditũ aspexit. Alius autem dicet, qm̃ quod scriptum est: Videns Iudas, quia condemnat⁹ est ad ipsum Iudam refertur: tunc enim sensit malum suũ, & intellexit se condemnatum. LEO Papa. Dicendo tamen: {Peccaui, tradẽs Serm. 1. de Pas. Dñi. sanguinem iustum. in impietatis suæ perfidia perstitit, qui Iesum non Dei filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominem, etiam inter extrema mortis suæ pericula credidit, cuius flexisset misericordiam, si eius omnipotentiam non negasset. CHRY. Hom. 86. in Hom. Vide autem, quoniam pęnitentiam agit, quando completum est & finem accepit peccatum. Non enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malum antequàm perficiant. Sequit. {At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.} REMI. Ac si dicant: Quid ad nos pertinet si iustus est? tu videris. i. opus tuũ quale sit manifestabitur. Quidam autem coniunctim voluerunt legere hęc verba, vt sit sensus: cuius æstimationis deputaris apud nos, qui cũ quem tradidisti, iustum confiteris? ORI. Recedente autem ab aliquo diabolo, obseruat tempus iterum, & postquam cognouerit, & ad secundum peccatum induxerit, obseruat etiam tertiæ deceptionis locum. Sicut ille qui primo vxorem patris habuit, de hoc malo postea pęnituit. Sed postea diabolus voluit hanc ipsam tristitiam exagerare, vt ipsa tristitia abundantior facta absorberet tristantẽ. Simile aliquid factum est in Iuda. Postquam enim pęnituit, non seruauit cor suum, sed suscepit abundantiorem tristitiam a diabolo sibi submissam, quia voluit eum absorbere. vnde sequitur. {Et abiens laqueo se suspendit. Si autem locum pęnitentiæ requisisset, & tempus pœnitentiæ obseruasset, forsitan inuenisset eum, qui dixit: Nolo mortem peccatoris. Vel forte existimauit præuenire magistrum moriturum, & occurrere ei cum anima nuda, vt confitens, & depræcans misericordiam mereretur, nec vidit, quia non conuenit seruum Dei seipsum expellere de hac vita. sed expectare Dei iudicium. RA. Suspendit autem se laqueo, vt se ostenderet cœlo, terræque perosum. AVG. de Quæst. no. & vet. test. Sed oc- Quæst. 94. cupatis principibus Sacerdotum ad necem domini a mane vsque ad horam nonam, quomodo Iudas eis retulisse pretium sanguinis quod acceperat ante crucem domini, probatur, & dixisse illis in tẽplo: Peccaui, ꝙ tradiderim sanguinem iustum, cum constet omnes principes, & Seniores ante passionem domini nõ fuisse in templo? Quippe cum in cruce posito insultarent ei. Nec enim inde potest probari, quia ante passionem domini relatum est, cum sint multa quæ ante facta probantur, & nouissima ordinantur. Sed ne forte post horam nonam factum sit, ut videns Iudas occisum Saluatorẽ, & ob hoc uelum templi scissum, terrã tremuisse, saxa scissa, elemẽta conterrita ipso metu correptos doluerit. Sed post horam nonã occupati erant, vt existimo seniores, & principes Sacerdotum ad celebrationem Paschæ. Sabbato autem secundum legem non licet nummos portare, ac per hoc non est probabile apud me quo die, immo tempore, laqueo vitam finierit Iudas.

b ¶ CHRY. in Homil. Quia principes Sacerdotum nouerant ꝙ occisionem emerant, propria conscientia condemnati fuerũt, & ad hoc ostendendum subdit Euangelista. {Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in A corbonam, quia preciũ sanguinis est.} HIER. Vere culicem liquantes, & camelum glutientes. si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam, hoc est gazophylatium, & dona Dei, quia pre-
Tract. 35. tium sanguinis est, cur ipse sanguis effunditur? ORI. Videbant autem quoniam circa mortuos magis eã pecuniam conueniebat expendi quæ pretium sanguinis erat. Sed quia & inter loca mortuorum sunt differentiæ, si sunt pretio sanguinis Iesu ad cõparationẽ agri figuli alicuius, vt in eo peregrini sepeliatur: non secundum votũ suum in monumẽtis paternis. vnde sequit. {Consilio autem inito emerunt ex illis a-

silio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argẽteos B pretium appretiati, quem appreciauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut cõ-

Serm. 128. grum figuli in sepulturam peregrinorum.} AVG. in Sermo. de Cœ. do. Prouidentia autem Dei factum puto, vt pretium Saluatoris, non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret, vt iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passione redimat. & mortuos præciosa passione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis, ꝙ totius generis humani salus redempta sit in sanguine Saluatoris. Ager ergo iste, mundus hic totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatum, ipse est qui vascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaque figuli ager Christi sanguine empt⁹ est: peregrinis, inquam, qui sine domo patria, & toto orbe exules C iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos esse dicimus deuotissimos Christianos, qui renunciantes sæculo, nihil possidentes in mũdo: in Christi sanguine requiescũt. Sepultura enim Christi nihil aliud est q̃ requies Christiani. Consepulti enim sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tamquã hospites in hac luce versamur. HIERO. Qui etiam peregrini eramus, a lege & Prophetis praua Iudæorum studia suscepimus in salutem. ORI. Vel peregrinos dicimus qui vsque ad finem extranei sunt a Deo, nam iusti consepulti sunt Christo in monumento nouo quod excisum est in petra. Qui autem alieni sunt a Deo vsque in finem, sepulti sunt in agro figuli cõparantis lutum, qui pretio sanguinis est comparatus, & ager sanguinis nominatur. vnde sequitur. {Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach: hoc est ager sanguinis vsque in hodiernum diem. GLO. Quod referen- D dum est ad tempus quo Euangelista hoc scripsit. deinde confirmat idem prophetico testimonio dicens. {Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appreciati, quem appreciauerũt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. HIERO. Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia, qui penultimus est duodecim Prophetarum, quædam si-
Lib. 3. c. 7. militudo refertur, & quamquàm sensus non multum discrepet: tamen ordo & verba diuersa sunt. AVG. de Con. euan. Siquis ergo putat ideo fidei Euangelistę aliquid derogandum, primo nouerit non omnes codices euangeliorum habere, quod per Hieremiã dictum sit, sed tantummodo per Prophetam. Mihi autem hæc nõ placet defensio, quia & plures codices habent Hieremiæ nomen, & antiquiores & nulli fuit causa cur adderetur hoc nomen, & mẽdositas fieret. Cur autem toleretur, fuit vtiq; causa vt hoc audax imperitia faceret, prædicta quæstione turbata. Potuit autem fieri E vt animo Matthæi euangelium scribentis, pro Zacharia Hieremias occurreret, vt fieri solet, quod tamen sine vlla dubitatione emendaret saltem ab his admonitus, qui ipso adhuc in carne viuente hæc legere potuerunt, nisi cogitaret recordationis suæ quæ spiritusancto regebatur, non occurrisse aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia dominus hoc ita scribi constituit. Cur autem cõstituerit, prima causa est, quia sic insinuatur ita omnes Prophetas vno spiritu locutos: mirabili inter se consensione constare, vt hoc multo amplius sit, quàm si omnium verba Prophetarum vno vni⁹ hominis ore demõstrent. & ideo indubitanter accipi debent quæcumque per eos spiritussanctus dixit, & singula esse omnium, & omnia singulorum. Si enim hodie quisquam volens alicuius verba iudicare, dicat nomen alterius, a quo dicta sunt, qui tamen sit amicissimus illius, cuius verba dicere voluit, & continuo recordatus aliũ pro alio se dixisse ita se corrigat, vt tamen dicat: bene dixi, nihil aliud intuens nisi inter ambos esse concordiam, quanto magis de Prophetis sanctis hoc commendandum fuit? Est & alia causa, cur hoc nomen Hieremiæ in testimonio Zachariæ sit mane re permissum, vel potius sancti spiritus auctoritate præceptũ sit; Est apud Hieremiam, ꝙ emerit agrum a filio fratris sui, & dederit ei argentum, non quidem sub hoc nomine pretii: quod positũ est apud Zachariã triginta argenteis, ꝙ autem prophetiam de triginta argẽteis ad hoc interpretatus sit Euangelista, quod mõ de domino completũ est: manifestũ est,

stituit mihi dominus.

c Iesus autem stetit ante Præsidem, & interrogauit eum Præses, dicens. Tu es Rex Iudæorũ? Dicit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicũt testimonia? Et nõ respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur Pręses vehementer.

sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto quod Hieremias dicit: hinc potest mystice significari, vt non hic Zachariæ nomen poneretur qui dixit: triginta argenteis, sed Hieremiæ qui dixit, de agro empto, vt lecto euangelio atque inuento nomine Hieremiæ: lecto autem Hieremia, & non inuẽto testimonio de triginta argenteis: inuento tamen agro empto admoneatur lector vtrũque conferre, & inde sensum enucleare prophetiæ, quomodo pertineat ad hoc quod in dño completũ est. Nã illud qđ subiecit huic testimonio Matthęus cũ ait: {Quẽ appreciauerunt a filiis Israel & dederunt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi dominus, nec apud Zachariam, nec apud Hieremiam reperitur. Vnde magis ex persona Euanglistæ accipiendum est, & mystice insertum, quia hoc ex domini reuelatione cognouerit & ad hanc rẽ quæ de Christi pretio facta est huiusmodi pertinere prophetiam. HIERO. de optimo genere interpretandi: Absit ergo de pedissequo Christi, quòd possit argui de falso, cui cura fuit non verba, & syllabas aucupari: sed sententias dogmatum ponere. CHRY. in Home. Legi nuper in quodam hebraico volumine, quod Nazareæ sectæ mihi hebræ⁹ contulit Hieremiæ apochryphum, in quo hoc ad verbum scriptũ reperi: sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium Euangelistarum, & Apostolorum more vulgato, qui verborum ordine prætermisso: sensus tamen de veteri testamento ꝓferunt exemplum.

c ¶ AVG. de Con. euan. Finitis his, quæ Matthæus de Iuda ꝓ- Li. 3. c. 7. i fi. ditore interposuit ad ordinem narrationis reuertitur, dicens: {Iesus autem stetit ante Præsidem. ORI. Iudex totius creaturæ cõ- Tract. 35. stitutus a patre, vide quantum se humiliauit, vt acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudeæ, & interrogatus est interrogationem, quam forsitan deridens, aut dubitans Pilatus interrogat, vnde sequitur. {Et interrogauit eum Præses, dicens: Tu es Rex Iudæorum?} CHRY. in Hom. Id Pilatus interrogat quod aduer- Homil. 87. sarii contra Christum continue reuoluebant. Quia enim sciebãt Pilatum nullam curã facientẽ legalium, ad publicas accusationes rẽ ducunt. ORI. Vel pronunciatiue hoc dixit Pilatus. vnde & alibi scripsit in titulo. Rex Iudæorum. Principi ergo Sacerdotum respondens: {Tu dixisti: obliq; arguit eius dubitationẽ: Pilati vero sententiam confirmat pronunciantis. vnde sequitur: {Dicit ei Iesus: Tu dicis. CHRY. in Hom. Confessus est se esse Regem: sed cęlestem, vt in alio euangelio manifestius legitur. Regnum, inquit meum non est de hoc mundo: vt neque Iudæi, neque Pilatus excusationem habeant: huic accusationi insistentes. HILA. Vel interroganti pontifici, an ipse esset Iesus Christus, dixerat: {Tu dixisti, } quia semper futurũ Christum ex lege ipse dixisset: huic vero legis ignaro interroganti, an ipse esset Rex Iudæorum dicitur. Tu dicis, quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. HIERO. Attende autem ꝙ Pilato qui inuitus promebat sentẽtia aliqua ex parte respondit: Sacerdotibus autem, & principibus Sacerdotum respondere noluit, indignos eos suo sermone iudicans. vnde sequit: {Et cũ accu. a pric. Sacer. & senio. nihil respondit.} AVG. de Con. euan. Lucas autem ipsa crimina, quæ accusantes obiecerunt aperuit, dicit enim. {Cęperunt illũ accusare dicentes: Hunc inuenimus subertentem gentem nostram, & prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regẽ esse. Nihil autem interest ad veritatem quo ordine ista retulerint, sicut nihil interest si alius aliquid tacet quod alius commemorat. ORI. Lib. 3. c. 8. Accusatus autem Iesus sicut tunc illis nihil respõdit, sic nec & modo. non fit enim eis verbum Dei, sicut aliquando fuerat ad Prophetas. sed neque dignum erat, vt Pilato interroganti responderet, q non habebat permanens, & firmum de Christo iudicium, sed ad contraria trahebatur. vnde sequitur: {Tunc dicit ei Pilatus: Non audis quanta aduer. te dicunt testimonia? HIER. Gentilis quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. CHRY. in Ho. Ideo autem hoc dicebat, quia volebat eum liberare: dum se excusando responderet. Sequitur. {Et non respon. ei. ad vl. verbum: ita vt mira. Præses vehementer. {Quia enim

enim multas habentes demonstrationes ex ipsis rebus: virtutis & mansuetudinis eius & humilitatis. tamen in ipsum indignabant, & peruerso iudicio agebantur contra ipsum, propter hoc nihil respondet. etsi aliquando respondet, breuia quidem dicit, ne continua taciturnitate pertinaciæ opinio de ipso accipiatur. HIER. Vel ideo Iesus nihil respondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur a Præside, & crucis vtilitas differetur. ORI. Miratus est autem Præses constantiam eius: forsitá sciés, q̃ idoneus esset pronunciare crimen, & tũ videbat eum in tranquilla & quieta sapia, & grauitate nõ turbabili stare, sed & vehemẽter mirat. Dignum enim ei videbatur magno miraculo, vt exhibitus Christus ad criminale iudicium, imperturbabilis staret ante morté, quæ apud oẽs hoies terribilis æstimãtur.

d Per diem autem solennem cõsueuerat Præses populo dimittere vnum vinctũ quẽ voluissent. Habebat aũt tunc vnum vinctũ insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christ⁹? Sciebat enim, q̃ per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iusto illi. Multa enĩ passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem Sacerdotum, & Seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Respondens autem Præses ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis Præses: Quid. n. mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius: Vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sãguis ei⁹ super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.

e Tunc milites Præsidis suscipiẽtes Iesum in prætorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuẽtes eum, chlamydẽ coccineam circundederunt ei. Et plectẽtes, coronam de spinis posuerunt super caput eius, & harundinem in dextra eius, & genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudæorum, Et expuẽtes in eum acceperunt harũdinẽ, & pcutiebãt caput ei⁹.

f Et postquam illuserũt ei, exuerunt eum chlamide, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes aũt, inuenerũt hoiem Cyreneum, nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucẽ eius. Et venerunt in locũ, qui dicitur Golgotha, Hier. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Matth. 28. Marci. 16. Luc. 24. Ioan. 20. Act. 1. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23. Ioan. 19

Universidad de Deusto Biblioteca

designantur abstinentes,& arrogantes,quia per abstinentiam quidem carnem afficiunt,sed fructum abstinentiæ interius non requirunt.vnde idem Simon crucem portat,sed non moritur,quia abstinentes & arrogantes,per abstinentiam quidem corpus afficiũt,sed per desiderium quidem gloriæ mundo viuunt.Sequitur.{ Et venerunt in lo.qui dicitur Golgo.quod est Caluariæ locus.} R A B A.Golgotha enim Syrũ nomen est,& interpretatur Caluaria. H I E. Audiui quendam exposuisse Caluariæ locum, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum, quia ibi antiqui hois sit conditum caput.Fauorabilis interpretatio, & mulcens aurem populi,nec tamen vera. Extra vrbem enim & foris portam loca sunt,in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ.i.decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus,vt vbi prius erat area damnatorum:ib erigerentur vexilla martyrii. Adam vero sepultum iuxta Ebron, & Arbeæ in Iesu filii Naue volumine legimus. H I L A. Locus autẽ crucis talis est,vt positus in medio terræ ad capescendam Dei cognitionem vniuersis gentibus esset æqualis. Sequitur: { Et dederunt ei bibere vinum cum fel.mixtum. A V G.de Concor.euan.Hoc Marcus ita narrat: Et dabant ei bibere mirrhatum vinum. Fel quippe pro amaritudine Matthæus posuit:mirrathum enim vinum amarissimum est:quamquam fieri possit vt fel, & mirrha vinum amarissimum redderent. H I E R O. Amara vitis amarum vinum facit, quo potant dominum Iesum,vt impleatur quod scriptum est:Dederunt in cibum meum fel. Et Deus loquitur ad Hierusalem:Ego te plantaui vineam veram,quomodo facta es in amaritudine vitis alienæ?{ Et cum gustasset noluit bibere.} A V G.de Conc. euang. Quod autem Marcus ait:Et non accepit.intelligit,non accepit vt biberet:gustauit autem sicut Matthæus testis est.& quod idẽ Matthæus ait:Noluit bibere:hoc Marcus dixit: Non accepit. tacuit etiam,qp gustauit,qp autem cum gustasset noluit bibere: hoc indicat.qp gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexit. H I L A. Vel ideo oblatum vinum felle admixtum bibere recusauit. non enim æternæ gloriæ in corruptioni peccatorum amaritudo miscetur.

g ¶ Præmisso quomodo Christus ad locum passionis est ductus: hic Euangelista ipsam passionem prosequitur: genus mortis exponens,cum dicit:{ Postquàm autẽ crucifixerunt eum.} A V G V. in Quæst. 25. Lib.83.Quæstionum: Sapientia quidem Dei hominem ad exemplum quo recte viueremus suscepit. pertinet autem ad vitam rectam ea quæ non sunt metuenda non metuere. Sunt autem homines qui quãuis mortem ipsam non timeant: genus tamen mortis horrescunt.vt ergo nullum mortis genus recte viuenti homini metuendum esset:illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis:illo genere execrabili?,& formidabilius. A V G. in Ser.de Passione. Quantum autem valeat virtus crucis,aduertat sanctitas vestra: Contempsit Adam præceptum accipiens ex arbore pomum,sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. de diluuio aquarum humanum genus archa lignea liberauit.de Aegypto Dei populo recedente: Moyses mare virga diuisit:Pharaonem prostrauit,& populum Dei redemit.Idẽ Moyses lignum in aquam misit,& amaram aquam in dulcedinem commutauit. Ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda ꝓfertur,& vt Amelech vinceretur circa virgam,Moyses expãsis manibus extenditur,& lex Dei archæ testamenti creditur lignea, vt his omnibus ad lignum crucis, quasi per gradus quosdam veniatur. C H R Y. in Sermone de Passione. Ideo & in excelso ligno non sub tecto passus est, vt etiam ipsius aeris natura mundetur: sed & terra simile beneficium sentibat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. G L O. Lignum etiam crucis significare videtur ecclesiam in quatuor mundi partibus diffusam. R A B A. Vel secundum moralem sensum crux per suam latitudinem significat hylaritatem operantis,quia tristitia angustias facit:latitudo enim crucis est in transuerso ligno vbi figuntur manus. per manus autem opera intelligimus. per altitudinem autem cui caput adiungitur,significatur expectatio retributionis de sublimi iustitia Dei. Longitudo autem qua totum corpus extenditur: tolerantiam designat. vnde longanimes dicuntur qui tolerant. profundum autem quod terræ infixum est, secretum sacramenti præfigurat. H I L A. Sic ergo in ligno vitæ cunctorum salus, & vita suspenditur. vnde dicitur: {Postquàm autem crucifixerunt eum,diuiserunt vestimenta eius,sortem mittentes. A V G. de Concord.euangelist. Hoc breuiter a Matthæo dictum est. Ioannes autem distinctus explicat quemadmodum gestum sit: Milites, inquit,cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis. C H R Y. in Homil. Notandum ergo,quòd non parua hæc abiectio Christi erat: quasi enim circa dehonoratum, & omnium vilissimum in Christo hoc agebant.in latronibus autem nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimenta in condẽnatis valde vilibus,& abiectis fit, & nihil aliud habentibus. H I E R O. Hoc autem quod circa Christum gestum est, in Psalmo fuerat prophetatum. & ideo sequitur. { Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sequitur. { Et sedentes seruabant eum, scilicet milites. Diligentia militum,& Sacerdotum nobis profuit,vt maior & apertior resurgentis virtus appareat. Sequitur. { Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptã. Hic est Iesus Rex Iudæorum.} Non possum autem digne admirari pro rei magnitudine, quòd emptis falsis testibus,& ad seditionem clamoremque insœlici populo concitato, nullam aliam inuenerunt causam interfectionis eius,nisi quòd Rex Iudæorum esset. & illi forsitan illudentes,ridentesque hoc fecerunt. R A B A. Diuinitus autẽ procuratum fuit vt talis titulus super caput eius ponneretur,vt per hoc Iudæi agnoscerent, quoniam nec etiam occidendo facere potuerunt,vt eum Regem non haberent. per mortis enim patibulum nõ amisit imperium,sed potius corroborauit. Tract. 35. ORI. Et princeps quidem Sacerdotum,secundum literam legis portabat in capite suo sanctificationem domini scriptam. Verus autem princeps Sacerdotum,& Rex Iesus in cruce quidem habet scriptum.Hic est Rex Iudæorum. Ascendens autem ad patrem ꝓ literis,& pro nomine quo nominatur habet ipsum patrem. R A B A. Quia enim rex simul & Sacerdos est,cum suæ carnis hostiam in altari crucis offerret: Regis quoque dignitatem titulus prætendit,qui non infra,sed supra crucem ponitur, quia licet in cruce ꝓ nobis hominis infirmitate dolebat,super crucem tamen Regis maiestas fulgebat,quam per crucem non perdidit, sed potius confirmauit. Sequitur: { Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones,vnus a dextris,& vnus a sinistris. H I E R O. Sicut enim pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios,quasi noxius crucifigitur. L E O Papa in Sermone de Passione domini. Duo autem latrones, vnus ad dextram, & vnus ad sinistram crucifiguntur, ut in ipsa patibuli specie monstraretur illa quæ in iudicio ipsius omnium hominum est facienda discretio. Passio igitur Christi salutis nostræ continet sacramentum:& de instrumento quod iniquitas Iudæorum parauit ad pœnam, potentia Redemptoris gradum fecit ad gloriam. H I L A. Vel aliter: Duo latrones leuę,ac dextræ affiguntur:omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis domini ostendentes. sed quia per diuersitatem fidelium,ac infidelium fit omnium secũdum dextram,sinistramque diuisio, vnus ex duobus ad dexteram eius situs, fidei iustificatione saluatur. R E M I. Vel per istos duos latrones designantur omnes qui arctioris vitæ continentiam apprehendunt. quicumque enim sola intentione placendi Deo hoc faciunt,designantur per illum qui a dextris Dei crucifixus est,qui vero pro appetitu humanæ laudis, vel aliqua minus digna intentione,designantur per illum qui a sinistris crucifixus est.

h ¶ C H R Y S O S T. in Homil. Cum Christum denudassent, crucifixissent, vltra procedunt, & in cruce videntes affixum exprobrant ei. vnde dicitur: { Prætereuntes autem blasphemabant eum,mouentes capita sua.} H I E R O N Y M V S. Blasphemabant quidem, quia prætergrediebantur viam, & in vero itinere scripturarum ambulare nolebant. Mouebaut capita autem sua, quia iam ante mouerant pedes, & non stabant supra petram. Idipsum autem insultans dicit fatuus populus, quod falsi testes confinxerant. vnde sequitur: { Et dicentes: Vah, qui destruis templum Dei,& in triduo illud reædificas.} R E M I G I V S. Vah interiectio est insultantis, siue irridentis. H I L A R I V S. Quid ergo veniæ erit,cum post triduum reædificatum templum Dei in corporis resurrectione cernetur?

CHRY. in Hom. Vt quasi prioribus signis incipientes detrahe re subiungunt: Salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. C H R Y. in Sermo. de Passione. Sed econtrario, quia filius Dei est: ideo non descendit de cruce: nam ideo venit, vt crucifigeretur pro nobis. Sequitur. { Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis,& Seniorib' dicebant. Alios saluos fecit seipsum nõ potest saluũ facere.} H I E R O. Etiã nolentes Scribæ, & Pharisæi confitentur, ꝙ alios saluos fecerit. Itaque vestra vos cõdemnat sententia: qui enim alios saluos fecit,vtique si vellet, & seipsum saluare poterat. Sequitur. { Si Rex Israel est, descendat nũc de cruce,& credimus ei. C H R Y S O S T. in Sermo. de Passione domini. Considera autem nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem paternam. Diabolus enim dicebat: Mitte te deorsum si filius Dei es, & Iudæi dicunt: { Si filius Dei es,descende de cruce.} L E O Papa, De quo erroris fonte Iudæi talium blasphemiarum venena potasti? Quis vobis magister tradidit? quæ doctrina persuasit,qp illum Regem Israel, illum Dei filium credere deberitis, qui se aut crucifigi non sineret, aut a confixione clauorum liberum corpus excuteret? Non hoc vobis legis mysteria,aut prophetarum ora cecinerunt. Sed illud vere legistis: Faciem meam non auerti a confusione sputorum. Et iterum: Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.Numquid legistis: Dominus descendit de cruce? sed legistis,dominus regnauit a ligno. R A B A. Si autem tunc de cruce surgeret insultantibus cedens, virtutem nobis patientiæ non demonstraret: sed expectauit paululum,irrisionem sustinuit, qui de cruce surgere noluit,de sepulchro resurrexit. H I E R O. Fraudulenta autem est promissio cum addunt:& credimus ei. Quid.n. plus est de cruce adhuc viuentẽ descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Resurrexit & non credidistis, ergo etiam si de cruce descenderet,non crederetis. Sed mihi videtur hoc dæmones immittere. Statim enim vt crucifixus est dominus,senserunt virtutem crucis,& intellexerunt fractas vires suas esse,& hoc agunt, vt de cruce descẽdat. Sed dominus sciens aduersariorum insidias, permanet in patibulo,vt diabolũ destruat. Sequitur: { Confidit in Deo,liberet eũ nũc si vult.} C H R Y. in Hom. O inquinati valde: Numquid Prophetæ,& iusti non erant, quia eos non eripuit a periculis Deus? Si autem illorum gloriæ non obfuit,qp eis pericula induxistis:multomagis in isto non oportebat vos scandalizari per ea quæ patitur,quia semper per ea quæ dixit,hanc vestram removit suspitionem. Sequitur: { Dixit enim, quia filius Dei sum.} Per quod ostendere volebant eum pati ob seductoris, & erronei causam, & sicut superbum,& vanæ gloriantem in his quæ dicebat. Sic ergo non solum Iudæi, & milites de subtus eum deridebant, sed & desuper latrones cum eo crucifixi. vnde sequitur. { Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.} A V G V S T I N V S de Concordantia euangelistarum. Potest autem putari Lucas repugnare ei quod hic dicitur, qui dicit,qp vnus de latronibus blasphemabat eum, quem alter increpabat,nisi intelligamus Matthæum breuiter restringentem hunc locum, pluralem numerum pro singulari posuisse,sicut in epistola ad Hebræos legimus pluraliter dictum,clauserunt ora leonum cũ solus Daniel significari intelligatur. Quid autem vsitatius,quàm vt aliquis dicat: En rustici mihi insultant: etiamsi vnus insultet. Esset autem contrarium si Matthæus dixisset ambos latrones conuiciatos domino. Cum vero dictum est latrones,nec additum est ambo, potuit vsitato locutionis modo per pluralem numerum significari. H I E R O. Vel potest dici,qp primum vterque scilicet blasphemauerit:deinde Sole fugiente, terra commota,saxisque diruptis,& ingruentibus tenebris,vnus crediderit in Iesum,& priorem negationem sequenti confessione emẽdauerit. C H R Y. in Homil. Vt enim non existimes ex quadam conniuentia id gestum fuisse,neque latronem fuisse, qui latro videbatur a contumelia, ostendit tibi quoniam etiam in cruce positus latro erat, & inimicus. & repente transmutatus est. H I L A R I V S. Quod autem latrones ambo conditionem ei passionis exprobrant: vniuersis etiam fidelibus scandalum crucis futurum esse significat. H I E R O N Y M V S. Vel in duobus latronibus vterque populus Gentilium, & Iudæorum primo dominum blasphemauit: post ea signorum multitudine alter exterritus egit pœnitentiam, & vsque hodie Iudæos increpat blasphemantes. O R I G E. Sed & latro qui saluatus est potest esse mysterium eorum, qui post multas iniquitates crediderunt in Christum.

i ¶ C H R Y S O S T O M V S in Sermone de Passione. Non poterat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde Sol retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur: { A sexta autẽ hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonã. O R I G E N. ab hoc textu quidam calumniantur euangelicam veritatem. Defectio enim solis a sæculo sæpe fuit in suo tempore refacta. Sed defectio solis, quæ secundum consuetudinem temporum ita currentium fieri solet, non in alio tempore fit, nisi in conuentu solis & lunæ, quando luna subtus currens, solis impedit radios occurrentis ei. In tempore autem quo passus est Christus, manifestum est quoniam conuentus non erat lunæ ad solem, quoniam tempus erat Paschale quod consuetudinis est agere, quando luna plena est. quidam autem credentium volentes defensionem aliquam inducere contra hoc dixerũt: quoniam illa defectio solis conuenienter secundum cætera prodigia noua,contra consuetudinem facta est. D I O N Y S I V S in Epistola ad Policarpum. Cum ambo apud Heliopolim essemus, ambo simul incidentem mirabiliter solem lunam notabamus (non enim eius cæ coniunctionis tunc aderat tempus) ipsamque rursus ab hora nona vsque in vesperam ad solis diametrum, supra naturæ vires restitutam. Insuper & eam lunæ incidentiam obseruauimus ab Oriente cœpisse, & vsque ad solaris corporis finem peruenisse, ac tum demum resiliisse, nec ex ea, vt assolet, parte luminis defectum,& restitutionem contigisse, sed ex aduerso diametri. C H R Y S O S T O M V S in Homilia. Tribus etiam horis tenebræ permanserunt, cum eclypsis in momento transeat: non enim habet moram, vt sciunt illi qui considerauerunt. O R I G E N E S. Sed aduersus hoc filii huius sæculi dicunt. Quomodo hoc factum tam mirabile nemo Græcorum, aut Barbarorum scripsit eorum, qui notauerunt: siquid tale nouum factum est aliquando? Et Phlegon quidem in chronicis suis scripsit, in principatu Tyberii Cæsaris factum, sed non signauit in luna plena. Arbitror ergo sicut cætera signa, quæ facta sunt in passione ipsius, scilicet velum scissum, & terra tremuit, & cætera in Hierusalem tantummodo facta sunt. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram Iudæam, sicut in tertio Libro Regum dixit Abdias ad Helyam: Viuit Deus tuus: si est gens, aut regnum, vbi non misit dominus meus quærere te, ostendens, quoniam satis eum in Gentibus quæsierat circa Iudæam. Est autem consequens intelligere quasdam tenebrosissimas nubes, & multas, & magnas concurrisse super Hierusalem, & terram Iudææ: & ideo factæ sunt tenebræ profundæ, a sexta hora vsque ad nonam. Duæ enim creaturæ in sexta die factæ fuisse intelliguntur: ante sextam quidem animalia: in sexta autem homo: & ideo conueniebat pro salute hominis morientem in hora sexta suspendi, & a sexta hora propter hoc tenebras fuisse factas super omnem terram usque ad nonam. Et sicut Moyse manus extendente in cœlum: factæ sunt tenebræ super Aegyptios, seruos Dei tenentes in seruitute: similiter & Christo in sexta hora manus extendente in cruce, ad cœlum super populum, qui clamauerat: Crucifige eum, factæ sunt tenebræ, & ab omni lumine sunt priuati, in signum futurarum tenebrarum, quæ comprehensuræ erant gentem Iudæam. Item, sub Moyse factæ sunt tenebræ super omnem terram Aegypti tribus diebus: omnibus autem filiis Israel erat lumen. Sub Christo autem factæ sunt tenebræ super omnem Iudæam tribus horis, quoniam propter peccata sua priuati sunt a lumine Dei patris & a splendore Christi, & ab illuminatione spiritussancti. Lumen autem super omnem reliquam terram, quod vbique illuminat omnem ecclesiam Dei in Christo. Et si vsque ad horam nonã tenebræ factæ fuerunt super Iudæam, manifestum est, quoniam iterum eis lumen resulsit, quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. C H R Y S O S T O M V S in Homi. Vel aliter. Hoc admirandum erat, ꝙ in omnem terram tenebræ sunt factæ, quod numquam prius contigerat. In Aegypto enim solum tenebræ factæ sunt, quando Pascha perficiendum erat: quæ enim tunc agebantur, horum typus erant. Et intuere,quod fuerint tenebræ in media die,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando vbique terrarum dies erat, vt omnes qui habitabant terram, hoc miraculum cognoscerent. Hoc autem est signum quod petentibus promittebat dare, dicens. Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę Prophetæ, crucem signans, & resurrectionem. Etenim multo mirabilius est in eo qui crucifixus erat hoc fieri, quàm ambulante eo super terram. Hoc autem sufficiés erat eos conuertere: non solũ magnitudine miraculi, sed quia hoc gestum est postquàm omnia locuti fuerant quæ voluerant, & sacietatem acceperant contumeliarum. Qualiter autẽ non admirati sunt vniuersi, neque æstimauerunt eum esse Deum? quia scilicet, hominum genus tunc multa malitia, & desidia detinebatur, & hoc miraculum factum confestim transiit & non nouerant quæ esset causa eius, quod gerebatur. Et propter hoc ipse postea loquitur vt ostendat se viuere, & quòd ipse hoc miraculum fecit. vnde sequitur: ¶ Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens Heli heli, lamazabatani, Hoc est, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? HIERO. Principio vicesimi primi Psalmi abusus est. Illud uero quod est in medio versiculi. Respice in me, superfluum est, legitur enim in Hebræo. †

עזבתני
למה
אלי אלי

Eli, Eli lama hazautani, hoc est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Ergo impij sunt, qui Psalmum ex persona Dauid siue Hester, & Mardochęi dictum putant, cum etiam Euangelistæ testimonia ex eo sumpta super Saluatore intelligantur, vt est illud: Diuiserunt sibi vestimenta mea, Et foderunt manus meas. CHRY. in Homi. Ideo autem emisit propheticam vocem, vt vsque ad vltimam horam testimonium perhibeat veteri testamento, & vt videant quoniam honorat patrem, & non est Deo contrarius, & ideo Hebraicam vocem emisit, vt eis fieret cognita & manifesta. ORIG. Requirendum est autem, quid est, quòd a Deo derelictus est Christus? Et quidam quia non possunt exponere derelinqui Christum a Deo, dicunt quòd per humilitatem dictum est. Sed manifeste intelligere poteris quid sit quod dicit, faciens comparationem gloriæ illius, quam habuit apud patrem, ad confusionem, quam contemnens sustinuit crucem. HILA. Per hæc autem verba ingenia contendunt hęretica, quòd aut defecisse omnino Dei verbum in animam corporis volunt, dum corpus officio animæ viuificat, aut omnino nec fuerit Christus homo natus, quia in eo Dei verbum modo spiritus habitauerit prophetalis, quasi Iesus Christus animæ solum & corporis homo cõmunis. Hoc habet sui exordium, quo esse cępit homo, qui nunca Dei verbo contracta rursum protectione desertus clamet: Deus meus, quare me dereliquisti? Vel certe in anima verbi natura mutata, paterno Christus in omnibus vsus auxilio, nunc inops eius mortique permissus solitudinem suam conqueratur, relinquentemque se arguat. Sed inter has impias infirmasque sententias, ecclesiæ fides imbuta apostolicis doctrinis non partitur Iesum Christum ne filius Dei, non & filius hominis intelligatur, nam quæ reladerelicti morientis infirmitas est. Promissio autem paradisi viuentis Dei regnum est. Habes in conquerente ad mortem relictum se esse, quia homo est. Habes eum qui morit profitentem se in paradiso regnare, quia Deus est. Non ergo mireris verborum humilitatem & quærimonias derelicti cum formam serui sciens, scandalum crucis videas. GLOS. Dicitur autem Deus eum deseruisse in morte, quia potestati persequentium eum expositi, subtraxit enim protectionem, sed non soluit vnionem. ORIG. Postquam autem vidit super omnem terram Iudæam tenebras, hoc dixit, ostendere volens: Dereliquisti me pater, idest talibus, exinanitum calamitatibus tradidisti, vt populus qui fuerat apud te honoratus, recipiat quæ in me ausus est, vt priuetur a lumine tuæ prospectionis, sed & pro salute gentium dereliquisti me. Quid autem tam bonum fecerunt, qui ex gentibus crediderunt, vt precioso sanguine super terram effuso pro eis, eruerem eos a maligno? Aut quid tale dignum facturi sunt homines, pro quibus patior ista? Forsitan autem & videns peccata hominum pro quibus patiebatur dixit: Quare me dereliquisti? vt fierẽ quasi qui colligit stipulam in messe, & racemos in vindemia. Non autem æstimes humano more saluatorem ista dixisse, propter calamitatem, quæ comprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis, non audies magnam vocem eius, quæ ostendit aliquid esse magnum absconditum. RABANVS. Vel saluator hoc dixit, nostros circumferens motus. qui in periculis positi a Deo deseri nos putamus. Humana enim natura propter peccatum a Deo fuerat derelicta, sed quia filius Dei factus est noster aduocatus, quorum susćepit culpam. deplorat miseriam: in quo ostendit quantum fiere debeant qui peccant, quando sic fleuit, qui numquam peccauit. Sequitur: {Quidam autem illic stantes & audientes dicebant: Heliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis accepta spongiam impleuit aceto, & imposuit harundini, & dabat ei bibere. Cæteri vero dicebãt. Sine: videamus an veniat Helias liberans eum. Iesus autem iterum clamas voce magna, emisit spiritum. {Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo vsq; deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerũt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste. Erant autẽ ibi mulieres multæ a longe, q̃ secutę erant Iesum

quàm si non resurgerent. Incunctanter ergo credere debemus, quia qui resurgente domino a mortuis rexurexerunt: ascendente eo ad cœlos, & ipsi pariter ascenderunt. ORI. Semp aũt hic eadem magna quotidie fiunt: velum enim templi ad reuelandũ quæ intus habentur scinditur sanctis. Terra etiam mouetur, id est omnis caro nouo verbo & nouis rebus secundum nouum testamentum. Petræ autem scinduntur, quæ mysterium fuerunt prophetarum, vt in profundis eorum posita spiritualia mysteria videamus. Monumenta autem dicuntur corpora peccatricum animarum, idest mortuarum Deo: cum autem per gratiam Dei animę huiusmodi fuerint suscitatæ corpora eorum, quæ prius fuerunt monumenta, fiunt corpora sanctorum, & videntur a seipsis exire, & sequuntur eum qui resurrexit, & in nouitate vitæ ambulant cum eo. Et qui digni sunt habere conuersationem in cœlis in grediuntur in sanctam ciuitatem per singula tpa, & apparent multis videntibus opera bona ipsorum. Sequitur. ¶ Centurio autem, & qui cũ eo erant cus. di. ri. terræm. & his quæ fie. ti. val. di. Ve. fi. Dei er. iste. ¶ AVG. de Con. euan. Non est contrarium, cp Matthęus vi Lib. 3. c. 20
so terræmotu dicit admiratum Centurionem, & eos qui cum eo erant, cum Lucas dicat hoc admiratum, cp emissa magna voce, expirasset. In eo enim, cp Matthæus non solum dixit: Viso terræmotu, sed & addidit His quæ fiebant: integrum locorum locum fuisse demonstrauit luce, vt diceret Centurionem ipsam domini mortẽ fuisse miratum, quia & hoc inter illa est, quæ tunc mirabiliter facta erant. HIERONY. Ex hoc considerandum, cp Centurio in ipso scandalo passionis vere Dei filium confiteatur, & Arrius in ecclesia prædicet creaturam. RABA. Vnde merito per Centurionem fides ecclesiæ designatur, quæ vero mysteriorum cœlestium per mortem domini reserato: continuo Iesum, & vere iustum hominem, & uere Dei filium Synagoga tacente confirmat. LEO. in Sermo. de Pas. Exemplo igitur Centurionis contremiscat in Redemptoris sui supplicio terrena substantia: rumpantur infidelium mentium petræ, & qui mortalitatis grauabantur sepulchris, discussa obstaculorum mora prosiliant, appareant nunc quo que in ciuitate sancta, idest ecclesia Dei futuræ resurrectionis indicia, & quod credendum est in corporibus, fiat in cordibus. Sequitur: { Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Iesum a Galilæa ministrantes ei. HIERONY. Consuetudinis enim Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquæ, vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus ministrarẽt, hoc quia scandalum facere poterat in gentibus: Paulus abiecisse se memorat. Ministrabant autem domino de substantia sua, vt meteret illarum carnalia, cuius illæ metebant spiritualia, non quia indigebat cibis dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, quia victu atque uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerit. Sequitur. n. { Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Iaco. & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. ORIG. Apud Marcum aũt tertia illa Salomæ appellat. CHRY. in Ho. Hæ aũt mulieres considerabant quæ gerebant, q̃ maxime erat cõpassibiles, quæ sequebant ministrantes vsque ad pericula afferunt: maximã fortitudinem ostendentes, quia cum discipuli fugerunt: ipsæ assuerunt. HIE. contra Heluidiũ: Ecce, inquit Heluidius, Iacobus, & Ioseph, sunt filii Mariæ matris dñi, quos Iudęi appellauerũt frẽs Christi, & Maria Iacobi minoris. Dicit aũt Iacobi minoris ad distinctionẽ Iacobi maioris, qui erat filius Zebedæi. Impium. n. dicit esse Heluidius hoc sentire de Maria, ut cum aliæ fœminæ ibi fuerint, matrẽ eius abesse dicam⁹. aut alterã esse Mariã, nescio quã cõfingamus, præsertim cũ euangeliũ Ioannis testet eam illic fuisse p̃sente. O furor cæcus, & ꝑprium exitium mens vesana, audi quid Iohannes euangelista dicat. Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Nulli dubium est duos fuisse Apostolos, Iacobi nuncupatos uocabulo, Iacobum Zebedæi, & Iacobum Alphæi. Iste autem nescio quis minor Iacobus, quem Mariæ filiũ scriptura cõmemorat. Si Apostol⁹ est, Alphæi filius erit. si non est Apls. sed tertius, nescio quis Iacob⁹ qño putandus est frater dñi, & qño tertius ad distinctionem maioris minor appellabitur? cum maior & minor non inter tres, sed inter duos soleant præbere distantiam, & frater dñi Apls sit: Pau-

lo dicente. Alium apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrē dñi. Ne autem hunc Iacobū, putes filium Zebedęi, lege actus apostolorum, iam ab Herode fuerat interemptus. Restat conclusio, vt Maria ista, quæ Iacobi minoris scribit mater, fuerit vxor Alphei, & soror Mariæ matris dñi, quam Mariā Cleophæ Ioannes euang. commemorat. Si aūt inde tibi alia atque alia videtur, q̄ alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & alibi Maria Cleophæ, disces scripturę consuetudinem eundem hominem diuersis nominibus appellari: sicut Raguel socer Moysi Ietro dcitur. Et sīr dr Maria Cleophę vxor Alphei. hæc eadem dicta est Maria mater Iacobi minoris, quæ si mater esset Domini,

magis eam vt in omnibus locis matrē alterius voluisset intelligi. verum & si alia fuerit Maria Cleophæ, & alia Maria Iacobi, & Ioseph mater, hoc tamen constat non eandem Mariam Iacobi, & Ioseph esse quām matrem Domini. AVG. de Con. euang. Possemus autem dicere alias mulieres alonge, vt tres Euangelistæ dicunt, & alias iuxta crucem fuisse, vt Ioannes dicit, nisi Matthęus, & Marcus, Mariam Magdalenæ nominassent inter stantes longe, quam scilicet, Ioannes nominauit inter stantes iuxta crucē. Quomodo autem hoc intelligitur, nisi quia eo interuallo erant, vt & iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderant, & a longe in comparatione turbæ propinquius circumstantis cum centurione & militibus. possumus etiā intelligere, q̄ illę quæ simul aderant cum matre Dñi: postquam eam discipulo commendauit, abire iam cęperant, vt a densitate turbæ se exuerent, & cætera quæ facta sunt longius intuerentur, vt Euangelistæ, qui post morte Dñi eas commemorauerunt, & longe stantes commemorent.

1 ¶ GLO. Postquam Euangelista retulerat ordinē dominicæ passionis & mortem, nunc agit de eius sepultura dicens: {Cum sero autem factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.} REMI. Arimathia ipsa est, & Ramatha ciuitas Helcanę, & Samuelis, quæ sita est in regione Chananitica iuxta diospolim. Iste autem Ioseph secundum sęculi statum magnæ fuit dignitatis: sed multo maioris meriti apud Deum fuisse laudatur, siquidem iustus fuisse describitur. Decebat quippe eum talem existere, qui corpus Domini sepeliret, quatenus per iusticiam meritorum dignus esset tali officio. HIERO. Dives autem refertur non de iactantia scriptoris, quo virum nobilem, atque ditissimum referat Iesu fuisse discipulum. Sed vt ostendat causam quare a Pilato corpus Christi potuerit impetrare, sequitur. {Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.} Pauperes enim & ignoti non essent ausi ad Pilatum Præsidem Romanæ potestatis accedere, & crucifixi corpus impetrare. In alio autem euangelio Ioseph iste Bulites appellatur, idest consiliarius, & de ipso quidem putant primum Psalmum fuisse compositum. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. CHRY. in Home. Inspice autem huius viri fortitudinem, in mortis enim periculum se tradidit inimicitias ad omnes assumens, propter beniuolentiam Christi, & non solum audet corpus Christi petere, sed & sepelire. vnde sequitur: {Et accepit corpus Iesu & inuoluit illud in sindone munda.} HIERO. Ex simplici sepultura domini ambitio diuitum condematur, qui nec in tumulis quidem possunt carere diuitiis. Possumus autem iuxta intelligentiam spiritualem & hoc sentire, quòd corpus Domini non auro, non gemmis, non serico: sed linteamine puro obuoluendum sit, quamquam & hoc significet, quòd ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eum susceperit. REMI. Vel aliter, quia sindon lineus pannus est, linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candorem producitur, designatur quia corpus illius, quod ex terra, idest ex virgine sumptum est, per laborem passionis peruenit ad candorem immortalitatis. RABA. Hinc etiam ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur: Vt a beato Papa Syluestro legimus esse statutum. Sequitur. {Et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. AVGVST. in

a galilęa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedęi.

1 Cum autem sero factum esset, venit quidā homo dives ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. hic accessit ad Pilatū & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. & accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod excederat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumēti, & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalenæ & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

m Altera autē die quæ est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad Pilatum dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor

sermone de sabbato sancto. Ideo autem saluator in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute, vt quid ergo in propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cęlis? vt quid illi sepultura propria, qui tridui tantum temporis spacio in se-

sed hi vim figuratæ locutionis ignorauerunt. Figurate enim sexta feria qua passus est, comprehendit noctem præcedentem. Sequitur autem nox sabbati cum suo die: nox vero dominici diei comprehendit suum diem, ac per hoc verum est, q̄ post triduum resurrexit. AVG. in Sermo. de Pas. Ideo autem post tres dies resurrexit, vt in passione filij totiꝰ trinitatis mō straretur assensus: triduum enim legitur i figura, quia Trinitas, quæ in principio fecerat hominem: ipsa in fine hominē q̄ Christi reparat passionē. Sequitur: {Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in tertium diē. RABA. Discipuli enim Christi fures spiritualiter erant, quia ab ignratis Iudæis scripta noui & veteris testamenti ablata in vsum ecclesiæ conferebant, & Saluatorem qui eis promissus fuerat illis nocte dormientibus: hoc est, infidelitate torpentibus abstulerunt. gentibus credendum tradentes. HILA. Metus furandi corporis, & sepulchri custodia atque obsignatio: stultitiæ atque infidelitatis testimonium est, q̄ signare sepulchrū eius voluerunt, cuius præcepto conspexissent de sepulchro mortuum suscitatum. RABA. In hoc autem q̄ dicunt: Et erit nouissimus error peior priore. ignoranter verum dicunt. Peior enim fuit contemptus pœnitentiæ in Iudæis, quàm error ignorantiæ. CHRY. in Ho. Vide etiam qualiter nolentes concertant ad demonstrandam veritatem. irrefragabilis enim demonstratio resurrectionis facta est per ea quæ prætenderunt, quia enim custoditū est sepulchrum, nulla fraus facta est. Si autem fraus facta non est: manifeste & irrefragabiliter dominus surrexit. Quid autem Pilatus respōdeat subiungitur: {Ait illis Pilatus: habetis custodiam. Ite, custodite sicut scitis.} RABA. Quasi dicat. Sufficiat vobis, q̄ consensi in necem innocentis: de cætero vester error vobiscū permaneat. Sequitur. {Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. CHRY. in Hom. Non autē permittit Pilatus solos milites sigillare. si enim soli milites sigillassent, possent dicere quoniam milites permiserunt q̄ discipuli corpus dñi furarentur, & ita resurrectionis infringere fidem, nunc hoc dicere non possunt, cum ipsimet sepulchrum sigillassent.

ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi: surrexit a mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

CAP. XXVIII.

AVG. in Sermo. de Resur. Post illusiones & verbera: post aceti & fellis pocula mixta, post supplicia crucis & vulnera: & postremo post ipsam mortem & inferos, surrexit de suo funere caro noua. redit ab occiduo latens vita, & in morte salus reseruata resurgit pulchrior reditura post funus. AVGV. de Con. euan. de hora vero qua mulieres venerunt ad monumentum non contemnenda exoritur quæstio. Cum enim Matthæus hic dicat: {Vespere autem sab. quæ lu. in prima sab.} quod est quod dicit Marcus: Et valde mane vna sabbatorum venit Maria Mag. & altera Maria videre sepulchrum.} Aperte quippe prima noctis quod est vespere: ipsam noctem voluit significare Matthæus, cuius noctis fine venerunt ad monumentū: ergo quoniam sabbato impediebantur, vt non ante facerent: ab eo tempore nominauit noctem ex quo eis licere cœpit, vt facerent quodcumque vellent tempore eiusdem noctis. Sic itaque dictum est: {Vespere sabbati.} ac si diceretur: nocte sabbati. i. nocte quæ sequitur diem sabbati, quod ipsa verba eius satis indicant. Sic enim ait: {Quæ lucescit in prima sabbati.} quod fieri non potest nisi tā tummodo primam noctis particulam, idest solum in tium noctis intellexerimus dicto vespere significatum. Neque enim ipsum inium noctis lucescit in prima sabbati, sed ipsa nox in luce incipit terminari, & vsitatus modus loquendi est diuinæ scripturæ a parte totum significare. Vespere ergo noctem significauit, cuius extremum est diluculum: diluculo enim venerunt ad monumentum. RABA. Vel aliter: Quod dictum est, quia sanctæ mulieres vespere sabbati quæ lucescit in prima sabbati venerunt videre sepulchrum: ita intelligendum, quia vespere quidem venire cœperint: sed lucescente mane in prima sabbati ad sepulchrum peruenerūt, idest vespere aromata parauerunt, quibus corpus domini vngere desiderabant, sed aromata vespere præparata, mane ad sepulchrū detulerunt. Quod Matthæus quidem breuitatis causa obscurius posuit, sed Euangelistæ alij quo ordine factum sit euidentius ostendunt. Sepulto namque sexta feria domino, reuersæ a monumento mulieres præparauerunt aromata & vnguenta, quādiu operari licebat, & sabbato quidem siluerunt secūdū legis mandatum, sicut Lucas aperte designat. Cum autem transisset sabbatum, vesperaque aduenisset, tempus operandi redijsset: prompte ad deuotionem emerunt, quæ minus præparauerant aromata, sicut Marcus commemorat. Vt venientes vngerent Iesum. & valde mane veniunt ad monumentum. HIERO. Vel aliter, quòd diuersa tempora istarum mulierum in euangeliis describuntur: non mendacii signum est, vt impii obiciunt: sed sedulæ visitationis officia, dū crebro abeunt, & redeunt: & non patiuntur a sepulchro domini diu abesse, vel longius. REMI. Sciendum autem, qa Matthæus mystice loquens studuit nobis insinuare, illa sacratissima nox quantam dignitatem ex honore deuitæ mortis, & dominicæ resurrectionis accepit. ideo dixit: {Vespere sab. quæ lu. in prima sab.} cum consuetus ordo temporum habeat, vt vesperæ non lucescāt in diem: sed potius obtenebrescāt in noctem: ostenditur his verbis, q̄ dominus totam hanc noctem luce suæ resurrectionis festiuam, & coruscam reddidit. BEDA. in Hom. Ab exordio etiam mundanæ creationis vsque hucusque temporum cursus distinguebatur, vt dies noctem præcederet, quia homo a luce Paradisi peccando lapsus in huius sæculi tenebras, erumnasque decidit. Aptissime autem nūc dies sequitur noctem, quando per fidem resurrectionis a peccati tenebris & vmbra mortis ad lucem vitæ Christo largiente reducimur. SEVE. in Ser. Pas. Est autem vespera sabbati quæ lucescit: quia illuminatur per Christum: sabbatum non deletur. Non inquit, ueni soluere legem, sed adimplere. Illuminatur, vt in diē dominicam luceat: claresc at in ecclesia quod in Synagoga Iudęis obscurantibus fuscabatur. Sequitur. {Venit Ma. Mag. & alte. Ma. videre sepulchrū. Et ecce terræmot⁹ factus est magnus. Angel⁹. n. dñi descendit de cœlo, & accedēs reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eiꝰ sicut nix. Præ timore autem eius

quens studuit nobis insinuare, illa sacratissima nox quantam dignitatem ex honore deuitæ mortis, & dominicæ resurrectionis accepit. ideo dixit: {Vespere sab. quæ lu. in prima sab.} cum consuetus ordo temporum habeat, vt vesperæ non lucescāt in diem: sed potius obtenebrescāt in noctem: ostenditur his verbis, q̄ dominus totam hanc noctem luce suæ resurrectionis festiuam, & coruscam reddidit. BEDA. in Hom. Ab exordio etiam mundanæ creationis vsque hucusque temporum cursus distinguebatur, vt dies noctem præcederet, quia homo a luce Paradisi peccando lapsus in huius sæculi tenebras, erumnasque decidit. Aptissime autem nūc dies sequitur noctem, quando per fidem resurrectionis a peccati tenebris & vmbra mortis ad lucem vitæ Christo largiente reducimur. SEVE. in Ser. Pas. Est autem vespera sabbati quæ lucescit: quia illuminatur per Christum: sabbatum non deletur. Non inquit, ueni soluere legem, sed adimplere. Illuminatur, vt in diē dominicam luceat: claresc at in ecclesia quod in Synagoga Iudęis obscurantibus fuscabatur. Sequitur. {Venit Ma. Mag. & alte. Ma. vi-

Non vt egressuro dño ianuam pandat: sed vt egressus eius iam factũ hominibus præstet indicium. Qui enim mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo ingredi mundũ, ipse factus immortalis, clauso sepulchro potuit, resurgendo exire de mundo. REMI. Significat autem reuolutio lapidis reserationem sacramentorum

exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autẽ Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim, ꝙ Iesum qui crucifixus est quæritis. Non est hic: surrexit enim sicut dixit, Venite & videte locũ, vbi positus erat dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius

Christi, quæ litera legis tegebantur, lex namq; in lapide scripta fuit, & ideo p lapidem designatur. SEVE. Non autẽ dixit: Voluit, sed Reuoluit lapidem, quia lapis aduolutus probauit mortem, & reuolutus extitit resurrectiõis assertor. Mutatur hic ordo rerũ, sepulchrũ mortem non mortuum deuorat, domus mortis mansio fit vitalis. vteri noua forma mortuum recipit, reddit viuum. Sequitur: {Et sedebat super eum.} Sedebat inquã, cui nulla inerat lassitudo, vt fidei doctor, vt resurrectionis magister sedebat supra petram vt soliditas sedentis daret credentibus firmitatem, ponebat angelus super petram fundamenta fidei, super quam Christus erat ecclesiam fundaturus. Vel per lapidem monumenti potest designari mors qua oẽs præmebant: per hoc ergo ꝙ angelus super lapidẽ sedit, significatur ꝙ Christus mortẽ sua virtute subiecit. BEDA. in Hom. Et recte stans apparuit Angelus, qui aduentũ dñi in mundo prædicebat, vt stando designaret, quia dñs ad debellandũ mũdi principẽ veniret. præco aũt resurrectionis sedisse memoratur, vt sedendo significaret eũ superato mortis auctore sedem regni iã conscendisse perpetui. sedebat aũt super lapidem reuolutum quo hostium monumenti claudebatur, vt claustra inferorum, sua ipsum virtute deiecisse doceret. (Lib.3.c.24) AVG. de Con. euan. Potest autem mouere quõo ẽm Matthæum Angelus super lapidem sedebat reuolutum a monumento, cum Marcus dicat mulieres introeũtes in monumentum vidisse iuuenẽ sedentem in dextris, nisi intelligamus, aut Matthæum tacuisse de Angelo, quẽ intrantes viderunt, Marcũ autẽ de illo quem viderunt sedentem super lapidem, vt duos viderint, & a duobus sigillatim audierint, quę dixerunt angeli de Iesu, aut certe qđ dicit. Intrantes in monumentum. in aliqua septa maceriæ debemus accipere qua cõmunitum locum tunc fuisse credibile est. i. in aliquo spacio ante petram, in qua excisa locus factus fuerat sepulturę, vt ipsum viderint in eodem spacio sedentem a dextris, quem dicit Matthæus sedentem super lapidem. Sequitur: {Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix. SEVE. Vultus claritas a vestium candore superatur, & facies fulguri, niui vestis angeli comparatur, quia fulgur de cælo, nix de terra. vnde Propheta, Laudate dñm de terra, ignis, grando, nix, &c. In facie ergo Angeli claritas cælestis seruatur naturæ, in veste significatur gratia cõionis humanæ, & sic temperatur species angeli colloquentis, vt carnales oculi & vestium ferant placitam claritatem, & ex fulgure vultus nunciũ sui tremerent & reuererentur auctoris. IDEM in alio Ser. Quid autem facit indumentum, vbi tegendi necessitas non habetur? sed Angelus nostrum habitum nostram formam in resurrectione præfigurat, vbi homo ipsa corporis sui claritate vestitur. HIER. In candido etiã vestitu Angelus significat gloriam triumphantis. (Ho. euã.21.) GREG. in Hom. de Pascha. Vel aliter in fulgure terror timoris est, in niue autem blandimentum candoris, quia vero omnipotẽs Deus & terribilis est peccatoribus & blandus iustis, recte testis resurrectionis eius Angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur, vt de ipsa sua specie, & terrerent reprobos & mulceret pios. vnde sequit: {Præ timore autẽ eius exterriti sunt custo. & facti sunt velut mortui. RABA. Timoris anxietate sunt exterriti, quia amoris fiduciam non habebant, & facti sunt velut mortui, qui resurrectionis veritatem credere noluerunt. SEVE. in ser. Pas. Custodiebant enim crudelitatis studio non pietatis obsequio, stare enim non potest quem cõscientia destituit, & impellit reatus, hinc est ꝙ Angelus percellit impios, pios aloquitur, & solatur. Sequitur: {Respondens autem Angelus dixit mulieri.} HIER. Custodes quidem timore perterriti ad instar mortuorum stupefacti iacent, & Angelus tamen, non illos sed mulieres consolatur, dicens: {Nolite timere vos.} q.d. Illi timeant in quibus remanet incredulitas, cęterum vos, quia Iesum quæritis crucifixum, audite ꝙ surrexerit, & promissa perfecerit. vnde sequitur { Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis. SEVE. Adhuc enim crucifixum & mortuum requirebant, quarum fidem sęua passionis procella turbauerat, & tentationis ita eas pondus incuruauerat, vt cæli dominum quærerent in sepulchro: {Non est hic.} RABA. Per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deest per præsentiam maiestatis. Sequitur: {Surrexit enim sicut dixit. CHRY. in Home. q.d.

F Et si mihi non creditis, illius mementote verborũ: deinde & alia sequitur demonstratio, cum subditur. {Venite & videte locũ vbi positus erat dominus. HIERO. Vt si meis verbis non creditis, vacuo credatis sepulchro. SEVE. Angelus ergo prædicit nomen, crucem dicit, loquitur passionem: sed mox resurrectio-

quia surrexit, & ecce præcedet vos in galilęam. Ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis.

b Et exierunt cito de monumento cũ timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis dicens: Auete. Illę autẽ accesserunt & tenuerunt pedes eius: G

nem, mox dominum confitetur, & angelus post tanta supplicia. post sepulchrũ agnoscit dominum suum. Cur homo, aut minoratum deum in carne indicat, aut in passione existimat defecisse uirtutem? Dicit autẽ crucifixum, & ostendit locum ubi positus erat dominus, ne alter, & non idem resurrexisse crederetur ex mortuis. Et si dominus in eadem redit carne, & suæ resurrectionis facit indicia, quare homo in alia putat se carnem rediturum? aut carnem forte seruus dedignatur suam, cum nostram dominus non mutauit? RABA. Non autem solis vobis hoc gaudium magnum concessum est occulto corde tenere, sed similiter amantibus debetis illud pandere. unde sequit. {Et cito eũ. di. dis. e. quia sur.} SEVE. Quasi dicat, Reruertere ad virum mulier iam sanata, & suade fidem, quæ perfidiam ante suasisti: Refer homini resurrectionis indicium, cui ante consilium ruinæ dedisti. sequitur. {Et ecce præce. uos in Galilæa.} CHRY. in Hom. Hoc autem dicit eripiens eos a periculis, ne timor fidem impediret. HIE. Mystice autem præcedet uos in Galilæam: hoc est in uolutabrum Gentilium, ubi ante error erat, & lubricum, & firmo, ac stabili pede uestigium nõ tenebat. Sequitur. {Ibi eum uidebitis: ecce prædixi uobis.} BEDA. in Hom. Bene H autem dominus in Galilæa uidetur a discipulis, qui iam de morte ad uitam, iam de corruptione ad incorruptionem transierat: Galilæa quippe transmigratio interpretatur. Fœlices fœminæ quæ triumphum resurrectionis mundo annunciare meruerunt, fœliciores animæ, quæ in die iudicii percussis pauore reprobis, gaudiũ beatæ resurrectionis intrare meruerint.

b ¶ HIERONY. Mulieribus per angelum adhortatis confestim dominus occurrit, ut nunciaturæ expectantibus discipulis: resurrectionem non angeli potius quàm Christi ore loquerentur. unde dicitur. {Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno. (Li.3.c.24.) AVGVSTI. de Concor. euang. Egressę autem dicuntur a monumento: hoc est ab illo loco ubi erat horti spacium ante lapidem effossum. HIERONY. Duplex autem mentes mulierum tenebat affectus, timoris, & gaudii, & alter de miraculi magnitudine, alter ex desiderio resurgentis: & tñ uterque fœmineum concitabat gradũ. unde sequitur: { Currentes nunciate discipulis eius.} Pergebat enim ad Apostolos, ut per I illos fidei seminarium spargeretur. Quæ autem sic quærebant, quæ ita currebant merebantur obuiam habere dominum resurgentem. unde sequitur. { Ec ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete.} RABANVS. Per hoc ostendit se omnibus iter uirtutum inchoantibus, ut ad salutem perpetuam peruenire queant adiuuando occurrere. HIERONYMVS. Primæ mulieres merentur audire: Auete, ut maledictum Euæ mulieris, in mulieribus solueretur. SEVE. In istis uero fœminis ecclesiæ figuram manere euidenter ostendit, quia discipulos suos Christus de resurrectione arguit trepidantes. Occurrens autem istis non potestate terret, sed præuenit charitatis ardore: Christus enim in ecclesia se salutat quam suum recipit in corpus. (Lib.3.c.24) AVGVSTINVS de Concor. Euangelistarum. Colligimus, & angelorum allocutionem bis numero eas habuisse uenientes ad monumentum, scilicet cum uiderant unum K angelum, de quo narrat Matthæus, & Marcus, & cum postea uiderunt duos, ut narrant Lucas, & Ioannes. Et similiter ipsius domini bis, semel scilicet illic, quando Maria hortulanum putauit, & nunc iterum cum eis occurrit in uia, ut eas ipsa repetitione firmaret, atque a timore recrearet. SEVE. Sed ibi Mariæ, nec tangendi datur facultas: hic non solum tangendi, sed tenendi copia tota conceditur. Vnde sequitur. {Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. RABANVS. Superius quidem dictum est, quia clauso surrexit monumento, ut immortale iam factum doceret esse corpus quod in monumento clausum fuerat mortuum. Tenendos autem mulieribus nunc præbuit pedes, ut intimaret uerum se carnem habere, quæ a mortalibus tangi posset. SEVER. Istæ quidem tenent pedes Christi, quæ in ecclesiæ typo euangelicæ prædicationis tenent, & merentur excursum, ac sic fide astringunt sui uestigia Saluatoris, vt totius deitatis perueniant ad honorem. Illa autem merito audit: Noli me tangere,

tangere, quæ in terris deflet Dominum, & sic in sepulchro quæ- A rit mortuum, vt in cælis eum nesciat regnare cum patre. Quòd ergo eadem Maria, nunc in fidei vertice constituta tangit Christũ, ac tenet toto sanctitatis affectu, nunc imbecillitate carnis & fœminea infirmitate deiecta dubitat, & tactum sui non meretur authoris, non facit quęstionem. Siquidem illud de figura ẽ, hoc de sexu. illud est de diuina gratia, hoc de humana natura, quia nosipsi cum diuina scimus deo viuimus, cum humana sapimus cęcamur ex nobis. Tenuerunt autẽ pedes eius, vt scirent in capite Christi virum esse, se autem esse in pedibus Christi, & datum sibi virum sequi, non præire ipsum. Quod autem dixerat angelus, dicit & dominus, vt quas firmauerat angelus, Christus redderet firmiores. Sequitur. {Tunc ait illis Iesus: Nolite timere.} HIERO. Et in veteri & in nouo testamento hoc semper obseruandum est, quòd quando aliqua augustior apparuerit visio, primum timor pellatur, vt sic mente placata, possint quæ dicuntur audiri. HILA. In contrarium autem ordo causæ principalis est redditus, vt quia a sexu muliebri cępta mors esset, ipsi primum resurrectionis gloriæ & visus & nuncius redderet. vnde Dominus subdit: {Ite nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. SEVE. Vocat fratres quos corporis sui fecit esse Germanos, vocat fratres quos benignus hæres sibi præstitit cohęredes, vocat fratres quos patris sui adoptauit in filios. (Lib.3.c.25.) AVG. de Concor. euan. Quòd autem Dominus non vbi primum se monstraturus erat: sed in Galilæa: vbi postea visus est se videndum mandauit. & per angelum & per seipsũ, quàmuis fidelem facit intentum ad quærendum in quo mysterio dictum intelligitur. Galilæa namque interpretatur vel transmigratio vel reuelatio. Prius itaque secundum transmigrationis significationem quid aliud occurrit intelligendum nisi quia Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes, quibus Apostoli prædicantes Euangelium, nullo modo crederent, nisi eis ipse Dominus viam in cordibus hominum præpararet? & hoc intelligitur. Præcedet vos in Galilæam. Quod autem subditur. Ibi eum videbitis, sic intelligitur, idest sibi membra eius inuenietis, ibi viuum corpus eius in his, qui vos susceperint agnoscetis. Secundum autem quòd Galilæa interpretatur reuelatio, nõ iam in forma serui intelligendum est: sed in illa in qua æqualis est patri. Illa erit reuelatio tanquàm vera Galilæa, cum similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Ipsa etiam erit beatior transmigratio ex isto sæculo in illam æternitatem.

(Hom.91.) c ¶CHRY. in Hom. Signorum quæ circa Christum apparuerunt, quędam fuerunt orbi terrarum communia, puta tenebrę, quædam propria militibus custodientibus, sicut mira angeli apparitio, & terræmotus quæ propter milites facta sunt vt stupefierẽt, & ab ipsis fiat testimonium veritatis: veritas enim a contrarijs diuulgata magis refulget, quod & contigit. vnde dicitur. {Quæ cum abiissent, scilicet mulieres. Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus Sacerdotum omnia q̃ facta fuerant.} RABA. Simplex quidem animi qualitas & indocta hominum rusticitas: sæpe veritatem rei, vt est sine fraude manifestat, at contra versuta malignitas, falsitatem verisimilibus verbis pro vero commendare decertat. HIER. Principes ergo Sacerdotum, qui debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Iesum quærere resurgentem perseuerant in malitia, & pecuniam quæ ad vsus templi data fuerat vertunt in redemptionem mendacij, sicut & ante triginta argenteos inde dederunt proditori. vnde sequitur: {Et congregati cum Senioribus, consilio accepto pecuniã copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.} SEVE. Non. n. contenti sunt interfecisse magistrum: immo etiam quomodo discipulos perdere possunt moliuntur, discipulorum crimen esse faciũt magistri, plane amiserunt milites, perdiderunt Iudæi: sed discipuli magistrum suum, non furto sed fide, virtute non fraude, sanctitate non crimine, viuum non mortuũ, sustulerunt. CHRY. in Ho. Qualiter. n. furarentur discipuli homines pauperes & idiotæ, & neque apparere audentes? Si. n. adhuc Christum viuum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo non timuissent tot militum multitudinem? Numquid ostium sepulchri poterant euertere? lapis enim imminebat magnus, multis indigens manibus. Numquid ẽt non erat sigillum superimpositum? Propter quid autem non fu-

& adorauerunt eum: Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.

c Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus Sacerdotum omnia quæ B facta fuerant. Et cõgregati cum Senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Pręside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erãt edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudęos vsque in hodiernum diem.

d Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat illis Iesus.

rati sunt prima nocte, quando nullus sepulchro affuit? Sabbato. n. petierunt a Pilato custodiam. Quid autem sibi volunt hæc sudaria quæ Petrus vidit iacentia? Si enim vellent furari, non essent nudum corpus furati, non solum ne iniuriarentur: sed ne etiam in exuendo tardarent tribuerent militibus se detinendi facultatem, maxime quia mirrha erat corpori & vestimentis affixa, ita glutinosa, vt non facile esset a corpore auellere vestimenta, quare non psuasibilia sunt, quæ de furto dicta sunt. Vnde per quæ resurrectionem obũbrare conantur, per hæc eam faciunt clarere. Dicentes enim, quòd discipuli furati sunt. confitentur nõ esse corpus in sepulchro, furtum autem ostendit esse mendax custodia militum, & discipulorum pauor. REMIG. Sed si custodes dormierunt, quomodo furtum viderunt? et si non viderunt, quomodo testes fuerunt? & ideo quod voluerunt facere, non potuerunt. GLO. Ne autẽ timore Principis a mendacio reuocarentur, timentes propter negligentiam puniri subdũt: {Et si hoc auditũ fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.} CHRY. in Hom. Vide omnes corruptos. Pilatus enim ipse persuasus est, plebs Iudaica commota est, milites corrupti sunt. vnde sequitur: {At illi accepta pecunia C fecerunt sicut erant edocti.} Si pecunia apud discipulum tantam habuit virtutem, vt eum faceret magistri proditorem, non mireris, si pecunia milites superantur. HILAR. Emitur ergo resurrectionis silentium, & mendacium furti argento, quia honore, scilicet sæculi. qui in pecunia est & cupiditate, Christi gloria denegatur. RABA. Sicut autem sanguinis reatus quem sibi, & posteris suis ipsi imprecabantur, grauis peccatorum sarcina illos pręmit, ita emptio mendacij per quod resurrectionis denegant veritatem, reatu eos constringit perpetuo. vnde sequitur. {Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem.} SEVERI. Apud Iudæos quidem diuulgatum est, nõ apud Christianos. quod enim in Iudæa Iudæus obscurabat auro, fide toto claruit in mundo. HIERO. Omnes autem qui stipe templi, & his quæ conferuntur ad vsus Ecclesiæ abutuntur in alijs rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt Scribarum & Sa D cerdotum redimentium mendaciũ & Saluatoris sanguinem.

d ¶BEDA in Home. Postquàm dominicam resurrectionem ab angelo nunciatam beatus Matthæus asseruit, visionem Domini etiam a discipulis impletam refert dicens: {Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem vbi cõstituerat illis Iesus.} nam pergens Dominus ad passionem ait discipulis: Postquàm surrexero, præcedam vos in Galilæam. Angelus quoque mulieribus ait: Dicite discipulis eius, quia præcedet vos in Galileam: Quapropter iussioni magistri obedientia discipulorum obsequitur. Recte autem vndecim discipuli ad adorandum pergunt, iam enim vnus perierat, qui Dominum ac magistrum suum tradiderat. HIERO. Post resurrectionem ergo Iesus in Galileæ monte conspicitur, ibique adoratur, licet quidam dubitent, & dubitatio eorum nostram augeat fidem. Sequitur: {Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.} REMI. Hoc autem Lucas euangelista plenius manifestat: Refert enim quia cum Dominus resurgens a mortuis ipse apparuisset discipulis, ipsi cõturbati E & exterriti, existimabant se spiritum videre. RABA. In monte quidem apparuit eis Dominus, vt significaret quoniam corpus quod de communi generis humani terra nascendo susceperat, resurgendo iam super terrena omnia subleuauerat, & vt admoneret fideles, si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre, hic ab infimis voluptatibus ad superna studeant desideria transire. Iesus autem discipulos in Galilæam præcedit, quia Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium. Sequuntur autem hi qui sunt Christi, & suo ordine ad vitam de morte transmigrant in sua specie diuinitatem contemplantes, & huic cõgruit, quòd Galilæa reuelatio interpretatur. AVG. de Con. Euan. Sed considerandum est, quomodo corporaliter in Galilæa Dominus videri potuerit, quia enim nõ ipso die quo resurrexit visus est, manifestum est. nam in Hierusalem visus est eo die in initio noctis, vt Lucas & Ioannes apertissime consonant, neque etiam in sequentibus octo diebus, post quos dicit Ioannes discipulis apparuisse Dominum, vbi primo vidit eum Thomas, qui eum non viderat die resurrectionis eius, nisi quis dicat non illos vndecim, qui iam tunc Apostoli vocabantur: sed discipulorum illic vndecim fuisse ex multo (Lib.3.c.25.)

Universidad de Deusto Biblioteca

numero discipulorum. Sed occurrit aliud quod obsistit: Ioannes enim quando commemorauit non in monte ab vndecim: sed ad mare Tyberiadis a septem piscantibus visum esse Dominum. Hoc iam tertio, inquit manifestauit se Iesus discipulis suis, quod intelligendum est ad numerum dierum retulisse, non ad numerum manifestationum. Si autem acceperimus intra illos octo dies antequam eum Thomas vidisset ab vndecim discipulis, quibusq; Dominum visum, non erit ad mare Tyberiadis tertio manifestum esse, sed quarto, ac per hoc cogimur intelligere post omnia factum esse, q̃ eum in monte Galilææ discipuli vndecim viderunt. Inuenimus itaque apud quatuor Euangelistas decies commemoratum Dominum, visum ab hominibus esse post resurrectionem, semel ad monumentũ a mulieribus, iterum eisdem egredientibus a monumẽto in itinere: tertio Petro: quarto duobus euntibus in castellum: quinto pluribus in Hierusalem, vbi non erat Thomas: sexto vbi vidit eum Thomas: septimo ad mare Tyberiadis: octauo in monte Galileæ secundum Matthæum: nono quod dicit Marcus: nouissime recumbentibus, quia iam non erant in terra, cum illo conuiaturi: decimo in ipso die non iam in terra, sed eleuatum in nube, cum in cælum ascenderat, quod Marcus & Lucas commemorant: sed non omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur, crebra enim erat eius cum illis conuersatio per dies quadraginta, priusquam ascenderet in cælum. REMIG. Videntes ergo discipuli Dominum cognouerunt, & iccirco dimissis in terram vultibus adorabant. & ideo pius & clemens magister, vt omnem dubietatem auferret a cordibus eorum, accedens ad eos corroborauit in fide. vnde sequitur: {Et accedens Iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. HIERO. Illi autem potestas data est, qui pauloante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, RABA. Non enim hic de coæterna patri diuinitate: sed de assumpta loquor humanitate secundum quam minoratus est paulominus ab angelis. SEVE. Filius quippe Dei, virginis filio, Deus homini. Diuinitas carni contulit, quod semper ipse cũ patre possedit. HIERO. In cælo autem & in terra potestas data est, vt qui ante regnabat in cælo, per fidem credentium regnet in terris. REMIG. Quod ergo Psalmista de resurgente Domino dicit. Constituisti eum super opera manuum tuarum, hoc nunc Dominus dicit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et hic sciendum, quia antequam Dominus surrexisset a mortuis, nouerant Angeli se subiectos homini Christo. Volens ergo Christus etiam hominibus notum fieri, quòd data esset sibi omnis potestas in cælo & in terra, prædicatores misit, qui verbum vitæ cunctis nationibus prædicarent. Vnde sequitur: {Euntes ergo, docete omnes gentes. BEDA. in Home. Qui enim ante passionem suam dixerat: In viam gentium ne abieritis, surgens a mortuis dicit, Ite, docete omnes gentes. Quapropter confundantur Iudæi, qui dicunt Christum tantummodo ad suam salutem esse venturum. Erubescant & Donatistæ, qui localiter Christum cõcludere cupientes dixerunt eum tãtummodo in Aphrica esse, non in alijs regionibus. HIERO. Primum ergo docent omnes gentes, deinde doctas intingunt in aqua, non.n. potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramẽtum, nisi antè anima fidei susceperit veritatem, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, vt quorum est vna diuinitas, sit vna largitio, nomenque trinitatis vnus Deus. SEVE. Omnes ergo gentes potestas vna eademque recreat ad salutem, quas creauit ad vitam. DIDI. in libro de Spiritusancto. Licet autem quis possit existere sæuei, vt ita dicam, cordis, & penitus mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat, videlicet contrarius Christo legislatori. tamen sine perfectione baptizabit: immo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a se existimauerit baptizatos. Ex his autem colligitur quam indiuisa sit substantia Trinitatis, & Patrem vere Filij esse Patrem, & Filium vere Patris Filium, & Spiritum sanctum vere Patris. & Dei Filij esse Spiritum, & insuper sapientiæ & veritatis, idest filij Dei. Hęc est salus credentium, & dispensatio Ecclesiasticæ disciplinæ i hac Trinitate perficitur. HILA. Quid.n. in hoc sacramento salutis humanæ non cõtinetur? plena sunt omnia, vt a pleno & perfecto prolata. Habet enim naturæ suæ nomen in patre, sed pater tantũ est: non enim humano modo habet aliunde, quod pater est. Ipse ingenitus, æternus, habens in se semper, vt semper sit soli filio notus. Filius autem est progenies ingeniti, vnus ex vno, verus a vero, viuus a viuo, perfectus a perfecto, virtutis virtus, sapientiæ sapientia, gloriæ gloria, imago inuisibilis Dei, forma Patris ingeniti. Spiritus autem Sanctus, non potest a confessione patris & filij separari, & quidem vbiq; non deest hoc expectationis nostræ solatium. hic in donorum operationibus futuræ spei pignus est, hic mentium lumen, hic splendor animorum est. Hæc igitur licet mutare non possint Hæretici, asserunt tamen humana commenta, vt Sabellius patrem ex quo tendat in filium: idq; nominibus potius cõstendum putat esse quàm rebus, cum ipsis filium proponat & patrem, vt Ebion omne initium ex Maria concedens, non ex Deo hominem: sed ex homine Deum proferat, vt Arriani, qui ex nihilo atque ex tempore formam & sapientiam & virtutem Dei procedunt. Quid autem mirum est, vt de Spiritusancto diuersa sentiant, qui in filio largitore eius tam temerarij sunt authores? HIERO. Consideratur autem hic ordo præcipuus: Iussit Apostolos, vt primum docerent vniuersas gẽtes, deinde fidei tingerent sacramento, & post fidem ac baptisma, quæ essent obseruanda præciperent. vnde sequitur. {Docẽtes eos seruare omnia quæcũque mandaui vobis.} RABA. Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est. CHRY. in Ho. Quia vero eis magna iniunxerat, erigens eorum sensus, dicit. {Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi: quasi dicat ne dicatis difficile esse iniunctum negocium, ego sum vobiscum qui omnia facio læuia. Non autem cum illis solum dixit se futurum esse: sed & cum omnibus qui post illos credunt. non enim vsque ad consummationem sæculi Apostoli mansuri erant: sed sicut vni corpori fidelibus loquitur. RABA. Ex hoc autem intelligitur, quòd vsque ad finem sæculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione & inhabitatione sunt digni. CHRY. Rememorat autem eis & consummationem, vt eos magis attrahat, & ne præsentia solum inspiciant, sed & futura bona & sine fine mansura. quasi dicat. Tristitia quam sustinebitis simul cum præsenti vita consummetur, & totum sæculum in consummationem deueniet, bona autem quibus potiemini, sunt in æternum permansura. BEDA. in Hom. Quæritur autem, quare hic dicat. {Ecce ego vobiscum sum, cum alibi dixisse legatur. Vado ad eum qui me misit? sed alia sunt quæ humanitati ascribuntur, & alia quæ diuinitati. Ibit ad patrem per humanitatem, manet autem cum discipulis in forma qua est patri æqualis. Quod autem dicit. Vsque ad consummationem sæculi, finitum pro infinito ponitur. nam qui in presenti sæculo manet, cum electis eos protegendo: ipse post finem cum eis manebit, eos remunerando. HIER. Qui ergo vsque ad consummationem sæculi cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse victuros, & se numquàm a credentibus recessurum. LEO Papa in ser. de Pas. Qui enim ascẽdit in cęlos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Cuius glorię participes nos faciat ipse Christus Rex gloriæ, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt: Et accedens Iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcumque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationẽ sæculi.

Lib. 2. in initio.

Homg.

DIVI THOMAE AQVINATIS

AD HANIBALDVM PRAESBYTERVM CARDINALEM IN CATENAM SVPER MARCI EVANGELIO EDITAM.

EPISTOLA DEDICATORIA.

REuerendo in Christo patri domino Hanibaldo, Basilicæ duodecim Apostolorum venerabili Presbytero Cardinali, frater Thomas de Aquino ordinis fratrum prædicatorum se totum. Rerum opifex Deus solo suæ bonitatis intuitu cuncta in esse producens, naturalem boni amorem omnibus indidit creaturis, vt dum vnaquæq; res bonum sibi conueniens naturaliter amat & appetit, quadam conuersione mirabili in suum recurrere demonstretur authorem. Sed in hoc præfertur cæteris rationalis natura, q̃ ipsum vniuersalem bonitatis fontem per sapientiam in tueri potest, & per charitatis amorem suauiter degustare: vnde fit vt sapientiæ bonum, quo ad ipsum fontem bonitatis accedimus, omnibus humanis bonis ſm rectæ rationis iudicium præferatur. Hęc est.n. quę fastidium nescit: ita vt qui eam edit adhuc esuriat, & qui eam bibit sitire non cesset. Hęc est quę intantum peccato repugnat, vt qui ſm ipsam operantur, non peccent. Hęc est quę indeficientem fructum suis ministris largitur, vt qui eam elucidant, vitam possideant sempiternam. Præcellit itaque voluptates dulcedine, securitate sedes & regna, vtilitateq́; diuitias vniuersas. Huiusmodi igitur delectatus muneribus, Euangelicę sapientię a sęculis in mysterio absconditę, quam in lucem produxit Dei sapientia incarnata, ministerium expositionis adhibui, sacrorum doctorum sententias compilando, ad quod me induxit primitus fœlicis recordationis Vrbani papę quarti mandatum. Verum quia eo summo Pontifice ex hac vita subtracto, tria Euangelia, Marci, Lucę, & Ioannis exponenda restabant, ne opus quod obediẽtia inceperat, negligentia imperfectum relinqueret, cum multo labore diligens adhibui studium, vt quatuor Euangeliorum expositionem complerem, eadem in omnibus forma seruata in ponendis Sanctorum authoritatibus, & eorum nominibus prescribendis. Et vt magis integra & continua prędicta sanctorũ expositio redderetur, quasdam expositiones Doctorum Grecorum in latinũ feci transferri, ex quibus plura expositionibus Latinorum doctorum interserui, authorum nominibus prenotatis. Verum quia congruit vt de laborum fructibus oblationes Sacerdotibus offerantur, expositionis Euangelicę opus, laboris mei fructum Apostolorum Presbytero censui offerendum. in quo vestra suscipiat authoritas debitum, vt scientis industria iudicij censuram exerceat, & antiqua dilectio, amoris affectum in offerentis munere comprehendat.

D. THOMAE AQVINATIS IN CATENAM SVPER MARCI EVANGELIVM PRAEFATIO.

GLOS. vocationem gentium & causam salutis earum Isaias, Propheta manifesto prenunciat oraculo dicẽs: {Deus meus &c.} HIER. super Isaiam: In quibus verbis ostenditur Christum appellari seruum inquatum est formatus ex vtero. nam ante verba ista premittitur: Hęc dicit dns, formans me ex vtero seruum sibi. Fuerat siquidem voluntas patris, vt pessimi vinitores missum suscipierent filium. vñ de ipsis Christus ad discipulos loquitur: In viam gentium ne abieritis, sed ite magis ad oues perditas domus Israel. quia igitur Israel non est reductus ad Deum, propter a Dei filius loquitur Iudęis non credentibus dicẽs, {Deus meus factus est fortitudo mea,} qui & consolatus est me super abiectione populi mei. & dixit, ad suscitãdas tribus Iacob, quę suo vitio corruerunt, & ad fęces siue reliquias Israel cõuertendas. Pro illis.n. dedi te in lucem gentium omnium, vt illumines vniuersum mundum, & salutem meã per quam hoies salui fiunt, vsq; ad extrema terrę facias peruenire. GLO. Ex premissis igitur verbis duo possumus colligere, quorum primum est diuina virtus, quę fuit in Christo, ex qua efficax fuit ad gentium illuminationẽ, quia dr̃: {Deus meus factus est fortitudo mea.} Deus igitur erat in Christo mundum reconcilians sibi, vt Apls ad Cor. dicit. vnde & Euangelium p quod credentes saluantur, virtus Dei est in salutem oi credenti, vt idem Apls ad Ro. dicit. Secũdum aũt est illuminatio gentium & salus mundi ex dispõne patris p Christum cõpleta, quia dr̃: {Dedi te in lucem gentiũ.} vñ post resurrectionem suã dns, vt dispõnem patris impleret, ad p̃dicandum discipulos misit, dicens: Docete oẽs gentes. quorum quidã ad prædicãdum Iudæis, quidam ad p̃dicandũ gentibus ministerium acceperunt. Quia vero euangeliũ oportuit non solũ prędicari pp pũtes: sed etiã scribi pp futuros, eadẽ distinctio est in scriptoribus euangelij obseruata. nã Matthæus Iudæis euangeliũ Hebraico sermone scripsit. Marcus ãr primus euangeliũ scripsit in gentibus. EVSE. in Eccl. hist. Cũ.n. Romanæ vrbi clarũ verbi Dei lumen fuisset exortũ, sermo veritatis & lucis, qui p Petrum p̃dicabatur, vniuersorũ mentes placido illustrauit auditu: ita vt quotidie audiẽtibus eũ, nulla vnq; satietas fieret. vñ neq; eis auditio sola sufficiebat: sed Marcũ discipulũ eius oibus p̃cibus exorant, vt ea q̃ ille verbo p̃dicabat, ad ppetuã eorum cõmonitionẽ habendã scripturæ traderet, quo domi foris q̃ in huiusmodi verbi meditationibus pmanerent, nec prius ab obsecrãdo desistunt q̃ q orauerant, impetrarent: & hæc fuit cã scribẽdi euãgelium ſm Marcũ. Petrus vero vt p Spm̃sctm̃ religioso se cõperit furto spoliatũ, delectatus est fidẽ eorum, p hoc deuotionẽq; considerans, factũq; confirmauit, & in ppetuũ legenda scriptura Ecclesijs tradidit. HIER. sup Marcũ: Principiũ aũt quia a pfectoris ætatis Christi p̃dicationem inchoat, nec laborat i natiuitate infantuli qui loquit de pfectione filij Dei. CHRY. Cõpendiosam aũt acbreuẽ narrationem facit. in quo magm imitatus est. s. Petrum breuitati studẽtẽ. AVG. de Con. euang. Vñ Matthæus q regiam Christi pſonam narrandã susceperat, habuit Marcũ sibi tanq̃ Comitẽ & abbreuiatorem adiunctũ, qui sua vestigia quodãmodo sequeretur. Regũ.n, est non esse sine comitum obsequio. Sacerdos aũt qm̃ in sanctasctõrum solus intrabat, pterea Lucas cuius circa Sacerdotiũ Christi erat intentio, non habuit tanq̃ socium obsequentem, q suam narrationem quodãmodo breuiaret. BEDA. Notandum est etiã, q̃ Euangelistæ sancti diuersum narrationis suæ primordium singuli diuersũ statuere terminũ. Matthæus nãq; a natiuitate dnica exordiũ sumens, ad tps vsq; dnicę resurrectionis serie suæ narrationis pduxit. Marcus ab initio euangelicæ p̃dicationis incipiens, puenit vsq; ad tps ascensionis Dni, & p̃dicationis discipulorũ eius cũctis gentibus p orbẽ. Lucas aũt a natiuitate p̃cursoris inchoans euãgeliũ terminauit in ascensione dnica. Ioãnes ab æternitate verbi Dei principiũ sumens, vsq; ad tps dnicæ resurrectionis euangelizando pringit. AMB. sup Lucã: Quia igit Marcus a potentię cęperat expressione diuinæ, recte sub Leonis imagine figurat. REMI. super Matth. Per Leonem etiam signat Marcus, quia sicut Leo terribilem vocẽ in deserto emittit, sic Marcus a voce in deserto incępit, dicens. Vox clamantis in deserto. AVG. de Con. euange. Quãuis & de figura alr dici possit: Marcus.n. qui neq; stirpem regiam vt Matthæus ob hoc p Leonem significatus, neque Sacerdotalem vt Lucas signatus per vitulum, vel cognationem, vel consecrationem narrare voluit: & tñ in eis verbatus ostẽdit quæ homo Christus operatus est, per hois figuram in illis quatuor animalib⁹ signatus videtur. THEOPH. Vel euangelium secundum Marcum aquila innuit: a prophetia.n. Ioannis incępit. Prophetia vero acute quæ a longe sunt speculatur vt Aquila.

D. THO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS, CATENA
IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM
CAPVT PRIMVM.

IERONYMVS in Prologo. Marcus euangelista sacerdotium in Israel agens secundum carnem leuita, ad Dominum conuersus euangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid & generi suo deberet Christus. Nam initium euangelij in voce propheticæ exclamationis instituens ordinem leuiticæ electionis ostendit, prædicans Ioannem Zachariæ filium in voce Angeli emissum dicēs: {Initium euangelij Iesu Christi filij Dei.} HIE. εὐαγγέλιον Euangelion Græce dicitur, Latine bona annunciatio prædicatur, qđ proprie ad regnum Dei & remissionem pertinet peccatorum. est enim euangelium per quod venit redemptio fidelium & beatitudo sanctorum. Quatuor autem euangelia vnum sunt, & vnum quatuor. In Hebræo Iehosua, in Græco σωτὴρ Soter, in Latino Saluator. Masciach Hebraicè. χριστὸς Christos Græce, vnctus Latine, idest Rex & Sacerdos dicitur.

BEDA: Conferendum autem est hoc euangelij principiū, principio Matthæi quo ait: Liber generatiōis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Hic autem dicitur filij Dei. Ex vtroque enim vnus dominus Iesus Christus Dei, & hominis filius est intelligendus. Et apte primus euangelista filium hominis cum, secundus filium Dei nominat, vt a minoribus ad maiora paulatim sensus noster assurgeret, ac per fidem & sacramenta humanitatis assumptæ, ad agnitionem diuinæ æternitatis ascenderet. Apte etiam qui humanam erat generationem descripturus a filio hominis cæpit: Dauid scilicet siue Abraham. Apte etiam is qui librum suum ab initio euangelicæ prædicationis inchoabat filium Dei magis appellare voluit Iesum Christum, quia humanę erat naturæ de progenie Patriarcharum veritatem carnis suscipere, & diuinę fuit potentię euangelium mundo prædicare. HILAR. Non autem solo nomine contestatus est Christum filium Dei, sed etiam proprietate. Nos filij Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine non adoptione, véritate non nūcupatione, natiuitate non creatione. Lib. de Tri. circa mediū

b ¶ BEDA. Scripturus euangelium Marcus, congrue primo ponit testimonia prophetarum, vt eo cunctis sine scrupulo dubietatis suscipienda quæ scriberet intimaret, quo hæc a prophetis antea prædicta esse demonstraret. Simulq; vno eodemque euangelij sui principio, & Iudæos qui legem ac prophetas susceperant ad suscipiendam euangelij gratiam ac sacramenta, quę ipsorum prophetę prædixerant, instituit. Et gentiles qui per euāgelij præconia ad Dominum venerant, ad authoritatem quoque legis & prophetarum suscipiendam venerandamque prouocat. vnde dicit: {Sicut scriptum est in Isaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.} HIERO. de optimo genere interpretandi: Hoc autem non scribitur in Isaia: sed in Malachia in nouissimo duodecim Prophetarum. HIER. in Matth. Potest autem dici, quòd falsitas est scriptoris. Vel aliter dicetur, quòd duas prophetias in diuersis locis dictas a duobus Prophetis, in vnum congregans posuit. In Isaia enim propheta post Ezechiæ describitur historiam: Vox clamantis in deserto, in Malachia vero: Ecce mitto angelum meum. Secundus igitur euangelista duas prophetias posuit vt ab Isaia dictas, & ad vnam lectionem hoc referens, tacens vero a quo dicatur: Ecce mitto angelū. AVGVST. de Quæstionib. ver. & no. testa. Sciens enim omnia ad authorem referenda dicta hæc ad Isaiam reuocauit, qui sensum istum prior intimauerat. Denique post verba Malachiæ statim subiecit dicēs: {Vox clamantis in deserto.} vt iungeret verba vtriusque prophetæ ad vnū sensum pertinentia sub prioris prophetæ persona. BEDA. Vel aliter intelligendum est, quia etsi non hæc verba inueniuntur in Isaia: sensus tamen eorum inuenitur in multis alijs locis, & manifestius in hoc quod subiunxit. {Vos clamantis in deserto.} Nam quòd dixit Malachias mittendum Angelum ante faciem Domini, qui præpararet vias eius, hoc est quod dixit Isaias vocem clamantis in deserto audiendam, quæ diceret: Parate viam Domini. In vtraque autem sententia similiter paranda via Domini prædicatur. Potuit autem fieri, vt animo Marci euangelium conscribentis pro Malachia Isaias occurrerit vt fieri solet, quod tamen sine vlla dubitatione emendaret, saltem ab alijs admonitus qui ipso adhuc in carne viuente legere potuerunt · nisi cogitaret recordationi suæ quæ sancto spiritu regebatur, nō frustra occurrisse aliud pro alio nomen Prophetæ. Sic. n. insinuantur quæcumque per prophetas Spiritus sanctus dixit, & singula esse omniū & omnia singulorum.

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM
CAPVT PRIMVM.

a NItium euangelij Iesu Christi filij Dei.
b Sicut scriptum est in Isaia propheta. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

HIERON. Vox πνεύματος ἁγίου pneumatos agiu per Malachiam ad patrem sonat de filio, qui est facies patris, vnde agnitus est. BEDA. Angelus autem vocatur Ioannes, non naturæ societate iuxta hæresim Origenis: sed officij dignitate. Angelus enim Græce, Latine nuncius dicitur, quo nomine recte appellari potuit homo ille, qui fuit missus a Deo, vt testimonium perhiberet de lumine, & venientem in carne Dominum mundo nunciaret, cum constet omnes qui sacerdotio funguntur ob euangelizandi officium angelos posse vocari, dicente prophetā Malachia: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus est Domini exercituum. THEOPHI. Præcursor igitur Christi Angelus dicitur propter vitam Angelicam & reuerentiam excelsam. Quod autem dicitur: {Ante faciem tuam. hoc significat: quasi diceret, iuxta te est nuncius tuus. vnde ostenditur propinquitas præcursoris ad Christum. Etenim iuxta Reges ambulant, qui propinqui sunt magis. Sequitur: {Qui præparabit viam tuā ante te.} Per baptismum enim præparauit animas Iudęorum, vt Christum susciperent. HIERO. Vel via domini qua ad homines ingreditur pœnitentia est per quam Deus ad nos descendit & nos ad illum ascendimus. hinc autem initium prædicationis Ioannis fuit: Pœnitentiam agite. BEDA. Sicut autem Ioannes Angelus potuit vocari pro eo quòd faciem Domini euangelizando præuenit: ita recte appellari & vox potuit, quia verbum Dei sonando præbat. vnde sequitur: {Vox clamantis in deserto.} Constat enim, qđ vnigenitus filius verbum patris vocatur, & ex ipsa nostra locutione cognoscimus, quia prius vox sonat vt verbum postmodū possit audiri. HIERO. Dicitur autem vox clamantis, quia clamor ad surdos & longe positos siue cum indignatione fieri solet, q̄ Iudaico certum est populo euenisse, dum longe est a peccatorib⁹ salus. & aures suas obturauerunt sicut aspides surdę. & indignationem & iram, & tribulationem a Christo audire meruerunt.

CHRY. Per hoc autem quod dicitur: {In deserto.} manifeste ostendit prophetia non in Hierusalem diuina fieri dogmata: sed in deserto. Quod implebatur ad literam Ioanne Baptista in deserto Iordanis verbi Dei apparitionem salutiferam prædicante. Ostēdit etiam sermo propheticus præter desertum quod a Moyse ostēsum fuit, vbi semitas faciebat, aliud esse desertum, in quo præsentem esse salutem Christi prædicabat. HIERO. Vel in deserto fit vox & clamor, quia deserti erant a spiritu Dei, sicut domus vacans & scopata deserti etiam a Propheta Rege atque Sacerdote.

BEDA: Quid autem clamaret aperitur cum subditur: {Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.} Omnis enim qui fidem rectam & opera bona prædicat, quid aliud quàm venienti Domino ad corda audientium viam parat, vt hæc. scorda vis gratiæ penetret, & lumen veritatis illustret? Rectas autem semitas facit, dum mundas in animo cogitationes per sermonem prædicationis format. HIERO. Vel aliter: {Parate viam Domini:} hoc est pœnitentiam agite & prædicate. {Rectas facite semitas eius.} vt via Regia incedentes proximos nostros vt nos & nosmetipsos vt proximos diligamus. Qui. n. semetipsum diligit & non diligit proximum ad dextram declinat. Nam multi bene agunt sed bene non corrigunt vt fuit Hely. & qui semetipsum odiens proximum diligit ad sinistrā diuertit. Multi. n. bene corrigunt sed non bene agunt, vt fuerunt scribæ & Pharisæi. Semitæ autem post viam sequuntur, quia mandata moralia post pœnitentiam explanantur.

THEOPHI. Vel via est nouum testamentum, semitæ vero vetus quasi attritum. ad viam enim necesse erat præparari, scilicet ad nouum testamentum. Veteris autem testamenti semitas rectas fieri oportebat.

c ¶ HIERO. Secundum promissam Isaiæ prophetiam via Domini a Ioanne præparatur per fidem & baptismum & pœnitentia. rectę semitæ fiunt per austera indicia vestis cilicinę & zonę pellicęæ, & cibi locustini, & mellis siluestri & humillimę vocis. vnde dicitur: {Fuit Ioannes in deserto. Ioannes. n. & Iesus quærunt quod in deserto amissum est, vbi vicit diabolus ibi vincitur. vbi cecidit homo ibi exurgit. Ioannes autē gratia Dei interpretatur. a gratia autem narratio incipit. Sequitur enim Baptizans. Per baptismum enim gratia datur qua peccata gratis dimittuntur. Quod autem cōsummatur per sponsum initiatur per paranymphum. Vnde cathecumini hoc est instructi, incipiunt per Sacerdotem & chrismatur per Episcopum, & ad hoc designandum subditur: {Et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.} BEDA. Liquet, quia Ioannes baptismum pœnitentiæ non solum prædicauit, verum etiam quibusdam dedit, sed baptismum in remissionem peccatorū dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo baptismo Christi nobis tribuitur. Dicitur ergo {prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum,} quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare nō poterat, prædicabat. Vnde sicut incarnatū verbum patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum pœnitentiæ quo peccata soluuntur præcurreret suo baptismate quo peccata solui non possunt. THEOPH. Baptisma Ioannis nō habebat remissionem peccatorum, sed pœnitentiam solam afferebat hominibus. prædicabat ergo baptisma pœnitentię, hoc est, quo duceret baptismus pœnitentiæ, nempe in remissionem peccatorū, vt hi qui pœnitentiam agentes Christum reciperet, remissionem reciperent peccatorum. HIER. Per Ioannem autem sicut per amicum sponsi inducitur sponsa ad Christum, sicut per puerum Rebecca ad Isaac. vnde sequitur: {Et egrediebatur ad illum omnis Iudæa. & Hie. vni. & bap. ab illo in Iorda. flumine.} Confessio. n. & pulchritudo in conspectu eius. sponsi. Desiit. n. sponsa de camelo cum humiliat se. Nunc Ecclesia viso viro Isaac. Iesu Christo, Iordanis autem descensio aliena interpretatur vbi peccata abluūtur. Nos. n. olim alienati a Deo per superbiam, per baptismi hymbolum humiliati erigimur in alta. BEDA. Exemplum autem hinc sumitur confitendi peccata, ac meliorem vitam promittendi eis, qui baptisma desiderant per hoc quod subditur: {Confitentes peccata sua. CHRY. Quia vero Ioannes pœnitentiam prædicabat, pœnitentiæ signa gerebat in vestitu & cibo, vnde sequitur: {Et erat Ioannes vestitus pilis cameli. BEDA. Pilis inquit vestitus non lana, aliud austerę vestis indicium est, aliud luxuriæ est mollioris. Zona autē pellicea qua accinctus fuit: vt Helias, mortificationis inditium est. Porro quod sequitur: {Et locustas & mel siluestre edebat, habitatori solitudinis congruum est, vt non delitias ciborum, sed necessitatem humanę carnis expleret. HIER. Vestis autem Ioannis, & cibus & potus. totam austeram vitam prædicantium significat, & futuras gentes ad gratiam Dei. quæ est Ioannes intus & foris esse coniungendas. Pilis. n. cameli diuites gentium significantur, & zona pellicea pauperes mundo mortui, & locustis errantibus sapientes huius mundi, qui stipulas Iudæis aridas relinquentes, frumenta mystica curribus trahunt, & in calore fidei saltus in altum dant, & melle siluestri fideles inspirati de inculta silua saginantur. THEOPH. Vel aliter. Vestis de pilis camelorum doloris erat ostensiuum innuente Ioanne, quòd pœnitentem dolere debet. Dolorem enim saccus significat. zona vero pellicæa mortificationem Iudaici significat populi. Esca autem Ioannis non solum abstinentiam notat, sed etiam est indicium spiritualis esce, qua tunc populus vescebatur non quid altum intelligens: sed tamen in alta saliens iterumq; se deprimens. Talis. n. est locusta in altum saliens & iterum cadens. Sic igitur & melle quidem vescebatur populus quod erat ex apibus natum. sex prophetis, non tū domesticum sed siluestre. Habebāt. n. Scripturas Hebræi sicut mel quoddam, sed non bene intelligebant. GREGOR. 31. Moral. Vel ipsa ciborum specie designauit dñm quem puenit, qui quia infructuosæ gentilitatis dulcedinem sumpsit, mel siluestre edit. Quia vero Iudæorum plebem in suo corpore ex parte conuertit, in cibo locustas accepit, quæ subito saltus dantes protinus ad terram cadunt. Saltus. n. Iudæi dabant cum præcepta Dñi se implere promitterent. Sed ad terram cadebant, cum per praua opera hoc se audisse denegarent. Habebant ergo saltum per vocē, & casum per actionem. BEDA. Potest etiam habitus & victus Ioannis qualitatem interne conuersationis eius exprimere. Nā- que austerioribus vtebatur indumentis, quia vitam peccantium non blandimentis fouit: sed vigore asperę inuectionis increpauit. Zonam pelliceam habebat circa lumbos, quia carnem suam crucifixit cum vitijs & concupiscentis. Locustas & mel siluestre edebat, quia dulce quiddam sapiebat turbis prædicatio eius, existimante populo ne ipse esset Christus, sed potius finem sortita est intelligentibus eius auditoribus, quia nō ipse Christus, sed præcursor & Propheta esset Christi. In melle etenim dulcedo, in locustis est alacer volatus, vnde sequitur. {Et prædicabat dicēs: Veniet fortior me post me.} GLO. Hoc dicebat ad removendum turbæ opinionem, quæ eum Christum esse credebat: fortiorem autem Christum esse prænunciat qui remissurus erat peccata, quod ipse facere nō valebat. HIERO. Quis etiā fortior est gratia qua abluuntur peccata, quam Ioanes significat? Ille nimirum qui septies & septuagies dimittit peccata. Gratia quidem prior est: sed semel dimittit peccata per baptismum, misericordia vero ad miseros ab Adam vsque ad Christum per 77. generationes, & vsque ad centum. 44. milia peruenit. CHRY. Ne autem æstimaretur hoc secundum comparationem sui, Christi dicere, subiungit: {Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius.} Non est autem idem soluere corrigiam calciamentorum eius, quod hic Marcus dicit, & calciamenta portare, quod dicit Matthæus. Et quidem narrationis ordinem prosequentes Euangelistę, nec in aliquo fallentes, dicunt vtrūque Ioannem dixisse sed alterum sensum cōmentantes vero circa hoc differenter exposuerunt vnumquodq; corrigiam. n. vocat ligamē calciamentorum. Ad excellentiam igitur potestatis Christi & diuinitatis magnitudinem extollendam hoc dicit, acsi diceret neq; in ministri ordine deputari sufficiens sum. Magnum enim est in his, quæ sunt corporis Christi quasi procumbendo inferius attendere, & imaginem supernorum inferius videre & soluere vnumquodq; inexplicabilium, quæ sun circa mysterium incarnationis.

HIERO. Calciamentum. n. an extrema parte corporis est. In fine. n. ad iustitiam est saluator incarnatus. vnde per Prophetam dicitur. In idumeam extendam calciamentum meum. GREG. in Hom. Calciamenta etiam ex mortuis animalibus fiunt. Incarnatus ergo Dñs vemens quasi calceatus apparuit, qui in diuinitate sua mortiçina nostræ corruptionis assumpsit. vel aliter: Mos apud veteres fuit, vt si quis eam quæ sibi competeret accipere vxorem noliet, ille ei calciamentum solueret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Recte ergo se indignum esse ad soluendam corrigiam calciamenti eius denunciat, ac si aperte dicat: Ego redēptoris vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen mihi immentus non vsurpo. THEO. Intelligitur vero et sic, omnes q̄ venebant & a Ioanne baptizabantur, per pœnitentiam soluebantur a ligamine peccatorum in Christum credendo. Igitur omniū aliorum Ioannes sic soluebat corrigiam, i. vinculum peccatorum. Iesu vero non valuit corrigiam soluere, quia nō inuenit in eo peccatum. BEDA. Sic ergo Ioannes dñm non adhuc manifeste dominum aut Dei filium, sed tū virum se fortiorem prædicat. Non enim rudes adhuc auditores tanti capiebant archana sacramenti, quòd filius Dei æternus homine assumpto ex virgine denuo natus esset in mundum, sed paulatim per agnitionem glorificatæ humanitatis introducendi erant ad finem diuinæ æternitatis, quibus tamen latenter Deum hunc esse verum declarans subdit: {Ego baptizo vos in aqua, ille vero baptizabit vos in Spiritu sancto.} Cui enim dubium est nullum posse alium, gratiam Spiritus sancti nisi Deum dare? HIERO. Quid enim interest inter aquam & Spiritum sanctum qui ferebatur super aquas? aqua ministerium est hominis, spiritus vero ministerium Dei est. BEDA. Baptizamur autem a Domino in Spiritu sancto, non solum cum in de baptismatis fonte vitæ in remissionem peccatorum abluimur, verum etiam quotidie per gratiam eiusdem spiritus ad agenda, quæ Deo placent accendimur.

d ¶ HIER. Marcus Euangelista sicut ceruus ad fontes aquarum desiderans, saltus in planis & arduis dat, & velut apis mellifluas flores summatim degustat. vnde a Nazareth venientem Iesum enarrauit dicens: {Et factum est in diebus illis, Iesus a Nazareth Galileæ & baptizatus est a Ioanne in Ior. CHRY. Alterum siquidem baptisma ordinans. ad Ioannis venit baptisma, quod respectu sui baptismi incompletum erat, a Iudaico vero baptismate alienum, tanquam in amborum medio existēs, vt per baptismi naturam ostendat, quia non in peccati remissionem baptizatur, aut quasi

Hom. 10. in Matth.

Cap. 19.

Hom. 11. in Matth.

Hom. eui. 7

Universidad de Deusto Biblioteca

quasi indigens Spiritussancti acceptione : his enim ambobus baptisma Ioannis carebat, Baptizatus est autem vt notus omnibus fieret & in eum crederent, & ad implendum omnem iustitiam, q̃ est obseruatio mandatorum.mandatum siquidem erat hominibus baptismum subire prophetæ. BEDA. Baptizatus est, & vt baptismate suo Ioannis baptisma comprobaretur, & vt Iordanis aquam sanctificãs per descensionem columbæ, Spiritussancti in lauacro credentiũ monstraret aduentũ. vnde sequitur:{Et statim ascẽdens de aqua: vidit apertos cælos & Spiritumsanctum tãquàm columbam descendentem & manentem in ipso.}

& baptizatus est a Ioanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cælos apertos & spiritumsanctum tanquàm columbam descendentem & manentem in ipso. Et vox facta est de cælis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

c Et statim spiritus expulit eũ

Aperiuntur autem cæli non reseratione elementorũ,sed spiritualibus oculis, quibus Ezechiel in principio voluminis sui eos apertos esse commemorat, hoc autem, quòd apertos cælos post baptisma vidit,nostri vtique gratia factum est, quibus per lauacrum regenerationis ianua panditur regni cælestis. CHRY. Vel vt de cælis hominibus sanctificatio tribuatur,ac terrena cælestibus coniungantur.Spiritus autem sanctus super eum descendisse dicitur,non tanquàm tunc primum ad eum accesserit: non.n.ab eo vnq̃ fuerat derelictus, sed vt ostenderet Christum qui a Ioanne prædicabatur tanquàm digito quodã fidei omnibus demonstratum. BEDA. Quòd etiam in baptismum descendere visus est Spiritussanctus,signum erat conferendę nobis in baptismo gratiæ spiritualis. HIERO. Hæc est autem vnctio Christi secũdum carnem.s.Spiritussanctus de qua dicitur: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ pre consortibus tuis. BEDA. Bene autem in specie columbæ descendit Spiritussanctus, quod multum simplex est animal, atque a malitia fellis alienum,vt figurate nobis insinuaret,quia simplicia corda quærit, nec habitare dignatur in mentibus impijs. HIER. In specie etiam columbæ Spiritussanctus descendit,quia in cantico de Ecclesia canitur. Sponsa mea, amica mea, dilecta mea,columba mea : Sponsa in Patriarchis:amica in Prophetis,proxima in Ioseph, & mea dilecta in Ioanne Baptista. Columba in Christo & Apostolis quibus dicitur:Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. BEDA. Sedit autem columba super caput Iesu,ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad Dominum. Bene autem addidit, manentem in ipso : hoc.n.est Christo speciale, vt implens eum semel Spiritussanctus nũquàm recedat.Nam fidelibus eius ad signa virtutum, & miracula facienda aliquando gratia spiritus confertur,aliquando tollitur,quibus tamen ad operationem pietatis, & iustitiæ ad amorem Dei & proximi conseruandum nũquàm gratia spiritus abest. Ipsum autem qui baptizandus cum alijs ad Ioannem venit,verum esse filium Dei in Spiritusancto baptizare volentem vox patris docuit.vnde sequitur:{Et vox facta est de cælis: Tu es filius meus dilectus in te complacui.} Non autem per hoc ipse filius quod nesciebat docetur : sed nobis quid credere debeamus ostenditur. AVG. de Con.euan. vnde Mattheus ait dictum esse : {Filius meus dilectus.} quia ostendere voluit ad id valere quod dictum est: {Hic est filius meus,}vt illis potius qui audiebant indicaretur, quòd ipse filius esset Dei. Si autem quæris, quid horum in illa voce sonuerit ? quodlibet accipe, dummodo intelligas eos, qui nõ eandem locutionem retulerunt, eandem retulisse sententiam : Quòd autem Deus in filio sibi placuisse videatur,admonemur ex eo quod dictũ est,in te complacui. BEDA: Nos quoque vox eadem docuit per aquam ablutionis, & spiritum sanctificationis Dei posse filios effici.mysterium etiam trinitatis in baptismate demonstratur . filius baptizatur . spiritus descendit in spẽm columbæ, patris vox filio testimonium perhibentis auditur. HIER. Moraliter & nos de volubilitate mundi, odore florum mundiciæ tracti, cum adolescentulis post sponsum currimus,& baptismi sacramẽto de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi, gratia] remissionis abluimur, & ascendentes spe cælestia secreta mundi cordis oculis intuemur.De hinc Spiritumsanctum spiritu contrito & humiliato cum simplici corde descendentem ad mansuetos,& cum charitate nũquàm cadente manentem suscipimus. Et vox Domini de cælis ad nos a Deo dilectos dirigitur : Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur, & tunc in nobis complacet Pater cum Filio & Spiritusancto.s.quando efficimur vnus spiritus cum Deo.

Hom.12.in Matth. — Lib.2.c.14.

Hom.13.in Matth. e ¶ CHRY. Quia Christus omnia ad doctrinam nostram operabatur & sustinebat, incæpit post baptismum ab eremi habitatione, & pugnauit contra diabolum, vt vnusquisque baptizatorum tentationes maiores patienter sustineat post baptismum, nec turbetur tanquàm præter spem hoc contingente : sed omnia

F sustinens maneat triũphator. Etsi.n.Deus permittat tentationes fieri multis alijs modis.ob hoc etiam permittit,vt cognoscas q̃ homo tentatus in maiori honore constituitur. non.n.accedit diabolus,nisi vbi aliquem in maiori honore viderit cõstitutum. & ideo dicitur : Et statim expulit eum spiritus in desertum. Propter hoc autem non ostendit eum simpliciter euntem in desertum, sed expulsum, vt hoc intelligas fieri iuxta diuinæ dispositiõis verbum. per quod etiam innuit ne homo seipsum in tentationem ingerat : sed aliunde in tentationem quasi expulsos victores existere.

in desertum . Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana.Eratque cum bestijs,& Angeli ministrabant illi.

f Postquàm autem traditus est Ioannes,venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei, dicens : Quoniam im-

G

BEDA. Verũ ne cui veniret in dubium a quo eum spiritu expulsum dicerent in desertum,consulte Lucas primo posuit, quòd Iesus plenus Spiritusancto regressus est a Iordane : ac deinde intulit, & agebatur a spiritu in desertum, ne quid contra eum valuisse spiritus putaret immũdus,qui plenus Spiritusancto, quo volebat digrediens, quæ volebat agebat. CHRY. Expulit autem eum spiritus in desertum,quia.n.diabolum ad tentandum prouocare proponebat,non solum fame:sed etiam loco occasionem dedit.Tunc.n.maxime diabolus se ingerit,cum videt aliquos solitarios p̃manentes. BEDA. Secedit etiam in deserto, vt nos doceat relictis mundi illæcebris, & societate prauorum diuinis per omnia seruire mandatis.Tentatur solus a diabolo, vt nobis insinuet, quia omnes qui volunt pie viuere in Christo,persecutiones patiuntur. vnde sequitur : { Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tẽtabatur a Sathana.} Tentatur autem quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vt indicet, quia quãdiu hic viuentes Domino seruimus,siue prospera blandiantur,quod ad dies pertinet, seu aduersa fiant, quod noctis figuræ cõgruit, toto tempore aduersarius adsit, qui iter nostrum tentando impedire non cessat quadraginta enim dies & noctes totum huius sæculi tẽpus insinuant, quia quadripartitus est mundus, in quo Domino famulamur, decem vero sunt præcepta per quorum obseruantiam cõtra hostem certamus, decem autem quater ducta,quadraginta fiunt. Sequitur : {Eratq; cum bestijs.} CHRY. Hoc autem dicit,vt ostendat quale erat desertum:Inuium enim erat hominibus & bestijs plenum.Sequitur:{Et angeli ministrabant ei.} Post tentationem enim & victoriam contra diabolum,operatus est hominum salutem. Et sicut Apostolus dicit, Angeli in ministerium mittuntur propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Notandumque est,quòd vincẽti tentationem assistunt Angeli ministrantes. BEDA. Considerãdum etiam ,quòd Christus inter bestias commoratur vt homo: sed ministerio vtitur Angelico vt Deus: Et nos cum in eremo sanctæ conuersationis bestiales hominum mores impolluta mente toleramus,ministerium Angelorum meremur,a quibus corpore absoluti ad æternam beatitudinem transferemur. HIERO. Vel tunc bestiæ pacatæ nobiscum sunt, sicut in arca animalia munda cum immundis,cum caro non concupiscit aduersus spiritum.post hoc angeli ministri mittuntur nobis,vt responsa & solatia cordibus vigilantibus dent.

Hom.13.in Matth.

H · I · K

f ¶ CHRY. Marcus Euangelista Matthæum in ordine sequitur:& ideo postquàm dixit Angelos ministrare subiungit:{Postq̃ autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam.} Post tentationes & Angelos ministrantes recedit in Galileam instruens nos non resistere violentijs malignorum. THEOPH. Et vt ostẽdat nobis,quòd in persecutionibus decet recedere & non expectare, cum vero inciderimus decet sustinere. CHRY. Recessit et vt ad doctrinam & sanationes seipsum conseruaret priusquàm pateret, hisq; omnibus adimpletis, fieret obediens vsque ad mortẽ. BEDA. Ioanne tradito, recte incipit dominus prædicare.vnde sequitur:{Prædicans euangelium regni Dei.} Desinente enim lege consequenter oritur euãgelium. HIERO.Cessante vmbra, adest veritas:Ioãnes in carcere,lex in Iudæa,Iesus in Galilæa,Paulus in gentibus prædicans Euangelium Regni.Regno enim terreno succedit paupertas,paupertati Christianorum regnum tribuit sempiternum. Honor autem terrenus spumæ aquæ vel fumo vel somnio comparatur. BEDA. Nemo autem putet traditionem Ioannis in carcerem statim post ieiunium quadraginta dierum domini factam·Quisquis enim Euangelium Ioãnis legerit, inueniet dominum ante traditionem Ioannis multa docuisse, & multa miracula fecisse:habes.n.in Euangelio ipsius: Hoc fecit initium signorum Iesus, & postea. Necdum.n.erat missus Ioannes in carcerẽ. Fertur autem quia cum legisset Ioannes Matthæi,Marci,& Lucę volumina,probauerit quidem textum historię, & vera eos dixisse firmauerit: sed vnius tantum anni, in quo & passus est post carcerem

rem Ioannis historiam texuisse. Prætermisso itaque anno cuius acta a tribus exposita fuerant superioris temporis antequàm clauderetur Ioannes in carcere gesta narrauit. cum ergo dixisset Marcus:{Quia venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium Regni:} subiungit dicens : {Quoniam impletum est tempus, & appropinquabit regnũ Dei. CHRY. Siquidem completo tẽpore, quando.s.venit plenitudo temporis, misitque Deus filium suum, cõueniens fuit humanum genus vltimam consequi Dei dispẽsationem. Et ideo dicit, q̃ {appropinquauit regnum dei.} Regnum autem Dei idem est secundũ substantiam cum regno cælorum, quàmuis differt ratione. Regnum enim Dei intelligitur quo Deus regnat. hoc vero est in regione viuentium,

pletum est tempus,& appropinquabit regnum Dei. Pœnitemini & credite Euangelio.

g Et præteriens secus mare Galileę, vidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare.Erant enim piscatores . Et dixit eis Iesus: Venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum.Et protinus relictis retibus secuti sunt eum.Et progressus inde pusillum , vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius,& ipsos componentes retia in naui , & statim vocauit illos . Et relicto patre suo Zebedeo in naui cum mercẽnarijs secuti sunt eum.

h Et ingrediuntur capharnaũ, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos.Et stupebant super doctrina eius.Erat enim docens eos quasi potestatem habens,& non sicut scribæ.

B i Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo,& exclamauit dicens : Quid nobis & tibi Iesu Nazarenæ ? Venisti ante tempus perdere nos ? Scio q̃ sis sanctus Dei . Et comminatus

quando facie ad faciem Deum videntes,in bonis promissis existẽt. Siue amorem quis velit suscipere illam regionem , siue aliquam aliam confirmationem eorum qui imaginem induunt supernorũ, quæ per cælos intelliguntur . Satis.n.apparens est , quòd regnum Dei , neque loco neque tempore concluditur. THEOPHI. Vel completum esse dicit Dominus tempus legis,quasi diceret, vsque ad tempus præsens operabatur lex , amodo operabitur regnũ Dei quod est secundum Euangelium conuersatio,quæ conuenienter assimilatur regno cælorum . Cum enim vides aliquem carne indutum secundum Euangelium viuere:numquid non dices quoniam iste habet regnum cælorum quod non est esca & potus : sed iustitia & pax & gaudium in Spiritusancto ? Sequitur: {Pœnitemini. HIERO. Pœnitentiam.n.agit,qui vult æterno bono.s. regno Dei adhærere . Qui enim desiderat nucleum,frangit nucẽ. Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat , periculum maris , spes lucri delectat, dolorem medicinæ, spes salutis mitigat. Præconia autem Christi illi narrare digne possunt , qui ad palmã indulgentiæ meruerunt peruenire·& ideo postq̃ dixit,Pœnitemini,subiunxit:{Et credite Euangelio.} Nam nisi crederitis, non intelligetis,pœnitemini igitur & credite,i.renũciate operibus mortuis.Quid.n.prodest credere sine bonis operibus ? non tamen bonorum operum meritum adducit ad fidem,sed fides incipit vt bona opera consequantur.

D g ¶ GLO. Posita prædicatione Christi ad turbas, agit Euangelista de vocatione discipulorum quos fecit suę prædicationis ministros.vnde sequitur:{ Et præteriens secus mare Galilæe, vidit Simonem & Andream fratrem eius. THEO. Sicut Ioannes Euangelista refert,præcursoris erant discipuli Petrus & Andreas. Videntes vero,quòd Ioannes de Iesu testimonium dederat adiuncti sunt ei.post hæc dolentes,quia Ioannes traditus erat, ad artem propriam sunt reuersi. vnde sequitur : { Mittentes retia in mare. Erant enim piscatores.Vide autem eos de laboribus proprijs enutritos & non ex iniquitate. Tales enim digni erant Christi primi discipuli fieri.vnde subditur:{Et dixit eis Iesus: Venite post me.} nunc secundo illos vocat. Est enim hæc secunda vocatio respectu illius,quæ legitur in Ioanne.Ad quid autem vocentur,ostenditur cum subditur· {Faciam vos fieri piscatores hominum.} REMI. Quia per rete sanctæ prædicationis pisces , idest homines de profundo pelagi,i.infidelitatis ad lucem fidei traxerunt. Admiranda autem est ista piscatio. Pisces enim cum capiuntur mox moriunt. homines cum capti sunt verbo prædicationis potius viuificantur. E BEDA. Piscatores autem & illiterati mittuntur ad prædicandum,vt fides credentium in virtute.Dei,non in eloquentia,atque in doctrina esse putaretur. Sequitur:{Et protinus relictis retibus secuti sunt eum.} THEO. Non enim oportet interuallum facere:sed statim sequi dominum . Post hos vero piscatur Iacobum & Ioannem,quia & illi pauperes existentes,tamen senectutem nutriebant paternam.vnde sequitur :{Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi.} Reliquerunt autem patrem, quia in sequela Christi eos erat impediturus:Sic & tu cum a parentibus impedieris, relinque eos & accede ad Deum. Ostẽditur autem,quòd Zebedæus non credidit:Mater vero Apostolorum credidit,quæ secuta est Christum mortuo Zebedeo . Quæri autem potest, quomodo binos vocauerit de nauiculis piscatores, primo Petrum & Andream : deinde progressus paululum alios duos filios Zebedei, cum Lucas dicat Iacobum & Ioannem vocatos fuisse ad adiuuan-

A dum Petrum & Andream,& Christum Petro tantum dixisse: Noli timere,ex hoc iam homines eris capiens: simul tamen subductis ad terram nauibus,eos fuisse secutos? Vnde intelligendum est,hoc primo esse factum quod Lucas insinuat, & postmodum ad capturã piscium eos ex more remeasse vt postea fieret , quod Marcus hic narrat. Tunc enim secuti sunt Dominum non subductis ad terram nauibus tãquàm cura redeundi:sed tãquàm vocãtem ac iubentem vt sequerent. HIERO. Mystice autem hac quadriga piscatorum vehimur ad æthera vt Helias. His quatuor angulis construitur prima ecclesia, his quatuor literis Hebraicis τετρὰ γάμματον tetragrãmaton nomen Domini agnoscitur a nobis, quibus simili exemplo præcipitur vt audiamus vocem domini vocantis & obliuiscamur populum vitiorum,& domum paternæ conuersationis quæ est stultitia Deo,& rete aranearum,in quo nos velut culices pene lapsos tenebat aer inanis, qui pendet in nihilũ,nauem pristinæ conuersationis abominantes . Pellibus enim mortuis tegitur Adam , qui est genitor noster secundum carnem, & nunc deposito vetere homine cum actibus suis,nouum sequentes hominem pellibus tegimur Salomonis, quibus sponsa gloriatur se esse formosam factam. Simon autem obediens: Andreas virilis: C Iacobus supplantans,Ioannes gratia in Latino sonant. Quibus quatuor nominibus in agmen Domini coniungimur obedientia vt audiamus,virilitate vt puguemus, supplantatione vt perseueremus,gratia vt conseruemur. Quæ quatuor vittutes Cardinales dicuntur: per prudentiam.n.obedimus, per iustitiam viriliter agimus, per temperantiam serpentem calcamus,per fortitudinem gratiam Dei meremur. THEO. Scias item primum hic vocari actionem, deinde contemplationem. Petrus enim actiuæ symbolum est : feruentior enim erat alijs, sicut actiua est . Ioannes vero contemplationem significat : plus enim de rebus diuinis disserit Ioannes .

h ¶ HIERO . Marcus dicta Euangelij in seipso non in seipsis disponens,ordinem historiæ non secutus,mysteriorum ordinem seruat.vnde sabbatis primam virtutem narrat dicens:{Et ingrediuntur Capharnaum. THEOPHI. a Nazareth recedẽs. In die autem Sabbati quando scribæ congregabantur, tunc docẽs synagogam intrauit. vnde sequitur. {Et statim sabbatis ingressus in synagogam docens eos.} Etenim lex ad hoc sabbatis ocio vacare iubebat , vt lectioni studentes conuenirent in vnum. Docebat autem Christus arguendo non adulando sicut Pharisæi. vnde sequitur.{Et stupebant super doctrina eius.Erat.n.docens eos quasi potestatem habens,& non sicut Scribæ.docebat etiam in potestate transmutans homines ad bonum , & per pœnam non credentibus minabatur. BEDA. Scribę etiam docebant populos quæ scripta sunt in Moyse & Prophetis. Iesus vero quasi Deus & dominus ipsius Moysi pro libertate voluntatis suæ , vel ea quæ minus videbantur addebat in lege vel commutans prædicabat populis,vt in Matthæo legimus:Dictum est antiquis:ego autem dico vobis.

i ¶ BEDA : Quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, ideo cõtra ipsum mortis authorem primo debuit medicina salutis operari.& ideo dicitur: {Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo. CHRY. Spiritus quidem angelus & aer & anima nũcupatur,& etiam Spiritussanctus. Ne igit̃ propter communicantiam nominis in errorem decidamus addit: Immundo.}immundus autẽ dicitur propter impietatem ac elongationem a Deo , & quia omnibus immundis & prauis operationibus se immiscet. AVGVST. de Ciui. Dei : Contra superbiam porro dæmonum quantam virtutem habeat Dei humilitas, quæ in forma serui apparuit,ipsi dæmones ita sciunt,vt eidem Domino infirmitate carnis induto hæc exprimerent:Sequitur enim. {Et exclamauit dicens, quid nobis & tibi Iesu Naza. Venisti ante tempus perdere nos.} Clarum est in his verbis,quòd in eis & scientia erat & charitas non erat.Pœnam quippe suam formidabant ab illo , non in illo iustitiam diligebant. BEDA: Dęmones enim dominum in terris cernentes se continuo iudicandos cernebant. CHRY. Vel hoc ita dicit,quasi diceret auferens immunditiam, diuinamque imponens cognitionem hominum animabus , nobis locum in hominibus non das. THEO. Exire enim ab homine perditionem

Lib.9.c.20. & ca.21.

Universidad de Deusto Biblioteca

perditionem suam existimat dæmon: immisericordes enim existunt dæmones: malum aliquod pati se existimantes cum homines non molestant. Sequitur: {Scio quod sis sanctus Dei.} CHRY. quasi diceret. Considero aduentum tuum: non enim firmam ac certam aduentus Dei habebat notitiam. Sanctum autem dicit eum, non vnum de pluribus, quia & sanctus erat vnusquisque prophetarum: sed vnũ eũ esse denunciat. Per articulum enim, qui in Græco ponitur vnũ ostẽdit, per timorem vero omnium Dominum recognoscit.

ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ

Li.9.de Ci. Dei.c.21.

AVG. Tantum.n. eis innotuit quãtum voluit, tãtum autem voluit quãtum oportuit. Sed innotuit nõ sicut Angelis sanctis, qui eius secundum id quod est Dei verbum participata æternitate perfruuntur: sed sicut eis terrendis innotescendus fuit, ex quorum tyrannica potestate fuerat liberaturus prædestinatos.

est ei Iesus dicens: Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes, ita vt coinquirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina hęc noua? Quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galileæ, quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum contra ipsum.

K Et protinus egredientes de synagoga venerunt in domum

Innotuit ergo dæmonibus, non per id quod est vita æterna: sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, quæ Angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quàm infirmitati hominum possint esse conspicua. CHRYSOSTOMVS. Non autem volebat veritas testimonia spirituum immundorum. vnde sequitur: {Et comminatus est ei Iesus, dicens: obmutesce & exi de homine.} Vnde dogma salutiferum nobis datur: ne credamus dæmonibus quantumcũq; denuncient veritatem. Sequitur: {Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamãs voce magna, exiuit ab eo.} Quia.n. homo ille tanquàm sapiens loquebatur ac discrete verba proferebat, ne putaretur, quòd non ex dæmone, sed ex corde verba componeret, virum discerpi permisit a dæmone, vt ostenderet dæmonem esse qui loquebatur. THEOPH. Et vt videntes cernerent a quo malo liberabatur homo, & propter miraculum crederent. BEDA. Potest autem videri contrarium quomodo discerpens, vel sicut quidam codices habent, conuexans eum exiuerit, cum nihil ei nocuerit secundum Lucam: sed & ipse Lucas dicit: {Et cum proiecisset eum dæmonium ĩ medium, exijt ab eo, nihilque ei nocuit.} vnde intelligitur hoc dixisse Marcum. Conuexans eum siue discerpens, quod Lucas dicit: {Cum proiecisset eum in medium.} & quod secutus ait: {Nihilq; ei nocuit.} hoc intelligatur, quòd illa iactatio membrorum atque vexatio nõ eum debilitauit, sicut solent dæmonia exire etiam quibusdam mẽbris amputatis aut euulsis. Visa autem virtute miraculi, nouitatẽ dominicæ admirantur doctrinę, atque ad inquisitionem eorum q̃ audierant, per ea quæ viderant excitantur vnde sequitur: {Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent.} Ad hoc enim fiebant signa, vt per hoc Euangelio regni Dei quod prædicabatur certius crederetur, dum hi qui cælestia terrigenis gaudia promittebant cælestia in terris ac diuina opera monstrabant. Prius autem teste Euangelista erat docens eos quasi potestatem habens, & nunc turba attestante in potestate imperat spiritibus immundis & obediunt ei. Sequitur: {Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galileę. GLO. Ea enim quæ homines multum mirantur prõpte diuulgant, quia ex abundantia cordis os loquitur. HIER. Mystice autem Capharnaum villa consolationis interpretatur, sabbatum autem requies. {homo in spiritu immundo} requie & consolatione sanatur, vt locus & tempus congruant saluti. Homo in spiritu immundo genus humanum est, in quo immunditia regnauit ab Adam vsque ad Moysen. nam sine lege peccauerunt, & sine lege perierunt. Qui sciens sanctum Dei obmutescere iubetur, dum scientes quidem Deum, non sicut Deum glorificauerunt: sed seruierunt potius creaturæ quàm creatori. {Spiritus discerpens hominem exijt ab eo.} Appropinquante salute appropinquauit tentatio. Pharao dimissurus Israel persequitur Israel. diabolus cõtemptus surgit in scandala.

K ¶ BEDA. Primo debuit lingua serpentina. ne vltra virus spargeret concludi: deinde fœmina, quæ primo seducta est a carnalis concupiscentię febre sanari. vnde dicitur: {Et protinus egrediẽtes de synagoga, venerunt in Dominum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne.} THEO. Recessit enim vt consuetudo erat in sabbato, circa vesperam ad edendum in discipulorum domum. Quæ autem ministrare debebat, febribus tenebatur. vnde sequit: {Recumbebat autem socrus Simonis febricitans.} CHRY.

F Discipuli autem tanquàm exinde vtilitatem aliquam recepturi. non expectantes vespere, socrum Petri sanari præcabantur. vnde sequitur: {Qui statim dicunt ei de illa. BEDA. In Euangelio autem Lucæ scriptum est, quòd rogauerunt illum pro ea. Modo.n. Saluator rogatus modo vltro curat egrotos, ostendens se contra vitiorum quoq; passiones, & p̃cibus semper annuere fideliũ, & ea nonnũquam, quæ ipsi minime intelligunt vel intelligenda dare, vel pie petentibus, etiam non intellecta dimittere, iuxta id quod Psalmista postulat. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. vnde & hic rogatus sanat. Sequitur enim, {Et accedẽs eleuauit eam, appræhensa manu eius. THEOPH. Per hoc significatur, quòd si aliquis infirmatur a Deo curabitur si sanctis ministrauerit ob Christi amorem. BEDA. super Lucam. Quòd autem sabbatis, maxime medicinæ doctrinæq; suæ, dona frequentat, docet se non sub lege esse, sed supra legem, nec Iudaicũ eligere sabbatum: sed verum sabbatum, dilectamq; domino esse requiem, si saluti studentes animarum ab opere seruili, idest a cũctis contineamus illicitis. Sequitur: {Et continuo dimisit eam fe. & ministrabat eis.} Sanitas quæ domini confertur imperio, simul tota H redit, tanto robore comitante, vt eis continuo, qui se adiuuant ministrare sufficiat. Si autem virum a dæmonio liberatum, moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum, significare diximus, conuenienter fœmina a febribus, ad Imperium Domini curata, carnem ostendit a concupiscentiæ suæ feruore, per continentiæ præcepta frenatam. HIERO. Febris enim intemperantiam significat, de qua nos filij synagogæ per manum disciplinæ, desiderij eleuatione sanamur, & huius qui sanat nos ministramus voluntati. THEOPHI. Febricitat autem qui irascitur, vt ex ira manus effrenatus extẽdat: sed si ratio retineat manũ eius, surgit, & sic ratio ministrat.

Cap.4.

Simonis & Andreę, cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat autem socrus Simonis febricitans, qui statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam appræhensa manu eius, & continuo dimisit eã febris, & ministrabat eis.

l Vespere autem facto, cum G occidisset Sol afferebãt ad eum omnes male habentes & dęmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos, qui vexabantur varijs languoribus & dæmonia multa eiiciebat, & nõ sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

l ¶ THEOPHI. Quia turbæ considerabant neminem licere die sabbati curare, huius gratia Solis expectabant occasum, vt curandos ad Iesum adducant. vnde dicitur: {Vespere autem facto cum occidisset Sol. Sequitur: {Et curauit multos qui vexabãtur varijs languoribus. CHRYSO. Per hoc autem, quòd dicit mul- I tos, omnes oportet intelligere iusta scripturæ consuetudinem. THEOPHI. Vel multos dicit. Erant enim quidam infideles, qui minime curati sunt propter incredulitatem eorum. Multos ergo ex oblatis sanauit illos. s. qui fidem habebant. Sequitur: {Et dęmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. AVG. de Quæst. no. & vet. testa. Sciebant enim dæmonia Christum esse, qui per legem fuerat repromissus. omnia enim signa videbant in eo quæ dixerant Prophetæ. mysterium autem diuinitatis eius ignorabant: sicut & principes eorum. Si enim cognouissent nũquàm dominum maiestatis crucifixissent. BEDA. Quem.n. dierum quadraginta ieiunio fatigatum diabolus hominem cognouerat, nec tentando valuit an Dei filius esset, experiri. Iam nunc p̃ signorum potentiam vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non præuidit K esse damnandum: THEO. Ideo autem non sinebat loqui dæmonia, docens nos non credere eis etiam si vera dicant. Si enim inuenerint aliquos sibi credentes, veritatibus mendacia miscent. CHRY. Non est autem contrarium ei quod hic dicitur, hoc quod Lucas dicit, quòd exibant dæmonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es Christus filius Dei. Subiunxit enim: {Et increpans non sinebat ea loqui.} Marcus enim multa sub breuitate p̃transiens circa finem prædictorum verborum loquitur. BEDA. Mystice autem Solis occubitus passionem mortemq; significat illius qui dixit: Quamdiu in mundo sum lux mundi sum. & sole occidente plures q̃ ante dæmoniaci & egroti sanantur, quia qui temporaliter in carne viuens, paucos Iudæorum docuit, omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmisit. HIERO. Ianua autem regni mortaliter pœnitentia est cum fide, quæ operatur salutem languoribus varijs. varia etenim sunt vitia, quibus languescit ciuitas mundi.

m ¶ THEO.

m ¶ THEOPHI. Postq̃ dominus infirmos curauit, seorsũ recedit. vnde dicitur: {Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum.} In quo docuit nos non facere aliquid ad apparentiam, sed & si boni aliquid operamur non propalare. Sequitur: {Ibiq; orabat. CHRY. Non q̃a orõne indigeret. Ipse.n. erat qui hominum orationes suscipiebat, sed hæc quidem dispensatiue agens, forma bonę operationis nobis est factus. THEO. Ostẽdit enim nobis, quòd Deo debet attribui, si aliquid boni facimus, & ei debemus dicere: Quoniam omne datum optimum desuper est descendens a te. Sequitur: {Et prosecutus est illum Simon, & qui cum illo erant. CHRYSO. Lucas autẽ dicit turbas accessisse ad Christum & dixisse quod Marcus hic dicit dixisse Apostolos, subdens: Et cum venissent ad eum dixerunt ei, quia omnes quærunt te. Non autem inuicem contradicunt. Suscepit enim Christus, & post Apostolos turbam coniungi Christi pedibus anhelantem. gaudẽs autem eos suscipiebat: sed volebat eos dimittere, vt & reliqui doctrinæ eius participes essent tanquàm non multo tempore in mundo moraturus. Et ideo sequitur: {Et ait, eamus in proximos vicos & ciuitates vt & ibi prædicem. THEOPHI. Transit.n. ad illos magis indigentes, quia doctrinam concludere non conuenit in vno loco, sed vbique radios eius extendere. Sequitur: {Ad hoc.n. veni.} CHRYSO. In quo manifestat exinanitionis, i. incarnationis mysterium & diuinitatis suæ dominium, dum. s. asserit sponte se in mundum venisse. Lucas vero dicit: {Ad hoc missus sum, denuncians dispensationẽ & Dei patris bonam voluntatem de filij incarnatione. Sequitur: {Et erat prædicans in synagogis eorum in omni Galilæa. AVG. de Con. Euan. In hac autem prædicatione quam dicit eũ habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiam sermo Domini habitus in mõte, cuius commemorationem facit Matthæus, quem Marcus omnino non commemorauit, nec aliquid simile ei dixit, nisi quasdam sententias non contextim sed sparsim repetiuit, quas Dominus alijs locis dixit. THEOPHI. Doctrinę autem operationem immiscuit: prædicans.n. postmodum fugauit dæmonia. Sequitur enim. {Et dæmonia eijciens.} Nisi.n. ostenderet Christus miracula, eius sermoni non crederetur. sic & tu post doctrinam, operare vt non sit in te vacuus tuus sermo. BEDA: Mystice autem si occasu Solis mors exprimitur Saluatoris, quare non diluculo redeunte resurrectio eius indicetur? Cuius manifesta luce abijt in desertum gentium: ibiq; in suis fidelibus orabat, quia corda eorũ per gratiam sancti spiritus ad virtutem orationis excitabat.

Lib.2.c.19.

m Et diluculo valde surgens egressus abijt in desertum locũ, ibique orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erãt. Et cum venissent ad eũ dixerunt ei: Quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prędicẽ: ad hoc enim veni: Et erat prędicans in synagogis eorum in oĩ Galilęa, & dæmonia eiiciens.

n Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genuflexo dixit: Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extẽdit manum suam, & tangens eum ait illi: Volo. Mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei: statimq; eiecit illum & dixit ei: Vide nemini dixeris: sed vade ostende te Principi Sacerdotum, & offer pro emundatione tua, quæ præcepit Moyses B in testimonium illis. At ille egressus cæpit prædicare & diffamare sermonẽ, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatẽ, sed foris ĩ desertis locis esse. Et conueniebant ad eum vndiq;.

n ¶ BEDA. Postquàm lingua serpentina dæmonum obclusa est, & fœmina quæ primo seducta est a febre curata, tertio vir qui male suadentis dicta coniugis audiuit ab erroris sui lepra mundatur, vt ipse esset ordo restaurationis in Domino, qui erat ordo casus in protoplastis. vnde sequitur: {Et venit ad eum leprosus depræcans eum. AVG. De Con. Euang. De hoc leproso mundato talia Marcus connectit, vt ipse intelligatur quem Matthæus commemorat tunc esse mundatum. quando Dominus post sermonem de monte descendit BEDA: Et quia Dñs ait: {Non veni soluere legem sed adimplere, ille qui excludebatur a lege purgari se Domini potestate præsumens, non ex lege sed supra legem esse gratiam indicauit, qui leprosi maculam posset abluere. Verum sicut in Dño potestatis authoritas, ita in illo fidei constantia declarat. Sequitur.n. {Et genuflexo dixit: Dñe si vis, potes me mundare.} In faciem procidit, quod humilitatis est & pudoris, vt vnusquisq; de vitæ suæ miraculis erubescat: sed confessionem verecũdia non repressit. ostendit vulnus & remedium postulauit, & ipsa confessio religionis & fidei plena est. In voluntate.n. Dñi tribuit potestatem. THEO. Non enim dixit, si Deum deprecatus fueris, sed si vis: quasi ipsum credens Deum. BEDA. De voluntate autem Dñi non quasi pietatis incredulus dubitauit: sed quasi colluuionis suæ conscius non p̃sumpsit. Sequitur {Iesus aũt misertus eius, extendit manũ suã, & tangens eum ait illi: Volo. mundare.} Non vt pleriq; latinorum putant iniungendum est & legendũ, volo mundare, sed separatim, vt primũ dicat volo, deinde imperet, mundare. CHRY. Propter hoc aũt leprosum tangit, & non solo verbo cõtulit sanitatem, quia in lege a Moyse dictum est: Qui leprosum

Lib.2.c.19.

A tetigerit, immundus erit vsq; ad vesperum. Vt.n. oñdat q̃ sm naturam est hæc immunditia, & q̃ lex non erat pp eum posita, sed pp hoĩes puros, & q̃ ipse est proprie Dñs legis, & quia nõ sicut seruus infert, sed sicut Dñs sanitatem, leprosum tetigit congruenter: non tñ exñte necessario tactu ad curationis operationẽ. BEDA. Ideo etiam tetigit, vt probaret quia contaminari non poterat, qui alios liberabat, simulq; illud mirabile, q̃ eo sanauit genere quo fuerat obsecrat⁹. {Si vis inquit leprosus, potes me mũdare. Volo inquit.} ecce habes voluntatem. Mũdare. et iam habes pietatis effectũ. CHRY. Per hoc aũt non solũ opinionẽ leprosi non destruxit: sed magis confirmauit. verbo.n. morbum fugat, & qđ leprosus verbo dixerat, hoc opere adimpleuit. vnde sequitur: {Et cum hoc dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. BEDA: Nihil.n. medium inter opus Dei atq; p̃ceptum, quia in præcepto est opus. dixit.n. & facta sunt. Sequitur: {Et cõminatus est illi, statimque eiecit eum, & dixit ei: Vide nemini dixeris. CHRY. Quasi diceret, tempus nondum est mea opera prædicari. tua non indigeo prædicatione. Per hoc autem docet nos ex nostris operibus honorem apud homines pro retributione non quærere. Sequitur: {Sed vade ostende te principi Sacerdotũ. Pro- C pter hoc autem nunc ad Sacerdotem mittit Saluator, ad probationem medelę, & ne extra templum fieret: sed in oratione cum populo computetur. Mittit etiam quæ sunt legis adimplens, vt Iudæorum linguam maliloquam obturaret. Opus quidem ipse compleuit, probationem operis illis dimittens. BEDA: Vt.s. intelligeret Sacerdos eum non legis ordine: sed gratia Dei supra legem esse curatum. Sequitur: {Et offer pro emundatione tua, quod præcepit Moyses in testimonium illis. THEOPH. Præcepit quidem munus offerre quod habebant in consuetudine, qui mundabantur offerre, tanquàm in huiusmodi testimonium, quod non erat contra legem, sed magis legem confirmabat, intantum q̃ ipse legis operaretur p̃cepta. BEDA: Si quẽ vero mouet q̃uo Dñs Iudaicum videtur approbare sacrificium, cum id non recipiat Ecclesia, meminerit q̃ nondum obtulerat in passione holocaustum suum. Non autem oportebat auferri significantia sacrificia priusq̃ D illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apostolorum p̃dicantium, & fide credentium populorum. THEO. Leprosus autem quàmuis Dñs prohibuerit beneficium patefecit. vnde sequitur: {At ille egressus cępit prædicare & diffamare sermonem.} Oportet.n. bñficiatum gratũ esse & gratias reddere etiã si bñfaciens non indigeat. GREG. 19. Mor. Merito autem quærit, quidnam sit. q̃ Dñs quæ gessit abscondi iussit, & nec ad horam potuerunt abscondi? Sed notandum miraculum faciens taceri iussit, & tñ taceri non potuit, vt videlicet electi eius exempla doctrinæ illius sequentes in magnis quæ faciunt latere quidem in voluntate habeant, sed vt prosint alijs prodantur inuiti. Non ergo voluit quicq̃ fieri, & minime potuit: sed quid velle eius membra debeant, quidue de eis etiam volentibus fiat, doctrinæ magisterio exemplum dedit. BEDA: Vnius autem perfecta saluatio multas ad Dñm cogit turbas. vnde subditur: {Ita vt iam nõ posset manifeste introire in ciuitatẽ, sed foris in desertis locis esse. CHRY. E Leprosus.n. vbiq; prædicabat mirabilem curationem, ita vt omnes currerent ad visum & fidem curãtis, vt propter hoc Dominus in ciuitatibus euangelizare non posset: sed in eremis conuersaretur. vnde sequitur: {Et conueniebant ad eum vndique. HIER. Mystice lepra nostra peccatum primi hominis est quæ a capite cępit qñ regna mundi desiderauit. Radix.n. omnium malorum est cupiditas. vnde Giezi auaritiã secutus lepra suffunditur. BEDA: Extenta vero manu Saluatoris, hoc est incarnato Dei verbo, humanamque contingente naturam ab erroris prisci varietate mundatur. HIERO. Quæ quidem lepra vero Sacerdoti secundũ ordinem Melchisedech ostensa oblatione mundatur eo dicente nobis: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Quòd aũt non poterat Iesus manifeste in ciuitatem introire &c. significatur quòd non omnibus manifestatus est Iesus, qui latis atque plateis seruiunt laudibus & proprijs voluntatibus: sed his qui foris cum Petro exeunt, & in desertis locis sunt, quæ elegit dominus ad orandum & reficiendum populũ, qui. s. deseruerunt, delectationes

Cap.18.

mundi,& omnia quæ possident,vt dicant: Portio mea Dominus. Gloria vero Domini manifestatur his, qui conueniunt vndique, idest per plana & ardua,quos nihil pōt separare a charitate Christi. BEDA. Post factum etiam in ciuitate miraculum secedit Dominus in desertum,vt ostendat se magis quietam & a sæculi curis remotam diligere vitam, atque ob huius appetitum sanandis curam adhibere corporibus.

CAP. II.

BEDA: Quia nec carnales supernæ pietas deserit, quin etiam his gratiam suę visitatiōis, per quam & ipsi spirituales effici valeant indulget, post desertum Dominus redit in ciuitatē. vnde dicitur: {Et iterum intrauit Capharnaum post dies octo.

CAPVT II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo, & auditum est, quòd in domo esset, & conuenerunt multi, ita vt non caperet eos domus neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur, & cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat: Cum auLib.2.c.25. AVGVST. de Con.Euan. Matthæus autem hoc miraculum, quod sequitur ita scribit tanquàm in ciuitate Domini factum sit: Marcus autem hoc in Capharnaum, quod difficilius solueretur: si Matthæus etiam Nazareth nominaret. Nunc vero cum potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Christi, quia in Galilæa erat Nazareth, H quis dubitauerit in ciuitate sua hoc feciſſe Dominum, cum hoc fecerit in Capharnaum ciuitate Galilææ, præsertim quia & ipsa Capharnaum ita excellebat in Galilæa, vt tanquàm metropolis haberetur. Vel Matthæus prætermisit, quæ gesta sunt postquàm venit in ciuitatem suam donec veniret Capharnaum, & sic adiungit de sanato paralytico, subiungens: {Et ecce offe. ei paraly.} postq̄ dixerat, quòd venit in ciuitatem suam. CHRYSO. Vel Capharnaum ciuitatem eius dixit Matthæus, eo quòd sæpius illuc ibat, ac multa ibidem miracula perpetrabat. Sequitur: {Et auditū est, quòd in domo esset, & conuenerunt multi ita vt non caperet eos domus neque ad ianuam.} Laborem enim accedendi desiderium audiendi superabat. Post hoc paralyticum introducunt, de quo & Matthæus & Lucas dicunt. vnde sequitur: {Et venerunt ferentes ad eum paralyticum qui a quatuor portabatur.} Inuenientesque multitudine ianuam obturatam, per eam non potuerunt aliquatenus introire. Sperantes autem portitores eum qui portabatur curationis gratiam posse promereri, lectum cum onere I subleuantes, nudato tecto intromiserunt cum lecto paralyticum ante faciem Saluatoris, & hoc est quod subditur: {Et cum nō possent offerre eum.} Sequitur: {Cum vidisset autem Iesus fidem illorum ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.} Non quidem dixit fidem paralytici, sed portantium. Contingit enim aliquando, quòd aliquis fide alterius conualescit. BEDA. Intuendum sane quanti propria cuiusque fides apud Deum valeat, vbi tā ti valuit aliena, vt totus homo repente interius exteriusque saluatus exurgeret, aliorum merito alijs relaxarentur errata.

THEOPHI. Ipsius etiam paralytici fidem vidit. etenim ille portari non sineret, nisi curationis fidem haberet. BEDA. Curaturus autem hominem a paralysi Dominus primo peccatorū vincula dissoluit, vt ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari. Mira autem humilitas, despectum & K debilem, totisque membrorum dissolutum compagibus filium vocat, quem Sacerdotes non dignarentur attingere. aut certe ideo filium, quia dimittuntur ei peccata sua. Sequitur: {Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? blasphemat. CYRIL. Arguunt autem eum blasphemiæ mortis præcipitantes sententiam. erat enim in lege mandatum, q̄ quicumque blasphemaret in Deum morte puniretur. Hoc autem ei imponebant, quia sibi attribuebat diuinam potestatem remittendi peccata. vnde subditur: {Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?} Solus enim iudex omnium potestatem habet dimittendi peccata. BEDA. Qui per eos quoq; dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. & ideo Christus vere Deus esse probatur, q̄a dimittere peccata quasi Deus potest. Errant itaq; Iudæi, qui cum Christum & Deum esse, & peccatum dimittere posse credant: Iesum tamen Christum esse non credūt. Sed multo dementius errant Arriani, qui cum Iesum & Christū esse & peccata posse dimittere, Euangelij verbis deuicti negare nō audeant, nihilominus Deum negare non timent. At ipse persidos saluare desiderans, & occultorum cognitione & virtute operum Deum se esse manifestat. Nam sequitur: {Quo statim cognito Iesus in Spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? in quo ostendit se Deum, qui potest cordis occulta cognoscere, & quodammodo tacens loquitur: Eadem maiestate & potentia qua cogitationes vestras intueor, possum & hominibus delicta dimittere. THEO. Sed quàmuis fuerint eorum cogitationes reuelatæ, tamen permanent insensibiles, non in hoc consentientes, quòd peccata valet dimittere, qui nouit eorum corda. vnde Dominus certificat de curatione animæ per procurationē corporis, demonstrās per visibile inuisibile, per id quod est facile difficilius, quàmuis ipsi non ita crederēt.

tem vidisset Iesus fidem illorū, ait paralytico: fili, dimittuntur tibi pcta tua. Erant aūt illic qui dā de scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquit? blasphemat. Quis pōt dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autē sciatis, q̄a filius hominis habet

Pharisei enim difficilius credebant sanare corpus tanquàm manifestum, animam vero curare facilius, quia inuisibilis est medela, ita vt talia cogitarent. Ecce corpus curare desinit, & inuisibilem curat animam. magis autem si valuisset, corpus iam curasset, & non ad inuisibile refugisset. Saluator igitur, ostendens quòd vtraque potest ait: {Quid est facilius} quasi dicat. Ego quidem per corporis medelam quæ secundum veritatem facilior est, difficilior autem vobis videtur, ostendam vobis animæ sanitatem quæ difficilior est. CHRYSO. Et quia dicere quàm facere, facilius est, adhuc manifesta erat contradictio, quia opus nondum erat manifestum: Vnde subdit: {Vt autem sciatis quia potestatem habet filius quasi dicat. Quoniam de verbo difficilis, operationem inducam quod erat inuisibile confirmantem. Signanter autem dicit: {In terra dimittendi peccata. vt ostenderet, quòd humanæ naturæ potestatem diuinitatis vniuit indiuisibili vnione, quia etsi factus est homo: tamen Dei verbum permansit, etsi per dispensationem in terris cum hominibus conuersaretur: non tamen prohibebatur miracula perpetrare, ac remissionem tribuere peccatorum. non.n. humanitas diminuit aliquid de proprietatibus diuinitatis. nec diuinitas impediuit Dei verbum incommutabiliter, & veraciter in terris secundum carnem fieri filium hominis. THEOPHI. Dicit autem: {Tolle grabatum tuum. ad maiorem miraculi certitudinem: ostendens quòd non est secundum fantasiam, simulque vt ostenderet, quòd non solum curauit, sed & fortitudinem dedit sic animas non solum a peccato conuertit: sed eis virtutem tribuit ad operandum mandata. BEDA. Fit igitur carnale signum vt probetur spirituale, quamquam eiusdem virtutis sit & corporis, & animæ vitia dimittere. vnde sequitur: {Et statim ille surrexit, & sublato grabato abijt coram omnibus. CHRYSO. Prius autem id quod quærere venerat, scilicet animam, remittendo peccata curauit, vt eum non credentes dubitauerunt, tunc opus adducat in medium, vt verbum opere confirmetur, & per manifestum occultum animæ. s. sanitas per medelam corporis ostēdatur. BEDA: Datur etiam nobis intelligentia propter peccata plectuntur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. rasq; euenire corporū debilitates. & iccirco forsitan prius dimitQuinque.n. de causis affliguntur homines molestijs carnis. aut p pter merita augēda, vt Iob & martyres. aut propter humilitatem conseruandam, vt Paulus ab angelo Sathanæ. aut ob peccata intelligenda & corrigēda, vt Maria soror Moysi, & hic paralyticus. aut ad gloriam Dei, sicut cæcus natus & Lazarus. aut ad initium damnationis, sicut Herodes. Miranda est aūt diuinæ potentiæ virtus, vbi nulla tpis interueniente morula, iussu Saluatoris salus festina comitatur. vñ sequitur: Ita vt admirarentur. Relinquētes maius. s. remissionem pctorum, admirantur tantūmodo quod apparet, corporis. s. sanitatem. THEO. Non est autem hic paralyticus qui a Ioanne curatus narratur. ille.n. hominem non habebat, hic vero quatuor. ille in probatica, piscina curatur, hic vero in domo. Est autem vnus, qui a Matthæo & Marco curatus narratur. Mystice autem est, & nunc Christus in Capharnaum, in domo. s. consolationis, i in Ecclesia q̄ est domus paralytici. BEDA. Prædicāte autem Dño in domo non capiuntur neq; ad ianuam, quia prædicante in Iudæa Christo gentiles ad audiendū nondum intrare valuerunt, ad quos tñ etsi foris positos doctrinæ suæ verba p̄ p̄dicatores direxit. HIERON. Paralysis autem typus est corporis

quo piger iacet in mollitie carnis habens desiderium salutis.

THEO. Si ergo ego dissolutis potentijs animæ quasi paralyticus inuirtuosus habeat ad bonum, & attollar a quatuor Euangelistis, ad Christum adducat, audiamq; tunc, Fili, & relinquuntur mihi peccata. filius.n. Dei fit aliquis propter mandatorum operationem. BEDA:

potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, tolle grabatum tuū, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille, & sublato grabato abijt inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum dicentes, q̄a numquàm sic vidimus.

Seu quia quatuor sūt virtutes quibus ad p merendam sospitate homo fiducia mentis erigitur, quas nōnulli prudentiam, fortitudinem, temperātiam & iustitiam nūcupāt. Desiderant autem paralyticum Christo offerre, sed turba interposita ab omni parte intercluduntur, quia sæpe anima post infirmi corporis desidiam supernę gratiæ remedio cupiens innouari, prisęq consuetudinis obstaculo retardatur. Sæpe inter ipsas orationis secretę dulcedines, & quasi suaue cum Dño colloquium turba cogitationum interueniens aciem mentis ne Christus videatur, impedit. Non itaque est in, infimis vbi turbę tumultuant remanendum, sed tectum domus, t. sacræ scripturæ sublimitas est appetenda, lexq; Dñi meditanda. THEOPHI. Sed quō ferar ad Christum, nisi tectum aperiatur? Tectum.n. est intellectus, qui supponitur omnibus his, quæ in nobis sunt. hic multum habet terræ quantū ad lateres ficti les, terrenas dico res, sed si hæc subleuetur virtus, intellectus in nobis exoneratur. Post hoc submittatur. i. humilietur. non.n. decet extolli de hoc, q̄ intellectus est exoneratus, sed magis humiliari. BEDA. Vel patefacto tecto eger submittitur, quia reseratis scripturarum mysterijs ad notitiā Christi peruenitur, hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descenditur. Quòd autem cum grabato deponitur infirmus, significat ab homine adhuc in ista carne constituto Christum debere cognosci. Degrabato autem surgere est animam se a carnalibus desiderijs, vbi egra iacebat abstrahere. Grabatum tollere est ipsam quoque carnem per continentię frena coreptam spe cælestium præmiorum a delitijs segregare terrenis. Sublato autem grabato domum ire, ad paradisum redire est. Vel sanus qui languerat, domum reportat grabatum, cum anima remissione accepta peccatorum cum ipso suo corpore ad internam sui custodiam se refert. THEOPHI. Oportet etiā grabatum, i. corpus tollere ad operationem boni. tunc.n. ad contemplationem pertingere valebimus, ita vt quæ in nobis sunt cogitationes, dicāt q̄m nūq; sic vidimus, i. numq̄ sic intelleximus sicut nunc & paralysi curati. qui enim a peccatis mundatus est mundius videt.

b ¶ BEDA. Postq̄ Dñs in capharnaum docuit, egressus est ad mare, vt non solum ciuilem vitam hominum instrueret, verum ēt habitatoribus maris Euangelium regni p̄dicaret, eosq; fluctiuagos rerum labentium motus contemnere, ac fidei firmitate superare doceret. Vnde dicitur. {Et egressus rursus ad mare, oīs̄q; turba veniebat ad eum, & docebat eos. THEO. Vel post miraculum ad mare egreditur, quasi solitarius volens esse, sed turba concurrit iterum, vt addiscas q̄ quantum fugis gloriam, tm̄ ipsa te persequitur. Et siquidem tu ipsam persequeris, ipsa te fugiet. Inde autem transiens Dñs vocauit Matthæum. vnde sequitur: {Et cum præteriret, vidit leui Alphei sedentem ad Telonæum. CHRY. Idem aūt est publicanus a tribus Euangelistis nominatus. s. Matthæus a Matthæo. Leui autem simpliciter a Luca: Leui autem Alphei a Marco. filius.n. erat Alphei. Binomios autem secundum scripturā, & alios ē videre, sicut socer Moysi qñq; Ietro, qñq; Raguel vocat. BEDA. Sic & idem est Leui qui & Matthæus. Sed Lucas Marcusq; ,ppter verecundiam & honorem Euangelistæ nomen ponere nolunt vulgatum. Ipse autem Matthæus iuxta illud quod scriptum est: Iustus accusator est sui: Matthæum se & publicanum nominat, vt oñ dat legentibus nullum debere conuersum de salute diffidere, cum ipse de publicano in Apostolum sit repente mutatus. Ad Telonеū autem, i. ad curam dispensationemq; vectigalium sedentem dicit τέλος telos.n. Grecæ Latine vectigal nominatur. THEO. Sedebat. n. in Teloneo, vt consuetudinis est, aut aliquos impetēs, aut verba vendens, aut aliquid huiusmodi faciens, quibus in suis mansionibus Telonearij vtūtur, qui de hoc statu sic subleuatus est, vt relinquens omnia Christū sequeretur. vnde sequitur: {Et ait illi: Sequere me, & surgens secutus est eum.} BEDA. Sequi autem imitari est: ideoq; vt pauperem Christum non tam gressu q̄ affectu imitari posset reliquit propria, qui rapere solebat aliena. Non solum autem lucra reliquit vectigalium, sed & periculum contempsit quod euenire poterat a principibus sæculi, quia vectigalium rationes imperfectas atque incompositas reliquit. Ipse.n. Dominus, qui hunc exterius humana allocutione vt sequeretur vocauit, intus diuina inspiratione vt mox vocātem sequeretur, accendit. HIER. Sic ergo Leui qui appositus interpretatur a Teloneo negociorum sæcularium soli sequitur verbum qđ dicit: Qui non renūciauerit omnibus q̄ possidet, non potest meus esse discipulus. THEO. Qui autē prius alios impetebat sic factus est benuolus, vt ad comestionē plurimos cōuocaret. vnde sequitur: {Et factum est cum accum. scilicet, Iesus in domo illius multi publicani & peccatores simul discumbebāt cum Iesu & discipulis eius. BEDA. Publicani autem appellantur hi qui vectigalia publica exigunt, siue qui conductores sunt vectigalium fisci vel rerum publicarum, necnon & hi, qui sæculi huius lucra per negotia sectantur eodem vocabulo censentur. Viderant itaque publicanum a peccatis ad meliora conuersum locum inuenisse pœnitentiæ, & ob id etiam non desperant salutem. neque vero in pristinis vitijs permanentes publicani veniunt ad Iesum, vt Pharisæi & Scribæ, sed pœnitentiam agentes, vt sequens Euangelistæ sermo designat dicens: {Erant.n. multi qui sequebantur eum.} Ibat.n. Dominus ad conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos quod in mysteriorum figuris congruit, qui enim domicilio Christum recepit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in eius qui credиderit recūbit affectu. & hoc est bonorum operum spirituale conuiuium quo dues populus eget, & pauper epulatur. THEOPHI. Pharisæi autem hoc arguunt quasi puros se facientes. vnde sequitur: {Et Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?} BEDA: Si per Matthæi electionem, & vocationem publicanorum fides exprimitur gentium, quæ prius mundi lucris inhiabant, profecto superciliosum Scribarum & Pharisæorum Iudæorum inuidiam insinuat, qui de gentium salute torquentur. Sequitur: {Hoc audito Iesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent.} Suggillat Scribas & Pharisæos, qui iustos se putantes peccatorum consortia declinabant. Seipsum medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus est propter iniquitates nostras, & eius liuore sanari sumus. Sanos autem & iustos appellat eos, qui suam in ſtitiam nolentes ſtatuere, iustitiæ Dei sunt subiecti. Porro male habentes & peccatores vocat eos, qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec per legem se iustificari posse videntes, Christi gratiæ pœnitendo colla submittunt. vnde subditur: {Non enim veni vocare iustos sed peccatores.} Non quidem vt maneant peccatores, sed vt ad pœnitentiam conuertantur.

c ¶ GLO. Sicut superius apud discipulos Magister arguebatur de consortio peccatorum in conuiuijs: ita nunc econuerso, apud magistrum discipuli incusantur de ieiunioru omissione, vt sic inter eos materia discidij oriretur. vnde dicitur: {Et erant discipuli Ioannis & Pharisęorum ieiunantes. THEO. Ioannis enim discipuli in imperfecto positi in consuetudinbus Iudaicis permanebant. AVG. de Con.Euan. Potest autem putari, ideo addidisse Pharisæos, quòd simul cum discipulis Ioannis hoc quod sequitur Domino dixerint, cum Matthæus hoc discipulos Ioannis tantum dixisse perhibeat. sed verba quæ sequuntur magis indicant alios hoc dixisse de alijs. Sequitur enim. {Et veniunt & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?} Hæc enim verba indicant conuiuas qui aderant venisse ad Iesum, & hocidem discipulis dixisse, ita vt quod ait: Veniunt, non de ipsis dixerit de quibus interpositum fuerat: Et erant discipuli Ioannis & Pharisæo. ieiu. sed cum isti essent ieiunantes, veniunt illi quos hoc mouet. vnde Matthæus dicit: Et accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: nisi quia & Apostoli aderant, & omnes certatim vt quisque poterat,

Universidad de Deusto Biblioteca

hæc obiecerunt. CHRY. Discipuli ergo Ioannis & Pharisæorum contra Christum zelotipe se habentes, ipsum interrogant, vtrum solus cum discipulis suis absq; abstinẽtia & labore pugnas superet passionum. BEDA. Sed Ioannes vinũ & siceram non bibit, Dominus cum peccatoribus manducat & bibit, quia illi abstinentia meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autem cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinẽtibus poterat reddere puriores? sed ieiunauit & Christus, ne præceptum declinares, manducauit cũ peccatoribus vt gratiã cerneres, agnosceres potestatem. Sequitur: {Et ait illis Iesus, nũquid pos. filij nup. q̃diu est cum illis spõsus, ieiunare? AVG. Marcus hic filios nuptiarũ appellat: Matthæus aũt filios spõsi. filios.n.nuptiarũ non tantum sponsi, sed ẽt sponsę intelligimus. CHRY. Sponsum ergo seipsum vocat, tanq̃ Ecclesiam desponsaturus. Est.n.desponsatio datio arræ.s.gratiæ Spiritussancti, per quam credit orbis terræ. THEO. Sponsum etiam seipsum vocat, non solum tanq̃ virginales animas desponsantẽ, sed quia tẽpus primi aduẽtus eius non est doloris neq; tristitiæ his qui credunt in eum, neque labores continens, sed requiem. Est.n.absq; operatione legali dans requiem per baptismũ, per quẽ facile sine labore salutem consequimur. Filij autem nuptiarum siue sponsi sunt Apostoli, quia ipsi Dei gratia digni sunt facti omni bono cælesti, ac omni delectatione participes. CHRY. Conuersationem autem suam omnis angustiæ dicit esse alienam: cum subdit: {Quanto tempore ha.se.spon.non possunt ieiu.} Ille tristatur qui prius bonum non habet, qui vero in præsenti accipit, gaudet & non tristatur. Vt autem elationem illorum destrueret & ostenderet, ꝙ non ad lasciuiam proprios discipulos conseruabat. subiungit: {Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus, quasi dicat. Tempus erit in quo suã virilitatem demonstrent. quando.n.subtrahetur ab eis sponsus, ieiunabunt, eius affectantes aduentum, vt spiritus illi coniungant per corporales angustias emundatos. ostendit etiam, ꝙ nulla necessitas est vt sui discipuli ieiunent sicut & illi, qui sponsum humanæ naturæ, qui vbique præsidet verbis Dei, & qui tribuit semen vitæ secum habebãt præsentem. Filij etiam spõsi, quia infantes sunt, non possunt per totum conformari patri & sponso, qui eorum infantiam considerans dignatur eos non tunc ieiunare, recedente autem sponso propter desiderium ieiunabunt: sed cum perfecti fuerint, & sponso coniungentur in nuptijs, regalem semper comederẽ cęnam. THEOPHI. Intelligendum est autem, & sic quoniã omnis homo, qui bene operatur est sponsi filius, & spõsum secum habet.s.Christum, & non ieiunat, idest opera penitentiæ non oñdit, quia non peccat. quando vero aufertur sponsus homine in peccatum labente, tunc ieiunat & pœnitet, vt curet delictũ. BEDA. Mystico autem sensu potest sic exponi, quòd discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunant, quia omnis qui de operibus legis sine fide gloriatur, & qui traditiones sequitur hominum, & præconium Christi aure corporis non fide cordis percipit, spiritualibus abstinens bonis, ieiuno corde tabescit. qui vero Christi membris fidęli incorporatur amore non potest ieiunare, quia carne ipsius epulatur & sanguine. Sequitur: {Nemo assumentum panni rudis, idest noui.} CHRY. quasi dicat, quia hi noui prædicatores testamenti existunt, legibus eas seruire veteribus possibile non est: vos autem cõgrue veteres sequentes consuetudines Mosaica ieiunia obseruatis. Isti vero nouas ac mirabiles obseruationes tradituri hominibus, veteres obseruare non est necesse: sed esse mentibus virtuosos, aliquo vero tempore ieiunium, cum cæteris virtutibus obseruabũt. Sed hoc ieiunium differt a ieiunio legis, quia illud erat ex necessitate, hoc ex voluntate propter feruorem spiritus cuius nondum sunt capaces. vnde sequitur: {Et nemo mit.vi.no.} BEDA: Discipulos enim veteribus comparat vtribus, quos vino nouo, idest spiritualibus præceptis facilius disrumpi, quòd posse contineri dicit. Erant autem vtres noui cum post ascensum Domini deside-

& dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunãt? Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij nuptiarum quãdiu spõsus cum illis est, ieiunare? Quãto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin aufert supplementum nouũ a veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum ĩ vtres veteres, alioquin disrumpet vinum vtres, & vinũ effundetur & vtres peribũt. Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

F rio consolationis eius innouabantur, & tunc nouum vinum nouis vtribus aduenerat. hoc est Spiritussancti feruor spiritualium corda repleuerat. Doctori etiam cauendum est, ne animæ in vetustate malitiæ perduranti, nouorum mysteriorum secreta committat. THEOPHI. Vel aliter, discipuli veteribus vestimentis assimilati sunt propter eorum mentis infirmitatem, quibus non erat congruum imponere statutum graue ieiunij. BEDA: Neque conueniens erat nouum pãnum assuere qui est aliqua particula doctrinæ, quæ ad nouæ vitæ tẽperantiam pertinet, quæ generale docet ieiunium ab omni lætitia temporalium delectationum, quia si hoc fiat, & doctrina scinditur, & non conuenit vetustati. Vestimento autem nouo bona opera, quæ foris aguntur, insinuãtur. vino autem nouo feruor fidei spei & charitatis quo intus reformamur, exprimitur.

d Et factum est iterum cũ Dñs Sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cęperũt progredi, & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce quid faciũt discipuli tui Sabbatis quod non licet. Et ait illis: Nũquam legistis quid fecerit Dauid qñ necessitatem habuit, & esurijt ipse, & qui G cum eo erant, qũo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes ꝓpositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi solis Sacerdotibus, & dedit eis & qui cũ eo erant? Et dicebat eis: Sabbatũ propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbati.

d ¶ CHRYSO. Liberati a figura, & veritate vniti Christi discipuli, figurale Sabbati festum non seruant. vnde dicitur: {Et H factum est iterum cum Sab.am.per Sa.& disci.eius cæ.progre.& vel. spicas. BEDA. Legimus & in sequentibus, ꝙ erãt qui veniebãt & redibant multi. & nec mãducandi quidem spaciũ habebant: & ideo quasi homines esuriebant. CHRY. Esurientes autem escam simplicem comedebant non ad voluptatem: sed propter naturæ necessitatem. Pharisæi autem figuræ & vmbræ seruientes, discipulos accusabant tanquam iniuste agentes. vnde sequitur: {Pharisæi etiam dicebant ei, ecce quid fa.dis.tui Sab.quod non licet.} AVG. de Operibus Monachorum: Populo siquidem Israel per *Cap. 13.* legem præceptum est, vt in agris suis furẽ nullus teneret, nisi qui secum aliquid vellet auferre. nam qui nihil aliud attigisset, quàm id quod comedisset, liberum impunitumque abire sinerent. vnde etiam spicas vellentibus discipulis Domini, de Sabbato potius quàm de furto Iudæi calumniati sunt. CHRYSO. Dominus I autem Dauid in medium introducit, cui aliquando contigit non secundum legem comedere, cum Sacerdotalem tetigit cibum, vt illius exemplo accusationem discipulorũ soluat. Sequitur enim. {Et ait illis, numquàm legistis quid fecerit Dauid?} THEO. Fugiens enim Dauid a facie Saul, ad Principem Sacerdotum deuenit, & panes propositionis comedit, & gladium abstulit Goliæ, quæ Domino erant oblata. Quærunt vero aliqui, qualiter nunc Euangelista Abiathar principem Sacerdotum nominauit, cum liber Regum hunc nominet Abimelech? BEDA. Hoc autem nihil habet dissonantiæ. ambo etenim fuerunt illic, cum veniẽs Dauid panes petijt, & accepit: Abimelech videlicet, princeps Sacerdotum, & Abiathar filius eius. occiso autem Abimelech a Saule, fugit Abiathar ad Dauid & Comes factus totius exilij eius, postea eo regnante, summi Sacerdotij & ipse gradum accepit, multoque maioris excellentiæ filius quàm pater effectus est. ideo dignus fuit, cuius memoriam Dominus, etiam viuente patre, quasi summi Sacerdotis faceret. Sequitur: {Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabba- K tum.} Maior enim est cura sanitati & vitæ hominis quàm custodia Sabbati adhibenda. Sic enim mandatum est Sabbatum custodiri: vt tamen si necessitas esset, reus non esset qui Sabbatum violasset. ideo Sabbato circumcidi non est prohibitum, quia necesse erat fieri, & Machabæi necessitate instante Sabbato pugnabant. vnde discipulis esurientibus quod licitum non erat in lege, necessitate famis factum est licitum, sicut hodie siquis eger ieiunium corruperit, nulla ratione reus tenetur. Sequitur: {Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbati.} quasi dicat. Dauid Rex Sacerdotali cibo pastus excusabilis est, quanto magis filius hominis, verus Rex & Sacerdos & Dominus Sabbati, euulsarũ Sabbato spicarum noxa non tenetur? CHRY. Dominum quidem Sabbati & filium hominis seipsum proprie vocat, qm̃ quidẽ Dei exñs filius, filius hominis propter homines dignatus eum dici. Legis autem latori & dño lex non dominatur. plus.n.licet Regi q̃ legibus statuatur. Infirmis quidem datur lex, non perfectis & operantibus

operantibus supra legem. BEDA. Mystice autem discipuli A per sata transeunt, cum doctores sancti quos in fide instituerũt cura piæ sollicitudinis inspiciunt quos esurire nihil melius q̃ salutẽ intelligimus hominum. vellere autem spicas est homines a terrena intentione eruere. Fricare autem manibus est exẽplis virtutum a carnis concupiscentia, quasi a quibusdã folliculis puritatẽ mẽtis exuere. Grana mãducare est emundatũ quẽq; a sordibus vitiorum per ora prædicãtium Ecclesiæ mẽbris incorporari. & bene hic discipuli ꝓgredientes ante faciẽ Dñi fecisse memorantur, quia doctoris necesse sermo præcedat, & sic cor auditoris subsequens gratia supernæ visitationis illustret. Bene sabbatis, quia & ipsi doctores in ꝑdicando pro spe futuræ quietis laborãt, & auditores suos mouent pro æterna requie insudare laboribus. THEO. Vel quia cum habent in passionibus requiem, tũc alijs ad virtutem ductores fiunt euellentes terrena. BEDA. C Item per sata ambulant cum Domino, qui eloquia sacra meditari delectantur. esuriunt cum in eis panem vitæ inuenire desiderant, & hoc in sabbatis cum sopita mente a turbulentis cogitationibus vacare gaudent. Vellunt spicas & contritas purgant, donec ad escã perueniant, cum testimonia scripturarum ad quæ legentes perueniunt meditando assumunt, & tãdiu discutiunt donec in eis medullam dilectionis inueniant. verum hæc mentium refectio stultis displicet, sed a Domino approbatur.

CAPVT III.

ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum si Sabbatis curaret vt accusarẽt illum. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium. Et dicit eis: Licet Sabbatis bene facere an male? animam saluam facere an perdere? At illi tacebant, & circũspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.

b Exeuntes autem Pharisęi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderẽt. Iesus aũt cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba a Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Hierosolymis & ab Idumæa & trãs Iordanem, & qui circa Tyrũ & Sydonem multitudo magna, audiẽtes quæ faciebat venerunt ad eũ. B Et dixit Iesus discipulis suis, vt ĩ nauicula sibi deseruirẽt propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum vt illum tangerent. Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent eum.

CAP. III.

THEOPHI. Postq̃ Dñs Iudæos qui discipulos accusauerant, ꝙ spicas Sabbato euellebant exemplo Dauid confudit, nunc amplius ipsos ad veritatem reducens, miraculum in Sabbato operatur: ostendens ꝙ si operari Sabbato miracula in salutem hominum pium est, non est malum in Sabbato necessaria corporis operari. dicit ergo: {Et in- D troi.iterum in syna.& erat ibi homo habens ma.ari. & obser.eum si Sab.cu.vt accu.eum. BEDA. Quia.n.destructionem Sabbati quam in discipulis arguebant, probabili magister excusauerat exẽplo, nunc ipsum obseruando calũniari volunt, vt si Sabbato curet, transgressionis. si non curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguãt. Sequitur: {Et ait ho.hab.ma.ari. Surge in medium.} CHRY. Statuit quidem illum in medio, vt terrerentur aspectu, ac viso eo compatiantur & malitiam deponant. BEDA. Et præueniens calumniam Iudæorum quam ei parauerant, arguit eos, quia legis præcepta praua tentatione violabant. Vnde sequitur: {Et dicit eis, licet Sabbato benefacere, an male?} Hoc autem quærit, quia æstimabant in Sabbato etiam a bonis operibus feriãdum, cum lex a malis abstinere iubebat, dicens: Omne opus seruile non facietis in eo, i. peccatum, quia qui facit peccatum seruus est peccati. Idem autem est quod præmiserat, bene facere, an male, & quod postea subdit: {Animam saluam facere, an perdere?} hoc est hominem cu- E rare an non, non ꝙ Deus summe bonus author perditionis nobis esse possit: sed ꝙ eius non saluare scripturæ consuetudine perdere dicitur. Si quem vero mouet quare Dominus, cum corpus esset curaturus de animæ saluatione interrogauerit, intelligat vel animã more scripturarum pro homine positam, sicut dicitur: Hæ sunt animæ quæ exierunt de femore Iacob. vel ꝙ illa miracula propter animæ salutem faciebat, vel ꝙ ipsa manus sanatio salutem animæ *Lib.2.c.35.* significabat. AVG. de Con.Euan. Sed potest mouere, quomodo Matthæus dixerit, ꝙ ipsi interrogauerint Dominum, si licet Sabbato curare? cum Marcus illos potius interrogatos a Domino perhibeat: licet Sabbato bene facere, an male? Itaque intelligendum est, quòd illi prius interrogauerunt Dominum, si licet Sabbato curare? deinde quòd intelligens cogitationes eorum adi tum accusandi quærentium, constituerit in medio illum quem fuerat sanaturus, & interrogauerit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant, ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem de oue, & conclusisse, ꝙ liceat Sabbatis bene facere.

Sequitur {At illi tacebant.} CHRY. Sciebant.n.ꝙ eũ omnino curaret. Sequitur: {Et circũspi.eos cum ira.} ꝙ eos cum ira circũspicit ac tristatur super cæcitate cordis eorum, humanitati conuenit, quam pro nobis suscipere dignatus est. verbo autem miraculum coniungit: vnde sola voce homo curatur. vnde sequitur: {Et exten. & resti.est ma.illi.} per hæc omnia pro discipulis rñdens: simulq; ostendens suam vitam existere supra legem. BEDA. Mystice autem homo, qui manũ habebat aridam humanum genus indicat in fęcunditate boni operis arefactũ: sed dñi miseratione curatum, cuius dextera q̃ in primo parente dũ vetitæ arboris poma decerperet, aruerat, ꝑ redemptoris gratiam dum insontes manus in cruce arboris tenderet, bonorum operum succis est restituta saluti. Et bene in synagoga man⁹ erat arida, quia vbi scientiæ donum maius est, ibi grauius est inexcusabilis noxę periculum. HIERO. Vel significant auaros qui valentes dare, volunt accipere, prædari & non largiri, quibus dicit vt extendant manus suas, i. qui furabatur iam non furetur, magis aũt laboret operans manu sua quod bonum est, vt habeat vnde communicet indigentibus. THEOPHI. Vel aridam dextram habet manum, quisquis non operatur quæ sunt dextræ partis. ex quo enim manus nostra constituitur in operibus prohibitis, ex tunc arescit in operatione boni. Iterum vero restaurabitur quando in virtute stabit. vnde Christus dicit. Surge.s.a peccatis, & sta in medio, & neque ad diminutum, neque ad superabundantiam se extendit.

b ¶ BEDA. Pharisæi reputantes in crimen, quòd ad verbum Domini saluam qui languebat extendit dexteram, de voce Saluatoris fecerunt consilium. vnde dicitur: {Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebat aduersus eum quomodo eum perderent.} quasi non ipsorum quisq; maiora Sabbatis ageret, cibos portando, porrigendo calicem, & cætera quæ victui sunt necessaria exequendo. Neque enim ille qui dixit & facta sunt, Sabbato laborasse poterat conuinci. THEOPH. Herodiani autem dicuntur milites Herodis Regis. Hæresis nãque quædam noua surrexerat, quæ Hærodem Christum esse dicebat. Prophetia enim Iacob innuebat, quòd quando deficerent Principes de Iuda, tunc Christus veniret, & quia Herodis tempore nullus supererat Iudaicorum principum: sed ipse solus regnabat alienigena existens, quidam ipsum esse Christum putauerunt, & Hæresim constituerunt. Isti ergo cum pharisæis Christum interficere conabantur. BEDA: Vel herodianos Herodis Tetrarchæ ministros dicit, qui propter inimicitias quas eorum Dominus aduersus Ioannem habebat, etiam saluatorem quem Ioannes prædicabat, insidijs persequebantur & odijs. Sequitur: {Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare.} quasi homo fugiens persequentium insidias, quia neque adhuc venerat hora passionis eius, neque extra Hierusalem fuit locus passionis, vbi & exemplum dedit suis, si in vna ciuitate persecutionem paterentur, in alteram fugiendi. THEOPHI. Simul etiam secedit, vt plurimis benefaciat ab ingratis recedens: etenim multi secuti sunt eum & sanauit eos. Sequitur enim: {Et multa turba a Gali.} Tyri & Sydoni alienigenę existentes, vtilitatem a Christo accipiunt, propinqui vero eius Iudæi, scilicet ipsum persequebantur, & sic nulla est propinquitatis vtilitas, nisi similitudo bonitatis existat. BEDA: Illi enim videntes opera virtutum eius, & verba doctrinæ audientes, eum persequebantur. Isti autem opinione tantum ducti virtutum eius, congesto agmine permaximo veniunt ad audiendum eum, opemque salutis flagitandam. Vnde sequitur: {Et dixit discipulis suis vt in nauicula sibi deseruirent.} THEO. Vide autem occultatam gloriam eius. etenim ne læderet eum turba, petit nauiculam, vt intrans in eam conseruetur illæsus. Sequitur: {Quotquot autem habebant plagas, & spiritus immundi cum illum videbant, ꝓcidebant ei.} Plagas aũt dicit infirmitates:

ipse nãque Deus nos vnlnerat vt filios patẽr. BEDA. Procedebant ergo vtrique Domino, & qui habebant plagas infirmitatum corporalium,& qui a spiritibus vexabantur immundis:sed infirmi simplici intentione obtinendæ salutis. dæmoniaci autem vel potius in eis habitantes dæmones,vi diuini timoris coacti, nõ solum ad procidendum ei, verum etiam ad confitendum eius maiestatem compulsi.Vnde sequitur:{Et cla. di. Tu es filius Dei.} vbi miranda est Arrianorum ęcitas,qui post resurrectõis gloriam filium Dei negant, quem dæmones adhuc mortali carne indutum filium Dei profitentur. Sequitur:{Et vehe.cõmi. eis ne ma.eum.}Peccatori enim dixit Deus:Quare tu enarras iustitias meas? Prohibetur ergo dominum prædicare peccator,nequis dum prędicantem audit, sequatur errantem.improbus.n.magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permisceat,vt spiritus veritatis testimonium fraudis obtegat. Cæterum non solum dæmones:sed & a Christo sanati,& Apostoli ante passionem præcipiuntur reticere de illo: ne diuina maiestate prædicata passionis dispensatio differretur. Iuxta allegoriam vero in hoc,cp Dominus egressus de synagoga secessit ad mare gentium saluationem præfigurauit, ad quas venire per fidem relictæ ob perfidiam Iudææ dignatus est. Recte enim diuersis errorum anfractibus iactatę nationes instabilitati pelagi comparantur. Multa autem turba a diuersis prouincijs secuta est eum,quia prædicantibus Apostolis multas nationes ad se venientes benigne suscepit. Nauicula vero Domino in mari deseruiens Ecclesia est de gentibus congregata. propter turbam autem ne se comprimat nauicula ascendit, quia turbidas carnalium mentes fugiens, ad eos qui gloriam sæculi spernunt venire, & mansionem facere gaudet. Dissat autem inter comprimere Dominum & tangere. comprimunt.n. cum carnalibus cogitationibus aut factis pacem turbant in qua veritas manet. tangit vero qui p fidẽ & dilectionem eũ suscepit corde. vnde qui eum tetigerunt saluati esse perhibentur. THEO. Moraliter autem Herodiani, idest carnales Christum interficere volunt: Herodes enim pelliceus interprætatur. Qui vero de patria sua egrediuntur,i.a carnali habitudine, hi sequuntur Christum, & eorum plagæ curantur, idest peccata quæ conscientiam vulnerant. Iesus autem in nobis est ratio,quæ præcipit vt nauicula nostra,idest corpus ei deseruiat, ne ratione turbationes opprimant rerum.

c ¶ BEDA. Postquàm nephandos spiritus se prædicare prohibuit,elegit sanctos qui & immundos spiritus eiicerent, & Euangelium prædicarẽt.vnde dicitur:{Et ascen.in mon.vo.ad se quos vo.ipse. THEOPHI. Lucas autem dicit,cp ascendit ad orandum.post miraculorum.n.ostensionẽ orat,docens nos,quòd oportet gratias agere cũ consequimur aliquid boni, & hoc diuinæ virtuti appropriare. CHRY. Prælatos etiam Ecclesiæ instruit in orationibus pernoctare antequàm ordinationem faciant, vt eorũ officium non frustretur. Cum ergo secundum Lucam dies factus esset vocauit quos voluit. Erant enim plures qui eum sequebantẽ. BEDA. Non enim illorum electionis ac studij: sed diuinæ erat dignationis & gratiæ,vt in Apostolatum vocarentur.Mons etiam ille in quo Apostolos Dominus elegit altitudinem designat iustitiæ,in qua erant instituendi,& quã erant hominibus prædicaturi. HIERO. Vel Christus spiritualiter mons est ex quo aquæ vitæ fluunt, lac in paruulorum salute præparatur, pinguedo spiritualis agnoscitur, & quicquid summe bonum creditur, in montis istius est gratia constitutum.In montem ergo vocantur excelsi mentis & verbis,vt locus congruat meritis altis.Sequitur:{Et ve.ad eum & fe.vt essent duodecim cum illo, & vt mit. eos prædicare.} Speciem.n.Iacob dilexit Dominus, vt sint ipsi super thronos duodecim iudicãtes duodecim tribus Israel,qui etiam trini & quaterni circa tabernaculum Domini excubant, & sanctæ Domini verba humeris operum portant.In hoc enim sacramento quondam filij Israel circa tabernaculum castrametabantur,vt ex omni parte per quadrum trinæ tribus manerent. Ter autem quatuor.12.faciunt, & ter quaterni ad prędicandum sunt missi Apostoli,vt per vniuersas quadrati orbis plagas baptizarent gentes in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.Sequitur:{Et dedit illis potestatem cu.infir. & eiici.de. vt.s.promissorum cælestium magnitudini attestaretur magnitudo factorum,& noua facerent, qui noua prædicarent.

THEOPHI. Numerat autem Apostolorum nomina, vt propter falsos Apostolos euitandos sint noti & veri. & ideo sequitur: {Et impo.Simo.no.Petrus.} AVG. de Con.Euan. Nullus autem putet nunc accepisse Simonem nomen, vt Petrus vocaretur, ne sit contrarium Ioanni, qui longe ante dictum esse illi commemorat:Tu vocaberis Cephas,quod interprætatur Petrus. Marcus autem recapitulando hoc commemorauit. Cum.n.vellet nomina duodecim Apostolorum enumerare,& nec esse haberet Petrum ei

fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filius tonitrui, & Andream & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphęi & Thadæum, Simonem Chananæum, & Iudam Scarioth, qui tradidit illum.

cere,breuiter insinuare voluit,cp non hoc antea vocaretur, sed hoc ei Dominus nomen imposuerit.

BEDA: Ideo autẽ Dominus voluit cũ prius aliter vocari, vt ex ipsa commutatione nominis sacramentum commẽdaretur. idem est ergo Græce siue Latine Petr⁹ qđ syriace Cephas, & in vtraque lingua nomẽ a petra deriuatum est, nec dubium quin illa de qua Paulus ait: Petra autẽ erat Christus. nam sicut lux vera erat,& Christus donauit Apostolis vt lux mũdi vocentur:sic & Simoni qui credebat in Petram Christus,Petrę largitus est nomen, HIERO. De obedientia autem quam Simon significat ascenditur ad agnitionem quam significat Petrus. Sequitur:{Et Iacobum zebe.& Io.fra.Iac.} BEDA: Subauditur a superioribus,vocauit ad se ascendens in montem. HIER. Iacobum.s.qui supplantata habet tota desideria carnis & Ioannẽ, qui gratia accepit, quod alij per laborem tenent. Sequitur:{Et imposuit eis nomina Boanerges. CHRYSOSTOMVS. Filios quidem Zebedæi, sic nominat propter hoc, quòd magna & clara diuinitatis edicta debebant orbi terræ diffundere. HIERONYMVS. Vel per hoc trium superiorum sublime ostenditur meritum, qui in monte merentur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis: Hic est filius meus dilectus. vt & ipsi per nubem carnis, & ignem verbi quasi fulgura in pluuiam in terris spargerent, quoniam Dominus fulgura in pluuiam fecit, vt extinguat misericordia quod iudicium vrit. Sequitur: {Et Andream:} Qui viriliter vim facit perditioni, & vt responsum mortis in se semper habeat, & anima eius sit semper in manibus suis. BEDA. Andreas enim Græcum nomen est, & interprætatur virilis, ab Aνδρός Andros, quod est vir : quia viriliter Domino adhæsit. Sequitur : {Et Philippum.} HIERONYMVS. Qui est os lampadis, qui illuminare potest ore, quod corde concepit, cui dedit Dominus apertionem oris illuminantis. Scimus hunc modum locutionis proprium esse diuinarum scripturarum, quòd Hebræa nomina ad aliquod mysterium significationis sunt posita. Sequitur: {Et Bartholomæum.} Qui est filius suspendentis aquas, illius scilicet qui dixit: Et mandabo nubibus meis ne pluant super eum imbrem. Nomen vero filij Dei per pacem & dilectionem acquiritur inimici. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei sunt. Et diligite inimicos vestros, vt filij Dei sitis. Sequitur: {Et Matthæum.} Qui est donatus cui donatur a Domino, vt non solum remissionem peccatorum adipiscatur: sed numero ascribatur Apostolorum:{Et Thomam.} Qui est abyssus: multa enim profunda scientes, Dei numine proferunt. Sequitur:{Et Iacobum Alphæi.} idest docti vel millesimi,cuius a latere cadent mille. hic alter Iacobus est, cui colluctatio non est aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus spirituales nequitias. Sequitur: {Et Thadæum} is est corculum, idest cordis cultor. qui conseruat cor suum omni custodia. BEDA. Thadæus autem ipse est quem Lucas in Euangelio,& in actibus Apostolorum Iudam Iacobi nominat. erat enim frater Iacobi fratris Domini, vt ipse in Epistola sua scripsit. Sequitur:{Et Simonem Chananæum & Iudam Scarioth, qui tradidit illum.} Hæc cum additamento posuit,ad distinctionem Simonis Petri & Iudæ & Iacobi. Simon autem Chananæus dicitur ab Chana vico Galileæ: Iudas autem Scharioth a vico in quo ortus est, aut ex tribu Isachar dicitur. THEOPHI. Sed cur inter Apostolos computatur? vt discamus, quòd Deus non repellit aliquem propter futuram malitiam, sed propter præsentem virtutem dignum facit haberi. HIERONYMVS. Simon autem ponens tristitiam interprætatur. Beati namque qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Chananæus autem, idest zelotes dicitur quem zelus domus Dei comedit. Iudas autem Scarioth est, qui non delet peccatum suum per pœnitentiam. Iudas enim confitens vel gloriosus interprætatur, Scarioth autem memoria mortis. Sunt autem confessores multi in Ecclesia superbi & gloriosi, vt Simon magus,& Arrius & cæteri Hæretici, quorum memoria mortalis: ideo in Ecclesia celebratur, vt euitetur.

d ¶ BEDA.

d ¶ BEDA. Electos in monte Apostolos Dns ad domum reducit quasi eos admonens, vt post acceptum Apostolatus gradum ad conscientiam suam redeat.vnde dicitur.{Et veniunt in domũ, & conuenit iterũ turba,ita vt non possent neq; pa.mã.} CHRY. Ingratę quidem erant Principũ multitudines, quos impedit a cognitione elatio,grata vero populi multitudo venit ad Iesum.

d Et veniunt in domum, & cõuenit iterum turba: ita vt nõ possent neq; panem manducare, & cum audissent sui,exierũt tenere eum.Dicebant.n.qm̃ in furorem versus est.Et scribę qui ab Hierosolymis descenderant,dicebant, quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

BEDA. Quàm beata vero frequẽtia turbæ confluentis, cui tãtum fuit curæ ad obtinendam salutem, vt authori salutis cum his qui secum erant, nec vescendi quidem hora libera maneret, sed quẽ turba frequẽtat externa,hunc propinquorum æstimatio paruipendit.Sequitur.n.{Et cum audissent exi.te.eũ.} Quia enim altitudinem sapientiæ quam audiebant capere non poterant, quasi in alieno eum sensu locutum esse credebant.vnde sequitur:{Dicebant enim,qm̃ in fur.ver.est.} THEO. Idest dæmonium habet & furit: & ideo eum tenere volebant vt incarcerarent tanq̃ dęmoniacum. Et quidem sui hoc volebant,i.propinqui:forte compatriotę eius vel fratres eius. Stulta autem fuit infamia,cp tantorum miraculorum diuinæ sapientiæ factorem in furiam verti concipiunt. BEDA: Multum autem distat inter eos qui verbum Dei pro mentis tarditate non intelligunt,quales fuerunt de quibus dictum est,& eos qui hoc quod intelligunt de industria blasphemant,de quibus subditur:{Et scribę qui ab hiero.descen.dicen.qm̃ beelze.habet.} Quæ.n.negare nequiuerant,finistra interprætatione peruertere laborant,quasi non deitatis opera essent: sed immundissimi spiritus,i.Beelzebub,qui Deus erat Acharon. Nam Beel.quidem ipse est vir,Zebub autem musca vocatur.Beelzebub ergo,i.vir muscarum interprætatur.ob sordes immolatitij cruoris ex cuius spurcissimo ritu principẽ dæmoniorum eum nominabant cum subdunt:{Et quia in prin.de. eiicit dæmonia HIERO. Mystice autem domus ad quam veniunt primitiua est Ecclesia.Turbæ quæ impediunt panem mãducari,peccata & vitia sunt, quia qui manducat indigne, iudiciũ sibi manducat & bibit. BEDA: Scribę etiam ab Hierosolymis descendentes blasphemant.Turba vero ab Hierosolymis veniens secuta est dñm,& ab alijs regionibus Iudææ siue gentium,qa sic erat passionis tps futurum, vt turba illũ populi Iudæorum cũ palmis ac laudibus Hierosolymam pduceret gentiles videre desiderarent,sed Scribæ & Pharisæi de eius morte tractarent.

e ¶ CHRY. Posita blasphemia Scribarum,Dns ostendit impossibile fore quod dicebant, suam probationẽ exẽplo confirmãs. vnde dicit:{Et co.eis i pa.di.illis:Qũo potest sa.sat.eiicere?}quasi diceret:Regnum contra se intestino bello diuisum, necesse est desolari.Quod & in domo & in ciuitate vr. Quocirca etsi Sathanæ regnum in seipsum diuisum est: ita qp Sathanas ab hominibus repellat Sathanam, desolatio regni dæmonum appropinquauit. regnum autem eorum est in hoc,qp hoies subditos teneant.Si igitur ab hominibus pelluntur, hoc non est aliud q̃ regnum eorum dissolui.Si aũt adhuc in hoibus tenent ptãem,manifestum est,qp regnũ maligni adhuc stat,& non est contra seipsum diuisum. GLO. Et quia iam oñdit exemplo,qp dæmon dæmonem non expellit:oñdit qũo posset expelli,dicens:{Nemo potest va.for.} THEO. Exemplum tale est,fortis est dæmon, vasa eius sunt hoies in quibꝰ recipitur:Nisi ergo quis prius vincat dæmonem & alliget,qũo vasa eius,i.dæmoniacos ab eo diripiet? Sic & ego qui diripio vasa eius,i.libero hoies a dæmoniaca passione, prius alligo dæmones & supero eos & inimicus eorum sum. Qũo ergo dicitis,qp Beelzebub habeo, & dæmonum amicus exñs dæmonia eiicio? BEDA: Alligauit etiam dñs fortem,i.diabolum, hoc est electorũ seductione cõpescuit,& ingressus in domum,i.in mundum,domum eius & vasa,i.homines diripuit,qa ereptos a diaboli laqueis Ecclesiæ suæ adunauit.Vel domum eius diripuit.quia omnes mundi partes,qbus olim hostis dominabatur antiquus Apostolis eorumque successoribus distribuit, vt populos ad viam vitæ conuerterent. Ostendit autem Dominus, quòd grande scelus committerent, qui hoc quod Dei esse cognouerant, diaboli esse clamabant cum subdit:{Amen dico vobis, quoniam omnia dimit.fi.ho.peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerint.} Omnia quidem peccata & blasphemiæ non passim dimittuntur omnibus hominibus: sed his qui dignam pro erroribus suis in hac vita pœnitentiam egerint, & sic neque vllum habet locum. vel Nouatus non pœnitentibus, qui in martyrio lapsi sunt,veniam neget esse tribuendam, vel Origenes qui asserit post iudicium vniuersale transactis, licet sæculorum voluminibus cũctos peccatores venia peccatorum esse consecuturos, cuius errorem sequentia Domini verba redarguunt cum subditur:{Qui autem blasphemauerit in Spiritumsanctũ non habet remissionem in æternum.} CHRY. Et quidem blasphemiam, quæ circa eum erat excusationem habere dicit, quia tunc videbatur homo despectus & infimi generis: sed iniuria Dei re missionem non habet. Blasphemia autem in Spiritumsanctum contra Deum

consurrexerit in semetipsum, dispartitus est, & non poterit stare sed finẽ habet. Nemo pt vasa fortis in domũ ingressus diripere, nisi prius fortẽ alliget,& tũc domum eius diripiet. Amẽ dico vobis, qm̃ oĩa dimittentur filijs hominum pctã & blasphemiæ q̃bus blasphemauerint,q aũt blasphemauerit in Spiritũ sanctũ non habet remisionẽ in æternum, sed reus erit ęterni delicti, qm̃ dicebant spiritum ĩmundũ habet.

f Et venerunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eũ. Et sedebat circa eum turba,& dicunt ei: Ecce

fit. Est enim Spiritussancti operatio regnum Dei, & propter hoc irremissibilem dicit esse Spiritussancti blasphemiam. Pro eo autem quod hic subditur:{Sed erit reus ætẽrni delicti.} alius Euangelista dicit: Neque in hoc sæculo, neque in futuro. Per quod intelligitur iudicium quod est secundum legem & futurum. Cum enim lex maledicentem Deum occidi iubeat, in hoc legis secundæ excusationem non habet. omnis autem qui baptizatur extra hoc sæculum fit.Latebat autem Iudæos remissio,quæ fit per baptismum. Qui ergo miracula & dæmonum eiectionem, quæ solum sunt propria Spiritussancti, dæmoni appropriat, nulla excusatio sibi de blasphemia relinquetur. Sed neque blasphemia talis, cum sit contra Spiritumsanctum remitti videtur. vnde exponens: subdit,{Quoniam dicebant: Spiritum habet immundum.} THEOPHI. Est autem intelligendum,quòd veniam non cõsequentur nisi pœniteant. Cum vero in carne Christi scandalizantur etiam si non pœniterent aliquid excusationis habebant,& remissionis aliquid consequebantur. HIERO. Vel hoc dicit, quia non merebitur pœnitentiam agere vt recipiatur, qui Christum intelligens principem dæmoniorum esse dicebat. BEDA: Neque tamen hi qui Spiritumsanctum non esse Deum credunt, irremissibilis blasphemiæ crimine tenentur, quia non inuidentia diabolica:sed humana ignorantia ducti hoc faciũt. AVGVST. de Verbis Domini: Vel ipsa impœnitentia est blasphemia Spiritussancti, quæ non remittetur. Contra enim Spiritumsanctum quo peccata dimittuntur, verbum dicit, siue cogitatione siue lingua,qui sibi cor impœnitens thesaurizat. Subiungit autem quoniam dicebant spiritum immundum habet, vt ostenderet hinc fuisse exortam causam vt hoc diceret, eo quòd dicerent eum in Beelzebub dæmonem expellere, non quia esset blasphemia quæ non remittitur, cum & hæc remittatur,si recta pœnitentia consequatur: sed hinc causa extitit vt a Domino illa sententia proferretur facta mentione spiritus immundi, quem aduersus seipsum diuisum Dominus ostendit propter Spiritumsanctum, qui etiam quos colligit efficit indiuisos,peccata quæ aduersus se diuisa sunt dimittendo,cui dono remissionis non resistit, nisi qui duritia cordis impœnitentis habuerit. Nam alio loco dixerunt Iudæi de Domino,quòd dæmoniũ haberet: nec tñ ibi aliquid dixit de blasphemia Spiritussancti, quoniam non ita obiecerunt spiritum immundum,vt in se diuisus ex ore eorum posset ostendi sicut Beelzebub a quo dæmones eijci posse dixerunt.

f ¶ THEOPHI. Quia propinqui Domini venerant tenere eum tanquàm in furiam versum, mater eius amoris compassione detenta,venit ad ipsum:vnde dicitur:{Et venerunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocantes eũ. CHRY. Ex hoc autem manifestum fit, cp non semper cum eo erant fratres eius & mater, quia vero dilectus erat ad eum propter reuerentiã, & affectum veniunt de foris expectantes.vnde sequitur:} Et sedebat circa eum turba & dicunt ei:Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. BEDA. Fratres Domini non filij semper virginis Mariæ iuxta Heluidium: Nec filij Ioseph ex alia vxore iuxta quosdam putandi sunt: sed eius potius intelligendi sunt esse cognati. CHRY. Alter autẽ Euangelista dicit, quòd fratres eius nondum credebant in eum: Cui conuenit quod hic dr, cp eum q̃rebant de foris expectantes,& ſm eandem intentionem Dominus

F eorum non ſicut propinquorum meminit. vnde ſequitur: {Et reſpondens eis ait: Quæ eſt mater mea & fratres mei?} Hoc autem non dixit, matrē & fratres omnino reprobando, ſed oñdens ꝙ ſup omnem cognationem temporalem oportet propriam animam ꝑhonorare. vnde conuenienter hoc dr̄ his qui vocabant ad propinquorum collocutionem, quaſi ad aliquid vtilius q̄ ſit doctrina ſalutis. BEDA. Rogatus ergo officio verbi, diſſimulat egredi, non maternę refutans obſequium pietatis: ſed paternis ſe myſterijs amplius q̄ maternis debere monſtrat affectibus. Nec iniurioſe fratres contemnit: ſed opus ſpirituale carnis cognationi ꝑferens, religioſiorē cordium copulam docet eſſe q̄ corporum. vnde ſequit: {Et circūſpi. eos qui in circu. eius ſedebāt ait: Ecce mater mea & frēs mei.} CHRY. In quo Dñs oſtendit, ꝙ oportet eos, qui fidei ſunt propinqui ꝑ omnibus conſanguineis honorare. Ieſu quidē aliquis mater efficitur prædicando: quaſi enim parit Dominum quē cordi audientis infuderit. HIERO. Sciamus autem nos eſſe fratres eius & ſorores, ſi voluntatem patris impleuerimus, & cohæredes ſimus eius. vnde ſequitur: {Qui.n.fecerit voluntatem Dei: hic frater meus & ſoror mea & mr̄ eſt. THEO. Non ergo negans matrem hoc dixit, ſed oſtendens ꝙ non ſolum eſt digna honore propter hoc, ꝙ genuit Chriſtum: ſed & propter oēm aliam virtutem. BEDA. Myſtice autem mater & fratres Ieſu ſunt ſynagoga, ex cuius carne eſt editus & populus Iudæorū, qui Saluatore intus docente, venientes intrare nequeunt, cum ſpiritaliter intelligere dicta nequeunt. Præoccupans autem turba ingreditur, quia differente Iudæa, gentilitas fluxit ad Chriſtum. foris.n.ſtantes volunt Dñm videre cognati ipſius, cū Iudæi ſe ad cuſtodiam literæ foris fixerunt, & Chriſtum potius ad carnalia docenda cogunt exire, q̄ ſe ad diſcēda ſpiritualia cōſentiunt ingredi. Si ergo foris ſtantes nec ipſi agnoſcunt parentes, quēadmodū nos agnoſcemur ſi foris ſtemus? intus.n.eſt verbum, intus eſt lumen.

mater tua & fratres tui foris q̄runt te. Et reſpondens eis, ait: Quæ eſt mater mea & fratres mei? Et circumſpiciens eos, qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit volūtatē Dei, hic frater meus, & ſoror mea & G mater mea eſt.

CAPVT IIII.

Et iterum cæpit docere ad mare, & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt in nauim aſcendens ſederet in mari. & omnis turba circa mare ſuper terram erat, & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua, Audite: Ecce exijt ſeminans ad ſe- H minandū. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cęli & comederunt illud. Aliud vero cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terrā multam, & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ; & quādo exortus eſt Sol, exæſtuauit, & eo ꝙ non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderunt ſpinę & ſuffocauerunt illud & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum aſcendentem & creſcentē, & afferebat vnum triceſimum, & vnum ſexageſimum, & vnum centeſimum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cū eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duodecim parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe myſteriū regni Dei, illis autem qui foris ſunt, in parabolis omnia fiūt, vt videntes videant, & non videāt. & audientes audiant & non intelligant, nequando conuertantur & dimittantur eis peccata. Et ait illis, Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat, verbum ſeminat. Hi autem ſunt qui circa viā vbi ſeminatur verbum, & cum audierint cōfeſtim venit Sathanas, & aufert verbū quod ſeminatum eſt in cordibus eorum. Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur, qui cū audierint verbum, ſtatim cum B gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in ſe: ſed temporales ſunt, deinde orta tribulatione, & perſecutione propter verbum cōfeſtim ſcandalizātur. Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminantur. Hi ſunt qui verbum audiūt & erumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant verbum & ſine fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt verbum, & ſuſcipiunt, & fructificant, vnum triceſimum, & vnum ſexageſimū, & vnum centeſimū. b Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? Nonne vt ſuper candelabrum ponatur? Non eſt enim aliquid abſconditum quod non manifeſtetur, nec factum eſt occultum, quod non veniat in palam. Siquis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis: In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet etiam quod habet, auferetur ab eo.

CAP. IIII.

THEOPH. Licet matrem Dominus ſuperius negligere videretur: tñ reueref eam. Propterea nāque egreditur circa mare. vnde dicitur {Et iterum cæpit Ieſus docere ad mare.} BEDA. Si.n.Euangeliū Matthęi inſpicimus, patet hanc doctrinam Dñi ad mare eadem die qua ſuperiorem in domo celebratum eſſe ſermonē. terminato.n.primo ſermone continuo ſubiunxit Matthæus dicens. In illo die exiens de domo ſedebat ad mare. HIERO. Cæpit autem docere ad mare, vt locus docendi indicet auditores amaros fuiſſe & inſtabiles. BEDA. Relicta etiam domo cæpit docere ad mare, quia relicta ſynagoga ad colligendam per Apoſtolos populi gentilis multitudinem venit. vnde ſequitur: {Et congre. eſt ad eum turba mul. ita vt in nauem aſcendens ſederet in mari. CHRY. Quod nō ſine cauſa factum oportet intelligi, ſed vt poſt ſe neminem dimitteret: ſed omnes auditores ante faciem haberet. BEDA. Præfigurabat autem hæc nauis Eccleſiam in medio nationum ędificandam, in qua dñs dilectam ſibi conſecrat manſionem. Sequitur: {Et dicebat illis in para. mul. HIERO. Parabola eſt rerum natura diſcrepantium, ſub aliqua ſimilitudine facta cōparatio. παραβολὴ parauoli enim, Græco vocabulo dicitur ſimilitudò, quando illud quod intelligi volumus per comparationes aliquas indicamus. Sic.n.ferreum quēpiam dicimus, quando durum ac fortem deſideramus intelligi: cum velocem, ventis aut auibus comparamus. Loquitur autem turbis in parabolis more prouidentiæ ſuę, vt qui cęleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam audita ꝑcipere potuiſſent. CHRY. Erigit enim per parabolam audientium mentem vt manifeſtiorem ſermonem faceret: res viſui oſtendens. THEO. Et vt attentiores faceret auditores, primam parabolam proponit de ſemine quod eſt verbum Dei. vnde ſequitur. {Et dicebat illis in doctrina ſua,} non Moyſi, non Prophetarum, quia ſuum prædicat Euangelium. {Exijt ſeminans ad ſeminandū. Seminans autē Chriſtus eſt. CHRY. Non aūt loco exiuit, q præſens extitit oibus & implet: ſed habitu & diſpenſatione qua nobis factus eſt ꝑpinquior per carnis amictum. Quia.n.nō valebamus ire ad eū peccatis impedientibus iter noſtrum, ipſe exit ad nos. Exijt aūt prædicans pietatis ſeminare ſermonē quē copioſe loquebat. Nō aūt inculcat ſermonē eundem in eo qđ dicit: {Exijt ſeminās ad ſemimandum.} exit enim aliqn̄ ſeminans, aut vt faciat nouale, aut herbas malas euellat, aut aliquid aliud operetur. Iſte autem exijt ad ſeminādum. BEDA. Vel exijt ad ſeminādum, cum poſt vocatam ad fidem ſuā partem ſynagogæ electam ad vocationem quoq; gētium gratiæ ſuæ dona diffudit. CHRY. Sicut aūt ſeminans non diſcernit terrā ſubiectam: ſed ſimpl'r & abſq; diſcretione ſemen mittit, ſic & ipſe oēs alloquitur. Et ad hoc ſignificandum ſubdit: {Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam.} THEO. Vide quia non dixit, ꝙ proiecit illud in via, ſed quia cecidit. qui.n. ſeminat, quantum in ſe eſt, in terram bonam proiicit: ſed illa ſi fit mala corrumpit verbum. Via autem Chriſtus eſt, infideles autem ſunt circa viam, i. extra Chriſtum. BEDA. Vel via eſt mens ſedulo malarum cogitationum motu trita, ne verbi ſemen in ea germinare ſufficiat. Et ideo quicquid boni ſeminis vicinia talis viæ
I contigerit perit, & a dæmonibus rapitur. Vnde ſequitur: {Et ven. volu. cæ. & come. illud} Recte autem dæmones volucres cæli dicūtur, ſiue quia cæleſtis ſpiritualiſque ſunt naturæ, ſiue quia in aere habitant. Vel qui ſunt circa viam ſunt negligentes & deſides. Sequitur: {Aliud vero cecidit ſuper petroſa.} Petrā dicit duritiam proteruę mentis, terram leuitatem animæ obedientis, ſolem feruorē perſecutionis ſeuientis. Altitudo ergo terræ, quæ ſemen Dei debuerat accipere probitas eſt animi diſciplinis cęleſtib9 exercitati, atque ad obediendum diuinis eloquijs regularibus inſtituti. Petroſa autem loca quæ vim radicis ſuſcipiendæ nōn habent, illa ſunt pręcordia quæ dulcedine tantum auditi ſermonis ac promiſſis cæleſtibus ad horam delectantur, ſed in tēpore tentationis recedunt quia parum eſt in eis ſalutaris deſiderij quod ſemen vitæ cōcipiat THEO. Vel petroſa ſunt, qui modicum adhærentes Petræ, ideſt Chriſto inquantum ad tempus verbum recipiunt, poſtmodum
K abiiciunt recedentes. Sequitur: {Et aliud cecidit inter ſpinas.} per quod ſignificatur animæ multa curantes: Spinæ enim curæ ſunt. CHRYSO. Vlterius vero ponit terram bonam dicens: {Et aliud cecidit in terram bonam.} Secundum enim conditionem terræ eſt differentia fructuum. Multa eſt autem dilectio ſeminantis ad homines quoniam & primos commendat, & ſecundos non reiicit, & tertijs tribuit locum. THEO. Vide etiam quomodo mali ſunt plurimi, & pauci qui ſaluantur, quarta enim pars ſeminis inuenitur ſaluata. CHRY. Non tamen maior pars ſeminis occaſione amittitur ſeminantis, ſed terræ recipientis, i. aiæ audientis, & quidem materialis agricola hoc modo ſeminando congrue incuſaretur. Non.n. ignorat lapidē aut viam aut terram ſpinoſam, terram pinguē non fieri. In rationabilibus vero non eſt ſic. Petram.n. poſſibile eſt fieri terram pinguē, & viam non conculcari & deſtrui ſpinas, quod ſi fieri non poſſet, non ibi ſeminaſſet. Per hoc ergo nobis tribuit pœnitentiæ ſpem. Sequitur: {Et dicebat, qui habet aures audiendi, audiat. HIER. Quoties hæc admonitio in Euangelio aut in Apocalypſi Ioannis interponitur, myſticum hoc quod dicitur atque ad audiendum diſcendumque inſinuatur.

Hom. 45 in Matth.

A inſinuatur. {Aures enim audiendi} ſunt cordis & ſenſus interioris, aures obediendi & faciendi quæ iuſſa ſunt. Sequitur. {Et cum eſſet ſingularis, interrogabant eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam exponere. & dicebat eis: Vobis datum eſt ſcire myſterium regni Dei. illis autem qui foris ſunt in para. omnia fiunt.} BEDA. Quaſi diceret, vos qui eſtis digni omnia quæ ad ꝑdicationem ſunt congrua edoceri: parabolarum manifeſtationem addiſcetis. Ad iſtos autem parabolis verſus ſum, quia digni non ſunt addiſcere propter eorum malitiam, qui enim legis quam acceperant obedientiam non tenebant: iuſtum fuit, vt noui ſermonis participationem non haberent, ſed ab vtroq; ſunt alieni. Oſtendit enim per diſcipulorū obedientiam, ꝙ per cōtrarium indigni facti ſunt reliqui myſticæ doctrinæ. Po..ca vero inductione vocis propheticæ corū confundit nequitiam tamquam a longe confutatam. vnde ſequitur. {Vt videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant.} Quaſi dic. vt prophetia impleatur quæ hoc prædicit. THEO. Deus enim eos fecit videntes, ideſt intelligentes bonum. Ipſi vero non vident, voluntarie ſe fingentes non videre ne conuertantur, & corrigant ſe tamquam ſuæ ſaluti inuiderent. Sequitur. {Nequando conuer. & di. eis pec.} CHRY. Sic ergo vident, & non vident, audiunt, & non intelligunt. Quòd enim vidēt & audiunt, contingit eis ex gratia Dei, ſed quòd vident & non intelligunt, cōtingit eis, quia gratiam recipere nolunt, ſed oculos claudunt, & fingunt ſe non videre, neque dictis acquieſcunt, & ſic a peccatis non mutantur per hoc quòd vident, & audiunt, ſed contrarium patiūtur. THEO. Vel poteſt aliter intelligi, ꝙ reliquis loquebatur in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligāt. Deus enim dat viſum, & intellectum his qui petunt, reliquos autē obcecat. ne in maiorem redargutionem ſit eis, quòd cum intelli-
D gerent: noluerunt facere quæ oportet. vnde ſequitur. {Nequando cōuer. & di. eis pec.} AVG. de Quæſt. euang. Vel hoc intelliguntur peccatis ſuis meruiſſe, vt non intelligerent, & tamen hic ipſum miſericorditer eis factum, vt peccata ſua cognoſcerent, & conuerſi veniam mererentur. BEDA. Illis ergo qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, & facta. ſ. & verba Saluatoris, ꝙ neque in his quæ operabatur virtutibus, neque in eis quæ prædicabat archanis eum cognoſcere Deum valent. Ideoque ad remiſſionem peccatorum attingere non valent. CHRY. Quòd autem non loquebatur eis niſi in parabolis, nec omnino loqui deſiſtebat: demonſtrat, ꝙ his, qui bono propinqui ſunt, etſi in ſeipſis bonum non habeāt, occultum tamen eis oſtenditur. Cum autem aliquis cum reuerentia, ac recto corde accedit, occultorum reuelationem conſequitur abundanter. Cum autem nō ſana ſentit, nec his quæ multis facilia ſunt dignus fiet, nec etiam eorum auditu. Sequitur: {Et ait illis: neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?}
E HIERO. Oportebat ſiquidem, vt illi, quibus in parabolis loquebatur, requirerent quod non intelligerent, & per Apoſtolos, quos contemptos habebant diſcerent myſterium regni, quod ipſi non habebant. GLO. Et ideo dominus hæc dicens: oſtendit oportere eos & hanc primam, & omnes conſequentes parabolas intelligere. propter quod exponens ſubdit: {Qui ſeminat, verbum ſeminat.} CHRY. Et quidem Prophetæ doctrinam populi plantationi vineæ comparauit: hoc veræ ſeminationi, manifeſtans per hoc ꝙ breuior eſt nunc & facilior obedientia, & ſtatim fructū dabit. BEDA: In hac autem domini expoſitione omnes eorum qui audire verba ſalutis potuerunt ſi ad ſalutem peruenire nequæunt diſtantia comprehenditur. Sunt namque qui verbum qđ audiunt nulla fide, nullo intellectu, nulla ſaltem tentandi vtilitatis occaſione percipiunt, de quibus dicit. {Hi autem ſunt qui circa viam.} Cordibus enim eorum mandatum verbum, confeſtim immundi ſpiritus quaſi viæ tritæ volucres ſemen eripiunt. Sunt qui auditi verbi, & vtilitatem probant & deſiderium guſtant, ſed ne ad id quod probant perueniant: alios huius vitæ aduerſa terrendo, alios proſpera blandiendo retardant, de quorum primis dicit. {Et hi ſunt ſimiliter qui ſupra petroſa.} De aliis dicitur. {Et alii ſunt qui in ſpinis.} Spinæ autem diuitiæ vocantur, quia cogitationum ſuarum pūctionibus mentem lacerant, & cum vſque ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto vulnere cruentant. Dicit autem. {Et erumnæ ſæculi, & deceptio diuitiarum.} Quemcumque enim ſuperuacuus diuitiarum decipit appetit9, neceſſe ē mox curarum erumna cōtinuarum affligat. Addit autem. {Et circa reliqua concupiſcentiæ.} quia mandatis Dei contemptis circa reliqua concupiſcens aberrat, ad gaudium beatitudinis non poteſt attingere. Suffocant autem huiuſmodi cōcupiſcentiæ verbum, quia bonum deſiderium ad quod intrare nō ſinunt, quaſi aditum flatus vitalis necant. Excipiuntur autem ab his hominū differentiis gentiles, qui nec audire verba vitæ merent. THEO.
C Eorum vero qui ſemen ſuſcipiunt conuenienter rurſus tres ſunt gradus. vnde ſequitur. {Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſemi.} Qui in centum fructificant: ſunt qui perfectam, & obedientem habent vitam, vt virgines, & eremitæ. Qui autem ſexaginta. qui medioeriter ſe habent, vt continentes, & qui in cœnobio ſunt. Qui autem triginta. qui parui quidem ſunt ſecundum propriam virtutem fructum ferentes, vt laici, & qui in coniugio ſunt. BEDA. Vel triginta fructificat, cum aliquis fidem ſanctæ Trinitatis electorum cordibus inſinuat. ſexaginta, cum perfectionem docet bonæ operationis. centum, cum cœleſtis regni præmia demōſtrat. Centum namque computando in dextram transferuntur: vnde recte in ſignificatione ponuntur perpetuæ beatitudinis. Terra autem bona eſt electorum conſcientia, quæ omnibus prædictis trib9 terris contraria facit, quia & commendatum ſibi ſemen verbi libēter excipit, & exceptum inter aduerſa, & proſpera conſtanter ad fructus vſque ad tempora conſeruat. HIERO. Vel fructus terræ in triginta, & ſexaginta, & centeſimo continetur: hoc eſt lege, & prophetia, & euangelio.

b ¶ CHRY. Poſt interrogationem diſcipulorum de parabola, ac explanationem, bene ſubiungit. {Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nonne vt ſuper cā. po.} quaſi dicat, propter hoc parabola dicta eſt, non vt immanifeſta maneat, aut occulta, tamquā ſub modio, aut ſub lecto, ſed vt dignis manifeſtetur. Lucerna in nobis eſt intellectualis natura, q̄ ſecundum proportionem illuminationis, aut clare apparet, aut obſcure. Si enim meditationes quæ nutriunt lumen, ac recordationes, in quibus lucerna talis accenditur, negligantur, mox extinguitur. HIERO. Vel lucerna verbum eſt de tribus ſeminibus. Modius aut lectus, auditus eſt in obedientium. Candelabrum Apoſtoli ſunt, quos illuminauit verbum Dei. vnde ſequitur. {Nō eſt enim aliquid abſcon.} Abſconditum & occultum: parabola ſeminis eſt. In palam vero venit dum a domino tractaē. THEO. Vel hic dominus diſcipulos monet lucidos eſſe ſecundum vitā, & conuerſationem, quaſi dicat. Sicut lucerna ad lucendum ponitur, ſic ad vitam ueſtram omnes inſpicient. Itaque ſtudete bonam vitam habere, & non in angulis ſedeatis, ſed lucerna eſtote. Lucerna enim non ſub lecto, ſed ſupra candelabrum poſita lucet. Quam quidem lucernam neceſſe eſt ponere ſuper candelabrum. i. in altitudinem conuerſationis, quæ ſecundum Deum eſt, vt & aliis lucere valeat: {nō ſub modio}. i. circa gulam. {neque ſub lecto}. i. ocio. Nemo enim qui eſcis ſtudet, & requiem diligit, poteſt eſſe lucerna omnibus lucens. BEDA: Vel quia tempus vitæ noſtræ ſub certa diuinæ prouiſionis menſura continetur: recte modio comparaē. Lectus vero animæ corpus eſt, in quo temporaliter habitans quieſcit. Qui ergo amore vitæ temporalis, & illecebrarum carnalium occultat verbum Dei: modio, vel lecto lucernam operit. Supra cādelabrum autem ponit lucernam, qui corpus ſuū miniſterio verbi Dei ſubiicit. vnde his verbis typice figuram docet prædicandi. vnde ſequitur. {Non enim aliquid eſt abſconditum, quod non reueletur, neque factum eſt occultum, quod non in palā veniat.}

Quaſi

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi di.nolite erubescere euangelium,sed inter tenebras perse-
cutorum lumen verbi Dei supra corporis vestri candelabrum le-
uate,sixamente retinentes illum diem quo illuminabit Deus ab-
scondita tenebrarum.Tunc enim & vos laus,& aduersarios pœna
manet æterna. CHRY. vel aliter. {Non est aliquid absconditū,}quasi dicat.Si vos
cum diligentia vitam duxeritis, accusationes lucernam vestrā non poterunt obumbrare.THEO.Vnusquisque enim nostrū seu bonum aliquod, seu malum in præterito fecerit manifestatur in præsenti, & multomagis in futuro. Quid .n. est Deo occultius? sed tamen & ipse manifestatus est in carne.Sequitur. {Siquis habet aures audien.aud.}BEDA. Idest,siquis habet sensum intelligendi verbum Dei,non se subtrahat,non auditū ad fabulas conuertat,sed his quæ veritas dixit, accommodet aurem scrutandi,manus implendi,linguam prædicandi.Sequitur. {Et dicebat illis: Videte quid audiatis.} THEO. Vt scilicet nihil eorum, quæ vobis a me dicuntur subterfugiatis. { In qua mensura mensi fueritis,remetietur vobis}.i. quantamlibet mensuram intentionis introducetis,tantam recipietis vtilitatem. BEDA,vel aliter. Si solerter omnia quæ valetis bona facere, ac proximis intimare studueritis,aderit diuina pietas,quę vobis & in præsenti sensum altiora capiendi,ac potiora gerendi effectum conferat, & in futuro æternam retributionem adiiciet.Et ideo subditur: {Et adiicietur vobis.} HIERO. vel aliter. Secundum mensurā fidei vnicuiq; diuiditur intelligentia mysteriorum, & scientiæ etiam adiicient virtutes.Sequit. {Qui enim hēt dabitur ei}.i.qui fidē hēt habebit virtutē, & qui hēt opus verbi,habebit & intelligētiam mysterij. Et qui non habet econtra fidem, deficit virtute: & qui non habet opus verbi,eius intelligentia caret: & qui non intelligit,iam audi tum perdidit. CHRY. vel aliter. {Qui habet}.s. affectum, & voluntatem audiendi,& petendi{dabitur ei.} {Qui vero nō habet}diuini auditus desiderium: { & quod contingit habere}scriptæ legis,auferetur ab eo. BEDA Nonnumquam enim lector in geniosus negligendo se, priuat se sapientia, quam tardus ingenio studiosius elaborando degustat. CHRY. Potest autem ideo dici,cp non habet,quia veritatem non habet propter hoc cp mendacium habet, putat enim aliquid se habere, qui mendacis intellectus existit.

c ¶ CHRY. Posuit supra parabolam de tribus seminibus diuersimode perditis,& vno saluato, cuius sm proportionem fidei, & operationis tres differentias ostendit. hic vero parabolam ponit solum de saluatis.vnde dicit. { Et dicebat: Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iactet semen in terram.} HIERO. Regnum Dei ecclesia est,quæ regitur a Deo,& ipsa regit homines,& contrarias virtutes,& vitia calcat. CHRY. Vel regnum Dei dicit fidem,quæ est in ipsum, ac dispensationem humanitatis, quod quidem regnum est,sicut si iaciat homo. Ipse enim existens Deus. & Dei filius homo incommutabiliter factus pro nobis,terram seminauit.i.totum mundum verbo diuinę cognitionis illuminauit. HIERO. Semen enim verbum vitæ est:terra corda humana, & dormitio hominis mors est Saluatoris. { Exurgit semen nocte, ac die,}quia post somnum Christi,numerus credentium per aduersa & prosperamagis magisque germinauit in fide,& creuit in opere. CHRY. Vel exurgit ipse Christus,qui sedebat expectans per longanimitatem,cp recipientes semen fructificarent.Surgit autē.i. beniuolentiæ suæ verbo ad fructificationem nos erigens per arma iustitiæ a dextris,quibus significatur dies,& a sinistris, quibus significatur nox persecutionum.per hæc enim semen germinat, nec arescit. THEO. vel aliter:Christus dormit.i.ascendit in cœlum, vbi licet dormire videatur: surgit tamen nocte,cum per tentationes nos erigit in suam cognitionem, die vero, cum propter orationes nostram disponit salutem. HIERO. Quod autem dicit: {Dum nescit ille.}tropica est locutio.idest nescire nos faciat quis fructus vsque in finem afferat. CHRY. Vel dicit: {Nescit ille,} vt ostēdat liberam voluntatem eorum,qui verbum suscipiunt:voluntati enim nostræ committit opus,& non totum ipse solus operatur,ne bonum inuoluntarium videatur.vnde subdit: { Vltro.n. terra fructificat}.i.non necessitate coacta contra propriam voluntatem,sed voluntate adducitur ad fructificandum. {Primum herbam.} HIERO. Idest timorem. Initium enim sapientiæ timor domini. {Deinde spicam}.i.pœnitentiam lachrymosam. {Deinde plenum fru.in spi.}.i. charitatem, plenitudo enim legis est charitas. CHRY. Vel primo herbam fructificat in lege naturæ paulatim ad profectū crescens. postmodum p ducit spicas in manipulum colligendas,& in altari domino offerendas in lege,scilicet Moysi.postea plenum fructum in euangelio.vel quia non solum oportet nos frondere per obedientiā, sed esse prudentes,& quasi harundinis spicas erectos persistere de ventis agitantibus non curantes. Oportet nos etiam animā curare per assiduitatē memoriæ, vt tāquam spicas fructum gestemus.i. operationem virtutis completā de monstremus. THEO. Herbam enim germinamus, cum principium boni ostendimus. {Deinde spicam,}cum resistere tentationibus possumus. { Deinde fructum,} cum perfectum quis operatur. Sequitur: { Et cum ex se produxerit fructus,statim mittit sal. qm adest messis.} HIE. Falx.est mors, vel iudicium, quod secat oia, messis consummatio sæculi. GRE. vel aliter: Semen homo iastat in terram,cum cordi suo bonam intentionem inserit.Dormit autem qui iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit ac die,quia inter aduersa,& prospera proficit,dum ille nescit qui adhuc metiri incrementa sua non valet,& tamen concepta virtus ad profectum ducitur. Cum igitur desideria bona concipimus,semen in terram mittimus. Cum recte operari incipimus, herba sumus. Cum ad perfectum boni operis crescimus,ad spicam peruenimus. Cum in eiusdem operis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus.

d ¶ GLO. Postq posuit parabolā de fructificatione seminis euāgelii,hic subiungit aliam parabolam ad ostendendam excellentiā doctrinæ euangelicæ ad omnes alias doctrinas. vnde dicitur. { Et dicebat,Cui assimilabimus regnum Dei?} THEO. Paruissimū quidem est fidei verbum, Crede in Deum,& saluus eris.sed sparsa super terram prædicatio dilatata est,& augmentata:ita vt cœli volatilia.i.contēplatiui homines,& alti intellectu,& cognitione sub eo habitent. Quanti enim sapientes Gentilium relinquentes sapientiam sub prædicatione euangelii requieuerunt.omnium igitur maior prædicatio facta est. CHRY. Et etiam quia quod fuit hominibus in breuibus sermonibus nunciatum,sapientia quæ inter perfectos dicitur dilatauit super omnes sermones, quia nihil maius est hac veritate. THEO. Ramos autem magnos fecit.quidam enim Apostolorum in Romam,& quidam in Indiam, & quidam in alias terræ partes sunt diuisi,sicut rami. HIERO. Vel semen istud minimum est timore,magnum autem in charitate,quæ est maior omnibus oleribus,quia Deus charitas est, & omnis caro fœnum.fecit autem ramos misericordiæ,& compassionis,cum sub vmbra pauperes Christi,qui sunt cœli animalia delectantur habitare. BEDA: Homo autē qui seminat a plerisque Saluator ipse intelligitur, ab alijs autem ipse homo seminans in corde suo. CHRY. Postea vero Marcus breuitate gaudens, ostendens parabolarum naturam subiungit:{Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout po. audire.} THEO. Quoniam enim turbæ erant indoctæ a cōsuetis nominibus instruit eas,& propter hoc subdit.{Sine parabola autem non loquebatur eis,}vt.s.moquerentur ad accedendum, & interrogandum. Sequitur.{Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia}.s.de quibus interrogabant,vt ignorantes,non simpliciter omnia tam manifesta,quam immanifesta. HIERO. Illi enim digni erant seorsum audire mysteria in penetrali, in timore sapientiæ, qui remoti a cogitationum malarum tumultibus in solitudine virtutum permanebant. Sapientia enim in tempore ocii percipitur.

e ¶ HIERO. Post doctrinam dehinc ad mare venerunt,& fluctibus turbantur.vnde dicitur.{Et ait illis, in illa die cum sero esset factum,tranſeamus contra.} REMI. Tria enim legitur dominus habuisse refugia.s.nauis,montis,& deserti, quoties a turbis comprimebatur ad aliquod istorum refugiebat. Cum ergo videret dominus turbas multas circa se,earum importunitatem quasi homo volens declinare iussit discipulos suos transfretare. Sequitur.

tur:{Et dimit.tur.assu.e:ita vt erat in naui.} CHRY. Discipulos quidem assumpsit dominus,vt visores fierent futuri miraculi: sed solum ipsos assumit,ne alii cognoscerent ipsos esse tam modicæ fidei.vnde ad ostendendum,cp separatim alia transfretabat, subiungit:{Et aliæ.na.e.cum illo.} Ne autem superbirent discipuli,cp eos solos assumpserat periclitari eos permittit. Et vt etiam p hoc discerent tentationes viriliter sustinere.vnde sequitur:{Et fa.est pro nia} Vt autem futuri miraculi maiorē eis imprimat sensum: dat tēpus timori dormiendo. vnde sequit. {Et erat ip.in pup.su.cer.dor.} Si enim vigilasset,aut nō timuisset, neque rogassent tempestate orta, aut cū aliquid tale facere nō putassent.THEO. Dimisit ergo eos incidere in timorem periclitationis,vt eius virtutem in seipsis cognoscerent, qui alios ab eo beneficiatos videbant. { Dormiebat autem super cer. nauis lignum siquidē. CHRYSO. Ostendens suam humilitatem,& ex hoc multā sapientiā docens. Nōdum autem discipuli, qui circa eum existebant eius gloriam cognoscebant, & quidem cp surgens poterat ventis imperare credebant,sed quod quiescens,seu dormiens nequaquam. Et ideo sequitur.{Et excitant eum,& dicunt ei: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?} THEO. Ipse autem exurgens, cōminatur primo quidem vento,qui maris tempestatem, & fluctus faciebat, & hoc est quod subditur.} Et exurgens commi.est vento.}deinde vero præcipit mari.vnde sequitur. {Et dixit mari,tace,obmutesce} GLO. Ex commotione enim maris quidam sonitus consurgit, qui videtur esse quædam maris locutio periculum comminantis: & ideo conuenienter sub quadam metaphora tranquillitatem imperat taciturnitatis vocabulo,sicut & in cohibitione ventorum qui sua violentia mare conturbāt, comminationem nominauit., Solent enim potestatem habentes eos qui violentia pacem hominum conturbant, comminatione pœnarum refrenare. Per hoc ergo datur intelligi,cp sicut Rex aliquis potest comminatione violentos comprimere,& suis edictis murmur subiecti populi mitigare:ita Christus Rex vniuersæ creaturæ existens, sua comminatione ventorum cohibuit violentiam,& mari taciturnitatem indixit,& statim est effectus secutus. Sequitur enim.{ Et cessauit vēcui.s.fuerat comminatus. Et facta est tranquillitas magna.s.in mari,cui taciturnitatem indixerat. THEO. Comminatus est etiā & discipulis tamquam fidem non habentibus. Sequitur enim: { Et ait illis: Quid timidi estis?necdū habetis fidem?} Si enim habuissent fidem,credidissent cp etiam dormiens seruare eos potuisset in columes. Sequitur.{Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quisputas est iste,quia venti & mare obediunt ei?} Etenim dubie habebant se erga eum. Inquantum enim iussu mare placauit,non baculo,vt Moyses,non præcibus,vt Helisæus Iordanem,neque arca,vt Iesus Naue, secundum hoc vere Deus eis videbatur,secundum vero cp dormiebat, homo. HIERO. Mystice vero puppis ecclesiæ est initium,in qua dominus corporaliter dormit,quia numquam dormit qui custodit Israel. puppis enim mortuis pellibus viuos cōtinet,& fluctus arcet,& ligno solidatur, idest cruce & morte domini ecclesia saluatur. Ceruical corpus domini est,cui diuinitas,sicut caput inclinata est.{Ventus autem, & mare,}dæmones,& persecutores sunt quibus dicit: Tace, quando compescit edicta regum iniquorum, vt voluerit. {Tranquillitas magna est:pax ecclesiæ post præsuram, siue theorica post vitam actiuam. BEDA: Vel naucula quam ascendit,passionis arbor in telligitur per quam fideles ad securitatem securi litoris perueniūt. Aliæ naues quæ fuisse dicuntur cum domino, illos significant qui fide dominicæ crucis imbuti sunt:non tamen turbine, tribulationum pulsati. Vel post tentationū procellas serenitate pacis vtun-

CAP. V.

ET venerunt trans fretū maris in regionem Gerazenorum. Et exeunti ei de naui,statim occurrit de monumētis homo in spiritu immūdo,qui domicilium habebat in monumentis. Et neque cathenis iam quisquam poterat eum ligare,quoniam sæpe compedibus, & cathenis vinctus dirupisset cathenas,& compedes comminuisset,& nemo poterat eum domare.Et semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans,& concidens se lapidibus.Videns autem Iesum a longe,cucurrit & adorauit eum, & clamans voce magna dixit,quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? Adiuro te per Deum ne me torquæas. Dicebat enim illi:Exi spiritus immūde ab homine isto. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est,quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. Erat aūt ibi circa montem grex porcorū magnus pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in mit,quando inter medios virtutum vsus, vel immundorum spirituum,vel hominum prauorum,vel ipsarum nostrarum cogitationum impetus amoris flamma refrigescit. Verum inter huiusmodi procellas illum sedulo excitemus,mox tempestatem compescet, refundet tanquillitatem,portum salutis indulgebit.

CAP. V.

THEO. Quia qui in naucula erant conquirebant adinuicem: Quisputas est iste? inimicorum testimonio confirmatur quis esset. Accessit enim dæmoniacus cōfitens ipsum esse filium Dei. Ad quod narrandum euā gelista accedens,dicens.{Et venc.trans fre. ma. in regi Gerazenorum.} BEDA,Geraza est vrbs in signis Arabiæ trans Iordanem, iuxta montem Galaad,quam tenuit tribus Manasse, non longe a stagno Tyberiadis,in quod porci præcipitati sunt. CHRY. Sed tamen neque Gadarenorum,neque Gerazenorum exquisita scriptura continet,sed Gergesenorum. Gadara enim ciuitas est Indeæ,cui præceps adiacet stagnum, & nullo modo mare. Geraza vero Arabiæ ciuitas est,neque mare,neque stagnum proximum habens. Et ne tam euidens mendacium Euangelistæ dixisse videant, viri tam diligenter scientes ea quæ circa Iudæam erant. Gergesa quidem,a qua Gergeseni dicti,antiqua ciuitas fuit,iuxta eam,quæ nunc Tyberias appellatur,circa quam præcipuum est circumpositum stagnum. Sequitur.{Et exe.ei de na.sta,occur.ei de monu.homo.} AVG. de Con.euan. Cū Matthæus dicat duos fuisse,Marcus & Lucas vnum commemorant,vt intelligas vnum eorum fuisse personæ alicuius clarioris, quem regio illa maxime dolebat. CHRY. Vel videtur,cp Marcus, & Lucas illud quod erat miserabilius narrauerunt,& propter hoc diffusius quod illi contigerat enarrant. Sequitur enim. {Et neque cathe.iam quisquam eum po.ligare.} Dixerunt ergo simpliciter dæmoniacum, numerum non quærendo,vel vt virtutem maiorem ostenderent operantis. Nam qui vnum talem curauerat, non erat ei impossibile multos alios curare. nec tamen hic dissonantia demonstratur. Non enim dixerunt,cp vnus solus erat,quod si dixissent, Matthæo contradicere viderentur. Habitabant autem in monumentis dæmones,erroneum dogma multis volentes imittere,cp decedentium animæ in dæmones conuertebantur. GREG. Nisse. Parauerat autem se cœtus dæmonum ad resistendum diuinæ potestati. Cum autem appropinquaret qui potestatem habet super omnia,exclamant eminentem eius virtutem.vnde sequitur. {Videns autem Iesum a lon.cucur.& adora.eum,& cla.vo.magna,& di.ei,Quid mi. & tibi Iesu

Li.22.Mor. Cap.20.

Li.2.c.42.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ieſu fili Dei altiſſimi.} CYRIL. Vide dæmonem duplici paſſione diuiſum, audacia, & timore reluctatur, & orat, quaſi quæſtionē aliquam intentās vult ſcire quid ſibi, & Ieſu cõe: q.d. qua de cauſa eijcis me ab hominibus cum ſint mei? BEDA: Quæ autem impietas eſt Iudæorum eum dicere in principe dæmoniorum eieciſſe dæmonia, quem & ipſa dæmonia fatentur nihil ſecum habere commune? CYRIL. Deinde orans ſubiungit: { Adiuro te per Deum, ne me torqueas. } emiſſionē enim reputabat tormentum, vel etiam inuiſibiliter torquebať. CHRY. Quàmuis enim mali ſint dæmones; ſciunt tamen, ꝙ ipſos propter peccata expectat vltimo aliqua pœna. quia vero nondum eis tempus vltimæ pœnæ aduenerat, firmiſſime cognoſcebant, maxime cum ꝓmiſſum eſſet eis hominibus commiſceri. Sed quia Chriſtus cõpræhenderat eos tanta mala perpetrare, putabant, ꝙ propter factorum exceſſum vltimum punitionis tempus minime expectarent, propter hoc ſupplicant ne torqueantur. BEDA. Magnum enim tormentū eſt dæmonia a læſione hominis ceſſare, & tanto dimittit grauius, quanto poſſidet durius.

porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo milia & ſuffocati ſunt in mari. Qui autē paſcebant eos, fugerūt & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſsi ſunt videre quid eſſet factū, & venerūt ad Ieſum, & vident illum, qui a dæmonio vexabatur ſedentem veſtitū, & ſanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum eſſet ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus eorum. Cumque aſcenderet nauim, cœpit illum depræcari, qui a dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo, & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos,

Sequitur enim. { Dice.n. illi: Exi ſpiritus im. ab hom. iſto.} CYRIL. Attendas inexpugnabilem virtutem Chriſti, conquaſſat Sathanam, cui verba Chriſti ſunt ignis & flamma, ſecundum ꝙ Pſalmiſta dicit: { Liquefacti ſunt mõtes a facie Dei}.i. ſublimes, & ſuperbæ virtutes. Sequitur. { Et inter. eum quod tibi nomen eſt? THEO. Interrogat quidē dominus non vt ipſe ſciret, ſed vt cæteri ſciant multitudinem habitantium dæmonum. CHRY. Ne ſi ipſe diceret, ꝙ multi ſunt, incredibile fieret, vult ergo ꝙ ipſi confiteantur, ꝙ multi erant. vnde ſequitur. { Et di. ei: Legio mi. no. eſt, quia mul. ſumus. } Non dicit determinatum numerum, ſed multitudinem. non enim prodeſt ad ſcientiam exquiſitio numeri. BEDA: Confeſſa autem publice peſte quam furens tolerabat, virtus curantis gratior apparet. Sed & noſtri temporis ſacerdotes, qui per exorciſmi gratiam eiicere norunt ſolent dicere patientes, non aliter valere curari, niſi quantū ſapere poſſunt omne quod ab immundis ſpiritibus viſu, auditu, guſtu, tactu, vel alio quolibet corporis, aut animi ſenſu vigilantes, dormienteſve pertulerint, confitendo patenter exponāt. Sequitur. { Et præca. eū. mul ne expel. extra regionem.} CHRY. Aut vt Lucas dicit, in abyſſum. Abyſſus enim eſt ſeparatio huius mundi. promerentur enim dæmones mitti ad tenebras exteriores diabolo, & ſuis angelis præparatas. Hoc autem Chriſtus facere poterat: permiſit tamen eos in hac terra eſſe ne abſentia tentatoris: homines corona victoriæ priuaret. THEO. Et vt nobiſcum pu-
[Lib.2.c.24.] gnantes: nos peritiores conſtituant. Sequitur enim. { Erant autem ibi cir. mõ. grex. por. mag. paſcenſ.} AVG. de Con. euang. Quod hic dicit Marcus circa montes fuiſſe gregem: Lucas autem in monte, nihil repugnat. Grex enim porcorum tam magnus fuit, vt aliquid eius eſſet in monte, & aliquid circa montem. Sequitur. { Et de præc. eum ſpi. di. Mitte nos in por. vt in eos introeam'}. REMI. ſuper Matthæ. Iccirco autem intrauerunt in porcos non ſponte: ſed petierunt, vt eis concederetur, vt demonſtraretur, quia non poſſunt nocere hoībus, niſi permiſſione diuina. Ideo aūt non petierunt mitti in hoīes, quia illum cuius virtute torquebantur, humanam ſpeciem geſtare videbant, nec petierunt, vt in pecora mitterentur, quia velut munda animalia in templo Dei offerebantur. Petierunt, vt in porcos mitterentur, quia nullum animal eſt im-
[Hom.29.in Matth.] mundius porco, & dæmones ſemper in ſpurciciis delectantur. Sequitur: { Et conceſſit eis ſtatim Ieſus.} BEDA. Ideo quidem permiſit, vt per interfectionem porcorum hoībus ſalutis occaſio præbeatur. CHRY. Volens furiam quam contra hoīes habent dæmones omnibus demonſtrare, & ꝙ multo peiora vellēt hoībus inſligere ſi poſſent: virtute non impediti diuina. Et quia in hominibus hāc demonſtrationē fieri eius pietas non ferebat, ipſos in porcos intrare permiſit, vt in illis virtus, & furor dæmonum videatur. Sequitur. { Et exe. ſpiritus immundi.} TITVS: Fugam aūt arripuerunt Paſtores, ne cum porcis perirent, & hmõi terrorem ciui-

F bus intulerunt. vnde ſequitur. { Qui aūt paſce. eos.} Illos ad Saluatorem adduxit damni neceſſitas. frequenter.n. cum Deus hoīes damnat in rebus poſſeſsis, confert beneficium animabus. vnde ſequitur. { Et ve. ad Ie. & vi. illum qui a de. vexa. ſe.} ſ. iuxta pedes a quibus nactus erat ſalutem, quem antea nec cathenę cõpeſcere poterant, veſtitum & ſanę mentis qui continuo nud' erat, & obſtupuerunt. vñ ſequiť. { Et ti.} hoc igitur miraculum partim viſu, partim verbis comperiunt. vnde ſequitur. { Et nar. illi qui vid.} THEO. Stupentes, aūt propter miraculū quod audierāt, timuerunt, & ꝑꝑ hoc deprę canť ipſum, vt ab eorū recedat finibus, & hoc eſt quod ſubdiť. { Et rogare eum cœp. vt diſce. a fin. eorum.} timebant.n. ne aliqñ tale aliquid paterenť. Contriſtati.n. de porcorum ꝑditione præſentiam renuūt Saluatoris. BEDA, Vel conſcii fragilitatis ꝓpriç, præſentia dñi ſe iudicabant indignos.

& annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit prędicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur.
b Et cum aſcendiſſet Ieſus in naui rurſus trans fretum, conuenit
G turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de Archiſynagogis, nomine Iairus, & videns eū procidit ad pedes ei', & depræcabatur eum multum dicens, quoniam filia mea in extremis eſt, veni impone manum tuam ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in ꝓfluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa per-

H

Sequitur: { Cūque aſcen. na. cç. illum depræ. qui a demo. vexa. fue. vt eſ. cum illo.} HIERO. Timebat.n. ne aliqñ inuenientes eum dæmones reintrarent in eum. dñs vero remittit eum in domū ſuā, innuens ei, ꝙ q̄uis ipſe ꝑſens non eſſet: tñ ſua virtus ipſum cuſtodiret, ſimul etiam, vt curatus aliis proſit. vnde ſequiť: { Et nō admi. eum: ſed ait illi: vade in do. tuā ad tu. & nuncia illis quanta ti. dñs fece. & miſer. ſit tui.} Vide Saluatoris humilitatem. non dixit, denuncia oīa quæ feci tibi. ſed oīa quæ fecit tibi dñs. ſic & tu cū aliqd boni feceris: non tibi ſed Deo attribuas. CHRY. Licet aūt aliis ſanatis præceperit nemini dicere, conuenienter tñ huic ꝑcepit, ꝙ annunciet: qm̄ oīs illa regio dæmonibus detenta ſine Deo manebat. THEO. Ipſe igitur ꝑcepit prædicare, & oēs miranť, & hoc eſt quod ſequiť. { Et cœp. prædicare.} BEDA: Myſtice aūt Geraſa, ſiue Gergeſe, vt quidam legunt, colonum eiiciens, ſiue aduena appropinquans interprætatur, quia Gentium populus, & hoſtem de corde repulit, & qui erat lõge, factus eſt prope. HIERO. Hic
I aūt dæmoniacus, deſperatiſsimus gentiū populus eſt, nec lege naturæ, nec Dei, nec humano timore alligatus. BEDA: Qui in monumentis habitabat, quia in mortuis operibus: hoc eſt in peccatis delectabatur, ſemꝑ nocte, ac die furebat, quia in proſperis, & aduerſis a ſeruitio malignorum ſpirituum non ceſſabat. ſed per operum fœditatem quaſi in monumentis iacebat, per faſtum ſuperbiæ in montibus errabat, per verba duriſsimæ infidelitatis quaſi lapidib' ſe concidebat. Dicit aūt: { Legio mihi nomen eſt, } quia populus Gentium diuerſis idolatriæ cultibus erat mancipatus. Quòd aūt exeuntes ſpiritus immundi ab homine intrant porcos quos in mare præcipitant: ſignificat, ꝙ liberato populo Gentium a dominatione dæmonum qui Chriſto credere noluerunt: in abditis agunt ſacrilegos ritus. THEO. Vel per hoc ſignificatur, ꝙ dæmones intrant in hoīes ad modum porcorum viuentes, & volutabro voluptatum ſe inuoluentes, præcipitant eos præcipitio perditione
K in mare vitæ iſtius, & ſuffocantur. HIERO. Vel ſuffocanť in inferno ſine reſpectu miſericordiæ per impetum immaturæ mortis a quibus fugiunt multi, quia flagellato ſtulto, ſapiens prudentior fit. BEDA. Quòd autem dñs volentem eſſe cū illo non admiſit, ſignificat ꝙ quiſque intelligat poſt remiſsionem peccatorum ingrediendum ſibi eſſe in conſcientiam bonam, & ſeruiendum euangelio propter aliorū ſalutem, vt deinde cum Chriſto requieſcat. GREGO.7.Moral. Cum enim quantumlibet parum de diuina cognitione percepimus: redire iam ad humana nolumus, quietem contemplationis quærentes. ſed dñs percipit, vt mens prius exudet in opere, & poſtmodum refici debeat per contemplationem. HIE. Homo aūt ſanatus prædicabat in Decapoli, dū a Romano nunc regno Iudæi conuertunť, qui in litera tm̄ pendent decalogi.
b ¶ THEO. Poſt miraculum dæmoniaci, aliud miraculū dñs operatur, filiā. ſ. Archiſynagogi reſuſcitans, ad cuius miraculi narrationē euangeliſta accedens dicit: { Et cum aſcen. Ieſus in na. rur. trans fretum.} AVG. de Con. euan. Intelligendum eſt aūt quod de Archiſynagogi filia ſubditur, factum eſſe cum aſcendiſſet Ieſus in naui rurſus trans fretum: ſed quantum poſt, non apparet: niſi.n. [Lib.2.c.28.]

niſi.n. fuiſſet interuallū, non eſſet quando fieret quod narrat Matthæus de conuiuio domus ſuæ, poſt quod factum nihil aliud continuo ſequitur quàm illud de Archiſynagogi filia. ſic enim ipſe contexit, vt ipſe tranſitus aperte indicet hoc conſequenter narrari qđ conſequenter eſt factum. Sequitur. { Et ve. quidam de Archiſynago nomine Iairus. } CHRY. Nomē poſuit propter Iudæos, qui tunc erant, vt nomen miraculi fieret oſtēſiuum. Sequitur. { Et vi. eum proci. ad pe. eius, & depræ. eum mul. dicens: Quoniā filia mea in extremis eſt.} Et quidem Matthæus narrat Archiſynagogum puellā mortuam nunciaſſe: Marcus vero grauiter infirmatam, ſed poſtmodum Archiſynagogo cū quo dominus ire debebat nunciatū fuiſſe puellam mortuam eſſe. Matthæus ergo eandem rem ſimiliter ſignificat, ꝙ. ſ. mortuā ſuſcitauerit, breuitatis cauſa eam dicens obiiſſe, quam conſtat mortuam ſuſcitatam
[Lib.2.c.28.] fuiſſe. AVG. de Cō. euan. Attendit enim non verba patris de filia, ſed quod eſt potiſſimum, voluntatem. ita enim deſperauerat, vt potius eam vellet reuiuiſcere, non credens viuam poſſe inueniri quam morientem reliquerat. THEO. Fuit autem hic vir ex parte fidelis inquantū cæcidit ad pedes Ieſu, inquantum vero depræcatur, vt veniat, non quantam oportebat habere fidem, oſtendit. Oportebat enim dicere: Dic verbo, & ſanabitur filia mea. Sequitur. { Et abiit cum illo, & ſeq. eum tur. multa, & comprimebat eum, & mulier quæ erat in proflu. ſan. duodecim annis.} CHRY. Mulier iſta famoſa, & nota omnibus, propter hoc ad Saluatorem in manifeſto accedere nō audebat, neque ante eum venire, quia ſ̄m legem immunda erat ꝓpter hoc retro tetigit, & non ante, quia nec hoc facere audebat, ſed veſtimentorum fimbriam. non autem fimbria, ſed eius cogitatio eam ſaluam fecit. Sequitur: { Dicebat enim, quia ſi vel veſtimenta eius tetigero, ſalua ero.} THEO. Fideliſſima quidem eſt hæc mulier quæ a fimbriis curationem ſperauit, propter quod conſequiť ſanitatem. vnde ſequitur: { Et confeſtim ex. eſt fons ſan. eius, & ſenſit cor. ꝙ ſa. eſ. a plaga.} CHRY. His aūt qui fide tangunt Chriſtum, virtutes eius cum cauſa ſua voluntate donantur. vnde ſequitur. { Et ſtatim Ie. cog. in ſemetipſo vir. quæ exi. de eo: conuer. ad tur. ai. Quis teti. veſti. meum? } Virtutes quidē Saluatoris exeūt ab eo non localiter, aut corporaliter: ipſum modo aliquo relinquētes. incorporales enim cum ſint, ad alios exeunt aliiſque donanť, neque tamen extra eum ſunt a quo exire dicuntur, ſicut ſcientiæ, quæ a doctore diſcentibus tribuuntur. Dicit ergo: { Cognoſcens in ſemetipſo virtu. quæ exi. de eo.} vt intelligens, ꝙ eo ſciente nō ignorante mulier ſalutem recepit. { Interrogabat vero quis me tetigit? licet ſciret tangentem, vt mulierem venientem manifeſtet, & eius publicet fidem, & ne virtus miraculoſi operis obliuioni tradatur. Sequitur. { Et dice. ei. diſ. ſui: vides tur. compri. te, & di. quis me tetigit? Quæſierat autem dominus, { quis me tetigit}. i. cogitatione, & fide, non enim comprimentes turbæ me tangunt, quia nō cogitatu, & fide accedunt. Sequitur. { Et circūſpi. vi. eam quæ hoc fecerat} THEO. Volebat enim dominus mulierem manifeſtare Primo quidem, vt fidem approbet mulieris: deinde vt Archiſynagogum ad confidentiam prouocaret, quia ſic eius filia curaretur, ſimulque vt mulierem ſolueret a timore. Etenim timebat mulier, quia furata fuerat ſanitatem: propter quod ſequitur. { Mulier autem tremens & ti. ſci. quod fac. eſſet in ſe, ve. & proci. ante eum, & dixit ei omnem veritatem.} BEDA: Ecce quo tendebat interrogatio, vt. ſ. mulier confiteatur veritatem diuturnæ infidelitatis, ſubitæ credulitatis, & ſanationis. & ita ipſa confirmatur in fide, & aliis præbet exemplum. Sequitur. { Ille autem dixit ei: filia, fi. tua te ſal. fecit, vade in pa. & eſto ſa. a plaga tua. } Non dixit: fides tua te ſal. factura eſt, ſed te ſaluam fecit. q.d. in eo ꝙ credidiſti, iam ſalua facta es. CHRY. Filiam vero vocat ſaluatam fidei ratione. fides enim Crhiſti dei filiationem præſtat. THEO. Dicit autem ei: { vade in pace}. i. in requie: q.d. vade, requieſce, quia huculque fuiſti in anguſtiis, & turbationibus. CHRY. Vel dicit, { vade in

peſſa a compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat, cum audiſſet de Ieſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum eius. Dicebat enim, quia ſi vel veſtimentū eius tetigero, ſalua ero, & confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet a plaga. Et ſtatim Ieſus cognoſcens in ſemetipſo virtutem quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui. Vides turbā comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et circumſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier vero timens, & tremens, ſciens qđ factum eſſet in ſe, venit & proci-

A pace.} mittens eam in finem bonorum. in pace enim Deus habitat, vt cognoſcat ꝙ non ſolum corpore curata eſt: ſed etiam a cauſis corporalis paſſionis. i. peccatis mutata. HIERO. Myſtice aūt poſt prædicta { venit Iairus Archiſynagogus, quia cum intrauerit plenitudo Gentium: tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Iairus ſiue illuminans, ſiue illuminatus interprætatur. i. Iudaicus populus vmbra literæ depoſita, ſpū illuſtratus, & illuminans { procidens ad pedes verbi}. i. ad incarnationem Ieſu ſe humilians rogat pro filia, quia q. ſibi viuit, alios viuere facit. Abraham etiā, & Moyſes, & Samuel rogant pro plebe mortua, & ſequitur Ieſus præces eorum. BEDA: Ad puellam autem ſanādam ꝑgens dominus a turba comprimitur, quia genti Iudeæ ſalutaria monita præbens, noxia carnaliū popolorum eſt conſuetudine grauatus. { Mulier autem ſanguine fluens, ſed a domino curata eccleſia eſt congregata de gē-

dit ante eum, & dixit ei omnem veritatem: Ieſus autem dixit ei: Filia, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace, & eſto ſana a plaga tua.
c Adhuc eo loquente, veniunt nuncii ad Archiſynagogum dicentes, quia filia tua mortua eſt,
B quid vltra vexas magiſtrum? Ieſus autem audito verbo quod dicebant: ait Archiſynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admiſit quēquam ſequi ſe, niſi Petrum, & Iacobum, & Iōannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archiſynagogi, & vidit tumultum, & flentes & eiulantes multum. Et ingreſſus ait illis: Quid turbamini, & ploratis? Puella non eſt mortua, ſed dormit. Et irridebant eum.

C tibus.} fluxus enim ſanguinis, & ſuper idolatriæ pollutione, & ſuper his quæ carnis, ac ſanguinis delectatione geruntur poteſt recte intelligi. Sed dum verbum Dei Iudæam ſaluare decerneret, plebs gentium paratam promiſſamque aliis præripuit ſpe certa ſalutē. THEO. Vel per mulierem, quæ emorroiſſa erat, intelligas humanam naturam. profluebat enim peccatum quod animam occidēs quaſi ſanguinem fudit animarum noſtrarum. Hęc a pluribus medicorum, ſapientum dico huius mundi, & legis, & Prophetarum curari non valuit: mox vt { fimbriam Chriſti tetigit}. i. carnem ei' { ſanata eſt.} qui enim credit filium Dei incarnatum, hic eſt qui veſtimentorum fimbriam tangit. BEDA: vnde vna credula mulier dominum tangit, turba comprimit, quia qui diuerſis hæreſibus, ſiue peruerſis moribus grauatur, ſolo eccleſiæ catholicæ corde fideliter veneratur. Venit autem eccleſia gentium retro, quia præſentem in carne dominum non videns, peractis iam ſacramentis incarnationis illius, ad fidei eius gratiam peruenit, ſicque dum participa-
D tione ſacramentorum eius ſaluari a peccatis meruit, quaſi tactu veſtimentorum eius fontem ſui ſanguinis ſiccauit. Circumſpiciebat autem dominus videre eam quæ hoc fecerat, quia omnes qui ſaluari merentur: ſuo dignos intuitu, ac miſeratione iudicat.
c ¶ THEO. Hi qui circa Archiſynagogum erant, Chriſtum vnum ex Prophetis eſſe credebant, & propter hoc eum depræcandum putabant, vt veniens ſuper puellam oraret. quia vero iam expirauerat puella: putabant non eſſe præcandum. & ideo dicitur. { Adhuc eo loquente, veniunt ad Archiſynagogum, dicentes, quia filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum? } Sed ipſe dominus ad confitendum patrem inducit. Sequitur enim. { Noli ti. tantummodo crede.} AVG. de Con. euan. Non legitur, ꝙ ſuis nun- [Lib.2.c.28.] ciantibus, & prohibentibus, ne iam magiſter veniret, ille conſenſerit, ac per hoc, ꝙ dominus dixit ei: { Noli timere, crede.} non diffidentem repræhendit, ſed credentem robuſtius confirmauit. Si autem euangeliſta Archiſynagogum commemoraſſet dixiſſe, ꝙ ſui a
E domo venientes dixerunt, ꝙ iam non vexaretur Ieſus, repugnarent eius cogitationi verba quæ poſuit Matthæus eum dixiſſe, ꝙ ſcilicet puella mortua eſſet. Sequitur: { Et non admiſit quemquam ſequi ſe, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. } THEO. Non enim humilis Chriſtus ad oſtentationem voluit aliquid operari. Sequitur. { & veniunt in domum Archiſynagogi, & vident tumultum, & flentes, & eiulantes multum. CHRY. Ipſe autem iubet non vlulare tamquam puella non ſit mortua, ſed dormiens. vnde ſequitur. { Et ingreſ. ait. quid tur. & plo. puella non eſt mor. ſed dor.} HIERO. Archiſynagogo dicitur: { filia tua mor. eſt. Ieſus autem dixit: Non eſt mor. ſed dor. } vtrumque verum eſt. q.d. mortua eſt vobis, mihi dormit. BEDA. Hominibus enim mortua erat, qui ſuſcitare nequiuerāt, Deo dormiebat, in cuius diſpoſitione & anima viuebat, & caro reſuſcitanda quieſcebat. vnde mos apud Chriſtianos obtinuit, vt mortui qui reſurrecturi non dubitantur, dormientes vocentur: Sequitur. { Et irri. eum. THEO. Derident autem eum tamquam vlterius non poſſet ali-

ſet aliquid facere, ſed ipſemet contra ſeipſos atteſtantes diſputat, F tamquam vere mortuam ſuſcitauerit:& ideo miraculoſum erit ſi ſuſcitauerit eam. BEDA: Quia ergo verbum reſuſcitantis irridere quàm credere malebant, merito foras excluduntur, vtpote indigni qui potentiam reſuſcitantis,ac reſurgentis myſterium viderent. vnde ſequit.

{Ipſe vero eie.omnibus.} CHRY. Vel vt oſtentationem auferret,propter hoc nō omnes ſecum eſſe ſinit,vt vero teſtes poſtmodum haberet diuinæ virtutis, tres præcipuos ex diſcipulis elegit, & patrem, & matrem puellæ tamq̃ præ omnibus magis neceſſarios, manu vero & verbo puellam viuificat.vnde ſequit. {Et te.ma.pu. ait illi. Thabita cumi, quod eſt interpræ. puella tibi dico ſurge.} Manꝰ enim Ieſu viuificatiua exiſtens,mortuum corpus viuificat. vox autem iacentem excitat. vnde ſequitur. {Et confeſtim ſurrexit pu.& ambulauit.}

Ipſe vero eiectis omnibus, aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens, & tenens manum puellę ait illi: Thabitha cumi, quod eſt interpræta tum: puella tibi dico ſurge. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id ſciret. Et iuſsit illi dari manducare.

CAP. VI.

Et egreſſus inde, abiit in patriam ſuā, & ſequæbantur eum diſcipuli ſui. Et facto ſabbato, cœpit in Sy- G

HIERO. de optimo genere interpræ. Arguat aliquis euangeliſtam mendacii,quare exponendo addiderit,{tibi dico:} cum in Hebraico Tabitha cumi,tantum ſignificet puella ſurge:Sed vt emphaticoteron faceret,& ſenſum vocantis,& imperātis exprimeret: addit{tibi dico ſurge.}Sequitur.{Erat aut.an.duodecim.}GLO. Hoc euangeliſta addidit ad oſtendendum puellam huius ætatis eſſe,ꝙ poterat ambulare.In ambulatione eius non ſolum ſuſcitata, ſed etiam perfecte ſanata oſtenditur. Sequitur.{Et obſtu.ſtu.magno,& præ.illis vehementer,vt ne.id ſciret, & iuſſit illi dari manducare. CHRY. Ad demonſtrandum,ꝙ eam vere ſuſcitauerit, & non ſ̄m phantaſiam. BEDA, Myſtice autem ſaluata a profluuio ſanguinis muliere,mox filia Archiſynagogi mortua nunciat̄, quia dum eccleſia gentium a vitiorum labe mundata, & ob fidei meritum filia eſt cognominata,continuo Synagoga perfidiæ ſimul & inuidiæ zelo ſoluta eſt. perfidiæ quidem,quia in Chriſto credere noluit. inuidiæ vero,quia eccleſiam credere doluit.& quod aiebant nuncii Archiſynagogo{quid vltra vexas magiſtrum?} per eos hodie dicitur,qui a Deo deſtitutum Synagogæ ſtatum vident, vt reſtaurari poſſe non credant: ideoque pro reſuſcitatione illius I ſupplicandum non eſſe æſtimant.Sed ſi {Archiſynagogus} .i.cætꝰ doctorū legis credere voluerit,& ſubiecta ei Synagoga ſalua erit, quia vero Synagoga lætitiam dominicæ inhabitationis merito infidelitatis amiſit,quaſi inter flentes,& eiulantes mortua iacet.{Tenens autem puellæ manū dominus eam ſuſcitauit,} quia niſi priꝰ mundatæ fuerint manus Iudæorum,quæ ſanguine plenæ ſunt:Synagoga mortua non reſurget. In ſanatione autem Emorroiſſe mulieres,& ſuſcitatione puellæ,ſalus oſtenditur generis humani,quæ a domino ita diſpenſata eſt, vt primo aliqui ex Iſrael ad fidem venirent: deinde plenitudo gentium intraret, ac ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. annorum autem duodecim erat puella, & annis duodecim mulier erat paſſa,quia peccata non credentium apparuerūt in initio fidei credentium.vnde dicitur:{Credidit Abrahā Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. GREG. 4.Moral.Moraliter vero Redemptor noſter puellam in domo:iuuenem vero extra portam,in ſepulchro autem Lazarum ſuſcitat. adhuc quidem in domo mortuus iacet qui latet in peccato.iam extra portam educitur cuius iniquitas vſque ad vecordiam publicę perpetrationis aperitur. ſepulturæ vero agere præmitur qui perpetratione nequitiæ etiam vſu conſuetudinis præſſus grauatur. BEDA: Et notandū, ꝙ leuiores,& quotidiani erratus,leuioris pœnitentiæ poſſunt remedio curari.vnde iacentē in conclaui dn̄s facillima voce puellam reſuſcitat dicēs:{Puella ſurge.}vt vero quatriduanus mortuus ſepulchri clauſtra euadere poſſet:fremuit ſpiritu,turbauit ſeipſum, lachrymas fudit.Quanto igitur grauior animæ mors, tāto acrior neceſſe eſt,vt pœnitentis feruor inſiſtat. Sed & hoc notandū, quia publica noxa publico eget remedio.vnde Lazarus de monumēto vocatus populis innotuit.Leuia aūt peccata,ſecreta queunt pœnitentia deleri.vnde puella in domo iacens paucis arbitris exurgit: eiſdemq; vt nemini manifeſtent præcipitur.{Turba etiam foris eiicitur,vt puella ſuſcitetur, quia ſi non prius a ſecretioribus cordis expellitur ſecularium multitudo curarum,aīa quæ intrinſecus iacet mortua,non reſurgit.Bene aūt ſurrexit,& ambulabat,quia aīa a peccatis reſuſcitata,non ſolū a ſordibus ſcelerum exurgere, ſed & in bonis ꝑficere debet opibꝰ,& mox neceſſe eſt, vt cœleſti pane ſatiet:diuini.ſ.verbi,& altaris ꝑticeps effecta.

ἐμφατικώτερον.

CAP. VI.

THEO. Poſt præmiſſa miracula dominus in patriam ſuam reuertit, non ignorās qm̄ ſpernerent eū:ſed vt occaſionē nō haberent vlterius dicendi, quia ſi veniſſes,credidiſſemus tibi.vnde dr̄. {Et egreſ.inde abiit in pa.ſu.& ſe.eū diſci. ſui.} BEDA: Patriā eius Nazareth dicit, in qua erat nutritus. Sed quanta Nazareorū cæcitas, qui eū quē verbis factiſque illius Chriſtum cognoſcere poterant ob ſolā gentis notitiā contēnūt? Sequit. {Et facto ſab. cœpit in Syna. do. & mul.au.admi. in doc. eius di.vnde huic hæc oīa?& quæ eſt ſa.quæ da.eſt. illi, & vir.ta.q̄ per ma.eius efficiuntur?} Sapiam ad doctrinā,virtutes referunt ad ſanitates & miracula q̄ faciebat.Sequitur.{Nonne hic eſt faber filius Mariæ?}AVG.de Cō.euā.Matthæus q̄dē fabri filiū eū dictū eſſe dicit,nec mirandū eſt cū vtrūq; dici potuerit.eo.n.fabrū credebant quo & fabriꝰ filium.HIE. Filius quidē fabri Ieſus vocat̄, ſed fabri qui fabricatus eſt aurorā,& ſolē.i.eccleſiā primā, & ſequentē, in quarum figura mulier & puella ſanatur. BEDA, Nā etſi humana nō ſint cōparanda diuinis,typus tn̄ integer eſt,qa pr̄ Chr̄i igne operatur & ſpū.Sequit.{Frater Iacobi,& Ioſeph, & Iudæ,& Simonis.nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt?} Fratres & ſorores eius ſecum eſſe teſtātur,qui tn̄ non liberi Ioſeph,aut Mariæ iuxta hæreticos ſunt putandi,ſed potius iuxta morē ſacræ ſcripturæ cognati ſunt intelligendi,qūo Abrahā,& Loth fratres appellātur,cū eſſet Loth filius fratris Abrahæ.{Et ſcandalizabantur in illo.}Scādalum & error Iudæorum ſalus nr̄a eſt,& hæreticorum cōdemnatio. Intantum.n.ſpernebant dn̄m Ieſum Chr̄m,vt eum fabrum,& fabri vocarent filium.Sequitur.{Et dicebat eis Ieſus. Quia nō eſt Propheta ſine hono.niſi in pa.ſua,& cogna.ſua.& in do.ſua.}Prophetā dici in ſcripturis dn̄m Ieſum etiā Moyſes teſtis eſt,qui futurā eius incarnationē prædicēs filiis Iſrael ait:Prophetā vobis ſuſcitabit dn̄s Deus vr̄ de fratribus vr̄is. Nō ſolum aūt ipſe qui dn̄s eſt Prophetarum,ſed & Helias,& Hieremias,cæteriq; Prophetæ minores in patria ſua q̄ in exteris ciuitatibus habiti ſunt, quia propemodū naturale eſt ciues ſemper ciuibus inuidere. non enim cōſiderant præſentia viri opera,ſed fragilem recordantur infantiam. HIE. Comitatur etiā ſæpe vilitas originē, vt eſt illud: Quis eſt filius Iſai? quia humilia dominꝰ reſpicit & alta a longe cognoſcit. THEO. Siue etiā ꝑclaros conſanguineos Propheta habeat,ciues odiunt eos,& pp hoc dehonorant Prophetā.Sequitur.{Et nō poterat ibi vir.ullā facere,niſi pau.infir.impo.ma.cura.} Quòd autē dicit, non poterat,intelligere oportet,non uolebat, quia non ipſe impotens:ſed illi infideles erant:ergo ibi non operatur virtutes, parcēs K eis ne maiori repræhenſione digni eſſent,etiam factis miraculis nō credentes. Vel aliter,in miraculis faciendis neceſſaria eſt virtus operantis,& recipientium fides,quæ ibi deficiebat. unde non uolebat Ieſus ibi ſigna facere.Sequitur. {Et mira. pp incre. illorum. BEDA: Non quaſi inepinata & improuiſa miratur qui nouit omnia anteq̄ fiant,ſed qui nouit occulta cordis, quod mirandum intimare vult hominibus,mirari ſe corā hominibus oſtendit, Iudæorum enim miranda notatur cæcitas, qui nec Prophetis ſuis credere de Chriſto,nec ipſi inter ſe nato uoluerunt credere Chr̄o. Myſtice autem{Ieſus deſpicitur in domo,& in patria ſua:}hoc eſt in populo Iudæorū.& ideo pauca ibi ſigna fecit,ne pœnitus excuſabiles ibi fierent. Maiora autem ſigna quotidie in Gentium populo facit,non tam in ſanitate corporum q̄ in animarum ſalute. b ¶ THEO. Non ſolum in ciuitatibus prædicabat dominus, ſed & in caſtellis,vt diſcamus parua non ſpernere, neque magnas ſemper quærere ciuitates, ſed verbum Dei in vicis abiectis,& uilibus ſeminare. Vnde dicitur. {Et circui caſtel. in circuitu. do.} BEDA:

H

nagoga docere, & multi audientes admirabātur in doctrina eiꝰ dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic eſt faber filiꝰ Mariæ: frater Iacobi, & Ioſeph, & Iudæ, & Simonis? Nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et ſcandalizabātur in illo. Et dicebat illis Ieſus, quia non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua. & non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit, & mirabatur pp incredulitatem eorum. b Et circuibat caſtella in circuitu docens. Et uocauit duode-

Expoſitio Chryſoſtomi Ho.67. in Ioannē.

BEDA: Benignus autem & clemens dominus ac magiſter non A inuidet ſeruis,atque diſcipulis ſuis virtutes ſuas,& ſicut ipſe curauerat omnem languorem,& omnem infirmitatem: Apoſtolis quoque ſuis dedit poteſtatem.vnde ſequitur,{Et conuo.duodecim,& ce.eos mit.bi.& da.illis po.ſpi.immun.}Sed multa diſtātia eſt inter donare, & accipere. Iſte quodcumque agit poteſtate domini agit, illi ſiquid faciūt imbecillitatem ſuam, & virtutes domini cōfitentur,dicentes:{In nomine Ieſu,ſurge & ambula.} THEO. Binos autem Apoſtolos mittit, vt fierent promptiores, quia vt ait eccleſiaſtes: Meliꝰ eſt ſimul duos eſſe, q̄ vnum. Si autem plures quam duos miſiſſet, non eſſet ſufficiēs numerus, vt in plura caſtella mitterentur. GREGO. in Ho. Binos autem in prædicationem diſcipulos mittit,quoniam duo ſunt præcepta charitatis,Dei videlicet amor,& ꝓximi,& minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt.per hoc ergo nobis innuit,quia qui charitatem erga alterum non habet:prædicationis officiū ſuſcipere nullatenus debet.Sequitur.{Et præce.eis ne quid tol.in via,niſi virgā tantum:non pe.non pa.non in zona ęs,ſed cal.ſan, & ne indu. du. tunicis.} BEDA: Tanta enim prædicatori in Deo debet eſſe fiducia,vt præſentis vitæ ſumptus,quàmuis non prouideat:tamen hos C ſibi non deeſſe certiſſime ſciat,ne dum mens eius occupatur ad temporalia,minus aliis prouideat æterna. CHRY. Hoc etiam eis dominus præcepit,vt per habitum oſtenderēt quantum a diuitiarum deſiderio diſtabant. THEO.Inſtruens etiam eos per hoc nō eſſe amatores munerum,& vt videntes eos prædicare paupertatē,

Li.2.c.30. acquieſcant,cum Apoſtoli nihil habeant. AVG.de Con.euange. Vel quia cum ſecundum Matthæum dominus continuo ſubiecerit:Dignus eſt enim operarius cibo ſuo.ſatis oſtendit cur eos poſſidere hoc,aut ferre noluerit:non ꝙ neceſſaria non ſint neceſſitati huius vitæ,ſed quia ſic eos mittebat,vt eis hoc deberi demonſtraret ab illis,quibus euangelium credentibus nunciarent. vnde appareret hoc non ita præcepiſſe dominum tamquam euangeliſtæ viuere aliunde non debeant,quàm eis præbentibus quibus annunciāt euangelium:alioquin contra hoc præceptum fecit Apoſtolus, qui D victum de manuum ſuarum labore tranſigebat:ſed poteſtatem dediſſe,in qua ſcirent ſibi iſta deberi.Solet item quæri, qūo Matthæꝰ & Lucas commemorauerint dixiſſe dominum diſcipulis, vt nec virgam ferrent,cum dicat Marcus:{Et præcepit eis,nequid tol.in via,niſi virgam tantum.}Quod ita ſoluitur, vt intelligamus ſub alia ſignificatione dictam virgam,quæ ſecundum Marcum ferenda eſt,& ſub alia illam quæ ſecundum Matthæum & Lucam non eſt ferenda. Potuit enim ſic breuiter dici:Nihil neceſſariorum vobiſcum feratis,niſi virgam tantum.vt illud quod dictum eſt.Nec virgam,intelligatur,nec minimas quidem res. Quod vero adiunctū eſt.{Niſi virgam tantum,}intelligatur quia per poteſtatem a domino receptam quæ virgæ nomine ſignificata eſt, etiam quæ non portantur,non deerunt.Vtrumque ergo dominus dixit: ſed quia non vtrumque vnus euangeliſta commemorauit. putatur ille qui virgam ſub alia ſignificatione poſitam tollendam dixit, ei qui virga rurſus aliud ſignificante non tollendam dixit: eſſe contrarius, E ſed iam ratione reddita non putetur.Sic & calciamenta,cum dicit Matthæus in via non eſſe portanda,curam prohibet, quia ideo cogitantur portanda ne deſint.hoc & de duabus tunicis intelligendū eſt,ne quiſquam eorum præter eam qua eſſet indutus, aliam portandam curaret,ſollicitus ne opus eſſet,cum ex illa poteſtate poſſet accipere.proinde Marcus dicendo{calciari eos ſandaliis,vel ſoleis,aliquid hoc calciamentum myſtice ſignificationis habere admonet,vt pes, neque tectus ſit deſuper,nec nudus ad terram.i.nec occultetur euangelium,nec terrenis commodis innitatur.& ꝙ nō haberi,vel portari duas tunicas,ſed expreſſius indui prohibet, q̄d eos monet,niſi non dupliciter,ſed ſimpliciter ambulare? Quiſq; autem putat non potuiſſe dominum in vno ſermone quædam figurate,quædam proprie ponere eloquia,cætera eius inſpiciat, & videbit,ꝙ hoc temere,ac inerudite arbitretur. BEDA: In duabꝰ autem tunicis videtur mihi duplex oſtendere veſtimentum, non quo in locis Scythiæ glaciali niue rigentibus,vna quis tunica debeat eſſe contentus,ſed in tunica veſtimentum intelligamus ne aliud veſtitu,aliud nobis futurorum timore ſeruetur. CHRY.

cim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum: non peram, neque panem, neque in zona ęs, ſed calciatos ſandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. & quicumque nō receperint vos, nec audierint vos: exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis. Et exeuntes prædi- B cabant, vt pœnitentiam agerēt, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur.

c Et audiuit Herodes Rex: manifeſtum.n.factū eſt nomē eius. & dicebant, quia Ioannes Baptiſta reſurrexit a mortuis, & propterea operātur virtūtes in illo. Alii autem dicebant, quia Helias eſt. Alii vero dicebant, quia Propheta eſt, quaſi vnus ex Prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem: hic a mortuis reſurrexit.

vel aliter: Matthæus, & Lucas non calciamenta, neque baculum portare permittit,quod oſtendit perfectiſſimum eſſe. Marcus vero {baculum iubet aſſumere,& ſandaliis calciari,}quod dictum eſt permiſſius. BEDA. Allegorice autem perperam onera ſæculi,ꝑ panem delitiæ temporales:per ęs in zona occultatio ſapientiæ deſignatur, quia quiſq; officium doctoris accipit, neque oneribus ſæcularium negociorum deprimi, neque deſideriis carnalibus reſolui,neque cōmiſſum ſibi talentū verbi,ſub ocio debet lenti corporis abſcondere.Sequitur:{Et dice. eis: quocūque intro. in do.ma.illic do. ex. inde.} Vbi dat conſtantiæ generale mandatum, vt hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiant,alienum a prædicatore regni cœleſtis aſtruens curſitare per domos. THEO. Ne.ſ.de gula contingeret eos reprehendi:ab aliis in alios tranſeūtes. Sequitur.{Et quicumque non re.vos:nec au.vos,exe. inde ex. pul. de pedi. veſtris in teſti illis.}Hoc autem dominus præcepit, vt oſtenderet,ꝙ longam propter eos viam ambulauerunt,& nihil eis profuit.Vel quia nihil ab eis acceperunt, etiam neq; puluerē, ſed & hunc excutiunt,vt hoc ſit in teſtimonium illis.i.in redargutionem illis.CHRY.Vel vt ſit in teſtimonium laboris viæ quā ſuſtinebant pro eis,aut tamquam puluis peccatorum prædicantiū conuertatur in ipſos. Sequitur.{Et exe.prædi. vt pœnitentiā agerent,& dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægrotos,& ſanabantur.} Quòd oleo vngerent,ſolus Marcus enarrat. Iacobus autem in Epiſtola ſua Canonica ſimilia dicit. Oleum.n. & labores curat,& luminis,& hilaritatis cauſa exiſtit. Significat autem oleum vnctionis Dei miſericordiam, infirmitatis medelā: & cordis illuminationē,quod totum oratio operatur. THEO. Significat etiam gratiam ſpiritus ſancti,per quam a laboribus trāſmutamur,& lumen,& lætitiam ſpiritualem ſuſcipimus.BEDA: Vnde patet ab ipſis apoſtolis hunc ſanctæ eccleſiæ morem eſſe traditum,vt Energumeni,vel alii quilibet ægroti,vngantur oleo,pontificali benedictione conſecrato.

c ¶ GLO. Poſt prædicationem diſcipulorum Chriſti,& miraculorum operationem conuenienter euangeliſta ſubiungit de fama quæ conſurgebat in populo.vnde dicit.{Et audiuit Hero.rex. CHRY.{Herodes iſte filius erat primi Herodis ſub quo Ioſeph Ieſum duxerat in Aegyptum. Tetrarcham autem Matthæus nominat hunc,atque Lucas tamquam principantem ſuper quartam partem regni patris ſui. Romani enim poſt mortem patris,regnū in partes quatuor diuiſerunt. Marcus vero regem eum vocat,aut patris conſuetudine,aut quia hoc loco eius congruum exiſtebat. HIERO. Sequitur:{Manifeſtum enim factum eſt nomen eius.} Lucernam enim ſub modio abſcondi fas non eſt.{Et dicebant.ſ.aliqui de turba,quia Ioannes Baptiſta reſur.a mor.Et propterea operantur vir.in illo. BEDA. Quanta enim fuit Iudæorum inuidia docemur.Ecce enim Ioannem de quo dictum eſt, quia ſignū fecit nullum a mortuis potuiſſe reſurgere,nullo atteſtante credebant.Ieſum autem approbatum a Deo uirtutibus & ſignis cuius reſurrectionem angeli,Apoſtoli,uiri ac fœminæ prædicabant,non reſurrexiſſe,ſed furtim eſſe ablatum credere maluerunt. qui cum dicerent Ioannem reſurrexiſſe a mortuis,& propterea virtutes operatas eſſe in illo,bene de uirtute reſurrectionis ſenſerunt,ꝙ maioris potentiæ futuri ſunt ſancti, cum a mortuis reſurrexerint, quàm fuerunt cum carnis adhuc infirmitate grauarentur. Sequit. {Alii autem dice.quia hæ.eſt.} THEO. Confutabat enim multos homines Ioannes quando dicebat: Genimina uiperarum.Sequit. {Alii autem dicebāt,quia Propheta eſt quaſi vnus ex Prophetis.} CHRY. Mihi quidem uidetur hunc Prophetam dicere, de quo Moyſes dixit: Prophetam ſuſcitabit uobis Deus de fratribus ueſtris. Recte quidem,ſed quia manifeſte dicere trepidabant hic eſt Chr̄s,Moyſi utebantur uoce propriam ſuſpitionem uelantes præpoſitorum ſuorum timore. Sequitur.{Quo audito,Her.ait:Quē ego decol.Io.hic a mor.reſur.}Per ironiam hoc Herodes expreſſe pronunciat. THEO. uel aliter: Sciens Herodes, ꝙ Ioannem iuſtum exiſtentem ſine cauſa occiderat, credebat eum a mortuis reſurrexiſſe,& ꝙ ex reſurrectione ſuſcepiſſet miraculorum operationem. AVG. de Con.euan. In his autem uerbis Lucas Marco atteſtatur,ad hoc dumtaxat, ꝙ alii dixerint non Herodes Ioannē ſurrexiſſe: Lib.2.c.43.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

surrexisse,sed hesitantem Lucas commemorauit Herodem, verbaque eius ita posuit dicentis:{Ioannem ego decollaui.Quis autem est iste,de quo audio talia?} Intelligendum est autem post hãc hesitationem confirmasse in animo suo,ꝙ ab aliis dicebatur, cum ait pueris suis,sicut Matthęus narrat:{hic est Ioãnes Baptista,ipse surrexit a mortuis.}

d Ipse enim Herodes misit,ac tenuit Ioãnẽ, & vinxit eũ in carcere pp Herodiadẽ vxorẽ Philippi fratris sui,q̃a duxerat eã.dicebat .n.Ioãnes Herodi:Non licet tibi hr̃e vxorẽ fr̃is tui. Herodias aũt ĩsidiabat illi,& volebat occidere eũ,nec poterat.Herodes aũt metuebat Ioãnẽ, sciẽs eũ virũ iustũ & sanctum, & custodiebat eũ,& audito eo multa faciebat,& libẽter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset: Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis & primis Galileę. Cũque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi,simulque recumbentibus,Rex ait puellæ. Pete a me quod vis,& dabo tibi,& iurauit illi,quia quicquid petieris da

Aut ita pronuncianda sunt hæc verba, vt hesitantem adhuc indicent, præsertim q̃a & Marc⁹, qui superi⁹ dixerat ab aliis dictũ fuisse,ꝙ Ioãnes a mortuis resurrexerit : in extremo tamẽ ipsum Herodem dixisse non tacet: Quem ego decol.Io.hic a mor. res. Quæ item verba duobus modis pronunciari possunt, vt aut confirmantis,aut dubitãtis intelligantur.

d ¶ THEO. Ex premissis Marcus euãgelista occasionẽ sumens,hic de morte cõmemorat præcursoris dicens.{Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem, propter Herodiadem vxorem fratris sui,quia duxit eam. BEDA. Vetus narrat historia,Philippum Herodis maioris filium,sub quo dominus fugit in Aegyptum,fratrem huius Herodis,sub quo passus est Christus duxisse Herodiadem vxorẽ,filiam Regis Arethæ, postea vero socerũ eius exortis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse filiã suam,& in dolorẽ mariti prioris Herodis inimici eius nuptiis copulasse.ergo Ioannes Baptista arguit Herodem,& Herodiadem,ꝙ illicitas nuptias fecerint,& non liceat fratre viuente germano illius vxorem ducere. THEO. Alii autem dicunt, quòd Philipp⁹ iam mortuus reliquerit ex se filiam,quapropter non debebat Herodes fratris,quàmuis defuncti, vxorem ducere. Lex enim præcipiebat quòd frater vxorem fratris acciperet,cum defunctus prolẽ non haberet:illi autem erat filia, propter quod erant nuptiæ sceleratæ. Sequitur. { Herodias autem insi.illi,& vole.oc.eum,& nõ poterat.} BEDA: Timebat enim Herodias ne Herodes aliquando resipisceret,vel Philippo fratri suo amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio soluerentur. Sequitur:{ Herodes autem metu. Io.quia sciebat eum virum iustum & sanctum.} GLO. Timebat inquam eum reuerendo.{ sciebat enim eum esse iustum } quo ad homines,{& sanctum}quo ad Deum. {Et custodiebat eum} ne.s. ab Herodiade interficeretur.{Et audito eo multa faciebat. } quia putauit eum spiritu Dei loqui.{Et libenter eum audiebat.} quia reputabat vtilia quæ ab eo dicebantur. THEO. Vide autem quantum operatur concupiscentiæ rabies, quia cum Herodes tantam circa Ioannem habebat reuerentiam & timorem, horum fit immemor,vt suæ fornicationi prouideret. REMI.super Matth. Libidinosa enim voluntas eum coegit in illum manum mittere : quem sciebat iustum & sanctum. Ac per hoc datur intelligi, quia minus peccatum factum est ei causa maioris peccati:secundum illud:Qui in sordibus est,sordescat adhuc. Sequitur. { Et cum di. oppor.acci.Hero.nata.sui cæ.fe.prin.& tri.& primis Ga.}BEDA: Soli mortalium Herodes,& Pharao legũtur diem natalis sui gaudiis festiuis celebrasse, sed vterque Rex infausto auspicio festiuitatem suam sanguine fœdauit. verum Herodes tanto maiore impietate, quãto sanctum & innocentem doctorem veritatis occidit,& hoc pro voto,ac petitione saltatricis. Sequitur enim: { Cumque intro.filia ip.Hero.& sal.& plac.Hero.simulque recũ.Rex ait. Pete a me quod vis,& dabo tibi.} THEO. Dum enim conuiuium fit: Sathanas per puellam saltat,& iusiurandnm perficitur sceleratum. Sequitur enim.{Et iura.illi,quia quicquid pet. da.tibi, licet dimi.regni mei.} BEDA : Non excusatur ab homicidio per iuramentum. Ideo enim forte iurauit,vt occasionem inueniret occidendi.& si patris,aut matris interitum postulasset:non vtique concessisset Herodes. Sequitur.{Quæ cum exis.di.ma.suæ,quid petã? At illa di.Ca.Io.Ba.}Digno operi saltationis,dignum postulatur sanguinis præmium.Sequitur,{ Cumque intro.statim cum fes.ad ad Re.pe. di.Vo.vt pro.des mi.in di.ca.Io.Ba.} THEO.Maligna mulier,protinus sibi caput Ioannis dari petit.i.statim in illa hora. Timebat enim ne Herodes resipisceret. Sequitur. { Et contristat⁹

Euseb. li. 1. c.3.& Iosephus li. Anti. 18. ca. 7. longe distãt ab hac Bedæ sentẽtia.

F est Rex.} BEDA,Consuetudinis est scripturarum,vt opinionẽ multorum sic narrrat Historicus,quomodo eo tempore ab omnibus credebatur,sicut & Ioseph ab ipsa quoque Maria appellatur pater Iesu:ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. dissimulator enim mentis tristitiam præferebat in facie, cum lætitiam haberet in mẽte, scelusque excusat iuramento,vt sub occasione pietatis impi⁹ fieret. vnde sequitur. { Propter iusiurandũ & propter simul discumbentes noluit eã cõtristare.} THEO. Herodes quidem nõ sui compos,sed voluptuosus iusiurandum impleuit, & iustũ interimit.Decebat autẽ magis in hoc periurare,& non tantum scelus operari.BEDA: Quòd autem subdit. {Et propter simul recumbentes.} vult omnes sceleris sui esse cõsortes, vt in luxurioso, impuroque conuiuio cruentę epulæ deferentur.vnde sequit: {Sed mis. spic.præ.af. ca.Io.in di. THEO.

bo tibi,licet dimidiũ regni mei. Quæ cũ exisset, dixit matri suę. Quid petam ? At illa dixit : Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicẽs:volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contri G status est Rex:propter iusiurandum & propter simul discumbẽtes noluit eam contristare, sed misso spiculatore præcepit afferri caput Ioannis in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius, venerunt & tulerunt corp⁹ eius, & posuerũt illud in monumẽto. e Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renunciauerũt ei omnia

H Spiculator carnifex dicitur,qui constituitur ad homines interficiendum. BEDA: Non autem Herodem puduit caput occisi hominis ante conuiuas inferre.Pharao vero nil talis vesaniæ cõmisisse legitur.Ex vtroque tamen exemplo probatur vtilius esse nobis diem mortis futuræ timendo,& caste agendo sæpius in memoriam reuocare,quàm diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo enim ad laborem nascitur in mundo,& electi ad requiem per mortem transeunt e mundo. Sequitur.{Et decol.eum in carcere, & attu.caput eius in disco,& de.illud puellæ,& puella dedit matri suæ.} GREG.3.Moral.Non sine grauissima admiratione perpẽdo,ꝙ ille prophetiæ spiritu intra matris vterum impletus, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit,ab iniquis in carcerẽ mittitur, & pro puellæ saltu capite truncatur, & vir tantæ seueritatis pro vsu turpium moritur. Nũquid credimus aliquid fuisse quod in eius vita,illa sic despecta mors tangeret?Sed quando ille vel in cibo peccauit,qui locustas solummodo, & mel siluestre edit? I Quando conuersatione sua offendere potuit, qui de eremo non recessit ? Quid est, ꝙ omnipotens Deus sic vehementer in hoc sæculo despicit,quos sic sublimiter ante sæcula elegerit ? nisi hoc quod pietati fidelium patet, quoniam iccirco sic eos præmit in infimis,q̃a videt quomodo remuneret in summis, & foras vsq; ad despecta deiicit,quia intus vsque ad incomprænhensibilia perducit. Hinc ergo vnusquisque colligat,quid illic passuri sint quos reprobat,si hic sic cruciat quos amat.Sequitur. { Quo audito discipuli eius,venerunt & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.} BEDA. Narrat Iosephus,vinctum Ioannem in Castellum Macheronta adductum,ibique truncatum.narrat vero Ecclesiastica historia sepultum eum in Sebaste Palestinę vrbe,quæ quondã Samaria dicta est. Decollatio autem Ioannis,minorationem famæ illius qua Christus a populo credebatur insinuat, sicut exaltatio Saluatoris in crucem profectum designabat fidei,q̃a & ipse qui prius a turbis Propheta esse credebatur: Dei filius a cũctis fidelibus est agnitus. K vnde Ioannes quem oportebat minui,cũ diurnum lumen decrescere incipit natus est, dominus autem eo tempore anni quo dies crescere incipit. THEO. Mystice autem Hero.qui interpretatur pelliceus,populus est Iudæorum qui habebat vxorem.s.inanem gloriam,cuius filia saltat,& mouetur etiã nunc circa Iudæos.s.falsus intellectus scripturarum, decapitauerunt siquidem Ioannem,idest verbum propheticum,& sine capite Christo habent eum. HIERO. vel aliter: Caput legis quod est Christus de corpore abscinditur proprio.i.Iudaico populo, & datur genitili puellæ,idest Romanæ ecclesiæ,{ & puella dat matri suæ adulteræ.i.Synagogæ crediture in fine.Corpus Ioannis sepelitur,caput in disco collocatur.Litera humata tegitur, spiritus in altari honoratur & sumitur.

Cap.4.

e ¶ GLO. Postquam Euangelista narrauit mortem Ioannis: narrat ea quæ Christus cum suis discipulis post mortem Ioannis egerit dicens:{Et conue.Apo.ad Iesum renũ.ei omnia quæ ege.& docue. HIERO. Ad locum enim vnde exeunt flumina, reuertuntur.

tuntur Deo semp referunt gratias missi sup his quæ acceperant. THEO. Discamus autem & nos cum in ministerium aliquod mittimur non elongari,& vltra commissum officium non efferri, sed mittentem visitare,& renunciare ei omnia quæ egimus,& docuimus. BEDA: Non.n.solum oportet docere,sed facere. non solum autem quæ ipsi egerant,& docuerant apostoli dño renunciant, sed etiam quæ Ioannes eis in docendo occupatis sit passus,& sui, & Ioannis discipuli dño renunciant,sicut Matthæus describit. Sequit:{Et ait illis : Venite seorsum in desertum lo- & requi. pu. AVG. de Conc.euang. Hoc continuo post Ioannis passionem factum esse commemorat. vnde post hæc facta sunt illa quæ primo narrata sunt, quibus mot⁹ Herodes dixit:Hic est Ioannes Bap.quẽ ego decollaui. THEO. In desertum autẽ recedit locum propter humilitatem. Quiescere aũt facit Christus suos discipulos, vt addiscant Prępositi,quòd qui laborant in ope & sermone requiẽ pmerent, & ꝙ non debent continue laborare.

Lib.2.c.45.

quæ egerant & docuerant.Et ait illis: Venite seorsum in desertũ locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant,& redibant multi,& nec spacium mãducandi habebant. Et ascendentes in nauim , abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi,& pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerũt illuc, B & præuenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam Iesus,& misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorẽ, & cœpit illos docere multa. f Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes:Desertus est locus hic,& iam hora præteriuit:dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis: C

BEDA: Quæ aũt necessitas fuerit concedendæ requiei discipulis,ostendit cum subdit:{Erant enim qui veniebant,& redibant multi , & nec spacium manducandi habebant . } vbi temporalis illius fœlicitas de labore docentium simul & discentium studio demonstratur.Sequitur.{Et ascendentes in nauim abierũt in desertum lo.seor.}Non discipuli soli,sed assumpto dño ascẽdẽtes in nauim,locum petiere desertum,vt Matthæus demõstrat. Tentat aũt fidẽ turbarũ,petendo.n.solitudinem,an sequi curẽt explorat.illi sequendo,& non in iumentis,aut vehiculis diuersis, sed proprio labore pedum quantam salutis suæ curam gerant ostendunt:Sequitur:{Et viderunt eos abeun.& cog.multi,& pe.de oib⁹ ciuitatibus cucurrerunt illuc,& præue.eos.} Dum pedesteres eos D præuenisse dicuntur,ostenditur quia non in aliam maris siue Iordanis ripam nauigio peruenerunt discipuli,cum dño,sed proxima eiusdem regionis loca adierunt,quo etiam indigenę pedestres poterant præuenire. THEO. Ita tu Christum non expectans,ꝙ ipse reuocet:sed præcurrens eum præuenias. Sequitur : { Et exiens vi.tur.mul.Iesus & miser.est super eos,quia erant, sicut oues non habentes pastorem.}Pharisæi lupi existentes rapaces, non pascebant populum,sed deuorabant: propter hoc ad Christum verum congregantur pastorem qui tradidit illis cibum spiritualem.s. verbi Dei.vnde sequitur.{Et cœpit eos docere multa. Videns enim eos qui miraculorum occasione eum sequebantur præ longitudine viæ fessos eorum misertus, voluit eorum satisfacere voluntati docendo eos. BEDA. Matthæus dicit, ꝙ curauit languidos eorum.hoc est enim veraciter pauperum misereri,eis veritatis viam docendo aperire,& molestias corporales auferre. HIERO. Mystice autem seorsum ducit dñs quos elegit , vt inter malos viuen- E tes,mala non intendant,vt Loth in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. BEDA: Derelicta etiam Iudæa in deserto ecclesiæ pdicatores sancti,qui apud Iudæos in tribulationum sarcina præmebantur,de gratia fidei gentibus collata requiẽ nacti sunt. HIERO. Pusilla tamen est hic sanctis requies longus labor.sed postea dicitur illis, vt requiescant a laboribus suis. Sicut autem in arca Noe animalia quæ intus erant foris mittebãtur:& quæ foris erant intro erumpebant,sic agitur in ecclesia. Iudas recessit,latro accessit.sed quàmdiu receditur a fide in ecclesia non est requies sine mœrore.Rachel enim plorans filios suos noluit consolari.non est etiam hoc conuiuium,in quo bibitur vinũ nouum,cum cantabitur canticum nouum ab hominibus nouis, cum mortale hoc induerit immortalitatem. BEDA: Christum autem petentem deserta Gentium, multæ fidelium cateruæ relictis mœnibus priscæ conuersationis sequuntur.

f ¶ THEO. Præponens dominus quod vtilius est.s.cibum sermonis Dei: Deinde etiam corporalem cibum præbuit turbæ , ad cuius narrationem euangelista accedit, dicens: { Et cum iam hora

A multa fieret:acces.dis.eius di.Deser. lo est. hic.} BEDA: Horam multam vespertinum tempus dicit.vnde Lucas dicit: Dies autem cœperat declinare. THEO. Vide autem quomodo discipuli Christi circa hominum amorem proficiunt . turbarum enim miserti accedunt ad Christum,& pro eis intercedunt.Dominus autem tentauit eos si eius virtutem tantã esse cognouerant, ꝙ turbas pascere posset. vnde sequitur:{Et respondens ait illis: Date eis man.}BEDA: Prouocat etiam apostolos : hoc dicens ad fractionem panis, vt illis se non habere testantibus:magnitudo signi notior fieret. THEO. Discipuli autem arguebant eũ tamquam ignorantẽ quod illis esset necessarium ad tãtam multitudinem turbarum pascendam: vnde turbati respondẽt.Sequitur enim.{Et dixe.ei: Euntes emamus de. ducen.pa.& dabi.illis manduca. AVG. de Con.euan. Hoc Philippus apud Ioannẽ respondet, sed Marc⁹ a discipulis responsũ esse commemorat: volens intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum respondisse,quãquàm & pluralem numerum pro singulari vsitatissime ponere potuerit. Sequitur.{Et dicit eis:Quot pa.habe.ite & vi.}Hoc a dño factum esse cæteri euangelistæ prætermiserunt. Sequitur:{Et cum cog.dicunt:quinque,& du.pi. Quod Andræas apud Ioannem de quinque panibus,& duobus piscibus suggesserat: hoc cæteri euangelistæ pluralem numerum pro singulari ponentes, ex discipulorum persona retulerunt . Sequitur. { Et præce. illis vt accum.fa. om.secundum contu.super vi.fe.& discu.in partes per cen.& quin quag.}Quòd autem Lucas dicit quinquagenos iussos esse discumbere: Marcus vero quinquagenos, & centenos:Ideo non hoc mouet,quia vnus partem dicit:alter totum.Qui enim de centenis retulit:hoc retulit quod ille prætermisit. THEO. Per hoc autem datur intelligi,quòd separatim discubuerunt per partes,& partes. quod enim hic dicitur,per cõtubernia,in gręco geminata dicitur sympòsia sympòsia, hoc est per distributa conuiuia. Sequitur.{Et acce.quin.pa.& du.pi.int.in cœ.bene.& fre.pa.& de.dis.vt po.ante eos,& du.pi.di.oĩbus.}CHRY.Decenter aũt in cœlũ aspexit,q̃a in deserto manna accipientes Iudæi, de Deo dicere attentauerũt. Numquid poterit dare panẽ? Ne vero hoc contingat antequã faceret,ad patrem retulit quod erat facturus. THEO. Intuetur ẽo in cœlum,vt nos instrueret a Deo petere escam,& non a diabolo, sicut faciunt illi,qui alienis iniuste laboribus nutriuntur . Ex hoc etiam turbis tunc innuit,ꝙ non esset Deo contrarius , sed Deum inuocaret.Dat aũt panẽ discipulis apponendum turbis, vt tractando panem non dubiũ,sed miraculũ videatur.Sequit:{Et man.oẽs, & sa.sunt,& sustu.reli.frag.duod.cophi.Duodecim cophini super abun.fragmen.} vt quolibet Apostolorum vnum cophinum super humerum apportante,ineffabile miraculum videatur.Superabundantis enim virtutis erat non solum tot homines pascere, sed & tantam superabundantiam relinquere fragmentorum. Moyses.n. etsi manna dabat,sm vniuscuiusq; necessitatẽ illud largiebatur.superfluo vero vermibus scaturiebat. Helias etiam viduam pascens, quantum ei erat sufficiens tribuebat.Iesus vero tamquàm dñs superabundãter operabat. BEDA. Mystice aũt die declinata turbas esuriẽtes Saluator reficit,quia vel fine sæculorũ propinquante,vel cum sol iustitiæ pro nobis occubuit,a spiritualis inediæ sumus tabe saluati.prouocat Apostolos ad fractionem panis, insinuans ꝙ quotidie per eos ieiuna sunt corda nostra pascenda, eorum.s.literis,& exẽplis.Per quinque panes,quinque Mosaicæ legis libri:per duos pisces,Psalmi sunt, & Prophetæ figurati. THEO. Vel duo pisces,sunt piscatorum sermones.s.epistolæ,& euangeliũ. BEDA. Quia vero quinque sunt exterioris hoĩs sensus, quinque millia viri dñm secuti,designant eos qui in sæculari adhuc habitu positi, exterioribus bene vti nouerunt. GRE. 16.Moral.Diuersi conuiuantium discubitus distinctiones ecclesiarum quæ vnam catholicã faciunt designãt.Iubilei aũt reqes quinquagenarii numeri my

Date illis manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis mãducare.Et dicit eis: Quot panes habetis ? Ite & videte. Et cum cognouissent, dicunt:quinque,& duos pisces. Et pręcepit illis, vt accumbere facerent omnes secundum cõtubernia super viride fœnum. Et discubuerunt in partes per centenos, & p quinquagenos. Et acceptis quinque panibus,& duobus piscibus,intuens in cœlum, benedixit & fregit panes,& dedit discipulis suis vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus.Et manducauerũt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmẽtorum duodecim cophinos plenos,& de piscibus. Erant autem qui manducauerũt quinque millia virorum.

Lib.4.c.46.

συμπόσια συμπόσια

Cap.26.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſterio continet.& quinquagenarius bis ducit vt ad centenarium perueniatur. Quia ergo prius a malo quieſcitur opere, vt poſt anima plenius quieſcat in cogitatione, alij quinquagenarii: alii centeni diſcũbunt. B E D A: ſuper fœnum aũt diſcumbentes dñicis paſcuntur alimentis, qui p continentiã calcatis concupiſcentiis audiẽdis implendiſque, Dei verbis operã impẽdunt. Saluator aũt non noua creat cibaria, quia veniens in carne nõ alia q̃ quę p̃dicata ſunt prædicat, ſed legis, & Prophetarum ſcripta q̃ grauida ſint myſteriis gr̃æ demonſtrat. Intuetur in cœlũ, vt ibi lucem doceat eſſe quærẽdã. Frãgit, & ante turbas ponenda diſtribuit diſcipulis, quia ſacramẽta prophetiæ ſanctis doctoribus, qui hæc toto orbe p̃dicent, pateſecit. Qđ turbis ſupereſt, a diſcipulis tollitur, quia ſecretiora myſteria q̃ a rudibus capi nequeunt, nõ negligenter omittẽda, ſed ſunt inquirẽda pfectis. Nã per cophinos duodecim Ap̃li, & ſequentes doctores figurant, foris quidẽ hoibus deſpecti, ſed intus ſalutaris cibi reliquiis cumulati. Cõſtat.n.cophinos opa ſeruilia geri ſolere. H I E. Vel duodecim cophini pleni fragmẽtis colliguntur, cum ſint ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael, q ſunt fragmenta Abraham, Iſaac, & Iacob, quando ex Iſrael reliquiæ ſaluæ fient.

g Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trans fretũ ad Bethſaidam, dum ipſe dimitteret populum. Et cũ dimiſiſſet eos, abiit in montem orare Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim vẽtus contrarius eis, & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulãs ſupra mare, & volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem ſupra mare, putauerunt fantaſma eſſe, & exclamauerũt. Omnes.n. viderunt eum, & cõturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis: Confidite: Ego ſum.

g ¶ G L O. Dñs qdẽ in miraculo panũ, ꝙ eſſet cõditor rerũ oñdit, nunc aũt ambulãdo ſup vndas, ꝙ hẽret corpus ab oĩum pctõrũ grauedine liberũ edocuit, & in placando ventos, vndarumq; rabiẽ ſedando, ꝙ elementis dominaretur monſtrauit. vnde dicitur. { Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethſaidam, dum ipſe dimit. populũ.} C H R Y. Dimittit qdẽ poplm in benedictione, & aliquibus curationibus. Coegit aũt diſcipulos, qa non de facili ab eo poterant ſeparari, & hoc qdem tum pp nimiũ affectum quem ad eũ habebãt, tũ qa ſollicitabantur qualiter ad eos veniret. B E D A: Merito aũt mouet qũo Marcus dicat pacto miraculo panũ, diſcipulos veniſſe trãs fretum ad Bethſaidam, cũ videatur Lucas dicere, ꝙ i locis Bethſaidæ factũ fuerit miraculum illud, niſi forte intelligamus, ꝙ Lucas ait i deſertum locum, qui eſt Bethſaida, non ipſius intima ciuitatis, ſed loca deſerti ad eã ptinentis eſſe deſignata. Marcus aũt dicit vt pcederent eum ad Bethſaidã, vbi ipſa ciuitas notatur. Sequitur. { Et cum dimiſiſſet eos, abiit in montem orare.} C H R Y. Quod decet intelligere de Chriſto ſecundum quòd eſt homo, hoc etiam fecit inſtruens nos aſſiduos eſſe in oratione. T H E O. Dimiſſa autem turba, aſcendit orare. requiem enim, & ſilentium oratio exigit. B E D A: Non omnis autem qui orat, aſcendit in montem, ſed qui bene orat, qui Deũ orando q̃rit. Qui vero de diuitiis, aut honore ſæculi, aut de inimici morte obſecrat, ipſe in infimis iacens viles ad Deum præces mittit. Quare aũt dominus dimiſſo populo in monte oraturus abierit: Ioannes declarat, dicens. Ieſus ergo, cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eũ, & facerent eum regem, fugit iterum in montẽ ipſe ſolus. Sequitur. { Et cum ſero eſſet, erat nauis in medio ma. & ipſe ſolus in terra.} T H E O. Permiſit aũt dominus periclitari diſcipulos, vt patientes fierent. vnde non ſtatim eis aſtitit, ſed per totam noctem periclitari permiſit, vt doceret eos patienter expectare, & non a principio ſperare in tribulationibus ſubſidium. Sequitur.n. { Et videns eos labo. in remi. erat.n. ventus contrarius eis, & circa quartam vigi. noctis venit ad eos amb. ſuper ma.} C H R Y. Quatuor vigilias noctis dicit ſacra ſcriptura, vnamquamque diuidens in tres horas. vnde quartam vigiliam dicit, quæ eſt poſt horam nonam. ſ. in hora decima, vel poſteriori hora. Sequitur. { Et vo. præte. A V G. de Conſ. euan. Quomodo autem hoc intelligere potuerunt, niſi quia in diuerſum ibat, eos volens præterire tamquam alienos, a quibus ita non agnoſcebatur, vt fantaſma putaretur? Sequit.n. { At illi vt vi. eũ amb. ſuper ma. pu. fan. eſſe, & exclama. omnes enim eum vide. & cõtur. ſunt.} T H E O. Vide autem quoniam cum Chriſtus debebat eorum pericula compeſcere, tunc maiorem eis incutit timorem. Sed ſtatim per vocem confortauit eos. Sequitur enim. { Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis. Confidite, ego ſum, nolite

Lib.2.c.47.

F timere.} C H R Y. Statim autem in voce cognouerunt eum, & timor ſolutus eſt. A V G. de Concor. euangel. Quomodo ergo eos volebat præterire, quos pauentes ita confirmat, niſi quia illa voluntas prætereundi ad eliciendum illum clamorem valebat, cui ſubueniri oportebat? B E D A. Scripſit autem Theodorus Pharanitanus quondam Epiſcopus, corporale pondus non habuiſſe dominum ſecundum carnem, ſed abſque pondere ſuper mare ambulaſſe, ſed fides catholica põdus ſecundum carnẽ habere eum prędicat. Nam Dionyſius egregius inter Eccleſiaſticos Scriptores, i Opuſculo de Diuinis nominibus hoc modo loquitur. Ignoramus qualiter non infuſis pedibus corporale põdus habẽtibus, & materiale onus: deambulãbat in humidam, & inſtabilem ſubſtantiã. T H E O. Deinde p introitum in nauiculam dominus compeſcuit tempeſtatem. Sequitur enim. { Et aſcen. ad il. in na. & ceſſa. ventus. Magnum quidem miraculum eſt ꝙ ambulat dominus ſuper mare, ſed tempeſtas & venti contrarietas oppoſita fuerunt H p pter maius miraculum. Apoſtoli enim ex miraculo quinque panũ, non intelligentes Chriſti potentiam, nunc ex maris miraculo plenius cognouerunt. vñ ſequit. { Et plus magis intra ſe ſtupebãt. Non enim intelle. de panibus.} B E D A: Stupebant quidem carnales adhuc diſcipuli virtutum magnitudinem, necdum tamen in eo veritatem diuinæ maieſtatis cognoſcere valebant. vnde ſequitur: { Erat enim cor eorum obcecatum. Myſtice autem labor diſcipulorum in remigando, & ventus contrarius, labores ſanctæ eccleſiæ deſignat, quæ inter vndas ſæculi aduerſantes, & immundorum flatus ſpirituum, ad quietem patriæ cœleſtis peruenire conatur. Bene autem dicitur, quia nauis erat in medio maris, & ipſe ſolus in terra, quia nonnumquam eccleſia tantis Gentilium præſſuris afflicta eſt, vt redemptor ipſius eam prorſus deſeruiſſe videretur. Sed videt dominus ſuos laborantes in mari, quia eos ne in tribulationibus deficiant, ſuę reſpectu pietatis corroborat, & aliquando manifeſto adiutorio liberat. Quarta autem vigilia venit ad eos diluculo appropinquante, quia homo mentem cum ad ſuperni lumẽ I præſidii erexerit, aderit dominus, & tentationum pericula ſopientur. C H R Y. Vel prima vigilia eſt vſque ad diluuium, ſecunda vſque ad Moyſen, tertia vſque ad aduentum domini, in quarta venit dominus, & diſcipulis locutus eſt. B E D A: Sæpe autem fideles in tribulatione poſitos, ſuperna pietas deſeruiſſe viſa eſt, vt quaſi laborantes in mari diſcipulos præterire Ieſus voluiſſe putaretur. Adhuc autem hæretici putant fantaſma fuiſſe dominum, nec verum aſſumpſiſſe carnem de Virgine. H I E R O N Y. Dicit autem eis: Confidite: ego ſum, quia videbimus eum ſicuti eſt. Ceſſauit autem ventus & procella, Ieſu ſedente, ideſt regnante in naui, quæ eſt vniuerſa eccleſia. B E D A. In quocumque etiam corde per gratiam ſui adeſt amoris: mox vniuerſa vitiorum, & aduerſantis mundi ſiue ſpirituum malignorum bella compreſſa quieſcunt.

Nolite timere. Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus. Et plus magis intra ſe ſtupebãt. Non enim intellexerant de panibus. Erat .n. cor eorũ obcæcatũ. h Et cum transfretaſſent venerunt in terram Genezareth, & applicuerunt. Cumque egreſsi G eſſent de naui cõtinuo cognouerunt eũ, & percurrentes vniuerſam regionẽ illã, cœperũt in grabatis eos qui ſe male habebant circumferre, vbi audiebant eum eſſe. Et quocũq; introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriã veſtimẽti eius tangerẽt. Et quot quot tangebant eũ ſalui fiebant.

h ¶ G L O. Quia euangeliſta expoſuerat periculum quod diſcipuli in nauigando K ſuſtinuerant, & quomodo fuerant liberati, nunc oſtendit quo nauigando peruenerint, dicens: { Et cum transfretaſſent peruene. in terram Genezareth, & applicuerunt T H E O. Poſt magnum autem ſpacium temporis ad prædictum locum dominus transfretauit. Et ideo euangeliſta ſubdit: { Cumque egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerunt eum}. ſ. incolæ. B E D A. Cognouerunt autem eum rumore, non facie, vel præ ſignorum magnitudine, & vultu plurimis notus erat. Vide autem quanta fides ſit hominum terræ Genezareth, vt non præſentium tantum ſalute contenti ſint: ſed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum. vnde ſequitur. { Et percurren. vniuer. region. illã cœperunt in grabatis illos, qui ſe male habebant circumferre, vbi audi. eum eſſe.} T H E O. Non enim ad domos inuitabant eum vt curaret, ſed magis ipſi male habentes afferebant ad eum. vnde etiam ſequitur: { Et quocumque introi. in vicos aut in vil. aut in ciuita. in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt uel fimbriam veſtimen. eius tangerent.}

Miraculum.n. qđ circa mulierẽ emorroiſſam contigerat, ad aures multorũ deuenerat, & multã fidẽ eis dabat ex qua ſanabant. Sequitur.n. { Et quotquot tãgebãt eũ, ſalui fiebãt.} B E D A: Myſtice aũt fimbria veſtimenti eius minimũ mandatũ intellige, qđ quicũque tranſgreſſus fuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum, vel aſſumptionẽ carnis per quã venimus ad verbum Dei, & illius poſtea fruimur maieſtate. H I E R O. Quod aũt dr̃. { Et quotquot tangebant eũ, ſalui fiebant.} ĩplebitur qñ fugiet dolor, & gemit'.

CAP. VII.

BEDA: Homines terræ Genezareth, q min' docti videbant, nõ ſolũ ipſi veniunt, ſed & ſuos ifirmos ad ducunt ad dñm, vt vel fimbriã eius mereant contingere. At vero Phariſæi, & Scribæ, q Doctores eſſe populi debuerant nõ ad quærendã medelã, ſed ad mouendas q̃ſtionũ pugnas ad dñm concurrunt. vnde dr̃: { Et conuenerunt ad eũ Phar. & quidã de Scri. ven. ab Hie. & cũ vi. quoſdã de diſci. eius cõib' ma. i. nõ lotis mã. pa. vituperauer. THEO. Diſcipuli nãq; dñi inſtructi ea quę virtutis tm̃ ſunt operari, non lotis manib' ſimplr comedebãt. Phariſęi aũt volentes occaſionem inuenire, hoc acceperunt, & non vtiq; vituperabant eos, vt legis tranſgreſſores: ſed qa traditiones Seniorũ trãſgrediebantur. vñ ſequitur. { Pha. n. & oẽs Iu. niſi cre. la. ma. non mã. te. tradi. Senio.} B E D A: Spũalia.n. Prophetarũ verba carnalr accipientes, q̃ illi de cordis, & opis caſtigatione p̃cipiebant, dicẽtes: Lauamini & mundi eſtote, & mundamini, q fertis vaſa dñi. iſti de corpore ſolo lauando ſeruabant. Superſtitioſa ergo eſt hoĩum traditio, ſemel lotos ob manducandũ panẽ crebrius lauare, & a foro, niſi baptizentur nõ comedere. Sed neceſſariũ eſt eos, q panẽ de cœlo deſcendentẽ, participare deſiderant, crebro eleæmoſynis lachrymis, & aliis iuſtitiæ fructibus ſua opa purgare. Neceſſariũ etiã eſt inquinamenta, q̃ ex tpalibus negociorũ curis quiſquã cõtraxerit, ſubſequenti bonarũ cogitationũ, & actuũ pmundet inſtantia. Fruſtra aũt Iudæi lauant manus, & a foro baptizantur, q̃ diu contemnunt fonte ablui Saluatoris, inuanum baptiſma ſeruant vaſorũ, qui corporũ ſuorũ, & cordium negligũt abluere ſordes. Sequitur: { Et inter. eum. Pha. & Scri. di. Quare diſc. tui nõ am. iuxta tra. ſe. ſed cõibus ma. mã. pa. C H R Y. ſup Matthæũ. Mira Phariſæorum Scribarũq; ſtultitia, Dei filium arguunt quare traditiones hoĩum, & p̃cepta non ſeruet. Cõe aũt hoc p immundo ponitur. popl's.n. Iudæorum, partẽ Dei ſe eſſe iactitans, cões cibos vocat, quibus oẽs vtuntur. H I E R O. Phariſæorũ aũt ſuperfluum latratum furcarõnis obtundit. i. Moyſi, & Eſaiæ interprætatione, vt nos aduerſantes hæreticos verbo ſcripturæ vincamus. vnde ſequit: { At ille reſpondes ait: Bene prophe. de vobis hypo. Eſaias, ſicut ſcriptum eſt. Populus hic la. me ho. cor aũt eo. lon. eſt a me. C H R Y. Quia.n. non de legis tranſgreſſione, ſed Seniorũ diſcipulos accuſabant, iniurio ſe ipſos confundit hypocritas vocans, quaſi cõmendantes cũ reuerentia quadã id quod nõ conueniebat. Superaddit aũt Eſaiæ Prophetæ verbũ, quaſi de eis dictũ, ac ſi diceret. Sicut hi de quibus dr̃, ꝙ Deũ lab. ho. cor aũt eo. ab eo lon. eſt, inuanum pietatẽ cuſtodire ſe dicunt, doctrinas hoĩum honorantes, ita & vos qui derelinquitis id qđ interius curabile eſt, & iuſtitiam colentes accuſatis. H I E R O. Traditio aũt Phariſaica in menſis, & vaſis abſcindenda eſt, & radenda. Sæpe.n. traditionibus hoĩum mandata Dei cedunt.

CAP. VII.

Et conuenerunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, venientes a Hieroſolymis. Et cũ vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius cõmunibus manibus, ideſt non lotis mãducare panes, vituperauerunt. Phariſæi enim & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionẽ Seniorum, & a foro, niſi baptizẽtur, non comedunt, & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Phariſæi & Scribæ: Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem Seniorum, ſed communibus manibus manducant panem? At ille reſpondens dixit eis: Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. In vanum autem me colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum. Relinquentes enim mãdatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum, & calicum, & ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum feciſtis præceptum Dei, vt traditionem veſtrã ſeruetis. Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo B patri, aut matri: corban, quod eſt donum quodcumque ex me tibi profuerit, & vltra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionẽ veſtram quam tradidiſtis. Et ſimilia huiuſmodi multa facitis.

b Et aduocans iterũ turbam dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare, ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ C coinquinant hominem. Siquis habet aures audiendi, audiat. Et cum introiſſet in domum a turba, interrogabant eum diſcipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic & vos imprudentes eſtis? Non intelligitis, qa oẽ extrinſec' introiens in hominem non poteſt eũ coinquinare, qa nõ intrat in cor eius, ſed in ventrẽ vadit, & in ſeceſſum exit purgãs omnes eſcas?

A vnde ſequitur. { Derelinquẽtes man. Dei te. tra. ho. bap. vrceorũ.} C H R Y. Vt aũt eos arguat tamq̃ Dei reuerentia non ſeruantes, pp traditionẽ a Senioribus factã diuinis ſcripturis oppoſitã ſubiũgit: { Moyſes.n. dixit: ho. pa. & ma. tu. & qui maled. pa. vel ma. morte moriatur.} B E D A: Honor in ſcripturis non tm̃ in ſalutatione, & officiis deferendis, quantum in eleæmoſyna, ac munerum collatione ſentitur. Honora, inquit, Apoſtolus viduas, q̃ vere viduæ ſunt. CHRY. Tali aũt exiſtente diuina lege, ac talib' miniſtris tranſgredientibus illatis, vos de leui diuinum tranſgredimini præceptũ, obſeruantes ſeniorũ traditiones. vnde ſequitur: { Vos autem di. Si dixe. hõ pa. & ma. corbam, quod eſt donum quodcumq; ex me tibi proderit. ſupple, liber erit ab obſeruatione præmiſſi mandati. vñ ſequitur. { Et vltra non dimit. eum quic. fa. pa. ſuo, aut matri.} T H E O. Volentes.n. Phariſæi quæ offerebãtur comedere, inſtruebant filios, ꝙ cũ peculia aliqua habebant, & parẽtes hec peterent, rñderent illis: Corbã. hoc eſt donũ quod a me petis, iam obtuli dño: & ita hæc non exquirerẽt, quaſi dño oblata. i. ad ſalutem parentum pficua, & ſic decipiebãt filios, vt parentes non honorarent, & ipſi oblata deuorarẽt. Hoc ergo dñs exprobrat eis, quia propter lucrum legem diuinam tranſgrediebantur. vnde D ſequitur: { Reſcin. verbum Dei per tradi. veſtram quam tra. & multa ſimilia huiuſmodi facitis}. ſ. trãſgredientes præcepta Dei, vt obſeruetis hominum traditiones. C H R Y. Vel poteſt dici, ꝙ Phariſæi iuuenes docebant, ꝙ ſi quis pro iniuria patri, aut matri illata munus offerat Deo: erat immunis, quaſi Deo dans munera, quæ patri debentur, & hoc dicentes parentes honorari non permittebant. B E D A: Poteſt autem & hunc breuiter habere ſenſum. Munus quod ex me eſt tibi proderit. Compellitis, inquit, filios vt dicant parentibus ſuis: Quodcumque donum oblaturus eram Deo: in tuos conſumo cibos, tibique prodeſt o pater, & mater, quaſi dicãt, non prodeſt, vt ſic illi timentes accipere quod Deo videbant mancipatum, inopem magis vellent vitam ducere, q̃ edere de conſecratis. H I E R O. Myſtice autem diſcipulos non lotis manibus manducare, futuram Gentium communionem ſignificat. Munditia, & baptiſma Phariſaicum ſterile eſt: communicatio non lota apoſtolica extendit palmites ſuos vſque ad mare.

E b ¶ C H R Y. Iudæis conſiderantibus corporalem munditiã legis, & de hac murmurantibus, dominus contrarium vult introducere. vnde dr̃. { Et aduo. iterum tur. di. illis. Audite me om. & intel. Nihil eſt extra ho. intro. in eum. quod poſ. eum coinquinare, ſed quæ de ho. proce. illa ſunt quæ coinqui. ho.} ideſt immundum faciunt. Ea enim quæ Chriſti ſunt intra hominem conſiderantur. ea vero quæ legis ſunt, magis cernuntur extra hominem, quibus quaſi corporalibus crux Chriſti finem in breui dare debebat. T H E O. Hoc autem dominus dicit volens inſtruere homines, ꝙ obſeruationes eſcarum quas lex commemorat non oportet corporaliter intelligere, & ex hoc intentionem legis eis manifeſtare incœpit. C H R Y. Subiungit autem: { Siquis habet aures au. aud.} Non enim manifeſte aperuerat quæ eſſent illa, quæ de homine procedebant, & hominẽ coinquinant, & propter hoc verbũ Apoſtoli crediderunt, ꝙ aliquod aliud profundum prædictus dñi ſermo innueret. vnde ſequitur. { Et cum intr. in do. a tur. inter. eũ diſci. eius para. Parabolam autẽ immanifeſtũ ſermonẽ vocabant.}

Universidad de Deusto Biblioteca

THEO.Dominus aũt prius increpat.vnde sequitur:{Et ait illis, Sic & vos impru.estis? BEDA:Vitiosus.n.est auditor,qui obscura manifeste,aut manifeste dicta obscure vult intelligere. THEO. Deinde dñs manifestat id quod erat occultũ,dicens:{Non intelli. quia oẽ ex.intro.in ho.non põt eum coinquinare. BEDA:Iudæi enim se partẽ Dei iactantes, cões cibos vocãt,quibus oẽs hoies vtũtur,vt ostrea,lepores, & huiusmodi animalia,nec etiam idolothytum inquãtum cibus,& Dei creatura est,sed dæmonum inuocatio hoc facit immundum. Et causam subdit,dicens:{Quia non introiit in cor eius. Aĩæ locus principalis iuxta Platonẽ in cerebro, sed iuxta Christũ in corde est. GLO. Dicitur ergo in cor eius.i.in mentem quæ est principalis pars animæ ex qua tota hoĩs vita dependet.vnde ſm eam necesse est hoiem mundum,vel immundũ æstimari.& sic ea quæ ad mentem non perueniunt,non possunt homini immundiciam afferre.Cibi ergo,quia ad mentem non perueniunt,ſm suam naturam hoiem inquinare non possunt, sed inordinatus ciborum vsus qui ex inordinatione prouenit mentis: ad H hominis immũdiciam perueniãt.Quòd autem cibi ad mentẽ non perueniant,ostendit id quod subdit,dicens:{ Sed in ven.vadit, & in secess. expur.omnes escas.}Hoc aũt dicit ne intelligatur,ꝙ inde ex cibis in corpore maneat.Manet.n.quod est necessarium ad corporis nutrimentum & augmentum. Egreditur autem quod est superfluum,quasi purgatio quædam interius remanentis nutrimenti. AVG.in lib.83.Quæst. Quidam enim sic accedunt, vt etiam mutẽt & mutẽtur, sicut & ipse cibus amittens speciẽ suam in corpus nostrum vertitur,& nos refecti in robur commutamur.Sed & tenuissimus humor,cum in venis & aliis arteriis cocta fuerit esca, & digesta,per occultos meatus quos Græci poros vocant, dilabit, & in secessum vadit. BEDA. Sic ergo cibi non faciunt homines immundos,sed malitia,quæ operatur passiones ab interioribus ꝓcedentes.vnde sequitur.{Dicebat autem,quoniam quę de ho.exe. illa coĩ ho.}CHRY.Cuius rationem significat,cum subdit.{Ab intus enim de cor.ho.cogi.ma.procedunt.} Et sic patet, ꝙ malę cogitationes ad mentem pertinent,quæ hic cor nominantur: secundum quam homo dicitur bonus vel malus, mundus vel immundus. BEDA: Hinc autem arguuntur qui cogitationes a diabolo immitti putant:non ex propria nasci voluntate. Diabolus incentor,& adiutor malarum cogitationum esse potest,& auctor esse nõ potest. GLO. Ex malis autem cogitationibus vlterius mali act⁹ procedũt,de quibus subditur:{Adulteria,} quæ in violatione alieni thori consistunt.{Fornicationes,}quæ sunt illiciti coitus personarum matrimonio solutarum.{Homicidia,}quibus in personas proximorum nocumentum infertur. {Furta,} quibus res subtrahuntur.{Auaritiæ,}inquantũ aliqua iniuste retinentur.{Nequitiæ,}quæ consistunt in proximorum calumniis. { Dolus, } in eorum deceptione.{impudicitię}quantum ad quamlibet corruptionem mentis,vel corporis. THEO.{ Oculus malus, }idest odium,& adulatio.nam qui odit, oculum malum & inuidum habet ad eum quẽ odit.& adulator non recto oculo videns quæ sunt proximi,ad malum ipsum deducit. { Blasphemiæ, } idest iniuriæ in Deum. { Superbia,}idest Dei contemptus, dum.s.quis bonum quod operatur non Deo,sed suæ virtuti ascribit.{Stultitia,} idest iniuria in proximum. GLO. Vel stultitia est cum non recte de Deo sentitur. Contrariatur enim sapientiæ, quæ est diuinarum rerum cognitio.Sequitur.{Omnia hæc ma.ab intus proce.& coi. ho.}Hoc enim in culpam homini imputatur quod in sua potestate existit. Talia autem sunt quæ procedunt ab interiori voluntate, per quam homo est suorum actuum dominus.

Quæst. 73.

Dicebat autẽ, quoniam illa quæ de homine exeunt,illa coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ,nequitiæ, dolus,impudicitiæ, oculus malus, blasphemiæ, superbia, & stultitia. Omnia hæc mala ab intus procedũt, & coinquinant hominem.

c Et inde surgens, abiit in fines Tyri & Sidonis.Et ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Mulier enim, statim vt audiuit de eo,cuius filia habebat spiritum immundũ, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier Gentilis Syrophenissa genere.Et rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius. Qui dixit illi:Sine prius G saturari filios. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit,& dixit illi: Vtique domine, nam & catelli comedunt sub mẽsa de micis puerorum. Et ait illi pp hunc sermonem, vade, exiit demonũ a filia tua.Et cũ abiisset domũ suã, inuenit puellã iacẽtẽ supra lectũ, & dæmoniũ exiisse.

c ¶ THEO. Postquàm de escis dñs docuerat, videns incredulos esse Iudæos,fines ingreditur Gentium.Iudæis enim infidelibus existentibus,salus ad Gentes conuertitur.vnde dicitur : { Et inde surgens abiit in fi.Tyr.& Sidon.} CHRY. Tyrus, & Sidon loca Chananæorum erant. Venit igitur ad eos dñs, non tanquam ad propinquos,sed tanquam ad eos,quibus nihil est cõe ad patres,q̃bus promissio facta est.Et ideo sic venit, vt aduẽtus suus Tyriis, & Sidoniis non appareret.vnde sequit:{ Et ingressus domum, nem. vo.scire.Nondum.n.tempus aduenerat,vt cum Gentibus habitaret,& eas ad fidem adduceret. huius.n.tempus debitum, erat post crucem & resurrectionem. F THEO.Vel ideo clam ingreditur,ne occasionem Iudæi sumerent contra eum, tamquàm ad immundas gentes transisset.Sequit.{Et non potuit latere.} AVG.de Quæst. no.& ve.te.Si autem voluit,& non potuit,infirmata voluntas eius esse videtur.Impossibile est autem,vt Saluatoris voluntas nõ impleatur, nec potest velle quod scit fieri non debere. Iccirco quod factum est, hoc voluisse dicendus est. Aduertendum est aũt ꝙ istud in finibus gestum est Gentilium, quibus adhuc temp⁹ prædicandi non erat, vltro tamen veniẽtes ad fidem, non suscipere inuidiæ erat.Sic ergo factum est, vt Saluator a discipulis proditus nõ esset, ab aliis tamen qui ingredientem domum viderãt, proditus est, & incœpit sciri ꝙ esset in domo.A suis ergo noluit prædicari,requiri aũt se voluit,& ita factum est. BEDA: Ingressus etiam domum præcepit discipulis, ne se cuiquam in regione ignota quis esset aperirent,vt exemplo eius discerent,quibus sanandi infirmos gratiã conferret.In exhibitione miraculorum humani fauoris gloriam quantum possent declinare,nec tamen a pio virtutis opere cessare,quando hoc fieri vel fides bonorum iuste mereret, vel infidelitas prauorum necessario cogeret.Ipse enim suum illo introitum Gentili fœminæ,& quibuscumque voluit publicauit. AVG. de Quæst.no.& ve.testam.Denique mulier Chananæa audiens de illo intrauit ad eum, quæ nisi prius subiecisset se Deo Iudæorum beneficium consecuta non esset, de qua sequitur. { Mulier enim statim,vt au.de eo.cuius fi.ha.spiri.immun.intra. & proci. ad pedes eius.} CHRY. Per hoc autem voluit dominus discipulis ostendere,ꝙ etiam gentibus aperuit ostium salutis. vnde & mulieris genus describitur,cum subditur:{erat enim mul.gen. Syroge.}idest de Syria phœnicis. sequitur.{Et rogabat eum,vt dæmonium eiiceret de filia eius.} AVG. de Consen.euan. Videtur autem afferre aliquam repugnantiæ quæstionem, quia dicit in domo fuisse dñm, cum ad illum venit mulier pro filia sua rogans. Sed quoniam Matthæus dicit discipulos domino, ita suggessisse. I Dimitte illam,quoniam clamat post nos. nihil aliud videtur significare quàm post ambulantem dominum mulierem illã deprecatorias voces emisisse.Qũo ergo in domo,nisi qa intelligendũ est dixisse quidẽ Marcũ,ꝙ intrauerit vbi erat Iesus, cũ eum ꝓdixisset fuisse in domo.Sed quia Matthæus ait:Non rñdit ei verbum.dedit agnoscere in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa,atque ita cætera contexuntur, quæ iam in nullo discordant. Sequitur. {Qui dixit illi:Sine prius saturari filios.}BEDA. Quasi d. futurum est,vt etiam vos qui de gentibus estis salutem consequamini:sed prius oportet Iudæos qui merito antiquę dilectionis filiorũ Dei solent noĩe cẽseri,pane cœlesti refici, & sic tandẽ gentibus vitæ pabula ministrari.Sequit.{Nõ est.n.bonũ sumere pa.fi.& mitte. ca.CHRY·Hoc aũt verbũ dixit:nõ ꝙ in eo sit defectus virtutis ad benefaciendum oĩbus,sed quia beneficium eius distributum Iudæis,& Gentibus,cõionẽ inter se non habentibus, ꝓuocationẽ magis operaret. K THEO.Canes vocat Gẽtiles, tamq̃ a Iudæis sceleratos reputatos.Panẽ vero dicit beneficiũ, qđ filiis.i. Iudæis dñs promisit. Est ergo sensus,ꝙ non deret Gentiles beneficij primo esse participes,qđ Iudæis principaliter promissum est. Ideo aũt dñs non statim exaudit,sed grãm differt,vt etiã ostendat mulieris fidẽ constantẽ,& vt discamus non statim deficere cũ oramus,sed vt insistamus donec recipiamus. CHRY. Similiter etiã,vt Iudæis ostẽret,ꝙ non æqualiter eis dabat,& alienigenis sanitatem,& vt patefacta mulieris fide:magis patefieret infidelitas Iudæorum. Mulier enim non grauiter tulit,sed vocẽ domini cũ multa reuerentia cõfirmauit.vnde sequit.{At illa respondit,& dixit ei. Vtiq; dñe. nã & catel.cõ.sub men.de micis puerorũ.}THEO. Quasi.d. Iudæi panem totum habent.s.descendentem de cœlo,& tua etiã beneficia ego micas postulo.s.modicã beneficii partem.CHRY.Quòd ergo in ordine canum se reputat,reuerentiæ est, q. d. ꝓ gratia habeo etiam in numero canum esse,& non ab aliena,sed a ꝓpria mẽsa comedere dominantis. THEO. Quia ergo mulier sapientissime respondebat, obtinuit qđ optabat. vnde sequit. { Et ait illi. Nõ dixit:virtus mea te saluam fecit, sed pp hunc sermonem.i.pp

fidem

Quæst. 77.

Lib. 2. c. 49.

prope dies Paschæ. hoc autẽ festum scenophegiæ, est multo post Pascha.et sic nihil eorum, quæ in quinq; mensibus intermediis per dominum facta sunt,recitat hic Euangelista.vt detur intelligi,quòd licet indeficiẽter signa faceret, vt patet infra vlt. illa præcipue studuerunt Euãgelistæ dicere, pro quibus aut querela aut contradictio à Iudæis subsequebatur. Consequenter cum dicit.

b PОnitur incitatio fratrum dñi. Et primo ponitur eorum admonitio. Secundo assignatur admonitiõis ratio ibi. {vt discipli tui,&c.} Tertio ab Euãgelista assignatur causa talis rationis,ibi. {Neque enim frẽs,&c.} Circa primũ, primo ponuntur incitãtes.vnde dicit. { Dixerunt autẽ ad eum fratres eius,} nõ carnales & vterini,vt Eluidius blasphemauit, quod abhorret fides catholica,ꝙ sanctissimus ille virgineus vterus, qui Deum protulit & hominem,protulisset postmodum alium hominem mortalem. Fratres ergo eius erant cognatione,quia ante consanguinei beatæ Mariæ virginis.hæc enim est consuetudo scripturæ, consanguineos appellare fratres. secundum illud Gen.13 Non sit quæso iurgium inter me & te,fratres enim sumus, cum tamen Loth nepos esset Abrahæ,& vt Augu.dicit. sicut in sepulchro vbi positũ fuerat corpus Dñi, nec ante,nec postea iacuit corpus,sic vterus Mariæ nec ante,nec postea quicquam mortale cõcepit. Sed quia aliqui de consanguineis beatæ virginis erant Apostoli,sicut filij Zebedęi,& Iacobi Alphei,& alij,ideo non est intelligendum quòd fuerunt de illis, qui incitauerunt Christum, sed illi fuerunt alij propinqui eius,qui Christum nõ diligebant.Secundo ponitur monitio eorum cum dicunt. {Transi hinc, } scilicet de Galilęa.{& vade in Iudęam:}vbi est Hierusalẽ locus solemnis, doctoribus conueniens. Amos 7. Qui vides, gradere in terram Iuda,& ibi comedes panem tuum, & prophetabis ibi. Rationem autem subdunt dicentes.

b Dixerunt aũt ad eum fratres eius: Trãsi hinc,&vade in Iudæã.
c Vt & discipuli tui videãt opera tua,quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit: & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.
d Neque enim fratres eius, credebant in eum.
e Dixit ergo eis Iesus. Tempus meũ nondum aduenit: tempus autẽ vestrum semper est paratũ.
f Non potest mũdus odisse vos, me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.
g Vos ascendite ad diem festũ hunc. Ego enim non ascendam ad diem festum istum,quia meũ tempus nondum impletum est.

c VBi ostendunt se primo inanis gloriæ cupidos. Secundo suspitiosos,& tertio incredulos.cupidos quidem inanis gloriæ ostendunt se,cum dicunt. {vt & discipuli tui videant,&c.} Patiebantur enim aliquid humani ad Christum, & volebant captare gloriam de honore humano, qui Christo exhiberetur à turbis,& ideo inducebant eum vt faceret opera sua in publico. est enim proprium inanis gloriæ cupidi,vt quicquid gloriosum sui,vel suorum fuerit,ostendatur in publico. Matt.6.Amant in synagogis,& in angulis platearum stantes orare, vt videãtur ab hominibus.de quibus dicitur.infr.eo. Dilexerũt magis gloriam hominum,q̃ Dei.Suspitiosos autem ostendunt se, et primo de formidine Christum notant,vnde dicunt ei. {Nemo quippe in occulto aliquid facit.}q.d.tu dicis te facere miracula,sed facis in occulto.& hoc ex timore,alioquin ires in Hierusalem,& faceres ea ibi coram multitudine.sed tamen Dñs dicit Matth.27.In occulto locutus sum nihil. Secundo notant eum de amore gloriæ, vnde dicunt.{& quærit ipse in palam esse,}q.d.tu quæris gloriã de his,quæ facis,& tamen propter timorẽ abscondis te. hoc est proprium malorum,vt credant alios similes eis animi passiones habere. vide quàm irreuerenter prudentia carnis verbum caro factũ arguebat.contra quos dicit Iob.15. Arguis eũ qui non est similis,&c.Incredulos ostendunt se esse cum dicunt.{Si hæc facis,manifesta teipsum mundo,}quasi sub dubio ponunt,an ipse miracula faciat.Isa.21.Qui incredulus est,infideliter agit. Causam autem quare sic loquebantur, subdit Euãgelista cum dicit.

d COntingit enim,quòd carnales consanguinei,maxime aduersantur suis,& inuident de bonis spiritualibus, & contemnunt eum,vnde dicit Aug. Christum consanguineum habere potuerunt,credere autem in eum in ipsa propinquitate fastidierunt. Mich.6 Inimici hominis domestici eius. Iob.19. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni dereliquerunt me proximi mei,&c. Consequenter cum dicit.

e POnitur Christi responsio,& primo, designat temporis ad ascendendũ indispositionem: secundo assignat dictorũ rationem,ibi {non potest mundus.} tertio ponit ascendendi recusationem,ibi.{Vos ascendite.Sciendum est aũt, ꝙ tota sequens litera aliter exponitur ſm Augu.& aliter ſm Chryso. Nam secundum Augu.fratres domini inuitabant eum ad humanã glo- A riam.Est autem tempus:quo sancti perueniunt ad gloriam, scilicet tempus futurũ,ad quã perueniũt per passiones & tribulationes.Sap.3 Tamquam aurum in fornace probauit,&c. Et in tempore erit respectus illorum. Aliud vero est tempus quo mundani gloriam suam acquirunt.s.tempus præsens. Sap.2.Non pręte reat nos flos temporis, &c. Voluit ergo dominus ostendere, quòd non quærebat gloriam huius temporis: sed ad celsitudinem gloriæ cœlestis passionem & humilitatem suam volebat peruenire: Luc. vlt. Oportuit Christum pati, & intrare in gloriã suã, & ideo dicit eis.s.fratribus.{ Tempus meũ. }.i.tempus gloriæ meæ { nondũ venit. } quia oportet ꝙ tristitia conuertat in gaudium. Rom.8. nõ sunt cõdignæ passiones,&c.} Sed tempus vestrum. }.i.mundi gloria { semper est paratum.} Rationem huius diuersitatis tpis assignat cum dicit.

LECTIO II.

B Haec cum dixisset : ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderũt fratres eius, tũc & ipse ascendit ad diem festum,non manifeste, sed quasi in occulto.

f IDeo enim mundabi habent tempus gloriæ paratum:quia eadem amant quæ mundus amat,& mundo consentiunt. Sancti vero qui quęrunt gloriam spiritualẽ,non habẽt hoc tẽpus paratum, quia quærunt quę mundo displicent.s.paupertatẽ,luctũ, esuriem,& huiusmodi. Vituperant etiam quæ mũdus amat, imo C ipsum mundum contemnunt. Gal.vlti. Mihi mundus crucifixus est,& ego mundo,& ideo dicit.{ Nõ potest mundus odisse vos. } quasi diceret.Ideo paratum est tẽpus glorię vestræ:quia mundus non odit vos,qui conuenitis cũ eo.Et omne animal diligit sibi simile.{ Sed me odit} & ideo tẽpus meũ non semp est paratũ & ratio odij est { qa ego testimoniũ perhibeo de illo. }.s. mũdo. {qa opera eius mala sunt.} .i.non prætermitto mundanos homines redarguere, licet sciam ex hoc odiũ incurrere, & mortẽ intẽtari. Amos.5. Odio habuerunt corripientẽ in porta illi.s.qui amant malitiã.Et pro.9.Noli arguere derisorẽ.Sed numquid nõ mundani aliqui odio habẽtur à mundo.i.ab alio mũdano?Respõsio. Dicendũ,ꝙ in particulari mũdanus quidẽ vnus habet odio ab alio, inquantũ habet ea quę ipse vellet habere, vel impedit eũ in his quę sunt de gloria mũdi, sed inquãtũ mũdanus,nullus odit a mũdo.Sancti vero vniuersaliter odiunt a mundo,qa contrariant ei. & si aliqs de mũdo eos diligat, hoc nõ ẽ inquãtũ est de mũdo,sed D inquãtũ est in eo aliqd spũale. Recusat aũt dñs ascẽdere cũ dicit.

g SIcut enim sunt duæ gloriæ,ita duo diuersa festa. Mũdani.n. habent festa temporalia scilicet gaudere,& epulari:& huiusmodi exteriores delitias. Isa.22. Vocauit dñs ad lamentum,&c. Et ecce gaudium. Isa.2.Solemnitates vestras,&c.Sancti vero habent festa spiritualia : quæ in delectationibus spiritus cõsistunt. Isa.32.Respice Syon ciuitatẽ solemnitatis vestræ,&c.& ideo dicit. Vos qui gloriã mũdi quæritis { ascendite ad diẽ festũ hũc. } idest ad festa lætitiæ tẽporalis. {Ego aũt non ascendã ad diẽ festũ istum.} sed ad diẽ festũ solẽnitatis ęternę Et hoc, { quia meũ tẽpus. }.i.gloriæ veræ,qđ erit permanẽs in æternũ,gaudiũ sine fine, æternitas sine labore, claritas sine nube.{ nondũ impletum est.} Secundum Chryso.seruata eadẽ diuisione exponitur sic, scilicet quòd fratres domini conspirauerãt in mortem Christi cum Iudæis. Vnde inducebant eum ad eundum,volentes eum prodere, & tradere Iudæis.& ideo dicit.{ Tempus meum.} scilicet crucis & mortis. { nondum aduenit.} vt vadam in Iudæam & occidar. E { Tempus autem vestrum semper est paratum.} quia sine periculo conuersari poteritis cum eis.Et huius ratio est {quia non possunt odire vos.} zelantes eadem, & amantes cum eis. Me autem odit,&c.Per quòd patet, ꝙ Iudæi non pp solutionem sabbati, sed propter publicã redargutionem me odiunt.{Vos ergo ascendite ad diem festum hunc .} scilicet ad principiũ festi. nam septẽ diebus celebrabatur: vt dictũ est.Ego autem non ascendã,&c. } scilicet vobiscum.s.ad principium festi.{Quia nondum tẽpus meũ est impletum.} in quo patiar. nam in futuro Pascha crucifigendus erat. Ideo aũt non ascendit cũ eis, vt posset magis latere,&c.

LECTIO II.

POstquam egit Euãgelista de incitatione quã cognati dñi inducebant Christum vt ascenderet in Iudæam, et posuit Christi responsionẽ,hic consequenter agit de ascensu eius.Et primo ponit dilatio ascẽsus Christi, secundo : ordo eius: tertio ascensionis modus. Dilatio quidem

Tho.super Ioan.

ponitur cum dicit. {hæc cum dixisset,} scilicet, quæ respondit. {manſit ipſe in Galilæa.} non ascendens cum cognatis ad diem festum, vt verificaretur verbum suũ, quod dixerat. Ego nõ ascendam, &c. Num. 23. Non est Deus vt homo, vt mentiatur, neque vt filius hominis vt mutetur. Ordo vero eius ponitur cum dicit {vt autẽ ascenderunt fratres eius} i. cognati, {tunc ipſe ascendit, &c.} Sed hoc videtur cõtrà illud, quod supra dixit. {Ego autẽ non ascendam.} cum Apostolus dicat. 2. Cor. 1. Christus Iesus, qui in vobis prædicatus est p nos, nõ fuit in illo, est & nõ, sed est in illo est. Respõdeo dicendum primo, q festũ scenophegiæ septem diebus agebatur, vt dictum est, Dns autẽ dixit supra, Ego autem non ascendam ad diem festum. i. ad principium festi. Hoc autem quod hic dicitur ad diem festum, intelligendum est quãtum ad intermedios dies: vnde & sequitur. Iam autem die festo mediante. Et sic patet, q factum Christi non contrariatur eius dicto. Secundo vero, vt Aug. dicit. Isti volebant, q Christus ascenderet in Iudæam, vt quæsiturus gloriã temporalem. Et sic dixit eis. Non ascendam ad diem festum hunc, hoc modo sicut vos vultis: sed ipse ascendit ad diem festũ, quasi doctурus turbas: & instructurus de gloria sempiterna. Tertio secundum Chryso. quia supra dixit. Non ascendam ad diem festum hunc passurus, & morturus, vt ipsi volebant, & cũ ipse ascendit ad diem festum non vt pateretur: sed vt alios erudiat. modus ascẽsus ostenditur, {non in manifesto: sed quasi in occulto.} & huius ratio triplex est. vna ſm Chryſoſt. nẽ magis suam diuinitatem denudans, incarnatio eius minus certa esset, vt dictum est supra. Et vt auferat verecundiam latendi iustis hominibus, qñ non possunt persecutores suos publice detinere. & ideo dicit {quasi in occulto.} vt ostendat hoc esse dispensatione factum. Isa. 45. Vere tu es Deus absconditus. alia ſm Augu. vt. ſ. daretur intelligi, q Christus occultus est in figuris veteris testamenti. Isa. 9. Expectauit dñm, qui abscondit faciem. i. manifestam notitiam suam à domo Iacob. vnde & vsq; in hodiernũ diem velamen habent positũ, &c. vt dicitur. 2. Cor. 3. Ideo omnia quæ dicta sunt antiquo populo illi, vmbræ fuerunt futurorum bonorum, vt dicitur. Heb. 10. Vt ergo ostendat, q etiam ipsum festum esset figura. ideo ascendit in occulto. Scenophegia, vt dictum est, erat festum tabernaculorum. Ille ergo hoc festum celebrat, qui se in mundo isto intelligit peregrinum. alia ratio est, vt doceat nos bona, quæ facimus occultare debere, non quærentes fauorem hominum, nec pompas stipantium turbarum desiderantes, secundum illud Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Consequenter cum dicit.

b Iudæi ergo quærebãt eum in die festo, & dicebant, vbi est ille? Et murmur multus erat inturba de eo. quidam enim dicebãt: quia bonus est, alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo, propter metũ Iudæorũ.

c Iam autem die festo mediante, ascẽdit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas sci t, cum non didicerit?

d Respondit autem Iesus & dixit. Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.

b Ponit occasioné manifestandi originẽ doctrinæ spiritualis. & ponit duas occasiones. vnã cauſatam ex dissensione turbarum. aliã ex admiratione earum, ibi. {Iam autẽ die festo, &c.} Dissensio turbarũ erat circa opinionem de Christo. vnde circa hoc tria facit. Primo proponit id in quo omnes conueniebant. Secundo illud in quo differebant ibi. {Et murmur multus, &c.} Tertio quorũ opinio inter eos prævalebat ibi {nemo tamẽ, &c.} Conueniebant autem oẽs in hoc, q {quærebant eũ in die festo, & dicebant. Vbi est ille?} Patet q ex multo odio, & inimicitia, neq; eum nominare volebant. Gen. 37. Oderant eum, nec poterant, &c. Differebant autẽ, quia quidam quærebant desiderio addiscendi, ſm illud Psal. 88. Quærite eum, & viuet anima vestra. alij quærebant eum desiderio malignandi ſm illud Psalm. 139. Quærunt animã meam vt auferant eam. & ideo {murmur erat multus in turba.} de contentione, quæ erat {de eo} in turba. & licet murmur sit generis neutri, tamẽ Hieronymus ponit in masculino, quia hoc habebat antiqua grãmatica. vel vt ostendat diuinã scripturã non subiacere regulis Prisciani. {Erat dissensio.} quia quidam de turba illi. ſ. qui habebant rectum cor {dicebant} de Christo {quia bonus est.} Psal. 72. Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Tren. 3. Bonus est dns sperãtibus in eũ animæ quærenti illum. {Alij} ſ. qui erant male dispositi {dicebant non} ſ. non est bonus. Datur autẽ per hoc intelligi, q multitudo opinabatur eum bonum: sed principes facerdotum opinabantur eũ malum. & ideo dicũt {sed seducit turbas.} Luc. 22. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Matt. 23. Recordati sumus, q seductor ille dixit, &c. Sciẽdum est autẽ, q seducere est seorsum ducere. potest autẽ homo duci seorsum, vel à veritate vel à falsitate. & vtroq; modo potest dici aliqs seductor, vel inquantum seorsum ducit à veritate, & hoc modo non cõpetit Christo, quia ipse est veritas. &c. infra, 8. Vel à falsitate, & hoc modo Christus seductor dicitur. Hie. 20. Seduxisti me domine & seductus sum, &c. Et vtinã sic omnes seductores vocemur & simus, vt dicit Aug. Magis autem seductor dicitur qui à veritate seducit & decipit, quia ille dicitur seorsum duci: qui trahitur à via communi. Veritas autem communis via est. heresis vero & via malorum, diuerticula quędã sunt. Prævalet autem opinio malorum, scilicet principum sacerdorum. Vñ sequitur. {Nemo tamen palã loquebatur.} Et hoc, qui turbæ comprimẽbatur propter metum principũ sacerdotum. quia vt dicitur infra 8. Si quis confiteret ipsum esse Christũ, extra synagogã fiebat. Ex quo patet, eorũ qui principabant malitia, qua Christo insidiabantur, et eorum qui subijciantur. ſ. plebis, quia non habebant libertatẽ dicendi quod sentiunt. Consequenter cũ dicit.

c Ponitur secunda occasio manifestandi doctrinam, quæ sumitur ex admiratione turbarum, & primo ponitur admirationis materia. Secundo ipsa admiratio. Et tertio admirationis ratio. Materia quidem admirationis est doctrina Christi, vnde & circa hanc ponitur & tempus, & locus. Tempus cum dicit. {Iam autem die festo mediante.} idest cũ illius festi tot dies remanssent, quot effluxerãt. Vnde cum septem diebus ageretur festum dicitur hoc fuisse quarto die, & quidem in hoc, q se occultauit humanitatis Christi est indicium, & nostrę virtutis documentũ vt dictum est. Hoc autem q se propalauit, nec eum tenere potuerunt: diuinitatis est ostensuum. Ideo autem in medio festiuitatis tempore ascendit: quia in principio festi omnes magis attenti sunt his quæ festi sunt. Boni quidẽ ad cultũ Dei, alij vero ad vanitates, & ad lucra. Sed circa medium tẽporis his quæ festi sunt expeditis, magis parati sunt ad doctrinam. Vt ergo eos attentiores, & parationes ad doctrinam inueniret, non in primis diebus ascendit. Similiter etiam quia hoc cõgruit ordini doctrinæ Christi, quia nõ in fine mundi nec in principio, sed in medio tempore venit instruere homines de regno Dei: secundum Abacuc 3. In medio annorum notum facies. Locus autem doctrinæ ostenditur cum dicit {in templũ.} vbi docebat propter duo. ſ. vt ostenderet se docere veritatem quam calumniari nõ poterant, & quæ erat omnibus necessaria infra 18. Ego in occulto locutus sum nihil. Secundo vero quia templum cum sit locus sacer conueniens est doctrinæ Christi sanctissimæ. Isa 2. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit, &c. Quid autem doceret Christus: prætermittit Euangelista, quia vt dictum est, non omnia facta, & verba dñi exprimunt Euangelistæ: sed ea quæ commotionem, & contradictionem in populo faciebant. Et ideo hic mentionem facit de commotione populi ex ipsa doctrina quia scilicet quí ante dixerãt, seducit turbas, postea ex ipsa doctrina admiratione mouentur. Et ideo consequenter cum dicit {& mirabantur Iudæi.} ponitur ipsorum admiratio. nec mirũ, quia hoc dicit in Psal. 118. Mirabilia testimonia tua. Verba. n. Christi, verba sunt sapientiæ diuinæ. Ratio autẽ admirationis subditur cum dicit. {Quomodo hic literas scit, cum nõ didicerit?} Sciebant enim Iesum filium esse pauperis mulieris, & putabatur filius fabri, qui de labore suo viuens, non insisteret studio literarum, sed potius operi manuali: secundum illud Psal. 87. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Et ideo cum audiunt eum docere, & disputare mirantur dicentes. {Quomodo hic literas scit, &c.} Simile habetur Matth. 13. Vnde huic sapientia & virtutes, nonne hic est filius fabri? &c.

d Posito loco, & occasionibus manifestandi doctrinæ spiritualis originem. hic consequenter ipsius doctrinæ originẽ manifestat. Et primo ostendit originem spiritualis doctrinæ esse a Deo. Secundo inuitat ad susceptionem eius ibi. {In nouissimo magnæ festiuitatis die, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit originem doctrinæ: secundo originem docẽtis. ibi. {Dicebant ergo quidam, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit originem doctrinę. Secundo excludit obiectionem ibi. {Non ne Moyses, &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit originem doctrinæ. Secundo probat ibi. {Si quis voluerit, &c.} Dicit ergo. {Respondit eis Iesus & dixit} q. d. Vos admiramini vnde habeam scientiam: sed ego dico, quod mea doctrina nõ est mea. Si dixisset doctrina, quam ego dico non est mea, nulla esset quæstio. sed quod dicit {mea non est mea} videtur contradictionẽ implicare, sed hoc soluitur, quia hoc dicit esse huius multiplicitẽr. Vnde sua doctrina aliquo modo potest dici sua, & aliquo modo non sua. Si enim intelligatur de Christo filio Dei, sic cum doctrina vniuscuiusque nihil aliud sit quàm verbum. Filius autem Dei

A Deprehensi a Christo fierent meliores, & ad virtutis Christi notitiam peruenirent. Sequitur enim {Et præcipiebant eis dicẽs. Videte & cauete a fer. pha. & ferm. Hero.} CHRY. Matthæus dicit a fermento Phariſæorum & Saducęorum. Lucas vero Phariſæorum solum. Tres ergo Phariſæos nominant, quasi principales. Matthæus vero, & Marcus sibi secundarios diuiserunt. Cõgrue autẽ Marcus posuit Herodis, quasi relictis a Matthæo Herodianis in supplemẽtum narrationis ipsi. Hoc autẽ dicens, paulatim inducit discipulos ad sensum, & fidẽ. THEO. Fermento Phariſæorum, & Herodianorũ vocat doctrinam eorum quasi damnosam & corruptiuam, & malitia veteri plenam. Herodiani enim doctores erãt, qui Herodem Christum esse dicebant. BEDA: Vel fermentum Phariſæorum est decreta legis diuinæ traditionibus hominũ postponere, legẽ verbis prædicare, & factis impugnare: dominum tentare, doctrinæ eius, aut operibus nõ credere. Fermentum autem Herodis est adulterium, homicidium, temeritas iurandi, simulatio religionis, & odium in Christum, & pcursorem eius. THEO. Ipsi autem discipuli de fermento, panũ dixisse dominum putauerunt. vnde sequitur. {Et cog. ad al. di. quia pa, non ha.} Hoc autem dicebant, quasi non intelligentes Christi virtutem, q poterat panes facere ex non ente. vnde dominus eos reprehendit. Sequitur. n. {Quo cog. Iesus ait il. Quid cogi. quia pa. non habetis? BEDA: Per occasionem autem præcepti quod saluator iusserat, dicens} Cauete a fermento Phari. & ferm. Hero. docet eos quid significent quinque panes, & septem, de quibus subdit: {Nec recordi. qñ quinque panes fregi, &c.} Si. n. fermentum prædictum traditiones peruersas significaret, quare cibi quibus nutritus est populus Dei, non veram doctrinam significet?

c ¶ GLO. Post refectionem turbarum euangelista de illuminatione cæci subiungit dicens: {Et veniunt Bethsaidã & addu. ei cæ. & roga. eum, vt illum tangeret.} BEDA: Scientes quia tactus domini sicut leprosum mundare: ita cæcum illuminare valeret. Sequitur. {Et app. ma. cæ. edu. eum extra vicum. THEO. Videtur. nãque Bethsaida multa infidelitate fuisse infecta. vnde dominus exprobrat ei, væh tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone, &c. In hac ergo adductum cæcum extra vicum educit: non enim erat vera adducentium fides. Sequitur. {Et expu. in ocu. eius impo. ma. suis interro. eum si. ali. vide. CHRY. Spuit quidem & manus imponit cæco, volens ostendere, q verbum diuinum operationi adiunctum mirabiliter proficit. Manus enim operationis est ostensiua, sputum vero sermonis ex ore prolati. Interrogat autem si aliquid videret, quod in aliis sanctis non fecit, significans propter imperfectam adducentium fidem, ac ipsius cæci oculos eius non esse omnino apertos. vnde sequit. {Et aspi. ait: Video ho. ve. arbo. am.} Quia enim in infidelitate adhuc detinebatur, obscure se videre homines declarabat. BEDA: Formã quidẽ corporum inter vmbras aspiciens, sed nulla membrorum lineamenta visu adhuc caligante discernere valens, quales condẽsę arbores a longe speciantibus, vel in luce nocturna solent apparere: ita vt non facile, arbor an homo sit possit dinosci. THEO. Ideo autem non statim eum imperfecte facit videre. sed in parte quia nõ perfectã fidẽ habebat. Nam secundum fidem datur medela. CHRY. Deducit autẽ eum ab initio sensus redditi in fidei apprehensionem, & sic fecit eũ per fecte videre. vnde sequitur. {Deinde iterum imponit. man. super ocu. eius, & cœpit videre.} Et postea subiungit: {Et resti. ita vt vicla. omnia sensu. ſ. & intellectu perfecte curatus.} Sequitur: {Misit eum in do. ſu. di. Vade in domum tu. & ſi in vicum intro. ne. dixe. THEO. Hoc quidem præcepit ei, quia infideles erant, vt dictum est, ne forte ab eis in anima læderetur, & ipsi non credentes grauius crimen incurrant. BEDA super Lucam. Vel exemplum suis tribuit ne de his quæ faciunt mirandis, fauorem vulgi requirant. Mystice autem Bethsaida domus vallis interpretatur, idest mundus qui est vallis lachrymarum. {Adducunt autem ad dñm cæcum} i. qui non videt quid fuit, quid est, & quid erit. {Rogant illum, vt eum tangeret.} Quis. n. est qui tangitur, nisi qui compũgitur? BEDA: Tangit. n. eos dominus cum mente affatu sui ſpũs illustrat, atque ad agnitionem nos proprię infirmitatis studium, bonæ actionis accendit. {Apprehendit manũ cæci, vt eum ad executionem bonæ operationis confortaret.} HIERO. Et eduxit eum extra vicum. i. vi cinitatem malorum. {Expuit autẽ in oculos eius,} vt videat vo luntatem dñi per flatũ spiritusſancti. Impositis autẽ manibus interrogat eum si videret, quia per operã dñi videtur maiestas eius. BEDA. Vel expuens in oculos cæci imponit manus suas, vt videat, quia cæcitatem humani generis, & p inuisibilia dona, & per sacramenta assumptæ humanitatis exterſit. Sputum. ni. quod de capite hois procedit: gratiam ſpiritusſancti designat. Sed quem vno verbo totũ simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix & quasi p gradus ad lucẽ redeat. Et gr̃am suã nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adsumuat. Quilquis autẽ ita longi tpis obscuritate depræſsus est, vt inter bonum & malum discernere nesciat, quasi ambulantes hoies instar arborũ cernit, quia facta multitudinis absque luce dilectionis videt. HIE. Vel videt homines velut arbores, quia omnes homines existimat se superiores. {Iterum autem manus posuit super oculos eius,} vt videret clare omnia, i. per opa visibilia inuisibilia intelligeret, & quæ oculus non vidit, & clarum animæ suæ statum post rubiginem peccati mundi cordis oculo contueretur. {Misit eum in domum suam, idest cor suum, vt videret in se quod ante non vidit. Non enim putat homo desperans de salute omnino posse, quod illuminatus facile poteſt perficere. THEO. Vel postquam sanauit mittit in domum, nam domus vniuscuiusque nostrum cælum est, & mansiones quæ sunt in eo. HIERO. Dicit autem ei: {Et si in vicum introi. nemini dixeris. i. vicinis cæcitatem tuam semper enarra, non virtutem.

d ¶ THEO. Postquam eduxit longe a Iudæis discipulos suos, tunc de seipso interrogat, vt non timentes Iudæos respõdeant veritatem. vnde dicitur: {Et ingressus est Iesus, & discipuli eius in castellum Cæsa. phi.} HIERO. super Matthæum cap. 16. Philippus iste fuit frater Herodis de quo supra diximus, qui in honorem Tyberii Cæsaris Cæsaream Philippi, quæ nunc Paneas dicitur appellauit. Sequitur: {Et in via inter. disci. di. Quem me dicunt esse homines?} CHRY. Sciens quidẽ interrogat, quia decebat, vt discipuli qñq; eum melius laudarent q̃ turbæ. BEDA. Vnde primum hominũ sententiam interrogat, discipulorũ fidem exploraturus, ne illorũ cõfessio vulgi videretur opinione firmata. Sequit: {Cui resp. illi dicen. Alii Io. bap. alii Heliam, alii vero quasi vnum de prophetis. THEO. Multi namque putabant q̃ Ioannes a mortuis resurrexisset, sicut & Herodes credebat, & post resurrectionem suã miracula perpetrasset. Postquã vero ab eis scisciatus est aliorum sũspitionem, ipsos interrogat quid de hoc in eorũ mẽte consistat. vnde sequitur: {Tunc dicit illis: Vos vero quẽ me esse dicitis?} CHRY. Ex ipso autẽ interrogationis modo, in maiorem eos reducit sensum ad maius aliquid a stimandum de eo, ne cum turbis conueniant. Quid vero vertex discipulorũ os apostolorũ interrogatis omnibus respõderit, manifestatur cũ subditur: {Rndens Petrus ait ei: Tu es Christus, THEO. Confitet quidẽ illũ esse Christũ a prophetis denunciatũ. Sed quid ad cõfessionem Petri rnderit dns & qualiter ipsum beatificauit: Marcus euangelista pertransit, ne hmõi narrando, Petro suo magistro gratia præstare videretur: Matthæus autẽ hoc plãe pertractat. ORIG. sup Matth. Vel quia Marcus, & Lucas scripserũt Petrũ respondentẽ; Tu es Christus, nõ adiicientes quod positũ est in Matthæo: Filius Dei viui. propterea non scripserunt ad confessionẽ relata beatitudinẽ. Sequitur: {Et commi. est il. ne cui di. de illo. THEO. Volebat enim interim suam gloriam occultare, ne multi scandalizarentur de eo, & pœnam mererentur maiorẽ. CHRY. Vel vt scandalo crucis cõpleto purã infigat fidem in mente eorum. prius

Universidad de Deusto Biblioteca

enim passione perfecta,circa ascensionem dixit eis: Euntes docete omnes gentes. THEO. Postquam autem dominus confessionem discipulorum acceptauit dicentium verum Deum, tunc ipsis reuelat crucis mysteriū. vnde sequitur: {Et cœpit docere eos,quoniam oportet filium hominis multa pati, & repro.a seni.& a sum. sacer. & scri. & occi. & post tres dies resurgere. Et palam verbum loquebatur,} scilicet de futura passione. Non autem intelligebant discipuli ordinem veritatis, neq; resurrectionem comprehendere poterāt, sed putabant esse melius, quòd non pateretur. CHRY. Prædixerat tamē hoc eis dominus hac occasione, vt ostéderet quòd oporteret post crucē & resurrectionē Christum a testibus prædicari. Rursus Petrus existens feruidus, solus de his sumit audaciam disputādi. vnde sequitur:{Et apprehendens eum Petrus,cœpit increpare eū : Domine propitius esto tibi,nam hoc non erit.} Hoc autem amantis affectu & optantis dixit,quasi diceret : Hoc non potest fieri,nec recipiunt aures meæ,vt Dei filius occidendus sit. CHRY. Quid est autem hoc,ꝙ Petrus qui reuelatione patris potitus erat sic velociter cecidit & instabilis est effectus?Sed dicimus non esse mirū si hoc ignorauit,qui de passione reuelationem non accepit.Quòd enim Christus filius Dei viui esset, reuelatione dedicerat, mysterium vero crucis & resurrectionis nondum ei fuerat reuelatum. Ipse vero ostendens quòd oporteret eum ad passionem venire,Petrum increpauit.vnde sequitur: {Qui conuer.vi.di.suos & cōmi. est Petro dicens.Vade retro me Sathana.} THEO. Dominus namque volens ostendere, ꝙ propter salutem hominum debebat eius passio fieri,& ꝙ solus Sathanas Christum pati nolebat, vt genus non saluaretur humanum, Petrum Sathanam nominauit, eo ꝙ saperet quæ sunt Sathanæ,nolés Christum pati, sed aduersans eidem.Sathanas enim aduersarius interpretatur. CHRY. Dęmoni autem ipsum tentanti non ait:{Vade post me,sed Petro dicit:{Vade retro me.i.sequere me,& voluntario meę passionis consilio non resistas.Sequitur:{Qm̄ non sa. ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. THEO. Quæ hominum sunt dicit Petrum sapere ꝭm ꝙ affectiones carnales quodammodo sapiebat, volebat enim Petrus,ꝙ sibi Christus præstaret requiem & non crucifigeretur.

e ¶ BEDA. Postquam discipulis mysterium suæ passionis & resurrectionis ostendit,hortatur eos vnà cum turba ad sequendū suæ passionis exemplum.vnde sequitur:{Et con.tur. cum discipulis suis dixit eis:Siquis vult post me sequi, deneget semetipsum. CHRY. Quasi diceret ad Petrum: Tu quidem increpas me passionem sustinere volentem,ego autē dico tibi, ꝙ nō solum prohibere me pati nociuum est:sed neque saluari poteris nisi ipse moriaris. Dicit aūt: {Siquis}vult post me sequi.} q.d.ad bona voco, quæ quis velle debet,non ad mala & grauia vt cogaris.Qui enim infert violentiā frequenter impedit, qui vero auditorē in libertatem dimittit,magis attrahit ipsum. Aliquis autem abnegat seipsum, cū nullā sui corporis curā habet,vt siue flagelletur,siue aliquid simile patiatur,sustineat patienter. THEO. Nam sicut qui abnegat alterum videlicet fratrē, aut patrem, quāuis ille vulnere & moriat, non cōpatitur neque condolet ei,sic & nos debemus spernere corpus nostrū,vt si vulnerari cōtingat, vel aliqd sīle pati, nō curem⁹. CHRY. Non aūt ait,ꝙ parcat sibiipsi:sed ꝙ amplius est ꝙ abneget semetipsum quasi nihil cōe ad se habeat, sed periculis exponat,& circa ea sic disponat,ac si alius pateret, & hoc est sibiipsi parcere,qa patres tūc liberis suis ignoscūt,cū tradentes eos doctorib⁹ illis iubent non parci.Vsquequo aūt oporteat seipsum abnegare ostendit cū subdit.{Et tollat crucē suā.}q.d.vsque ad mortē exprobrabilissimam. THEO. Nā tunc crux exprobrabilis videbat, quia in ea malefici figebantur. HIERO. Vel aliter,Sicut gubernator peritus tempestatē in tranquillitate præcauens,nautas suos vult esse paratos,ita & dn̄s dicit:{Siquis vult me sequi,deneget semetipsum.i.alter ex altero fiat· BEDA. Tūc enim nosipsos abnegamus cū vitam⁹ quod ꝑ vetustatē fuimus,& ad hoc nitimur,qđ ꝑ nouitatē vocamur.Crux aūt tollit, cū aut ꝑ abstinentiā affligit corpus,aut ꝑ cōpassionē proximi affligit animus. THEO. Quia vero post crucē virtutē aliā nos hr̄e oportet,adiecit:Et sequat me.

cerdotibus, & Scribis occidi, & post tres dies resurgere,& palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eū:Domine propitius esto tibi:nam hoc non erit. Qui conuersus & videns discipulos suos comminatus est Petro dicens: Vade retro me Sathana, G quoniam nō sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

e Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: Siquis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suā saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me,& euangelium,saluam faciet eā. Quid enim proderit homini si lucretur totum mundum & detrimentum animæ suæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit ꝓ anima sua? Qui enim me confessus fuerit & verba mea in generatione ista adultera, & peccatrice,& filius hominis confitebitur eum cum venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis: Amen dico vobis, qa sunt quidā de hic stātibus qui nō gustabunt mortē donec videant regnum Dei veniētis in virtute.

F CHRY. Hoc autē dicit,quia contingit aliquem patientem non sequi Christum,cum s.aliquis non patitur ꝑꝑ Christū. {Sequitur enim Chr̄m,qui post eū ambulat,qui morti eius se cōformat,principes etiā & ꝑtātes contēnens sub quibus ante Chri aduētū peccabat.Sequit.{Qui.n. vo.ani.su.sal.sa.ꝑ ea. Qui aūt ꝑ ani.su. prop. me.& ꝑꝑ euan.sal.sa. ea.q.d. Hæc vobis mā do quasi vobis parcēs etenim qui filio suo, parcit perdit eū, qui vero nō percit saluat. Oportet ergo nos esse ad mortē continue ꝑparatos. Si.n.in materialibus præliis qui paratus est ad mortē melior est aliis, nullo post mortem eum resuscitare valente,multo magis in spiritualibus prēliis cum spes tanta resurrectionis existat, {ꝙ qui ponit aiam suā in mortē,saluā facit eā.} REMI. Aia aūt hoc loco itelligenda est vita ꝑsens non aūt ipsa substantia aiæ.CHRY.Quia ergo dixerat.{Qui vo.ani.su.sal.fa.ꝑ eā.} ne qs ꝑditionē hāc & salutē illā ęstimet a qualē,subiungit.{Quid .n.pro ho.si lu.to.mun.& detri.fa.aiæ suæ? Aut quā da. hō.cōmu. ꝑ aia sua?q.d.ne dicas qm̄ aīam suā saluauit,q crucis effugit ꝑicula.Qn̄.n.cum aia sua.i.vita ista lucrat aliquis orbē terræ,quid amplius erit ei aia pereunte? Nūquid aliā habet aīam ꝑ aia dare?Precium.n.pro domo pōt aliquis cōmutare, aīam vero perdens,aliam aiam dare nō pōt.Caute aūt dicit.{Aut quā cōmu.da ho. Deus.n. ꝑꝑ nr̄am salutem dedit cōmutationē præciosum sanguinem Iesu H Christi. BEDA:Vel hoc dicit,quia persecutionis tꝑe ponenda est aia:pacis aūt tꝑe frangenda sunt desideria terrena,qđ significat, cū dicit.{Quid.n.proderit hōi &c.}Plerūq; aūt verecundię vsu ꝑpedimur,vt rectitudinē quā seruam⁹ in mēte nō exprimere valeamus in voce.Et iō subdit{. Qui.n.me cō.fu. & vir.me.in gene. ista adul.& pecc.& fi.ho.confi.eum:cum ve.in glo.pa.su.cum ang. su.} THEO.Non.n.est sufficiens fides quæ solū in mente cōsistit, sed & oris cōfessionē dn̄s requirit:sanctificata.n.ꝑ fidē aia,debet & corpus ꝑ cōfessionē sctificari. CHRY.Qui aūt hic didicit subiecit se cū desiderio ad hoc,ꝙ sine cōfusiōe Chr̄m cōfiteat. {Dr̄ aūt adultera gn̄atio,q̄ Deū verū aiæ spōsum dereliqt,& nō est secuta Chri doctrinā,sed dæmonib⁹ ꝓstrata,semina impietatis suscepit,ꝑꝑ qđ & peccatrix dr̄. Qui ergo inter hos Chri dn̄atione negauerit, & I verba Dei in euangelio reuelata,dignā impietatis pœnā suscipiet: audiens in secundo aduentu:Nō noui vos.THEO.Qui ergo cōfessus fuerit crucifixū esse suū Deū, & ipse cōfitebit illum non hic vbi Chr̄s reputat pauꝑ & miser,sed cū gloria,& cū multitudine angelorū. GRE.in Ho. Sunt aūt nōnulli qui Chr̄m iō cōfitent, quia cunctos Chr̄ianos esse cōspiciunt. Nō ergo ad ꝓbationē fidei vox sufficit quā defendit a verecundia ꝓfessio generalitatis. Pacis ergo tꝑe est aliud vbi oñdamur vobis,veremur sepe a ꝓximis despici,dedignamur iniurias verbi tolerāre.Si contigerit iurgiū fortasse cum ꝓximo,erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vitæ gloriā q̄rit humilitatē respuit.THEO.Quia vero de sua gloria dixerat volens oñdere,ꝙ non inania ꝓmittebat,subdit. {Et dic il.Amen di.vo.quia sunt qdā de hic stantibus,q non gusta. mor.do.vi.re.Dei venien.in virtute.} Ac si diceret,qdā.i.Petrus,& Iacobus,& Ioannes{non gustabunt mortē,donec eis oñdā in trāsK figuratione,cū qua gloria venturus sim in secūdo aduentu.Non.n. erat aliud transfiguratio nisi secundi aduentus ꝓnunciatio,in quo & ipse Chr̄s,& sancti lucebunt. BEDA: Pia vero ꝓuisione factū est,vt contēplatione semꝑ manentis gaudii ad breue momentum delibata fortius aduersa tolerarent. CHRY.Non aūt eorum qui ascensuri erant noīa declarauit,ne reliqui discipuli aliquid paterentur humanum.ꝓdicit aūt,vt dociliores circa huiusmodi contemplationem fiant. BEDA: Vel regnū Dei præsens ecclesia vocatur.Aliqui autem ex discipulis vsque adeo in corpore victuri erant,vt ecclesiā constructā conspicerent,& contra mundi gloriā erectam.Discipulis.n rudibus de ꝑsenti vita aliquid ꝓmittendum fuit,vt possent robustius in futuro solidari. CHRY. Mystice aūt vita Chr̄s est:mors vero Diabolus.{Gustauit aūt mortē,} qui peccatis immoratur,adhuc omnis homo habens dogmata bona, aut praua,mortis aut vitæ panē degustat. Et quidē minus malum est videre mortem:malum autem est eam gustare, sed adhuc peius eā sequi,pessimum autem ei supponi.

Ho. eua. 32.

CAP.

CAP. IX.

HIERONY. Post consummationem crucis,gloria resurrectionis ostenditur, vt non timerent opprobria crucis,qui oculis suis visuri erant gloriam resurrectionis futurę. vnde dicitur: {Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrū, & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in mōtem excelsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. CHRY. Quòd autem Lucas dicit post octo dies, nō contrariatur huic. Lucas.n.& diem quo Christus prædicta locutus fuerat, & diem in quo eos assumpsit numerauit. Ideo autem post sex dies eos assumpsit, vt vehemētiori repleti desiderio in horum dierum spatio vigilanti & sollicita mente, ea quæ videbant attenderent. THEOPHI. Assumit autem tres vertices Apostolorum,Petrum tanquàm confitentem & diligentem, Ioannem tanquàm dilectum, Iacobum vero tanquàm altiuocum & Theologum. Intantum enim grauis erat Iudæis, vt Herodes volens Iudæis placere,ipsum occiderit. CHRY. Non autem in domo suam gloriā demonstrat,sed in montem excelsum illos assumit,quoniam montis sublimitas conueniens erat ad gloriæ sublimitatem ostendendam. THEO. Seorsum autem eos ducit, quia debebat eis mysteria reuelare.Transfigurationem autem oportet intelligere,non figuræ immutationem,sed quia manente vt prius erat figura, appositio facta est cuiusdam inenarrabilis claritatis. CHRY. Neque ergo decet aliquam figuræ transformationem in regno Dei esse futuram,aut circa ipsum Saluatorem, aut circa eos qui assimilabantur, sed appositionem claritatis. BEDA: Transfiguratus igitur Saluator,non substantiam verę carnis amisit,sed gloriam futuræ vel suæ vel nostræ resurrectionis ostendit, qui qualis tunc Apostolis apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Sequitur: {Et vestimenta eius facta sunt splendentia. GREG. 32.Moral.Quia in supernæ claritatis culmine ei vitæ iustitia fulgentes adhærebunt,vestium enim nomine iustos quos sibi adiungit insinuat.Sequitur:{Et apparuit illis Helias cum Moyse & erāt loquentes cum Iesu. CHRY. Moysen & Heliam in medio introducit, primo quidem quia turbæ dicebant Christum Heliam aut vnum Prophetarum,Apostolis se cum eis ostendit,vt differentiam seruorum & Domini cernerent. Et etiam quia de transgressione legis Iudæi Christum accusabant, & blasphemum eum putabant,tanquàm sibi gloriam patris attribuentem eos,qui in vtroque fulserunt in medium ducit. Etenim Moyses legem dedit, & Helias gloriæ Dei zelator fuit.vnde ei non assisterent,si Deo & legi eius contrarij essent.Et vt scirent,quòd vitæ potestatem & mortis habet,propter hoc & Moysen, qui mortuus erat, & Heliam q nondum mortem passus fuerat in medium introducit. Item per hoc significauit, quòd doctrinæ legis Christi Prophetarum doctrina pedagogus fuit. Significat etiam coniunctionem noui & veteris testamenti.Et quoniam in resurrectione cum Prophetis Apostoli coniungentur,& vna erit obuiatio regi communi: Sequitur: {Et resp.Pe.ait Ie.Rabbi,bonum est nos hoc esse, & faciamus hic tria ta.ti.vnum, mo. vnum,& he.vnum.} BEDA: Si tantum transfigurata Christi humanitas, duorumq; societas ad punctum visu delectat, vt eos ne discedant etiam obsequio Petrus sistere velit,quanta erit fœlicitas visioni deitatis inter angelorum choros adesse perpetuo?Sequitur. {Non.n.scie.quid dice.} Et si.n.Petrus præ stupore humanę fragilitatis,nesciat quid dicat:insiti tamē sibi dat affectus indicium,nesciebat enim quid diceret,quia oblitus est regnum sanctis a Domino non alicubi terrarum : sed in cælis esse promissum,nec recordatus est se suosque coapostolos mortali adhuc carne circumseptos immortalis vitæ statum subire non posse, cui etiam mente excesserat, quia in domo patris quæ in cælis est,domus manufacta necessaria non sit.Sed & vsque nunc imperitiæ notatur quisquis legi Prophetis & Euangelio tria tabernacula facere cupit, cum hæc ab inuicem nullatenus valeant separari. CHRY. Non etiam intellexit Petrus, quòd ad demonstrationem vere gloriæ transfigurationem Dominus est operatus,neque quòd propter doctrinam hominum hoc faciebat. nam plurimi erant relicturi multitudinem in eremo habitantes. Sequitur: {Erant enim timo.exter.} Erat autem hic timor secundum quem de communi mente in statum eleuabantur meliorem, quod enim in exterioribus videbatur,Moyses & Helias erat. Ducebatur autē

CAP. IX.

ET post dies sex,assumpsit Iesus Petrum,& Iacobū & Ioānem, & duxit illos in montē excelsum seorsum solos,& trāsfiguratus est coram ipsis. Et vestimēta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo non B potest super terram candida facere. Et apparuit illis Helias cū Moyse, & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse,& faciamus tria tabernacula,tibi vnum, & Moysi vnum & Heliæ vnum. Non enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, & venit vox de nube dicens: Hic est filius meus charissimus,audite illum. Et statim circumspicientes,neminem amplius viderunt nisi Iesum tantum secum.

A anima ad quendam diuinum affectum, quasi ex diuina visione ab humano sensu abstracta. THEO. Vel aliter,Petrus timens a monte descendere, quia iam præsenserat, quòd Christus crucifigi debebat,dixit: {Bonum est nos hic esse, & non illic descendere in medium.s.Iudæorum. Si autem huc venient furentes contra te, habemus Moysen q Aegyptios debellauit, habemus & Heliam qui ignem eduxit de cælo & quinquagenos destruxit. ORI. super Matt. Marcus autem ex ꝑsona sua dicit: Nō.n. sciebat quid diceret. Vbi considerandum ne forte per excessū mentis hoc loquebat, motus quodam spiritu alieno ne forte.s.ille spiritus qui voluit quantum ad se Christum scandalizare, vt recederet a passione omnibus hominibus salutari. Ipse operans ét hic seductorie vult euellere Christum sub colore boni,vt non cōdescendat hominibus, nec veniat ad eos, nec suscipiat mortem ꝑ eis. BEDA.Quia vero Petrus materiale quæsiuit tabernaculū, nubis accepit vmbraculum, vt discat in resurrectione non tegmine domorum,sed Spiritussancti gloria eos esse protegendos. vnde sequitur: {Et facta est nubes obum.eos.} Quia vero imprudenter interrogauerunt propterea responsionem Domini non merētur,sed pater respondet pro filio.vnde sequitur: {Et venit vox de nube dicens:Hic est filius meus charis.ipsum au.} CHRYSO.

C A nube quidem vox emittitur in qua Deus apparere consueuit, vt crederent,quòd vox illa ferretur a Deo. In hoc autem quòd dicit:{Hic est fi.me.char.vnam voluntatem patri & filio protestat,& quòd salua filiatione quantum ad omnia cum eo, qui genuit vnū esse. BEDA. Quem autem Moyses cum venerit in carne audiendum ab omni anima,quæ saluari vellet prædixit hunc iam venientem in carne,Deus pater audiendum discipulis ostendit. Sequitur:{Et sta.cir.ne.am.vi.nisi Ie.tantum secum.} Vbi enim cœpit filius designari mox serui discesserunt, ne ad illos paterna vox emissa putaretur. THEOPHI. Mystice autem post consummationem huius sęculi quod in sex diebus factum est,assumet nos Iesus si eius sumus discipuli in montem excelsum,i.in cælum, & tunc videbimus eius gloriam singularem. BEDA. Vestimenta autem Domini recte Sancti eius accipiuntur, qui nouo candore fulgebunt. Fullo autem intelligendus est cui Psalmista loquitur: Amplius laua me ab iniquitate mea,& a deli.meo.mun.me.qui nō

D potest suis fidelibus dare claritatem in terra, quæ eis conseruata manet in cælis. REMIG. super Matth. Vel per fullonem sancti designantur prædicatores, & animarum purgatores, quorum in hac vita nullus ita viuere valet, vt alicuius peccati maculis nō obfuscetur. In futura.n.resurrectione sancti ab omni macula peccati purgabuntur. Tales ergo eos faciet Dominus, quales ne ipsi membra sua castiganda nec vllus prædicatorum, suo vel exemplo vel doctrina facere potest. CHRY. Vel vestimenta alba Euangelica sunt & Apostolica scripta omnium clarissima,quibus similia nullus expositorum facere potest. ORIGE. super Matth. Vel forsitan fullones super terram possumus moraliter existimare sapientes sæculi huius,qui putantur ornare etiam turpes intellectus & dogmata falsa fullonicatione ingenij sui : sed illorum ars fullonica potest facere aliquid simile sermoni, qui ostendit spiritualium intellectum splēdorem in dictis scripturarum imperitis, quæ a plurimis contemnūtur. BEDA· Moyses & Helias quo-

E rum vnum mortuum, & alium in cælis raptum legimus, futuram omnium sanctorum gloriam significat, qui videlicet tempore iudicij, vel viui in carne reperiendi, vel ab olim gustata morte resuscitandi & pariter sunt regnaturi cum illo· THEOPHI. Vel hoc significat, quia in gloria videbimus & legem & Prophetas, cū ipso loquentes,idest qui per eum fuerūt dicta per Moysen & alios Prophetas, tunc videbimus esse consona rebus, & tunc audiemus vocem paternam reuelantem.s.nobis filium patris & dicentem, quoniam hic est filius meus, obumbrante nube,i.Spiritusancto qui est sapientię fons. BEDA: Et notandum,sicut Domino in Iordane baptizato, sic & in monte clarificato totius sanctæ Trinitatis mysterium declaratur, quia gloriam eius quam in baptismo credentes confitemur, in resurrectione videntes collaudabimus. Nec frustra Spiritussanctus hic in lucida nube, illic apparuit in columba, quia nunc simplici corde fidem quam percepit seruat, tunc luce apertæ visionis quod crediderat contemplabitur. Cum autem fieret vox super filium inuentus est ipse solus, quia cum manifestauerit

manifestauerit ipsum electis, erit Deus omnia in omnibus: immo cum suis per omnia Christus caput cum corpore splendebit.

b ¶ ORIG. super Matth. Post mysterium ostensum in mõte, descendentibus de monte discipulis, præcepit vt eius transfiguratio non manifestetur ante gloriam passionis & resurrectionis ipsius. vnde dicitur: {Et descen.de mon. præcepit il. ne cuiq̃ q̃ vi.nar. nisi cum fi.ho. a mor.re. CHRY. Vbi non simpliciter silere iubet, sed passionem insinuans, causam insinuat propter quam silere debebũt. THEO. Ne s. homines scandalizent, audientes de Christo tam gloriosa, qui eũ crucifixum erãt visuri. Non igitur erat cõgruũ talia de Christo dicere antequàm pateretur: post resurrectionem vero credibile videbat. CHRY. Illi vero resurrectionis mysterium ignorantes, verbum quidẽ retinentes inuicẽ disputabant. vnde seq̃t: {Et verbum cõtinuerunt apud se conqu. quid esset cum a mor.re.}

b Et descẽdentib' illis de monte præcepit illis ne cuiquam quę vidissent, narrarent nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit. & verbum continuerunt apud se conquirentes quid esset, cum a mortuis resurrexerit? Et interrrogabant eum dicentes:
G Quid ergo dicũt Pharisęi & Scribæ, quia Heliam oportet venire primum? Qui respondens ait illis: Helias cum venerit, primo restituet omnia, & quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis, quia & Helias venit, & fecerunt illi quæcumque voluerunt, sicut scriptum est de eo.

c Et veniẽs ad discipulos suos,

HIERO. Hoc quod proprie Marci est, id significat quia cũ absorpta fuerit mors in victoria, non erunt in memoria priora. Sequitur: {Et inter. eum di. Quid ergo di. Pha. & Scri. quia Heliam oportet venire primũ? CHRYSO. Intentio quidem discipulotum super hac interrogatione talis mihi esse videtur: Nos quidem Heliam tecum vidimus, & prius te vidimus quàm Heliam. Scribę vero prius Heliã venire docent, credimus itaq; eos mendaciũ protulisse. BEDA: Vel ita æstimabant discipuli transformationem gloriæ hanc esse quam in monte viderant & dicunt: Si iam venisti in gloria, quomodo præcursor tuus non apparet? maxime quia Heliam viderãt recessisse. CHRY. Quid autem ad hoc Christus responderit, apparet per hoc quod subditur: {Qui respondens ait, He. cum ve. pri. re. om.} In quo ostendit, ꝙ Helias veniet ante secundum aduentum. Scripturæ. n. duos aduentus Christi prænunciant, vnũ scilicet qui factus est, & alium qui venturus est. Dominus autem secundi aduentus Heliam asserit præcursorem. BEDA. Resti-
I tuet autem omnia, vtique illa quę Malachias ostendit dicens: Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, vt conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum restituet, & in hoc quod morti debet, ac diu viuendo distulit. THEO. Præponit autem hæc Dominus ad resistendum opinioni Pharisæorum, qui tenebãt, quòd primi aduentus præcursor erat Helias, quasi ad inconueniens ducens: vnde subdit: {Et quomodo scriptum est in fi. ho. vt mul. pa. & cõ.} Ac si dicat: Helias thesbytes cum venerit pacificabit Iudæos, & ad fidem adducet ipsos, ita vt sit secundi aduentus præcursor. Si ergo primi aduentus Helias est pręcursor, quomodo scriptum est, quòd filius hominis debet pati? ex his ergo duobus vnum erit, aut ꝙ non sit primi aduentus Helias præcursor, & scripturæ erũt veræ. aut ꝙ sit præcursor primi aduentus, & scripturæ non erunt veræ, quæ dicunt, quòd oportet Christum pati, cum Helias debeat omnia restituere, & non debeat esse Iudæus aliquis
K incredulus: sed omnes credere debeant ad prædicationem eius qui cũq; audient eum. BEDA. Vel ita, & quomodo scriptum est, i. quomodo de Christi passione multifariæ prophetæ multa scripserunt: sed & Helias cum venerit multa passurus est, & contemnendus ab impijs. CHRY. Sicut autem Dominus secundi aduentus Heliam asseruit præcursorem, sic & consequenter asserit Ioannem esse præcursorem primi aduentus. vnde subdit: {Sed di. vo. quia & Helias ve. GLO. Ioannem vocat Heliam, non quia Helias erat in persona: sed quia Heliæ ministerium adimplebat. sicut enim ille præcursor erit secundi aduentus, sic iste factus est primi. THEOPH. Erat etiam Ioãnes redargutor & zelotes & eremita vt Helias: non tamen audierunt illum sicut Heliam audient. nefario vero ludo eum occiderunt, caput illius amputantes. vnde sequitur: {Et fece. il. quæ vo. sicut scriptum est de eo.} CHRY. Vel aliter interrogabant discipuli Iesum, quomodo scriptum est pati filium hominis? Ad hoc autem quasi respondens dicit: Sicut ad similitudinem Heliæ Ioannes venit & ei mala intulerunt, sic secundum scripturas oportet filium hominis pati.

F c ¶ THEO. Postquàm gloriam suam tribus discipulis in monte ostenderat, reuertitur ad alios discipulos, qui cum eo non ascenderant in montem. vnde dicitur: {Et ve. ad di. su. vi. tur. mag. circa eos, & Scri. con. cum il.} Pharisæi namque captantes horam, cum præsens non extiterat Christus, accesserunt vt ipsos ad se attraherent. HIER. Non est autem homini requies sub Sole, semper paruulos occidit inuidia. magnos percutiunt fulgura montes, alij discentes cũ fide, vt turbæ, alij inuidentes cũ fastu, vt scribæ ad Ecclesiam conueniunt. Sequitur: {Et confe. cõ. po. vi. Ie. stu. est & ex.} BEDA. Notandum in omnibus locis distantiam mentis Scribarum & turbę. Scribę enim nihil deuotionis, fidei, humilitatis, & reuerentię ei exhibuisse narrantur, sed veniente Domino mox omnis turba stupefacta expauit, eumq; salutãs accurrit. vnde sequit. {Et accur. salu. eum.}

vidit turbam magnã circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est & expauerunt, & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos: Quid inter vos conquiritis? Et respondens vnus de turba dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutũ, qui vbicumque eum appræhenderit allidit illum, & spumat & stridet dentibus & arescit. Et dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quàmdiu apud vos ero? Quamdiu vos patiar? Afferte illum ad me, & attulerunt eum. Et cum vidisset eum, sta-

H THEO. Affectabant enim turbæ eum videre: ita vt eum venientem a longe salutarent. Quidam vero dicunt, quòd aspectus eius ex transfiguratione speciosior factus, turbam ad salutationem eius attrahebat. HIER. Populus autem videns stupefactus est & expauit, non discipuli, quia non est timor in charitate, timor est seruorum, stupescere stultorum. Sequitur, {Et inter. eos. Quid inter vos cõ.} Quid. s. Dominus interrogat, vt confessio pariat salutem, & murmur cordis nostri sermonibus pijs soluat. BEDA. Potest vero, nisi fallor, intelligi de hoc quæstionem fuisse motam, quare ipsi cum essent discipuli Saluatoris, sanare dæmoniacum qui in medio erat positus non possent, quod ex sequentibus potest conuinci cum dicitur, {& respõdens vnus de tur. di. Magister attu. fi. me. ad te. ha. spi. mu. CHRY. Hũc hominem scriptura infirmum in fide ostendit, ex hoc quòd Christus dicit: {O generatio incredula, & per hoc quod subdit:} Si potes credere. Sed & si infidelitas eius occasio extiterit dæmonem non pellendi, incusat tamen
I discipulos. vnde subditur: Et dixi disci. tu. vt eij. & non po.} Vide autem ipsius insipientiam. Iesum in medio turbarum præcatur discipulos incusans. vnde & Dominus corã plebe multo magis hoc ei imputat non solum in personam eius accusationem intendens: sed in personam omnium Iudæorum. probabile enim est multos præsentium scandalizatos, ea quæ non conueniebant de discipulis cogitasse. vnde sequitur: {Qui eis respondens dixit: O generatio incre. quàmdiu apud vos ero? quàmdiu vos patiar?} In quo ostendit, & mortem se desiderare, & graue ei esse cum illis conuersari. BEDA. Intantum autem non est homini iratus, sed vitio vt statim intulerit {Afferte illum ad me, & at. eum. Et cum vidi. il. sta. spi. contur. illum, & eli. in ter. volu. spu.} CHRYSO. Hoc autem Dominus promisit propter patrem pueri, vt cum vexantem dæmonem videret, ad fidem futuro miraculo traheretur. THEO. Permittit etiam vexari puerum, vt ex hoc sciremus
K dæmonis impietatem, quĩ occidisset eum nisi fuisset a Domino adiutus. Sequitur: {Et inter. pa. eius. Quãtum tem. est ex quo hoc ei acci. At ille ait: {Ad infan. & freq. eum in ign. & aq. mi. vt eũ p.} BEDA: Erubescat Iulianus qui dicere audet omnes homines absque peccati contagione nasci in carne tanquàm innocentes ꝑ omnia, vt fuit Adam quando creatus est. Quid. n. habuit iste puer vt ab infantia dæmonio vexaretur acerbissimo, si nullo originalis peccati vinculo tenebatur, quia constat illum adhuc proprium nõ habere potuisse peccatum? GLO. Exprimat autem in verbis suæ petitionis fidei defectum. vnde subdit: {Sed siquid po. adiuua nos mi. no.} Cum. n. dicit: Siquid potes: manifestat se de eius potentia dubitare, quia viderat filium suum a discipulis Christi curatum non esse. Dicit autem Misertus nostri. vt designaret miseriam filij qui patiebatur, & patris qui compatiebatur. Sequitur: Iesus autem ait illi: Si po. cre. om. pos. sunt cre.} HIERO. Libertatem arbitrij hoc indicat quod dicit: Si potes. Quæ autem sunt oĩa quæ possibilia sunt credenti: nisi quæ in nomine Iesu, idest salutis postulantur cum lachrymis? BEDA: Aptum autem responsum Dominus dedit petenti. Ipse enim ait: {Siquid potes, adiuua nos.

misit verbum eius, sequitur ergo, quòd doctrina patris sit ipse filius. Idem autem verbum est sui ipsius per identitatem substantiæ. Quid enim tuum est nisi tu ipse? Est autem non suum per originem. Quid enim nõ tuum, quam tu si alicuius es, quod es, vt Augu. dicit. Hoc ergo breuiter videtur dixisse {mea doctrina non est mea} ac si diceret. Ego non sum à meipso. in quo hęresis Sabelliana confunditur, qui dicere ausi sunt ipsum esse filium, qui est pater. Vel {mea doctrina,} quam ego pronuncio verbo creato, nõ est mea {sed eius qui misit me patris.} idest non est mihi à meipso: sed a patre, quia ẽt cognitionẽ filius

e Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.
f Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quærit. Qui aũt quærit gloriã eius q misit eũ, hic verax ẽ: & iniustitia ĩ illo nõ est.
g Nõne Moyses dedit vobis legẽ? Et nemo ex vobis facit legẽ.

per ęternam generationem habet à patre. Matth. 11. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Si vero intelligatur de Christo filio hominis, tunc dicit {mea doctrina,} quam ego habeo secundum animam creatã, & profero corporis ore {non est mea.} idest nõ est mihi a meipso, sed à Deo, quia omne verum a quocumque dicatur, à spiritu sancto est. Sic ergo secũdum Aug. 1. de Tri. secundum aliquid suam dixit doctrinam, & secũdum aliquid non suã: secundum formam Dei suam, secundum formam serui nõ suam. Ex quo habemus exemplum, quòd omnem cognitionem nostram cum gratiarum actione recognoscamus à Deo. 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, &c. Consequenter cum dicit.

e PRobat suam doctrinam esse à Deo. Et hoc dupliciter. Primo ex iudicio recte sentientium. Secundo ex sua intentione ibi. {Qui à semetipso loquitur.} Circa primum sciẽdum est, quòd iudicio illius standum est vtrũ aliquis bene operetur in aliqua arte: qui est expertus in arte illa, sicut an aliquis bene loquitur gallice, standum est iudicio eius qui est peritus in lingua gallica. Secundum hoc ergo dicit dominus. Illius iudicio standum est, an doctrina mea sit à Deo, qui est expertus in rebus diuinis: talis enim recte potest de his iudicare. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei: spiritualis autem iudicat omnia, & ideo dicit. Quia vos alienati estis a Deo, ideo non cognoscitis de doctrina vtrum ex Deo sit. {Sed si quis voluerit voluntatem eius.} idest Dei {facere} iste potest {cognoscere vtrũ doctrina hæc sit a Deo, an ego a meipso loquar.} Ille quidem a seipso loquitur, qui falsum dicit. Quia sicut dicitur infra 8 Cũ loquitur mendatium ex proprijs loquitur. Vel aliter secundum Chrysost. Voluntas enim Dei est pax, charitas, & humilitas nostra. vnde Mat. 5. dicitur. Beati pacifici, &c. Studium autem contentionis frequenter peruertit mẽtem hominis intantum, vt verum estimet falsum. Vnde deposito contentionis spiritu, rectius habetur certitudo veritatis. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id quod iustum est iudicate. Et ideo dicit dominus. si quis vult recte de doctrina mea iudicare, faciat voluntatem eius, idest deponat iram, inuidiam, & odium. quod sine causa in me habet, & nihil est, quod prohibeat eum cognoscere. {Vtrũ ex Deo sit: an ego à meipso loquar, idest quòd Dei verba sunt quæ loquor.} Vel aliter secundum Aug. volũtas Dei est, vt faciamus opera eius, sicut volũtas patris familias est, vt operarij faciant opus eius. Opus autem Dei est, vt credamus in eum quem ipse misit. Supra 6. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem ille misit. Ideo dicit. {Si quis voluerit facere voluntatem eius.} scilicet Dei, idest credere in me, iste {cognoscet an doctrina mea sit ex Deo.} Isa. 7. secundũ aliam literam. Nisi credideritis, non intelligetis. Consequenter cum dicit.

f PRobat idem ex sua intentione. Et ponit duplicem intentionem per quam intelligitur duplex origo doctrinæ. Dictum est autem aliquos loqui a se, aliquos vero loqui non a se. Loquitur autem nõ a se, quicumque studet loqui veritatem. omnis veritatis cognitio ab alio est. vel per modum quidem disciplinæ: vt a magistro. vel per modum reuelationis, vt a Deo. vel per inuentionem, vt ab ipsis rebus. Quia vt dicitur. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sic ergo quocumque istorum modorum cognitio aliqua habeatur, non est homini a se. A se autem loquitur: qui ea quæ dicit nec a rebus, nec ex doctrina humana accepit: sed de corde suo. Hierem. 23. Visionem cordis sui loquuntur. Ezechie. 13. Ve Prophetis insipientibus qui vaticinantur de corde suo. Sic ergo confingere aliquid a se ipso, est propter humanam gloriam, quia sicut Chryso. dicit. Qui aliquam propriam vult instruere doctrinam, propter nihil aliud hoc vult, quàm vt gloriam acquirat. Et

A hoc est, quod dominus dicit probans doctrinam suam a Deo esse. {Qui a semetipso loquitur.} de certa cognitione veritatis quę est ab alio, iste {quęrit gloriam propriam.} propter quam & propter superbiam hæreses, & falsę opiniones introducũtur. Et hoc competit Antichristo. 2. Thesa. 2. Qui aduersatur, & extollitur super omne quod dicitur Deus: aut quod colitur. Sed {qui quærit gloriam eius qui misit illum} sicut ego quæro, infrã 8. Ego gloriã meam non quæro. {hic verax est, &c.} verax sum: quia doctrina mea continet veritatem, iniustitia in me non est, quia alterius gloriam non vsurpo. Et vt dicit. Aug. Ma-

Quid me quæritis interficere?
h Respondit turba & dixit, Dæmonium habes. Quis te quærit interficere?
i Respondit Iesus, & dixit eis. Vnũ opus feci, & oẽs miramini.
k Propterea Moyses dedit vobis circũcisionem: nõ quia ex Moy-
B se est: sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si

gnum nobis præbuit humilitatis exẽplũ. dum habitu inuẽtus vt homo, quærit gloriam patris non suam. quod tu homo facere debes: quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris. Patet autem, ꝙ gloriam suam non quærebat: quia si non fuisset aduersatus principibus sacerdotum, non fuissent eum persecuti. Sic ergo Christus & quicumque gloriam Dei quærit, habet quidem in intellectu cognitionem Matth. 22. Magister scimus quia verax es. Et ideo dicit {hic verax est.} In affectu autem rectam intẽtionem: vnde dicit. {Et iniustitia in illo non est.} Iniustitia enim est, ꝙ homo vsurpet sibi alienũ. Gloria autem est propria solius Dei. qui ergo sibi quęrit gloriam iniustus est. Consequẽter cũ dicit.

C g EXcludit obiectionem. Posset enim aliquis dicere Christo: quòd ideo doctrina sua non esset a Deo, quia sabbatum soluit secundum illud infra 9. Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. Et ideo hoc intendit excludere. Vñ circa hoc tria facit. Primo excusat se, arguendo ex parte accusantium secundo ostenditur eorum iniqua responsio ibi. {Respondit turba, &c.} tertio excusat se per rationem ibi. {Respondit Iesus, & dixit eis. vnum, &c.} Dicit ergo. Dato vt vos dicitis, quòd doctrina mea non sit à Deo: quia legem non seruo, sabbatum soluens, tamen vos non habetis causam accusandi, cum sitis in simili delicto. Vnde dicit. {Nonne Moyses dedit vobis,} idest populo vestro {legem,} & tamen {nemo ex vobis facit.} idest seruat legem. Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum & non custoditis. Vnde & Petrus. Act. 15. Hoc est onus, quod neque nos, &c. Si ergo non seruatis legem, quare propter transgres-
D sionem eius vultis me interficere? Non enim propter hoc facitis: sed propter odium, alioquin si propter zelum legis faceretis, ipsi vos seruaretis eam. Sap. 2. Circumueniamus iustum, quoniã inutilis est nobis, &c. Et sequitur, morte turpissima, &c. Vel dicendum, quòd non seruatis legem quam Moyses dedit vobis, & hoc patet in eo quòd me vultis interficere, quod est contra legem. Exod. 20. Non occides. Vel aliter secundum Aug. Non facitis legem, quia in lege ipse contineor. infra. Si crederetis Moysi, crederetis forsitam & mihi. de me enim ille scripsit. Sed vos vultis me interficere. Consequenter ponitur iniqua responsio turbæ cum dicit.

h VEre turbata turba respõdet non pertinentia ad ordinem: sed ad perturbationem vt dicit Aug. Eum enim dicũt dæmonium habere, qui dæmones expellit. Matth. 12. Et ideo consequenter cum dicit.

i DOminus in sua veritate tranquillus, confutat eos, excusans se per rationem. Et primo commemorat eis factum propter quod turbantur. Secundo ostendit eos non de-
E bere turbari, ibi. {Propterea Moyses, &c.} Tertio inducit eos ad iustum iudicium ibi. {Nolite iudicare secundum faciem, &c. Respondit ergo Iesus, & dixit eis. Vnum, &c.} Non reddit conuitio conuitium, nec repulit. quia 2. Pet. 2. Cum malediceretur, non maledicebat: sed eis opus commemorat de curatione paralitici, de quo omnes admirabãtur: non admiratione deuotionis secundum illud. Isa 60. Videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, sed admiratione turbationis, secundum illud Sapien. 5. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabunt, &c. Si ergo propter vnum opus miramini, idest cum turbatione turbamini: quid faceritis si omnia opera mea videretis? nam vt dicit Aug. ipsius opera erant quæ in mundo videbãt omnes etiam infirmi per eum sanãtur. Psal. 106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Sa. 16 Nec herba nec malagma, &c. Ideo ergo turbamini, quia vnum tantũ opus videtis, & non omnia. Cõsequenter cũ dicit.

k COnuincit eos de iniusta turbatione. Et primo ponit mandatum eis datum a Moyse. Secundo opus eorum. Et tertio arguit

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

arguit ex vtroque. Mandatum autem Moysi est de circuncisione, & ideo dicit. { Propterea. } idest ad significandum mea opera. { Moyses dedit vobis circuncisionem. } Nam circuncisio in signum data est, vt habetur Gen. 17. Erit vobis in signum fœderis inter me & vos. Significabat enim Christum, & ideo signanter data est in membro generationis: qa ex Abraham secundum carnem descensurus erat Christus, qui spiritualem circumcisionem, idest mentis & corporis facit. Vel ideo i ipso mébro fiebat, quia data est contra peccatum originale. Quòd auté Moyses dederit circumcisionem, expresse non habet, nisi Exod. 12. Omnis seruus empticius circuncidetur. Et licet Moyses dederit circuncisionem, non tamen quasi eã instituens: quia non ipse primus accepit circumcisionis mandatum: sed Abraham vt habetur. Gen. 17. Factum autem Iudęorum est, quia in sabbato circumcidebant. Et hoc est quod dicit. { & in sabbato circumciditis, &c. } Et hoc ideo: quia Abrahæ mandatum est, vt octauo die circumcideretur puer. Gen. 21. Circumcidit eum die octauo, sicut pręceperat ei Deus. A Moyse autem præceptum erat eis, quòd nihil operis facerent in die sabbati. Contingebat autem aliquando, quòd octauus dies necessitatis veniret in die sabbati, & sic circumcidétes puerum ipso die, mandatum Moysi soluebant: propter mandatum patrum. Et ideo ex his arguit dominus cum dicit. { Si circumcisionem, &c. } Vbi notandum est, quòd hoc argumentum efficaciam habet ex tribus considerationibus, quarum duæ sunt expressæ, sed tertia subintelligitur. Videmus enim primo, quòd quamuis mandatum Abrahæ prius fuerit, tamen mandatũ Moysi de obseruatione sabbati non præiudicabat priori, scilicet mandato de circumcisione. Gal. 3. Dico autem testamentum confirmatũ a Deo, quæ post quadringintos & triginta annos facta est lex, non irritum facit. Et ideo ex hoc arguit. Quia licet in humanis legibus posteriora præiudicent prioribus: tamen in diuinis priora sunt maioris auctoritatis. Et ideo præcepto facto Abrahę de circumcisione, non præiudicat præceptum Moysi de osseruatione sabbati. Multo ergo minus præiudicat mihi, qui facio qđ dispositum est a Deo ante mundi constitutionem de salute hominum in sabbato figurata. Alia cõsideratio est, quia Iudęi mãdatum habebant, vt non operarentur in sabbato, & tamen Iudęi operabantur ea quæ ad salutem particularem erant. Dicit ergo. Si vos quibus mandatum est, vt nihil operemini in sabbato, circumcisionem accipitis ipso die quæ est quædam particularis salus. Vnde & in membro particulari fiebat, & hoc facitis: vt non soluatur lex Moysi. Ex quo patet, ea quæ ad salutem pertinẽt in sabbato prætermittéda non esse. Ergo multo magis debet homo facere ipso die ea quæ sunt ad vniuersalem salutem. Non ergo debetis mihi indignari, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Tertia consideratio est, quia vtrumque mandatum fuit figura: nam omnia in figura contingebant illis. Si ergo figura scilicet mandatum de osseruatione sabbati non præiudicat figuræ, scilicet mandato circumcisionis, multo minus præiudicat veritati. Nam circumcisio ipsum dominũ figurabat, vt dicit Aug. Ideo autem dicit { totum hominem. } quia cum Dei perfecta sint opera, curatus est vt sanus esset in corpore, & credidit vt sanus esset in anima. Consequenter cum dicit.

l REducit eos ad iustum examẽ sui, vt scilicet non secundũ faciem iudicent: sed iustum iudicium. Dicitur auté quis iudicare secundum faciem dupliciter. Nam iudex iudicat secundum allegata. 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ apparét. Sed in hoc potest esse deceptio, & ideo dicit. { Nolite iudicare secundũ faciem. } idest secundum illud quod statim apparet, sed diligẽter inquirite. Iob. 29. Causam quam nesciebam diligenter inuestigabam. Isa. 11. Non secundum visionem oculoru iudicabit. Vel aliter. { Nolite iudicare secundum faciem. } idest nolite accipere personam in iudicio. Hoc enim est prohibitum omnibus iudicantibus. Leuit. 19. Non accipies personam pauperis in iudicio. Mal. 2. Faciem accipitis in iudicio. Accipere autem personam in iudicio, est prætermittere iustum iudicium propter amorem seu reuerentiam, seu timorem, aut conditionem personæ, quæ non faciunt ad causam. Dicit ergo. { Nolite iudicare. } quasi dicat, non quia Moyses apud vos habet maiorem gloriã, quàm ego ex personarum dignitate feratis sententiam: sed a rerum natura, quia ea quæ ego facio, maiora sunt, quàm ea quæ fecit Moy-

F ses. Sed notandum secundum Augustinum, quod ille nõ iudicat partialiter, qui æqualiter diligit. Non enim cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timendum est ne personam accipiamus.

circũcisionem accipit homo in sabbato, vt nõ soluat lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanũ feci in sabbato? l Nolite iudicare secũdum faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicate.

LECTIO III.

DIcebant ergo quidã ex hierosolymis, nonne hic est quẽ quærunt interficere? b Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. c Numquid vere cognouerunt principes: quia hic est Christus? d Sed hũc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.
G e Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis: & vnde sim scitis.

LECTIO III.

POstquam egit de origine doctrinæ, cõsequenter agit de origine docentis. Et primo Christus ostendit suum principium a quo procedit: secundo suũ finem ad quẽ vadit: ibi. { Adhuc modicum, &c. } Circa primũ tria facit. Primo, proponitur dubitatio turbarum de origine: secundo ponitur doctrina ipsius originis ibi. { Clamabat ergo, &c. } Tertio, ponitur effectus doctrinæ: ibi. { Quærebant ergo eum, &c. } Circa primum tria facit. Primo, ponitur admiratio turbæ: secundo eorum suspitio: ibi. { Nunquid. } tertio inducitur eorum obiectio contra ea quæ suspicantur ibi. { Sed scimus, &c. } Admiratio autem turbarum consurgit ex duobus. Primo, ex iniquo proposito principum. Secundo ex publica doctrina Christi: ibi { Ecce palam, &c. } Dictum est autem supra, quòd Christus vt ostenderet infirmitatem humanæ naturæ, latenter ascendit ad diem festum: sed vt ostenderet suæ diuinitatis personam, publice docet in templo, & a persequétibus teneri nõ potest. Et sic, vt ait Aug.
H apparet potestas quę putabatur timiditas. Et ideo dicebant, quidam ex Hierosolymis quasi admirantes, nam ipsi sciebant qua sęuitia quærebatur a principibus vtpote eius familiares, & Hierosolymis existentes. Vnde Chryso. dicit. Omnibus miserabiliores erant, qui diuinitatis signum videntes maximum, omnia iudicio corruptorum principum permittentes, Christum minus reuerebantur, secundum illud Ecclesiast. 7. Qualis rector ciuitatis, talis, &c. Sed tamen mirabantur qua potentia non tenebatur. vnde & dicebant. { Nonne hic est quem Iudæi quærunt? } idest principes, secundum illud supra 5. Propterea persequebantur eum Iudæi, idest, principes, &c. Daniel. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi, &c. Apparet autem per hoc veritas sermonum Christi, & falsitas principum. Supra enim cum dominus diceret eis. Quid me quęritis interficere? negauerunt dicentes. Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Sed ecce qđ principes negabant, isti confitentur cum dicunt { Quem iudæi quærunt interficere, } Sic ergo admirãtur ex iniquo proposito principum. Similiter etiam ex publica doctrina Christi. Vnde dicũt.

b DOcens scilicet Christus, quòd est iudicium securæ veritatis. Infra 18. Ego palam locutus sum. Et tamen { nihil ei dicunt } quasi repressi virtute diuina. Hæc est enim propria Dei virtus, quòd malorum corda ab impetu suæ malitiæ reprimit. Prouer. 16. Cum placuerunt domino viæ hominis, inimicos eius quoque conuertet ad pacem. Et alibi. Cor Regum in manu Dei, &c. Suspicio eorum ponitur cum dicit.

c QVasi dicat: Ante quærebant eum interficere, modo inuenerunt, & tamen nihil ei dicunt: non tamen mutati a propria sententia, quia vt dicitur 1. Cor. 3. Si enim cogouissent, &c. Sed repressi a virtute diuina. Obiectio autem eorum contra suspitionem subditur.

d QVasi hoc modo arguentes. Christus debet habere occultam originem: sed iste habet originem manifestam. ergo non est Christus. In quo apparet eorum amentia, quia
K supposito quòd quidam etiam principes crederent Christo: non tamen eorum sententiam sequuntur: sed aliam corruptam proferunt. Ezech. Ista est Hierusalem in medio. Sciebant enim Christum esse ex Maria secundum originem: sed tamen eius modum ignorabant. Mat. 13. Nonne pater eius est Ioseph, &c. Sed cum dicatur Mich. 6. Ex te exiet dux, &c. quare dicunt { Christus cum venerit nemo scit vnde sit. } Respondeo, dicendum, quòd hoc habent ex verbo Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Sic ergo & ex Prophetis habent vt sciant vnde sit, secundum humanam originem. Et ex eis habent, quòd nesciant, secundum diuinam generationem. Consequenter cum dicit.

e MAnifestat suam originem. Et primo ostendit secundum quid sua origo sit nota, & secundum quid sit ignota. Secundo docet quomodo ad eius notitiã possumus peruenire ibi. { Ego scio eum, &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit quid de origine eius sciebant. Secundo quid circa ipsum ignorabant: ibi. { Et a meipso, &c. } Nouerant autem de Iesu originem suam.

qui sequitur mercedem. Non.n. ptium dati, sed dignitas recipientium & affectus dantium facit opus dignum mercede. Non solum autem recipiédos discipulos verbo ostendit ex mercede quam aliquis consequitur, sed etiam quia retrahitur a torméto. Sequitur: { Et quis.scan. vnum ex his pu.cre.in me, bonum est ei mag. si cir. mo. asi. col. eius & in ma. mit. } quasi dicat. Si qui vos ppter me honorant, mercedem habent, sic & inhonorantes, i. scandalizantes vltimam accipiét vltionem. Ex manifestis autem nobis tormentum describit intolerabile, faciens mé tionem molę & submersionis. & non ait, mola suspendatur in collo, sed bonum est ei hoc sustinere, demonstrans quoniam eum grauius aliquod malum expectat. Pusillos autem in se credentes dicit eos, qui inuocant nomen eius, non solum sequentes etiam eos, qui calicem frigidum offerunt, & non operantur alia maiora. Istorum autem neminem vult scandalizari neque supplantari. Hoc enim est prohibere nomen eius inuocare. BEDA. Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur. Qui.n. magnus est, quodcumque passus fuerit, non declinat a fide. qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quærit quo scandalizetur. propterea oportet nos maxime his consulere, qui parui sunt in fide, ne occasione nostri offendantur & recedant a fide, ac decidant a salute. GREG. super Eze. Notandum tamen, quòd in nostro bono opere aliquãdo cauendum est scandalum proximi, aliquando autem pro nihilo contemnendum. Inquantum enim sine peccato possumus vitare proximi scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum ponitur, vtilius permittitur scandalum nasci, quàm veritas relinquatur. GRE. in Pasto. Mystice autem in mola asinaria sæcularis vitæ circuitus ac labor exprimitur, & per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo cæteros destruit, vel exemplo, melius profecto erat, vt hunc ad mortem sub exteriore habitu terrena acta constringerent, quàm sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent, quia nimirum si solus caderet, vt cumque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

f ¶ BEDA. Quia supra docuerat Dominus ne scandalizaremus eos qui credunt in eum, nunc consequenter admonet quantũ
D cauere debeamus eos, qui scandalizare nos, i. verbo vel exemplo suo ad ruinam peccati propellere certant. vnde dicit: { Et si scan. te. ma. tu. absc. ill. } CHRYSO. Non de membris hoc dicit, sed de propinquis amicis, quos quãtum ad necessaria in membrorum ordine nos habemus. Nihil enim tam nociuum vt perniciosa societas. BEDA. Manum quippe nostram appellat necessarium amicum, cuius auxilio quotidiano opus habemus: sed si talis nos lædere in causa animæ voluerit, excludendus est a nostra societate, ne si cum perdito in hac vita partem habere volumus, simul in futuro cum illo pereamus. vnde sequitur: { Bo. est ti. de. intro. in vi. quàm du. ma. ha. ire in ge. in ig: inex. } GLO. Debilem dicit ad iutorio alicuius amici priuatum. Nam melius est absque amico ire in vitam, quàm cum eo ire in gehennam. HIERO. Vel aliter: { Bonum est tibi debilem ingredi in vitam, } idest sine cupito principatu, quàm duas manus habentem. Duę manus principatus sunt humilitas & superbia. abscinde superbiam, tenens humilem
E principatum. CHRY. Deinde testimonium propheticum ex Isaia propheta inducit dicens: { Vbi ver. eo. non mo. & ig. non ex. } Non de sensibili verme hoc dicit, sed vermem conscientiam vocat mordentem animam, quòd non sit operata bonum. Vnusquisque enim suiipsius accusator fiet, rememorans quæ gessit in vita mortali, & sic eorum vermis immortalis permanet. BEDA. Sicut autem vermis est dolor interius accusans, sic ignis est pœna extrinsecus sæuiens. Vel in verme putredinem gehennę, sicut in igne ar-
Cap. 9. dorem designat. AVGVST. 21. de ciui Dei: Vtrumque auté horum, ignem. s. ac vermem qui volunt ad animæ pœnas nõ ad corporis pertinere, dicunt etiã vri dolore aiæ sero ac infructuose pœnitentis, eos qui fuerint a regno Dei separati. Et ideo ignem pro isto dolore vrente non incongrue poni posse contendunt, secundum illud Apostoli: Quis scandalizatur, & ego non vror? Eundem etiam dolorem vermem putant intelligendum esse, secundũ illud: Sicut tinea vestimentum & vermis lignum, sic mœror excruciat cor viri, qui vero pœnas & animæ & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne vri corpus, animam vero rodi

f Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitã, quàm duas manus habẽtem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habenté mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eiice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis
B enim igne salietur, & oĩs victima sale saliet. Bonũ est sal: Quòd si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

A quodam modo verme mœroris affirmant. quòd etsi credibilius dicitur, quia vtique absurdum est ibi dolorem aut corporis, aut animæ defuturum. Ego tamen facilius existimo vt ad corpus vtrũq; dicam pertinere quàm neutrum: & ideo tacitum esse in istis diuinæ scripturæ verbis animi dolorem, quia consequens esse intelligitur vt corpore dolente animus quoq; crucietur. Eligat ergo quisque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animæ vermem. hoc proprie, illud tropice, aut vtrũque proprie corpori. Possunt.n. aialia etiã in ignibus viuere, in vstione sine consumptione, in dolore sine morte, per miraculũ potentissimi creatoris. Sequitur: { Et si pes tu. scandali. te. } BEDA: Pes amicus dicitur propter ministerium discursus, quasi in nostris vsibus accommodatus. Sequitur: { Quòd si ocu. tu. scan. te. } Oculus dicitur amicus vtilis atque sollicitus & acutus ad perspiciendum.
AVG. de Con. Euan. Hic profecto apparet, quòd illi qui nomi Lib. 4. c. 6.
ne Christi sunt deuoti, & priusquàm Christianorum numero socientur, vtiliores sunt quàm hi qui cum iam Christiani appellentur, & Christianis sacramentis imbuti sint talia suadent, vt eos qbus ea persuaserint, secum in æternam pœnam pertrahant quos membrorum corporalium nomine tanquàm manum vel oculum
C scandalizantem iubet erui a corpore, hoc est ab ipsa vnitatis societate vt sine his potius veniatur ad vitam, quàm cum eis eatur in gehennam. Hoc ipso autem separantur a quibus separantur, quòd eis mala suadentibus hoc est scandalizantibus non consentiũt. Et siquidem omnibus bonis, quibus eis societas est de hac peruersitate innotescunt, ab omni pœnitus societate atque ab ipsa diuinorum sacramentorum participatione separantur. Si autem quibusdam ita noti sunt, pluribus autem ista eorum est ignota peruersitas, ita tolerandi sunt, vt neque illis ad iniquitatis communioné consentiatur, neque propter illos bonorum societas deseratur. BEDA: Quia vero Dominus tertio métionem vermis & ignis fecerat, vt hoc valeamus euitare tormétum subdit: { Omnis enim igne salietur. } Fætor enim vermiũ de corruptione solet nasci carnis & sanguinis: ideoq; caro recens sale conditur, vt exiccato humore sanguineo, vermescere nequeat. Et quidem quod sale salit,
D vermis putredinem arcet. quod vero igne salitur, idest ignibus sale aspersis reconditur, non solum vermes abiicit, sed ipsam quoq; carnem consumit. Caro ergo & sanguis vermes creat, quia delectatio carnalis, cui condimentum continentię non resistit, pœnam luxuriosis generat æternam, cuius fætorem quisquis vitare desiderat, & corpus sale continentiæ & mentem studeat condimento sapientiæ ab erroris, & vitiorum labe castigare. Sal enim dulcedine sapiétiæ, ignis Spiritussancti gratiam designat. Dicit ergo: Omnis igne salitur, quia omnis electus sapientia spirituali debet a corruptione concupiscentiæ carnalis expurgari. Vel ignis est tribulationis, quo patientia fidelium vt perfectum opus habere possit exercetur. CHRY. Simile autem est huic quod dicit Apostolus: Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Postea a leuitico testimonium introducit di. Et omnis victima salietur. HIERO. Victima Domini est genus humanum, quod hic ratione sapientię salitur, dum corruptio sanguinis custodia putredinis & mater ver-
E mium consumetur, & illic purgatorio igne examinabit. BEDA. Possumus & ita intelligere, quòd altare Dei sit cor electorum, hostiæ vero & sacrificia in hoc altari offerenda, bona sunt opera fidelium. In omnibus autem sacrificijs sal debet offerri, quia nullum est opus bonum quod non sal Sapientiæ, ab omni corruptione vanę laudis, cæterisq; prauis siue superfluis cogitationib9 expurgat. CHRY. Vel hoc dicitur, quia omne munus victimæ nostræ, q̃ est secundum orationem & proximi subuentionem, salitur igne diuino de quo dicitur: Ignem veni mittere in terram. de quo subditur: Bonum est sal, idest ignis dilectionis. Quòd si sal insulsum fuerit, idest seipso priuatum, & propria qualitate per quam dicit bonum, in quo illud condietis? Sunt enim sales sal habentes, qui scilicet habent gratiæ plenitudinem, & sunt sales sal non habentes: qui enim non sunt pacifici, sal sunt insulsum. BEDA. Vel bonum est sal, bonum est Dei verbum audire frequentius, & sale Sapientiæ spiritualis cordis archana condire. THEO. Sicut enim sal carnes conseruat, & vermes eas non sinit generare, sic & sermo doctoris si desiccatiuus erit, carnales homines constringit, & in eis inextinguibilem vermem non sinit generari. Si vero sit in-

sit insulsus, ideſt, ſi virtutem deſiccatiuam & conſeruatiuam non habeat, in quo condietur? CHRYSO. Vel ſecundum Matthæum, diſcipuli Chriſti ſunt ſal, qui totum orbem conſeruant, reſiſtentes putredini quæ eſt ab idolatria & fornicatione peccatorum. Poteſt etiam intelligi, quòd vnuſquiſque noſtrum habeat tm ſalis, quantum capax eſt Dei gratiarum. vnde & Apoſtolus coniungit gratiam ſali, dicēs. Sermo veſter ſit in gratia ſale conditus. Sal etiam eſt Dominus Ieſus Chriſtꝰ, qui fuit ſufficiens totam terram conſeruare, & multos in terra fecit ſales, quorum ſi aliqui marceſcāt, poſſibile eſt enim & bonos in putredinem tranſmutari, dignum eſt vt foras mittātur. HIERO. Vel aliter: Sal inſulſum eſt q̄ amat principatum, & increpare non audet. vnde ſequitur: {Habe in. vo. ſal. & pa. ha. inter vos. vt. ſ. ſalſedinē correptionis amor proximi temperet, & dilectionē proximi ſal iuſtitiæ condiat. GRE. ſuper Ezechie. Vel hoc dicitur contra quoſdam, quos dum maior conſcientia erigit, a cæterorum ſocietate diſiungit, & quo plus ſapiunt, eo a concordiæ virtute reſipiſcunt. GREGO. in Paſto. Qui etiam loqui ſapienter nititur, magnopere metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur: ne dum ſapiens videri deſiderat, vnitatis compagem inſipiēter abſcindat. THEOPH. Vel qui conſtringit ſe vinculo dilectionis ad proximum, hic ſalem habet, & ex hoc pacem cum fratre ſuo. AVG. de Con. Euang. Hæc Marcus Dominum locutum fuiſſe contextim commemorat, & aliqua poſuit, quę nullus alius Euangeliſtarum poſuit, alia vero quæ Matthæus quoque poſuit, & aliqua quæ Matthæus & Lucas. ſed illi ex alijs occaſionibus, & in alio rerum ordine. vnde mihi videtur etiam hoc loco Dominum ideo dixiſſe, quæ alijs locis dixit, quia ſatis pertinebant ad hanc ipſam eius ſententiam, qua vetuit prohiberi virtutes in nomine ſuo fieri, etiam ab illo qui cum diſcipulis eum non ſequebatur.

Lib.4.c.6.

CAP. X.

EDA. Hucuſque Marcus ea narrauit de Domino, quæ in Galilæa fecit & docuit: Hic incipit enarrare q̄ in Iudæa fecit & docuit ſiue paſſus eſt, & primo quidē trans Iordanem ad Orientem. Et hoc eſt quod dicit: {Et inde. exur. ve. in ſi. Iu. vl. Iord.} Deinde etiam circa Iordanem quando venit Iericho, Bethaniam, & Hieroſolymam. Et cum omnis Iudæorum prouincia generaliter ad diſtinctionem aliarum gentium Iudæa ſit dicta, ſpecialius tamen meridiana eius plaga appellabatur Iudæa ad diſtinctionē Samariæ, Galileæ, Decapolis, & cæterarum in eadem prouincia regionum. THEOPHI. Viſitat autem regionem Iudeæ, quam ſæpe propter Iudæorum emulationem reliquerat, quia paſſio in ea erat futura. non tamen aſcendit tunc Hieroſolymam: ſed Iudeæ confinia vt turbæ non malitioſe proficeret. Hieroſolyma. n. erat operatrix omnis nequitiæ ob malitiam Iudæorum. vnde ſequitur: {Et conue. ite. tur. ad eum, & ſicut con. ite. doce. illos. BEDA: Notanda eſt mentium diſtantia in turbis & Phariſæis. hæ conueniunt vt doceantur, & ſui ſanētur infirmi: ſicut Matthæ. commemorat, illi accedunt vt Saluatorem tentando decipiant. vnde ſequitur: {Et acce. Pha. inter. eum ſi li. viro vx. di. tē eum.} THEOPH. Accedunt quidem non deferentes eum ne turbæ in eum crederent: ſed continue accedentes credebānt eum in dubitationem deducere, & eum per interrogationes confundere. Propoſuerunt autē ei quæſtionem ex vtraq; parte præcipitium habentem, vt ſi dicat, q̄ licet viro vxorem dimittere, vel non licet accuſarent ipſum contradicentes eidem ex dogmatibus Moyſi. Chriſtus igitur ſapientia ipſa reſpondit eis reſponſionem, illorum laqueos fugientem. CHRY. Interrogatus. n. ſi licet, non ſtatim reſpondit, non licet, ne tumultuentur, ſed primo eis legis ſententiam voluit reſpondere, vt quod eum dicere oportebat hoc illi reſponderent. vnde ſequitur: {At ille reſponait: Quid vo. præce. Moyſes?} Sequitur: {Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere & dimittere.} Proponunt quidem Moyſen hoc dixiſſe, aut propter interrogationem Saluatoris, aut volentes in eum virorum multitudinem incitare. Etenim

F hoc Iudæis erat indifferens, & omnes hoc operabantur tanquām a lege permiſſum. AVG. de Con. Euan. Nihil autem ad rei veritatem intereſt: vtrum Domino ſeparationem prohibenti, & ſentētiam ſuam de lege firmanti, ipſi turbæ vt Matthæus narrat intulerint quæſtionem de libello repudij per eundem Moyſen ſibi permiſſo, an hoc quidem illi de ꝓcepto Moyſi illios interroganti reſpōderint: vt Marcus hic dicit. nam & voluntas eius ita ſe habebat, vt non eis redderet rationem, cur illud Moyſes permiſerit, niſi prius ipſi hoc commemorāſſent. Cum ergo voluntas loquentium, cui debent verba ſeruire ab Euangeliſta vtroque monſtrata ſit, nihil intereſt iam, licet diuerſus inter ambos fuerit modus narrandi. Poteſt etiam hoc intelligi, quòd ſicut dicit Marcus, prius eos de vxore dimittenda interrogantes, Dominus viciſſim interrogat, quid eis præcepit Moyſes, qui cum reſpondiſſent. Moyſen permiſiſſe libellum repudij ſcribere, & dimittere: reſpondit eis de ipſa lege per Moyſen data, quomodo Deus inſtituerit coniugium maſculi & fœminę, dicens ea quæ ponit Matthæus, quibus auditis, illi id quod ei primo interroganti reſponderant repetierunt, dicentes: {Quid ergo mandauit Moyſes?} AVG. contra Fauſt. Li.19.c.26.

G

H Nolebat autem dimitti vxorem a viro, qui hanc interpoſuit moram, vt in diſcidium animus præceps, libelli conſcriptione refractus abſiſteret, præſertim quia vt perhibent, apud Hebræos ſcribere literas Hebræas nulli fas erat, niſi ſolis ſcribis. Ad hos igit quos oporteret eſſe prudentes legis interprætes, & iuſtos diſcidij diſſuaſores, lex mittere voluit eum quem iuſſit libellum dare repudij ſi dimiſiſſet vxorem. Non enim poterat ei ſcribi libellus, niſi ab ipſis quem per hanc occaſionem & neceſſitatem venientem quodammodo in manus ſuas bono conſilio regerent, atque inter ipſum & vxorem pacifice agendo dilectionem concordiamq; ſuaderent; ꝙ ſi tantum intercederet odium, vt extingui emendariq; non poſſet, tunc vtique ſcriberetur libellus, quia fruſtra non dimitteret, quā ſic odiſſet vt ad debitam coniugio charitatem nulla prudentium ſuaſione reuocaretur. propter hoc ſubditur: {Quibus re. Ieſus ait: Ad dur. cor. ve. ſcri. eſt vo. præ. iſtud.} Magna. n. duritia erat, quæ nec per libelli interpoſitionem, vbi diſſuadendi locus iuſtis & prudentibus tribuebatur, ſolui vel flecti poſſet ad recipiendam vel reuocandam coniugij charitatem. CHRYSO. Vel dicitur: Ad duritiam cordis veſtri, quia ſi anima fuerit purgata deſiderijs & ira, poſſibile eſt mulierem nequiſſimam tolerare. Multiplicatis autem in anima paſſionibus prædictis, multa mala contingent circa odioſum connubium. ſic igitur ab incuſatione eorum Moyſen eripit, qui dederat legem, & totum in eorum caput conuertit. Sed quia graue erat quod dictum eſt, ſtatim ad antiquam legem ſermonem reducit dicens: {Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus.} BEDA. Non ait maſculum & fœminas. quod ex priorum repudio quærebatur, ſed maſculum & fœminam, vt vnius coniugis conſortio necterentur. CHRY. Si autem voluiſſet hanc quidem dimitti & alteram introduci, creaſſet plurimas mulieres. Nec ſolum homini Deus mulierem coniūxit: ſed & relinquere parentes præcepit & mulieri adhærere. vnde ſequitur: {Et dixit. ſ. Deus per Adam. Propter hoc re. ho. pat. ſuum & mat. ſu. & adhæ. ad vxo. ſuam.} Ex ipſo modo locutionis inſeparabilitatem matrimonij demonſtrans quia dicit: Adhærebit.

I

K

BEDA: Et ſimiliter quia dicit, adhærebit ad vxorem ſuam, nō ad vxores. Sequitur: {Et erunt duo in carne vna. CHRYSO. ideſt ex vna radice facti, in vnum corpus conueniunt. Sequitur: {Itaque iam non ſunt duo ſed vna caro. BEDA: Primum igit nuptiarum eſt ex duabus vnam carnem fieri. Caſtitas iuncta ſpiritui, vnus efficitur ſpiritus. CHRYSO. Poſt hoc terribile faciens argumentum, non dixit, ne diuidatis, ſed concluſit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. AVG. contra Fauſtum: Ecce Iudæi ex libris Moyſi conuincuntur, non eſſe vxorem dimittendam, qui ſecundum voluntatem legis Moyſi arbitrabantur ſe facere cum dimitterent. Similiter & illud hinc ipſo Chriſto atteſtante cognoſcimus Deum feciſſe & coniunxiſſe maſculum & fœminam, quod Manichæi negando damnantur, non iam Moyſi libris, ſed Chriſti euangelio reſiſtentes. BEDA: Quod ergo Deus

Li.19.c.23.

Deus coniūxit, vnam faciendo carnem viri & fœminæ, hoc homo non poteſt ſeparare ſed ſolus Deus. Homo ſeparat, quando propter deſiderium ſecundæ vxoris primam dimittimus. Deus ſeparat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem Dei ſic habemus vxores, quaſi non habentes. CHRY. Si autem duo quos Deus coniunxit ſeparari non debent, multo magis Eccleſiam quam Deꝰ Chriſto coniunxit, ab eo non conuenit ſeparare. THEO. Quia vero ſcandalizabantur diſcipuli, tanquām ex prædictis non plene eis fuerit ſatisfactum, propter hoc enim iterū interrogant. vnde ſequitur: {Et ite. in do. diſc. eius de eodē inter. eum. HIERO. Secūda interrogatio ab Apoſtolis iterum dicta eſt de eadem re, de qua Phariſæi eum interrogauerūt, ideſt de coniugij ſtatu. Et hoc ꝓprie dicit Marcus. GLO. Iterata enim verbi ſententia, non faſtidium ſed eſuriem & ſitim præſtat. vnde qui me comedunt, adhuc eſurient, & qui me bibunt, adhuc ſitient. Melliflua enim ſapientiæ eloquia guſtata, diligenti C bus multrm odum ſaporem reddunt. vnde Dominus iterato diſcipulos inſtruit. nam ſequitur: {Et dixit illis: Quicūque dimi. vxo. ſu. & al. dux. adul. com. ſu. eam.} CHRY. Adulterium vocat non cum ſua ſimul eſſe: Non enim eſt ſua quā accepit, prima derelicta, & propter hoc committit adulterium ſuper eam, ideſt ſuper ſecundam quam introducit. Idem autem eſt & de muliere. vnde ſequitur: {Et ſi vxor di. virum ſuum, & alij nup. mœchatur.} Non enim alteri, vt proprio viro poteſt coniungi, ſi proprium derelinquat. Et quidem lex prohibuit adulterium manifeſtum, ſaluator hoc non manifeſtum, neque ab omnibus notum, naturæ tñ contrarium. BEDA: In Matthæo vero ſcriptum eſt plenius: Quicūque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem. Vna ergo ſolummodo carnalis eſt cauſa, fornicatio. Vna ſpiritualis, timor Dei, vt vxor dimittatur, ſicut multi religionis cauſa feciſſe leguntur. Nulla autem cauſa eſt Dei lege perſcripta, vt viuente ea quæ relicta eſt, alia adducatur. CHRY. Quod autem Matthæus dicit, D Phariſęis hæc verba dixiſſe: Marcus vero diſcipulis, non eſt contrarium. contingit enim hæc & his, & illis dicta eſſe.

b ¶ THEOPHI. Oſtenſa ſuperius nequitia Phariſæorum Chriſtum tentantium, nunc oſtenditur multa fides turbarum, q̄ tātum manuum impoſitione putabant Chriſtum benedicere parvulos quos illi offerebant. vnde dicitur: {Et offe. illi paruu. vt tangeos. CHRY. Sed diſcipuli prohibebant offerentes propter Chriſti dignitatem. Et hoc eſt quod ſubditur: {Diſci. autem. cō. oſſe.} Saluator autem erudiens diſcipulos ſapere moderata, & tumorem conculcare mundanum, accipit pueros & eis prænunciat regnum Dei. vnde ſequitur: {Et dixit illis: Sinite paruu. ve. ad me, & ne prohi. eos. ORIGE. Siquis ergo eorum qui doctrinam Eccleſiaſticam proficentur, videat aliquem offerentem quoſdam ſtultos mundi & ignobiles & infirmos, qui propter hoc appellati ſunt pueri & infantes, non prohibeat quaſi ſine iudicio facientem eum, qui offert talem Saluatori. Poſt hoc exhortatur diſcipulos E ſuos iam viros conſtitutos condeſcendere vtilitatibus puerorum, vt fiant pueris quaſi pueri, vt pueros lucrentur. Nam & ipſe cum in forma Dei eſſet, humiliās ſe factus eſt puer. vnde ſubdit: {Taliū eſt enim regnum Dei. CHRY. Etenim ab omnibus paſſionib⁹ pura exiſtit anima pueri, propter hoc oportet vt hæc ex voluntate operemur, quæ pueri habent per naturam. THEO. Vnde non dixit horum eſt regnum Dei, ſed talium. ſ. habentium & ſtudio & labore innocentiam & ſimplicitatem quam habent pueri ex natura. Puer. n. non odit neque malitioſe aliquid operatur, neque verberatus a matre diſcedit. ſed etſi eum vilibus induat veſtimentis, præfert ea regalibus indumentis, ſic & ille qui viuit ſecundum virtutem Eccleſiæ matris ſuæ, nihil huic præhonorat, neque etiam reginam multorum voluptatem. vnde & Dominus ſubdit: {Amen dico vobis: Quiſquis non rece. reg. Dei velut paruu. non intrabit in illud.} BEDA. Ideſt niſi talem habueritis innocentiam & animi puritatem ſicut paruulus habet i regnum cęlorum, non poteritis intrare. Aliter, Regnum Dei, ideſt doctrinam Euangelij, ſicut paruulus recipere iubemur, quia quomodo paruulus indiſcendo non contradicit doctoribus, neque rationes & verba cōponit eis reſiſtens, ſed fideliter ſuſcipit quæ docent, & cum meru obtemperat & diſcit: ita & nos obediendo ſimpliciter & ſine vlla contradictione verbū Domini ſuſcipere debemus. Sequitur: {Et cō. eos. & im. ma. ſup. il. ben. eos.} CHRY. Bene autem amplexatur eos ad benedictionem tanquām in ꝓprium ſinum eleuans propitiatus facturam ſuam ab eo cadentem ab initio & diuiſam. Imponit autem paruulis manus, docens diuinæ virtutis operationem. Et quidem ſecundum conſuetudinem aliorum manus imponit, ſed non ſecundum conſuetudinem operatur. Deꝰ enim exiſtens, humanum modum ſeruabat tāquām verus homo factus. BEDA: Complexus etiam benedixit paruulos, vt

a

B

humiles ſpiritu ſua benedictione, & gratia & dilectione dignos eſſe ſignificet.

c ¶ BEDA: Audiuerat quidam a Domino tantum eos, qui paruulorum volunt eſſe ſimiles, dignos eſſe introitu regni cælorū, atque ideo poſcit ſibi exponi non parabolis, ſed aperte, quibus operum meritis vitam ęternam conſequi poſſit. vnde dicitur: {Et cum egreſſus eſſet in via procur. qui. genu. ante eum, roga. eum dicens: Ma. bo. quid fa. vt vi. æter. perci.} THEO. Miror de hoc iuuene qui omnibus alijs ꝓ infirmitatibus ad Chriſtum accedentibus, hic vitæ æternæ poſſeſſionem poſtulat, cum maligna ſit paſſio auaritiæ propter quam poſtmodum contriſtatus eſt. CHRY. Quia vero acceſſerat ad Chriſtum, tanquām ad hominem & ad vnum Iudaicorum doctorum: Chriſtus tanquām homo reſpōdit eidem. vnde ſequitur: {Ieſus autem dixit ei: Quid me di. bo. Nemo bo. niſi vnus Deus.} Hæc autem dicens non excludit hominem a bonitate, ſed a comparatione bonitatis diuinæ. BEDA: Vnus autem Deus bonus, non pater ſolus intelligendus eſt: ſed & filius, qui dicit: Ego ſum paſtor bonus, ſed & Spiritusſanctus, quia dicit. Pater de cælis dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Ipſa. n. vna & individua Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus ſāctus, ſolus & vnus Deus bonus eſt. Nō igitur Dominus ſe bonum negat, ſed eſſe Deū ſignificat, non ſe magiſtrum bonum non eſſe, ſed magiſtrum abſq; Deo nullum bonum eſſe teſtatur. THEO. Voluit igitur Dominus per hæc verba mentem iuuenis facere altiorem, vt ipſum cognoſceret tanquām Deum. Sed & aliud quidem innuit in his verbis, vt quando debes conferre cum aliquo, non adulando cum eo conferas, ſed reſpicias radicem bonitatis & fontem Deum, & ei præſtes honorem. BEDA. Notandum autem, quòd iuſtitia legis ſuo tempore cuſtodita, non ſolum bona terræ, verum etiam ſuis electoribus vitam conferebat. vnde Dominus de vita æterna quærenti conſequenter dixit. {Præcepta noſti? Ne adulteres, ne occi.} Hæc eſt enim puerilis innocentia, quæ nobis imitanda proponit, ſi regnum Dei volumus intrare. vnde ſequitur: {Et ille reſpōdēs ait: Magiſter hæc omnia ob. a iuuen. mea.} Non eſt putandus homo iſte vel voto tentantis, vt quidam putauerunt, Dominum interrogaſſe, vel de ſua vita eſſe mentitus: ſed ſimpliciter vt vixerat eſſe cōfeſſus, quod patet ex hoc quod ſubditur: {Ieſus autem intuitus eū: & dilexit eum, & dixit ei. Si aut mendacij aut ſimulationis noxa reus teneretur, nequaquām intuitus archana cordis eius diligere diceretur Ieſus. ORIG. ſuper Matth. In hoc enim, quòd dilexit eum vel oſculatus eſt eum, videtur affirmaſſe profeſſionem eius, qui dixit ſe omnia iſta impleſſe. Intendens enim mente in eū, vidit hominem ex bona conſcientia confitentem. CHRYSO. Dignum tamen eſt inquirere qualiter hunc dilexit, qui eum non erat ſecuturus? Eſt autem hoc dicere quoniam quantum ad priora dignus erat amore, quæ legis ſunt obſeruans a iuuentute. circa finem vero neque diminutionem prioris dilectionis cōſecutus eſt, ſicut neque perfectionem ſuſcepit. Etſi enim non exceſſerat menſuram humanam, Chriſti perfectionem non ſequens, nullo tamen crimine exiſtebat reus, iuxta poſſibilitatem hominis legem obſeruan

Universidad de Deusto Biblioteca

seruans, & in hac obseruatione Christus eum dilexit. BEDA: Diligit.n.Dñs eos, qui mandata legis q̃uis minora custodiunt: sed nihilominus quæ in lege minus fuerant his qui perfecti esse desiderant ostendit, quia non venit soluere legem sed adimplere. Vnde sequitur: {Et dixit ei: Vnum tibi deest. Vade, quæcũq; ha. vende & da pauperibus & ha. thesau. in cælo. & veni & se.me.} Quicũque.n.perfectus esse voluerit debet vendere quæ habet, non ex parte, sicut Ananias fecit & Saphira, sed totum. THEO. Et cum vendiderit, dare pauperibus, non histrionibus & luxuriosis. CHRY. Bñ auté non fecit ęternę vitę mentionem sed thesauri, dicens: {Et habebis thesauros in cælo.} Quia enim de pecunijs erat sermo, & de abrenuntiatione omnium, ostendit quòd reddit plura his quæ præcepit relinquere, quanto maius est cælum quàm terra.

sus rursus respondens, ait illis: Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs in regnũ Dei introire? Facilius est camelum per foramen acus trãsire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuẽs illos Iesus ait: Apud homines impossibile G est, sed non apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deũ. d Et post hæc cæpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisim' omnia,

THEOPHI. Sed quia multi sunt pauperes non humiles, sed ebrij aut aliquam aliam habentes malitiam, propter hoc dicit: {Et veni sequere me. BEDA. Sequitur enim Dominum qui imitator eius est, & per vestigia eius graditur. Sequitur: {Qui contristatus in verbo abijt mærens. CHRY. Et causam tristitiæ subdit Euangelista dicens. {Erat.n.possessiones habens multas.} Non.n. eodem modo afficiuntur qui pauca habent & qui multa. Adiectio enim acquisitarum diuitiarum maiorem flammam cupiditatis accendit. Sequitur: {Et circũ. Iesus ait disci. suis: Quàm diffi. qui pecu.ha.in reg.Dei introire.} THEOPH. Non hoc dicit, quòd diuitiæ malę sint: sed habentes ipsas vt custodiant. docet.n.non ipsas habere, i. retinere & custodire: sed eis in necessarijs vti, & in seruitio hominis esse. CHRY. Dixit autem hoc Dominus discipulis pauperibus existentibus & nihil possidentibus, instruens eos inopiam non erubescere, & quasi excusando eis respõdens, pro eo quòd nihil eos habere concesserat. sequitur. {Discipuli aũt obstu. in verbis eius.} Manifestum est.n.qm̃ inopes existentes pro aliorũ salute dolebant. BEDA: Sed quia inter pecunias habere & amare multa distantia est. vnde & Salomon non ait: Qui habet, sed qui amat diuitias, fructum non capit ex eis. ideo dominus obstupescentibus discipulis verba præmissæ sententiæ exponit. vnde sequitur: {At Iesus rur. respondens ait illis: Filioli, quàm difficile est confi. in pe. regnum introire? Vbi notandum est, ꝙ non ait q̃ impossibile est: sed quàm difficile est. quod.n. impossibile est, omnino fieri non potest. quod difficile, cum labore potest. CHRY. Vel dicens difficile: ostendit esse impossibile, & non simpliciter, sed cum quadam intentione. & hoc ostendit exemplo, di. {Facilius est came. per fora. acus transire quàm diuitem intra. in regnum Dei.} THEO. Camelum siquidem oportet intelligere aut ipsum animal aut funem illum crassum, quo naues magnæ vtunt. BEDA: Quomodo ergo vel in Euangelio Matthæus & Ioseph, vel in veteri testamento q̃ plurimi diuites intrauerunt in regnum Dei, nisi forte, quia diuitias vel pro nihilo habere, vel ex toto relinquere Domino inspirante didicerunt? Altiore autem sensu facilius est Christum pati pro dilectoribus suis, quàm dilectores sæculi ad Christum posse conuerti. Cameli.n.nomine se intelligi voluit, q̃a infirmitatis nostræ onera sustulit. per acum autem significat punctiones, idest dolores in passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis, qua scissa nostræ quasi vestimenta naturæ quodammodo resarcire dignatus est. Sequitur: {Qui mag. admira. dice. ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? } cum incomparabiliter maior sit turba pauperum, quæ diuitibus perditis potest saluari. intellexerunt tamen cunctos qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant, in diuitum numero deputari. Sequitur: {Et intuens eos Iesus ait: Apud homi. impossi. est: sed non apud Deum.} Quod non ita intelligendum est quasi cupidi & superbi in regnũ cælorum sint intraturi cum cupiditate & superbia: sed possibile est Deo, vt a cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem cõuertantur. CHRYSO. Ideo autem hoc opus Dei esse dixit, vt ostenderet quòd multa opus est illi gratia, qui ad hoc a Deo dirigitur. vnde monstratur, quòd non parua merces est diuitibus volentibus Christi philosophiam sequi. THEOPH. Vel intelligendum est quod dicit: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum, quia cum Deum audimus, hoc fit possibile. cum vero humana sapimus, impossibile. Sequitur: {Omnia enim possibilia

F sunt apud Deum.} Cum.n.omnia dicit, entia subintelligas. peccatum enim non est ens. Est enim res absque essentia & hypostasi peccatum. Vel aliter: Peccatum non virtutis sed infirmitatis est: & ideo peccatum sicut & infirmitas impossibile est apud Deum. Sed numquid Deus facere potest vt id quod factum est, non sit factum? Ad quod dicitur, ꝙ Deus est summa veritas. facere autem quod factum est, vt nõ sit factum, falsum est. Qualiter ergo veritas faciet falsum? Prius igitur destruet propriam naturam, vt quidam dicunt. Nũquid potest Deus non esse Deus? hoc.n. ridiculum est.

& secuti sumus te. Rñdens Iesus ait: Amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium, qui nõ accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc domos & fratres & sorores & matres & filios & agros cum persecutionibus, & in sæculo futuro, vitam æternam. Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.

d ¶GLO. Quia iuuenis audito consilio Saluatoris de rerũ dimissione, tristis abscesserat, Discipuli autem Christi præmissum cõsilium iam adimpleuerant, sollicitare cæperunt de præmio, æstimantes se magnum aliquid fecisse, cum iuuenis qui præcepta legis impleuerat, hoc sine tristitia nec audire potuerit. vnde Petrus pro se & alijs dominum interrogat. Et hoc est quod dicitur: {Et cæpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. THEOPHI. Petrus etsi pauca dimisit, tamen hæc omnia vocat. Nam & pauca habent vinculum passionis: ita vt beatificetur ille qui pauca relinquit. BEDA. Et quia non sufficit tantum dimittere, iungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. quasi dicat H fecimus quod iussisti. Quid igitur dabis nobis præmij? Petro autem de discipulis tantum interrogante, dominus vniuersalem responsionem facit. vnde sequitur: {Respondens Iesus ait: Amen dico vobis, nemo est qui re.do.aut fratres.} Hoc autem dicens, non innuit vt patres relinquamus, non adiuuantes eos, neque vt ab vxoribus separemur: sed nos instruit præferre honorem Dei sæcularibus rebus. CHRY. Mihi autem videtur, quòd in hoc intendebat persecutiones futuras occulte prænunciare, quia futurum erat vt multi patres ad pietatem filios inducerent, & vxores viros. Non autem differt dicere: {Propter nomen meum, aut Euangelium, vt Marcus dicit, aut propter regnum Dei, vt ait Lucas. Etenim nomen Christi virtus Euangelij est & regni. Euangelium enim recipitur in nomine Iesu Christi, & regnum Dei per nomen ipsius cognoscitur & venit. BEDA: Quidam autem ex occasione huius sententiæ qua dicitur: Accipiet centies tan- I tum. nunc in tempore hoc Iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum dogmatizant, quando omnia quæ propter Deum dimisimus multiplici sunt fęnore reddenda, insuper & vita æterna donanda. Nec vident, quòd etsi in cæteris digna sit promissio, in vxoribus tamen centenis iuxta alios Euangelistas appareat turpitudo, præsertim cum Dominus in resurrectione nubendum non esse testetur, & ea quæ propter se dimissa fuerint, recipienda in hoc tempore cum persecutionibus asseueret, quas mille annis suis abesse affirmat. CHRYSO. Est quidem igitur centies tantum merces secundum communicationem, & non secundum possessionem. hoc enim adimpleuit eis Dominus non corporaliter, sed alio quodam modo. HIERO. Vxor enim in domo circa viri cibum negociatur & vestimenta. Vide igitur hoc & in Apostolis. Multæ enim mulieres sollicitæ erant de eorum cibo & vestimentis & ministrabant eis. Similiter & patres & matres plurimas Apostoli habuerunt, scilicet eos qui ipsos dilige- K bant, sed & Petrus vnam relinquens domum, postea omnium discipulorum domos habebat. Et maius est, quia cum persecutionibus hæc omnia possidebunt sancti, si persecutionem sint passi & angustiati. propter quod sequitur: {Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.} Pharisæi enim primi existentes, facti sunt nouissimi. Qui vero omnia reliquerunt, & Christum secuti sunt, fuerunt nouissimi in sæculo isto per angustias & persecutiones, sed erunt primi per spem quæ est in Deum. BEDA: Potest sane hoc qđ ait. {Accipiet centies tãtum.} altius intelligi. Centenarius quippe numerus de leua translatus in dexteram, licet eandem in flexu digitorum videatur habere figuram, quam habuerat denarius in leua: tamen quantitatis magnitudine sursum crescit, quia videlicet omnes qui propter regnum Dei temporalia spreuerunt, & in hac vita persecutionibus plenissima eiusdem regni gaudium fide certa degustant, atque in expectatione patriæ cælestis, quę significatur in dextera omnium electorum delectatione fruuntur. Verum, quia multi virtutum studia non eadem qua incipiunt

incipiunt intentione pietatis consummant, mox subinfertur·Multi autem erunt &c. Quotidie.n.videmus multos in laico habitu constitutos, magnis vitæ meritis excellere, & alios a prima ætate spirituali studio feruentes, ad extremum ocio torpente lascescere, atq; inerti stultitia quod spiritu cæpere carne consummare.

e ¶BEDA: Meminerat discipuli sermonis quo Dñs se passurum multa a summis Sacerdotibus & Scribis prædixerat: & ideo hierosolymam tendentes stupebant. Et hoc est quod dicitur: {Erant autem in via ascenden. hiero. & præce. illos Iesus.} THEO. Vt ostendat, ꝙ ad passionem p̃currit, & ꝙ non refugit mortem pro nostra salute. Et stupe. & sequẽ. time. BEDA: Ne vel ipsi cum eo occiderentur, vel saltem ille cuius vita & magisterio gaudebant, inimicorum manibus occumberet. Præuidens autem dñs ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis & passionis pœnam &

e Erant autem in via ascendentes hierosolymam, & præcedebat illos Iesus. Et stupebant, & sequentes timebant. Et assumẽs iterum duodecim, cæpit illis dicere quæ essent ei vẽtura: Quia ecce ascẽdimus hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Scribis & B Senioribus, & damnabunt eum morte. Et tradent eum gẽtibus, & illudent ei & conspuent eum & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. f Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister, volumus vt quodcũque petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuã,

resurrectionis suæ gloriam prædicit. vnde sequitur: {Et assumens iterum. 12. cæpit illis dicere, quæ ei essent ventura.} THEO. Vt.s. discipulorum corda confirmaret, vt cum hæc præaudirent leuius postmodum sustinerent, & in repentinis non formidarent, & etiam vt onderet, ꝙ voluntarie pateretur. Qui.n.prænoscit & põt fugere, & non fugit, manifestum est ꝙ voluntarie seipsum passionibus tradit. Seorsum autem assumit discipulos, nãque conueniens erat passionis mysterium ꝓpinquioribus sibi reuelare. CHRY. Commemorat autem singula quæ passurus erat, ne si aliquid prætermissum remaneret, cernentes postmodum illud subito turbarentur. vnde subdit: {Quia ecce ascendimus hierosolymã. GLO. Ad quem.s.pertinet pati, nam diuinitas pati nõ potest. Tradetur.s. a Iuda Prin.Sa.& Scri.& Senio.& condem.eum morte,} iudicantes eum esse reum mortis. {Et tradent eum gentibus.s.Pilato gentili.} Et illudent ei. milites eius. {Et conspuent eum, & fla.eum & interfi.eum.} CHRY. Vt autem cum fuerint contristati propter Passionem & mortem, tunc & resurrectionem expectent, subdit: {Et tertia die resurget.} Cum.n.tristitias & opprobria quæ cõtigerunt nõ occultauerit, cõueniẽs erat vt ei & de reliqs crederẽt.

f ¶CHRY. Audientes discipuli Christum frequenter de suo regno loquentem, putabant ꝙ hoc regnum post eius mortem non esset: & ideo nunc prænunciata Christi morte, accesserunt ad eum vt honoribus regni statim fierent digni. vnde dicitur: {Et acces. ad eum Iac.& Io.fi.Zeb.di.Magister vo.vt quodcumq; pe.fa.nobis.} Erubescentes.n.ꝙ aliquid humanum passi erant, accesserunt ad Christum, seorsum eum a discipulis assumentes. Saluator vero nõ ignorans quid petere debebant, sed ad respondendum eos inducẽs interrogationem subiungit: {At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? THEO. Credebant autem prædicti discipuli, ꝙ propter hoc hierosolymam ascẽderet vt regnaret, & postmodum pateretur, quæ se passurum prædixerat, & hoc cogitantes dexterã & sinistram sedem appetebant. vnde sequitur: {Et dixerunt. Da nobis, vt vnus ad dexterã & alius ad sinistram sedeat in gloria tua. AVG. de Con.Euã. Hoc ab eis non per eos ipsos, sed per matrẽ dictum esse Matthæus expræssit, cum illa eorum voluntatem attulisset ad Dominum. vnde magis ipsos quàm illam dixisse quod dictum est, Marcus breuiter intimauit. CHRY. Vel conuenienter dici potest vtrũq; factum esse. Videntes.n.se præ alijs honoratos, ꝓdictam petitionem se consequi æstimabant, & vt facilius petitionem obtinerent, matrem assumpserunt, vt cum hac simul Christum præcarentur. AVG. de Con.Euan. Denique & Dominus etiam secundum Marcum, & secundum Matthæum ipsis potius q̃ matri respondit. Nam sequitur: {Iesus autem dixit eis: Nescitis quid pe.} THEO. quasi dicat. Non est hoc quod creditis, quòd sim temporaliter in Hierusalem regnaturus, sed omnia hæc quæ, s. ad regnum meum pertinent supra intellectum sunt. Etenim sedere a dextris meis tam magnum quid est, vt excellat ordines Angelorum. BEDA. Vel nesciunt quid petant, qui sedem gloriæ a

Lib.2.c.64.

Lib.2.c.64.

A Dño, quam nondum merebantur inquirunt. CHRY. Vel dicit, nescitis quid petatis. ac si diceret: Vos de honore loquimini: ego vero de agonibus & sudoribus disputo. Non enim est hoc præmiorum tempus, sed occisionis, præliorũ, & periculorum. vnde subdit: {Potestis bibere ca.quem ego bi. aut bap. quo ego baptiz. baptizari? Per modũ interrogationis attrahit eos, vt ex communione, quæ est ad ipsum auidiores fierẽt. THEO. Calicem autem & baptismum crucem nominat, calicem quidem tamquã potũ dulciter ab ipso susceptum, baptismũ vero tãquàm emundationem nostrorum facientem peccatorũ. Qui non intelligentes quod dixerat, responderunt. vnde sequitur: {At illi dixerunt, Possumus.} Credebant.n.quòd de calice sẽsibili & baptismo quo Iudæi baptizari solebant lauãtes .s.se antequàm comederent loqueretur. CHRY. Responderunt autẽ tam prompte, expectantes in eo

& alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit eis, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quẽ ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerũt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicẽ quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. g Et audientes decem indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis: Scitis, quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed

C quod petierunt exaudiri. Sequitur: {Iesus aũt ait eis: Calicem q̃dem quem ego bibo bi.& bapti. quo ego bapti. baptizabimini} i. martyrio digni eritis & patiemini sicut & ego. BEDA. Quæritur autem, quomodo calicem martyrij Iacobus & Ioannes biberunt, aut quomodo baptismo Dñi fuerunt baptizati, cum scriptura narret Iacobum tantum Apostolum ab Herode capite truncatum, Ioannes autem propria morte finiuit vitam? Sed si legamus Ecclesiasticas historias in quibus fertur, ꝙ & ipse propter martyrium in feruentis olei doliũ missus sit, statimq; relegatus in Pathmos insula, sic videbimus martyrium animo nõ defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Sequitur: {Sedere autem ad dexte.me.vel ad si.non est me.da.vo. sed quibus paratum est:} CHRY. Vbi duo quæruntur. vnum est, si paratum est alicui sedere a dextris eius. Alterum autem. si omnium Dominus his quibus paratum est potestatem tribuendi non habet. Ad D primum ergo dicimus, ꝙ nullus a dextris neque a sinistris sedet: inuius.n.est omni creaturæ thronus ille. Quomodo ergo dixit: {Sedere ad dexterã meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis.} quasi quibusdam sessuris. Ad suspitionem quidem interrogantium rñdit eorum intentioni condescendens· neq;.n.nouerant illũ thronum excelsum & cathedram quæ est a dextris patris: sed vnũ solum petebant. s. potiri primatu & alijs præesse. Quidam.n.audierunt dictum de Apostolis, ꝙ super 12. thronos essent sessuri, quid esset quod dictum est ignorantes, inter cæteros petierunt primatũ. Ad secundum dicendũ est, ꝙ tale donum ꝑtãtem filij Dei nõ transcendit, sed quod in Matthæo dr̃. Paratum est a patre meo. idem est ac si diceret a me. vnde & Marcus non dixit hic, a patre meo. Qđ ergo hic Christus dicit tale est, Moriemini inq̃ propter me: non tñ hoc sufficit ad hoc, ꝙ vos primum ordinem obtineatis. Si.n.aliqs alius cum martyrio venerit, oẽm aliam virtutem possidens multa vobis maiora possidebit. his.n.paratur primatus q̃ per opera pos- E sunt fieri primi. Sic igitur dñs sua responsione eos instruxit, vt nõ vane & inaniter pro primatibus molestentur, simul autem & eos noluit contristari. BEDA. Vel non est meum vobis dare, i. superbis, hoc enim adhuc erant. Alijs paratum est, & vos alij estote, i. humiles, & vobis paratum est.

g ¶THEO. Quia reliqui Apostoli vident Iacobum & Ioannem honorẽ petere, patienter ferre non pñt. vnde dr̃: {Et audien. decẽ indignati sunt de Iacobo & Ioan.} Patientes.n.humana inuidia mouebantur: sed tunc primo indignati sunt, cum viderũt ipsos a dño nõ susceptos. non aũt prius indignabantur, q̃a videbãt ipsos alijs ꝓhonorari, tũc igit̃ sic imperfecte se habebant Apl̃i: sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicẽ. Christus autẽ eos sanat, primo quidem ad eorum consolationem eos iuxta se adducendo, & hoc significatur cum dicitur: Iesus autem vocans eos. deinde demõstrando, ꝙ vsurpare honorem & desiderare primatũ gentilium est: vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

qcūq; voluerit fieri maior, erit vester minister. Et quicūque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nā & filius hominis non venit vt ministraretur ei: sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionē pro multis.

h Et veniunt Iericho. Et proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cęcus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cæpit clamare & dicere: Iesu fili Dauid miserere mei, Et comminabantur illi multi vt taceret. At ille multomagis clamabat, fili Dauid miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcū, dicētes ei: Animęquior esto, G surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Et rñdens Iesus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus aūt dixit ei: Raboni, vt videam. Iesus autē ait illi: Vade. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

vnde sequitur:{Ait illis Scitis, quia hi qui videntur prin.gen.do. eis,& prin.eorum po.ha.ipsorum.} Gentilium principes tyrannice & dominabiliter ad principatum se ingerunt.Sequitur.{Nō ita est autem in vobis.} BEDA. In quo docet eum maiorem esse qui minor fuerit,& illum dominum fieri, qui omnium seruus sit, frustra igitur aut illi immoderata quæ sierant,aut isti dolent super maiorum desiderio, cum ad summitatem virtutum non potentia sed humilitate veniatur. Deinde proponit exēplū, vt si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera.& dicit:{Nā & fili. homi. non ve. vt ministra.ei, sed vt mini.& da.ani.suam. redem. pro multis.} THEO. Quod maius est,quàm ministrare. Cum.n.aliquis ꝑ eo cui ministrat moritur,quid isto potest esse maius & mirabilius? sed tamen ista ministratio & humilitatis descensus gloria eius erat & omnium. Ante.n.q̃ homo fieret, solum ab Angelis agnoscebatur. Cum autem factus est homo & crucifixus est, non tantum ipse gloriam habet,sed & alios in participatione suæ gloriæ suscepit,& dominatus est per fidem orbi terræ. BEDA: Non autem dixit animam suam redemptionem dare ꝑ omnibus, sed pro multis,i.qui credere voluerint.

h ¶HIERO. Passioni Domini appropinquanti, ciuitatis nomen respondet. dicitur.n. {Et veniunt Iericho.} Iericho luna siue anathema interpræatur.Defectus autem carnis Christi præparatio est Hierusalem cælestis.Sequitur:{Et proficis. de Hieri.& disci.eius & plu.multitu.filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. BEDA. Matthæus duos iuxta viam sedentes,& ad dominum clamantes,cæcos dicit esse illuminatos. Lucas autem cum appropinquaret Iericho pari ordine illuminatum ab eo cæcum esse perhibet,vbi nemo saltem sapiens putet Euangelistas sibimet contraria scribere,sed alium plenius scribere quæ alter omisit. Intelligendum est ergo vnum eorum fuisse potissimū, quod ex hoc apparet, ꝙ & nomen eius & nomen patris eius Mar-

Lib.2.c.65. cus commemorauit. AVG. de Con.Euan. Hinc est ergo, ꝙ ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparuit, quàm erat nota calamitas. Lucas vero quàmuis omnino eodem modo factum: tamen in alio cæco intelligendus est par commemorare miraculum,& eiusdem miraculi modum parem sequitur.{Qui cā audisset,quòd Iesus Naza.est,cæpit clama.& dicere: Fili Dauid Iesu miserere mei. CHRY. Filium Dauid vocat cæcus dñm, prætereuntis turbæ laudem audiens,ac Prophetarum expectatione completa certificatus.Sequitur:{Et comminabantur il.mul.vt taceret. ORIGE. Tanquàm si dicat:Qui primi crediderant increpabant ei clamanti,Fili Dauid,vt taceret & non appellaret eum contemptibili nomine, sed diceret: Fili Dei miserere mei. ille autem non destitit. vnde sequitur:{Ille autem magis clama.fili Dauid miserere mei.} Cuius clamorem Dominus exaudiuit.vnde sequitur:{Et stans Iesus præ.illum vocari.} Vide autem, ꝙ inferior est cæcus,de quo Lucas loquitur, nam nec Iesus eum vocauit, vt Matthæus dicit, nec iussit eum vocari vt hic dicitur: sed iussit eum ad se adduci, quasi non potentem per se venire. Iste autem cæcus ad Imperium domini vocatur.vnde sequitur:{Et vocant eum dicentes ei: Animęquior esto:surge,vocat te.} Ille autem abiiciens vestimentum venit ad eum.Sequitur: {Qui proiecto vesti. suo venit ad eum.} Forte vestimentum cæci & mendicantis velamentum intelligitur cæcitatis & mendicitatis quo fuerat circūdatus,quod abiiciens venit ad Iesum quem appropinquantem Dominus interrogat. vnde sequitur: {Et respondens Iesus ait illi: Quid tibi vis faciam?} BEDA. Numquid qui lumē reddere poterat, quid vellet cæcus ignorabat? Ad hoc ergo requirit vt petatur, ad hoc requirit vt cor ad orationem excitet. CHRY. Vel quærit,ne.s.aliquis ęstimaret quòd aliud volenti accipere aliud daret. Etenim consuetudo erat eius voluntatem curandorum vniuersis facere manifestam, & tūc medelam inducere vt alios duceret in zelum,& vt ostenderet eum qui curandus erat gratiæ dono digne potiri. Sequitur: {Cæcus autem dixit ei:Raboni, vt videam. BEDA: Paruipendit enim extra lucem cæcus aliquid quærere, quia etsi habere cæcus quodlibet pōt, sine luce non potest videre quod habet. HIE. Considerans autem Iesus prōptam voluntatem,cōpletione deside-

F rij remunerat. ORIG. super Matth. Dignius autem est dicere Raboni, vel sicut in alijs dicitur Domine, quàm fili Dauid. vnde propter illud quod dixit,fili Dauid,non præstitit ei sanitatem,sed propter hoc quod dicit.Raboni. vnde sequitur: {Iesus autem dixit ei:Vade fides tua saluum te fecit.Et confestim vidit,& sequebatur eū in via.} THE. Grata.n.est anima cæci in eo, ꝙ sanus effectus Iesum non relinquit, sed secutus est eum. BEDA. Mystice autem Iericho, quæ interpræatari dr Luna, defectum nostræ mutabilitatis designat. appropinquās Dñs Iericho lumen ceco reddidit,quia veniens in carne & passioni appropinquās, multos ad fidem adduxit. Non.n.primis incarnationis suæ tēporibus, sed paucis anteq̃ pateretur annis, mysterium verbi mundo exhibuit. HIER. Cæcitas etiam ex parte facta Iudæis illustrabitur in fine qñ eis mittet Heliam Prophetam. BEDA: Quòd autem appropinquans Iericho vnum illuminauit, ac proficiscens de Iericho duos: hoc intimauit,ꝙ ante passionem suam vni tñ populo Iudęorum prędicauit:post resurrectionem vero at-

H que ascensionem suam per Apostolos & Iudæis & gentibus diuinitatis & humanitatis suæ archana patefecit. ꝙ vero Marcus vnū illuminatum scribit,ad gentium salutem respicit, vt eorum quos instruebat ad fidem saluationi figura congrueret. Matthæus vero qui credentibus ex Hebræis suum scribebat Euangelium,quod in gentium quoq; notitiam erat peruenturum,rectè duos dicit illuminatos,vt ad vtrūq; populum fidei gratiam pertinere doceret. Proficiscente igitur dño & discipulis eius & plurima multitudine de Iericho, cæcus sedebat iuxta viam mendicās, quia ascendente ad cælos dño & multis fidelium sequētibus: imo cunctis ab initio mundi electis, vna cum illo ianuam regni cælestis ingredientibus, mox gentium populus cæpit suæ illuminationis spem habere,qui mendicat iuxta viam sedens, quia necdum iter veritatis ingrediés

I ad hoc peruenire contendit. HIERO. Populus etiam Iudęorum qui scripturam conseruat nec complet: iuxta mensam mendicans esurit. Clamat autem:Fili Dauid miserere mei,quia per merita Patriarcharum Iudaicus populus illuminatur. Comminantur autem ei multi vt taceat, quia peccata & dæmonia cōpescunt clamorem pauperis: sed ille magis clamabat, quia ingrauescente bello, manus ad lapidem adiutorij, hoc est Iesum Nazarenum cum clamore leuandæ sunt. BEDA. Populus etiam gentium agnita fama nominis Christi particeps eius fieri quærebat, cui contradicebant multi.primo Iudæi, deinde etiam gentiles, ne illuminandus mundus Christum inuocaret: nec tamen impugnantium furor eos,qui ad vitam erant præordinati valebat salute priuare. Clamantem autem cæcum transiens audiuit, quia ꝑ humanitatem suam misertus est, qui per diuinitatis potentiam mentis nostrę tenebras exclusit. quòd enim propter nos natus & passus est Iesus,quasi transijt,quia hæc actio temporalis est. Stare autem Dei est immutabiliter cuncta disponere. clamātem autem cæcum Dominus vocat, cum populo gentium per prædicatores verbum fidei mittit, qui vocantes cęcum animęquiorē esse & sur-

K gere,atque ad Dominum venire præcipiunt, cum prædicando indoctis spem eos salutis habere,ac de corpore vitiorum erigi:atque ad virtutum studia se accingere iubent. proiecto autem vestimento exilit, qui abiectis mundi retinaculis expedito mentis gressu, ad largitorem æternæ lucis properat. HIERO. Venit etiam Iudaicus populus exiliens nudus veteri homine vt hinnulus saliens super montes,quia segnitiem deponens Patriarchas,Prophetas,Apostolos in altis considerans ad superna se extendit. quàm conueniens autem est ordo salutis, audiuimus primo per Prophetas: deinde clamamus per fidem, postea vocamur per Apostolos, surgimus per pniam, exuimur per baptismum, interrogamur per voluntatem. Cæcus aūt interrogatus hoc requirit,vt videat volūtatem Dñi. BEDA: Imitemur ergo & nos eum,non diuitias, nō terrena bona,non honores a Dño:sed lucem quæramus quā videre cum solis Angelis possumus ad quam via fides est. Vnde & cæco respōdetur: {Fides tua te saluum fecit.} videt autem & sequit: Qui bonum qđ intelligit operatur.Iesum.n.sequitur,qui bonum quod intelligit operatur,q imitatur,q ꝑsperari in hoc mundo nō luit:opprobria ac irrisiones tolerauit.Et qa rerum corporaliū delectatione

CAPVT XI.

ET cum appropinquaret Hierosolymæ & Bethaniç ad montem oliuarum mittit duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullū ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit: Soluite illum,& adducite. Et siquis vobis dixerit, quid facitis? dicite quia Domino necessarius est, & continuo illū dimittet huc. Et abeūtes, inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio,& soluunt eum. Et quidam de illic stātibus dicebāt illis: Quid facitis, soluentes pullum? Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via, alij B autem frondes cædebant de arboribus,& sternebant in via. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabāt dicentes: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini, benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis.

lectatione a gaudio interno cecidimus, cū qua amaritudine illuc redeatur ostendit. THEO. Dicit autem ꝙ secutus est Dñm in via.s.in hac vita,quia post hanc excluduntur omnes, qui hic eum non sequuntur ab operando mandata eius. HIERO. Vel via ista est quæ dixit.Ego sum via veritas & vita. Hæc est via angusta quæ ducit ad ardua hierosolymæ, & Bethaniæ ad montem oliuarum,qui est mōs luminis & consolationis.

CAP. XI.

CHRY. Postquàm Dominus suæ virtutis sufficientem experientiam dederat, & crux instabat in ianuis,omnia cum iam maiori agit claritate quæ aduersarios inflamatura erāt:&ideo q̄uis multoties prius ascenderit hierosolymam,nūq̃ tñ cum tanta excellētia sicut modo. THEO. Vt si velint valeāt gloriam eius agnoscere & per prophetias de eo completas scirent,ꝙ est verus Deus.Si vero noluerint,maius fieret eis iudicium, quia tot claris miraculis non crediderunt. huius igitur aduentus claritatem Euangelista describens dicit: { Et cum appro.Hiero. & Betha.ad mon.oli.mittit duos ex disci.suis.} BEDA. Bethania villula est siue ciuitas in latere montis olíueti, vbi Lazarus est suscitatus a mortuis.Qūo autem discipulos miserit & ad quid,ostendit subdens:{Et ait illis:Ite in castellum quod est contra vos.} THEO. Considera vero quanta Dñs discipulis prædixerit.s.ꝙ inuenirent pullum.vnde sequitur:{Et statim introeuntes illic inuenietis pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit,soluite illum & adducite.} & ꝙ impedirentur ab accipiendo. Vnde sequit: {Et siquis vobis dixerit, quid facitis? dicite quia Dño necessarius est.} & ꝙ hoc dicto permitterentur accipere. Vnde sequitur:{ Et continuo illum dimittet huc.}Et sicut Dñs prædixerat,ita imple-

Lib.2.c.66. retur. Vnde sequitur:{ Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio,& soluunt eum. AVG. de Cō. Euā. Matthæus asinam dicit, & pullum, cæteri autem de asina tacent. vbi ergo vtrūque factum potest intelligi,nulla repugnantia est,nec si alius vnum,alius alium commemoraret, quanto minus moueri oportet si alius vnum,alius vtrumque commemoraret? Sequitur: {Et quidam de illic stantibus dicebant illis:Quid facitis,soluentes pullum? Qui dixerunt eis,sicut præceperat illis Iesus, & dimiserunt eis.s.pullum. THEO. Non autem hoc permitterent: nisi diuina virtus eis incumberet,cogens illos præsertim,quia rurales existentes & coloni ꝓmiserunt pullum auferre.Sequitur: {Et duxerunt pullum ad Iesum,& imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.} CHRY. Non quidem, ꝙ ex necessitate a monte olíueti vsque Hierusalem super pullum ire Dñm oportebat, cum Iudæam & oēm Galilæam pedes perambulauerat,sed signum erat quod fiebat.Sequitur:{Multi aūt vestimenta sua strauerūt in via.} Magis autem ad ornatum & ad sacramentum pertinet,q̃ ad necessitatem.Sequitur: {Et qui præib.& qui seque.clama.dicen. Osanna bene.qui ve.in no.Domini.}Multitudo.n.donec corrupta non fuit, cognouit qđ congruum erat, propter quod honorificauit Iesum vnusquisque secundum propriam virtutem. vnde laudantes ipsum,hymnum leuiticum assumpserunt dicentes.Osanna. quod secundum quosdam idem est quod saluum me fac:secundum vero quosdam idem quod hymnus. Estimo autem primum esse verius, nam in 117.Psalmo habetur: O Domine saluum me fac. quod in Hebraico scriptum est:Osanna. BEDA. Est autem osanna verbum Hebraicum compositum ex duobus, corrupto & integro. Salua nāque siue saluifica apud eos dicitur osy. At vero anna interiectio est deprecantis,qūo apud Latinos est dolentis heu. HIER. Osanna igitur,i.saluifica dicunt, vt homines saluentur ab eo benedicto vincente & veniente in nomine Domini,i.patris sui,quoniam filius de patre nomen suscepit, & pater de filio. CHRY. Sic ergo dant Deo gloriam dicentes{Benedictus qui venit in nomine Domini.}Benedicunt etiam regnum Christi dicentes:Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid.} THEO. Regnum autem Dauid regnum Christi dicebāt, & quia de semine Dauid Christus descenderat, simulq; quia Dauid interpratatur manufortis.quis.n.fuit manufortis,nisi Dñs,cuius manus tot & ta-

A lia miracula operata est? CHRY. Vnde & multoties Prophetę Dauid Christum nūcupāt, propter originem Christi ex Dauid secundum carnem. BEDA. Legimus autem in Euangelio Ioannis, quia ne facerent eum regem in montem fugit. Nunc autem vbi passurus Hierosolymam venit, non refugit eos, qui se regem nuncupant, vt aperte doceret, quia non tēporalis & terreni sed æterni in cęlis Rex esset Imperij, atquę ad regnum per contemptum mortis perueniret. Notādum autem quanta sit consonātia turbę cum voce Gabrielis qui ait: Dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris sui,vt.s. gentem cui Dauid quondam temporalis regni gubernacula ꝑbuit,hanc ipse verbis & factis ad regnū cęleste vocaret. CHRY. Et vlterius dant gloriam Deo cum subdunt: Osanna in excelsis,i.hymnus& gloria sit vniuersorum Deo, qui est in excelsis. HIER. Vel osanna,i.saluifica in excelsis & imis,i.vt iusti ędificentur in ruinam angelorum,& terreni & subterranei etiam saluentur.Mystice autem appropinquat Dñs hierosolymæ,quæ est visio pacis.In qua manet

C fixa imobilisq; fælicitas quæ secundum Apostolum est omnium credentium. BEDA: Bethania autem domus obedientiæ dicitur, quia multos ante passionem suam docendo domum sibi obedientiæ effecit, & in monte olíueti posita esse dicitur, quia Ecclesiam vnctione spiritualium charismatum, & scientiæ pietatisque luce refouet. {Misit autem discipulos in castellum quod contra eos erat, hoc est doctores qui indocta orbis loca quasi contra positi castelli męnia euangelizando penetrarent destinauit. HIER. Bini vocantur & bini mittuntur discipuli Christi,qm̄ charitas nō consistit cum vno vt dicitur: Veh soli. Duo educunt Hebræos de Aegypto, duo deportant botrum de terra sancta, vt semper præpositi iungant opus & scientiam, & duo mandata de duabus tabulis proferant,& duobus fontibus abluantur,& de duobus vectibus arcam Dñi portent, & inter duos Cherubin Deū cognoscant spiritu & mente psallentes. THEO. Non autem erat ei necessarius pullus,sed eum quæsiuit oñdens ꝙ debebat se ad gentilem po-

D pulum transferre. BEDA. Pullus.n.asinæ lasciuus & liber populum nationum significat, super quem nemo adhuc hominū sedit,quia nemo rationabilium doctorum frenum correctionis quo vel linguam cohibere a malo, vel ī arctam vitæ viam ire cogeretur vtilia suadendo contulerat. HIER. Inuenerunt autem pullum ligatum ante ianuam foris quia populus gentilis ligatus erat vinculis peccatorum suorum ante ianuam fidei,i.extra Ecclesiam. AMB. super Lucam: Vel inuenerunt eum ligatum ante ianuā, quia extra Christum quicūq; est foris est in via.qui aūt in Christo est, foris non est in transitu siue in biuio addidit vbi nullius certa possessio,non præsepe,nō alimenta,non stabulum; misera seruitus, cui vagum ius est. Plures.n.dominos habet qui vnum non habet. Alieni alligant vt possideant,iste soluit vt teneat. Vehementiora enim dona nouit esse q̃ vincula. BEDA. Vel rectè in biuio stabat,quia nō viam certam vitæ fideiq; tenebat sed plures dubiosq;

E sectarum calles sequebatur erroneus. HIER. Vel in biuio,i.in libertate arbitrij dubitans inter vitam & mortem. THEOPH. Vel in biuio,idest in vita hac.solutus est autem a discipulis per baptismum & fidem, HIERO. Quidam autem dicebant, quid facitis? ac si dicerent. Quis potest dimittere peccata? THEO. Vel prohibentes sunt dæmones, quibus fuerunt Apostoli fortiores. BEDA: Vel magistri errorum, qui venientibus ad salutem gentium doctoribus obsistebant,at postq̃ fidei dominicæ potestas apparuit credentibus aduersariorum quærelis, liber credentium populus ad Dominum quem corde portaret adducebatur. Vestimenta autem Apostolorum quæ illi imponunt, vel doctrina virtutum vel discretio scripturarum vel Ecclesiasticorum dogmatum varietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum ante nuda & frigida quæ Christo sessore digna fiant operiunt. HIER. Vel imponunt vestimenta sua,idest stolam primam immortalitatis per baptismi sacramenta afferunt. Sedit autem Iesus super eum, idest in eis regnare cæpit, vt non regnet peccatum in lasciua carne: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritusancto. Multi autem strauerunt vestimenta sua in via sub pedibus

pulli asinæ. Qui sunt pedes, nisi extremi qui portant quod ad iudicandum constituit Apostolus? qui & ipsi, etsi non sunt dorsum in quo sedit Dominus: tamen cum militibus a Ioanne instruunt. BEDA: Vel multi vestimenta sua in via sternunt, quia sancti martyres proprie se carnis amictu exuentes, simplicioribus Dei famulis viam suo sanguine parant. {Multi etiam vestimenta sua in via sternunt, quia corpora sua per abstinentiam domant, vt Dei iter ad montem parent, vel exempla bona sequentibus pbeant. {Frondes autẽ vel ramos de arboribus cędunt, qui in doctrina veritatis semina patrum de eorum eloquio capiunt, & hoc in via Dei ad auditoris animum venientis; humili prædicatione submittunt. THEOPH. Sternamus & nos viam vitæ nostrę, cędentes ramos de arboribus, i. sanctos imitantes. Nam arbores sancti sunt, de quibus ille ramos cædit, qui virtutem imitatur eorum. HIER. Iusti.n. vt palma florebunt, angusti radicibus, lati in floribus & fructibus, qm̃ bonus odor Christi sunt. Sternunt viam mandatorum Dei bona fama. qui præibant, prophetæ sunt, & qui sequebantur, Apostoli. BEDA: Et quia omnes electi, siue qui in Iudæa esse poterant, siue qui nunc in Ecclesia existunt, in mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt. Qui pręeunt & qui sequuntur Osanna clamabant. THEOPH. Sed & qui præeunt, & qui sequuntur nostrorum actuum ad laudem sunt Dei. Quidam enim in præterita vita bonum fecerunt initium, sequens vero nõ est vt prior, neque in laudem Dei finita.

b Et introiuit hierosolymam in templum, & circumspectis omnibus cum iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exiret a Bethania esurijt. Cumque vidisset longe ficum habentem folia, venit si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eã, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te quisquam fructum manducet. Et audiebant discipuli eius.

c Et veniunt iterum hierosolymam. Et cum introisset in templum, cæpit eiicere vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit. Et non sinebat vt quisq̃ transferret vas per templum. Et docebat eos dicens eis. Nonne scriptũ est quia domus mea, domus orõnis vocabitur oĩbus gentibus? Vos aũt fecistis eam speluncam latronum. Quo audito principes Sacerdotum & Scribæ, querebant quõ eum perderent. Timebãt.n. eum, qm̃ vniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

b ¶ BEDA: Appropinquante tempore passionis, appropinquare voluit Dñs loco passionis, vt per hoc intimaret quia suam sponte mortem subiret. vnde dicitur: Et introiuit hierosolymam in templum. } Quòd autem ingressus ciuitatem primo templum adijt, formam nobis religionis quam sequamur præmonstrat, vt cum forte quemlibet locum in quo sit domus orationis intramus, primo ad hanc diuertamus. Hoc quoque intelligendum est, quòd tantę Dominus fuerit paupertatis, & ita nulli sit adulatus, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem: sed in agerulo paruulo apud Lazarum sororesq; eius habitaret. eorũ quippe vicus Bethania est. vnde sequitur: {Et circũspectis omnibus.} si quis eum hospitio susciperet. {Cum iam vespera esset hora exijt in Bethaniam cum duodecim.} Non hoc semel fecit: sed per omnes quinque dies, ex quo hierosolymam ascenderat vsque ad tempus passionis hoc ipsum semper agere solebat, vt per diem in templo doceret, nocte vero exiens moraretur in monte oliueti. Sequitur: {Et alia die cum exiret a Bethania esurijt.} CHRY. Qualiter autem mane esuriebat vt Matthæus dicit, nisi quia dispẽsatiue hoc carni suæ concessit? Sequitur: {Cumq; vidisset a longe ficum habentem folia, venit si quid forte inueniret in ea. } Manifestum est autem, quòd hoc secundum suspitionem discipulorum dicitur, qui æstimabant propter hoc Christum ad ficulneã accessisse, & propter hoc ficulneam ipsam maledictam esse, ꝙ in ea fructum non inuenit. Nam sequitur: {Et cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia. Non.n. erat tps ficorum.} Et respondens dixit ei: {Iam non amplius in æternum quisq̃ ex te fructum manducet.} Maledicit ergo ficulneam propter discipulos vt confidant. Quia enim vbique beneficia tribuebat, nullumq; puniebat, oportebat autem eius punitiuę virtutis demonstrationem præbere, vt discerent ꝙ posset etiam Iudæos persequentes siccare, noluit hoc demõstrare in hominibus, vnde in plãta suæ punitiuæ virtutis præbuit signum. vnde ostenditur, ꝙ principaliter propter hoc ad ficulneam venit, non propter esuriem. Quis.n. tam inscius est, ꝙ matutino tempore tali stimularetur esurie, aut quid est quod impediret eum comedere antequam domum exiret? Neque potest dici ꝙ visio fructus excitauit in esuriem appetitum: non.n. erat ficorum tempus: Sed si esuriebat, cur de alio comedere non quærebat, sed de ficu fructus ante tempus tribuere non valente? Qua etiam pœna erat dignam ficum fructum non habere ante tempus? Ideoq; ex his sufficienter syllogizari potest, quòd propriam volebat demonstrare virtutem, vt non frangerentur animis in eius passione. THEO. Volens ostendere discipulis. quòd si vellet hos qui crucifixuri erãt ipsum, in momento posset exterminare. Mystice autem Dominus introiuit in templum, sed rursus exiuit, ostendens quòd ipsum relinqueret desertum & in rapinam. BEDA: Circumspicit autem omnia corda, & cum in contradicentibus veritati, non inuenit vbi caput reclinet, secedit ad fideles, & in eis qui obediunt mansionem facit. Bethania namque, domus obedientiæ dicitur. HIERONY. Mane autem ad Iudæos venit, atque nos in vespera mundi visitat. BEDA. Sicut autem parabolas loquitur, ita & operatur: ideo esuriens in ficu fructum quærit, cuius nondum tempus esse nouit, & tamen eam perpetua sterilitate damnauit, vt ostẽderet plebem Iudæorum propter folia, i. verba iustitiæ quæ habebat sine fructu, idest bono opere non posse saluari, sed scindi & in ignem mitti. Esuriens ergo, i. salutem humani generis desiderans, vidit ficum, idest Iudæum habentem folia, idest eloquia legis & Prophetarum, & quæsiuit in ea fructum boni operis, docendo, corripiendo, miracula faciendo, & non inuenit: & ideo damnauit. Tu quoque si non vis damnari a Christo in iudicio, arbor sterilis esse caueto. sed potius pauperi Christo fructum pietatis quo indiget, offer. CHRYSO. Est autem & aliter dicere, quòd Dominus ante tempus fructum quæsiuit in ficu, & non inueniens maledixit, quia omnes qui mandata legis adimplent, isti suo tempore fructificare dicuntur, sicut est illud mandatum, Non mechaberis. Qui autem non solum non mechatur sed permanet virgo, quod est magis, virtutibus excedit. Dominus autem a perfectis non solum exigit vt virtutes obseruent, sed supra mandata fructificent.

c ¶ BEDA: Quia maledicendo ficum infructuosam per figuram Dominus fecit, hoc idem mox apertius ostendit eiiciendo improbos de templo. Ficus enim non peccauit si ante tempus fructum non habuit: sed Sacerdotes. vnde dicitur: {Et veniunt hierosolymam. Et cum introisset in templum, cæpit eiicere vendentes & ementes in templo.} Et quidem credendum est, quòd ea tantum vendi vel emi reperit in templo, quæ ad ministerium templi necessaria essent. Si ergo ea quæ alibi libere geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negocia geri non patitur, quanto magis per ea quæ numquàm fieri licet, plus cælestis irę merentur, si in ædibus Deo sacratis aguntur? Sequitur: {Et mensas nummulariorum. THEOPHI. Nummularios vocat campsores nummorum. Nummus enim genus æris minuti est. Sequitur: {Et cathedras vendentium columbas euertit.} BEDA: Quia Spiritussanctus in columba super Dominum apparuit, recte per columbas Spiritussancti charismata designantur. Columba igitur venditur, quando manus impositio per quam Spiritussanctus recipitur, ad precium prębetur. Cathedras autem vendentium columbas euertit, quia qui spiritualem gratiam venundant, vel ante homines vel ante Dei oculos Sacerdotio priuantur. THEOPHI. Sed & si quis baptismatis gratiam & puritatem tradiderit dæmoni per peccatum, suam columbam vendidit, & propter hoc foras de templo eiicitur. Sequitur. {Et non sine. vt quisquã transfer. vas per templum.} BEDA. De vasis illis dicit, qui mercandi gratia inferebantur. Cæterum, absit vt vasa Deo dicata Dominus eiiceret de templo. vel introferre prohiberet in templum, vbi futuri examinis prætendit exemplum, quia de Ecclesia repellit reprobos, & ne vltra ad interturbandam Ecclesiam intrent, æterno eos verbere compescit. Sed & peccata quæ cordibus fidelium inerant, diuinitus immissa compunctio tollit, & ne vltra repetantur, diuina in eis gratia adiuuat. Sequitur: {Et docebat eos dicens: Nonne scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus? } HIERONY. Iuxta Isaiam: Vos autem fecistis speluncam latronum. iuxta Hieremiam, BEDA: Omnibus inquit, gentibus non vni genti Iudeæ, nec in vno Hierosolymæ vrbis loco: sed in toto orbe terrarum: Et nequaquàm taurorum & hircorum & arietum, sed orationis. THEOPHILVS. Speluncam autem latronum templum nominat propter lucrum. Genus namque latronum ad lucrum se congregat. Quia ergo illa animalia quæ ad sacrificium oblata erant causa lucri vendebant, latrones ipsos dixit. Ad hoc enim in templo erant, vel vt non dantes corpo-

tes corporaliter persequerentur, vel dantes spiritualiter necarẽt. Templum etiam & domus Dei mens est & conscientia fidelium, quæ si in læsione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident. Ergo mens fidelium spelunca latronis fit, quando relicta simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, quo Lib.2.c.67. valeat proximis nocere. AVG. De Cõ. Euan. Ioannes autem longe diuerso ordine hoc narrat. vnde manifestum est non semel, sed iterum hoc esse a Domino factũ, sed illud primum cõmemoratum a Ioanne, hoc vltimum a cæteris trib'. THEO. Quod etiam est in maiorem redargutionem Iudæorum, quia cum dominus hoc toties fecerit, ipsi minime se correxerunt. Lib.2.c.28. AVG. de Con. euã. In hoc etiam Marcus non eũdem ordinem tenet cum Matthæo, sed quia Matthæus ita connectit: Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam. vnde mane reuertentem in ciuitatem, arbori maledixisse commemorat, probabilius creditur ipse potius tenuisse ordinem temporis de vendentibus & ementibus eiectis de templo. Prætermisit ergo Marcus quod prima die factum est, cum intrauit in templũ, & recordatum interposuit, cum dixisset ꝙ non inuenit aliquid in ficulnea præter folia, quod secundo die factum est, sicut ambo testant. GLO. Quem autem effectum correctio Domini in ministris templi habuerit, ostendit Euangelista cum subdit. {Quo audito Princi. Sacer. & Scri, quæ. quomodo eum perderent.} Secundũ illud Amos: Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Ad hoc autem tam iniquo proposito ad tempus solo timore retrahebantur. vnde subditur: {Timebant enim eum quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. } Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi, vt alibi dicitur.

d Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cũ mane transirent, viderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus ait illis: Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicũque dixerit huic monti tollere, & mittere in mari, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcũque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Quòd si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra.

e Et veniunt rursus Hierosolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi Sacerdotes & Scribæ & Seniores, & dicunt ei: In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ita facias? Iesus autem respondens ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi, & dicam vobis in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis, de Cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes:

d ¶ HIERO. Relinquens Dñs post se tenebras in Iudæorũ cordibus, vt Sol egrediebatur de ciuitate ad aliam quæ est beniuola & obediens. Et hoc significatur cum dicitur: {Et cum vespera esset facta egrediebatur de ciuitate. Sed occidit Sol, & oritur Sol. lux enim ablata a scribis, lucet in Apostolis: vnde in ciuitatem reuertitur, propter quod subditur: {Et cum mane transirent. s. in ciuitatem euntes, viderunt ficum aridã factã a radicibus.} THEO. Quod miraculum magnum videtur in hoc, ꝙ tam humidã & viridem arborem siccauerit. Quãuis autem Matthæus dicat ficulneam continuo arefactã, & quòd videntes discipuli admirati sunt, non admireris si nunc a Marco audis ficum in crastinum arefactã vidisse discipulos. Nam sic intelligendum est hoc quod dicitur a Matthæo. s. ꝙ non statim viderunt sed in crastinum. Lib.2.c.68. AVG. de Con. Euan. Intelligitur autem non tunc aruisse quando viderũt, sed continuo quando maledicta est, neque enim arescentẽ, sed penitus arefactam viderunt, ac sic eam continue in verbo Dñi aruisse intellexerunt. HIERO. Ficus aũt arida a radicibus, synagoga est a Caym, & a cæteris a quibus omnis sanguis ab Abel vsq; ad Zachariam requiritur. BEDA. A radicibus autem arefacta est ficus, vt oñderetur gens impia, non ad tps vel ex parte corripienda externorum incursibus, & per pniam liberanda sicut sæpe factum est: sed æterna dãnatione ferienda. vel arefacta est a radicibus, vt oñdatur non solũ humano extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus destituenda. Nam & vitam perdit in cælis, & patriam in terris. HIER. Petrus autem agnoscit aridam & abscisam radicẽ, cui succedit oliua fructifera pulchra vocata a Dño. vnde sequitur: {Et recor. Petr. dixit ei: Rabbi, ecce fi. cui male. aruit.} CHRY. Quòd autem Petrus & alij discipuli mirati sunt, nõ erat perfectę fidei: non.n. magnum erat hoc Deo. Quia ergo non manifeste nouerant eius virtutem, eorum ignorantia fecit eos in admirationẽ prorũpere, & ideo subditur: {Et rñdens Iesus ait illis: Habetis fidẽ Dei. Amen dico vob. quia qui di. huic monti.} q.d. Non solum lignum siccare poteritis, sed & montem iussu ac præcepto transmutare. THEO. Mirare autem diuinam misericordiam qualiter nobis appropinquantibus ad eum per fidem, miraculorum virtutem condonat quam ipse possidet per naturam, intantum vt etiam montes transmutare possimus. BEDA. Solent autem gentiles, qui contra Ecclesiam maledicta scripsere improperare nostris, qa non habuerunt plenam fidem Dei, qui numquàm montes transferre poterunt. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse quæ in Ecclesia sunt gesta, sicut & de factis ipsius Christi scriptura testatur. Fieri autem potuit, si necessitas id fieri poposcisset, quomodo factum legimus præcibus beati patris Gregorij Neocæsareæ Ponti antistitis, viri meritis & virtutibus eximij, vt mõs in terra tantum loco cederet, quantum incolæ ciuitatis opus habebant. Euseb.lib.7 hist.c.25. CHRYSO. Vel aliter. Sicut ficũ non propter se siccauit, sed in signũ Hierusalem ad arefactionem peruenturæ, & ad demonstrationem virtutis suæ, sic intelligendum est & de pmissione quæ est circa montem, quàmuis huiusmodi transmutatio non sit impossibilis secundum Dei virtutem. HIERO. Christus igitur qui est mons crescens de lapide absciso sine manibus, tollitur & mittitur in mare, quando Apostoli dicunt: Digne transferamur ad gentes alteras, quia vos indignos iudicastis audiendi verbum Dei. BEDA. Vel quia montis nomine diabolus significatur propter superbiam, mons ad præceptũ eorum qui fortes sunt in fide tollitur de terra, & in mare proiicitur, cum prædicantibus verbum Dei doctoribus sanctis, immundus spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad vitam sunt præordinati, & in turbulentis amarisq; infidelium mentibus vesaniam suæ tyrannidis exercere permittitur. In quo tanto acrius deseuit, quanto amplius se dolet a læsione priorum fuisse depulsum. Sequitur: {Propterea dico vo. omnia quę. ora. pe. cre. quia acci. & ve. vob.} THEO. Qui enim ex affectu credit, manifestum est quòd in Deum erigit cor suum & illi coniungitur, & certificatur cor eius calefactum quasi suam petitionem iam consecutum, quod quidem intelligibile est ei qui passus est hoc, & mihi quidem videtur illos hoc pati, qui mensuram & modum attendunt. propter hoc Dominus dicit, quòd omnia accipietis quęcũq; fide petieritis.} Qui enim credit se totum disponi a Deo, cum lachrymis intercedens, & quasi Domini pedes in oratione tenere se cogitans, quæ iuste postulat consequetur. Vis autem & aliter quæ petis accipere? dimitte si quid contra te peccauerit frater tuus. Et hoc est quod subditur: { Et dum sta. ad orandum di. si quid ha. aduer. aliquem, vt & pater vr̃ qui in cælis est di. vo. pec. vr̃a. HIER. Septem versus orationis dñicæ Marcus suo more in vna oratione comprehendit. Is autem cui dimissa sunt omnia peccata quid amplius rogabit, nisi vt perseueret in eo quod obtinuit? BEDA: Notanda est autem distinctio deprecantium, qui perfectam habet fidem quæ per dilectionem operatur, ille orando vel etiam iubẽdo põt transferre montes spirituales, quõ fecit Paulus de Helima mago. qui vero tantę vestigium perfectionis necdũ conscendere queunt, postulent sibi peccata dimitti, & impetrabunt: si tñ in se peccãtibus alijs primo ipsi dimittant. Sin autem hoc facere contemnũt, non solum orãdo virtutes facere, sed nec suorum possunt veniam consequi peccatorum. Et hoc est quod subditur: {Quòd si vos nõ dimiseritis nec pater vester qui in cælis est, di. vo. pec. vestra.}

e ¶ THEO. Quia dñs de templo eiecerat eos, qui templum quasi taberna rerum venalium faciebant, irati fuerant: & ideo accedunt vt interrogent & tentent. vnde dicitur: {Et veni. rur. Hiero. & cum ambu. in tẽ. ac. ad eum sum. Sa. & Scri. & se. & di. illi: In qua po. hæc facis, & quis de. ti. po. vt ista facias?} q.d. Quis es tu qui talia facis? Nũquid doctorem te constituis, & te ordinas principem Sacerdotum? BEDA: Et quidem qñ dicunt: In qua ptãte hæc facis de Dei dubitabant ptãte, & subintelligi volunt diaboli esse quod facit: Addẽtes quoque, {Quis dedit tibi hanc potestatem?} manifestissime Dei filium negant, quem putant non suis, sed alienis viribus signa facere. THEOPH. Hæc autem dicebant, credentes ipsum in iudicationem reducere, vt si diceret: In potestate mea, ipsum tenerent. Si autem diceret; In potestate alterius, ab eo

discedere populum procurarent, qui ipsum Deum esse credebant. Dñs vero illos interrogat de Ioanne, nõ frustra neque sophistice, sed quia de eo Ioannes perhibuerat testimonium. vnde sequitur: ¶Ille autem rñdens ait illis: Inter vos & ego. ¶ BEDA. Poterat quidem Dominus aperta responsione tentatorum calumnias confutare: sed prudenter interrogat vt suo vel silentio vel sententia condemnentur, quod apparet ex eo quod subdit: ¶Et illi cogitabant dicentes: Si dixerimus de cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei? ¶ Quasi quem confitemini de cælo habuisse Prophetiam, mihi testimonium perhibuit, & ab illo auditis in qua ista facio potestate. Sequitur: ¶Si dixerimus, ex hominibus. ¶ Viderunt ergo quodlibet horũ respondissent in laqueum se casuros, timentes lapidationem: sed magis timentes veritatis confessionem: vnde sequitur: ¶Et respondentes, dicunt Iesu: Nescimus. BEDA. De lucerna inuidi obscurantur, vñ dicitur, Paraui lucernã Christo meo, inimicos eius induam confusione.

Sequitur: ¶Respondens Iesus, ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam. BEDA. quasi dicat. Non vobis dico quod scio, quia non vultis fateri quod scitis. Notandum autem, quod duas ob causas maxime scientia veritatis est occultanda quærentibus. s. cum is qui quærit, aut minus capax est ad intelligendum quod quærit, aut contemptu veritatis, aut aliquo alio indignus est cui debeat aperiri quod quærit.

CAP. XII.

GLO. Postquàm Dominus prudenti interrogatione tẽtatorum ora concluserat, consequenter eorum malitiã parabolice demonstrat. vnde dicitur: ¶Et cæpit illis in parabolis loqui: Vineam pasti homo. HIER. Homo Deus pater, dicitur humano affectu. vinea domus Israel est. Sepis est custodia angelorum. Lacus est lex, turris templum, agricolæ Sacerdotes. BEDA. Vel sæpis murus est vrbis, lacus siue torcular altare, aut illa torcularia quorum tres Psalmi prænorantur titulo. THEOPHI. Vel sæpis est lex, prohibens eos alienige nis commisceri. Sequitur: ¶Et peregre profectus est. ¶ BEDA: Non loci mutatione: sed abire videtur a vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Sequitur: ¶Et misit ad agricolas in tempore ser. vt ab agricolas accideret de fructu vineæ. ¶ Serui missi apprehensi, fructus vineæ obedientia est. De prophetis alij cæsi, alij vulnerati, alij occisi sunt. vnde sequitur: ¶Qui appræhendentes eum ce. & dimiserunt vacuum. BEDA: Seruus qui primo missus est, ipse legiser Moyses intelligitur. Sed cæsum eum dimiserunt vacuum, irritauerunt enim Moysen in castris. Sequitur: ¶Et iterum misit ad illum alium seruum, & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt, & plures alios quosdã cedentes, alios vero occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium charissimũ, & illum misit ad eos nouissimũ dicens, quia reuerebũtur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem: Hic est hæres, venite occidamus eum, & nra erit hæreditas. Et apprehendentes eũ occiderunt, & eiecerunt extra vineã. Quid ergo faciet dñs vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineã alijs. Nec scripturã hãc legistis: Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. a dño factũ est istud, & é mirabile ĩ oculis nris. Et qrebãt eũ tenere, & timuerũt turbã. Cognouerũt. n. qm̃ ad eos pabolam hãc dixerit. Et relicto eo abierũt

Sequitur: ¶Et appræ. eũ. occ. & eie. ex vi. ¶ THEO. Scilicet, extra Hierusalem, extra ciuitatem quippe crucifixus est Dominus. HIERO. Vel eiecerunt eum extra vineam, idest extra plebem dicentes: Samaritanus es & dæmonium habes. Vel quia quantum in se erat, ex suis eum finibus excludentes, gentibus suscipiendum dederũt. Sequitur. ¶Quid ergo faciet dñs vineæ? Ve. & p. co. & dabit alijs. AVG. de Con. Euan. Et quidem Matthæus illos respondisse subiũgit, atque dixisse: Malos male perdet. quod Marcus hic non ab ipsis responsum esse commemorat: sed Dominum post interrogationem suam ipsum sibi quodammodo respondisse. Sed facile potest intelligi vel illorum vocem ita subiunctam vt non interponeretur illi respõderunt: aut illi dixerunt, sed tamen intelligeretur: aut ideo responsionem istam Domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit qui veritas est. THEO. Dñs ergo vineæ est pr̃ filij interẽpti, & ipse filius interemptus qui perdet colonos, tradens ipsos Romanis & populum dabit alijs colonis, i. Apostolis. Perlegas actus Apostolorũ, & inuenies tria milia & quinque milia repente credentium & ꝓficientium Deo. HIER. Vel datur vinea alijs, i. ab Oriente & Occidente, & Austro, & ab Aquilone venientibus, & recũbentibus cum Abraham Isaac & Iacob in regno Dei. BEDA: Hoc autem ita diuinitus fuisse procuratum prophetico statim affirmauit exemplo, subiiciens: ¶Nec scrip. hanc le. La. quem repro. edi. hic fac. est in cap. anguli. ¶ q. d. Quomodo implebitur hæc Prophetia, nisi quia Christus a vobis reprobatus & occisus, traditus est gentibus prædicandus, vt quasi lapis angularis duos populos condat in semetipsum, atq; ex vtroque populo vnam sibi fidelium ciuitatem, vnã templum ædificet? Eosdem. n. synagogæ magistros quos supra colonos dixerat, nunc ædificãtes appellat, quia subditam sibi plebem ad ferendos vitæ fructus quasi vineam videbantur excolere, ipsi quoque hanc Deo inhabitatore dignam quasi domum construere atque ornare præcipiebantur. THEO. Lapis ergo quem reprobauerunt doctores, hic factus est in caput anguli, i. in caput Ecclesiæ. Angulus namque Ecclesia est, quasi coniungens Iudæos & gentiles. hic autem angulus. s. Ecclesia a Domino factus est, & est mirabilis in oculis nostris, scilicet fidelium, nam ab infidelibus miraculis detrahitur. Mirabilis quidem est Ecclesia quasi miraculis sistens Domino cooperante Apostolis, & sermonem confirmante sequentibus signis. & hoc est quod dicitur: ¶A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. ¶ HIERO. Vel aliter. Hic lapis reprobus quem gestat angulus coniungens in cæna agnum cum pane, finiens vetus, nouum inchoans testamentum, præstat mira in oculis nostris, vt Topazion. BEDA. Principes autem Sacerdotum ostendebant vera esse quæ Dominus dixerat, quod patet ex hoc quod subditur: ¶Et quærebant eum tenere. Ipse enim est hæres cuius iniustam necem dicebat esse vindicandam a patre. Moraliter autem cuique fidelium cum mysterium baptismi committitur, quasi vinea quam excolat locatur. Sed missus seruus contumelijs affectus vel cæsus eiicitur, cum sermo auditus vel contemnitur, vel quod peius est, etiam blasphematur. Missum insuper hæredem quantũ in se est occidit, qui filium Dei conculcauit. Perdito malo culture vinea datur alteri, cum dono gratię quod superbus spreuit, humilis quisque dicitur. Sed & hoc, quòd Principes Sacerdotum manum mittere quærentes in Iesum, timore turbæ retinentur, quotidie geritur in Ecclesia, cum quilibet solo nomine super eam quam non diligit, Ecclesiasticæ fidei & pacis vnitatẽ propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinem, aut erubescit, aut timet impugnare.

b ¶ BEDA: Quærentes Dominum cõpræhendere Summi Sacerdotes timuerũt turbam: atque ideo quod per se non potuerunt, terrenis potestatibus efficere tentabant, vt vel ipsi a morte eius viderentur immunes. Et ideo dicitur: ¶Et mit. ad eum quosdam ex Phari. & Hæro. vt eum caperent in verbo. ¶ THEOPHI. Diximus alibi de Herodianis, quòd hæresis quædam noua erat dicentium Christum esse Herodem propter hoc, quòd defecerant successiones regni Iudæorũ. Alij vero dicunt Herodianos milites fuisse Herodis quos Pharisæi pro testibus inducebant de his quæ dicebantur a Christo, vt eũ caperent & adducerent. Vide autem eorum malitiam, qualiter cũ adulatione Christum decipere volebant. Nam sequitur: ¶Qui ve. di. ei: Magister. sci. quia ve. es. ¶ HIERO. Melius enim verbis eum interrogabant, & circũdabant eum sicut apes mel portantes in ore, aculeum in tergo. BEDA: Blanda autem & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem, vt magis Deum q̃ Cæsarem timeat, & dicat non debere tributa solui, vt statim audientes Herodiani, seditionis contra Romanos authorem habeãt. Et ideo subdunt: ¶Et non curas quemquam. nec enim vides fa. hominum. ¶ THEOPH. Ita vt Cæsarem non honores. s. contra veritatem. Ideo subdunt. ¶Sed in veri. viam Dei do. Licet tri. dari cę. an non dabimus? ¶ Totum enim artificium eorum erat vndiq; præcipitium habens, vt si diceret, quòd licet censum Cæsari dari, prouocent contra eum plebem quasi in seruitutem reducentem ipsum populum. Si vero diceret, quòd non licet dari, sic accusarẽt eum tanquàm excitaret populum contra Cæsarem, sed Sapientiæ fons fugit dolos eorum. vnde sequitur: ¶Qui sciens ver. eorum, ait illis: Quid me ten. Afferte mihi denarium vt vi. At illi attule. ¶ BEDA: Denarius est genus nummi, quod pro decem nummis imputabatur, & habebat imaginem Cæsaris. vnde sequitur: ¶Et ait illis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. ¶ Qui putant interrogationem Saluatoris ignorantiam esse non dispensationem, ex hoc discant, quòd potuit scire cuius imago esset, sed interrogat, vt ad sermonem eorum competenter respondeat. vnde sequitur: ¶Respondens autem Iesus dixit illis: Reddite igitur quę sunt Cæsaris cæsari, & quę sunt Dei deo. THEO. quasi dicat. Date quod imaginem habet imaginato, idest denarium Cæsari. Potestis enim & censum Cæsari dare, & Deo propria offerre.

BEDA: Idest decimas & primitias & oblationes & victimas, quomodo & ipse reddidit quę Dei sunt, patris faciens voluntatẽ. HIERO. Vel aliter: Nummum habentem Cæsaris imaginem reddite coactum Cæsari, vos ipsos libenter Deo reddite. Signatum est enim super nos lumen vultus tui Dñe non Cæsaris. THEO. Quasi Cæsar etiam est vniuscuiusque nostrorũ corporum inæquitabilis necessitas. Iubet ergo Dominus dari corpori cibaria propria & vestitum, & quæ sunt Dei Deo. Sequitur: ¶Et mirabantur super eo. ¶ Qui credere debuerant, ad tantam sapientiam sunt mirati, quòd calliditas eorum non inuenisset locum.

c ¶ GLO. Postquàm Dominus sapienter Pharisæorum calliditatem tentationem euitauit, ostenditur quomodo etiam Saducæos tentantes confundit. vnde dicitur: ¶Et ve. ad eum Sadu. qui dicũt sur. non esse. THEOPH. Hæresis quædam Iudæorum erat, qui dicebãtur Saducæi, & hi resurrectionem negabant, & dicebant ꝙ non sit Angelus neq; spiritus. Hi ergo accedentes ad Iesum, dolose narratione quadam inquisierunt per quam ostenderent resurrectionem non esse nec factam nec fiendam. Et ideo subditur: ¶Et interro. eum di. Magister. ¶ In qua quidem narratione septem ponunt, qui mulierem acceperãt, vt magis rem trahant a resurrectione. BEDA: Recte. n. istiusmodi fingunt fabulam, quæ delyramenti arguat eos, qui resurrectionem asserũt corporum. Potest autem fieri, vt vere in gente eorum aliquando hoc acciderit.

HIERO. Mystice autem mulier sterilis non relinquens semen ex septem fratribus nouissime moriens, quid aliud significat quàm Iudaicam synagogam relictam a spiritu septiformi, qui septem Patriarchas impleuit, qui non reliquerunt ei semen Abrahæ, quod est Iesus Christus? licet enim puer natus est illis, nobis ramen gentibus datus est, quæ mulier mortua erat Christo, nec cuiquam Patriarchæ de septem in resurrectione coniungetur. Septenario namque numero vniuersitas perfectorum significatur, vt versa vice per Isa. dicitur: Appræhendent septem mulieres virum vnum, idest septem Ecclesiæ quas Dominus amat arguit & castigat, eum vna fide adorant. vnde sequitur: ¶Et respondens Iesus ait illis: Nonne ideo erratis non sci. scrip. neque vir. Dei? THEO. quasi dicat. Vos non intelligitis qualem resurrectionem scriptura annunciet. Creditis enim, ꝙ restauratio corporum talium sit futura, qualia nunc sunt, non autem sic erit. Sic igitur ignoratis scripturam, sed etiam virtutem ignoratis diuinam. Vos enim consideratis quasi difficile dicentes: Qualiter poterunt membra dissoluta coniungi & animabus adunari? hoc. n. respectu diuinæ potentiæ quasi nihil est. Sequitur: ¶Cum enim a mor. resur. neque nubent, neque nubentur: sed erũt sicut Angeli Dei in cælis. ¶ quasi dicat. Diuina quædã erit vitæ restauratio & Angelica cum vlterius non corrumpemur: sed eodem modo manebimus, & propter hoc nuptiæ auferentur. Nam nuptiæ quidem nunc sunt propter corruptionem, vt per successionẽ generis persistamus & non deficiamus, tunc vero sicut Angeli erimus, qui sunt sine successione nuptiali & numquàm desinunt.

BEDA: Considerandum est hic, quòd latina consuetudo hic Græco idiomati non respondet. Nubere. n. proprie dicuntur mulieres, & viri vxores ducere: sed nos simpliciter dictum intelligamus, vt nubere de viris, & nubi de vxoribus scriptũ sit. HIER. Sic igitur erant non intellegentes scripturas, quia in resurrectione homines erunt sicut Angeli Dei, idest nemo ibi morĩ, nemo ibi nascitur, nec infans est ibi nec senex. THEO. Et aliter etiam decipiuntur non intelligentes scripturas. Si. n. has intellexissent, intellegerent quõ per scripturas resurrectio mortuorum posset probari. vñ subdit: ¶De mortuis ꝙ resur. non le. in lib. Moy. super rubum dixit illis Deus inquiens: Ego sum Deus Abra. Deus Isa. & Deus Iac. ¶ Quasi. d. Deus viuentium. vñ subdit: ¶Nõ est Deus mor. sed viuo.

Non enim dixit,ego fui,sed ego sum, tamquam illi præsentes exi stant. Sed forte aliquis dicet quòd hoc dixit solum Deus de anima Abrahę,non de corpore. Ad quod dicimus,quòd Abraham vtrũque importat. scorpus & animã ita,vt & corporis ipse sit Deus,& corpus viuat apud Deum. i. in Dei ordinatione. BEDA. Vel quia cũ probauit animas permanere post mortem(neque enim poterat fieri,vt eorũ esset Deus,qui nequaquam subsisterent)cõsequenter introducere retur & corporum resurrectio,quæ cũ animabus bona malaque gesserunt. HIER. Cũ autẽ dicit,{Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Iacob,} ter Deũ nominando,trinitatẽ intimauit. Cũ autem dicit {Non est Deus mor.} vnũ Deũ iterans,vnam substantiam significauit. Viuunt autem qui nec vendicat portionem, quam elegerant. Mortui autẽ sunt, qui qđ vendicauerant, perdiderunt. Vos ergo multum erratis. GLO. Quia videlicet & scripturis contradicebãt, & virtuti Dei derogabant.

d Et accessit vnus de scribis, qui audierat illos cõquirentes, & videns quoniam bene illis respõderit, interrogauit eũ quod esset primum omnium mandatorum. Iesus autem respõdit ei, quia primum omnium mandatum est. Audi Israel,dñs Deus tuus, Deus vn' est, & diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximum tuum tamquàm teipsum. Maius horũ aliud mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister,in veritate dixisti quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde,& ex toto itellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum sicut seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Iesus autẽ videns q̃ sapienter respõdisset,dixit illi. Nõ es lõge a regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare.

e Respõdens Iesus dicebat,docens in templo. Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritusancto. Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit ipsum dominũ, & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiebat.

f Et dicebat eis ĩ doctrina sua: Cauete a scribis qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & ĩ primis cathedris sedere in synagogis,& primos discubitus in cœnis. Qui deuorãt domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium.

g Et sedens Iesus contra Gazophylacium,aspiciebat quomodo turba iactaret ęs in Gazophylacium,& multi diuites iactabãt multa. Cum venisset autem vna vidua pauper, misit duo minuta,quod est quadrans. Et conuocãs discipulos suos,ait illis: Amẽ dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in Gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum.

CAP. XIII.

Et cum egrederetur de Tẽplo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister,aspice quales lapides,& quales structuræ. Et respondens Iesus ait illi: Vides has magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.

b Et cum sederet in monte Oliuarum contra templum,interrogabant eum seperatim Petrus,& Iacobus,& Ioannes,& Andreas: Dic nobis quando ista fient, & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari? Et respondes Iesus cœpit dicere

CAP. XIII.

BEDA: Quia fundata ecclesia Christi: Iudæa dignas suæ perfidiæ pœnas erat luitura, aptè dominus post laudatam in paupere vidua deuotionẽ ecclesiæ egreditur de Templo, ruinamque eius futurã; atque ædificia nunc admiranda,non multo post contemnenda esse prædixit. vnde dicitur. {Et cum egrederetur de Templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspi. quales la. & quæ. structuræ.} THEO. Quia enim multa circa destructionem Hierusalem dominus locutus fuerat,discipuli eius mirabantur, q̃ tam magna, & pulchra ædificia destrui debeant: & propter hoc ostendunt ei Templi decorem,qui non solum ait hæc destruenda fore,sed & q̃ in eis lapis super lapidem non relinqueretur. vnde sequitur. {Et respon. Iesus ait illi: Vides has omnes mag. ædifica. Non relin. lap. su. lapi. qui non destruatur.} Sed dicerent aliqui,q̃ multæ reliquiæ remãserunt,vt Christum mendacem nitantur ostendere,sed nequaquã est hoc. Etsi enim aliquæ reliquiæ remansissent: tamen vsque ad vniuersalem consummationem non relinqueturlapis super lapidem. Præterea narratur, q̃ Helius Adrianus ciuitatem & templum a fundamento euertit: ita q̃ verbum domini quod hic dicitur sit impletum. BEDA: Diuinitus autem procuratum est, vt patefacta per orbem fidei euangelicæ gratia,templum ipsum cum cæremoniis tolleretur,ne quis forte paruulus in fide si videret illa permanere quæ a Deo sunt instituta,paulatim a synceritate fidei, quæ est in Christo Iesu ad carnalẽ laberetur Iudaismũ. HIER. In hoc etiã enumerat dominus discipulis cladem nouissimi tẽporis,idest destructionem templi cum plebe & litera sua,de qua lapis super lapidem non relinquetur,ideòt testimonia prophetarum super eos,in quo Iudæi rezorquebant ea, vt in Esdrã, & Zorobabel, & Machabæos. BEDA: Recedente etiam domino de Templo, omnia legis ædificia,& compositio mandatorum ita destructa est, vt,nihil a Iudæis impleri possit, & capite sublato, vniuersa inter se membra compugnant.

b ¶ BEDA: Quia laudantibus quibusdã ædificationes templi dominꝰ palam respõderat hæc esse omnia destruenda, discipuli secreto tempus,& signa prædictæ destructionis interrogant. vnde dicitur: { Et cum sederet in monte Oli. contra tẽ. inter. eum. Sedet dominus in monte Oliuarum contra templum,cum de ruina,& excidio templi disputat, vt etiam ipso corporis situ verbis quæ loquitur congruat,mystice designans, q̃ quietus manens in sanctis,superborum detestatur amentiam. Mons enim Oliueti fructiferam designat sanctæ ecclesiæ celsitudinem. AVG. Interrogantibus autem eum discipulis, ea respondit dominus quæ iam ex illo tempore fuerãt secutura,siue de excidio Hierusalem,vnde orta est ipsius interrogationis occasio,siue de aduentu suo per ecclesiam,in qua vsque ad finem venire non cessat. In suis enim veniens agnoscitur,dum eius quotidie membra nascuntur,siue de ipso fine,in quo apparebit viuos iudicaturꝰ,& mortuos. THEO. Sed antequam eis ad interrogata respondeat, mentem eorum confirmat,vt non seducantur. vnde sequitur. {Et respon. Iesus cœpit dicere. Vide. ne quis vos seducat.} Hoc autem dicit quia incipientibus circa Iudæam passionibus,insurrexerunt quidam qui se doctores esse dicebant. vnde sequitur. { Multi enim ve. in nomine meo: dicentes quia ego sum.} BEDA: Multi enim immmente Hierosolymorum excidio extitere,qui se esse Christos dixerunt; tempusq; libertatis iam appropinquare. Multi etiam in ecclesia ipsis etiam temporibus Apostolorum Heresiarchæ prodiere. Multi etiam in nomine Christi venere Antichristi,quorũ primus est Simon Magus,cui sicut in Actibus Apostolorum legimus ausicultabant, qui in Samaria erant dicentes: Hæc est virtus Dei quæ vocatur magna.

memur, frustra gaudentes in bonis, quæ laudari simulant. THEO. Specialiter etiam Apostolos docet,vt nullam cum Scribis habeãt. conuersationem,sed ipsum Christum imitentur,ordinansque ipsos magistros in his quæ sunt circa vitam agenda,alios eis supponit. BEDA: Non solum autem laudes ab hominibus: verũ etiam pecunias quærunt. vnde sequitur. {Qui de uo. do. viduarum sub obtẽ. prolixæ orationis.} Sunt enim qui se iustos simulãtes a peccatorum suorum conscientia turbati quasi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitãt, & cum porrecta manus pauperi præces iuuare soleat: illi ob hoc maxime in præcibus pernoctãt, vt pauperi nummum tollãt. THEO. Accedebãt autem Scribæ ad has mulieres, quæ sine protectiõe viri manebãt, quasi earũ fierent protectores, & simulatione orationis, & habitu reuerentiæ, & hypocrisi viduas decipiebant,& sic etiam deuorabãt diuitum domos. Sequitur: {Hi accipi. prolix. iudicium,} scilicet quàm cæteri Iudæorum peccantium.

g ¶ BEDA: Dominus qui appetituros primatus, & vanæ gloriæ cauendos esse monuerat,etiam dona ferentes in domum domini certo examine discernit. vnde dicitur. {Et sedens Iesus contra Gazo. aspi. quomodo tur. iac. es in Gazo.} Sermone græco philatin, seruare dicitur,& Gaza Persica lingua,diuitiæ vocantur. vnde Gazophylacium locus appellari solet,quo diuitiæ seruantur,quo nomine,& arca,in qua donaria populi congregabantur ad vsus Tẽpli necessarios,& porticus,in quibus seruabantur, appellabantur. Habes exemplum de porticibus in euangelio: Hæc inquit, verba locutus est in Gazophylatio docens in Templo. Habes & de arca in libro Regum: Et attulit Ioiada Põtifex Gazophylacium vnũ. THEO. Erat autem laudabilis consuetudo apud Iudæos, vt. s. habentes,& volentes aliquid in Gazophylacio ponerent quod esset pro Sacerdotibus & pauperibus,& viduis,vt exinde nutrirentur. vnde subditur. {Et multi di. iac. multa.} Multis autem hoc facientibus,accessit & vidua: ostendens affectum in oblatione pecuniæ secundum propriam virtutem. vnde subditur. { Cum ve. autẽ vna vi. pauper, misit duo mi. quod est quadrans.} BEDA: Quadrantem vocant calculatores quartam partem cuiusliber rei, videlicet & loci,aut temporis, aut pecuniæ. Forsitan ergo hoc loco quartam partẽ sicli, idest quinque obolos significat. Sequitur. {Et conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in Gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserũt: hæc vero de pe. sua omnia quæ ha. mi. to. victum suum. HIER. Mystice autem diuitesiunt qui proferunt de thesauro cordis sui noua & vetera,quæ sunt incerta,& occulta sapientiæ diuinæ vtriusque testamenti. paupercula autem quæ est, vt ego & mei similes,qui mitto quod possum,& desidero quod nõ possum vobis explanare: nam non quantum vos audistis, sed ex quanto considerat Deus. Vnusquisque autem quadrãtem potest offerre quæ est voluntas prompta,quæ dicitur quadrans, quia cũ tribus consistit. s. cogitatu,verbo,& facto, Quod dicit: {Totum victum suum misit.} hoc significat, quia tota voluntas corporis in victu consistit. vnde dicitur. Totus labor hominis in ore suo est. THEO. vel aliter: Vidua ista anima hominis est relinquens Sathanam,cui fuerat adiuncta,quæ mittit in Templi erario duo minuta,carnem. s. & mentem. carnem quidem per abstinentiam, mẽtem vero per humilitatem,vt sic audire valeat, q̃ totum victum suum posuit,& sacrum fecit,nihil de suo mundo relinquens. BEDA: Allegorice autem diuites, qui in Gazophylacium munera mittebant,Iudæos de iustitia legis elatos designant. Vidua pauper,ecclesiæ simplicitatem designat. pauper quidem,quia spiritum superbiæ vel concupiscentias temporaliũ abiecit. vidua vero,qa Iesus vir eius pro ea mortem pertulit. Hæc in Gazophylaciũ duo minuta mittit, quia dilectionẽ Dei & proximi, seu fidei & oratio nis munera defert,quæ consideratur proprie fragilitatis minuta, sed merito pię intentionis accepta cunctis superbientibus Iudæorum operibus præstant. ex abundanti sibi Iudæus mittit in munera Dei,qui de iustitia sua præsumit. Omnem autem victum suum in Dei munera mittit ecclesia,quia omne quod viuit, non sui meriti,sed diuini muneris esse intelligit.

Universidad de Deusto Biblioteca

gna.vnde & hic subditur.¶Et mul.sedu.} A tempore autem dominicæ passionis in populo Iudæorum qui latronem seditiosum elegerunt,& Christum saluatorem abiecerunt,nec hostium,nec sedentiones ciuiũ cessauerunt. vnde sequitur. ¶Cum au.autem bella,& opi.bel.ne ti.}Sed his aduentantibus, Apostoli ne terreantur, ne Hierusalẽ, Iudeamq; deserant admonẽtur, quia videlicet nõ statim finis, quin potius in quadragesimũ differendum sit annum. Et hoc est quod subditur: ¶ Oportet enim hæc fie.sed nondum finis.}idest desolatio ꝓuinciæ, vltimumque vrbis,ac templi excidiũ.Sequitur. ¶Exurget autem gens contra gentem,& reg.super regnũ.} THEO. Idest,Romani contra Iudæos, qđ Iosephus narrat ante destructionem Hierusalem factum. Cum enim gẽs Iudæorum tributum non redderet,Romani venerunt turbati. Sed quia tunc temporis Romani misericordes erãt,cœpissent quidem eorum spolia, non fuisset tamen destructio Hierusalem. sed ꝙ Deus contra Iudæos præliaretur,ostenditur per id quod subditur: ¶ Et erunt terræmotus per loca,& fames. } BEDA. Constat autem hoc tẽpore Iudaicæ seditionis ad literam contigisse. Potest vero regnũ super regnum,& pestilentia eorum,quorum sermo serpit,vt cancer,& fames audiendi verbum Dei,& commotio vniuersæ terræ, & a vera fide separatio in hæreticis magis intelligi, qui contra seinuicem dimicantes,ecclesiæ victoriam faciunt.

c ¶ BEDA. Quo merito Hierosolymis,ac prouinciæ Iudæorum vniuersæ irroganda tot fuerunt aduersa,dominus manifestat cum dicit: ¶ Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis,& in Synag.vapu.} Ea quippe Iudaicæ genti maxima causa erat excidii,ꝙ post occisionem Saluatoris, nominis quoque ac fidei eius præcones impia crudelitate vexabant. THEO. Conuenienter autem præposuit narrationem de his quæ circa Apostolos erant, vt in propriis tribulationibus aliqualem consolationem haberent ex communibus tribulationibus,& passionibus.Sequitur.enim: ¶Et ante re.& præ.ta.propter me,in testi.illis. Reges enim,& Præsides dicit, sicut Agrippam , Neronem , & Herodem. Quòd autem dicit: Ante Re.& Præ.ta.pro me.non modicam eis consolationem dedit,quia.s.propter eum erant passuri. Quod autem dicit. In testimonium illis,sic intelligitur,idest in præiudiciũ eorum vt.s.essent inexcusabiles,ꝙ.s. Apostolis laborantibus illi nõ potuerunt veritati coniũgi. Deinde vt crederent, ꝙ propter tribulationes,& pericula prædicatio impediretur subdit: ¶ Et in omn. gen. primum oportet prædicare euan. AVG. de Concor. euang. Matthæus addit: Et tunc veniet consummatio. Sed hoc qđ Marc⁹ ait Primum,signat vtique antequã veniat cõsummatio. BEDA. Hoc ita fuisse complerum ecclesiasticæ testantur historiæ, in quibus refertur,ꝙ Apostoli omnes multo ante excidium Iudææ prouincia ad prædicandum euangelium toto orbe fuerũt dispersi,excepto Iacobo Zebedæi,& Iacobo fratre domini,qui in Iudæa proverbo domini prius sanguinem fuderant. Quoniam ergo nouerat dominus corda discipulorum de excidio,ac perditione suæ gẽtis esse contristanda,hoc eos solatio alleuat, vt nossent sibi etiam Iudæis abiectis socios non deesse gaudii,regniq́ cœlestis: immo multoplures,quàm de Iudæa perirent ex omnibus toto orbe hominibus esse colligendos. GLO. Poterat etiam alia sollicitudo in discipulorum cordibus oriri. quia enim audierant,ꝙ ante Reges,& Præsides essent ducendi,ne dubitarẽt,ꝙ ex defectu propriæ scientiæ,ac facundiæ ad respondendum insufficientes essent, dñs eos consolatur cum subdit: ¶ Et cum dux.vos tra. no. præco. quid loqua.sed quod da.fu.vo.in illa ho.id loquamini.} BEDA. Cum enim propter Christum ducimur ad iudices,voluntatem tantum nostram pro Christo debemus offerre. Cæterum ipse Christus quantum in nobis habitat loquitur,& spiritussancti in respondendo gratia dabitur.vnde sequitur. ¶Non enim vos estis lo.sed spiritussanctus. THEO. Prædicit etiam eis quod erat grauius, quòd scilicet a propinquis persecutionẽ patientur.vnde sequitur: ¶ Tradet autem frater fra.in mor.& pater fi.& consur.fi.in parentes, & mor.affici.eos.} BEDA: Hoc in persecutionibus fieri crebro vidimus,nec vllus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est. THEO. Hoc autem dicit,vt audito hoc,præparent se vt persecutiones & mala patientius sustinerent. Deinde consolationem inducit dicẽs. ¶ Et eritis odio omnibus propter nomen meum.} ꝙ.n. habeamur odio propter Christũ, causa est sufficiens patienter ꝓsecutiones sustinendi: nõ.n.martyrẽ facit pœna,sed cã, sed in hoc etiam quod sequitur. ¶ Qui autem sustin. in fi. hic saluus erit.} & non modica consolatio esse videt inter persecutiones.

d ¶ GLO. Præmissis his quæ ante excidium ciuitatis erãt futura, nunc dominus prædicit ea, quæ circa ipsam ciuitatis destructionẽ contingerunt,dicens } Cum autem vide.abomi.de lo.stantem vbi nõ debet, qui legit intelligat. AVG. de Conc. euang. Matthæus dicit: Stantem in loco sancto. in hac autem mutatione verbi Marcus exposuit eandem sententiam. Ideo quippe dixit. Vbi non debet,quia in loco sancto non debet. BEDA: Quando autem ad intelligentiam prouocamur,mysticum monstratur esse quod dictum est. Potest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris,quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestri statua quæ in ipso sanctosanctorum loco multo tẽpore stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur,& iccirco addidit: ¶ Desolationis,} ꝙ in desolato templo,atque deserto idolum positum sit. THEO. Vel abominationem desolationis dicit ingressum hostium in ciuitatem ꝓ violentiam. AVG. ad Esichium: Lucas vero,vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis,quando expugnata est Hierusalem,hoc eodem loco domini verba commemorat. Cum videritis circundari ab exercitu Hierusalem,tunc scitote,quia appropinquauit desolatio eius. Sequitur. ¶ Tunc qui in Iudæa sunt, fu.in montes. BEDA. Hæc iuxta literam facta esse constat, cum appropinquante Romano bello,& exterminio Iudaicæ gentis: oraculo admoniti omnes qui erant in ponuincia Christiani, longiꝰ discesserũt, vt Ecclesiastica narrat historia,& trans Iordanem secedentes,manebant ad tempus in ciuitate Pella,sub tutela Agrippæ Regis Iudæorum,cuius in actibus Apostolorum mentio est, qui cum ea quæ sibi obtemperare volebat parte Iudæorũ, semper imperio Romanorum subditus agebat. THEO. Bene autem dixit Qui in Iudæa sunt,quia Apostoli in Iudæa adhuc non erant , sed ante prælium fugati sunt a Hierusalem. GLO. Vel magis ipsi exierunt,spiritu ducti diuino. Sequitur. ¶ Et qui super tectum,non descen.in do.nec intro,vt tol.quid de do.sua.} Deliberabile.n.erit etiam nudo corpore de tanta tribulatione saluari. Sequi: ¶ Væ autem pręg.& nut.in illis diebus. } BEDA: Quarum.s.vteri, vel manus filiorum sarcina pergrauatæ,fugę necessitatem non minime impedient. THEO. Mihi autem videtur,ꝙ filiorum esum in his ostendat,nam famę, & pestilentia afflicti manus filiis iniecerunt. BEDA: Postquam autem fecerat mentionem de duplici impedimento fugæ,quod.s.posset esse vel ex cupiditate rerũ aspotandarum,vel ex deportatione natorum, tangit tertium impedimentum,quod.s.est ex parte temporis dicens: ¶ Orate ergo,ut hyeme non fiant.} THEO. Ne.s.ex difficultate temporis impediantur qui fugere cupiunt. Causam autem tantę necessitatis ad effugiendum conuenienter assignat,cum dicit. ¶ Erunt enim in diebus illis tribula.ta.qua.non fue.ab initio crea.quam condi. Deus vsq; nunc,nec fient. AVG. ad Esichium: Iosephus enim qui Iudaicas scripsit historias,talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix credibilia videantur. vnde non immerito dictum est talem tribulationem,nec fuisse a creatuę initio,nec futuram. Sed etsi tempore Antichristi talis,aut maior forsitan erit,intelligendum est de illo populo dictum,ꝙ eis talis amplius futura non erit. Si enim Antichristum illi primi & præcipui recepturi sunt,facturus est tunc idem populus tribulationẽ potius quàm passurus. BEDA. Hoc autem

autem solum est in tantis malis refugium,vt Deus qui dat virtutẽ patiendi, breuiet potentiam persequendi. vnde sequitur. ¶ Et nisi breui.do.di.} THEO. Idest,nisi in breui spacio bellum Romanorum fuisset,non fuit.sal.omnis caro,idest nullus euasisset Iudæ⁹, sed propter electos quos elegit,idest propter Iudæos credentes, aut in posterũ credituros,breuiauit dies, idest cito bellum est terminatum. nam ꝑsciebat Deus,ꝙ multi post desolationem ciuitatis crederẽt Iudæorum: huius gratia eorum genus ex toto destrui non permisit, AVG. ad Esichium: Quidam autem conuenientius intellexisse mihi videtur mala ipsa significata nomine dierum, sicut dicti sunt dies mali in aliis scripturæ diuinæ locis, neque enim dies ipsi mali sunt, sed ea quæ fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari, vt Deo donante tolerantiam minus sentirent,ac sic quæ magna essent,breuia fierent. BEDA: Vel aliter. Hæc quæ dicit ab illo loco. Erunt dies tribulationis. temporibus Antichristi proprie congruunt, quando non solum tormenta crebriora,& acerbiora, quàm prius consueuerãt ingerenda sunt fidelibus, sed quod grauius est, signorum quoque operatio eos qui tormenta ingerunt,comitabitur. Hæc autem tribulatio quanto cæteris, quæ præcessere præsurarũ pondere gratior fuit,tanto est tpis breuitate moderatior futura. Namque tribus annis & dimidio,quantũ de prophetia Danielis,& Apocalypsi Ioannis coniici potest,ecclesia per orbem impugnanda esse creditur. Iuxta vero sensus spirituales, cum videmus abominationem desolationis stare vbi nõ debet,hoc est, hæreses & flagitia regnare in ter eos,qui cælestibus mysteriis videbantur esse consecrati, tunc quicumque in Iudæa, hoc est in cõfessione veræ fidei persistimus, tanto altius virtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla vitiorũ itinera sequi videmus. HIERO. Fuga enim in montes est,vt nõ descendat ad ima,qui ascendit ad alta. BEDA. Tunc qui super tectũ est,hoc est,qui excedẽs animo carnalia facta tamquã in aura libera spiritaliter viuit, ne descendat ad infimos actus pristinæ conuersationis,neque ea quæ reliquerit mundi carnisue desideria repetat. Domus namq; nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus,nostra intelligenda est caro. HIER. Dicit enim, Orate,vt hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato.i. ne sinian tur fructus nostri operis cũ fine tpis. hyeme enim finitur fructus, sabbato vero tps. BEDA: Si aũt de consummatione mũdi intelligãt hæc præcipi,vt non refrigescat fides nostra & in Christũ charitas,neque vt ociosi in opere Dei torpeamus virtutũ sabbatho. THEO. Oportet ẽt nos a peccato fugere cũ feruore, & non frigide, & quiete. HIER. Tribulatio aũt erit ingens & dies breues propter electos,ne malicia huius tpis mutet intellectũ eorũ.

e ¶ THEO. Postquam ea quæ ad Hierusalem pertinebant dominus compleuit,nunc de aduentu loquitur Antichristi dicẽs: ¶ Et tunc siquis vobis dixerit,ecce hic est Christus,ecce illic,ne credideritis.} Hoc autem quod dicit Tunc,non sic intelligas, idest statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem, sicut & Matthæus post Christi generationem dicit: In diebus illis venit Ioannes,numquid immediate post Christi natiuitatem? non,sed indeterminate vel indistincte,sic & in hoc loco. Tunc, accipi potest,non scilicet,quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus aduentus Antichristi. Sequitur: ¶ Exurgẽt enim pseudo Christi,& pseudoprophetæ,& dabunt signa & prodigia ad seducẽdos si fieri potest etiam electos.} Multi enim Christi nomen susc̃ipient, ita etiam vt fideles seducant. AVG. xx. de Ciui. Dei: Soluetur enim tunc Sathanas,& per Antichristum in omni virtute sua mirabiliter quidem,sed mẽdaciter operabitur. Solet autem ambigi, vtrum propterea dicta sint ab Apostolo signa & prodigia mendacij,quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est,vt quod non facit,facere videat,an quia illa ipsa ẽt si erunt vera prodigia,ad mendacia pertrahent credituros,non ea potuisse nisi diuinitus fieri: virtutem diaboli nescientes,maxime quando tantam quantam numquã habuit acceperit potestatem,sed propter quod libet horum dictum sit,seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur. GREG. super Ezech. Cur autem sub dubitatione dicitur. Si fieri potest,cum quid futurum sit a domino præsciatur? Vnum vero ex duobus est,quia si electi sunt, fieri non potest. si autem fieri nõ potest,electi non sunt. Ista ergo dñici sermonis dubitatio in electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat,quia cernit,ꝙ in fide & bono opere persistent,qa q,electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorũ Antichristi tentabuntur ad cadendum. BEDA: Quidam autem hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referunt,vbi multi Christos se esse dicentes, deceptas post se cateruas populi trahebant, sed in illa ciuitatis obsidione nullus erat fidelis ad quẽ diuina exhortatio ne falsos magistros sequeretur fieri deberet,vnde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra ecclesiam venientes Christos se esse mentirentur,quorum primus Simon Magus fuit,extremus autem ille maior cæteris est Antichristus. Sequitur. ¶ Vos ergo vi.ec.præ. vo. omnia. AVG. ad plebem Hippo. Non enim solum bona quæ sanctis,& fidelibus suis est redditurus,verum etiam mala quibus erat hic mundus abundaturus, aut prædixit,vt bona post sæculi finem secutura certiores expectaremus,quando mala similiter prænunciata ante sæculi finem præcedentia sentiremus. THEO. Post Antichristi autem aduentũ alterabitur,& mutabitur machina mundialis obscuratis sideribus, propter abundantiam claritatis Christi. vnde sequitur. ¶ Sed in bulatio quanto cæteris, quæ præcesserẽ præsurarũ pondere gratior fuit,tanto est tpis breuitate moderatior futura. Namque tribus annis & dimidio,quantũ de prophetia Danielis,& Apocalypsi Ioannis coniici potest,ecclesia per orbem impugnanda esse creditur. Iuxta vero sensus spirituales, cum videmus abominationem desolationis stare vbi nõ debet,hoc est, hæreses & flagitia regnare in ter eos,qui cælestibus mysteriis videbantur esse consecrati, tunc quicumque in Iudæa, hoc est in cõfessione veræ fidei persistimus, tanto altius virtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla vitiorũ itinera sequi videmus. HIERO. Fuga enim in montes est,vt nõ descendat ad ima,qui ascendit ad alta. BEDA. Tunc qui super tectũ est,hoc est,qui excedẽs animo carnalia facta tamquã in aura libera spiritaliter viuit, ne descendat ad infimos actus pristinæ conuersationis,neque ea quæ reliquerit mundi carnisue desideria repetat. Domus namq; nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus,nostra intelligenda est caro. HIER. Dicit enim, Orate,vt hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato.i. ne sinian tur fructus nostri operis cũ fine tpis. hyeme enim finitur fructus, sabbato vero tps. BEDA: Si aũt de consummatione mũdi intelligãt hæc præcipi,vt non refrigescat fides nostra & in Christũ charitas,neque vt ociosi in opere Dei torpeamus virtutũ sabbatho. THEO. Oportet ẽt nos a peccato fugere cũ feruore, & non frigide, & quiete. HIER. Tribulatio aũt erit ingens & dies breues propter electos,ne malicia huius tpis mutet intellectũ eorũ.

e ¶ THEO. Postquam ea quæ ad Hierusalem pertinebant dominus compleuit,nunc de aduentu loquitur Antichristi dicẽs: ¶ Et tunc siquis vobis dixerit,ecce hic est Christus,ecce illic,ne credideritis.} Hoc autem quod dicit Tunc,non sic intelligas, idest statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem, sicut & Matthæus post Christi generationem dicit: In diebus illis venit Ioannes,numquid immediate post Christi natiuitatem? non,sed indeterminate vel indistincte,sic & in hoc loco. Tunc, accipi potest,non scilicet,quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus aduentus Antichristi. Sequitur: ¶ Exurgẽt enim pseudo Christi,& pseudoprophetæ,& dabunt signa & prodigia ad seducẽdos si fieri potest etiam electos.} Multi enim Christi nomen susc̃ipient, ita etiam vt fideles seducant. AVG. xx. de Ciui. Dei: Soluetur enim tunc Sathanas,& per Antichristum in omni virtute sua mirabiliter quidem,sed mẽdaciter operabitur. Solet autem ambigi, vtrum propterea dicta sint ab Apostolo signa & prodigia mendacij,quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est,vt quod non facit,facere videat,an quia illa ipsa ẽt si erunt vera prodigia,ad mendacia pertrahent credituros,non ea potuisse nisi diuinitus fieri: virtutem diaboli nescientes,maxime quando tantam quantam numquã habuit acceperit potestatem,sed propter quod libet horum dictum sit,seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur. GREG. super Ezech. Cur autem sub dubitatione dicitur. Si fieri potest,cum quid futurum sit a domino præsciatur? Vnum vero ex duobus est,quia si electi sunt, fieri non potest. si autem fieri nõ potest,electi non sunt. Ista ergo dñici sermonis dubitatio in electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat,quia cernit,ꝙ in fide & bono opere persistent,qa q,electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorũ Antichristi tentabuntur ad cadendum. BEDA: Quidam autem hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referunt,vbi multi Christos se esse dicentes, deceptas post se cateruas populi trahebant, sed in illa ciuitatis obsidione nullus erat fidelis ad quẽ diuina exhortatio ne falsos magistros sequeretur fieri deberet,vnde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra ecclesiam venientes Christos se esse mentirentur,quorum primus Simon Magus fuit,extremus autem ille maior cæteris est Antichristus. Sequitur. ¶ Vos ergo vi.ec.præ. vo. omnia. AVG. ad plebem Hippo. Non enim solum bona quæ sanctis,& fidelibus suis est redditurus,verum etiam mala quibus erat hic mundus abundaturus, aut prædixit,vt bona post sæculi finem secutura certiores expectaremus,quando mala similiter prænunciata ante sæculi finem præcedentia sentiremus. THEO. Post Antichristi autem aduentũ alterabitur,& mutabitur machina mundialis obscuratis sideribus, propter abundantiam claritatis Christi. vnde sequitur. ¶ Sed in bulatio quanto cæteris, quæ præcessere præsurarũ pondere gratior fuit,tanto est tpis breuitate moderatior futura. Namque tribus annis & dimidio,quantũ de prophetia Danielis,& Apocalypsi Ioannis coniici potest,ecclesia per orbem impugnanda esse creditur. Iuxta vero sensus spirituales, cum videmus abominationem desolationis stare vbi nõ debet,hoc est, hæreses & flagitia regnare in ter eos,qui cælestibus mysteriis videbantur esse consecrati, tunc quicumque in Iudæa, hoc est in cõfessione veræ fidei persistimus, tanto altius virtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla vitiorũ itinera sequi videmus. HIERO. Fuga enim in montes est,vt nõ descendat ad ima,qui ascendit ad alta. BEDA. Tunc qui super tectũ est,hoc est,qui excedẽs animo carnalia facta tamquã in aura libera spiritaliter viuit, ne descendat ad infimos actus pristinæ conuersationis,neque ea quæ reliquerit mundi carnisue desideria repetat. Domus namq; nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus,nostra intelligenda est caro. HIER. Dicit enim, Orate,vt hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato.i. ne sinian tur fructus nostri operis cũ fine tpis. hyeme enim finitur fructus, sabbato vero tps. BEDA: Si aũt de consummatione mũdi intelligãt hæc præcipi,vt non refrigescat fides nostra & in Christũ charitas,neque vt ociosi in opere Dei torpeamus virtutũ sabbatho. THEO. Oportet ẽt nos a peccato fugere cũ feruore, & non frigide, & quiete. HIER. Tribulatio aũt erit ingens & dies breues propter electos,ne malicia huius tpis mutet intellectũ eorũ.

e ¶ THEO. Postquam ea quæ ad Hierusalem pertinebant dominus compleuit,nunc de aduentu loquitur Antichristi dicẽs: ¶ Et tunc siquis vobis dixerit,ecce hic est Christus,ecce illic,ne credideritis.} Hoc autem quod dicit Tunc,non sic intelligas, idest statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem, sicut & Matthæus post Christi generationem dicit: In diebus illis venit Ioannes,numquid immediate post Christi natiuitatem? non,sed indeterminate vel indistincte,sic & in hoc loco. Tunc, accipi potest,non scilicet,quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus aduentus Antichristi. Sequitur: ¶ Exurgẽt enim pseudo Christi,& pseudoprophetæ,& dabunt signa & prodigia ad seducẽdos si fieri potest etiam electos.} Multi enim Christi nomen susc̃ipient, ita etiam vt fideles seducant. AVG. xx. de Ciui. Dei: Soluetur enim tunc Sathanas,& per Antichristum in omni virtute sua mirabiliter quidem,sed mẽdaciter operabitur. Solet autem ambigi, vtrum propterea dicta sint ab Apostolo signa & prodigia mendacij,quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est,vt quod non facit,facere videat,an quia illa ipsa ẽt si erunt vera prodigia,ad mendacia pertrahent credituros,non ea potuisse nisi diuinitus fieri: virtutem diaboli nescientes,maxime quando tantam quantam numquã habuit acceperit potestatem,sed propter quod libet horum dictum sit,seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur. GREG. super Ezech. Cur autem sub dubitatione dicitur. Si fieri potest,cum quid futurum sit a domino præsciatur? Vnum vero ex duobus est,quia si electi sunt, fieri non potest. si autem fieri nõ potest,electi non sunt. Ista ergo dñici sermonis dubitatio in electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat,quia cernit,ꝙ in fide & bono opere persistent,qa q,electi sunt ad persistendum, per signa prædicatorũ Antichristi tentabuntur ad cadendum. BEDA: Quidam autem hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referunt,vbi multi Christos se esse dicentes, deceptas post se cateruas populi trahebant, sed in illa ciuitatis obsidione nullus erat fidelis ad quẽ diuina exhortatio ne falsos magistros sequeretur fieri deberet,vnde melius de hæreticis accipiendum est, qui contra ecclesiam venientes Christos se esse mentirentur,quorum primus Simon Magus fuit,extremus autem ille maior cæteris est Antichristus. Sequitur. ¶ Vos ergo vi.ec.præ. vo. omnia. AVG. ad plebem Hippo. Non enim solum bona quæ sanctis,& fidelibus suis est redditurus,verum etiam mala quibus erat hic mundus abundaturus, aut prædixit,vt bona post sæculi finem secutura certiores expectaremus,quando mala similiter prænunciata ante sæculi finem præcedentia sentiremus. THEO. Post Antichristi autem aduentũ alterabitur,& mutabitur machina mundialis obscuratis sideribus, propter abundantiam claritatis Christi. vnde sequitur. ¶ Sed in

f ¶ BEDA: Sub exemplo arboris docuit dominus consummationis exemplum dicens: {A ficu autem discite parabolam. Cum iã ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit ęstas. Sic & vos. cum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis.} THEO. quasi dicat, sicut cũ ficui nascũtur folia statim ẽ æstas, sic & post angustias Antichristi statim nullo sequente medio, Christi erit aduentus, qui æstas erit iustis ex hyeme, pctõrib⁹ vero hyems ex æstate. AVGV. ad Esichium. Vel aliter. Omnia quæ a tribus Euangelistis dicta sunt de Domini aduentu, diligentius inter se collata atque discussa fortasse inueniuntur ad hoc pertinere, quod quotidie venit in corpore suo,

Epla 2. post medium.

f A ficu autẽ discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit & nata fuerĩt folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis. Amen dico vobis, quoniã non transibit generatio hęc, donec omnia ista fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

g De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. Videte, vigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit domũ suã & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis. & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim quãdo dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cũ venerit repẽte, inueniat vos dormientes. Quod aũt vobis dico, oĩb⁹ dico. Vigilate.

quod est ecclesia, exceptis his locis vbi ille aduentus vltimus ita promittitur, vt propinquare dicatur, & quòd in vltimo sermonis secundum Matthæm ipse aduentus euidenter exprimitur, vbi dicitur: {Cum venerit filius hominis in maiestate sua.} Quid enim est. Cum videritis hæc fieri? nisi ea quæ supra dixit, in quibus est etiam id quod ait: {Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus.} Non itaque tunc erit finis, sed tunc erit in proximo. an dicendum est non omnia quæ supra commemorata sunt esse intelligenda, sed aliqua eorum, hoc videlicet excepto quod dictum est: {Et tunc vide. fi. ho. venientem?} Ipse quippe finis erit, non tunc proximus erit, sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiendum dicens: Cum vide. hæc omnia: scitote quia prope est in ianuis. Intelligitur ergo quod supra dictum est sic: Et mittet Angelos suos, de quatuor mundi partibus, idest de toto orbe terrarum congregabit electos suos, quæ tota hora nouissima facit veniens in suis membris tamquam in nubibus. BEDA: Potest autem hæc fructificatio fici mystice intelligi super statu synagogę, quæ veniente ad se domino, quia fructum iustitiæ non habebat in eis qui tunc increduli erant, æterna sterilitate damnata est. Sed quoniam dixit Apostolus, quòd cum plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus erit. Quid est hoc, nisi ꝙ diu sterilis arbor fici fructum quem negauerat reddet? quod vbi factum fuerit æstatem veræ pacis esse in proximo non ambiges. HIERO. Vel folia fici nata verba sunt præsentia, æstas proxima dies est iudicij, in qua vnaquæque arbor manifestauit, quæ intus habuit, aridum ad comburendum, an viride ad plantandum cum ligno vitæ. Sequitur: {Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec ista omnia fiant. BEDA: Nomine generationis aut omne hominum significat genus, aut specialiter Iudæorum. THEO. Vel aliter: Non transibit generatio hæc, scilicet christianorum donec omnia fiant, quæ circa Hierusalem & Antichristi aduentum dicta sunt. Non enim dicit generationem Apostolorum, quia maior pars Apostolorum non peruenit vsque ad Hierusalem consummationem. Dicit autem hoc de generatione christianorum, volens discipulos consolari, ne crederent quòd in illis temporibus fides deficeret. prius enim elementa immobilia deficient, quàm verba Christi. vnde subditur: {Cælum & terra transibunt, verba autẽ mea non trãsibũt.} BEDA: Cælum quod transibit non æthereum siue sidereum, sed aereum intelligere debemus. Quocumque enim peruenire potuit aqua diluuij, eo iuxta beati Petri sententiam ignis iudicij perueniet. Transient autem cælum & terra per eam, quam nunc habent imaginẽ, attamen per essentiam sine fine subsistent.

g ¶ THEO. Volens dominus discipulos impedire ab interrogatione illius diei & horæ, dixit: {De die autem illo & hora nemo scit, neque Angeli in cælo ne. fi. nisi pater.} Si enim dixisset, quia scio, tamen nolo vobis reuelare, ipsos non modicum contristasset. Nunc vero sapientius egit, & ipsos excludit ab huiusmodi interrogatione, ne ei molesti fierent in hoc quod dixit: Neque Angeli sciunt neque ego.} HILA. libro ix. de Trinitate. Ignoratio autem diei atque horæ obiicitur vnigenito Deo, vt Deus ex Deo natus non sit in ea naturæ perfectione qua Deus est. Sed primum sensu communis iudicij sentiendum est an credibile esse possit vt aliquid ex omnibus nesciat, qui omnibns ad id quod sunt atque erunt, auctor est? Quomodo enim extra eius naturæ scientiam est per quam & in qua id quod efficiendum sit continetur? Hanc autem ille diem ignorat, quę aduentus sui dies est humanæ naturæ, quod agere diffiniunt, quantum in se est præsciunt, & se-

nõ longe a fine.

F quitur gerendi cognitio voluntatem agendi. Quomodo ergo dominus gloriæ aduẽtus sui ignorata die, naturæ esse imperfectæ creditur, quæ & necessitatem habeat adueniendi, & scientiam aduentus sui non adepta sit? Iam vero quanta impietatis geminatur occasio, si Deo patri deputabitur indignitatis affectus, si ei ademerit beatitudinis cognitionem, cui mortis induxerit pręsciẽtiam? ꝙ si in eo omnes scientiæ thesauri sunt, diẽ hunc non ignorat, sed meminisse nos conuenit occultos in eo sciẽtiæ thesauros esse. Ignoratio igitur eius est secundum ꝙ thesauri scientiæ in eo latent. In omnib⁹ enim que Deus ignorare se loquitur, ignoratione nõ detinetur, sed aut tempus est nõ loquendi, aut dispensatio nõ agendi. Si autem tunc cognouisse Deus dicitur, quòd Abraham cum amauerit cum hoc non celauit Abrahæ, necesse est & vt pater ob id diẽ scire dicatur, quia non celauerit filio. Si itaque diem filius nescit, sacramentum est vt taceat, econtrario pater solus ostenditur scire, quia non tacet. Absit autem corporalium mutationum nouitatis in patre & filio existimari. Denique ne per infirmitatem ignorare dicatur, cõtinuo subiecit: {Videte, vigilate & orate, nescitis enim quando tẽpus sit.} HIERO. Vigilia enim opus est mentis ante mortem corporis. THEO. Docet autem vigilare & orare, duo hæc. Multi namque vigilamus, sed noctes ducẽtes in prauitates, ad hoc autem consequenter similitudinem inducit dicens: {Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam, & de seruis suis potestatem cuiusq; operis & ianitori præcepit vt vigilet. BEDA: Homo qui peregre profectus reliquit domum suam Christus est, qui ad patrem post resurrectionem victor ascẽdens, ecclesiam corporaliter reliquit, quam tamen numquam diuinæ præsentiæ præsidio destituit. GREG. in Homi. Carnis etenim locus propriæ terra est, quę velut ad peregrinandum ducta est, cum per redemptorem nostrum est in cęlis collocata. Dedit autem seruis suis potestatem cuiusque operis, quia fidelibus suis cõcessa sancti spiritus gratia, facultatẽ tribuit bonis operibus seruiendi. Ianitori quoq; pręcepit vt vigilaret, quia ordini pastorum commissæ sibi ecclesiæ curam iubet impendere. Non solum autem rectores ecclesiæ, sed omnes vigilare præcipimur, ianuas cordium custodientes, ne antiqui hostis mala suggestio subintret, ne nos dominus dormiẽtes inueniat. vnde ex hac similitudine concludens subdit: {Vigilate ergo. nescitis enim quando dñs do. ve. sero, an me. no. an. galli can. an ma. ne cum vene. re. inue. vos dormientes.} HIER. Nam qui dormit, non corpora vera, sed phantasmata intendit & vacuus vigilat de his quæ viderat, sic nimirum sunt qui quos mundi amor rapit in vita deserunt post vitam quod somniabant pro certo. THEO. Vide autem quia non dixit: Nescio quando tempus erit, sed Nescitis. Propter hoc enim hoc occultauit, quia nobis expediebat. nam si nunc ignorantes finem non curamus, quid faceremus si finem sciremus? malitias namque nostras differemus vsque ad vltimum. Attendamus etiam dictiones. sero namque finis existit, cum quis moritur senectute. media nocte, cum quis moritur in medio iuuentutis. galli cantu vero, cum ratio completur in nobis: Cum enim incipit puer secundum rationem viuere, tunc gallus in eo vociferatur excitans a somno sensualitatis. mane autem, puerilis est ætas. Oportet enim omnes istos finem præscire, nam & puero cauendum ne imbaptizatus pertranseat. HIERON. Hoc autem fine concludit sermonem, vt commune omnium præceptum nouissimi per primos audiant. vnde subdit: {Quod autẽ vobis dico omnibus dico, uigilate. AVGVST. ad Hesichiũ. Non solum enim illis dixit quibus tunc audientibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerunt post illos ante nos, & ad nos ipsos, & qui erunt post nos usque ad nouissimum eius aduentum. Numquid autem omnes inuenturus est dies ille in hac uita, aut quisquam dicturus est, ꝙ ad defunctos etiam pertineat quod ait: {Vigilate? ne cum uenerit repente inueniet uos dormientes. Cur itaq; omnibus dicit, quòd ad eos solos pertineat, qui tunc erunt, nisi qa ad omnes pertinet quomodo dixi? Tunc enim unicuique ueniet dies ille, cum uenerit eius dies, ut talis hinc exeat qualis est iudicandus illo die, ac per hoc uigilare debet omnis christianus, ne imparatum eum inueniat Domini aduentus. Imparatum autem inueniet dies ille, quem imparatum inueniet suæ uitæ huius ultimus dies.

Hom. euã.

CAP.

CAP. XIIII.

HIERO. Nunc aspergamus librum nostrum de sanguine, & limina domorum, & funem coccineum circundemus domui orationis nostræ, & coccum in manu nostra, vt Zaram ligemus, vt vaccam russam ĩ valle occisam enarrare possimus. De Christi. n. occisione narraturus euãgelista præmittit. {Erat autẽ Pascha, & azima post biduum.} BEDA: Pascha quidem hebraicè dicitur phase, non a passione, vt plerique arbitrantur, sed a transitu nominat, eo ꝙ exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit nec percussit eos, vel ipse dominus præbẽs auxiliũ populo suo, desuper ambulauit.

CAP. XIIII.

Erat autem Pascha, & azima post biduum, & quærebant summi Sacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerẽt & occiderẽt. Dicebant enim: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

b Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pisticæ ꝑciosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum istud venundari plusquàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit; Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vo-

HIE. Vel Phase trãsitus interpretatur, pascha vero ĩmolatio. In immolatione agni & transitu populi per mare, vel per Aegyptũ, præfiguratur passio Christi, & redemptio populi de inferno, quã do nos post biduum visitat, idest plenissima luna ætate Christi perfecta, vt nec cum aliqua parte tenebrosa carnes agni immaculati, qui tollit peccata mundi in vna domo, quæ est ecclesia catholica calciati charitate, & armati virtute comedamus. BEDA. Hoc autem iuxta veteris instrumenti scripturam, inter pascha & azima distat, ꝙ pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam: hoc est xiiij. luna mensis primi. xv. autem luna quando egressum est de Aegypto succedebat festiuitas azimorum quæ septem diebus, idest vsque ad xxj. diem eiusdem mensis ad vesperam est statuta solemnitas. verum euangelistæ indifferenter & diẽ azimorũ ꝓ pascha, & ꝓ diebus azimorũ pascha ponere solent. Vnde & Marcus hic dicit: {Erat aũt pa. & azi. post bi.} qa & pascha dies in azimis panibus est celebrari pceptus: & nos quasi pascha ppetuum facientes, semp ex hoc mũdo transire præcipimur. HIE. A principibus autem egressa est iniquitas in Babylone, qui templum, & vasa, & se purificare secundum legem ad esum agni debuerant. vnde sequitur. {Et quære. sum. Sacer. & Scri. quomodo eũ dolo. tene. & occiderent.} Occiso aũt capite totum corpus eneruę efficitur. vnde miseri faciunt ꝙ caput moriatur. Vitant autem diẽ festum, quod conuenit illis: non enim est festiuitas his qui vitam & misericordiam perdiderunt. vnde sequitur. {Dicebant aũt: Nõ in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.} BEDA. Nõ quidem metuentes seditionem, vt simplex sermo demonstrat, sed cauentes, ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. THEO. Ipse tamen Christus tempus sibi constituerat passionis, voluit. n. in paschate crucifigi, quia ipse verum erat pascha.

b ¶ BEDA: Passurus dominus pro toto mundo, & vniuersas nationes suo sanguine redempturus, moratur in Bethania, idest in domo obediẽtiæ. vnde dicitur. {Et cum esset Be. in do. Simo. le. & recum. venit mulier.} HIERO. Hinnulus enim ceruorum semper ad lectum suum redit, idest filius patri obediens vsque ad mortem, a nobis obedientiam petit. BEDA: Dicit autem: Simonis leprosi, non ꝙ leprosus illo tempore permaneret, sed ꝙ antea leprosus, postea a Saluatore mundatus est nomine pristino permanente, vt virtus curantis appareat. THEO. Quàmuis autem quatuor euangelistæ vnguentum mulieris commemorarent: non est tamen vna. sed duæ. vna quidem quæ describitur a Ioanne, quæ soror est Lazari, quæ. s. ante sex dies paschæ vnxit pedes Iesu: alia vero quæ a reliquis tribus euangelistis describitur. Adhuc autem si attendas, inuenies has tres esse. A Ioanne enim vna describitur, altera vero a Luca, a duobus vero reliquis altera. Quæ. n. a Luca describitur męretrix esse, dicitur in medio prædicationis tempore ad Iesum venisse. Hæc vero quæ a Matthæo, & Marco describitur, dicitur in tempore passionis venisse non confitentem se peccatricem. AVG. de Con. euan. Ego autem nihil aliud intelligendum arbitror, nisi ꝙ non aliam quidem fuisse mulierem quæ peccatrix tunc accessit ad pedes Iesu, sed eandem Mariam bis hoc fecisse. semel. s. quod Lucas narrauit cum primo accedens cum humilitate, & lachrymis, meruit peccatorum remissionem. nam & hoc Ioannes commemorauit, cum de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, antequam veniret in Bethaniam, dicens. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis

Lib. 2. c. 79.

A suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur a reliquis tribus. Quòd ergo Matthæus, & Marcus caput domini vnguento illo perfusum dicunt: Ioannes autem pedes, accipiamus non solum caput, sed etiam pedes domini perfudisse mulierem, nisi forte quoniam Marc⁹ fracto alabastro perfusum caput commemorat, tam quisquam calumniosus est, vt in vaso fracto neget aliquid remaner potuisse, vnde etiam pedes domini perfunderet, Sed religiosius contẽdet aliquis non ita fractum esse, vt totũ effunderet, vel prius acciperet perfusos pedes, antequam illud fractũ esset, vt ĩ integro remaneret. unde etiã caput perfunderetur. BEDA: Est autẽ alabastrum genus marmoris candidi, variis coloribus interstincti, quod ad vasa vnguentaria cauare solent: eo ꝙ optime seruare ea incorrupta dicatur. Nardus uero est frutex aromaticus grandi ut aiunt, & crassa radice, sed breui, ac nigra fragilique. Quamuis autem pinguis sit: tamen redolet, vt cupressus aspero sapore, folio paruo densoque, cuius cacumina in aristas se spargunt, ideoque gemina dote pigmenarii nardi spicas, ac folia celebrant. Et hoc est quod ait Marcus: Vnguenti nardi pisticæ præciosi, quia uidelicet unguentum illud quod attulit maria domino, non solum de radice confectum est nardi: uerum etiam quo præciosius esset, spicarum quoque foliorum eius adiectione odoris, ac uirtutis illius erat accumulata gratia. THEO. Vel sicut in græco dicitur, Nardi pistichis, idest fidelis, eo ꝙ unguentum nardi erat absque dolo cum fide confectum. AVG. de Con. euan. Potest autem uideri contrarium, ꝙ Matthæus, & Marcus postea q̃ dixerunt: pascha & Biduum, deinde commemorauerunt, ꝙ erat Iesus in Bethania, ubi de illo præcioso unguento dicitur. Ioannes autem ante sex dies paschæ dicit Iesum uenisse in Bethaniam, de eodem unguento narraturus. Sed qui ita mouentur, non intelligunt Matthæum, & Marcum illud quod in Bethania de unguento factum erat. non post illam prædicationem de biduo, sed adhuc cum sex dies essent ante pascha recapitulando posuisse. HIER. Mystice autem Simon leprosus mundum infidelem primo, & postea fidelem significat. mulier autem cum alabastro ecclesiasticam fidem, quæ dicit: Nardus mea dedit odorem suum. Pistica nardus dicitur, idest fidelis & præciosa. Domus impleta odore, cœlum & terra est. Fractum alabastrum carnale desiderium est, quod frangitur ad caput ex quo omne corpus compaginatum est. recumbẽte ipso, idest humiliante se ut eum tangeret fides peccatricis, quæ de pedibus ascendit ad caput, & ad pedes a capite descẽdit per fidẽ, idest ad Christum, & ad membra eius. Sequitur. {Erat autem quidam indig. feren. intra semetip. dicen. ut qd perdi. ista?} Per synecdochen dicitur unus pro multis, & multi pro uno. Perditus enim Iudas, de salute perditionem inuenit, & in uitæ fructifera mortis laqueus nascitur. Sub prætextu autem auaritiæ mysterium fidei loquit. Etenim nostra fides trecentis emit denariis in decẽ sensib⁹ interiorib⁹. s. & exteriorib⁹. s. ꝑ corp⁹ & aiam, & spũm triplicatis. BEDA: Quod autem dicit: {Et fremuerunt in eam. nequaquam debemus de diligentibus Christum Apostolis dictum credere, sed de Iuda potius sub numero plurali. THEO. Vel conuenienter uidetur innui, ꝙ discipuli plures mulierem arguerunt, eo ꝙ sæpe Christum audierant de eleæmosyna docentem. Iudas uero non eadem intentione indigne tulit, sed propter amorem pecuniæ, & turpe lucrum. unde & Ioannes ipsum solum commemorat tamq̃ fraudulenta intentione mulierem arguentem. Dicit autem. {Et fre. in eam. i. molesti erant ei exprobrantes, & iniurias inferentes. Arguit autem dominus discipulos eo ꝙ desiderium impediunt mulieris. unde sequitur. {Iesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis?} Postquàm enim munus obtulerat, illam per opprobria peruertebant. ORI. super Matth. Doluerunt enim de perditione unguenti, quod poterat uenundari multo præcio, & dari pauperibus: tamen non debebat fieri hoc, quia conueniens erat ut super caput Christi funderetur sancta & decenti infusione. unde sequitur. Bonũ opus operata est in me. Vsque adeo autem efficax est laus huius operis boni, ut exhortetur nos omnes odoriferis & & præciosis operibus implere domini caput, ut de nobis dicatur.

πιστικῆς.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia bonum opus fecimus super caput Christi, quia semper quidem habemus quàmdiu in hac vita sumus pauperes nobiscum, & opus habentes cura eorum qui profecerunt in verbo & diuites facti sunt in sapientia Dei. Non autem possunt sufficere, vt semper diebus, & noctibus habeant secum filium Dei.i. verbum, & sapientiam Dei. Sequitur enim: {Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere: me aût non semper habebitis.} BEDA: Mihi quidé videtur in hoc loco de præsentia corporali locutus, ꝙ nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectioné quomodo tûc in omni conuictu, & familiaritate. HIE. Dicit ét. {Bonû opus operata est in me, ꝙ qui credit in Deum, reputatur ei ad iustitiam. Aliud est enim credere ei & aliud in eû.i. totum eiicere te in illum.

bis, vbicumque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & qđ fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.
c Et Iudas Schariotes vnus de duodecim abiit ad summos Sacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniā se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet.
d Et primo die azimorum quando pascha immolabant, dicūt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, &

Sequitur: {Quod habuit}.i. quod potuit, hoc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. BEDA. Quasi diceret: {Vos putatis perditionem esse vnguenti: officium sepulturę est. THEO. Præuenit enim quasi a Deo ducta vngere corpus meum in signum sepulturæ: in quo proditorem confundit, ac si.n. diceret. Qua conscientia mulierem confundis, quæ in sepulturam corpus meum vngit, teipsum vero non confundis, qui me in mortem trades? Prophetizat autem dominus consequenter duas prophetias.s. ꝙ euangelium eius prædicabitur in vniuerso mundo, & quòd opus mulieris laudabitur. vnde sequitur. {Amen dico vobis: vbicumque prædicatum fu. BEDA. Notandum autem, ꝙ sicut Maria gloriam adepta est in toto orbe de obsequio quod domino exhibuit, ita econuerso ille qui obsequio eius detrahere non timuit, longe, lateque infamatus est: sed dominus bonum laude digna remunerans, futuras impii contumelias tacendo præteriit.

b ¶ BEDA: Infœlix Iudas damnum quod ex effusione vnguenti fecisse credebat, vult magistri precio compensare. vnde dicitur. {Et Iu. Sca. vnus de duo. abiit ad sum. Sa. vt proderet eum illis. CHRY. in Ser. de Pas. Quid mihi eius patriam dicis? vtinam ipsum quoque nescire licuisset. sed alter erat discipulus qui Iudas Iacobi zelotes vocabatur, & ne appellatione cognominis fiat confusio personarum: propterea hunc ab illo separauit. Non autem dixit: Iudas proditor, vt doceat detractiones nescire, & accusationes declinare. Quod autem dicit: Vnus de duodecim, auget detestabilitatem proditoris. nam & alii discipuli erant, qui fuerant numero septuaginta, sed illi non intimi, non tanta confidentia sociati sunt: isti autem duodecim fuerunt comprobati. hęc erat caterua legalis, de qua proditor malignus exiuit. HIERON. Vnus tamen erat de duodecimo numero, non vnus merito, vnus corpore, non vnus animo. Abiit autem ad principes postquàm exiit & intrauit in eum Sathanas, vnumquodque animal ad simile sibi iungitur. BEDA: Quod autem dixit: Abiit, ostendit eû non a principibus inuitatum, non vlla necessitate constrictum, sed sponte ꝓpria scelerate mentis inisse consilium. THEO. Dicit autem, vt proderet eum illis, idest vt annunciaret illis quando solus existeret. Timebant autem in eum irruere quando docebat ꝓpter turbam. HIERO. Promittit autē se tradere, vt magister eius diabolus ante dicebat: Tibi dabo potestatem hāc vniuersam. Sequit. {Qui audientes gauisi sunt, & promi. ei pecu. se da.} Promittunt quidem pecuniam, & amittunt vitam, quam ipse recipit cum vitā amittit. CHRY. in Serm. de Pas. O dementiam: immo cupiditatem proditoris. cuncta enim mala cupiditas procreauit, nam cupiditas captas animas retinet, & omnibus nodis alligatas constringit, & rerum obliuionē imponit, & alienationem mentis ostēdit. Ab hac Iudas captiuus cupiditatis insania, conuersationis, mēsæ, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est. Nam sequit. {Et quærebat quomodo eum opportune traderet. HIER. Sed opportunitas doli numquam inuenitur, vt non vindicetur hic, aut illic. BEDA: Multi hodie scælus Iudæ, ꝙ dominum, ac magistrum deumque suum pecunia vendiderit, velut immane, & nepharium exhorrent, nec tamē cauent, nā cum pro muneribus charitatis, & veritatis iura spernunt, Deum qui est charitas, & veritas produnt.

c ¶ CHRY. in Serm. de Pas. Quando Iudas de traditione tra-

F ctabat, alii discipuli sunt de præparatione paschæ solliciti. vnde dicitur. {Et primo die azi. quando pascha. im. di. ei disci. Quo vis eamus, & paremus tibi cō. pascha? BEDA. Primum diem azimorum quartūdecimū diem primi mensis appellat, quando fermento abiecto immolare.i. agnum occidere solebant ad vesperam, qđ exponens Apostolus ait, Pascha nostrū immolatus est Christus: qui licet die sequenti, idest quintadecima luna sit crucifixus, attamen nocte qua agnus immolabatur, & corporis sanguinisq; sui tradens mysteria celebranda, & a Iudæis tētus, ac ligatus, ipsius immolationis, hoc est passionis suæ sacrauit exordium. HIER. Azima vero quę cum amaritudine, idest lactucis agrestibus manducantur, redemptio nostra est: amaritudo vero passio domini. THEO. Ex hoc autem, ꝙ dicunt discipuli: {Quo vis eamus?} manifeste videtur ꝙ Christus hospitium aliquod non habebat, sed neque discipuli proprias domos: si enim habuissent, duxissent eum ad illas. HIERO. Dicunt etiā. {Quo vis eamus?} vt cum voluntate Dei dirigamus gressus nostros, dominus autem indicat cum quo manducat pascha, & more suo mittit duos, quod supra exposuimus. vnde sequitur. {Et mittit du. ex disc. suis, & di. eis. Ite in ciui. THEO. Mittit quidem ex discipulis suis Petrum.s. & Ioannem, vt Lucas dicit ad ignotum hominē, innuens ex hoc, ꝙ posset non pati. Nā qui mentem ignoti nouit, vt ipsos reciperet, quid non operaretur in aliis? Dat etiam eis signum vt domum.s. inuenirent, cum subdit: {Et occurret vobis homo la. aquæ baiulans.} AVG. de Con. euan. Marcus lagenàm dicit quam Lucas amphoram. ille vasis genus: iste modum significauit. vterque veritatem sententiæ custodiuit. BEDA. Indicium autem præsentiæ diuinitatis est, ꝙ cum discipulis loquens quid alibi futurum sit nouit. vnde sequitur. {Et abi. disci. eius, & ven. in ciuita. & inue. sicut dix. illis, & para. pas. CHRY. in Serm. de Pas. Non illud quod nostrum, sed interim Iudæorum, illud autem qđ nostrum est non solum constituit, sed ipse factus est pascha. Sed & cur illud manducauit? quia factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, & ipse legi requiem daret, & vt nemo dicat, quòd ideo eam euacuauerit, quia eam implere, vt molestam & arduam non valuit ipse prius eam compleuit, & sic fecit eam requiescere. HIERO. Mystice autem ciuitas ecclesia est, quæ muro fidei cingitur. homo occurrens populus primitiuus est, amphora aquæ lex literæ. BEDA. Vel aqua, lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat eorum per quos eadem erat gratia mundo monstranda. THEO. Lagenam aquæ portat, qui baptizatus est. qui autem baptisma baiulat, venit ad requiem secundum rationem viuens, & sicut in domo requie potit, vnde subdit. {Sequimini eum.} HIE. Qui.s. ducit in altum, vbi est refectio Christi. Dominus domus Petrus Apostolus est, cui dominus domum suam credidit, vt sit vna fides sub vno pastore. Cœnaculum grande ecclesia magna est, in qua narratur nomen domini strata varietate virtutum, & linguarum. BEDA: Vel cœnaculum magnum spiritualiter lex est, quæ de angustiis literæ egrediens, & sublimi loco, idest in alto mentis solario recipit Saluatorem. Cōsulte autem siue aquæ baiuli siue domini domus sunt prætermissa vocabula, vt omnibus verum pascha celebrare volentibus, hoc est Christi sacramentis imbui, eumque suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur. THEO. Vel dominus domus intellectus est, qui ostendit cœnaculum grande, idest altitudinem intelligentiarum, quod etsi altum sit, tamen nihil habet vanæ gloriæ, & tumoris, sed sternitur, & planum fit humilitate. Ibi autem, idest in tali mente pascha Christo paratur, a Petro.s. & Ioanne.i. ab actione, & contemplatione.

Lib.2.c.80

occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans. Sequimini eum, & quocumque introierit: dicite domino domus, quia magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerāt illis, & parauerunt pascha.
e Vespere autem facto, venit cū duodecim. Et discumbentibus eis & manducantibus, ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat

e ¶ BEDA. Dominus qui de sua passione prædixerat, etiam de proditore prædicit: dans locum pœnitentiæ, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas. pœniteret eum facti sui. vnde dicitur. {Vespere autem facto ve. cum duodecim: & discum. eis, & man. ait Iesus: Amen dico vobis quia unus ex uobis me tradet, qui manducat mecum.} CHRY. in Ser. de Pas. Vbi patet, ꝙ non aperte eum omnibus publicabat, ne impudentiorem eum faceret, nec ét penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad proditionem

ditionem properaret. THEO. Sed quomodo discumbentes cœnabant, cum lex præciperet, ꝙ stantes erecti deberent pascha comedere? Probabile autem est prius eos adimplesse pascha legale: deinde discubuisse, incipiente eo propriū tradere pascha. HIE. Vespera autem diei, vesperam indicat mundi. Circa vndecimam namque horam veniunt nouissimi, qui primi denarium æternæ vitæ accipiūt. Oēs igitur discipuli tanguntur a domino, vt fiat armonia citharæ, omnes nerui benè suspensi consona voce respondent. Nam sequitur: {At illi cœperunt contristari, & dicere ei singillatim: Nū quid ego? Vnus autē remissus, & pecuniæ amore madefactus dixit; Nūquid ego sum Rabbi? sicut in Matthæo legitur. THEO. Cœperut autem alii discipuli contristari propter domini verbū. Nam etsi extra hanc existerent passionem: magis tamen credunt illi, qui omnium nouit corda, quàm sibi. Sequitur. {Qui ait illis: vnus ex duodecim; qui intingit mecum manum in catino. BEDA: Iudas.s. qui cæteris contristatis & retrahentibus manū, cum magistro manum mittit in catinum. Et quia prius dixerat. {Vnus ex vobis me tradet.{ perseuerat proditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen proprium non designat. HIERO. Dicit autem: Vnus de duodecim, quasi ab eis separatus: separat.n. seorsum lupus ouem quam capit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi morsibus patet: Iudas autem nec primo, nec secundo correptꝰ a proditione retrahit pedem. vnde pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia. & hoc est quod subditur: {Et si. quidem ho. va. sicut scriptum est de eo. THEO. Per hoc quod dicitur: Vadit, ostendit ꝙ mors Christi fuit voluntaria, & non necessaria. HIERO. Sed quia multi bonum vt Iudas faciunt, sed omnino illis non proficit, recte subditur. {Væh autem ho. illi per quem fi. ho. tradetur.} BEDA: Sed & hodie quoque in sempiternum væh illi homini, qui ad mensam domini malignus accedit. Etenim ille in exemplū Iudæ filiū hominis tradit, non quidē Iudęis pctōribus, sed tñ pctōribus membris suis. Sequit. {Bonū erat ei si nō esset na. ho. il.} HIE. Scilicet intimo latēs vtero materno: melius enim est non esse, q̄ ad tormenta esse. THEO. Quantum enim ex fine melius fuisset ei ꝙ esset, si non proditor existeret: nam Deus fecit ipsum ad opera bona, sed postquam ad tā tam deuenit malitiam, melius fuisset ei si natus non fuisset.

mecum. At illi cœperunt contristari & dicere ei singillatim. Nūquid ego? Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum in catino. Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo. Væh autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si non esset natus homo ille.
f Et manducantibus illis, accepit Iesus panē, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, ꝙ iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.

f ¶ BEDA: Finitis paschæ veteris solemniis transit ad nouum, vt scilicet pro carne agni, ac sanguine sui corporis, sanguinisque sacramentum substitueret. vnde dicitur. {Et man. ill. acce. Iesus panem.} vt.s. ipsum se esse monstraret, cui iurauit dominus: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sequitur. Et bene. fre.} THEO. Idest gratias agens fregit. quod & nos facimus orationes superaddentes. BEDA. Frangit etiam ipse panē quem discipulis porrigit, vt ostendat corporis sui fractionem non absque sua sponte, vel procuratione futuram, quem etiam benedixit, quia naturam humanam quam passurus assumpsit, ipse vna cum patre, & spiritusancto gratia diuinæ virtutis impleuit. Benedixit panem, ac fregit, quia hominem assumptum, ita morti subdere dignatus est, vt ei diuinæ immortalitatis inesse potentiā demonstraret: Ideoque velocius eum a morte resuscitandum esse doceret. Sequitur. {Et dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpꝰ meū.} THEO. Hoc.s. qđ nunc do, & qđ nūc sumitis: Non autem panis figura tantum corporis Christi est, sed in proprium Christi corpus transmutatur. nam dominus ait: Panis quem ego dabo, caro mea est, sed tamen caro Christi non videtur propter nostram infirmitatem: panis enim & vinum de nostra consuetudine est. si vero carnem, & sanguinem cerneremus, sumere non sustineremus, propter hoc dñs nostræ infirmitati condescendēs, species panis & vini conseruat: sed panem & vinum in veritatem conuertit carnis & sanguinis. CHRY. in Sermo. de Pas. Et nunc etiam ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istā quoque consecrat. Non enim homo est qui propositū corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est Christus. Sacerdotis ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur, & gratia hoc verbo quod dicit: {Hoc est corpus meum.} proposita consecrantur, & sicut illa vox quæ dicit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. semel quidem dicta est: sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura: ita & vox ista semel quidem dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ vsque in hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum præstat sacrificio firmi-

A tatem. HIERO. Mystice autem in panem transfigurat dominus corpus suum, quod est ecclesia præsens, quæ accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in passionibus, datur in exēplis, sumitur in doctrinis, formatur in sanguinē suum in calice vino & aqua cōmistum, vt alio purgemur a culpis, alio redimamur a pœnis. Sanguine namq; agni seruantur domꝰ a percussione angeli, & aqua maris rubri extinguuntur inimici, quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi. Vnde sequitur {Et acce. ca. gratias agens de. ei. Gratia enim, & nō meritis saluati sumꝰ a Deo. GRE. 2. Mor. Cum appropinquaret etiam passioni accepto pane, gratias egisse perhibetur. gratias itaque egit, qui flagella alienę iniquitatis suscepit, & qui nil percussione dignum exhibuit, humiliter in passione benedicit, vt hinc ostendat quid vnusquisque in flagello culpæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ. vt hinc etiam ostēdat quid in correctione faciat subditus, si in flagello positus patri gratias egit æqualis. BEDA Quia & nos in Christo & in nobis Christum manere oportet, vinum dominici calicis aqua miscetur. Attestante enim Ioanne, aquæ populi sunt, & neque aquā solam, neque solum vinum cuiquam licet offerre, ne talis oblatio caput a membris secernendum esse significet, & vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari, ac pati posse offerri contingat. Sequitur: {Et biberūt ex illo omnes.} HIERO. Ebrietas fœlix, satietas salutaris, quæ quanto copiosius sumitur, tanto sobrietatem mentis donare dignatur. THEO. Quidam autem dicunt Iudam mysteriorum non fuisse participem, sed quòd exiuerit antequam dominus mysteria largiretur. Alii etiam dicunt, quòd illi tradidit de illo mysterio. CHRY. in Serm. de Pas. Christus enim sanguinem ei, qui eum vendidit offerebat, vt haberet remissionem peccatorum: si tamen impius existere noluisset. HIERO. Bibit ergo Iudas, sed non saturatus, nec sitim extinguit ignis æterni, quia indigne sumit mysteria Christi. Sunt enim in ecclesia quos sacrificium non emundat, sed eos cogitatio insipiens perducit ad culpas, qui se cœnosis crudelitatis fœtoribus miscuerunt. CHRY. in Sermo. de Pas. Nullus ergo sit Iudas in domini mensa. hoc sacrificium cibꝰ spiritualis est: nam sicut corporalis cibus, cum ventrem inuenerit aduersis humoribus occupari amplius lædit: ita est & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, non sua natura, sed accipientis vitio. Pura igitur sit mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sequitur. {Et ait illis. hic est san. meus noui testamenti.} BEDA. Hoc ad distinctionem respicit veteris testamenti, quod hircorum, & vitulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendum legislatore: hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus. Sequitur: {Qui pro mul. effundetur.} HIERO. Non enim omnes emundat. Sequitur. {Amen dico vobis, quòd iam non bi. de geni. vi. vsque in diem illum, cum illud bi. no. in regno Dei. TEHEO. Quasi diceret: Non bibā de vino vsque ad resurrectionem: regnum enim resurrectionem vocat, quasi tunc regnauerit contra mortem. Post resurrectionem vero bibit cum discipulis, & comedit, ostendens quòd idem ipse esset, qui passus est. Nouum autem bibit illud, idest nouo quodam modo & alieno. Non enim corpus habebat passibile indigens cibo, sed immortale & incorruptibile. Intelligendum est autem & sic: Vitis est ipse dominus, genimen vitis mysteria, & intellectus occultus quem ipse generat, qui docet hominem scientiam. In regno autem Dei.i. in futuro sæculo bibet cum suis discipulis mysteria, & sapientiam: noua quædam nos docens, & reuelans quæ nunc occultat. BEDA, vel aliter: Vitem, siue vineam domini appellatam esse Synagogā Esaias testatur, dicens: Vinea domini Sabaoth, domus Israel est. Iturus ergo dominus ad passionem ait. {Iam nō bibam de ge. vi.} ac si aperte dicat: Non vltra carnalibus Synagogæ cerimoniis delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere præcipuum. Aderit enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies ille, cum in regno Dei positus, idest gloria vitæ immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ spiritualis regenerati, vobiscum gaudio perfundar. HIE. Considerandum aūt, ꝙ hic dñs mutat tm̄ sacrificium, sed non mutat tempus, vt nos nunquam cœnam dñi ante quartamdecimam lunam faciamus, quæ facit in xiiij. resurrectionem, in xj. luna cœnam dñi faciet, quod numquā in testamento veteri, nec in nouo factum est.

g Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Et ait eis Iesus: Oẽs scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptũ est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Sed postquàm resurrexero, pręcedam vos in Galilęam. Petrus autem ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

h Et veniunt in prędium, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis: Sedete hic, donec orem. Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum, & cœpit pauere, & tedere. Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Sustinete hic, & vigilate. Et cum processisset paululum, procidit super terram, & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, Omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hũc a me. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? Nõ potuisti vna

g ¶ HILA. Sicut gratias egerunt antequam biberent: ita etiã gratias agunt & postquã biberunt. vnde dicitur. {Et hymno dicto exi. in mon. Oli.} vt. s. addiscas & ante cibũ & post cibum gratiarum reddere actiones. HIERO. Hymnum enim dicit laudem dñi, vt est in Psal. 21. Edent pau. & sa. & lau. dom. qui requi. eum. Et odorauerũt, & mãducauerunt oẽs pingues terræ. THEO. Simul etiam & hic ostendit quòd amplectibile erat sibi ꝓ nobis mori, quia cũ tradendus erat, Deũ laudare dignatus est. Docet etiam nos, cum in angustias incidimus propter multorũ salutem non contristari, sed Deo gratias agere, qui in nostra tribulatione operatur multorum salutem. BEDA: Potest etiã hymnus ille intelligi quem dominus ẽm Ioannem patri gratias agens decãtabat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis qui per verbũ ipsorum credituri erãt, eleuatis sursum oculis præcabatur. THEO. Exiuit autẽ in montem, vt ad eum solitarium existentem accedentes, ipsum caperẽt absque tumultu. Si enim accessissent cum in ciuitate manebat, forte fuisset multitudo populi conturbata, & tunc manifeste occasionem inimici captantes viderentur ipsum iuste interficere tamquã populum concitantem. BEDA: Pulchre etiam dominus discipulos sacramentis imbutos in montem educit oliuarum, vt typice designet nos per acceptionem sacramentorum ad altiora virtutum dona, & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur ascendere debere. HIER. In monte etiam Olitueti Iesus tenetur, vnde ad cœlos ascendit, vt nos sciamus quia inde ascendimus ad cœlos, vnde vigilamus & oramus & ligamur, nec repugnamus in terra. BEDA: Prædicit autem dominus discipulis qd passuri sunt, vt cum passi fuerint, non desperent salutem, sed agẽtes pœnitentiam liberentur. vnde sequitur. {Et ait illis Iesus: Oẽs scandalizabimini in me in nocte ista.} HIER. Omnes quidem cadunt, sed non omnes iacent. Numquid enim qui dormit non abiiciet vt resurgat? Carnale est cadere, sed diabolicum est iacere. THEO. Permisit autem eos dominus cadere, vt non in seipsis confidant, & ne videretur hoc quod prædixerat ex quodam argumento apparenti prædixisse, inducit testimonium Zachariæ Prophetæ. vnde sequitur. {Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.} BEDA: Hoc aliis verbis in Zacharia Propheta scriptũ est, & ex persona Prophetæ ad dominum dicitur. Percute pastorem, & dispergentur oues. Propheta enim postulat passionem domini: pater respondet: Percutiam pastorem præcibus inferiorum. Filius a patre mittitur, & percutitur, idest incarnatur & patitur. THEO. Dicit autem pater: Percutiam pastorem, quia ipsum ꝑcuti dimisit. Oues discipulos dicit, quasi innocentes, & quasi absq; malitia. Vltimo consolationem inducit, dicens: {Sed postquàm resurrexero, præcedam vos in Galilæam.} HIERO. In quo vera promittitur resurrectio, vt spes non extinguatur. Sequitur: {Petrus autem ait ei: Etsi omnes scan. fu. sed non ego.} Ecce auis sine pennis in altum volare nititur, sed corpus aggrauat animam, vt timore humanæ mortis timor domini superetur. BEDA: Et Petrus ergo de ardore fidei promittebat, & Saluator quasi Deus futura nouerat. vnde sequitur. {Et ait illi Iesus: Amen di. tibi quia tu ho. in nocte hac priusquam gal. bis vo. de. ter me es negaturus. AVG. de Con. euan. Cum omnes euangelistæ dicant prædixisse dominum, quòd eum Petrus esset negaturus, antequam gallus cantaret: Marcus hoc solum narrauit expressius. vnde nonnullis videtur non congruere cæteris, quia parum attendunt. Tota enim Petri negatio trina est, quæ si tota post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse viderentur tres alii Euangelistæ, ꝙ. s. antequam gallus cantaret, ter eum esset negaturus. Rursus si totam trinã negationem ante peregisset quàm cantare gallus inciperet, superfluo dixisset Marcus ex ꝑsona dñi: Priusquã gallus bis vocẽdederit, ter me negaturus es. Sed qa ante primũ gallicantũ cępta est illa trina negatio, attenderunt illi tres non qñ eã cõpleturus esset Petrus, sed quanta futura esset. i. trina, & qñ ceptura. i. ante gallicantũ q̃q; in animo eius, & ante primũ gallicantũ tota cõcepta est. Marcus aũt de ipsarum vocum interuallo planius eloquutus est. THEO. Qđ sic intelligitur: Petrus semel negauit, deinde gallus cantauit: negã-

F te uero eo duabus aliis negationibus: tunc gallus secundo uocem emisit. HIERO. Gallus lucis nuncius quis est, nisi spiritussanctus? cuius uoce in Prophetia, & in Apostolis nos de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum fletus, qui male cogitauimus de Deo, & male locuti sumus ad proximos, & male fecimus ad nosmetipsos. BEDA: Fides autẽ Apostoli Petri, & ardens affectus ad dominũ consequenter ostẽditur. Sequitur enim {At ille ampli. loque. Et si opor. me si cõm. tibi, non te negabo.} THEO. Feruorem etiam intrepidum & alii discipuli ostenderunt. Nam sequitur. {Similiter autem & omnes dicebant} sed tamen resistebant veritati, quam Christ⁹ prædixerat.

G h ¶ GLO. Postq̃ dominus scandalum discipulorum prædixerat, nunc euangelista narrat de oratione ipsius, in qua pro discipulis creditur orasse, & primo describẽs locum orationis, dicit: {Et ueniunt in prædium, cui nomẽ Gethsemani.} BEDA. Monstratur vsque hodie locus Gethsemani, in quo dominus orauit ad radices montis Olitueti. Interpratatur autem Gethsemani vallis pinguium, siue pinguedinum. Cum autem dominus in monte orat, nos docet sublimia orando inquiri debere.
H At cùm in valle pinguedinis orat, insinuat nobis humilitatem semper in orationibus, & internę pinguedinem dilectionis esse seruandam. Ipse etiam per vallem humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortem subiit. HIERO. In valle etiam pinguedinum tauri pingues obsederunt eum. {Sequitur: {Et ait discipulis suis: Sedete hic donec orem.} Separãtur in oratione, qui separantur in passione, quia ille orat, illi dormiunt, pigredine cordis oppressi. THEO. Singulariter etiam erat consuetudo illi semper orare, formam nobis tradens, vt silentium & solitudinem in orationibus requiramus. Sequitur. {Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum.} Illos tres tantum assumit, qui gloriæ eius in monte Thabor inspectores extiterant, vt qui gloriosa viderant, viderent & tristia, & addiscerent ꝙ verus erat homo in hoc ꝙ tristatur. Vnde sequitur: {Et cępit pauere, & tedere, quia enim totum assumpserat hominem, assumpsit & naturales proprietates hominis, pauere & tedere, & contristari naturaliter: nam homines naturaliter inuiti tendunt ad mortem. vnde sequitur: {Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem.}
I BEDA: Quasi Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui sacramentum incarnationis obiurgant excluderetur impietas: nam qui corpus suscepit, omnia debuit suscipere, quæ corporis sunt, vt esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. Diuinitas enim per hos commutari nescit affectus. THEO. Quidam autem hoc sic intellexerunt. q. d. Tristor enim, non ꝙ mori debeo. sed ꝙ Israelitæ propinqui mei me crucifixuri sunt, ac per hoc a regno Dei debent excludi. HIERO. In hoc etiam pauere & tristari docemur ante iudicium mortis, qđ non possumus per nos dicere, sed per illum: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. Sequitur. {Susti. hic & vigilate.} BEDA: Non a somno dormitionis prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed a somno infidelitatis, & torpore mentis. Paululum autem procedens ruit in faciem suam, & humilitatem mentis habitu carnis ostendit. Vnde sequitur. {Et cum proces. pau. proci. super ter. & ora. vt si fieri posit transiret ab eo hora.} Lib. 3. c. 4.
K AVG. de Con. euan. Non dixit si facere posset, sed si fieri posset: fieri enim potest quod ille voluerit. Sic itaque dictum est: Si fieri potest, ac si diceretur, si vellet. Et nequis putaret eum patris minuisse potestatem, manifestauit quo intellectu accipiendum sit quod dictum est: Nam sequitur, & dixit: {Abba pater, omnia tibi posi. sunt.} In quo satis ostendit non ex impossibilitate: sed ex voluntate patris dictum esse, si fieri potest. Quòd autem Marcus non solum pater, sed abba pater eum dixisse commemorat, hoc est abba hebraice, quod latine pater. Et fortasse dominus propter aliquod sacramentum vtrũque dixit, volens ostendere se illam tristis, personã in sui corporis, idest ecclesiæ suscepisse, cui factus est angularis lapis, uenientibus ad eum partim ex hebræis, ad quos pertinet, quod ait abba, partim ex gẽtibus, ad quos pertinet, quod ait pater. BEDA. Orat autem transire calicem, vt ostẽdat vere,

hora vigilare mecũ? Vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Spirit⁹ quidẽ promptus est, caro vero infirma. Et iterum abiens orauit eundem sermonẽ dicens. Et reuersus denuo, inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid respõderent ei. Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis traditur in manus peccatorũ. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet prope est.

i Et adhuc eo loquente venit Iudas Scharioth vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, missi a summis Sacerdotibus, & Scribis, & Senioribus. Dederat autem traditor eis signum dicens. Quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum, & ducite caute. Et cũ venisset, statim accedẽs ad eũ ait: Aue Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerũt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem de circunstantibus educens gladium percussit seruum summi Sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respondẽs ait illis: Tamquàm ad latronem existis cũ gladiis & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis, sed vt impleantur scripturæ. Tũc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adolescẽs autem quidam sequebatur illum, amictus syndone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta syndone, nudus profugit ab eis.

veræ quòd homo erat. vnde subdit: {Trãsfer calicem hunc a me.} Reminiscens autem & propter quid missus est, perficit dispensationem ad quam missus est, & clamat: {Sed non quod ego volo, sed quod tu.} q. d. Si moritur mors me non moriente secundũ carnem, transeat calix. verum, quia non aliter hoc fiet, non quod ego volo, sed qđ tu. Multi adhuc cõtristantur futura morte, sed habeant rectum cor, vitent mortem quã possunt, sed si non possũt dicant id quod propter nos dominus dixit. HIERO. Ex quo etiam vsque in finem nõ cessat nos docere patribus obedire, & voluntatem eorum voluntati nostrę præponere. Sequitur: {Et venit, & inuenit eos dor.} Sicut enim dormiũt mente, sic & corpore. Post orationem autẽ dñs veniẽs, & videns discipulos dormientes Petrũ solum increpat. vnde sequitur: {Et ait Petro: Simon dormis? non po. vna hora vigilare mecũ?} q. d. Qui vna hora non potuisti mecum vigilare, quomodo mortẽ spernes tu qui spondes mori mecum? Sequitur: {Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem}. s. negandi me. BEDA: Non ait, Orate ne tentemini, quia impossibile est humanam animã non tentari, sed ne intretis in tentationem, hoc est, ne vos tentatio superet. HIERO. In tentationem autem intrare dicitur qui orare negligit. Sequitur: {Spiritus quidẽ promptus est, caro aũt infirma.} THEO. q. d. Spiritus quidem vester promptus est ad me non negandum, & propterea hoc promittitis, sed caro vestra intantũ infirma est, ꝙ nisi dñs per orationem virtutem carni dederit, in tentationẽ intrabitis. BEDA: Temerarios hic reprimit, qui quicquid crediderint, putant se consequi posse, sed quantum ex mẽtis ardore confidimus tantum ex fragilitate carnis timeamus. Facit etiam hic locus aduersus eos, qui dicunt vnam in dño operationẽ & vnam voluntatem fuisse. Duas enim voluntates ostendit, humanam. s. quæ propter infirmitatem carnis recusat passionem, & diuinam, quæ promptissima est. Sequitur: {Et iterũ abi. & ora. eundẽ sermonem dicens. THEO. Vt. s. per secundariam orationem, ꝙ verus homo esset, affirmaret. Sequitur: {Et reuersus denuo, inuenit eos dor.} tamen non vehementer redarguit. {Erãt enim oculi eorum grauati}. s. somno. {Et igno. quid respõderent ei, per hoc infirmitatem humanam addiscas, ne. s. grauati somno promittamus ea, quæ nobis impossibilia sunt. Ideo tertio abiit ad orandũ ratione prædicta. vnde sequitur: {Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam & requie.} Non turbatur contra illos cum post redargutionem peius fecerint, sed ironice dicit illis: {Dormite iam & requiescite, quia iam sciebat ꝙ proditor appropinquabat. Et ꝙ ironice dixerit apparet per hoc qđ subditur: {Sufficit. venit hora: ecce tra. fi. ho. in ma. pe.} Hoc dicebat deridens somnum eorum, quasi diceret, nunc tempus est vt dormiatis quando inimicus appropinquat. deinde subiungit: {Surgite eamus, ecce qui me tradet prope est.} Non vt fugerent hoc dicit, sed vt inimicis obuiarent. Lib. 3. c. 4. AVG. de Cons. euan. Vel aliter. Per hoc ꝙ cum dixisset. {Dormite iam & requiescite.} adiungit: Sufficit. & deinde infert: {Venit hora, ecce tra. filium hominis: vtrique intelligendum est post illud. Dormite & requiescite siluisse dñm aliquantum, vt hoc fieret quod permiserat, & tunc intulisse. Venit hora. & ideo interponit: Sufficit. s. ꝙ requieuistis. HIER. Trina autem discipulorum dormitio tres mortuos quos dominus suscitauit significat, Primus in domo, secundus ad sepulchrum, tertius de sepulchro. Trina autem domini vigilia docet nos orando, & de præteritis & de futuris & de præsentibus veniam rogare.

i ¶ BEDA: Postquam tertio dominus orauerat, & apostolorum timorem sequente pænitentia impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, de quorum aduentu Euangelista dicit: {Et adhuc eo loquente venit Iudas scarioth vnus de duodecim. THEO. Hoc non frustra ponitur, sed ad maiorem proditoris redargutionem ꝙ cum de primo choro di-

A scipulorum existeret, contra dominum in rabiem versus est. Sequitur: {Et cum eo turba multa cum gladiis & lignis missi a sum. sacer. & scri. & senio. HIERO. Incumbit enim virtuti seculi, qui desperat de adiutorio Dei. BEDA: Adhuc tamẽ habet aliquid Iudas de verecundia discipuli, cum eum non palam tradidit persecutoribus, sed ꝑ signum osculi. vnde sequitur: {Dederat autem tra. eis signum dicens. Quẽcumque oscu. fue. ipse est tenete eũ, & ducite caute. THEO. Vide eius insensibilitatem, quomodo credebat ĩ osculo Christum decipere, vt quasi amic⁹ estimaretur.
B Si autẽ amicus eras o Iuda, cuius gratia cũ inimicis accessisti? sed omnis prauitas sine prouidẽtia est. Sequitur: {Et cũ venisset, statim acce. ad eum ait: Rabbi, & osculatus est eum. HIERO. Dat Iudas signum osculi cũ veneno doli, sic Chain obtulit sacrificium subdolum & reprobatum. BEDA: Inuidens autẽ & scelerata confidentia, magistrũ vocat, & osculũ infert
C ei quem tradit. Suscipit autem dñs osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditionem fugere videatur, simul & illud Psalmi complens: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Sequitur: {At illi manus iniecerũt in eum, & tenuerunt eum. HIER. Hic adest Ioseph venditus a fratribus & ferrum pertransiuit animam eius. Sequitur: {Vnus autem de circunstan. edu. gla. percussit ser. summi sacer. & ampu. illi auriculã. BEDA, Petrus hoc fecit, vt Ioannes declarat eodem mentis ardore quo cætera faciebat. Sciebat enim quomodo Phinęes puniendo sacrilegos, mercedem iustitiæ, & sacerdotij perennis acceperit. THEO. Tacet autem nomen eius Marcus, vt non videretur suum laudare magistrum quasi zelantem pro Christo. Innuit autem Petrus ex hoc quòd inobedientes erant & increduli spernẽtes scripturas, nam si habuissent aures audientes scripturas, non crucifixissent dominũ
D gloriæ. Amputauit autem auriculam serui summi sacerdotis: nam summi sacerdotes primo præteribant scripturas, quasi serui non audientes facti. Sequitur: {Et respondens Iesus ait illis. Tamquam ad latronẽ existis cum gladiis & lignis.} BEDA. Quasi dicat. Stultum est cum gladiis & fustibus quærere eum qui vltro se vestris tradidit manibus, & in nocte quasi latitantem per proditorẽ inuestigare, qui quotidie in templo docebat. THEO. Istud autem diuinitatem eius ostendit. qñ enim in templo docebat nõ valuerunt ipsum capere, quamuis in manibus eorum esset, quia nõdum tempus aduenerat passionis. qñ autem ipse voluit, tunc tradidit seipsum vt adimplerentur scripturæ, quia tamquam agnus ad occisionem ductus est, non clamans neque vociferans, sed voluntarie patiens. Sequitur: {tunc disci. eius re. eum omnes fugerunt.} BEDA: In hoc impletur sermo, quem dñs dixerat, ꝙ oẽs discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Sequitur: {Adolescens
E autem quidam sequebatur illum. amic. syn. super nudo. subaudi corpore, quia non aliud indumenti, q̃ solam habebat syndonem. Sequitur: {Et tenuerunt eum. At ille re. syn. nu. profu. ab eis. quorum, s. præsentiam detestabatur & facta non a dño, cuius amorem & absens corpore fixum seruauit in mente. HIER. Sicut etiã Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicæ fœminæ aufugit. qui vult effugere manus iniquorum, relinquens mente quæ mundi sunt fugiat post Iesum. THEO. Probabile autem videtur ꝙ hic adolescens erat de illa domo, in qua pascha comederãt. Quidam vero dicunt hunc adolescentem fuisse Iacobum fratrẽ dñi, qui dicebatur iustus, qui ab Apostolis post Christi ascensionẽ cathedra hierosolymorum accepit. GREG. xiiij. Mor. Vel hoc de Ioanne dicitur, qui & si post, vt verba redemptoris audiret ad crucem rediit, prius tamen territus fugit, nam & illum est tẽpore fuisse adolescentẽ longa post hoc in carne vita eius inditio est. Potuit. n. fieri vt ad horã tenentiũ manib⁹ elapsus, mox resumpto indumẽto redierit, & sub dubia lucis nocte, se turpis ducẽtiũ Iesum quasi vn⁹ de ipsis ĩmiscuerit, donec ad atriũ põtificis, cui erat not⁹ Cap. 26.

Universidad de Deusto Biblioteca

perueniret,vt ipse in suo euangelio commemorat.Sicut autem Petrus qui culpam negationis pœnitentiæ lachrymis abluit, recuperationem ostendit eorum,qui in martyrio labuntur, ita cæteri discipuli qui articulum comprehensionis fugiendo præuenerũt,cautelam fugiendi docent eos,qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt.

K Et adduxerũt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ & Seniores. Petrus autem a longe secutus est eum vsque intro in atriũ summi Sacerdotis, & sedebat cũ ministris ad ignẽ & calefaciebat se. Summi vero vero sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebãt aduersus eũ dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactũ, & post triduum aliud nõ manufactum ædificabo. Et non erat conueniẽs testimonium illorũ.

K ¶ GLOS. Narrauerat euãgelista superius,quomodo dominus a ministris sacerdotum fuerat captus,nunc narrare incipit,quomodo in domo principis Sacerdotum morti adiudicatus fuit.vnde dicitur: {Et adduxe. Iesũ ad summũ Sacerdotẽ.} BEDA: Summũ sacerdotẽ significat Caypham,qui sicut Ioannes scribit, erat pontifex anni illius, de quo testaĩ Iosephus, ꝙ pontificatum sibi emerit a principe Romano. Sequitur: {Et conuenerunt in vnũ omnes sacerdotes, & Scribæ, & Seniores.} HIERO. Tunc facta est cõgregatio taurorum in vaccis populorum.Sequitur: {Petrus autem a longe sequebatur eum vsque intro in atrium summi sacerdotis.} Timor enim retrahit, sed charitas trahit. BEDA. Merito autem a longe sequebatur,qui iam erat proxime negaturus.Neq; enim negare posset, si Christo proximus adhęsisset. Sequitur: {Et sedebat cum ministris ad ignem & calefaciebat se. HIERO. In atrio cum ministris calefacit se ad ignem.Atrium sacerdotis est secularis circuitus. ministri dæmonia sunt,cum quibus qui manet, flere peccata non potest ignis desiderium carnale. BEDA: Est enim ignis charitas, de quo dicitur:Ignem veni mittere in terram, qui super credentes descendens variis linguis eos laudare dominum docuit. Est & ignis cupiditatis,de quo dicitur, Omnes adulterantes velut clybanus corda eorum. hic ignis in atrio Cayphæ instinctu maligni spiritus accensus,ad negandum, ad blasphemandum dominum perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo maligna synodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat.Quoniam enim abundat iniquitas, refrigescit charitas multorum.hoc frigore torpens ad horam Petrus, quasi prunis ministrorum Cayphæ calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solacium perfidorum societate quærebat.Sequitur. {Summi vero sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium,vt eum morti traderent. THEO. Lege præcipiente,ꝙ vnus existeret summus sacerdos, tunc multi erant substituti, & destituti annis singulis per principem Romanorum. Summos ergo sacerdotes dicit illos,qui determinatum eis tempus complentes iam compleuerant & a sacerdotio destituti erant. Figuram autem iudicij,quod in præiudicium agebant operantur, testimonia quærentes,vt videãtur Iesum iuste damnare & perdere. HIER. Sed mentita est iniquitas sibi,vt regina aduersus Ioseph, & Sacerdotes aduersus Susannam. sed ignis sine materia deficit. vnde sequitur:{Nec inueniebant.Multi enim falsum testimoniũ dicebãt aduersus eum,& conuenientia testimonia non erant.Quod enim variatur,incertum habetur.Sequitur:{Et quidam sur. fal.testi.ferebant.}Moris est hęreticorum vmbram de veritate trahere. non ille dixit quod illi dicunt, sed simile verbum de templo corporis sui,quod post biduum resuscitauit. THEO. Non enim dominus dixerat:Ego dissoluam illud, sed soluite. neque manufactum dixit:sed simpliciter templum. HIERO. Dixit etiam: Suscitabo,viuum animal significans & spirans templum. Falsus testis est qui in eo sensu dicta intelligit,quo non dicuntur.

I ¶ BEDA: Quanto Iesus tacebat ad indignos respõsione sua falsos testes & sacerdotes impios,tanto magis pontifex furore superatus, eum ad respondendum prouocat, vt ex qualibet occasione sermonis locũ inueniat accusandi.vnde dicitur: {Et exur.sum. sa.in medium inter ipsum di.Non respõdens quicquam ad ea quæ tibi obiici.ab his.}Iratus quidem princeps,& impatiens non inueniens calumniæ locum,exurgit de solio,ut insaniam mentis motu

F corporis demonstraret. HIERO. Sed ipse Deus & saluator noster,qui mundo salutem contulit, & humano generi sua pietate subuenit,sicut ouis ad occisionem sine voce ducitur, & obmutuit & siluit a bonis.vnde sequitur:{Ille autem tacebat & nihil respondit.} Taciturnitas Christi apologiam, idest excusationem Adæ absoluit.

I Exurgens autem summus sacerdos in medium interrogauit Iesum dicẽs.Non respõdes quicquã ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat,& nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit. Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi.
G Ego sum. Et videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem cum nobibus cæli. Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua ait: Quid adhuc desideram' testes? Audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? Qui omnes cõdem nauerunt eum esse reũ mortis. Et cæperunt quidam conspuere eum & velare faciem eius, & colaphis eum cædere & dicere ei, Prophetiza. Et ministri alapis
H eum cędebant.

THE. Tacebat autem,sciens quòd non attenderet verbis eius. vnde secundum Lucã respondit: Si dixero vobis, non credetis mihi.vnde sequitur. {Rursus summus sacerdos interrogauit eum & dixit ei. Tu es Christus filius Dei benedicti? Interrogat quidẽ hoc summus sacerdos, nõ vt addiscẽs crederet, sed vt ex hoc aliquã occasionem captaret. Quærit autem:Tu es Christus filius Dei benedicti?Multi namq; erãt Christi, idest vncti,sicut reges, & summi sacerdotes,sed nullus eorum dicebatur filius Dei benedicti, quasi semper collaudati. HIERO. Huncantem expectabãt de longe, quã prope non vident, sicut Isaac caligãtibus oculis Iacob sub manibus non agnoscit,sed longe de eo futura canit. Sequitur:{Iesus autem dixit illi:Ego sum.} vt scilicet inexcusabiles sint. THEO. Sciebat namque quoniam non crederent,tamen respondit,ne postea dicerent, si audissemus aliquid ab eo,credidissemus ei.hoc autem est in eorum præiudicium,quia audierũt & non crediderunt. AVG. de Conf.euan.Matthæus autem nõ dixit respondisse Iesum:Ego sum,sed tu dixisti. sed Marcus tantũ valere ostendit,quod ei dicit Iesus: tu dixisti, quantum si diceret. Ego sum.Sequitur.{Et videbitis filium hominis sedentẽ a dextris virtutis Dei,& venientem cum nubibus cæli.} THEO. Ac si d. Videbitis me tamquam filium hominis a dextris patris sedentem. Virtutem namq; hic patrem dicit, non autẽ sine corpore veniet, sed qualis apparuit crucifigentibus talis in iudicio eis apparebit.
I BEDA, Si ergo tibi in Christo o Iudæe, o Pagane & hæretice contemptus infirmitas,& crux contumelia est, vide quia per hoc filius hominis ad dexteram Dei patris sessurus, & in sua cum nubibus cæli est maiestate futurus. HIER. Et quidem sacerdos interrogat filium Dei,Iesus autem respõdet filium hominis,vt hinc intelligamus Dei filium idem esse,& filium hominis, & ne quaternitatem faciamus in trinitate,sed homo in Deo, & Deus in homine sit.Dicit autem a dextris virtutis sedentem.i. in vita regnantẽ sempiterna,& virtute diuina.{Et veni.cum nu.cęli. In nube ascendit,cum nubę veniet.i.in corpore suo solo,quod sumpsit a virgine ascendit,& cum multiformi ecclesia,quæ corpus ipsius & plenitudo eius ad iudicium venturus est. LEO Papa: Cayphas autem ad exaggerandam auditi sermonis inuidiã. scidit vestimenta sua, & nesciens quid hæc significaret insania,sacerdotali se honore priuauit,oblitus præcepti illius,quod legitur de principe sacerdotũ. De capite suo cidarim non deponet,& vestimenta sua nõ disrum-
K pet.Nam sequitur:{ Summus autem sacerdos scindens vestimẽta sua,ait.Quid adhuc desideramus testes?audistis blas.quid vobis videtur? THEO. Adimplet quidem sacerdos consuetudinem Iudaicam.Cum enim aliquid intolerabile, & triste illis occurrebat, vestimenta scindebant. Vt ergo monstraret ꝙ Christus magnam & intolerabilem blasphemiam dixerit,vestimẽta scidit. BEDA. Altiori autem mysterio factum est, vt in passione Domini pontifex Iudæorum sua ipse vestimenta discinderet,hoc est ephot,cum tunica Domini,nec ab ipsis,qui eum crucifixere militibus scindi potuerit.Figurabatur enim,quia sacerdotium Iudæorum pro sceleribus ipsorũ pontificum esset scindendum.Soliditas vero ecclesiæ,quæ uestis sui redẽptoris solet appellari numq̃ valet disrũpi. THEO.Ex eo autem sacerdotium Iudæorũ scindendum erat, ꝙ cõdemnauerũt Christũ esse reum mortis.vnde sequitur: {Qui oẽs condem.eũ esse reum mortis.} HIER. Condẽnant quidẽ eũ esse reũ mortis,vt reatu suo reatũ nostrũ solueret. Sequiĩ: {Et cęperunt qdã conspuere eũ,vt.s.sputaminibus susceptis faciẽ animę

Lib.3.ca.6.

nostræ lauaret,& velamine faciei suæ velamen cordium nostrorũ auferret,& colaphis,quibus in capite percussus est,caput humani generis quod est Adam sanaret:& alapis, quibus expalmatus est, maxima laus eius nostris manibus labiisque plauderet,vt dicitur: Omnes gentes plaudite manibus. BEDA: Quòd vero dicũt ei: {Prophetiza,quis est qui te percussit?} quasi in contumeliã faciunt eius qui se a populis Prophetam haberi voluit. AVG. de Con. euang. Hoc autẽ intelligitur passus dominus vsq; ad mane in domo principis Sacerdotum,quo prius adductus est.

Lib.3.c.6. Lib.3.c.6.

m Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi Sacerdotis,& cum vidisset Petrum calefaciẽtem se, aspiciens illum ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium,& gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla cœpit dicere circunstantibus, quia hic ex illis est. At ille iterum negauit.Et post pusillum rursus qui astabant dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es.Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cãtauit: Et recordatus est Petrus verbi qđ dixerat ei Iesus.priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

m ¶ AVG.de Cõ. euan. De Petri tentatione quæ inter ꝑdictas dñi contumelias facta est, non eodem ordine omnes euangelistæ narrant. Nam Lucas explicat prius tentationẽ Petri: tum demum has domini contumelias. Ioannes autem incipit Petri tentationẽ dicere, & interponit quædam de contumelis domini,& adiungit,quòd inde missus est ad Caypham Pontificem,& inde recapitulat,vt explicet quam cœperat tentationẽ Petri. Matthæus autem,& Marcus primo commemorant Christi contumelias:deinde Petri tentationem,de qua dicitur: {Et cum esset Petrus in atrio deor.ve.vna ex ancil.summi Sacer.} BEDA. Quid aũt sibi vult,ꝙ prima eum prodit ancilla, cum viri vtique eum magis potuerunt recognoscere,nisi vt & iste sexus peccasse in necem videretur domini,& iste sexus redimeretur per domini passionem? Sequitur: { At ille nega. di. Neque scio, neque noui quid dicas.}HIERO. Petrus sine spiritu voci ancillæ cessit, cũ spiritu nec Principibus,nec Regibus cedit. THEO. Hoc autẽ eum pati dispensatiue ꝑmisit dominus,ne.s.extolleret se, simulq; vt peccantibus misericors ostendatur,tamquàm ex seipso instructus humanæ infirmitatis euentum. Sequiĩ. {Et exi. fo.ante atri. & statim gal.cantauit. BEDA: De hoc galli cantu cæteri euangelistæ tacent:non tamen factum negant,sicut & multa alia alii silentio prætereunt quæ alii narrant. Sequitur. { Rursus autem cũ vide.eum an cœpit dicere circum. quia hic ex illis est.} AVG. de Con.euan.Hæc ancilla non eadem,sed alia est,sicut dicit Matthæus. Sane hoc quoque intelligitur, quia in secunda negatione a duobus cõpellatus est,ab ancilla.s. quã cõmemorant Matthæus, & Marcus,& ab alio quem commemorat Lucas. Sequitur.{At ille iterum negauit.}Iam Petrus redierat,vt quemadmodum dicit Ioannes ad focum stans iterum negaret,vnde ancilla dicebat quod supra dictum est:non illi.s.Petro,sed his qui illo exeunte ibi remanserant:sic tamen vt ille audiret.vnde rediens, & rursus ad ignem stans resistebat negando verbis eorum. Liquido enim colligitur collatis de hac re omnibus euangelistarum testimoniis, non ante ianuam secundo Petrum negasse,sed intus in atrio ad ignem:Matthæum autem,& Marcum qui commemorauerunt exisse eum foras,regressum eius breuitatis causa tacuisse. BEDA. In hac autẽ negatione Petri discimus non solum abnegari Christum, ab eo ꝗ dicit eum non esse Christum,sed ab illo etiam qui cum sit negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis: sed me negabis. Negauit ergo Christum cum se negauit eius discipulum. Sequitur. {Et post pusi. rur. qui asta.di.Pe.vere ex illis es:nam & Gali.es.}Non ꝙ alia lingua Galilæi quàm Hierosolymitæ loquerentur,qui vtique fuerunt Hebræi,sed quòd vnaquæque prouincia & regio suas habet proprietates,ac vernaculum loquendi sonũ vitare nõ possint. THEO. Igitur timore Petrus perterritus & domini sermonem oblitus dicentis: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo,dominum abnegauit. vnde sequitur. {Ille autem cœpit anathe.& iura quia nesci ho.istum quem di.} BEDA:Quam noxia sunt prauorum consilia:inter infideles,hominem negauit se nosse, quẽ inter discipulos Deum fuerat confessus.Solet aũt scriptura sacra,meritũ carum ꝑ statum designare ꝑuum:vnde Petrus qui media nocte negauit:ad gallicantũ pœni-

Lib.3.ca.6.

A tuit.vnde subditur.{Et statim iterum gal.ca n.Et recorda. est Petrus ver.quod dixit ei Iesus, priusquam gal.cantet bis,ter me negabis.Et cœpit flere. THEO.Lachrymæ enim Petrum Christo per pœnitentiam adduxerunt. Confundantur itaque Nouatiani, qui dicunt,ꝙ qui post susceptionem baptismatis peccauerit: non suscipitur vt sibi delictum remittatur. Ecce enim Petrus qui & Christi corpus sumpsit & sanguinem: ꝑ pœnitentiam est susceptus. Etenim sanctorum defectus propter hoc scripti sunt, vt & nos si per incautelam deciderimus recursum haberemus ꝑ eorum exemplum, & speremus per pœnitẽtiam subleuari. HIE. Mystice autem prima ancilla, titubatio est, secunda consensio: tertius vir,actus est. Hæc trina negatio quam abluit per fletus verbi Chri recordatio. Tũc nobis gallus cantat, quando prædicator quisquam per pœnitentiam corda nostra ad compunctionem excitat. Tunc incipimus flere, quãdo ignimur intus per scintillam scientiæ, & foris eximus, cum extra eiicimus quod intus fuimus.

CAP. XV.

ET confestim mane concilium faciẽtes summi Sacerdotes cum Senioribus & Scribis, & vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Et in-
B terrogauit eũ Pilatus: Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens: ait illi: Tu dicis. Et accusabant eũ summi Sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens: Non respondes quicquam? Vides in quantis te accusant? Iesus autem nihil amplius respondit: ita vt miraretur Pilatus.
b Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quẽcumque petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas,
C qui cum seditiosis erat vinctus,

CAP. XV.

BEDA, Habebant Iudæi hunc morem,vt quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. vnde post condemnationem Christi subiungit euangelista:{Et confestim mane concilium facientes summi Sacerdotum Senioribus & Scribis,& vniuerso concilio,vincientes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato. Attamen notandum, quòd non tunc primum ligauerunt eum, sed mox compræhensum nocte in horto,vt Ioannes declarat, ligauerunt. THEOPHY. Tradiderunt itaque Iesum Romanis, sed & ipsi a Deo traditi fue-
D runt in manibus Romanorom, vt adimplerentur scripturæ dicentes:Secundum opera manuum eorum retribue illis. Sequitur: {Et interrogauit eum Pilatus. Tu es rex Iudæorum?} BEDA: Pilato nihil aliud criminis interrogante nisi,vtrum rex Iudæorum sit,arguuntur impietatis Iudæi, quòd nec falso quidem inuenire potuerunt, quod obiicerent saluatori. Sequitur:{ At ille respondens ait illi:Tu dicis.}Sic respondet,vt verum diceret,& sermo eius calumniæ non pateret. THEO. Dubiam enim responsionem emisit.nam, Tu dicis, potest sic intelligi, Tu dicis hoc: sed ego non dico.Et nota quòd Pilato qui inuitus fert sententiam aliqua in parte responderit, sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit,indignosque sermone suo iudicauerit. Sequitur:{Et accusauerunt eum summi sacerdotes in multis. AVG. Lib.3. ca.8.
de Conf. euang. Lucas etiam ista crimina, quæ falso obiecerunt aperuit.sic enim narrat: Cæperunt accusare eum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tri-
E buta dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Sequitur: {Pilatus autem rursus interrogabat eum dicens. Non respondes quicquam?vides in quantis te accusant? BEDA: Ethnicus quidem est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum.Sequitur:{Iesus autem amplius nihil respondit,ita vt miraretur Pilatus.} Nihil quidem respondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur a præside, & crucis vtilitas differretur. THEOPHYL. Mirabatur autem Pilatus, quia cum legis doctor esset & eloquens & potens responsione sua eorum accusationes infringere,non respondebat quicquam,sed magis accusationes viriliter sustinebat.

b ¶ BEDA: Multas liberandi Saluatorem Pilatus occasiones dedit, primo latronem iusto conferens. vnde dicitur. {Per diẽ autem festum dimittere solebat illis vnum ex vinctis quemcumque petissent. GLO. Quod quidem solitus erat facere, vt gratiam populi captaret,& præcipue in die festo,quando de tota prouincia Iudæorum populus Hierosolymã confluebat. Et vt maior

Iudæorum improbitas appareat: describitur consequenter enormitas culpæ latronis quem Iudæi Christo prætulerunt. vnde sequitur: ¶ Erat autem qui dicebat. Bar. qui cum sedi. vin. erat qui in sedi. fece. homicidium. ¶ In quo ostenditur, & ex grauitate culpæ notabilis, q̃ homicidium fecerat, & ex modo faciendi, quia cum per turbationem ciuitatis hoc fecerat, seditionẽ concitando, & etiam quia culpa eius manifesta erat: nam & cum seditiosis vinct⁹ erat. Sequitur: ¶ Et cum ascendisset turba: cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. ¶ Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidissent eũ summi Sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus aũt iterum respondens ait illis: Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatum autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum militiæ. Et indu. eum pur. sicut regem. BEDA. Quia etiam rex Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ, & sacerdotes crimen obiecerant, quòd sibi in populo Israelitico vsurparet imperium, illudentes hoc faciunt, vt nudatum pristinis vestibus induant purpurã, qua reges veteres vtebantur. AVGV. de Consflagellis cæsum vt crucifigeret.. c Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocãt totam cohortem, & induunt eũ purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam, & cæperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & consputebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquã illuserunt ei exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis. d Et educunt illum vt crucifigerent eũ. Et angariauerunt prætereuntem quempiã Simonem Cyreneũ veniẽté de villa, patrẽ Alexandri, & Ruffi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt illũ in Golgotha locũ, qđ est interpretatum Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris, & alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est.

Lib.3.c.8. AVG. de Con. eua. Nulla quæstio est, q̃ Matthæus tacet ipsos petiisse, vt aliquis eis dimitteretur, quod Marc⁹ hic dicit. Nihil enim interest si alius aliud tacet, quod ali⁹ commemorat. Sequitur ¶ Pilatus ergo respon. eis dixit. Vult. di. vo. Re. Iudæ. Scie. enim q̃ per inui. tradi. eum sum. Sacerd. ¶ Quæri potest, quæ verba Pilatus dixerit, vtrum quæ a Matthæo, an quæ a Marco referuntur? Aliud enim videtur esse: Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? vt Matthæus refert, Aliud: Vultis vobis dimittam Regem Iudæorum vt hic dicitur. Sed quia Christos Reges dicebant, & qui dixit illum an illum, manifestum est eum quæ fisse an vellent dimitti Regem Iudæorum, idest Christum. Nihil aũté interest sententiæ, q̃ hic tacuit Marcus de Barraba: hoc solum volens dicere quod ad dominum pertinebat, quandoquidem in eorum respõsione satis & ipse ostendit quem sibi dimitti voluerint. Nam sequitur: ¶ Ponti. autem concita. turbam vt magis Barrabam dimitteret eis. BEDA. Hæret Iudæis vsque hodie sua petitio, quam tanto labore impetrarunt, quia enim data sibi optione pro Iesu latronem, pro Saluatore interfectorem elegerunt: merito salutem perdiderunt & vitam, & latrociniis, ac seditionibus se intantum subdiderunt, vt patriam regnumque suum quod plus Christo amauerunt, perdiderint, & libertatem, corpus, & animam numquam reciperent. Deinde aliã occasionem dat Pilatus liberandi Saluatorem cũ sequitur. ¶ Pilatus autem iterum respon. ait illis: Quid ergo vultis fac. Regi Iudæorum? AVG. de Con. euã. Iam satis apparet, q̃ id Marcus vt lit ostendere, dicendo Regem Iudæorum, quod Matthæus dicendo Christum. Non enim dicebantur Christi reges, nisi Iudæorum. In hoc enim loco secundum Matthæum dicitur. Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Sequitur: ¶ At illi clamabant: Crucifige eum. THEO. Vide autem Iudæorum prauitatem, & Pilati commensurationem: quàmuis & ipse dignus sit condemnatione pro eo, quòd populo non resistebat. Illi namque clamabant: Crucifige. hic tentat humiliter ab illo præiudicio eruere Iesum: & ideo rursus interrogat. vnde sequitur: ¶ Pila. autem dicebat eis: Quid enim malum fecit? ¶ Occasionem namque ex hoc sumere volebat, vt Christum solueret innocentem. BEDA, Iudæi vero insaniæ suæ satisfacientes, interrogationi Præsidis non respondent. vnde sequitur. ¶ At illi magis clamabant: Crucifige eum. ¶ vt impleretur illud Hieremiæ: Facta est mihi hæreditas mea, sicut leo in silua: dederunt super me vocem suam. Sequitur. ¶ Pilatus autem vo. satisfa. po. dimi. il. Bar. & tradi. Iesum fla. cæ. vt crucifigeretur. ¶ THEO. Volebat quidem satisfacere populo. i. eorum facere voluntatem, & non quod erat placitum iustitiæ, & Deo. HIERO. Hic duo hirci adsunt, vnus apompæos, idest emissarius cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur, alter pro peccatis absolutorum vt agnus occiditur. pars domini semper mactatur: pars diaboli, qui est magister eorum, quod sonat Barrabas, effrenata in tartarũ præcipitatur. BEDA: Iesus autem flagellatus non ab alio quàm ab ipso Pilato intelligendus est. Scribit namque Ioannes: Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit, quod quidem ideo fecisse credendus est, vt fatiati pœnis, ac opprobriis eius, Iudæi mortem vltra sitire desisterent.

c ¶ THEO. Militaris vana gloria semper inordinatis gaudens, & opprobriis sibi propria ostendebat. vnde dicitur. ¶ Milites autem duxe. eum in atri. pto. & cõuo. to. cohor. ¶ i. totum ordinẽ

Ioannes aũt ait, q̃ ipsemet baiulabat sibi crucem. vtrumque enim fuit: nam ipse quidem primo baiulauit sibi crucem, donec præteriit quidam quem angariauerunt, & tunc ille portabat. Dicit aũt quorum filiorum erat pater ad maiorem fidem, & affirmationem: Nã homo ille adhuc viuebat, qui poterat oĩa quæ circa crucem facta sunt enarrare. HIERO. Cum autem alii per merita patrum suorum commemorentur: alii per merita filiorum suorum: hic Simon qui crucẽ in angaria portat, meritis filiorum suorum qui erant discipuli commemoratur. De hoc nos in præsenti vita admonemur parentes adiuuari, per natorum suorum sapientiam, vel merita, vt populus Iudaicus propter Patriarcharum, & Prophetarum, & Apostolorum merita semper commemoratur. Simon autem iste qui portat crucem in angaria, ipse est qui laborat pro laude humana. Cogunt enim homines hunc laborare, quem non cogit timor, & dilectio Dei. BEDA. Vel quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur. Cyrene enim Libiæ ciuitas est, recte per eum populi Gentium designantur, qui quondam peregrini, & hospites testamentorum, nunc obediendo hæredes sunt Dei: cohæredes aũté Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrene hæres interpretat. De villa autem venisse refertur. villa enim Græce pagus dicitur. vnde Paganos appellamus eos, quos a ciuitate dei alienos videm⁹: De pago igitur egrediens Simon crucem portat post Iesum, cum populus nationum Paganis ritibus derelictis, vestigia dominicæ passionis obedienter amplectitur. Sequitur. ¶ Et perdu. eum in Golgo. quod est interpræ. Cal. locus. ¶ Extra urbem & foris portã loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, idest decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, vt vbi prius erat a ea damnatorum, ibi erigerẽtur vexilla martyrii. HIERO Tradunt autem Iudæi q̃ in hoc montis loco immolatus est aries pro Isaac, & ibi decaluatur Christus, idest a carne sua, carnali videlicet Iudæa separatur. Sequitur. ¶ Et da. ei bib. myr. vinum. ¶ AVG. de Con. euan. Hoc intelligendum est Matthæum dixisse cum felle mistum. fel quippe pro amaritudine posuit, & myrrhatum vinum amarissimum est, quàquàm fieri possit, vt & fel, & myrrha vinum amarissimum redderent. THEO. Vel ordinatione quadam existente, alii alia afferebant, quidam acetum & fel, quidam vinum myrrhatum. HIERO. Vel myrrhatum vinum hoc est acetum, per hoc succus lætalis pomi abstergitur. BEDA: Amara vitis amarum vinum fecit, quo propinat dominum Iesum, vt impleatur quod scriptum est. Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto. AVG. de Con. euan. Quod autem subditur: ¶ Et non accepit. ¶ intelligitur non accepit vt biberet, gustauit autem vt Matthæus testis est, & sicut idem Matthæus ait: Noluit bibere. hoc Marcus dixit: Et non accepit. tacuit autem q̃ gustauit. HIERO. Non accepit etiam id pro quo patitur. vnde de eo dr. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Sequitur. ¶ Et crucifi. eum, diuisc. vestimen. sua: mittẽ. sortem. super eis, quid quis tolleret. Hoc loco figuratur salus p̃ lignum: primũ lignum scientiæ boni & mali fuit. secundum lignum boni tantum nobis, & vitæ lignum est. Extẽsio manus pri mæ ad lignum, mortem apprehendit. Extensio autem secundæ, vitam quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuentium. cruce enim sua Christus cruciatum nostrum absoluit, & morte sua mortem nostram necauit. Cum forma serpentis serpentem necat, quia serpente de virga facto alii absorbentur serpentes. Ipsa autem species crucis quid est nisi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulget. Arctos dextra tenet. Auster leua consistit. Occidens sub plantis firmatur. Vnde Apostolus vt sciam⁹ quæ sit altitudo, & latitudo, lõgitudo, & profundũ. Aues quando volant ad ethæra, formam crucis sumunt. homo natans p aquas: forma crucis vehitur. Nauis per maria, antenna cruci similata sufflatur. Tau litera, signum salutis, & crucis describitur. BEDA. Vel in transuerso ligno crucis vbi figuntur manus gaudium spei signatur. Per manus enim opera, per latitudinem hilaritatem operantis intelligimus, quia tristitia facit angustias. per altitudinem cui caput adiungitur expectationem retributionis de sublimi iustitia Dei. per longitudinem qua totum corpus extenditur tolerantiam, vnde longanimes dicuntur. per profundum quod terræ est infixum ipsum sacramentum secretum. Quãdiu ergo hic agunt corpora nostra, vt destruatur corpus peccati, tempus nobis est crucis. THEO. q̃ autem ponebant sortem super vestimenta eius, & hoc illudentes fecerunt quasi Regis vestimenta diuidentes: ietenim vilia erãt, non valde præciosa. Hoc autem Ioannes euangelista plenius exponit, quia. f. milites cætera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidẽtes, de tunica quæ inconsutilis erat desup contexta per totũ, forté miserunt. HIE. Vestimenta aũt dñi eius mandata sunt quibus tegit corpus eius. i. ecclesia, quæ diuidunt inter se milites Gentiũ, vt sint quatuor ordines cum vna fide. i. cõiugati & viduati, præpositi & separati. Sortiti sunt tunicam indiuisam, quæ est pax & vnitas. Sequitur: ¶ Erat aũt hora tertia & cruci. eum. Hoc vere, & proprie Marcus intulit: nam sexta hora tenebræ sustulerunt terram, vt non quisquam potuisset mouere caput. AVG. de Con. euan. Si hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est Iesus crucifigendus Iudæis, vt Ioannes refert, qũo hora tertia crucifixus est, sicut verba Marci non intelligentes quidam putauerunt? Prius ergo qua hora crucifigi potuerit videamus: deinde videbimus cur hora tertia crucifixum dixerit Marcus. Hora erat quasi sexta cum traditus est crucifigendus a Pilato sedente pro tribunali, vt dictum est. non enim iam plena sexta erat, sed quasi sexta. i. peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, vt peracta quinta, & inchoata sexta gererent hæc, quæ enarrata sunt in crucifixione dñi nostri, donec completa sexta: illo pendente fierent hæ quę dicuntur tenebræ. Quæramus autem iam cur dixerit Marcus: ¶ Erat aũt hora ter. & cru. eum? ¶ Iam certe dixerat. ¶ Et crucifigentes eum: diui. vesti. eius sic etiam cæteri attestantur, q̃ eo crucifixo vestimenta diuisa sunt. Si. n. rei gestę tem⁹ us voluit cõmemorare Marcus, sufficeret dicere: Erat autem hora tertia, vt qd adiunxit: ¶ Et crucifixerunt eum? ¶ nisi quia voluit aliquid recapitulando significare quod quæsitum inueniretur cum scriptura ipsa illis tp̃ibus legeretur, quibus vniuersæ ecclesiæ notum erat quia hora dns ligno iuspensus est: vnde posset huiusmodi vel error tollì, vel mendacium refutari. Sed quia sciebat a militibus suspẽsum dñm, non a Iudæis, sicut Ioannes apertissime dicit, occulte ostendere voluit eos magis crucifixisse, quia clamauerũt vt crucifigeretur, quàm illos qui ministerium principi suo secũdum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudæi vt dominus crucifigeretur, & verissime demonstratur tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt. In conatibus autem Pilati ad eripiendum dominum, & in tumultu Iudæorum contradicentium, consumptum tempus duarum horarum intelligimus, & circa horam fuisse sextam, qua nondum terminata, gesta sunt quæ ab eo tempore quo Pilatus dominum tradidit, usque ad tenebras factas narrantur. Facile autem videbit qui sine impietatis duriti. voluerit attendere, quàm opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit, vbi scilicet factum ministrorum multum commemoratum est. Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus a Iudæis in milites illos conuerteret. ¶ Erat, inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum, ¶ vt illi eum potius crucifixisse inueniantur, quos hora tertia, vt crucifigeretur, clamare potuisse diligens inquisitor inueniet, cum adueterit hoc quod a militibus factum est, hora sexta factum esse. AVGVSTINVS de Quæstio. vete. & no. testamenti: Iudæorum ergo sententiam de crucifixione Christi: tertia hora data vult intelligi. Omnis enim qui morti addicitur, ex eo iam tam vult intelligi. mortuus computatur, quo sententiam excepit. Manifestauit ergo Marcus, quia non iudicis sententia Saluator crucifixus est. difficile est enim innocentem probare eum, qui sententia iudicis punitur. AVG. de Con. euan. Quamquam non desint, qui Parasceue quam Ioannes commemorat dicens. Erat autem Parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam velint intelligi. dicunt enim: Die quidem illo, quem dies sabbati sequebatur Parasceuem fuisse Paschæ Iudæorum, q̃ ab eodem sabbato iam inciperet azima, sed tamen verum Pascha quod iam in passione domini celebratur nõ Iudæorum, sed Christianorum cœpisse præparari. i. Parasceuem habere ab ea hora noctis nona, in eo q̃ dns a Iudæis occidendus præparabatur. Parasceue quippe interp̃tatur præparatio. Ab illa ergo hora noctis vsque ad eius crucifixionem occurrit hora Parasceue sexta ſm Ioannem, & hora diei tertia ſm Marcum. Quis fidelis non huic faueat solutioni quæstionis? Si modo possit aliquis articulus conijci. vnde ab hora nona noctis cœpisse Parasceues Paschæ nostræ, idest præparationem mortis Christi congruenter intelligamus. Si enim dicamus eam cœpisse quando a Iudæis apprehensus est dns, adhuc noctis partes primæ erant, sed quando ad domum perductus est soceri Cayphæ, vbi & auditus est a principibus, adhuc gallus non cantauerat. Si aũt quando Pilato traditus est, iam mane fuisse apertissime scriptum est. Restat ergo vt intelligamus tunc cœpisse præparationẽ mortis dñi, quãdo oĩs principes Sacerdotum dixerunt: Reus est mortis. Non enim

Universidad de Deusto Biblioteca

absurde coniicitur eo tempore nonam horā noctis esse potuisse, vt recapitulando intelligatur de Petri negatione postea dictum esse, quod antea factum erat. Sequitur. {Et erat ti.cau.eius inscrip. Rex Iudæorum.} THEO. Scripserunt autem hunc titulum, scilicet causam propter quam crucifixus est, quasi vituperantes eius opinionem qui Regē seipsum faciebat, vt sic prætereuntes misereri non valerent, sed magis ei improperarent tamquam tyranno. HIERO. Scripserunt autē hoc tribus linguis: Hebraice, Melech Ieudim. Græce, Basyleos exomologyton, Latine Rex confessorum. Hę tres linguæ ad principatum in crucis titulo consecratæ sunt, vt oīs lingua commemoraret perfidiam Iudæorum. BEDA. Titulus autē hic positus supra crucem illud ostendit, quia nec occidendo potuerunt efficere, vt eum Regē non haberent, qui eis secundum sua opera redditurus est.

Βασιλεὺς ἐξομολογητῶν

e Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis tēplum Dei, & in tribus diebus reędificas. Saluū fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi Sacerdotes illudentes ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel, descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei.

f Et facta hora sexta, tenebræ factę sunt super totam terram vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Heli Heli lamazabatani. Quod est interpraetatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et quidam de circūstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensq; calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Helias ad deponendum eum. Iesus autē emissa voce magna, expirauit.

Sequit. {Et cum eo cru.du.latro. vnum a dextris, & vnum a sinistris eius.} THEO. Vt.s. homines prauam opinionem contra eum conciperent, ꝙ & ipse latro, & maleficus esset. hoc autem dispensatiue factum est ad implendum scripturam. vnde sequitur: {Et impl.est scri.q̄ di. Et cū ini.rep.est.} HIE. Cum iniquis veritas deputata vnū reliquit sinistrum, alterū assumit dexterū, sicut in die iudicii faciet. & simili crimine tam dissimiles sortiuntur fines: alter antecedit Petrum in paradisum, alter Iudam in infernum. Confessio breuis, vitam acquisiuit longam, & blasphemia finita, pœna plectitur æterna. BEDA: Mystice autem latrones, qui cum domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide, & confessione Christi, vel agonem martyrii, vel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt. Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide designantur, qui vero humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus. THEO. vel aliter: Iudicium erāt duo latrones duorum populorum. s. Iudaici, & Gentilis: Ambo nā que iniqui: Gentilis quidem tamquam legem naturalem prætergrediens: Iudaicus vero scriptam legem quam ei tradiderat dominus, sed Gentilis pœnitens, Iudaicus vsque in finem blasphemus, in quorum medio crucifigitur dominus: ipse enim est lapis angularis, nos coniungens.

e ¶ HIERO. Pullo Iudeæ ligato ad vitem, & ei' pallio in sanguine vuæ intincto, lacerant hædi vineam blasphemantes Christum, & mouentes capita sua. vnde dicitur. {Et prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei.} THEOPHYL. Transeuntes enim Christum blasphemabant, exprobrantes ei tamquam seductori. Diabolus autem mouebat illos ad dicendum, ꝙ de cruce descenderet, quia enim nouerat, ꝙ salus fiebat per crucem, rursus ingerebat se ad tentandum Christum, vt si a cruce descenderet, certus fieret ꝙ non est vere filius Dei, & sic salus quæ per crucem est destrueretur, sed ipse Dei verus existens filius non descendit. Si enim descendere debuisset non illuc a principio ascendisset: sed quia videbat ꝙ per hunc modum salutem fieri oportebat, sustinuit crucifigi, & multa alia pati, & perficere opus suum. Sequitur. {Similiter & summi Sacer.illu.ad alter.cum Scri.dice. Alios saluos fecit, seipsum non po.sal.facere.} Hæc dicebant eius miracula abolentes quasi ab eo ꝭm apparentiam perpetrata fuissent. operans namque miracula multos saluabat. BEDA: Sic etiam nolentes confitentur, ꝙ alios saluos fecit. Itaque vos vestra condemnat sententia, q enim alios saluos fecit, seipsum saluare poterat. Sequitur. {Christus Rex Israel descendat nūc de cruce, vt videamus & credam'.} HIER. Et viderunt postea resurgentem de sepulchro, quem de crucis descendere non credebant posse patibulo. Vbi est, o Iudæi infidelitas vestra? vos ipsos consulo, vos ipsos iudices peto. Quanto mirabilius est mortuū posse resurgere, quàm adhuc viuum de cruce velle descendere? Parua petistis, dum maiora prouenerint, sed infidelitas vestra non potuit sanari signis multo fortioribus, q̄ petistis. hic omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. vnde sequitur: {Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabātur ei.}

Lib.3.c.16. AVGVSTI. de Consen. euangelista. Quomodo hoc verum est, quandoquidem vnus eorum conuitiatus est secundum Lucæ testimonium, alter & compescuit eum, & in Deum credidit, nisi intelligamus Matthæum. & Marcum breuiter perstringentes hunc locum, pluralem numerum pro sigulari posuisse? THEOPHY. Vel duo a principio conuitiabantur ei: deinde vnus cognoscens ipsum innocentem, increpat alterum blasphemantem.

f ¶ BEDA: Clarissimum lumen mundo retraxit radios suos, ne aut pendentem videret dominum, aut impii blasphemantes sua luce fruerentur. vnde dicitur. {Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam.} AVGVSTI. de Consen. euangelistarum. Addidit autem Lucas: Vnde factæ sunt tenebræ, idest Solem obscuratū. THEO. Si autem tēpus Eclypsis fuisset, posset quis dicere, quòd naturalis fuisset hæc passio, sed tunc vigesimaquarta erat Luna, cū naturalis eclypsis fieri nequit. Sequitur: {Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens Heli Heli.} HIERONY. Nona hora inuenitur, euersa domo, decima dragma quæ perierat. BEDA: Nam & Adam peccante scriptum est, quòd audiuerit vocem domini Dei ambulantis in Paradiso ad auram post meridiem, & qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destruxit. Et notandum, quòd recedente a centro mundi Sole crucifixus est dominus: oriente autem Sole, resurrectionis suæ mysteria celebrauit, quia mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nec mireris verborum humilitatem quærimonias derelicti, cum formam serui sciens scandalum crucis videas. Sicut enim esurire & sitire & fatigari, non erant propria deitatis, sed corporales passiones: ita quod dicitur: Vt quid dereliquisti me? corporalis vocis erat proprium, quia solet secundum naturam corpus nullatenus velle a sibi coniuncta vita fraudari. Licet enim ipse Saluator dicebat hoc: sed proprie ostendebat corporis fragilitatem, vt homo ergo loquitur in eos circumferens motus, quòd in periculis positi a domino deseri nos putamus. THEO. Vel hoc loquitur homo crucifixus Deo pro me. nos enim homines sumus derelicti, ipse numquam a patre derelictus fuit. Audi enim quid dicit: Non sum solus, sed quia pater mecum est. Etsi etiam hoc pro Iudæis dixerit quasi & ipse secundum carnem Iudæus existens, ac si diceret: Vt quid Hebraicum populum dereliquisti, vt tuum crucifigerent filium? Sicut enim aliquando consueuimus dicere: Deus induit me, idest meam naturam, scilicet humanam, sic & hic: dereliquisti me, oportet intelligere humanam naturam, vel Iudaicum populum. Sequitur: {Et quidām de circunstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam vocat.} BEDA: Sed quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis hebraici proprietatem: sed ex eo quòd dixit Heli Heli, putantes ab eo Heliam vocatum. Si autem Iudæos qui hoc dixerunt intelligere volueris: hoc faciunt, vt eum imbecillitatis infament, quòd Heliæ auxilium deprecetur. Sequitur: {Currens autem vnus, & implens spongiam aceto.} Quam ob causam domino acetum sit potui datum Ioannes plenius ostendit, dicens, quòd Iesus vt consummaretur scriptura dixit: Sitio. Illi autem spongiam plenam aceto obtulerunt ori eius. HIERO. Innuit autem hic Iudæorum similitudinem, spongiam super cannam infirmam aridam, ignibus aptam implet aceto: hoc est malitia, & dolo.

Lib.2.c.1?. AVGVSTIN. de Consen. euangelistarum. De Helia vero non ipsum qui obtulit spongiam cum aceto, sed cæteros dixisse Matthæus narrauit. vnde intelligimus & illum, & cæteros hoc dixisse. HIERO. Infirmata autem carne vox inualuit diuina quæ dicit: Aperite mihi portas iustitiæ. vnde sequitur. {Iesus autem emissa voce magna, expirauit.} Cum ima voce siue sine voce nos morimur, qui de terra sumus, ille uero cum exaltata voce expirauit, qui de cœlo descendit. THEO. Et qui morti dominatur, & præcipit, sicut dominus potestatiue expirat. Qualis autem hæc vox fuerit Lucas declarat. Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum. Etenim Christus extunc per hoc nobis voluit declarare, ꝙ sanctorum animę in manus Dei ascendūt. Nam prius ab inferis omnium animæ tenebantur, donec venit qui prædicauit captiuis remissionem.

g ¶ GLO. Postquàm narrauit euangelista passionem, & mortem Christi, nunc prosequitur de his quæ post mortem dn̄i contigerunt. vnde dr̄. {Et velū tē.scis.est in duo a sum. vsq; deorsum.} HIERO. Velū tēpli scindit. i. cœlū aperitur. THEO. Scissum est etiā velū innuente Deo, ꝙ spiritussancti gratia a tēplo recedit, & scindit vt sanctasanctorum ab oibus videnda essent, & ꝙ tēplum lugebit in Iudæis cum calamitates deplorabunt & vestimenta scindent. Hoc etiam & templū animatū. s. corpus Christi ostendit, in cuius passione vestimētum eius laceratum est s. caro, & aliud etiam significat. Caro nāque velum est nr̄i tēpli. s. mentis nr̄æ. Virtus autem carnis scissa est in Christi passionibus a summo vsq; deorsū. s. ab Adā vsque ad vltimos hoies. Nā & Adā effectus est sanus per passionem Christi, & eius caro non manet sub maledicto, neque digna est corruptione: sed oēs incorruptione honorati sumus:

g Et velum templi scissum est in duo, a summo vsque deorsum. Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius Dei erat. Erant autē & mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome. Et cum esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam.

h Et cum iā sero esset factū, quia erat parasceue, qđ est ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Pilatus aūt mirabatur si iam obiisset. Et accersito Centurione, interrogauit eū si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus Syndonem, & deponens eum, inuoluit in Syndone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdalenę, & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

{Videns au.Cē.} Cēturio dr̄ q centū est militū princeps. Videns aūt ꝙ ita potestatiue, & dominabil'r expirasset, miratus est & confessus est. BEDA, Manifesta aūt causa miraculi Centurionis exponitur, ꝙ videns dn̄m sic expirasse. i. spiritum emisisse dixerit. {Vere homo hic fili' dei erat.}

Cap.13. Nullus. n. habet potestatem mittendi spiritum, nisi qui animarum conditor est. AVG. 4. de Tri. Et hoc maxime miratus est ꝙ post illā vocem, in qua figuram peccati nostri edidit, continuo tradidit spiritum. demonstrauit. n. spiritus mediatoris, ꝙ nulla pœna peccati vsque ad mortem carnis eius accesserit, quia non eum deseruit inuitus, sed qūo voluit, quippe Dei verbo ad vnitatē personæ coniunctus. HIERO. Nouissimi autē nunc primi efficiuntur. Gentilis confitetur populus, Iudæa cęcata negat ne fiat eis error peior priore. THEO. Et sic ordo conuertitur dum Iudæi occidunt, & Gentilis confitetur, discipuli fugiunt, & mulieres expectant. Sequitur. n. {Erant aūt & mulie. de longe aspici. inter quas erat Mar. Magd. & Ma. Ia. mi. & Ioseph mater, & Salome.} Salome dicta est mater filiorum Zebedei. ORIG. Opinatus autem sum hoc videns apud Matthæum, & Marcum, hic tres præcipuas mulieres nominatas, & duas quidem vterq; euangelista exponit. Mariam Magda. & Mariam Ia. Tertia aūt a Matthæo dicitur mater filiorum Zebedæi, a marco aūt tertia illa Salome appellat̄. BEDA Iacobum aūt minorem dicit Iacobum Alphæi, qui & frater dn̄i dicebat̄, eo ꝙ esset filius Mariæ materteræ dn̄i, cuius meminit Ioannes dicens: Stabāt iuxta crucē Iesu mater eius, & soror mr̄is eius. Maria Cleophæ, & Maria Magdalena. Maria autem Cleophæ videtur eā dicere a patre, siue a cognatione. Vocabatur autem minor Iacobus ad distinctionem maioris Iacobi, videlicet filii Zebedæi, qui inter primos Apostolos vocatus est a dn̄o. Consuetudinis aūt Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpā more gentis antiquo, vt mulieres de sua substantia victum atque vestitum præceptoribus ministrarent. vnde sequitur. {Et cum esset in Galilæa seque. eum, & mi.ei.} Ministrabant dn̄o quidem de substantia sua, vt meteret earum carnalia, cuius illę metebant spiritualia, & vt typum ostenderet magistrorū, ꝙ victu atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerint. Sequitur enim. {Et aliæ multæ, quæ simul cū eo ascend. Hierosolymam.} HIERON. Sicut non excluditur muliebris sexus a salute per Mariam Virginem: ita non repellitur a mysterii crucis scientia, & resurrectionis per viduam Mariam Magdalenam, & cæteras matres.

Παρασκευὴ

h ¶ GLO. Post passionem & mortem Christi euangelista sepulturam eius enarrat, dicens: {Et cum iam sero esset fac. quia erat parasce. quod est ante sabba. ve. Io ab Ari.} BEDA: Parasceue græce, latine præparatio dicitur, quo nomine Iudæi qui inter Græcos morabatur sextam sabbati appellabāt, eo ꝙ in illo ea quæ requiei sabbati necessaria essent præparare solerent. Quia ergo sexta die homo factus est, septima aūt die conditor ab omni opere suo requieuit, recte Saluator sexta die crucifixus humanæ restaurationis impleuit archanum. Sabbato autem in sepulchro quiescens, resurrectionis, quæ octaua die ventura erat expectabat euentum. Sic & nos in hac quidem seculi ætate mundo necesse est crucifigi, in septima vero die, idest cū mortis quis debitum soluit, corpora

A quidem in tumulis animas autem secreta in pace cū domino post bona opera oportet quiescere, donec octaua ætate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorruptionem accipiant. Talem autem esse decebat, qui corpus dn̄i sepeliret, qui etiam per iustitiam meritorum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potentię sæcularis facultatem posset obtinere ministrandi. & ideo dicit̄, ꝙ erat nobilis decurio expectans regnū Dei. Decurio vocatur ꝙ sit de ordine curiæ, & officium curiæ administraret, qui etiā curialis procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathia autem ipsa est ramathain ciuitas Helchanæ, & Samuelis. HIERO. Quæ interpraetatur deponēs, de qua fuit Ioseph, qui venit ad deponēdum corpus Christi de cruce. Sequit̄. {Et auda.intro.ad Pila.& pe.cor.Iesu.} THEO. Audet ausum laudabilem. non. n. excogitauit, a diuitiis decidam, & expellar a Iudæis si corpus petam eius, qui est blasphemus condemnatus. Sequitur: {Pilatus aūt mira. si iam obiisset.} Putabat enim, ꝙ diu viueret in cruce, sicut & latrones in patibulo viuebant diu. Sequitur. {Et accer. Centu. interro. eum si iam mortuus esset}. s. ante horam qua cæteri mori consueuerunt. Sequitur. {Et cum cogno. a Cen.} s. ꝙ mortuus esset, donauit corpus Ioseph. BEDA. Non aūt quilibet ignotus, aut mediocris ad Præsidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. Sequitur. {Ioseph. aūt mer. Syn. & depo. eum inuol. in Syndo.} THEO. Præciosum corpus præciose sepeliens. cum. n. esset discipulus dn̄i, sciebat qualiter corp' dn̄i honorari deberet. BEDA: Possumus aūt ꝭm intelligentiam spiritualem hoc sentire, ꝙ corpus dn̄i non auro, non gemmis, & serico, sed linteamine puro obuoluendum sit: hinc ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris, non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebret̄, sicut corpus est dn̄i in syndone munda sepultū, iuxta quod in gestis Pontificalibus a B Siluestro legimus esse statutum, q̄q̄ & hoc significet, ꝙ ille in syndone munda inuoluit Iesum, qui pura eum mente susceperit. sequitur. {Et po. eum in mon quod erat exci. in pe, & aduol. la. ad osti. mo.} Dicitur, ꝙ monumentum dn̄i domus rotunda fuit, de subiacente rupe excisa: tantæ altitudinis, vt homo rectus existens vix extenta manu culmen posset attingere, & habet introitum ab oriente, cui lapis magnus inuolutus atque impositus est. in eius parte aquilonari ipsum sepulchrum, idest loc' dominici corporis de eadem petra factum est, septem habens pedes longitudinis, trium palmorum mensura a pauimento altius eminens, qui. s. locus non desuper, sed a latere meridiano per totū patet: vnde corpus post inferebatur. Color aūt monumenti, & loculi albo, & rubeo dicitur esse permistus. HIERO. Sepultura autem Christi resurgimus, descensione eius ad inferos nos ascendimus ad cœlos. hic inuenitur mel in ore leonis mortui. THEO. Imitemur autem & nos Ioseph recipientes Christi corpus per vnitatem, & ponamus illud in monumento exciso de petra, idest in anima memorante, & non obliuiscente Deum: illa enim anima est ex petra excisa, i. ex Christo, qui est petra, qui cōtinet firmitatem. Inuoluere etiā debemus ipsum in syndone. i. in corpore puro suscipere. Syndon nāque est corpus, quod est animæ indumentum. Decet enim non solum pura aīa corpus Christi suscipere. sed in corpore puro. Inuoluere aūt oportet, sed non operire: nam secretum clausum est & occultum. Sequitur. {Maria autem Mag. & Maria Ioseph aspiciebant, vbi poneretur.} BEDA. In Luca legimus, ꝙ stabant noti eius a longe, & mulieres quæ secutæ erant eum. His ergo notis Iesu post depositum eius corpus ad sua remeantibus, solæ mulieres, quæ arctius amabant, funus subsecutæ quomodo poneretur respicere curabant, vt ei tp̄e congruo munus possent deuotionis offerre. Die autem Parasceues sanctæ mulieres, idest animæ humiles idem faciunt, cum amore Saluatoris feruentes passionis eius vestigiis in hoc sæculo, quo præparanda est requies futuri diligenter obsequuntur, & si forte valeant imitari pia curiositate, quo ordine sit eius passio completa, perpendunt. HIERONY. Hæc etiam congruunt ad populum Iudaicum in fine credentem, qui nobilitatur fide, vt Abrahæ sit filius, deponit desperationem, expectat regnum Dei. Intrat ad

Christianos,vt baptizetur,quod significat nomen Pilati.i. malleatoris.i.qui domat ferreas gentes,vt regat eas in virga ferrea, & petit sacrificium quod donatur pœnitentibus in fine viaticum,& corde mundo,& peccatis mortuo inuoluit munimine fidei stabilitū, operculo spei per opera charitatis concludit. Finis enim præcepti est charitas, aspicientibus a longe electis, qui sunt stellæ maris, qñ si fieri potest scandalizabuntur etiam electi.

CAP. XVI.

IERO. Post sabbati tristitiam fœlix irrahat dies, quæ primatum in diebus tenet,luce prima i eo

C A P. XVI.

ET cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniūt ad monumentum, orto iam Sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio

luceſcéte,& dño in eo cū triūpho resurgente.vnde dr.{Et cū trās. sab.Mar.Magda.& Ma.Ia.& Sa.eme.aro.vt ve.vn.Iesum.}GLO. Religiosæ.n.mulieres sepulto dño cū licuit operari.i.vsque ad Solis occasum vnguenta parauerunt,vt Lucas dicit. Et quia præangustia tpis non poterant explere, mox transacto sabbato.i. occidente sole,vt operandi licentia redit,festinauerunt emere aromata,sicut Marcus dicit hic,vt venientes mane vngerent corpus Iesu,neque vespere sabbati præoccupante iam noctis articulo monumentum adire valuerunt.vnde sequitur.{Et valde ma. vna sabba. ve.ad monu.or.iam Sole.}SEVE. Mulieres hoc loco fœminea deuotione discurrunt, quæ non vt viuenti fidem, sed vt mortuo vnguenta deferunt ad sepulchrum, & vt sepulto parant mœroris obsequia,non vt resurgenti præparent diuinorum gaudia triumphorum. THEO. Non enim magnitudinem atque dignitatem diuinitatis Christi sapiunt. Venerunt autem iuxta consuetudinē Iudæorum vngere corpus Christi,vt.s.maneret odoriferum,& nehumiditate scaturiret.nam aromata virtutem habent desiccatiuam,humiditatem corporis absorbentia. vnde incorruptum corpus conseruant. GREG.in Ho.Nos autem in eum,qui est mortuus credentes,si odore virtutum refecti cum opinione bonorum operum dñm quærimus,ad monumentum illius cum aromatibus venimus.Sequitur.{Et valde ma.vna sab.ve.ad mo.orto iā Sole.}

Ho. euā.21.

Lib.3.c.24.

AVG.de Con.euan.Quod Lucas dicit,valde diluculo, & Ioannes:Mane cum adhuc tenebræ essent:hoc intelligitur Marcus dicere.Valde mane, oriente iam sole.i.cum cœlum ab orientis parte albescēret,quod fit vtique solis orientis vicinitate. Eius enim est ille fulgor, qui nomine auroræ appellari solet: ideo non repugnat ei qui ait:Cum adhuc tenebræ essent.Die quippe surgēte ali quæ reliquiæ tenebrarum tanto minus sunt,quanto magis oritur lux:nec accipiendum est,quod ait:{Valde ma.orto iam sole.}tam quā sol ipse iam videretur sup terrā, sed de proximo adueniente in has partes sole.i.ortu suo iā cœlū illuminare incipiente. HIE. Valde ergo mane dicit,quod alius euangelista dicit diluculo. Diluculum aut est inter tenebras noctis, & diei claritatem. In qua salus humani generis prouenit:fœlici vicinitate in ecclesiam declaranda more solis,qui proxima luce consurgens roseam præmittit auroram,vt gratiam præclari splendoris præparatis oculis possit intueri,qñ tps dñicæ resurrectionis illuxit,vt tunc laudes Christi tota caneret ēm exemplum fœminarum ecclesia,qñ genus humanum exemplo suæ resurrectionis animauit,qñ vitam præstitit, & lumen credulitatis infudit. BEDA: Sicut aūt cp valde mane mulieres venerunt ad monumentum,iuxta historiam magnus fervor charitatis ostenditur: ita iuxta intellectum mysticum nobis datur exemplum,vt illuminata facie,discussisque vitiorum tenebris,odorem bonorum operum dño, & ornum suauitatem studeamus offerre. THEO. Dicit autem: Vna sab.i. prima dierum hebdomadæ Sabbata nāque, dies hebdomadæ nūcupant: vna vero dicitur prima. BEDA. Vel prima sabbatorum prima dies est a die sabbatorum.i. requietionum, quæ in sabbatis custodiebantur. Sequitur.{Et di.adin.quis re.no.la.ab os.mo.} SEVE. Obscura tum erat vestrum pectus, oculi clausi, & ideo parefacti sepulchri gloriam prius non videbatis. Sequitur enim. {Et respi.vi.re.la.} BEDA. Qūo lapis per angelum reuolutus sit: Matthæus sufficienter exponit. Hæc reuolutio lapidis mystice relationem sacramē torum Christi,quæ velamine literæ legalis tenebantur insinuat: lex enim lapide scripta est. Sequitur.{Erat quip.mag.val.} SEVE. Et plus iam magnus merito quām forma,qui creatoris mundi corpus & claudere,& operire sufficit. GREG. Mulieres autem angelos vident,quæ cum aromatibus venerunt, quia illæ mentes supernos ciues aspiciunt,quæ cum virtutibus ad sancta desideria veniunt.vnde sequitur:{Et intro.in mo.vi.iu.se.in dex.coo. stola cā.

& obstup.} THEO. Si Matthæus dicit angelum sedere super lapidē: Marcus vero, cp mulieres introeuntes monumentū viderūt sedentem iuuenē,non mireris,nā quæ viderūt prius sedentē sup lapidem:ipsum etiam intus in monumento postmodum viderūt. AVG de Con.euange. Aut intelligamus Matthæum tacuisse de illo angelo quem intrantes viderūt:Marcum vero de illo quē foris super lapidem sedentem viderunt, vt duos viderint, & a duobus singillatim audierint, quæ dixerunt angeli de Iesu: aut certe intrantes in monumentum in ali qua septa maceriæ de bemus accipere qua communitum locum tunc fuisse credibile est in aliquo spatio

monumenti? & respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumētum, viderūt iuuenem sedentē in dextris coo pertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit nō est hic. Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite, dicite discipulis

ante petram,qua excisa locus factus fuerat sepulturæ, vt ipsum viderint in eodem spatio sedentem a dextris, quem dicit Matthæus sedentem super lapidem. THEOPHY. Quidam autem dicunt, quòd aliæ fuerunt mulieres, quæ dicuntur a Matthæo, aliæ quæ a Marco, sed Maria Magdalena sequebatur omnes feruidam festinationem habens, & ardentem affectum. SEVER. Introierunt ergo mulieres ad sepulchrum, vt consepultæ Christo, Christo consurgerent de sepulchro. vident iuuenem vt cernerent nostræ resurrectionis ætatem, quia nescit resurrectio senectutem, & vbi nasci moriqne nescit, ibi ætas, nec admittit detrimenta, nec indiget incrementis. vnde iuuenem, non senem, non infantem: sed iucundam ætatem viderunt. BEDA. Viderunt autem iuuenem sedentem in dextris, idest Meridianam partem loci illius, vbi positum erat. corpus enim quod supinum iacens, caput habebat ad Occasum, dextram necesse erat habere ad Austrum. GREGO. in Homil. Quid autem per sinistram, nisi vita præsens? Quid vero per dextram, nisi vita perpetua designatur? Quia igitur Redemptor noster iā præsentis vitæ corruptionem transierat,recte angelus qui nuncia re perhennem eius vitam venerat, in dextra sedebat. SEVE. Vident etiam iuuenem sedentem a dextris, quia resurrectio recipit nil sinistrum. Vident etiam coopertum stola candida. Stola ista non est ex mortali vellere, sed ex virtute vitali splendens cēlesti lumine, non colore terreno, dicente Propheta: Amictus lumine sicut uestimento. & de iustis: Tunc iusti fulgebunt sicut sol. GREGO. in Homil. Vel stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit, candor etenim vestis, splendorem nostræ denunciat solemnitatis. HIERONY. Vestis etiam candida vera lætitia est hoste depulso,regnoque adepto,rege pacis quæsito & inuento, & numquam dimisso. Hic igitur iuuenis formam resurrectionis timentibus mortem ostendit. Quòd autem obstupuerunt, idest quod oculus non uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Sequitur:{Qui dicit illis: no.expa. GREGO. in Homil. Ac si dicat: Paueant illi qui non amant aduentum supernorum ciuium. pertimescant qui carnalibus desideriis præsi, ad eorum societatem pertingere se posse desperant. vos autē cur pertimiscitis,quæ vestros concives videtis? HIERO. Non. nest timor in charitate. Quid expauescerent, quæ inuenerunt quem quærierunt? GREGO. in Homil. Sed iam quid angelus subiungit audiamus: Iesum quæritis Nazarenum. Iesus latino eloquio salutaris, idest Saluator interpretatur. at uero tunc multi Iesus dici poterant, nec tamen substantialiter, sed nuncupatiue: ideo & locus subiungitur, vt de quo Iesu dictum sit manifestetur, Nazarenum. Et causam protinus subdit.{Crucifixum. THEO. Non enim erubescit cruce, in hac namque salus hominum est,& beatorum principium. HIERO. Radix autem amara crucis euanuit. Flos vitæ cum fructibus erupit,idest qui iacuit in morte, surrexit in gloria. vnde addit.{Surrexit non est hic. GREGO. In Homil. Non est hic: dicitur per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deerat per præsentiam maiestatis. THEO. Et quasi dicat. Vultis certificari de eius resurrectione subdit.{Ecce locus vbi posuerunt eum.} Propter hoc enim & reuoluerat lapidem, ut locum ostenderet. HIERO. Ostenditur aūt immortalitas mortalibus ad gratiarum actionem debitam,vt intelligamus quid fuerimus,& sciamus quid futuri erimus. Sequitur.{Sed ite di.dis.eius,& Pe.qa pce.vos in Gali. Mulieribus dicitur vt nuncient Apostolis,qa p mulierem mors annūciata est,p mulierē vita resurgēs. Dicit aūt specialiter Et Petro,quia se indignum iudicauit discipulatu, cum ter negauit magistrum,sed peccata præterita non nocent, qñ non placet.

GREG.

GREGOR. in Hom. Si autem hunc Angelus non nominatim exprimeret qui Magistrum negauerat, venire inter discipulos non auderet. vocatur ergo ex nomine ne desperaret ex negatione. AVGVSTIN. de Consen. Euange. Quod autem dicit:{Præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis.} Videtur hoc sonare,quòd Iesus nō erat demonstraturus se discipulis post resurrectionem nisi in Galilæa, quam demō strationem nunc ipse Marcus commemorauit. Quod enim dixit: Mane prima sabbati apparuit Mariæ Magdalenæ. post hoc duobus euntibus in villam, factum est in Hierusalem ipso die resurrectionis:

eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis sicut dixit vobis. At illæ exeuntes fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquam dixerunt. Timebant enim.

b Surgens autem Iesus mane prima Sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eie-

deinde venit ad vltimam manifestationem, quam factam scimus in monte Oliueti non longe a Hierusalem. Numquam igitur commemorat Marcus impletum quod ab Angelo prænunciatum esse testatur. Matthæus vero nullum alium locum omnino commemorat, vbi discipuli postquàm surrexit viderint Dominum, nisi in Galilæa secundum Angeli prædictionem. Sed cum non sit expressum quando id futurum esset, vtrum primum antequàm alibi ab eis visus esset: idque ipsum quòd discipulos Matthæus dicit esse in Galilæam in montem,non exprimit diem nec narrandi ordinem,non aduersatur quidem Matthæus narrationibus cæterorum:sed dat eis intelligendi atque accipiendi locum. Verumtamen,quòd Dominus non ibi primum se demonstraturus erat: sed in Galilea,vbi postea visus est,se videndum mandauit, quāmuis fidelem facit intentum ad quærendum in quo mysterio dictum intelligatur. GREGO. in Hom.Galilæa namque transmigratio interpretatur. iam quippe redemptor noster a Passione ad Resurrectionem, a morte ad vitam transmigrauerat, & nos resurrectionis eius gloriam post læti videbimus, si modo a vitijs ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur in transmigratione ostenditur, quia is qui in mortificatione carnis agnoscitur in transmigratione mentis videtur. HIERONY. Breuis ergo sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons & salutis æternę origo præparata. Ibi congregantur dispersiones,& sanantur contriti corde. Ibi inquit eum videbitis, sed non sicut vidistis. AVGVSTIN. de Consen.Euange. Significatur etiam, quòd gratia Christi de populo Israel erat transmigratura ad gentes, a quibus Apostoli nullo modo prædicantes suscipientur, nisi eis viam Dominus in eorum cordibus præueniens præparasset. & hoc est: Præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, idest ibi membra eius inuenietis. Sequitur:{At illę exeuntes, fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor.} THEOPHI. Idest stupor propter visionem Angeli & admirationem Resurrectionis. SEVE. Angelus quidem sedet in monumento, de monumento fugiunt mulieres, quia ille de cælesti substantia consistit, turbantur istę de conditione terrena. Sepulchrum, qui mori non potest. timere nescit. mulieres autem & de præsenti facto tremunt,& sepulchrum vt mortales adhuc mortaliter expauescunt. HIERONY. Hoc etiam dicitur de futura vita in qua fugiet dolor & gemitus. Imitantur enim mulieres ante resurrectionem omniaque faciunt, post Resurrectionem fugientes mortem & pauorem. Sequitur: {Et nemini quic quam dixerunt. Timebat enim:} THEOPHILVS. Aut propter Iudæos, aut timore visionis detentę tacebant hoc quod audierant. AVGVSTIN. de Consen. Euange. Quæri autem potest quemadmodum hoc dicat Marcus, cum dicat Matthæus:Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. nisi intelligamus ipsorum Angelorum nemini ausas fuisse aliquid dicere, idest respondere ad ea quæ ab illis audierant, aut certe custodibus quos iacentes viderunt. nam illud gaudium quod Matthæus commemorat, non repugnat timori de quo Marcus dicit: Debuimus enim vtrumque in illarum animo factum intelligere, etiam si Matthæus de timore non diceret. Cum vero & ipse dicat: Exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno. nihil ex hac re quæstionis remanere permittit. SEVE. Signanter etiam dicitur, quòd nemini quicquam dixerunt, quia mulieribus audire, non loqui datum est, discere, non docere.

b ¶ AVGVSTINVS. de Consen. Euange. Iam post Resurrectionem quemadmodum apparuit Dominus consideran-

dum est. Dicit enim Marcus: {Surgens autem mane prima Sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. BEDA: Hæc apparitio quomodo & vbi facta sit, Ioannes plenissime docet. Surrexit autem Dominus mane de monumento, in quo sero iam facto erat depositus, vt adimpleretur illud Psalmi istæ: Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. THEOPHI. Vel aliter: Quod dicit. Surgens Iesus.ibi punctua. deinde dicas: {Mane prima Sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ.} GREGOR. in Hom. Vt enim Samson media nocte nō solum de Gaza exiit: sed etiam portas tulit, sic & redemptor noster ante lucem resurgens non solum liber de inferno exiit, sed ipsa etiam inferni claustra destruxit. De Maria autem hic Marcus septem dæmonia eiecta fuisse testatur, & quid septem dæmonia, nisi vniuersa vitia significant? quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero vniuersitas figuratur. THEOPHI. Septem ergo dæmonia Maria habuit quæ vniuersis vitijs plena fuit. aut septem dæmonia septem virtutibus spiritus contrarios dicit, vt spiritus absque timore absque sapientia, absque intellectu, & quæcumque alia donis Spiri tussancti opponuntur. HIERONY. Ei autem de qua eiecerat septem dæmonia primo ostenditur, quia Meretrices & Publicani præcedent synagogam in Regnum Dei, vt latro præcessit Apostolos. BEDA: In principio etiam mulier inductrix culpæ viro fuit, nunc quæ mortem primo gustauit, Resurrectionem primo videt, ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret. & quæ viro culpam transfuderat, transfudit & gratiam. Nam sequitur: {Illa vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. HIERONY. Flent & lugēt, qui nondum viderunt, sed non post multum consolabuntur. Beati enim qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. BEDA. Recte autem hæc mulier, quæ lætitiam Dominicæ resurrectionis prima nunciauit, a septem dæmonibus curata esse memoratur, ne quisquam digne pœnitens de admissorum venia desperaret, & vt vbi abundauit peccatum superabundasse & gratia monstraretur. SEVERI. Nunciat autem Maria: sed iam non fœmina sed Ecclesiam gestans, vt supra sicut fœmina tacebat, hic in Ecclesia & nunciet & loquatur. Sequitur: {Et illi audientes quia viueret & visus esset ab ea, non crediderunt. GREGOR. in Hom. Quod resurrectionem Dominicam discipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas quàm nostra, vt ita dicam futura firmitas fuit. Ipsa namque Resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est, quæ dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quàm de eorum dubitatione solidamur? Sequitur: {Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam. AVGVSTIN. de Consen. Euā. De istis duobus quorum vnus erat Cleophas. Lucas totum narrat, sed Marcus hic breuiter perstringit. Castellum quippe illud de quo Lucas loquitur, non absurde accipimus etiam villam potuisse appellari. & in codicibus quidem Græcis magis agrum inuenimus quàm villam. Agri autem nomine non castella tantum, verum etiam municipia & Coloniæ solet vocari extra ciuitatem, quæ quasi caput & mater est cæterarum. Quod autem ait Marcus eis in alia effigie Dominum apparuisse, hoc Lucas dicit, quòd eorum oculi tenebantur, ne agnoscerent eum. Oculis enim eorum acciderat aliquid quod ita manere permissum est, vsque ad fractionem panis. SEVERI. Nemo autem puteat Christum sua Resurrectione sui vultus effigiem commutasse: sed mutatur effigies dum efficitur ex mortali immortalis, vt hoc sic acquisisse vultus gloriam, non vultus substantiam perdidisse. Duobus autem visus est, quia duobus populis, idest gentibus & Iudæis resurrectionis fides prędicanda monstratur. Sequitur: {Et illi ex.nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt.} Quod Marcus dicit: Nūciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. cum Lucas dicat, quòd iam inde loquebantur vere resurrexisse Dominum, & Simoni apparuisse, quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse qui nollent credere? THEO. Non enim de vndecim Apostolis hoc dicit, sed de quibusdam alijs quos cæteros nominat. HIERONY. Mystice autem intelligitur, quòd fides hic laborat agens actiuam vitam, illic contemplatiua secura visione regnat. Hic per speculum contuemur imaginem, illic facie ad faciem videbimus veritatem.

Lib.3.c.25.

tem. vnde ambulantibus, i. laborantibus ostensus est in alia effigie & nunciantibus non est creditum, dum sicut Moyses viderunt, ep non sufficiebat eis qui dicit: Ostende mihi temetipsum. Oblitus enim carnis suæ postulat in vita ista quod speramus in futura.

c ¶ GLO. Completurus Euangelicam narrationem Marcus, nouissimam apparitionem qua Christus post resurrectionem discipulis apparuit, commemorat dicens. {Nouissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit.} GREGO. in Ho. Notandum aũt quid Lucas in actibus refert dicẽs: Conuescẽs præcepit eis ab hierosolymis ne discederent. & post pauca: Videntibus illis elevatus est. Comedit enim & ascendit, vt videlicet per effectum comestionis veritas patesceret carnis. vnde & hic dicitur, quòd recumbentibus illis nouissime apparuit. HIERO. Apparuit autem vndecim simul congregatis, vt omnes testes sint, & enarrarent omnibus quod cõmuniter viderunt & audierunt. Sequitur: {Et exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis eorum, quia his qui viderãt eum resurrexisse, non crediderunt.} AVGVST. de Consen. Euange. Quomodo autem nouissime hoc factum est? Nouissimum quippe illud est, quòd Dominum in terra Apostoli viderunt, quod factum est quadragesima die post resurrectionem eius. Numquid nam tunc exprobraturus erat, quòd non credidissent eis, qui eum viderant resurrexisse, quando iam & ipsi post resurrectionem toties eum viderant? Restat igitur vt intelligamus, nunc Marcum breuiter commemorare voluisse, & iam dixisse: Nouissime, quia ipso die hoc nouissimum fuit iam incipiente nocturno tempore, postea quàm discipuli de castello redierunt in Hierusalem, & inuenerunt sicut dicit Lucas, vndecim, & qui cum illis erant colloquentes de resurrectione Domini. Sed erãt ibi vtique non credentes. His ergo (sicut Marcus dicit) discumbentibus, & adhuc inde (sicut dicit) loquentibus, stetit in medio eorum Dominus, & ait illis: Pax vobis. sicut Lucas & Ioannes dicunt. Verbis itaque Domini, quæ tunc eum locutum esse discipulis Lucas Ioannesque dixerunt, interponitur & illa exprobratio de qua Marcus hic dicit. Sed hic rursus mouet, quomodo discumbentibus vndecim, dicit apparuisse Marcus, si illud tempus est diei Dominici iam noctis initio? cum aperte Ioannes dicat, non cum eis fuisse Thomam, quem credimus exijsse inde antequàm Dominus ad eos intraret, postea quàm illi duo redeuntes de Castello cum ipsis vndecim collocuti sunt, sicut apud Lucam inuenitur. Sed Lucas in sua narratione dat locum, quo possit intelligi dum hæc loquerentur prius inde exiisse Thomam, & postea Dominum intrasse. Marcus autem qui dicit: Nouissime discumbentibus illis vndecim apparuit: etiam Thomam illic fuisse cogit fateri: nisi forte quàmuis vno absente, vndecim tamen voluit appellare, quia eadem tũc Apostolica societas hoc numero nuncupabatur, antequàm Mathias in locum Iudę subrogaretur. Aut si hoc durum est accipere, illud accipiamus post multas demonstrationes eius eum nouissime recũbentibus vndecim apparuisse, ideſt Christo quadragesima die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in cælum, hoc eis illo die magis exprobrari voluisse, quia his qui audierant eum resurrexisse, non crediderant antequàm ipsi eum viderent, cum vtique post ascensionem suam prædicantibus Euangelium etiam gentibus quæ non viderunt fuerant credituræ. post illam quippe exprobrationem ait idem Marcus: {Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum.} Et infra: {Qui vero non crediderit, condemnabitur.} Hoc ergo prædicaturi, nonne ipsi primitus fuerant obiurgandi, qui antequàm Dominum vidissent non crediderunt eis, quibus prius apparuisset? GREGOR. in Homil. Iccirco etiam tunc Dominus discipulos increpauit, cum corporaliter reliquit, vt verba quæ recedens diceret, in corde audientium arctius impressa remanerent. HIERO. Exprobat autem incredulitatem vt succedat credulitas. Exprobrat duritiam cordis lapidei, vt succedat cor carneum charitate plenum. GREGOR. in Hom. Increpata igitur eorum duritia, quid admonendo dicat audiamus. Sequitur enim. {Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.} Omnis creaturæ nomine significatur homo. Omnis. n. creaturæ aliquid habet homo. habet namque commune esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Omni enim creaturæ prædicatur Euangelium, cum soli homini prædicatur, quia ille videlicet docetur, propter quem in terra cuncta creata sunt, & a quo omnia per quãdam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creaturæ nomine omnis natio gentium designari. ante enim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis. nunc autem dicitur. {Prædicate Euangelium omni creaturæ, vt scilicet prius a Iudæa Apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimonium superbe repulisset. THE. Vel omni creaturæ, ideſt credenti & non credenti. Sequitur: {Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit.} Non enim sufficit credere, nam qui credit & nondum est baptizatus, sed cathecuminus, nondum est perfecte salutem adeptus. GREGO. in Hom. Fortasse autem vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. verum dicit si fidem operibus teneat. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, operibus non contradicit. Sequitur: {Qui vero non crediderit, condemnabitur.} BEDA. Quid adhuc hic dicemus de paruulis, qui per ætatem adhuc credere non valent? nam de maioribus nulla quæstio est. In Ecclesia enim Saluatoris per alios paruuli credunt sicut ex alijs ea quæ illis in baptismo peccata remittuntur pertraxerunt. Sequitur: {Signa autem eos qui credi. hæc sequent: In nomine meo dæ. eiic. linguis loquentur nouis, Serpentes tollent.} THEOPHI. Hoc est dispergent intellectuales, sicut illud: Calcabitis super Serpentes & Scorpiones. intellectualiter intelligitur. Potest autem intelligi de sensibilibus Serpentibus, sicut etiam Paulus a vipera nullum habuit nocumentum. Sequitur: {Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.} Multa talia facta in historijs legimus. Multos namque venena bibita Christi munita signaculo lædere non valebant. Sequitur: {Super egros manus imponent, & bene habebunt.} GREGOR. in Hom. Numquid autem quia ista signa non facimus, minime credimus? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt, vt enim fides cresceret credentium, miraculis fuit nutrienda, quia & nos cum arbusta plantamus, tãdiu eis aquam fundimus, quousque ea in terra conualuisse videamus, et si semel radicem fixerint, a rigando cessamus. Habemus de his signis atque virtutibus, quæ adhuc subtilius considerare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nam Sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, habitare malignos spiritus in eorum mentibus contradicunt, quid aliud faciunt, nisi dæmonia eiiciunt? Et fideles quique, qui iam fæcularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant. linguis loquuntur nouis, qui dum bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt. Serpentes tollunt, & dum pestiferas suasiones audiũt, sed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur. morti ferum est quod bibunt, sed non eis nocebit, qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum exemplo suę operationis illorum vitam roborant, super egros manus imponunt vt bene habeant. Quæ nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto spiritualia, & quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur.

d ¶ HIERONY. Dominus Iesus, qui de cælo descendere rat ad liberandam infirmitatis nostræ naturam, ipse etiam super cælos ascendit. vnde dicitur: {Et dominus quidem Iesus postq̃ locutus est eis assumptus est in cælum.} AVG. de Con. Euang In quo satis videtur ostendere nouissimum cum illis in terra prę-missum habuisse sermonem, quàmuis non omnimodo ad id coarctari videatur: non enim ait: Postquàm hæc locutus est eis. vnde admittit si necessitas cogeret, non illam fuisse nouissimam locutionem, sed ad omnia, quæ cum eis omnibus illis diebus locutus est posse pertinere quod dictum est: {Postquam locutus est eis, assumptus est in cælum.} Sed quia ea quæ supra diximus magis suadent nouissimum diem fuisse: ideo post præmissam locutionem quam Marcus commemorauit, adiunctis etiam illis verbis, quæ commemorantur in actibus Apostolorum, credendum est assumptum esse Dominum in cælum. GREGOR. in Hom. In veteri testamento cognouimus, quòd Helias sit raptus in cælum. Sed aliud est cælum æthereum, aliud cælum aereum. Cælum itaque

itaque aereum Helias subleuatus est, vt in secreta quadam regione terræ repente duceretur, vbi in magna iam carnis & spiritus quiete viueret, quo advsque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Notandum quoque est, quòd Helias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte illis demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster nõ curru, non Angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia super omnia sua virtute ferebatur. Considerandum vero nobis est quod Marcus subdit: {Et sedet a dextris Dei.} cum Stephanus dicat: Video cælos apertos, & filium hominis stantem a dextris Dei. sed sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuuantis. Stephanus ergo in laboris certamine positus stantem vidit, quem adiutorem habuit, sed hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post assumptionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur. AVGVSTINVS. de Symbolo: Sessionem igitur istam non accipiamus quasi sit in humanis membris positus: tanquàm Pater sedeat in sinistra, & Filius sedeat a dextris. sed ipsam dexteram intelligimus potestatem quam accepit ille homo a Deo, vt veniat iudicaturus qui primo venerat iudicandus. Sedere enim, habitare intelligitur, quomodo dicimus de quocumque homine, In illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite habitare Christum in dextera Dei patris. Beatus enim est, & habitat in beatitudine quæ dextera Patris vocatur. Ibi enim omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria. Sequitur: {Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequẽtibus signis.} BEDA. Nota, quòd Marcus Euangelista Euangelium suum quanto inchoauit tardius, tanto in longinquiora tempora scribendo porrexit. ab initio enim Euangelicæ prædicationis quod a Ioanne factum est cæpit, & ad illud vsque tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem Euangelij verbum per totum orbem seminauerunt. GREGORIVS. Quid autem in his considerandum est, nisi quòd præceptum obedientia, obedientiã vero signa secura sunt? Præceperat enim Dominus: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium: & in Actibus: Eritis mihi testes vsque ad extremum terræ. AVGVSTINVS: ad Elichium. Quo autem pacto ab Apostolis est prædicatio ista completa, quando vsque adhuc sunt gentes in quibus modo cæpit, & in quibus nondum cæpit impleri? Non vtique hoc a Domino sic mandatum est Apostolis, tanquàm ipsi soli quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi, sed sicut eis solis videtur dixisse: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. quod tamen eum vniuersæ Ecclesiæ promisisse quæ alijs morientibus, alijs nascentibus hic vsque in sæculi consummationem futura est, quis non intelligat? THEOPHI. Sciendum est autem & hic, quòd sermo per opera confirmatur, sicut in Apostolis tunc operationes confirmabant sermonem, sequentibus signis. Fiet autem o Christe, vt nostri sermones quos de virtute dicimus, per opera confirmentur & actus: vt tandem simus perfecti te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet sermonum & operum gloria. Amen.

D. THOMAE AQVINATIS IN CATENAM
SVPER LVCAE EVANGELIVM
PRAEFATIO.

GLOSSA. Inter cætera incarnationis Christi mysteria, quæ Isaias Propheta diligenter & aperte prænuntiat, dicit: {Induam cælos tene.&c.} Isa.50. Ex quibus verbis accipere possumus Euangelij secundum Lucam materiam, modum scribendi, finem, & conditionem scriptoris. AVG. de Con. Euan. Lucas.n

Lib.1. ca.2. Tom.4.

INduam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiã quasi magistrũ. Isa.c.50.

circa Sacerdotalem Domini stirpem, atque personã magis occuparus videtur. vnde per vitulum signi-

1.Materia.

ficatus est, propter maximam victimam Sacerdotis. AMBRO. Vitulus enim Sacerdotalis est victima. vnde bene congruit vitulo hic Euangelij liber, qui a Sacerdotibus inchoauit, & consummauit in vitulo, qui omnium peccata suscipiens, pro totius mundi vita est immolatus, & ipsam vituli imolationem Lucas stilo quodam pleniore diffudit. GLO. Quia igitur passionem Christi principaliter exponere Lucas intendit, huius Euangelij materia significari potest in eo quod dicitur: {Induam cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.} Nam ad literam in passione Christi tenebræ factæ sunt, & in discipulis fides obscurata est.

Cap. 53.

HIERO. super Isaiam: Et Christus despectus erat & ignobilis quando pendebat in cruce: & absconditus est vultus eius atque despectus, vt humano corpore diuina potentia cęlaretur.

2.Scribendi modus.

HIERO. Sermo autem Lucæ, tam in Euangelo quãm in Actibus Apostolorum comptior est, & sæculari redolet eloquentia. vnde subditur: {Dominus dedit mihi linguam eruditam.} AMBRO. Nam licet scriptura diuina mundanæ euacuet sapientiæ disciplinam, quòd maiore fucata verborum ambitu, quàm rerum ratione subnixa sit: tamen siquis in scripturis diuinis etiã illa, quæ imitanda illi putant, quærat, inueniet. Sanctus enim Lucas velut quendam historicum ordinem tenuit, & plura nobis gestorum Domini miracula reuelauit: ita tamen, vt omnes sapientiæ virtutes Euangelij ipsius complecteretur historia. Quid enim præcellentius ad sapientiam naturalem, quàm quòd Spiritum sanctum creatorem, etiam Dominicæ incarnationis extitisse reserauit? Docet moralia in eodem libro, quemadmodum scilicet amare inimicum debeam. Docet etiam rationalia, cum lego quoniam qui fidelis est in minimo & in magno fidelis est. EVSEB. in Ecclesiastica historia: Is ergo genere quidem Antiochenus, arte medicus, secundum hanc medicinam quam ex Apostolorum, vel societate vel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus non corpora, sed animæ curentur explicuit. vnde sequitur: {Vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo.} HIERONYMVS. super Isaiam: Dicit enim se a Domino accepisse sermonem, quoniam lapsum errantemque populum sustentet & reuocet ad salutem. GRAECVS expositor. Cum autem Lucas bonæ indolis esset, & capacitatis strenuæ & Græcorum scientiam consecutus est. Grammaticam siquidem atque poesim adeptus perfecte: Rethoricam autem & persuadendi leporem assecutus ad plenum, neque Philosophiæ muneribus caruit, deinde & medicinam acquirit. Et quoniam naturæ velocitate satis de humana gustauerat sapientia, ad altiorem conuolat. Accelerat igitur ad Iudæam, & visibiliter & verbotenus Christum adit. Cumque veritatem cognosceret, verus efficitur Christi discipulus, plurimum magistro commoratus. GLO. vnde subditur: {Erigit mane quasi a iuuentute ad sæcularem sapientiam. Mane erigit mihi aurem ad diuina, vt audiam quasi magistrum, s. ipsum Christum.} EVSB. in Ecclesiastica historia: Tradunt autem, quòd Euangelium suum ex Pauli ore conscripserit, sicut & Marcus quæ ex Petri ore fuerant prædicata, conscripsit. CHRY. super Matthæum: Vterque autem eorum magistrum imitatus est, hic quidem Paulum super flumina fluentem, ille autem Petrum breuiloquio studentem. AVGVSTINVS de Consen. Euange. Eo autem tempore scripserunt, quo non solum ab Ecclesia Christi, verum etiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari meruerunt. Et hæc proemialiter dicta sufficiant.

Lib.3. ca.2.

3. Finis.

Cap.50.

4. Scriptoris conditio

DIVI THOMAE AQVINATIS, CATENA
IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM
CAPVT PRIMVM.

Lib. 3. ca.2.

VSEBIVS in Ecclesiastica historia: Lucas in initio Euangelij sui, causam cur scripserit indicauit, videlicet, quoniam multi alij temere præsumpserant enarrare res, quæ sibi magis erant ad liquidum compertę. Et hoc est quod dicit, {Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum.

Hom. 1. in Lucam.

AMBRO. Nam sicut multi in Iudæorum populo diuino insusi spiritu prophetauerunt, alij autem pseudoprophetæ erãt potius quàm Prophetæ, sic & nunc in nouo testamento multi Euãgelia scribere conati sunt, quæ boni nummularij non probarunt, & aliud quidem fertur Euangelium quod duodecim scripsisse dicuntur. Ausus est etiam Basilides Euangelium scribere. Fertur aliud secundum Thomam, & aliud secundum Matthiã. BEDA. Multos ergo eos non tam numerositate quàm Hæreseos multifarie diuersitate commendat, qui non Spiritus sancti munere donantur: sed vacuo labore conati magis ordinauerunt narrationem, q̃ historiæ texuerunt veritatem. AMBRO. Qui enim conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec impleuit

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM
CAPVT PRIMVM.

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationẽ, quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assecuto a principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es veritatem.

Lib. 3. ca.2.

Certus est quòd veritatem vel Paulo exponente, vel alijs Apostolis qui ab initio ipsi viderant vel sibi tradiderant consecutus sit. CHRY. Dicit autem: Viderunt quia hic maxime robur nanciscitur credulitatis, quod addiscitur ab his, qui præsentialiter viderunt. ORIGE. Palam est autem, quòd cuiusdam doctrinę finis est ipsa doctrina, sicut Geometriæ, alterius vero doctrinę finis in opere computatur, sicut medicinæ, & ita est in sermone Dei. Et ideo postq̃ significauerat scientia ex hoc quod dixerat: {Ipsi viderunt.} demonstrat opera, ex hoc quod sequitur: {Et ministri fuerunt sermonis vel verbi. AMBRO. Nam congruit ista locutio, vt maius mysterium verbi quam auditum esse credamus, sed quia nõ prolatiuum verbum, sed substantiale significatur, non vulgare verbum, sed cæleste intelligamus, cui Apostoli ministrarunt. CYR. Quod autem dicit, huius verbi visores fuisse Apostolos cõcordat eum Ioanne qui dicit: Verbum caro factum est & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. Verbum namque mediante carne visibile factum est. AMBRO. Non solum autem secundum corpus viderunt Dominum, sed etiam secundum verbum. Viderunt enim verbum, qui cum Moyse & Helia viderunt gloriam verbi. Alij non viderunt, qui corpus tantummodo videre potuerunt. ORIG. Et in Exodo quidem scriptum est: Populus videbat vocem Domini, vox autem auditur potius quàm videtur. Sed propterea ita scriptum est, vt ostenderetur nobis alijs videre oculis vocem Domini, quibus illi aspiciunt qui merentur. Porro in Euãgelio non vox cernitur: sed sermo qui voce pstantior est. THE. Ex hoc enim manifeste innuitur, quòd Lucas non fuit discipulus ab initio, sed processu temporis. Alij autem fuerunt discipuli ab initio, vt Petrus & filij Zebedæi. BEDA Et tamen Matthæus quoque & Ioannes in multis quæ scriberent ab his qui infantiã, pueritiam, genealogiamq; eius scire & gestis interesse potuerant audire opus habebant. ORIGE. Deinde facultatem scribendi replicat, quoniam ea quæ scripsit, non rumore cognouerit: sed ab initio fuerit ipse consecutus. vnde sequitur: {Visum est & mihi assecuto a principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile. AMBRO. Cum dicit: {Visum est & mihi non negat Deo visum, a Deo enim præparatur voluntas hominũ. Prolixiorem autem hunc Euangelij librum quàm cæteros esse nemo dubitauerit: & ideo non ea quæ falsa sunt, sed quæ vera sibi vendicat. Et ideo dicit, {assecuto quidem omnia visum est scribere.} non omnia, sed ex omnibus, quia quæ fecit Iesus si scribantur, omnia, nec ipsum mundum capere arbitror. Consulto autem quæ ab alijs sunt scripta præterijt, vt proprijs quibusdam singuli Euangeliorum libri mysteriorum gestorumque miraculis eminerent. THEOPH. Scribit autem ad Theophilum virum inclytum fortassis & Principem, quia quod dicit Κράτιστε Cratiste, idest optime siue strenue, non dicebatur nisi Principibus & Præsidibus, sicut & Paulus. Festo præsidi dixit, Cratiste hoc est optime vel strenue Feste. BEDA. Theophilus autem interpretatur amans Deũ, vel amatus a Deo, qui suis ergo amat Deum siue a Deo se desiderat amari, ad se scriptum putet Euangelium, & vt sibi datum munus sibi quę commendatum pignus conseruet. Non autem nouorũ quorumlibet eidem Theophilo & velut ignotorum ratio panden da: sed eorum de quibus eruditus est verborum promittitur veritas exprimenda cum subditur: {Vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem}, s. vt quo quid ordine a Domino gestum dictumve sit, agnoscere queas. CHRY. Vel aliter, vt certitudinem habeas & securus existas, quæ auditu perceperas prospiciens in scriptura. THEO. Plerumque enim cum sine scripto aliquid dicitur, calumniantur illud quasi falsum. cum vero quis quæ dicit scripserit, tunc magis credimus, quasi nisi putaret vera, non scriberet. CHRY. Vel aliter: Totum Euangelistæ proemium duo continet, conditionem eorum qui ante eum Euãgelium scripserant, puta Matthæi & Marci, & rursum cur & ipse scribere proposuit. Cum vero dixisset: {Conati sunt, vocabulum potens applicari, & ad præsumptuose aggredientes materiam}, & ad honeste pertractantes illam: Duabus additionibus dubiam sententiam certificat, primo quidem quia dixit: {Quæ in nobis completę sunt rerum.} secundo quia dixit: {Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt.} Simul autem hoc quod dico. Tradiderunt. indicare mihi videtur, quòd & ipsi moneantur propagare, velut enim illi tradiderunt, ipsos quoque oportebit accipientes seriatim adinuicem promulgare. Nondum autem commendantes scripturæ quæ tradita fuerant. contingebat inconuenientia plurima prouenire diuturnitate tẽporis. vnde merito qui de primis visoribus verbi & ministris vbi acceperant, in scriptis vniuerso mundo traditionẽ pstiterunt, & calũnias ꝓpellentes, & obliuio

A nem destruentes, & ex ipsa traditione integritatẽ accõmodantes.

GHRYSO. Euangelicæ narrationis exordium a Zacharia sumit & natiuitate Ioannis, mirum ante edisserens, minus ante maius. nam quoniam virgo paritura erat, præparauit gratia vt vetus prius cõciperet.

Declarat autem tempus cum dicit: {Fuit in diebus Herodis:} & adiicit dignitatem cum subdit: {Regis Iudææ.} Alius autem Herodes fuit, qui Ioannem occidit, sed ille Terrarcha fuit, hic autẽ Rex. EVTHYMIVS. Rex, inquã, ille, qui infantes occidit, pater illius Herodis, qui præcursorem interemit. BEDA. Tempus autem Herodis alienigenę Regis Dominico attestatur aduentui. Prædictum nãque fuerat, quia non deficiet princeps de Iuda, neque dux de fæmore eius donec veniat qui mittendus est. Ex quo enim patres ex Aegypto exierunt suæ gentis iudicibus vsque ad Samuelẽ prophetam, ac deinde Regibus vsque ad transmigrationem Babyloniæ regebantur. Post reditum vero Babylonię Pontifices rerum summa gerebatur, vsque ad Hyrcanum regem simul & Pontificem, quo ab Herode interempto Iudææ Regnum ipsi Herodi alienigenę iussu Augusti Cæsaris traditur gubernandum, cuius trigesimoprimo anno iuxta Prophetiam supradictam, qui mittendus erat aduenit. AMBRO. Docet autem nos diuina scriptura non solum mores in his qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari, vt veluti transmissa immaculatę puritatis hæreditas, in his quos volumus laudare præcellat. Non solum igitur a parentibus, sed etiam a maioribus Sancti Ioannis nobilitas propagatur, non sęculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Plena est igitur laudatio qua genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit. officium in Sacerdotio. vnde dicit: {Sacerdos quidam nomine Zacharias. BEDA. in Hom. De Sacerdotali enim prosapia Ioannes ortus, vt eo potentius imitationem Sacerdotij præconizaret quo ipsum ad Sacerdotale genus pertinere claresceret. AMBRO. Genus autem comprehendit in maioribus. vnde sequitur: {De vice Abia,} idest nobilis inter familias. BEDA. Erant enim Principes Sanctuarij, idest summi Sacerdotes tam de filijs Eleazar quàm de filijs Ithamar, quorum vices secundùm ministeria sua, vt ingrederentur Domum Dei. 24. sortibus Dauid distinxit. in quibus familiæ Abia de qua Zacharias ortus est, sors contigit octaua. Non autem frustra primus noui testamenti preco in octauę sortis iure nascitur, quia sicut septenario sę pe numero propter Sabbatum vetus testamentum, sic nouum aliquotiens per octonarium propter sacramentum Dominicæ, vel nostræ resurrectionis exprimitur. THEOPH. Volens etiam ostendere, quòd ab vtroque parente legaliter ex Sacerdotali genere erat: subdit: {Et vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Non enim permittebatur de alia tribu vxorem accipere, sed de sua. Elisabeth interpretatur Dei requies, Zacharias vero memoria Domini. BEDA. in Hom. Iustis enim parentibus Ioannes est genitus, vt eo confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipsa non quasi nouitia didicisse, sed velut hæreditario iure a progenitoribus accepta seruaret. vnde sequitur: {Erant autem ambo iusti ante Deum. AMBRO. Et sic mores in æqui tate comprehendit. Bene autem dicit ante Deum. fieri.n. potest vt aliquis affectata bonitate populari iustus videatur mihi, iustus autem ante Deum non sit, si iustitia non ex mentis simplicitate formetur: sed adulatione simuletur. Perfecta igitur laus est añ Deum iustum esse: solus enim perfectior est, qui ab eo probatur, qui non potest falli. Factum autem comprehendit in mãdato, in iustificatione iudicium. vnde sequitur: {Incedentes in omnibus mãdatis & iustificationibus Domini.} Cum enim mãdatis cælestibus obedimus, in mandatis Domini incedimus. cũ congrue iudicamus, tenere Domini iustificationes videmur. Prouidere autem oportet bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. vnde sequitur: {Sine quærela.} Nulla enim quærela est vbi & mentis bonitas concordat & facti, & plerumque iustitia durior hominum quærelam excitat. ORIGE. Potest etiam aliquid iustum iniuste fieri, vt si iactantiæ causã quis pauperi elargiatur, quod non est sine quærela. Sequitur: {Et non erat illis filius, eo quòd erat sterilis Elisabeth, & ambo processissent in diebus suis. CHRY. Non solum autem Helisabeth erat sterilis: sed & Patriarcharum coniuges: Sara, Rebecca, Rachel, quod dedecus erat antiquis. non possumus dicere, quòd peccati effectus esset sterilitas, cuncti iusti, cuncti virtuosi. Hæc autem fuit sterilitatis causa, vt cum videris virginem prouenire Dominum, non sis incredulus exercitans mẽtem tuam in aluo sterilium THEO. Et vt etiam tu addiscere; quòd lex Dei multiplicationem filiorum non appetit corporalem,

Hom. 2.

ralem,sed magis spiritualem. Processerant autem ambo, non solum secundum corpus,sed secundum spiritum ascensiones in corde ponentes, & vitam suam vt diem & non vt noctem habentes, quasi in die honeste ambulantes.

b ¶ BEDA. Per Moysen Dominus vnum constituit summum Sacerdotem, cui mortuo vnũ succedere iussit, & hoc vsque ad Dauid tempora seruatum est, a quo plures fieri Domino agente decretũ est. vnde nunc Zacharias in ordine vicis suæ Sacerdotio functus esse asseritur cũ dicitur: {Factum est autem cum Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum secũdũ consue.Sacer.sorte exijt vt incensum poneret ingressus in tem.Domini.} AMBRO. Videtur autem hic Zacharias summus designari Sacerdos,quia semel in anno solus summus Sacerdos in secundo sanctuario intrabat,non sine sanguine quem offerret pro se & pro populi delictis. BEDA. Non autem nunc noua sorte electus est,cum incensum esset adolendum, sed prisca sorte cum ex ordine sui Pontificatus in vicẽ Abia succederet.Sequitur.{Et omnis multi. po.erat orans foris hora incensi.} Incensum in Sanctasanctorum a Pontifice deferri,expectante foris templum omni populo decimo die septimi mensis est iussum,& hanc diem expiationis siue propitiationis vocari,cuius diei mysterium Apostolus ad Hebræos pandens,Iesum ostendit Pontificem esse verum, qui in sanguine proprio cæli secreta subijt, vt propitium nobis faceret patrem, & interpellaret pro peccatis eorum qui adhuc præ foribus orantes expectant.

AMBRO. Hic est autem ille summus Sacerdos,qui adhuc sorte quæritur, quia verus adhuc ignoratur.qui enim sorte eligitur,humano iudicio non compræhenditur. Ille igitur quærebat, & alius figurabatur.verus in æternum Sacerdos,qui non hostiarum cruore:sed proprio patrem Deum generi reconciliaret humano, & tunc quidem vices erant,nunc autem est perpetuitas.

c ¶ CHRY. Ingressus Zacharias in templum vt præces ferret pro cunctis ad Deum, & quasi Dei & hominum mediator vidit Angelum intus stantem.vnde dicitur. {Apparuit autem illi Angelus Domini stans a dextris altaris incensi.} AMBRO. Bene apparuisse dicitur ei, qui eum repente conspexit, & hoc specialiter,aut de Angelis aut de Deo scriptura diuina tenere consueuit, vt quod non potest præuideri apparere dicatur.Non enim similiter sensibilia videntur, & is cuius in voluntate situm est videri. & cuius naturæ est non videri. ORIGE. Et hoc tantum in præsenti sæculo dicimus, sed & in futuro cum migrauerimus a mundo,non omnibus,vel Deus vel Angeli apparebunt,sed ille tantum videbit qui mundum habuit cor. CHRY. Manifeste autem apparuit, non in somnis,eo quòd nimis arduum annunciabatur,vnde manifestiori & mirabiliori visione egebat. DAMA. Tamen Angeli non vt sunt hominibus patefiunt,sed transfigurati prout possunt visores aspicere in quodcumque iusserit Dominus. BASI. Dicit autem:{Altaris incensi.} eo quòd alterum erat altare deputatum ad holocausta. AMBRO. Non immerito autem Angelus videtur in templo,quia veri Sacerdotis annunciabatur iam aduentus, & cæleste sacrificium parabatur, in quo Angeli ministrarent:non enim dubites assistere angelum quando Christus immolatur.{Apparuit autem a dextris altaris incensi,} quia diuine insigne misericordiæ deferebat.Dominus enim a dextris est mihi,ne commouear. CHRY. Non potest autem homo quantũcũque sit iustus absque timore cernere Angelum.vnde & nunc Zacharias aspectum non tolerans præsentię Angeli nec fulgorem illum valens sustinere,turbatur.Et hoc est quod subdit: {Et Zacharias turbatus est videns.} Sicut autem auriga perterrito, loraq; dimittente corruunt equi præcipites,totaque quadriga peruertitur,sic accidere consueuit animæ quoties ab aliquo stupore vel sollicitudine deprimitur. vnde & hic subditur: {Et timor irruit super eum. ORIG. Noua quippe facies humanis se obtutibus præbens turbat mentem animumque consternat. vnde Angelus sciens hãc humanam esse naturam primum perturbationi medetur.Nam sequitur:{Ait autem ad illum Angelus, ne timeas Zacharia. ATHA. In vita Antonij.vnde non difficilis est bonorum spirituum malorumque discretio.si enim post timorem succeserit gaudium,a Domino venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est.si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur. Non solum autem trepidantem resocillat:sed etiam nouo lætificat nuncio,subdens:{Quoniam exaudita est deprecatio tua,& vxor tua Elisabeth pariet tibi filium.} AVGV. de Quæst.Euan.Vbi primo hoc attendendum est, quia non est verisimile,vt cum pro peccatis populi vel salute vel redemptione sacrificiũ ille offerret, quòd potuerit publicis votis relictis homo senex vxorem habens pro accipiendis filijs orare præsertim: nam nemo orat accipere, quod acceptũ esse desperat. Vsque adeo autem ille iam se habiturum filios desperabat, vt hoc angelo promittenti nõ crederet. Ergo quod ei dicitur: {Exaudita est deprecatio tua} pro populo intelligendum est,cuius populi quoniam salus & redemptio & peccatorum abolitio per Christum futura erat,adhuc nunciatur Zachariæ nasciturus filius, quia præcursor Christi destinabatur.

CHRY. Vel quòd exaudita sit eius deprecatio probat per hoc, quòd gignendus erat ei filius,clamans: Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi. THEO. Quasi ipso dicente, vnde erit mihi hoc manifestum?ait Angelus:ex hoc quòd Elisabeth pariet,credes quòd peccata populo sunt remissa. AMBRO. Vel aliter. Plena semper & redundantia sunt diuina beneficia non exiguo constricta munere:sed vberi bonorum coaceruata congestu,vt hic primum precationis fructus promittitur,deinde sterilis partus vxoris:Cuius nomen prænunciat subdens:{Et vocabis nomẽ eius Ioannem.} BEDA: Singularis meriti indicium datur, quoties hominibus a Deo, vel imponitur nomen vel nunciat. CHRY. super Ioannem:Illud quoq; oportet exprimere,quoniam in quibus ab ipsa teneritate infantię virtus refulgere debebat ,a principio diuinitus sumebant nomina.His vero qui postea debebant excrescere,nomen postea imponebatur. BEDA: Ioannes ergo interpretatur in quo est gratia,vel Domini gratia, quo nomine declaratur primo parentibus eius gratiam quibus decrepitis nasceretur filius esse donatam:deinde ipsi Ioanni qui magnus corã Domino erat futurus,postremo etiam filijs Israel quos ad Dominum erat conuersurus.vnde sequitur:{Et erit gau.tibi & exul. ORI. Quando enim iustus oritur in mundo, ministri natiuitatis eius lætantur. quando vero ille nascitur qui quasi ad pœnas & ergastulum relegatur, minister consternatur & concidit. AMBRO. Sanctus autem non solum parentum gratia,sed etiam salus est plurimorum.vnde sequitur: {Et multi in natiuitate eius gaudebũt.} Admonemur hoc loco Sanctorum generatione lætari, admonentur parentes gratias agere.non enim mediocre munus est Dei,dare liberos,propagatores generis,successionis hæredes.

d ¶ AMBRO. Post lætitiam plurimorum magnitudo virtutis promittitur cum dicitur, {Erit enim magnus coram Domino.} Nõ corporis sed animæ magnitudinem declarauit, est coram Domino magnitudo animæ,magnitudo virtutis. THEOPH. Multi namque magni dicuntur,sed coram hominibus,non coram Deo sicut hypocritæ. ita autem & parentes Ioannis iusti coram Domino dicti sunt. AMBRO. Deinde non fines alicuius pro pagauit imperij,non triumphos bellici certaminis reportauit,sed quod est amplius prædicans in deserto,delitias hominum corporisque lasciuiam magna animi virtute depressit. vnde sequitur {Et vinum & siceram non bibet. BEDA. Sicera interpretatur ebrietas,quo vocabulo Hebræi omne quod inebriare potest, poculum siue de pomis siue de frugibus,seu de qualibet alia materia cõfectum significant. Proprium vero in lege Nazareorum erat vino & sicera tempore obsecrationis abstinere. vnde Ioannes cæteriq; tales vt semper Nazarei,idest sancti manere possint,semper his abstinere fatagunt.non enim decet vino in quo est luxuria inebriari eum, qui musto Spiritussancti desiderat impleri. vnde recte cui vini ebrietas tollitur,spiritus gratia cumulatur.Sequitur autem : {Et Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.} AMBRO. Cui Spiritussanctus infunditur,magnarum est plenitudo virtutum. Siquidem Sanctus Ioannes antequàm nasceretur,matris adhuc in vtero positus Spiritus accepti gratiam designauit,cum in vtero parentis exiliens Domini Euangelizauit aduentum. Alius est spiritus vitæ huius, alius gratiæ. Ille nascendo sumit exordium,moriendo defectum. Iste non ætatibus coercetur,non obitu extinguitur,non aluo matris excluditur. GRAECVS: Quod autem erit opus Ioannis, quid ve per Spiritumsanctum peraget,ostendit subdens. {Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. ORIG. Ioannes quidem plurimos conuertit : Domini autem opus est vt omnes ad Deum patrem conuertat. BEDA. Cum autem Ioannes qui Christo testimonium perhibens,in eius fide populos baptizabat, dicitur filios Israel ad Dominum Deum ipsorum conuertisse.patet Christum dominum Deũ esse Israel. vnde desinant Arriani Christum dominũ Deum esse negare. Erubescat Photiniani Christo ex virgine principium dare. Cessẽt Manichęi aliũ populi Israel atque alium Christianorum Deum credere. AMBRO. Non autem egemus testimonio, quòd plurimorum sanctus Ioannes corda conuertit, in quo nobis Prophetię Scripturę & Euangelicæ suffragantur: Vox enim clamantis in deserto. Parate viã Domino. Non enim de se, sed de Domino prædicabat prænuntius Christi. & ideo sequitur:{Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ.} Bene præceder ante illum, qui prænuntius natus, prænuntius mortuus est. Bene etiam iungitur. {In spiritu & virtute Heliæ.} ORIG. Non dicit in anima Heliæ, sed in spiritu & in virtute. Spiritus enim qui fuerat in Helia venit in Ioanne, & similiter virtus eius. AMBRO. Numquàm enim sine virtute spiritus, vel sine spiritu virtus:& ideo in spiritu & virtute,quia sanctus Helias & virtutem habuit magnam & gratiam. virtutem vt ad fidem animos populorum a perfidia retorqueret. virtutem abstinentiæ atque patientiæ & spiritum prophetandi.In deserto Helias, in deserto Ioannes. Ille Achab Regis gratiam non quæsiuit, hic spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit,hic ad lauacrum salutare conuertit. Ille prioris, hic sequentis Dominici præcursor aduentus. BEDA. Quod autem de Helia per Malachiam prædictum est, hoc per Angelum de Ioanne dicitur:cum subditur: {Vt conuertat corda patrum in filios.} Spiritualem antiquorum Sanctorum scientiam populis prædicando infundens. {Et incredulos ad prudentiam iustorum. quæ est non de legis operibus iustitiam pũsumere,sed ex fide salutem quærere. GRAECVS. Vel aliter: Parentes Ioannis & Apostolorum Iudæi fuerunt:sed tamen contra Euangelium ex superbia & infidelitate fæuiebant.Itaque tanquàm benigni filij Ioannes prius & Apostoli consequenter eis veritatem monstrabant, in propriam iustitiam & prudentiam eos attrahentes, sic etiam Helias reliquias Hebræorum conuertit ad Apostolorum veritatem. BEDA: Quia vero Zachariam propriæ plebis supplicantem dixerat exauditum,subiungit: Parare Domino plebem perfectam.} in quo docet quo ordine plebs eadem saluari & perfici debeat, ad prædicationem,s.Ioannis pœnitendo & credendo in Christum. THEOPHI. Vel aliter: Ioannes plebem parauit, non incredulam:sed perfectam, idest præparatam ad suscipiendum Christum. ORIG. Sacramentum autem Ioannis vsque nunc expletur in mundo. Quicũque enim crediturus est in Iesum Christum, antea spiritus & virtus Ioannis ad animã illius venit,& præparat Domino populum perfectum.

e ¶ CHRY. Habito respectu Zacharias ad propriam ætatẽ, quinetiam coniugis sterilitate conspecta,diffisus est. vnde dicitur: {Et dixit Zacharias ad Angelum, vnde hoc sciam ?} quasi dicat,quomodo hoc fiet? Et causam dubitationis subdit: {Ego enim sum senex,& vxor mea processit in diebus suis} quasi dicat. Aetas intempesta,natura inepta,ego generãs debilis,terra sterilis. Non autem censetur propter hoc dignus esse venia Sacerdos, dum seriem rerum expostulat. quandocãque enim Deus aliquid indicat oportet in fide suscipere,nam super huiusmodi disceptare contumacis est animæ. vnde sequitur : {Et respon. Angel. dixit ei : Ego sum Gabriel qui asto ante Deum. BEDA. quasi dicat.Si homo talia signa promitteret, impune signum flagitare liceret, at cũ Angelus promittat iam dubitare non decet. Sequitur: {Et missus sum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare.} CHRY. Vt cum audias me a Deo missum fore,nihil humanum estimes ex his quæ tibi dicuntur. Neque enim ex me loquor,sed mittentis relata denuntio.hæc est enim nũtij bonitas,vt nihil ex se referat. BEDA. Vbi notandum est,quòd Angelus se & ante Deum stare & ad Euangelizandum Zachariæ missum esse testatur. GREGOR. in Hom. Quia & cum ad nos veniunt Angeli sic exterius implent ministerium, vt tamen numquàm interius desint per contemplationem.quia etsi circũscriptus est Angelicus spiritus, summus tamen spiritus qui Deus est circũscriptus non est. Angeli itaque ẽt missi ante ipsum sunt,quia quomodolibet missi veniant,intra ipsum currũt. BEDA. Dat autem ei signũ, quod rogatur, vt qđ discredendo locutus est, iam tacendo credere discat.vnde sequtur: {Et ecce eris tacens, & non poteris loqui. CHRY. Vt a vi generatiua ad organa vocalia vincula transferantur,nec intuitu Sacerdotij ei parcitur: sed ob hoc plectebatur amplius, quia circa fidem cæteris præesse debebat.

THEOPHIL. Sed qa verbũ Κωφὸς Kofos:quod etiam in fra subiungitur, potest tam surdũ quàm mutum significare,beneait:eris surdus & non poteris loqui. Conuenienter enim hæc duo passus est, tanquàm enim inobediens surditatem incurrit, & tanquàm contradictor taciturnitatem. CHRY. Dicit autem: {Et ecce} quasi dicat in hoc instanti. Sed considera miserationem Domini in hoc quod sequitur: {Vsque in diem quo hæc fient.} quasi dicat. Cum per euentus rerum quod dico ostendo,& noueris te iure punitum tunc te de pœna eripiam. Et causam pœnę ostendit cum subditur {Pro eo quòd non credidisti verbis meis. quæ implebuntur in tempore suo, non attendens virtutem eius qui misit me,cui ego assisto.Si autem is qui erga natiuitatẽ mortalem incredulus erat punitur, qualiter qui cælestem & ineffabilẽ calumniatur vitabit vltionem? GRAECVS. Dum autem hæc intrinsecus agerentur,dilatio temporis admirari cogebat expectãtem forinsecus multitudinem.vnde sequitur:{Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo, & ipse erat innuens illis & permansit mutus.

f Et factum est vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mẽsibus quinque dicens & non poteris loqui, vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo, & ipse erat innuens illis & permansit mutus.

f Et factum est vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mẽsibus quinque dicens & non poteris loqui, vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo, & ipse erat innuens illis & permansit mutus.

f ¶ BEDA Vicis suæ tempore Pontifices templi tantum officijs mancipati non solum a complexu vxorum,sed ab ipso quoque domorum suarum abstinebant ingressu. vnde dicitur: {Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.} Quia enim tunc Sacerdoralis ex stirpe Aaron successio quærebatur,necessario tempus substituendę soboli procurabatur. At quia nunc non carnalis successio,sed profectio spiritualis inquiritur,sacerdotibus vt semper altari queant assistere, semper castitas obseruanda præcipitur.Sequitur:{Post hos autem dies concepit Elisabet vxor eius.} Post dies.s.officij Zachariæ completos.Gesta sunt autem hæc mense Septẽbri. octauo Calen.Octob.quando oportebat Iudæos ieiunium Scenophegię celebrare,imminente æquinoctio in quo incipit nox esse maior quàm dies, quia Christũ oportet crescere,Ioannem autem minui. Nec frustra tunc dies ieiunium erant , quia per Ioannem erat hominibus afflictio pœnitentiæ prædicanda.Sequitur: {Et occultabat se mensibus quinque.} AMBRO. Quæ causa occultationis nisi pudor? Sunt enim quædam tempora præscripta coniugio,quando dare operam procreandis liberis sit decorum, dum anni vigent,dum suscipiendorũ liberorum spes est. At vbi & matura æui senectus successerit, & ætas est regendis liberis habilior quàm creandis pudor est legitimi licet coitus gestare indicia,& grauari alienę ætatis onere,& tu mescere aluum non sui temporis fructu. Pudebat ergo eam propter ætatem:vnde intelligi pôt cã, quia iam non cõueniebant inter se concubitu coniugali. neque enim ea quæ senilem non erubesceret coitũ,erubescreret partum:hæc tamen erubescit onus parentis,quãdiu nescit mysterium religionis.Sed quæ occultabat se, quia conceperat filium,iactare se cæpit, quia generabat prophetã. ORIG. Et ideo dicit:Mensibus quinque,ideest donec Maria cõciperet , & fœtus eius exultans cum gaudio Prophetaret.

AMBRO.

Universidad de Deusto Biblioteca

AMBRO. Et quàmuis partus sui erubesceret ætatem, rursus caruisse se gaudebat opprobrio dicens, {Quia sic fecit mihi Dominus.} CHRY. Scilicet soluit sterilitatem, donum supra naturam concessit, & Petra infructuosa spicas virentes produxit. abstulit dedecus dum genitricem fecit. vnde sequitur: {In die qui re-
auf. ob. meum inter
ho.} AMBRO. Pudor enim est feminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola est cã nubendi. CHRY. Dupliciter igitur gaudet dum & a nota sterilitatis ipsã eripuit Dominus, & quoniã illustrem partum enixa est. Non.n.vt in ceteris gignentium solus concubitus interuenit, sed gratia cælestis huius ortus fuit exordium. BEDA. Mystice autem per Zachariam Sacerdotium Iudæorum, per Elisabeth potest lex ipsa designari, quæ Sacerdotum doctrinis exercitata spirituales Deo filios gignere debebat: sed non valebat, quia neminem ad perfectionem adduxit lex. Erant ambo iusti, quia bona est lex & Sacerdotium pro illo tempore sanctum. Ambo processerant in diebus suis. quia adueniente Christo iam incuruantur ad senium. Ingreditur Zacharias templum, quia Sacerdotum est intrare in Sanctuariũ mysteriorum cælestium. Foris orat multitudo, quia mystica penetrare nequit. Dum altari Thimiamã imponit, nascitur Ioannem agnoscit, quia dum doctores flamma diuinæ lectionis ardent, gratiam Dei per Iesum prodituram reperiunt, & hoc per Angelum, quia lex per Angelos ordinata est. AMBRO. In vno autem vox totius plebis obmutuit, quia in vno totus ad Deum loquebatur populus. transiuit enim ad nos Dei verbum & in nobis non taceat. Mutus est qui non intelligit legem. Cur.n.tibi magis videatur mutus esse qui sermonẽ q̃ qui mysterium nescit? Innuenti similis est populus Iudæorum, qui actuum suorum præstare non potest rationem. BEDA. Et tamen Elisabeth concipit Ioãnem, quia interiora legis sacramentis Christi abundant. Conceptum quinque mensibus occultat, quia Moses quinque libris mysteria Christi designat, seu quia Christi dispensatio in quinque mundi etatibus per sanctorum dicta vel facta figuratur.

g ¶BEDA. Quia Christi incarnatio, vel sexta ætate sæculi futura, vel ad impletionem legis erat profutura, recte sexto mense concepti Ioannis missus ad Mariam Angelus nasciturum nuntiat Saluatorem. vnde dicitur: {In mense autem sexto.} Mensem sextum Martium intellige, cuius 25. die Dominus noster & conceptus traditur & passus, sicut & 25. die mensis Decembris natus, quòd si vel hoc die, vt nonnulli arbitrantur æquinoctium vernale, vel illo solstitium brumale fieri credamus, conuenit cum lucis incremento concipi vel nasci eum, qui illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. At siquis ante Dominicæ natiuitatis, & conceptionis tempus considerat lucem vel crescere vel tenebras superare conuicerit, dicimus & nos quia Ioannes ante faciẽ aduentus eius regnum cælorum euangelizabat. BASI. Adeunt autem nos cælestes spiritus, non quasi ex seipsis, sed ex eo quòd diuinæ Sapientiæ decorem conspiciunt. vnde sequitur: {Missus est Angelus Gabriel a Deo.} GREGOR. in Hom. Ad Mariam enim virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat: Qui iccirco priuato nomine censetur, vt signetur per vocabulum in operatione quid valeat. Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui virtutum Dominus & potens in prælio ad debellandas potestates aereas veniebat. GLO. Additur autem & locus quo mittitur cum subditur: {In ciui. Galicui no. Nazareth. Nazareus enim, idest sanctus Sanctorum nuntiatur venturus. BEDA. in Hom. Aptum autem humanę restaurationis principium, vt Angelus a Deo mitteretur ad virginẽ partu consecrandam diuino, quia prima perditionis humanę fuit causa, cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. vnde sequitur: {Ad virginem.} AVG. de sancta Virginitate: Illum enim solum Virginitas decenter parere potuit, qui in sua natiuitate parem habere non potuit. Oportebat enim caput nostrum propter insigne miraculum secundũ corpus nasci de Virgine, quando significaret membra sua de Virgine etiam secundum spiritum nascitura. HIERO. in Sermone Assum. Et bene Angelus ad Virginem mittitur, quia semper est Angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cælestis. CHRY. super Matth. Non autem Angelus post partum annunciat Virgini, ne nimium exinde turbaretur. Et ideo ante conceptionem illam alloquitur, non in somnis: immo visibiliter assistit, nam quasi magnam valde relationem accipiens egebat ante rei euentum visione solemni. AMBRO. Bene autem vtrumque posuit scriptura, vt & desponsata esset & virgo. Virgo, vt expers virilis consortij videret. Desponsata, ne temeratę virginitatis adureret infamia, cui grauis aluus corruptelę videretur insigne præferre. Maluit autẽ Dominus aliquos de suo ortu quàm de matris pudore dubitare. scie bat enim teneram esse virginis verecundiam & lubricam famam pudoris, nec putauit ortus sui fidem matris iniurijs astruendam. Seruatur itaque sanctę Marię sicut pudore integra, ita & inuiolabilis opinione virginitas. nec decuit sinistra Virginibus opinione viuentibus velamen excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque Domini videretur. Quid autẽ Iudæis, quid Herodi posset asseribi, si natum viderẽtur ex adulterio p̃secuti? Quemadmodum aũt ipse diceret: Non veni legem soluere, sed adimplere, si videretur cępisse a legis iniuria, cum partus innupte lege damnetur? Quid quòd etiam fides Mariæ verbis maior ascisceretur, & mendacij causa remouetur? videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autem mentiendi desponsata non habuit, cum coniugij præmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. Non mediocris quoque causa est, vt virginitas Mariæ falleret principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partũ non potuit habere suspectum. ORIGE. Si enim non habuisset sponsum, statim cogitatio tacita diabolum surrepsisset, quomodo quæ non accubuit cum viro prægnans esset? debet iste conceptus esse diuinus: debet aliquid humana natura esse sublimius. AMBRO. Sed tamen magis fefellit Principes sæculi, dæmonum enim malitia facile etiam occulta deprehendit. At vero qui sæcularibus vanitatibus occupantur, scire diuina non possunt. Quinetiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & delere iniuriam & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. de quo subditur: {Cui nomẽ erat Ioseph de domo Dauid.} BEDA. in Hom. Quod non tantum ad Ioseph, sed etiam pertinet ad Mariam. Legis namque erat præceptum, vt de sua quisque tribu aut familia acciperet vxorem. Sequitur: {Et nomen virginis Maria. BEDA. super Lucam: Maria Hebraice stella maris, Syriace vero domina vocatur, & merito, qa & totius mũdi dominum, lucem sæculis meruit generare perennem.

h ¶AMBRO. Dicit virginem moribus, sola in penetralibus quam nemo virorum videret, solus Angelus reperiret. vnde dicit: {Et ingressus Angelus ad eam.} Et ne quo degeneri deprauaretur affatu, ab Angelo salutatur. GRAECVS: Contra vocem prius editam mulieri dirigitur nunc sermo ad virginem. In illa doloribus partus est causa peccati punita, in hac per gaudium mœstitia pellitur. vnde iocunditatem non absurde prænuntiat Angelus virgini dicens: {Aue.} Quòd autem digna cognosceretur sponsalium attestatur cum dicit: {Gratia plena.} quasi enim quædam arra, aut dos sponsi ostenditur, quòd fœcunda sit gratijs. Horum enim quæ dicit, hæc sunt sponsæ, alia sponsi. HIERO. in sermone de Assum. Et bene gratia plena, quia cæteris per partes præstatur: Mariæ vero simul se totam infudit gratiæ plenitudo. Vere gratia plena, per quam largo Spiritus sancti imbre superfusa est omnis creatura. Iam autem erat cum virgine, qui ad virginem mittebat Angelum, & præcesserat nuntium suum Dominus, nec teneri potuit locis, qui omnibus habetur in locis. vnde sequit {Dominus tecũ.} AVGVST. in Ser. de Nati. Magis quàm mecum: ipse enim in tuo est corde, in tuo sit vtero, adimpleat mentem, adimpleat ventrẽ. GRAECVS: Hoc autem est totum legationis complementum. Dei enim verbum vt sponsus supra rationem vnionem efficiens tanquàm ipse germinans: idemque germinatus totam naturam humanam sibiipsi conformauit. Vltimum vero ponitur tanq̃ perfectissimum & compendiosum. {Benedicta tu in mulie.} Vna scilicet præ cunctis mulieribus, vel etiam benedicantur in te mulieres, sicut mares in filio, sed magis vterque in vtrisque. Velut. nper vnam fœminam & vnum marem peccatum simul ac tristitia intrauit, sic & nunc per vnam & vnum benedictio reuocata est & lætitia, & ad singulos est profusa. AMBRO. Discе autem Virginẽ a verecundia, quia pauebat: nam sequitur: {Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius.} Trepidare virginum est, & ad omnes ingressus viri pauere, omnes viri affatus vereri. Discе virgo verborum vitare lasciuiam, Maria etiam salutationem Angeli verebatur. GRAECVS: Cum assueta foret his visionibus: Euangelista non visioni, sed relatibus turbationem attribuit dicens:

futura sui filij munera quæ dudum per Angelum didicerat, mox vt loqui potuit prædicare voluisse. Audiant Arriani quòd Christum quem Ioannes prophetando præibat altissimum vocat, sicut in Psalmo dicitur: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. CHRY. Sicut autem regibus commilitones sunt, qui eis viciniores existunt, sic Ioãnes cum esset amicus sponsi de prope eius aduẽtum præcessit. & hoc est quod subditur: {Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius.} Alij enim prophetæ eminus Christi mysteriũ prædicauerant, hic vero p̃pius prædicauit vt & Christum videret, & cum cæteris indicaret. GREGOR. 19. Mor. Quisquis autem prędicando a fordibus vitiorum corda audientium mundat, venientis sapientiæ ad cor viam præparat.

1 ¶THEOPH. Qualiter præcursor viam Domini præparauit exponit subdens: {Ad dan. scientiam salu. ple. eius.} Salus dominus Iesus est, data est autem plebi scientia salutis, i. Christi a Ioanne, qui testimonium perhibebat de Christo. BEDA: Quasi Iesu, i. Saluatoris nomen exponere. & diligentius commendare desideraus, salutis mentionem frequentat, sed ne temporalem salutem promitti putares subdit: {In remissionem peccatorum eorũ.} THEOPHI. Non enim aliter cognitus esset Deus, nisi plebi peccata dimisisset. Dei enim est peccata dimittere. BEDA: Verum Iudæi non Christum susc̃pere, sed Antichristum malunt expectare, quia non intus a peccati dominio: sed foris ab humanæ seruitutis iugo cupiunt liberari.

m ¶THEOPHI. Quia Deus peccata nobis dimisit, non propter opera nostra sed propter misericordiam suam: ideo conuenienter addidit: {Per viscera misericordiæ Dei nostri.} CHRY. Quamquidem misericordiam non ipsimet inquirentes inueniemus: sed desuper nobis Deus aperuit. vnde sequitur: In quibus. s. misericordiæ operibus: {Visitauit nos.} assumpta carne: {Oriens ex alto.} GRAECVS: In altis permanens, tñ in terrenis præsens, non diuisionem paries, neq; circũscriptionem, quod intellectus noster comprehendere non potest, nec vlla serie verborum exprimere.

n ¶BEDA: Recte Christus oriens vocatur, quia nobis ortum verę lucis aperuit. vnde sequitur: {Illuminare his qui in tene. & in vm. mor. sedent. CHRY. Tenebras hic appellat non materiales. sed errorem & a fide distantiam. BASI. Tenebrosa enim erat plebs gentilis, quæ idolorum cultu grauabatur, donec lux orta dispersit caliginem & splendorem veritatis expandit. GRE. 4. Mor. Vmbra vero mortis obliuio mentis accipitur. Sicut enim mors hoc quod interficit agit, vt non sit in vita ita obliuio hoc quod intercipit agit, vt non sit in memoria. vnde Iudæorum populus qui Dei oblitus fuerat, dicitur in vmbra mortis sedere. Vmbra etiam mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est qua anima separatur a Deo, ita vmbra mortis est qua caro separatur ab anima. vnde voce martyrum dicitur: Operuit nos vmbra mortis. Per vmbram etiam mortis imitatio diaboli qui mors in Apocalypsi dicitur designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorũ de specie imitationis eius exprimuntur. CHRY. Recte autem dicit: {Sedent} non enim ambulabamus in tenebris, sed sedebamus. THEO. Non solũ autem oriens Dominus his qui in tenebris sedent illuminat, sed aliquid amplius facit. vnde sequitur: {Ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis.} Via pacis est via iustitiæ ad quam direxit pedes, i. affectus animarum nostrarum. GREG. in Homi. Tunc enim gressus nostros in viam pacis dirigimus, qñ per illud actionum iter pergimus, in quo ab auctoris nostri gratia non discordemus. AMBRO. Similis & illud aduerte q̃ paucis Elisabeth, q̃ multis Zacharias prophetizet, & vterque sancto impletus spiritu loquebatur, sed disciplina seruatur, vt mulier discere magis, quæ diuina sunt studeat quàm docere.

o ¶BEDA. Prædicator pniæ futurus, vt liberius auditores suos a mundi illecebris erudiẽdo sustollat, primæuam in desertis transigit vitam. vnde dicitur: {Puer autem crescebat.} THEO. Secundum corporalem ætatem, & confortabatur spiritu. Simul enim cum corpore spirituale donum crescebat, & spiritus operationes in eo magis ac magis ostendebantur. ORI. Vel crescebat spiritu nec in eadem permanebat mensura qua cęperat, sed semper crescebat spiritus in eo, semper voluntas eius ad meliora se tendens habebat profectus suos, & mens diuinius aliquid contemplabatur. Exercebat se memoria, vt plura in thesauro suo reconderet. Addit autem: {Et cõfortabatur.} Infirma.n.est humana natura. Legimus enim: Caro autem infirma. Confortanda est itaq; spiritu, spiritus enim promptus est. Multi confortantur carne, athlera autẽ Dei spiritu roborandus est, vt sapientiam carnis elidat. vnde recessit, fugiens tumultum vrbium propter frequẽtiam. Sequitur enim: {Et erat in desertis.} vbi purior aer est, cælum apertius, & familiarior Deus, vt quia nondum baptismi & prædicationis tępus aduenerat, vacaret orationibus & cum Angelis conuersaret, appellaret dominum,

CAPVT II.

Factum est autem in diebus illis. Exijt edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est a præside Syrię Cyrino. Et ibant omnes vt profiterẽtur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem, eo quòd esset de

CAP. II.

BEDA: Nasciturus in carne Dei filius, sicut de Virgine natus virginitatis sibi decus ostendit esse gratissimum, ita pacatissimo tempore sæculi procreatur, quia pacem quærere docuit, & pacis sectatores inuisere dignatur. Nullum autem potuit magis esse pacis indicium q̃ vna totum orbem descriptione concludi, cuius moderator Augustus, tã ta duodecim annis circa tempus Dominicæ natiuitatis pace regnauit, vt bellis toto orbe sopitis Prophetæ p̃fagium ad literam videatur impleſſe. vnde dicitur: {Factum est autem in diebus illis. Exijt edict. a Cæsa. Augusto vt descri. vniuersus orbis.} GRAE. Tunc etiam nascitur Christus, cum Principes Iudæorum defecerant, & ad Romanos Principes translatum erat Imperium, quibus Iudæi tributa soluebant, & sic impletur prophetia prædicens non defecere Ducem de Iuda, nec Principem de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est. Iam vero Cæsare Augusto. 42. annũ Imperij peragente, exijt ab eo edictum totum orbem conscribi ad tributa soluenda, quod cuidam Cyrino Cæsar commiserat, quem Iudeæ & Syriæ Præsidem statuit. vnde sequitur: {Hæc descriptio prima facta est a Præside Syriæ Cyrino. BEDA. Signat hanc descriptionem vel primam esse earum, quæ totum orbem concluserint, quia pleræq; iam partes terrarum sæpe leguntur fuisse descriptæ, vel primo tunc cæpisse, quando Cyrinus in Syriam missus est. AMBRO. Pulchre autem Præsidis nomen addidit, vt seriem temporis designaret. nam si Consules ascribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus ascribi? BEDA. Superna autem dispensatione professio census ita descripta est, vt in suam quisque patriam ire iuberetur, secundum quòd sequitur: {Et ibant omnes vt profiterẽtur singuli in ciuitatem suam.} Quod ideo factum est, vt Dominus alibi conceptus, alibi natus, insidiantis Herodis furorem facilius euaderet. vnde sequitur: {Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam.} CHRYSOSTOMVS. Domino autem dirigente Augustus hoc edictum censuit, vt vnigeniti præsentiæ famuletur. nam hoc edictum matrem attrahebat in patriam, quam Prophetæ prædixerant, scilicet in Bethlehem Iudæ. vnde dicit: {Ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem.} GRAECVS. Ideo autem addidit ciuitatem Dauid, vt promissionem factam Dauid a Deo ex fructu ventris eius Rex perpetuus aduenire, esse completam annũciet. vnde sequitur: {Eo quòd esset de domo & familia Dauid.} Per hoc autem, quòd Ioseph erat de cognatione Dauid, cõtentus fuit Euangelista ipsam quoq; virginem de cognatione Dauid p̃mulgare, cum lex diuina præciperet coniugales copulas ex eadem

progenie.contrahit. de sequitur: {Cum Maria desponsata sibi vxore pregnante. CYRIL. Dicit autem eam fuisse desponsatam innuens, q̃ solis sponsalibus præcedentibus est cõceptio subsecuta: neque.n.ex virili semine sancta virgo concepit. GREG. in Hom. Mystice autem nascituro Domino mundus describitur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate. AMBR. Et dum professio sæcularis ostenditur, spiritualis implicatur, non terrarum regi dicanda, sed cæli. professio ista fidei census animorum est. Abolito.n.synagoge censu vetusto, nouus census Ecclesiæ parabatur. denique vt scias censum non Augusti esse sed Christi, totus orbis profiteri iubetur. Quis autem poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius orbis habebat imperium? non enim Augusti sed Dñi est terra & plenitudo eius. BEDA. Qui etiam vocabulum Augusti perfectissime compleuit, vt puta suos & augere desiderans, & augere sufficiens. THEO. Conueniens etiam erat, vt per Christum cultus multorum deorum deficeret, & vnus Deus coleretur: vnde vnus Rex orbi imperasse describit. ORI. Diligentius autem intuenti sacramentum quoddam videtur figurari, quòd in totius orbis professione describi oportuerit & Christum, vt cum omnibus scriptus sanctificarer omnes, & cum orbe relatus in censum communionem sui præberet orbi. BEDA: Sicut autem tunc imperante Augusto, & præsidente Cyrino, ibant singuli in suam ciuitatem vt profiterentur censum, sic modo imperante Christo per doctores Ecclesiæ præsides profiteri debemus censum iustitiæ. AMBRO. Hæc est ergo prima professio mentium Domino, cui omnes profitentur, non præconiis euocatione sed vatis dicentis, Omnes gẽtes plaudite manibus. deniq; vt sciãt censum esse iustitiæ, veniunt ad eum Ioseph & Maria, hoc est iustus & virgo. Ille qui verbum seruaret, ista quæ pareret. BEDA: Ciuitas nostra & patria, est patria beata ad quam crescẽtibus quotidie virtutibus ire debemus. Quotidie aũt sancta Ecclesia suũ comitata doctorem de rota mundanæ conuersationis quod Galilæa sonat, in ciuitatem Iuda. s. confessionis & laudis ascendens, censum suę deuotionis regi æterno persoluit, quæ in exemplo beatæ virginis Mariæ concipit nos virgo de spiritu, quæ alij quidem desponsata ab alio fœcundatur, dum præposito sibi Pontifici visibiliter iungitur: sed inuisibilis spiritus virtute cumulatur. Vnde & bene Ioseph auctus interpretatur, indicans ipso nomine, quòd instantia loquentis magistri nil valet, nisi augmentum superni inuminis vt audiatur, acceperit.

b ¶ AMBRO. Breuiter sanctus Lucas, & quomodo, & quo tempore, & quo loco secundum carnem Christus natus sit, explicauit dicens: {Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.} Quomodo quidem, quia nupta concepit: sed virgo genera uit. GREG. Nisenus. Apparens.n.vt homo non per omnia legibus humanæ naturæ subiicitur. nam q̃ ex muliere nascitur, humilitatem redolet. Virginitas vero quæ ortui deseruiuit, ostendit q̃ transcenderet hominem. Huius ergo iocũda portatio, ortus immaculatus, partus facilis, absque corruptela natiuitas, nec ex luxu incipiens, nec doloribus edita, quia namque ea quæ naturæ nostræ mortem per culpam inseruit damnata est, vt cum doloribus pareret, oportebat parentem vitæ cum gaudio partum perficere. Eo autem tempore per incorruptionem virgineam ad vitã transmigrat mortalium, in quo diuinũ incipiunt tenebræ, & nocturna immensitas exuberantia deficere cogitur. Mors enim peccati finem prauitatis attigerat, sed de cætero tendit ad nihilum, propter vere lucis præsentiam quæ radijs Euangelicis totum orbem lustrauit. BEDA. Eo etiam tempore dignatus est incarnari, quo mox natus censu Cæsaris asceriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. vnde etiam nõ solum propter iudicium regij stemmatis: sed etiam propter nominis sacramentũ Dñs in Bethleem nascitur. GRE. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nãque est qui ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Locus ergo in quo Dñs nascitur domus panis antea vocabatur, quia futurum erat, vt ibi ille per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret, BEDA. Sed & vsque ad consummationem sæculi Dominus in Nazareth concipi, in Bethleem nasci non desinit, cum quilibet audientium verbi flore suscepto domũ verbi in se æterni panis efficit quotidie in vtero virginali, hoc est in animo credentium per

domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore pregnante.

b Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pãnis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

c Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum:

fidem concipitur, per baptismum gignitur. Sequitur: {Et peperit filium suum primogenitum. HIERONY. contra Heluidium: Ex hoc Heluidius nititur approbare primogenitum dici non posse, nisi eum qui habeat & fratres, cui vnigenitus ille vocatur, qui parentibus sit solus filius. Nos autem ita diffinimus: Vnigenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est vnigenitus. Primogenitum nõ esse dicimus eum quem alij subsequuntur, sed ante quem nullus alio quin si non est primogenitus nisi is quę sequantur, & fratres, tamdiu Sacerdotibus primogenita non debentur, quamdiu & alij fuerint procreati, ne forte partu postea non sequẽte, vnigenitus sit & non primogenitus. BEDA. Est etiam vnigenitus in substantia diuinitatis, primogenitus susceptione humanitatis. primogenitus in gratia, vnigenitus in natura. HIERO. Contra Heluidium: Nulla autem ibi obstetrix, nulla mulierculæ sollicitudo intercessit. Ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix fuit. vnde sequitur: {Et pannis eum inuoluit.} BEDA: Qui totum mundum vario vestit ornatu pannis vilibus inuoluitur, vt nos stolam primam recipere valeamus: Per quem omnia facta sunt, manus pedesque cunis astringuntur, vt nostræ manus ad opus bonum exertæ, nostri sint pedes in viam pacis directi. GRAECVS. O admirabilem coartationem & peregrinationem quam subijt qui continet orbem, ab initio captat penuriam, & eam in seipso decorat? nimirum si voluisset venire poterat mouendo cælum, concutiendo terram, emittens fulmina, non autem sic processit. non enim perdere sed saluare volebat, ab ipsis primordijs humanam conculcare superbiam, atque ideo non tantum homo fit: sed etiam homo pauper, & pauperem matrem elegit, quæ careret his quibus natum infantem reclineret. Sequitur eum. {Et reclinauit eũ in præsepio.} BEDA: Duri præsepis angustia continetur, qui cælum sedes est, vt nos per cælestis regni gaudia dilatet. Qui panis est Angelorum in præsepio reclinatur, vt nos quasi sancta animalia carnis, suæ frumento reficiat. CYRILLVS. Reperit etiam hominem factum bestialem in anima: & ideo in præsepio loco pabuli ponitur, vt vitam bestialem mutantes, ad consonam homini perducamur, scientiam, pertingentes non fœnum: sed panem cælestem vitæ corpus. BEDA. Qui autem ad dextram patris sedet, in diuersorio loco eget, vt nobis in domo patris sui multas mansiones præparet, vnde sequitur: {Quia non erat ei locus in diuersorio.} Nascitur non in parentum domo, sed in diuersorio, & in via, quia per incarnationis mysterium via factus est, qua nos ad patriam, vbi veritate & vita fruemur, adduceret. GREGORIVS. in Homilia. Et vt ostenderet, quia per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur non secundum potestatem, sed secundum naturam. AMBROSIVS. Propter te ergo infirmitas, in se potentia, propter te inopia: in ea opulentia. noli hoc æstimare quod cernis, sed quod redemeris agnosce. Plus Domine Iesu iniurijs tuis debeo, quòd redemptus sum, quàm opibus quòd creatus sum. Non prodesset nasci, nisi etiam redimi profuisset.

c ¶ AMBROSIVS. Videte quemadmodum diuina curia fidem astruat. Angelus Mariam, Angelus Ioseph, Angelus Pastores edocet. de quibus dicitur: {Et Pastores erant in Regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. CHRYSOSTOMVS: Ioseph quidem in somnis apparuit Angelus, Pastoribus autem visibiliter quasi rudioribus, non autem Angelus iuit Hierosolymam, non requisuit Scribas & Pharisæos, erant enim corrupti, & præinuidia cruciabantur. Sed hi erant synceri, antiquam conuersationem Patriarcharum & Moysi colentes. Est autem semita quædam ad Philosophiam perducens innocentiæ BEDA in Homilia. Nusquam autem in tota veteris testamenti serie reperimus Angelos, qui tam sedulo apparuere patribus, cum luce apparuisse. Sed hoc priuilegium recte huic tempori est seruatum, quando exortum est in tenebris lumen rectis corde. vnde sequitur: {Et claritas Dei circumfulsit illos.} AMBROSIVS. Ex vtero funditur, sed corruscat a cælo, terreno in diuersorio iacet, sed cælesti lumine viget. GRAECVS: Verum pauidi facti sunt in miraculo. vnde sequitur: {Et timuerunt

timore magno. Sed Angelus eum pauor ingruerit, fugat ipsum, vnde sequitur: {Et dixit illis Angelus: nolite timere.} non solum sedat terrorem, sed etiam alacritatem infundit. Sequitur enim, {Ecce enim euan.vo.gau.ma quod erit omni populo.} Non soli populo Iudæorum, sed etiam omnibus. Causa autem gaudii ostenditur: nouus & admirabilis partus manifestatur ex ipsis nominibus. Nam sequitur: {Quia natus est vobis hodie Saluator, q̃ est Christus domin'} quorum primum, id est Saluator est actionis: tertium autem, s. dominus maiestatis. CYRIL. Sed id qd in medio ponitur .i. Christus non naturã significat, sed hypostasim compositam. In Christo enim Saluatore vnctionem fore celebratam fatemur: non tamen figuralem, sicut olim in regibus ex oleo quasi ex prophetica gratia, neque ad perfectionem alicuius negocii, iuxta illud Esaiæ: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro. Qui quidquam esset idolatra, dictus est Christus vt cœlesti censura totam occuparet Babyloniorum prouinciam. Fuit autem vnctus Saluator spiritusancto credentes in forma serui. vngens autem vt Deus spiritusancto credentes in eum. GRECVS: Huius autem natiuitatis & tempus ostenditur, cum dicit: {Hodie} & locum, cum subdit: {In ciuitate Dauid.} & signa, cum subiungit: {Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.} Ecce pastoribus Angeli pastorem præcipuum prædicant tamquam agnum in antro manifestatum & editum. BEDA. Crebris autem infantia Saluatoris, & Angelorum præconiis, & euangelistarum nobis est conculcata testimonijs, vt nostris altius cordibus quid pro nobis factum sit inũgatur. Et notandum q̃ signum nati Saluatoris darur non tyrio exemplo ostro, sed pannis squalentibus inuolutum; non in ornatis auro stratoriis, sed in præsepibus inueniendum. MAXIMVS. in Sermo. Natiui. Sed si tibi panni fortassis vilescunt, Angelos collaudantes admirare. Si præsepe despicis, erige parumper oculos, & nouam in cœlo stellam protestantem mundo natiuitatem dominicam contuere. Si credis vilia, crede mirifica. Si de his quæ humilitatis sunt disputas, quæ alta sunt & cælestia venerare. GREG. in Hom. Mystice autẽ q̃ vigilantibus pastoribus Angelus apparet, eosque claritas Dei circumfulsit, hoc est q̃ illi præ cæteris videre sublimia meretur, qui fidelibus gregibus præesse sollicite sciunt: Dumque ipsi pie super gregem vigilant, diuina super eos latius gratia corruscat. BEDA: in Homi. Significat enim mystice pastores isti gregum doctores quosque, ac rectores fidelium animarum. Nox cuius vigilias custodiebant super gregem suum pericula tentationum indicat a quibus se suosque subiectos custodire non desistunt. Et bene nato domino pastores super gregem vigilant, quia natus est qui dicit: Ego sum pastor bonus, sed & tempus imminebat quo idem pastor oues suas quæ disperse erat, ad vitæ pascua reuocaret. ORI. Cæterum, si ad secretiorem oportet ascendere intellectum, dicam quosdam fuisse pastores Angelos qui res humanas regerent. Et cum horum vnusquisque suæ custodiam cõseruaret, veniſſe Angelum nato domino, & annunciasse pastoribus, q̃ verus esset pastor exortus. Angeli enim ante aduentum Saluatoris, parum poterant commissis sibi vtilitatis afferre. Vix enim aliquis vnus ex singulis gentibus credebat in Deũ, nunc autem populi accẽdunt ad fidem Iesu.

d ¶ BEDA: Ne parua vnius Angeli videretur auctoritas, post quam vnus sacramentum nouæ natiuitatis edocuit: statim multitudo cœlestium agminum affuit. vnde dicitur: {Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis.} Bene chorus aduenies Angelorum militiæ cælestis vocabulum accipit, qui & duci illi in prælio qui ad debellandas aereas potestates apparuit humiliter obsecundat, & ipse potestates easdem contrarias ne mortales tantum tentare valeant, quantum volunt fortiter armis cælestibus proturbat. quia vero Deus, & homo nascitur, iure hominib' pax, & Deo gloria canitur. vnde sequitur. {Laudantiũ Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo.} vno Angelo, vno euangelizante nuncio natum in carne Deum mox multitudo militiæ cælestis in laudem Creatoris prorumpit, vt & Christo deuotionem impendat & nos suo instruat exemplo: quoties aliquis fratrum sacræ eruditionis verbum insonuerit, vel ipsi quæ pietatis sunt ad mentem reduxerimus. Deo statim laudes corde, ore, & opere reddendas. CHRY. Et olim quidem Angeli ad puniendum mittebãtur, puta ad Israelitas, ad Dauid, ad Sodomitas, ad gemitus conual-

De incarn. uuige. ca. 1.

Inuenietis infantem pannis inuolutu, & positum in præsepio.

d Et subito facta est cum Angelo multitudo militię cœlestis, laudantium Deum, & dicentiũ: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

e Et factum est vt discesserũt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est quod fecit dominus, & ostendit nobis. & venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens

lem, nunc econtra canunt in terra gratias agentes Deo, eo q̃ suum descensum ad homines eis referauit. GREG. 28. Moral. Simul etiam laudant, quia redemptioni nostræ voces suæ exultationis accomodant, simul etiam, quia dum nos conspiciunt recipi, suum gaudent numerum impleri. BEDA. Optant etiam pacem hominibus, cũ subdunt: {Et in terra pax hominibus.} quia quos infirmos prius abiectosque despexerant, nascente in carne domino iam socios venerãtur. CYRIL. Hæc autem pax per Christum facta est. Reconciliauit.n. nos per se Deo & patri, culpam hostilem de medio auferens, duos populos in vnum hominem pacificauit, ac cælicolas, & terrenos in vnum gregem composuit. BEDA: Quibus autem hominibus pacem poscant, exponunt dicentes. {Bonæ voluntatis.} eis. s. qui suscipiunt natum Christum, non enim est pax impiis, sed pax multa diligentibus nomen Dei. ORI. Sed diligens lector inquirat, quomodo Saluator dicat: Non veni pacem mittere super terram. & nunc Angeli de eius natiuitate cantant. In terra pax hominibus. sed hoc q̃ pax esse dicitur in hominibus bonæ voluntatis soluit quæstionem. pax enim quam non dat dominus super terram, non est pax bonæ voluntatis. AVG. 13. de Trini. Pertinet enim iustitia ad bonam voluntatem. CHRY. Aspice autem mirandum processum Angelos ad nos deduxit prius, ac deinde duxit hominem ad superna. factum est cælum terra, cũ terrena deberet recipere. ORI. Mystice autem videbant Angeli se opus quod eis creditum fuerat implere non posse absque eo qui vere saluare poterat, & medicinam suam inferiorem esse q̃ hominum curam poscebat. vnde sicut si veniat aliquis archiater qui habeat summã in medicina notitiam: & illi qui prius sanari nequiuerant: cernentes magistri manu putredines cessare vulnerorum: non inuideat: sed in laudes archiatri erumpant: & dei qui sibi egrotantibus quæ tantæ scientiæ hominem miserit: sic multitudo angelorum pro Christi aduentu deum laudat.

e ¶ GRECVS: Quæ visa sunt & relata stuporem ingesserũt pastoribus, & sic ouilia sua omiserũt, & profecti sunt nocte Bethlehe, lucem indagantes Saluatoris. vnde dicitur: {Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum: pastores loquebantur adiuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & vt.hoc ver.quod fa.est. BEDA. Vere quasi vigilantes, non dixerunt videamus puerum, sed verbum quod factum est. i. uerbum quod semper erat videamus, quomodo pro nobis caro factum est, siquidem hoc ipsum verbum dominus est. Sequitur enim. {Quod fecit dominus, & ostendit nobis.} i. videamus quomodo uerbum ipsum ipse se fecerit, & ostendit nobis carnem suam. AMB. Vide q̃ singulariter scriptura singulorum libret momenta uerborum. Etenim cum caro domini uideretur, uidebatur uerbum, quod est filius, non mediocre fidei tibi hoc uideatur exemplum, non ullis persona pastorum: simplicitas enim quæritur, non ambitio desideratur. Sequitur: {Et uenerunt festinantes.} nemo enim cum desidia Christum requirit. ORI. Quia uero festinantes uenerunt, & non pedetentim, ideo sequitur {Et inuenerunt Mariam, quæ. s. fudit Iesum in partu. Et Ioseph. s. dispensatorem ortus dominici. Et infantem positum in præsepio. s. ipsum Saluatorem. BEDA: Est autem iusti ordinis, ut honore digno celebrata uerbi incarnatione, ad ipsam quandoque uerbi gloriam intuendam pertingatur, unde sequitur: {Videntes autem cogno, de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. GRECVS. Occulta. s. fide felicia relata contuetes, nec contenti de ueritate stupere quæ primitus uiderant, & perceperant Angelo nunciante. nõ solum Mariæ & Ioseph promebant, sed etiam cæteris, & quod est amplius, eorum mentibus infigebant. uade sequitur, {Et omnes q audierunt mirati sunt, & de his quæ quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Quomodo enim non erat mirandum uidere cælicolam in terrenis, & terram pace conciliari cælestibus, & ineffabilem illum infantulum numine quidem celestia, humanitate uero terrestria connectentem adinuicem, & sui compagine fœdus mirandum præstantem? GLO. Nec solum mirantur de incarnationis mysterio, sed etiam de tanta pastorum attestatione, qui fingere inaudita nescirent, sed simplici facundia uera prædicarent. AMB. Nec contemnenda putes quasi uerba uilia Prophetarum, a pastoribus, & Maria colligit fidem. unde sequitur: {Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo.} Discamus sanctæ uirgi nis in omnibus castitatem, quæ non minus ore pudica q̃ corpore,

argumenta

argumenta fidei conferebat in corde. BEDA: in Homi. Virginalis enim pudicitiæ iura custodiens, secreta Christi quæ nouerat nemini diuulgare volebat, sed conferebat ea quæ facienda legerat cum his quæ iam facta cognouit, non ore promens, sed clauso in corde custodiens. GRECVS: Quicquid etiam ei retulerat Angelus, quicquid a pastoribus audierat, cuncta congerebat in mente, & adinuicem comparans, vnam in omnibus mater sapientiæ cernebat concordiam, vere Deus erat qui natus erat ex ea. ATHANA. Singuli autē in Christi natiuitate exultabat nō humanitus, sicut in puero nato soliti sunt homines congaudere, sed in Christi præsentia & lucis diuinæ fulgore. vnde sequitur: {Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ audierant. BEDA. s. ab Angelis. {Et viderāt. s. in Bethlehem, sicut dictum est ad illos. i. in hoc glorificant, q̄ non aliud venientes inuenerant quàm dictum est ad illos, siue sicut dictum est ad illos, gloriam Deo, laudesque referunt. Etenim hoc illis facere dictum est ab Angelis non quidem verbum imperantibus: sed formam suæ deuotionis offerentibus, cum Deo in excelsis gloriam resonarent. BEDA: in Hom. Mystice autem intellectualium pastores gregum: immo cuncti fideles exemplo horum pastorum trāseant cogitatione vsque in Bethlehem, & incarnationem Christi dignis celebrent honoribus. Transeamus autem abiectis concupiscentiis carnalibus toto mentis desiderio, vsque in Bethlehem frupernam. i. domum panis viui, vt quem illi in præsepio videre vagientem, nos in patris solio mereamur videre regnantem. Nō est autem tanta beatitudo cum desidia, ac torpore quærenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. {Videntes autem, cognouerunt.} Et nos quæ dicta sunt de Saluatore nostro plena dilectione festinemus amplecti, vt hoc in futuro perfecte cognitionis visu cō prehendere valeamus. BEDA. super Lucam: Dominici etiam gregis pastores præcedentium patrum vitam, in qua panis vitę seruatur quasi Bethlehem portas contemplando subeunt, nihilque in hac aliud reperiunt, quàm virginalem ecclesiæ pulchritudinē quasi Mariam, virilem spiritualium doctorum cætum, quasi Ioseph, & humilem Christi aduentum scripturæ Paginis sacræ insertum, quasi in præsepio positum Christum infantem. ORI. Vel præsepe illud Israel erat, secundum illud Esaiæ: Cognouit bos possessorem suū, & asinus præsepe domini sui. BEDA: in Homil. Non celauere autem silentio pastores quæ agnouerant, qa ecclesiæ pastores in hoc ordinati sunt, vt quæ in scripturis dedicerunt auditoribus ostendant. BEDA. super Lucam: Magistri erāt spiritualium gregum modo cæteris dormientibus contemplando cœlestia subeunt, modo fidelium exempla quærendo circumeunt, modo ad publicum pastoralis officii docendo reuertuntur. BEDA in Homil. Vnusquisque etiam qui priuatus viuere creditur, pastoris officium tenet si bonorum actuum cogitationumque mundarum aggregans multitudinem hanc iusto moderamine gubernare scripturarum pastu nutrire, & contra dæmonum insidias seruare contendit.

f ¶ BEDA. in Homi. Expositā natiuitate dominica: subiungit euangelista, atque ait: Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur, puer. AMBRO. Quis puer, nisi ille, de quo dictum est: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, factus est. n. sub lege, vt eos qui sub lege erant lucrifaceret. EPIPHA. Dicunt autem Hebionis, & Cherinthi sequaces sufficit discipulo: fiat sicut Magister eius. Circuncidit autem se Christus, tu ergo circuncidaris. Fallunt autem destruentes sua principia. Si. enim fateretur Hebion Christum Deum cælitus descendentem octauo die fuisse circuncisum, tunc præberet circuncisioni materiam argumenti, sed cum nudum hunc asserit hominem, non puer est causa vt circumcidatur, sicut nec infantes sunt suæ circuncisionis auctores. Nos enim Deum ipsum fatemur cœlitus descendentem, & in claustro virgineo moram debitam fœtibus protraxisse, quoadusq; sibi ex vtero virgineo humanitatis carnem perfecte componeret. quia circumcisus est veraciter, non apparenter octauo die, quatenus eum ad spiritualem effectum figuræ peruenerint tam ab ipso, quàm a suis discipulis diuulgentur non vltra figuræ, sed veritas. ORI. Sicut enim mortui sumus cum illo moriente, & consurreximus resurgenti, sic cum eo circuncisi sumus. vnde nequaquam nunc indigemus circumcisione carnali. EPIPHA. Pluribus autem ex causis circūcisus est Christus. Et primo quidem vt ostendat carnis veritatem contra Manichæum, & illos qui apparenter eum dicunt prodisse. Deinde, vt pateat, q̄ nequaquam deitati consubstantiale corpus extiterit, vt fatur Apollinaris, neque cœlitus detulit illud, vt asserit Valentinus. & vt confirmet circūcisionem, quam olim instituerat eius aduentui seruientem. quinetiam vt nulla sit Iudæis excusatio: nam nisi circūcisus fuisset obiicere poterant, q̄ non possent incircūcisum Christum recipere. BEDA: in Hom. vt etiam nobis obediendi virtutem commendaret exemplo, & vt eos qui sub lege positi legis onera portare nequiuerant, sua compassione iuuaret, vt qui in similitudine carnis peccati aduenit: remedium quo caro peccati consueuerat mundari nō respuit. Idem enim salutiferæ curationis auxilium circūcisio in lege cōtra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus reuelatæ gratiæ tempore consuevit: excepto q̄ regni cœlestis ianuam nondum intrare poterant: tantū in sinu Abrahæ post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe fœlici expectabant. ATHANA. Nihil enim aliud exprimebat circūcisio, nisi generationis vetustæ spoliationem per hoc q̄ circūcidebatur pars corporis, qui corporalis natiuitatis causa exisstit. Hoc autem tunc temporis agebatur in signum futuri per Christum baptismatis. Iccirco postquàm venit signatum cessauit, figura. vbi nāque tota vetustas tollitur per baptismum, superfluum est quod partis sectio præfigurat. CYRIL. Octauo autem die consuetū erat carnalem celebrari circūcisionem. octauo enim die Christus a mortuis resurrexit, & insinuauit nobis spiritualem circūcisionē dicens: Euntes, docere omnes gentes baptizantes eos. BEDA. In eius autem resurrectione præfigurata est vtraque nostrā resurrectio & carnis, & spiritus. Christus enim circūcisus nostrā naturam docuit, & nunc per ipsum a vitiorum labe purgandam, & in nouissimo die a mortis peste restaurandam. & sicut dominus octaua die: hoc est post septimam sabbati resurrexit: ita & ipsi post sex huius sæculi ætates, & septimam sabbati animarum quæ nunc interim in alia vita geritur, quasi octauo tempore surgemus. CYRIL. Secundum autem legis præceptum eodem die impositionem nominis recepit. vnde sequitur: {Vocatū est nomen eius Iesus.} quod interpretatur Saluator. æditus enim fuit ad totius orbis salutem, quam sua circūcisione præfiguravit, secundum q̄ Apostolus dicit: Circūcisi estis circūcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis. s. in circūcisione Christi. BEDA in Hom. Sed & hoc quod eodem die suæ circūcisionis nomē accepit: ad imitationem priscæ obseruationis fecit. Abraham enim, qui primum circūcisionis sacramentum accepit, in die suæ circūcisionis in amplificatione nominis benedici promeruit. ORIGENES. Nomen autem Iesu glorioſum omnique cultu dignissimum: nomen quod est super omne nomē: non decuit primū ab hominibus appellari, neque ab eis asserri in mundum. vnde siganter euangelista subdit: {Quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.} BEDA. Huius autem nominis etiam electi in sua spirituali circūcisione participes existere gaudent, vt sicut a Christo Christiani, ita etiam a Saluatore Saluati vocentur, quod illis a Deo vocabulum non solum priusquam in vtero ecclesiæ per fidem conciperent: sed etiam ante tempora sæcularia vocatum est.

g ¶ CYRIL. Post circūcisionem rursus expectatur purgationis tempus. vnde dicitur: {Et postquàm impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi. BEDA: Si legis ipsius verba diligentius inspexeris: profecto reperies q̄ ipsa Dei genitrix, sicut a comisstione virili, sic & a legali sit iure immunis. Non enim mulier pariens: sed ea quæ suscepto semine peperit designatur immūda: rituque legis docetur esse mundanda, ad distinctionem. s. illius quæ virgo concepit, & peperit. Sed vt nos a legis vinculo soluerēmur sicut Christus: ita & beata Maria legi est sponte subiecta. TITVS. Vnde eleganter euangelista protulit, q̄ completi sunt dies purgationis eius secundum legem: nam reuera non incumbebat necessitas virgini sacræ, vt dies purgationis eius expectaretur, quæ cum ex spiritu sancto concepisset caruit coniugio. Sequitur: {Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino.} ATHANA. Sed quando a paternis aspectibus latuit dominus? aut quis locus excipitur ab eius imperio, vt ibi existendo semotus a patre sit, nisi afferatur Hierosolymam, & introducatur in templum? Sed forte causa nostri huiusmodi scripta fuit. Sicut enim non gratia sui homo factus est, & circuncisus in carne, sed vt nos per gratiam faceret Deos, & vt spiritualiter circūcidamur, sic propter nos sistitur domino, vt discamus Deo præsentare nosipsos. BEDA: Post tricesimum autem & tertium circūcisionis diem dño sistitur: mystice autem insinuans neminem nisi circuncisum vitiis: dominicis dignum esse conspectibus neminem nisi mortalitatis nexibus

ceens: {Turbata est in sermone eius.} Attende autem virginis & pudica & prudentem & animam simul & vocem. audita lætitia dictum examinauit, & neque manifeste obstitit per incredulitatem, nec statim paret ex leuitate, Eue læuitatem euitans simul & duritiam Zachariæ. vnde sequitur: {Et cogitabat qualis esset ista salutatio.} Non conceptio, nam adhuc ignorabat immensitatem mysterij, sed salutatio. numquid libidinosa, vt a viro ad virginem, an diuina? dū Dei faceret mentionem dicens: {Dominus tecum.} AMB. Benedictionis etiam nouam formulā mirabatur, quæ nusq̄ est ante comperta, soli Mariæ hoc seruabatur. ORIG. Si enim sciuisset Maria ad alium quempiam similem factum esse sermonē, vtpote quæ habebat legis scientiam, num quàm eam quasi peregrinam, salutatio exterruisset.

i ¶ BEDA. Quia salutatione insolita virginem turbatam viderat, quasi familiarius notam vocans ex nomine, ne timere debeat iubet. vnde dicitur: {Et ait ei Angelus, ne timeas Maria.} GRAECVS: quasi dicat. Non accessit decepturus, immo deceptionis absolutionem depromere. Non veni prædaturus inuiolabilem tuam virginitatem: sed conditoris puritatis & custodis contubernia referare. Non sum serpentis minister, sed perimētis serpentem legatus, sponsalium tractator, non insidiarum molitor. Sic ergo nequaquam distrahentibus ipsam considerationibus vexari permisit, ne diiudicaretur insidus minister negotij. CHRY. Qui autem apud Deum meretur gratiam, nō habet quid timeat. vnde sequitur: {Inuenisti enim gratiam apud Deum.} Qualiter autem illam qui sque reperiet, nisi humilitate mediante? Humilibus enim dat Deus gratiam. GRAECVS. Inuenit. n. gratiā virgo coram Deo, quia splendore pudicitiæ propriam exornans mam, gratum Deo se habitaculum præparauit, nec solum celibatum inuiolabilem conseruauit: sed etiam immaculatam conscie tiam custodiuit. ORI. Inuenerant enim plures gratiam ante eam: Et ideo subdit quod proprium est dicens. {Ecce concipies in vtero.} GRAECVS: Quod dicitur ecce, celeritatem & præsentiam denotat, insinuans cum eius verbo celebratam esse conceptionem. Dicit autem: {Concipies in vtero, vt demonstret domi num ab ipso vtero virginali & de nostra substantia carnem susciperе. Venit enim diuinum verbum emundaturum naturam humanam & partum, & nostrę generationis primordia. Et ideo sine peccato & humano semine per singula sicut nos in carne concipitur, & nouem mēsium spatio gestatur in vtero. GRE. Nissenus: Sed quoniam contingit speciali ter diuinum concipi spiritum, & spiritum parere salutarem secundum prophetam ideo addidit: {Et paries filium.} AMBRO. Non autem omnes sunt sicut Maria, vt dum de Spiritu sancto concipiunt, verbum pariant. Sunt autem quæ abortium exeludant verbum antequàm pariant. Sunt quæ in vtero Christum habeant: sed nondum formauerint. GREG. Nissenus: Cum autem expectatio partus mulieribus timorem incutiat, sedat timoris metum dulcis partus relatio, cum subditur: {Et vocabis nomen eius Iesum.} Saluatoris. n. aduentus est cuiuslibet timoris propulsio. BEDA: Iesus autem Saluator siue salutaris interpretatur. GRAECVS: Dicit autē, tu vocabis non pater, patre. n. caret quantum ad inferiorem generationem, sicut & matre respectu superna. CYRIL. Hoc autē nomen de nouo fuit verbo impositum natiuitati congruens carnis, secundum illud propheticum: Vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit. GRAECVS. Verum quia hoc nomen cōe est sibi cum successore Moysi: iccirco innuens angelus, q̄ non erit s̄m illius similitudinem subiungit: {Hic erit magnus.} AMBRO. Dictum est quidem etiam de Ioanne quia erit magnus, sed ille quasi homo magnus, hic quasi Deus magnus. Late. n. tenditur Dei virtus: late cælestis substantiæ magnitudo porrigit. non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æstimatione concluditur, non ætate variatur. ORI. Vide ergo magni iudinem saluatoris quomodo in toto orbe diffusa sit. ascende in cælos, quo cælestia repleuerit. descende cogitatione ad abyssos & vide eum illuc descendisse. si hoc videris, pariter intueberis opere completum, {hic erit magnus.} GRAECVS: Neque carnis assumptio deitatis derogat celsitudini, immo potius humanitatis humilitas sublimatur. vnde sequitur: {Et filius altissimi vocabit.} Non vtiq; tu impones vocabulum, sed ipse vocabitur. a quo nisi a consubstantiali genitore? nullus. n. filium nouit nisi pater. Penes quem vero infallibilis est notitia geniti, nec verus interpres est er ga impositionem congruam nominis, propter quod dicit: Hic est filius meus dilectus. ab æterno si quidem est quàmuis nunc ad nostram doctrinam nomen eius patuerit. Et ideo ait, vocabitur, non fiet vel generabitur. nam & ante sæcula fuerat consubstantialis patri. Hunc ergo cōcipies, huius mater efficieris, hunc virginalis cella concludet, cuius cæleste spatium capax non extitit. CHRY. Cæterum siquidem enorme quibusdam vē, Deū habitare corpus. Nonne sol cuius est corpus sensibile quoq; radios mittit, non leditur in propria puritate? Multo ergo magis iustitiæ sol ex vtero virginali mundissimum corpus assumens, non tā tum cōtaminatus nō

Hom. 6.

i Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabit. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis.

K Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

est: imo ēt ipsam matrem sanctiorem ostēdit. GRAE. Et vt virginem redderet memorem Prophetarū subdit: {Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius.} vt nosca liquido, q̄n qui nasciturus est ab ea ipse est Christus quem illi promiserunt ex Dauid semine nasciturum. CYRIL. Non tn ex Ioseph est editum corpus Christi mundissimum, secundum. n. vnam lineam cognationis profluxerant Ioseph & virgo, ex qua formam humanitatis vnigenitus sumpsit. BASI. Non autem in materiali sede Dauid sedit dñs translato Iudaico regno ad Herodem, sed sedē appellat Dauid, in qua resedit dñs indissolubile regnum. vnde sequitur: {Et regnabit in domo Iacob in æternū.} CHRY: Dicit autem ad præsens domum Iacob eos, qui de numero Iudæorum crediderūt in illū. Vt. n. Paulus dicit: Non omnes qui ex Israel sunt, hij sunt Israelitæ, sed qui sunt filij promissionis cōputantur in semine. BEDA. Vel domum Iacob totā Ecclesiam dicit, quæ vel de bona radice nata, vel cum oleaster esset, merito tn fideri in bonam est inserta oliuam. GRAE. Nullius aūt est i æternū regnare, nisi Dei solius, quo sit vt etsi p̄ incarnationem dicatur Dauid sedē accipere: tn idē ipse inquantum Deus rex æternus agnoscitur. Sequitur: {Et regni eius non erit finis.} non solum inquantum Deus est: sed etiam in eo q̄ homo. & in p̄senti quidem habet regnum multorum, finē vero vniuersorū, cum ei oia subiciant. BEDA. Omittat ergo Nestorius dicere hoiem tn ex virgine natū, & hunc a verbo Dei non in vnitate p̄sonæ esse receptū. Angelus. n. qui eundem ipsum patrem habere Dauid, qué filiū altissimi vocari p̄nuntiat, in duabus naturis vnā Christi p̄sonam demonstrat. Non aūt ideo futuri tpis verbis Angelus vtitur, quia secundum hæreticos Christus ante Mariam non fuerit, sed quia secundum eādem p̄sonam homo cum Deo idem filij nomen sortitur.

K ¶ AMBR. Neq; nō credere angelo Maria debuit, neq; tam temere vsurpare diuinā. vnde dr: {Dixit aūt Maria ad Ange. Quō fiet istud?} Temperatio est ista mīo q̄ verba Sacerdotis. Hæc ait: {Quō fiet istud?} Ille rndit, vn hoc sciam? Negat ille se credere, & quasi fidei adhuc aliū quærit authorē. Ista se facere profiterur, nec dubitat esse faciēdum, quod quō fiat inquirit: Legerat Maria: Ecce cōcipiet in vtero, & pariet filium. ideo credidit futurū, sed quō fieret ante non legerat. non. n. quemadmodum fieret, vel Prophetæ tanto fuerat reuelatum, tn. n. mysterium nō hois fuit: sed Angeli ore promendum. GRE. Nisenus: Attēde etiam mūdæ virginis vocem, partum annūciat Angelus: ipsa vero virginitati inniti tur, p̄stantiorē incorruptibilitatem Angelica visione diiudicans. vnde dicit: {Q̄n virum nō cog.} BASI. Cognitio multifariæ dr. dr enim cognitio nostri conditoris sapientia, ac magnalium suorum notitia, nec non mandatorum custodia, & quæ sit apud eum appropinquatio & copula nuptialis, vt hic accipitur. GREGO. Nissenus: Hæc igitur Mariæ verba indicium sunt eorum quæ tractabat in mentis archano: nam si causa copulæ coniugalis Ioseph desponsari voluisset, cur admiratione ducta est dum sibi narratur conceptio? cum nimirum ipsa præstolaretur ad tempus mater effici iuxta legis naturam. Verum quia oblatum corpus Deo quasi quodam ex sacris inuiolabile reseruari decebat. & ideo dicit: {Quoniam virum non cognosco.} quasi dicat. Etsi is Angelus, tamen quòd virum cognoscam, ex impossibilibus cernitur. qualiter igitur mater ero carens coniuge? Ioseph quidem in sponsum agnoui. GRAECVS. Sed considera qualiter virgini soluit dubium Angelus, ac explanat intemeratum connubium & ineffabilem partum. Sequitur enim: {Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te.} CHRY. quasi dicat. Non quæras ordinem naturalem vbi naturam transcendunt & superant quæ tractantur. Dicit: {Quō fiet istud, q̄n virum non cognosco?} quinimmo eo ipso cōtinget, q̄ es cōiugis inexperta. nam si virum experta fuisses, nō digna censeris hoc mysterio, non quia poophanum sit cōiugium, sed quia virginitas potior. Decebat enim communem omnium dominū, & in

Universidad de Deusto Biblioteca

natiuitate nobiscum participare,& ab ea discrepare.q̄p.n.ex vtero nasceretur,habuit commune nobiscum. q̄p autem absque concubitu nasceretur, plus a nobis obtinuit q̄ beatum corpus illud quod ob exuberantem munditiam virginis Mariæ, vt videtur donum animæ ad seipsum allexit. In singulis.n.cæteris vix vtique anima syncera Sancti spiritus impetrabit præsentiam:sed nunc caro receptaculum efficitur spūs. GREG. Nissenus: Tabulas.n. nostræ naturæ quas culpa confregerat, de nuo verus legislator de terra nostra sibi dolauit, absq; cõcubitu diuinitatis suę corp' susceptibile creans, quod diuinus digitus sculpsit,s.spiritus superueniens virgini.

l Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuū. Et discessit ab illa Angelus.

CHRY. Insuper & virtus altissimi obumbrabit tibi, Altissimi regis virtus Christus est,qui per aduentum Spiritussancti formatur in virgine. *Cap. 12.* GREG. 18.Moralium. Per obumbrationis.n. vocabulum incarnandi Dei, vtraque natura significatur, vmbra enim a lumine formatur & corpore. Dominus autem per diuinitatem lumen est:quia ergo lumen incorporeum in eius erat vtero corporandum,recte ei dicitur: Virtus altissimi obumbrabit tibi,i. corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis:hoc enim Mariæ dicitur propter mentis refrigerium cælitus datum. BEDA: Non ergo virili quod non cognoscis semine, sed Spiritussancti quo impleris opere concipies,concupiscentiæ in te non erit æstus,vbi vmbram faciet Spiritussanctus. GREG. Nissenus. Vel dicit. {Obūbrabit tibi.} quia sicut corporis vmbra præcedentium charactere conformatur:ita indicia deitatis filij ex virtute generandi patebunt.Sicut enim in nobis quædam viuifica virtus in materia corporali conspicitur qua homo formatur, sic in virgine altissimi virtus per viuificantem spiritum pariter corpori insitam materiam carnis ex virgineo corpore ad formandum nouum hominem assumpsit.vnde sequitur:{Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum. *In epist. ad Epictetum.* ATHANA. Profitemur.n.quoniam naturæ humanæ assumptum ex Maria corpus verissimum extitit, & idem secundum naturam corpori nostro,soror namque nostra Maria est, cum omnes ab Adam descenderimus. *Lib.de Spi. sag.cap.5.* BASIL. Vnde & Paulus dicit. Quoniam misit Deus filium suum natum nō per mulierem, sed ex muliere. Nam hoc quod dico per mulierem transituram poterat indicare natiuitatis sententiam. quod autem dicitur, ex muliere, manifestat communionem naturæ geniti respectu parentis. *Cap. 35.* GREG. 18. Mora. Ad distinctionem autem nostræ sanctitatis Iesus singulariter sanctus nasciturus asseritur. nos quippe etsi sancti efficimur,non tamen nascimur,quia ipsa naturæ corruptibilis cognatione constringimur. ille autem solus veraciter sanctus natus est,qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non est,qui non sicut Hæreticus desipit, alter in humanitate, alter in deitate est.vt purus homo conceptus atque æditus, & post per meritum vt Deus esset accepit, sed nuntiante Angelo & adueniente spiritu,mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro.vnde sequitur: Vocabitur filius Dei. THEOPHI. Vide quomodo sanctam Trinitatem declarauit,non solum Spiritumsanctum commemorans,sed et virtutem,idest filium, & altissimum scilicet patrem.

l ¶ CHRYSO. Quoniam præcedens dictum superabat virginis mentem,ad humiliora declinauit sermonem, per sensibilia ipsi suadēs.Vnde dicit: {Et ecce Elisabeth cognata tua.} Animaduerte Gabrielis industriam, non memorauit eam. Saræ vel Rebeccæ vel Rachelis,quia antiquiora erant exempla,sed imminens factum inducit, vt eius mentem corroboret, & ob hoc & ætatem commemorauit,cum dicit: {Et ipsa concepit filium in senectute sua.} Et defectum naturæ. Sequitur enim.{Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis.} Non enim a principio conceptus Elisabeth statim annunciauit: sed acto sex mensium spatio,vt tumor ventris perhibeat argumentum. GREGO. Nazanzenus.Sed quærit aliquis: Qualiter ad Dauid Christus refertur? Siquidem Maria de sanguine manauit Aaron,cuius cognatam Angelus Elisabeth asseruit, sed hoc nutu superno contigit, vt regium genus Sacerdotali stirpi iungeretur, vt Christus qui rex est & Sacerdos, ab vtrisque s̄m carnem nasceretur.Legitur etiam in Exodo: quoniam Aaron primus secundum legem Sacerdos duxit ex tribu Iudæ coniugem Elisabeth filiam Aminadab, & attende sacratissimā spiritus administrationem, dum & hanc Zachariæ coniugem statuit Elisabeth vocari, reducens nos ad illam Elisabeth quam duxerat Aaron. BEDA. Sic ergo,ne virgo se parere posse diffidat,accepit exemplum sterilis anus pariturę,vt discat omnia Deo possibilia, etiam quæ naturæ ordine videntur esse contraria. vnde

F sequitur:{Quia nō erit impossibile apud Deum omne verbum.} CHRY. Ipse nāque cum sit naturę Dn̄s cuncta potest cum velit, qui cuncta peragit & disponit,vitæ mortisque lora gubernans. *Lib.26.c.* AVG. contra Faustum: Quisquis autem dicit: Si omnipotens Deus est,faciat vt ea quæ facta sunt, facta non fuerint,non percipit se dicere,vt ea quę vera sunt, eo ipso quòd vera sunt falsa sint. Potest.n.facere,quòd aliquid non sit quod erat, velut cum aliquem qui cœpit esse nascendo, faciat non esse moriendo. Quis autem dicat, vt id q̄d iam non est, faciat nō esse? quicquid enim præteritum est, iam G non est,si de ipso fieri aliquid potest,adhuc est de quo fiat. Et si est, quomodo præteritum est? non ergo est quod vere diximus fuisse. sed ideo verum est illud fuisse,quia in nostra sententia verum est, non in ea re quæ iam non est: hanc autem sentētiam Deus falsam facere non potest. Omnipotentem autem Deum non ita dicimus ac si eum etiam mori posse credamus. Ille plane omnipotens vere solus dicitur,quod vere est, etiam a quo solo est quicquid aliquo modo est. AMBRO. Vide autem humilitatem Virginis,vide deuotionem. Sequitur enim.{Dixit au.Ma. Ecce anc.Domini.} Ancillam se dicit quæ mater eligitur,nec repentino exaltata promisso est.Mitem.n.humilemq; paritura, humilitatem debuit etiā ipsa præferre.simul etiam ancillam se dicendo, nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ vendicauit, quin faceret quod iuberetur.vnde sequitur:{ Fiat mihi secundum verbum tuum. } Habes obsequium,vide votum. {Ecce ancilla Domini.} apparatus officij est: {Fiat mihi s̄m verbum tuum.} conceptus est voti. EVSEB. H Alius aliud quiddam in præsenti sermone Virginis extollet apicibus, hic quidem constantiam, hic obedientiæ promptitudinem, alius quòd non allecta est tam splendidis, & arduis per magnum Archāgelum promissis pollicitis, alius quòd non excessit modum in dando instantias, sed æqualiter cauit & Euæ læuitatem & Zachariæ inobedientiam, mihi autem humilitatis profunditas non minus conspicitur admiranda. *Cap.35.* GREG. 18.Mo. Per ineffabile nāque sacramentum concepto sancto partu inuiolabili secundum veritatem vtriusque naturæ,eadem virgo ancilla Domini fuit & mater. BEDA: Accepto autem virginis consensu,mox Angelus cælestia repetit. vnde sequitur: {Et discessit ab illa Angelus.} EVSE. Non solum impetrans quod optabat, sed stupens in virginea forma & virtutis plenitudine.

m Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in mōtana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est vt audiuit salutationē Marię Elisabeth, exultauit infans in vtero eius. Et repleta est Spiritusancto Elisabeth: & exclamauit voce magna & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi,vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino.

n Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.

o Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.

m ¶ AMBR. Angelus cū abscondita nūtiaret vt fides astrueretur,exēplo fœminæ sterilis cōceptū Virginis nūtiauit. Vbi hoc I audiuit Maria,nō quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nūtio,nec quasi dubitans de exēplo,sed quasi læta pro voto,religiosa p̄ officio,festina p̄ gaudio in mōtana p̄rexit.vnde dr̄: {Exur.aūt ma.in die.il.abi.in montana.} *Hom. 7.* Quo.n.iam Deo plena,nisi ad superiora cum festinatione conscenderet? ORIG. Iesus.n.qui in vtero illius erat,festinabat adhuc in ventre matris Ioannē positū sanctificare.vnde sequit:{Cū festinatione.} AMBR. Nescit tarda molimina Spūsāct gr̄a. Discite virgines non circūcursare p̄ alienas ædes,non demorari in plateis,non aliquos in publico miscere sermones. THEO. Propter hoc abijt in mōtana, q̄a Zacharias in montanis habitabat.vnde sequit:{In ci Iu.& intra.in do.Zacha.} AMBR. Discite vos sc̄tē mulieres sedulitatem quam p̄gnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam autē quæ sola in intimis penetralibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non a studio asperitas montium,non ab officio prolixitas itineris retardauit. Discite etiam virgines humilitatem Mariæ, venit pro- K pinqua ad proximam,iunior ad seniorem, nec solum venit, sed & prior salutauit.vnde sequitur: {Et salu. Elisabeth.} Decet enim, vt quanto castior virgo,tanto humilior sit,noueritque deferre senioribus.Sit magistra humilitatis,in qua est professio castitatis.Est etiam causa pietatis,quia superior venit ad inferiorem,vt inferior adiuuetur,Maria ad Elisabeth, Christus ad Ioannem. CHRY. super Matthæum. Vel aliter:celabat quæ supradicta sunt in se virgo, ne cuiquàm hominum pandit: non enim credebat ab alijs posse fidem adhiberi mirandis relatibus: immo magis putabat se pati conuitia,si diceret, quasi volens scelus proprium palliare. GRAECVS: Ad solam autem refugit Elisabeth, sic enim consueuerat propter cognationem,& propter cæteram huiusmodi coniūctionem. AMBROSIVS. Cito autem euentus Mariæ & præsentiæ dominicæ beneficia declarantur. nam sequitur: {Et fac.est vt audiuit saluta.Mar.Elisabeth exul.inf.in vte.eius.} Vide distinctionem, singulorumque verborum proprietates, vocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. illa

illa naturæ ordine audiuit iste exultauit ratione mysterij. illa Mariæ,iste Domini sensit aduentum. GRAECVS. Propheta.n. parente acutius videt & audit,salutatq; prophetatum:sed quoniā verbis non poterat,saltat in vtero,quod maximum existit in gaudio.Quis vnq̄ nouit tripudium natiuitate antiquius? Insinuauit gratia q̄ naturæ ignota exciterāt, reclusus ventre miles agnouit Dominum ac regem oriturum,ventris tegmine non obstante mysticæ visioni.inspexit.n.non palpebris, sed spiritu. ORIG. Non autem antea repletus fuerat spiritu donec assisteret quæ Christum gerebat in vtero. tunc autem & spiritu erat plenus, & resultabat in parente.vnde sequitur. {Et repleta est Spiritusancto Elisabeth.} Non autem dubium est,quin quæ tunc repleta est Spiritusancto, propter filium sit repleta. AMBRO. Illa autem q̄ se occultauerat & conceperat filium, iactare se cœpit, quia gerebat Prophetam,& quæ erubescebat ante,benedicit.vnde sequitur: {Et excla.vo.mag.& dixit. Bn̄di.tu inter mulieres.} Magna voce clamauit, vbi Domini sensit aduentum, quia religiosum credidit partum. ORIG. Dicit autem: {Benedicta tu inter mulieres.} Nulla enim vnq̄ tantę fuit gratiæ particeps aut esse poterit,vnius enim diuini germinis parens est vnica. BEDA. Eadem autem voce ab Elisabeth qua a Gabriele benedicitur,quatenus & Angelis & hominibus veneranda monstretur. THEO. Quia vero aliæ sanctæ mulieres fuerunt, quæ tamen genuerunt filios peccato inquinatos subiungit: {Et bene.fru.ven.tui.} Vel aliter intelligitur:dixerat: {Benedicta tu inter mulieres.} Deinde quasi interrogante aliquo quare subiungit:{Et bn̄.fru.ven.tui.}sicut dicitur in psalmo: Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit nobis.Consueuit enim sacra scriptura, & pro quia recipere. ORIGE. Fructum autem ventris Dei genitricis dominum dixit: quia nequaq̄ ex viro sed ex sola Maria processit, nam qui semen sumpserunt a patribus, fructus eorum existunt. GRAECVS. Solus ergo hic fructus benedictus, quia absque viro & absque peccato producitur. BEDA. Iste est fructus,qui Dauid promittitur: De fructu ventris tui ponam super sedē tuā. SEVERVS. In qua parte emergit Eutycis redargutio, dum fructus ventris Christus asseritur.Omnis.n.fructus est eiusdem naturæ cum planta.vnde & virginem relinquitur eiusdem fuisse naturæ cum secundo Adam qui tollit peccata mundi.Sed & qui phātasticam opinionē de carne Christi confingunt, in vero Dei genitricis partu erubescant, nam ipse fructus ex ipsa substantia processit arboris, vbi sunt etiam dicentes, quasi per aqueductum Christum transisse per virginem, aduertant ex dictis Elisabeth, quam repleuit spiritus, Christum fructum fuisse ventris.Sequitur:{Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? AMBRO. Non quasi ignorans dicit:scit.n.esse sancti Spiritus gratiam & operationem, vt mater Domini matrem prophetæ ad profectum sui pignoris salutet:sed quasi non humani hoc meriti,sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat.Ita dicit: {Vnde hoc mihi,}hoc est,qua iustitia, quibus factis, pro quibus meritis? ORIG. Conuenit autem hoc dicens cum filio: nam & Ioannes indignum se sentiebat aduentu Christi ad ipsum.Matrem autem Domini nuncupat adhuc virginem existentem, præoccupans euentum ex dicto prophetico. Diuina autem promissio duxerat Mariam ad Elisabeth, vt Ioannis testimonium ab vtero perueniret ad Dominum.& tūc enim Ioannem Dominus in Prophetam constituit. vnde sequit: {Ecce.n.vt fa.est vox salu. tuæ in auri.me.exul.in.in vte. meo.} AVG. ad Dardanum: Hoc autem vt diceret sicut Euangelista prælocutus est, repleta est Spiritusancto, quo proculdubio reuelante cognouit quid illa exultatio significasset. infantis.n.illius venisse matrem cuius ipse præcursor & demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantæ a maioribus cognoscendæ non a paruulo cognitæ. non enim dixit: Exultauit in fide infans in vtero meo, sed exultauit in gaudio.Videmus autem exultationem non solum paruulorum,sed etiam pecorum.non vtique de aliqua fide vel religione, vel quacumque rationabili cognitione venientem, sed hæc inusitata & noua extitit, quia in vtero & eius aduentu quæ omnium Saluatorem fuerat paritura. Ideo hæc exultatio, & tanquàm matri Domini reddita resalutatio sicut solent miracula fieri,facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante, quàmquàm etiam si vsque adeo in illo puero est acceleratus vsus rationis & voluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, & consentire. Etiam hoc in miraculis habendum diuinæ potentiæ, non ad humane trahendum exemplar naturæ. ORIGEN. Venerat autem ma-

A ter Domini visura Elisabeth miraculosum conceptnm quem retulerat Angelus,vt per hoc sequatur credulitas potioris ad virginem manaturi. Et ad hanc fidem facit sermo Elisabeth dicentis: { Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino.} AMBRO. Vides minime dubitasse Mariam sed credidisse: & ideo fructum fidei consecutam. BEDA. Nec mirum si Dominus redēpturus mundum, operationem suam inchoauit a matre, vt per quā salus omnibus parabatur, eadem persona fructū salutis hauriret ex B pignore. AMBROSIVS. Sed & vos beati qui audiuistis & credidistis. quæcumque enim crediderit anima, & concipit & generat Dei verbum & opera eius agnoscit. BEDA. Omnis autem anima quæ verbum Dei mente concepit,virtutum statim celsa cacumina gressu conscendit amoris, quatenus ciuitatem Iuda,idest confessionis & laudis arcem penetrare & vsque ad perfectionem fidei,spei, & charitatis, quasi tribus in ea mensibus valeat commorari. GREGORIVS. super Ezech. Simul & de præterito & de præsenti & de futuro per Prophetiæ spiritum tacta est, quæ & eam promissionibus Angeli credidisse cognouit, & matrem nominans quia redemptorem humani generis in vtero portaret intellexit, etiam cum omnia perficienda prædiceret, quid etiam de futuro sequeretur aspexit.

n ¶ AMBROSIVS. Sicut peccatum a mulieribus cœpit, ita & bona a mulieribus inchoantur. vnde non ociosum videtur, quòd & ante Ioannem Elisabeth prophetizat, & Maria ante Domini generationem. Sequitur autem vt Mariæ quo C persona melior, eo prophetia sit plenior. BASILIVS. Virgo enim intentione sublimi ac speculatione profunda immensitatem contemplans mysterij quasi profundius gradiens magnificat Deum. vnde dicitur: { Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum.} GRAECVS: quasi diceret: Mirabilia quæ Deus prænunciauit in meo corpore exercebit, sed anima mea infructuosa apud Deum non erit. Conuenit autem mihi & voluntatis fructum afferre, nam quantum amplo doceor miraculo, tantum teneor glorificare in me mirabilia operantem. ORIG. Si autem Dominus nec augmentum nec detrimentū recipere potest, quid est quod Maria loquitur: { Magnificat anima mea Dominum?} Sed si considerem Dominum Saluatorem imaginem esse inuisibilis Dei,& animam factam ad eius imaginem vt sit imago imaginis, tunc videbo quoniam in exemplo eorum, qui solent imagines pingere, quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis D efficitur, & ipse Dominus cuius imago est in anima mea magnificatur.

o ¶ BASILIVS. Primus spiritus fructus est pax & gaudium. Quia ergo virgo sancta totam sibi hauserat spiritus gratiam,merito subiungit: { Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.} Idem animam dicit & spiritum. Consueta autem in scripturis exultationis prolatio, insinuat alacrem quendam & iocosum habitum animæ in his qui digni sunt. Proinde virgo exultat in Domino ineffabili cordis tripudio, & resultatione in strepitu honesti affectus. Sequitur: { In Deo salutari meo.} BEDA. Quia eiusdem Iesu,idest Saluatoris, spiritus virginis æterna diuinitate lætatur, cuius caro temporali conceptione fœtatur. AMBROSIVS. Magnificat ergo anima Mariæ Dominum,& exultat spiritus eius in Deo,eo quòd anima & spiritu patri filioque deuota, vnum Deum per quem omnia pio E veneretur affectu. Sit autem in singulis Marię anima, vt magnificet Dominum. Sit in singulis spiritus Mariæ vt exultet in Domino.Si secundum carnem vna mater est Christi. secūdum fidem tamen omnium fructus est Christus. Omnis enim anima accipit Dei verbum: si tamen immaculata & immunis a vitijs sit,& intemerato castimoniam pudorem custodiat. THEOPHIL. Ille autem Deum magnificat, qui digne sequitur Christum, & dum Christianus vocatur, Christi non minuit dignitatem, magna & cælestia operando, & tunc spiritus eius, idest spirituale chrisma exultabit, idest perficiet, & non mortificabitur. BASILIVS. Siquando vero lux in cor suum irrepserit, & ad Deum diligendum & contemnenda corporea, per illam obscuram & breuem imaginem perfectam perceperit iustorum conscientiam absque vlla difficultate consequetur in Domino gaudium. ORIGEN. Prius autem anima magnificat dominum vt postea exultet in Deo, nisi enim antea crediderimus exultare non possumus.

Universidad de Deusto Biblioteca

p Quia respexit humilitatem, ancillę suę, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

q Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

r Et misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

f Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

t Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

v Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

x Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula.

e ¶GRAECVS expositor: Causam manifestat cur se magnificare Deum deceat, ac exultare in illo dicens: {Quia respexit humilitatem ancillæ suæ} quasi diceret: Ipse prouidit non ego expectaui, humilibus eram contenta. Nunc autem ad ineffabile consilium eligor, & exaltor de terra ad sidera. AVGV. in Serm. de Assum. O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta est Mariæ humilitas scala cęlestis, per quam Deus descendit ad terras. Quid enim est dicere respexit, nisi approbauit? Multi.n. videntur in conspectu hominum humiles esse, sed eorum humilitas a Domino non respicitur. Si enim veraciter humiles essent, deinde ab hominibus non se laudari vellent, non in hoc mũdo, sed in Deo spiritus eorũ exultaret.
Hom. 8. ORIG. Sed quid humile atq; deiectum, quæ Dei filium gestabat in vtero? Sed considera quoniam humilitas in scripturis vna de virtutibus prædicatur, quæ a Philosophis ἀτυφία atyphia siue μετριότης metriotis dicitur. Sed & nos eam possumus appellare quodam circuitu, cum aliquis non est inflatus, sed ipse se deiicit. BEDA. Cuius autem humilitas respicitur recte beata ab omnibus cognominatur. vnde sequitur: {Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. ATHANA. Si enim secundum Prophetam beati sunt qui habent semen in Syon, & proximos in Hierusalem, quantum debet esse præconium diuinæ ac sacrosanctę virginis Mariæ, quæ secundum carnem verbi genitrix est effecta? GRAECVS. Non autem se beatam appellat inani vexata gloria. vnde enim focus in ipsa superbiæ, quæ se ancillam Domini nuncupauit? sed sacro tacta spiritu quæ futura sunt præsciuit. BEDA. Decebat enim, vt sicut per superbiam primi parentis mors in mundum intrauit, ita per humilitatem Mariæ vitæ introitus videretur. THEOPHIL. Et ideo dicit: {Omnes generationes.} non solum Elisabeth, sed etiam omnes credentium nationes.

q ¶THEO. Ostendit virgo non per suam virtutem se beatã prædicandam, sed causam assignat dicens: {Quia fe. mihi mag. qui po. est.} Quæ tibi magna fecit? Credo vt creatura ederes creatorem, famula Dominum generares, vt per te mundum Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reuocaret. TITVS: Quomodo vero magna, nisi quòd manens illibata concipio, superans nutu Dei naturam? Digna reputata sum viro, non quomodocũq; genitrix effici, sed vnigeniti Saluatoris. BEDA. Respicit autem hoc ad initium carminis vbi dictum est: Magnificat anima mea Dominum. Sola enim anima illa cui Dominus magna facere dignatur, dignis eum præconijs magnificare potest. TITVS: Dicit autem: {Qui potens est.} vt siquis diffidat in conceptionis negotio, dum virgo manens concepit, retorqueat miraculum ad potentiam operantis. Nec quia vnigenitus accessit ad fœminam, ex hoc inquinatur, {quia sanctum est nomen eius.} BASIL. Sanctum vero dicitur nomen Dei, non quia in syllabis quandam significatiuam virtutem contineat, sed quia quomodolibet Dei speculatio sancta dignoscitur & syncera. BEDA: Singularis enim potentiæ culmine transcendit omnem creaturam, & ab vniuersis quæ fecit lege segregatur, quod Græca locutione melius intelligitur. In quo ipsum verbum quod dicit Agion, quasi extra terram esse significat.

r ¶BEDA. A specialibus se donis ad generalia Dei iudicia conuertens, totius humani generis statum describit subdẽs: {Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.} quasi dicat. Non solum mihi fecit magna qui potens est: sed & in omni gente qui timet Deum acceptus est illi. ORIGE. Misericordia enim Dei. non in vna generatione, sed in sempiternum extenditur a generatione in generationem. GRAECVS: Et misericordia eius quam habet in generatione generationum, ego concipio, ac ipse corpori animato coniungitur, nostram tractans salutem solius intuitu pietatis. Miseretur autem non qualitercũque: sed his quos timor eius compescuit in qualibet natione. vnde dicitur: {Timentibus eum.} qui scilicet pœnitentia ducti, & ad fidem & pœnitentiam conuertuntur. nam qui obstinati sunt, incredulitatis vitio clauserunt sibi ianuam pietatis. THEOPH. Vel per hoc innuit, quòd timentes misericordiam consequentur in generatione ista, idest in præsenti sæculo, & futuram, idest in sæculo futuro. In hoc sæculo centuplum accipientes, in illo

F vero multo maiora.

f ¶BEDA: Humani generis statum describens, quid superbi & quid humiles mereantur ostendit dicens: {Fecit poten. in bra. suo, idest in ipso Dei filio. sicut enim tuum brachium est quo operaris, sic brachium Dei dictum est eius verbum, per quod operatus est mundum. ORI. Timentibus autem se fecit potẽtiam in brachio suo, quia licet infirmus ad Deum accesseris, si timueris eũ promissam virtutem cõsequeris. THEO. In brachio suo, scilicet eius filio incarnato {potentiam fecit} quia natura deuicta est, virgine pariente, & Deo humanato. G GRAECVS: Vel dicit: Fecit pro faciet potentiam, non vt dudum per Moysen contra Aegyptios, nec per Angelum, puta quando multa milia rebellium prostrauit Assyriorum. nec quoquàm alio mediante, nisi in proprio brachio triũphum docuit intelligibiles hostes superando. vnde sequitur: {Dispersit super. men. cordis sui} scilicet quamlibet mentem elatam non parentem eius aduentui, quinetiam aperuit & vitiosas ostendit superbas cogitationes eorum. CYRIL. Magis autem proprie de dæmonum hostili caterua intelligenda sunt hæc: hos enim sæuientes in terra dissipauit adueniens Dominus, & compeditos ab eis obedientiæ suæ restituit. THEOPHI. Potest hoc etiã de Iudæis intelligi, quos in omnem dispersit regionem, sicut nunc dispersi sunt.

t ¶BEDA: Quod dixit: {Fecit potentiam in brachio suo.} & quod præmiserat: {Et misericordia eius a proge. in proge.} his versiculis per singula continuata est annectendum, quia. s. per omnes H sæculi generationes & perire superbi & humiles exaltari, pia iustaq; diuinæ potentiæ dispensatione non cessant. vnde dicitur: {Depo. po. de se. & exaltauit humiles. CYRIL. Magna sapiebant dæmones & diabolus, gentilium sapientes, Pharisæi & Scribæ, hos tamen deposuit, erexitq; humiliantes se sub potenti manu Dei, dans illis virtutem calcandi serpentes & scorpiones, omnemque potestatem inimici. Erant & quandoque Iudæi potestate superbi, sed prostrauit hos incredulitas, ex gentibus autem ignobiles & humiles per fidem ad apicem conscenderunt. GRAEC. Deitatis enim tribunal noster intellectus esse cognoscitur, sed iniquę virtutes post transgressionem incubuerunt præcordijs protoplasti tanquàm in proprio solio. Ob hoc ergo venit Dominus, & spiritus iniquos eiecit a sedibus voluntatum, & prostratos a dæmoniis exaltauit, eorum conscientias purgans & eorum mentem statuens propriam sedem.

v ¶GLO. Quia humana prosperitas præcipue in honoribus I potentatuum, & in abundantia diuitiarum consistere videtur, post deiectionem potentium & exaltationem humilium de diuitum examinatione & pauperum repletione mentionem facit di. {Esu. imp. bo. & di. di. ina.} BASI. super Psal. Disponit quidem nos præsens verbum etiam quo ad sensibilia edocens rerum mundanarum incertitudinem. Caduca siquidem sunt hæc, sicut vnda quæ ab impetu ventorum hincinde diffunditur. Intellectualiter autem sumẽdo esuriebat genus humanum exceptis Iudæis, hos nãque ditauerat legis traditio & Sanctorum dogmata Prophetarum. Quia vero non humil'r hæserunt verbo humanato dimissi sunt inanes, nihil deferentes, nõ fidem, non sciam, & spe bonorum priuati sunt, & a terrena Hierusalẽ, & a vita futura exclusi. Quos vero de gentibus fames & sitis contriuerat, cum hæsissent Domino repleti sunt spiritualibus bonis. GLO. Qui etiam æterna toto studio quasi esurientes desiderant, saturabuntur, cum Christus apparuerit in gloria, sed qui terrenis gaudent in fine totius beaK titudinis inanes dimittentur.

x ¶GLO. Post generalem diuinæ pietatis & iustitiæ commemorationem ad singularem nouæ incarnationis dispensationem conuertit verba dicens: {Suscepit Israel puerum suum.} quasi medicus ægrum, visibilis inter homines factus vt faceret Israel, idest videntem Deum puerum suum. BEDA. Obedientem. s. & humilem, nam qui contemnit humiliari, non potest saluari. BASI. Israel. n. dicit non materialem quem sola nobilitabat appellatio, sed spiritualem qui nomen fidei retinebat habẽs oculos tendentes ad Deum videndum per fidem. Potest etiam ad Israel carnalem hoc adaptari, cum ex eo infiniti crediderunt. Hoc autem fecit {recordatus misericordiæ suæ.} hoc enim impleuit quod Abrahæ promisit di. Quoniam benedicentur in semine tuo omnes cognationes terræ. Huius ergo promissionis Dei

y Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

z Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabãtur ei.

a Et factum est, in die octauo venerũt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respõdens mater eius dixit: Nequaquàm, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autẽ ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.

b Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudeæ diuulgabantur omnia verba hæc: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes: Quisputas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Dei genitrix recordata dicebat: {Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in sæcula.} Nam & Abrahæ dictum est: Statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fędere sempiterno, vt sim Deus tuus & seminis tui post te. BEDA: Semen autem dicit non tam carne progenitos, quàm fidei eius vestigia secutos, quibus aduentus Saluatoris in sæcula promissus est. GLO. Quia ipsa promissio hæreditatis nullo fine claudetur, & vsque in finem sæculi credentes non deerunt, & beatitudinis gloria erit perennis.

y ¶AMBRO. Tàdiu mansit Maria, quàmdiu Elisabeth pariendi tempus impleret. vnde dicitur: {Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus.} THEOPHIL. In sexto enim mensæ conceptionis præcursoris, venit Angelus ad Mariam, quæ mansit cum Elisabeth mensibus tribus, & sic nouem menses implentur. AMBROSIVS. Non autem sola familiaritas est causa, quòd diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. nam si primo ingressu tantus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in vtero, repleretur Spiritusancto mater infantis, quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse pręsentiam? Bene ergo inducitur exhibuisse officium, & mysticum numerum custodisse. BEDA. Anima enim casta quæ spiritualis verbi desiderium concipit, necesse est vt alta cælestis exercitus iuga subeat, & quasi trium mensium dies ibidem demorata, fidei & spei & charitatis luce radietur, perseuerare non desistat. THEOPHILA. Quando vero Elisabeth paritura erat virgo recessit. vnde sequitur: {Et reuersa est in domum suam} scilicet propter multitudinem quæ ad partum congregari debebat. inconueniens autem erat in talibus virginem esse præsentem. GRAECVS: Mos enim est virginibus cædere, quotiens prægnans parit. Vt autem propriam applicuit domum, alio quidem nullatenus abijt. ibi vero manebat vlterius donec adesse partus horam cognouit, ibique Ioseph dubitans ab Angelo edocetur.

z ¶AMBROSIVS. Si diligenter aduertas plenitudinis verbum, nusquàm inuenies positum, nisi in generatione iustorum. vnde & nunc dicitur: {Elisabeth autem impletum est tempus pariendi.} Plenitudinem enim habet iusti vita, inanes autem sunt dies impiorum. CHRYSOSTOMVS. Iccirco autem Deus Elisabeth partum retardauit, vt gaudium augeretur & famosiorem faceret mulierem. vnde sequitur: {Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.} Nam qui sterilitatem eius cognouerant, testes diuinæ gratiæ sunt effecti. Nemo autem viso infante cum silentio discedebat: sed Deum qui illum ex insperato concesserat collaudabat. AMBRO. Habet enim Sanctorum æditio lætitiam plurimorum, quoniam commune est bonum. Iustitia enim communis est virtus: & ideo in ortu iusti futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia securuturæ virtutis exultatione vicinorum præfigurante signatur.

a ¶CHRY. Circũcisionis norma primo tradita est Abrahæ in signum distinctionis, vt genus Patriarchæ impermistum conseruetur, & sic promissa bona consequi valeant. Vbi autem pacti consummatur negotium, appositum signum de medio tollitur. sic igitur & per Christum circũcisione cessante baptismus succedit, sed antea Ioannem circũcidi decebat. vnde dicitur: {Et fac. est in die octaue. circũ. puerum.} Dixerat. n. Dñs. Infans. 8. dierum circũcidatur in vobis. Hanc autem temporis mensuram a diuina clementia constitutam autumo duplici de causa: primo quidem vt in tenerrima ætate læuius patiatur dolorem sectionis carnis. Secundo vt ex ipsis operibus moneamur, quoniam hoc agebatur in signũ. tener. n. puer minime discernit, quæ circa ipsum fiunt. Post circũcisionem autem nomen imponebatur. vnde sequitur. {Et vo. eum no. pa. sui Zachariam.} Hoc autem ideo fiebat, quia prius oportet sumere signaculum Domini, & postea nomen humanum, vel quia nullus nisi prius abijciat carnalia, quod significat circũcisio, dignus est, quòd in libro vitæ nomen eius scribatur. AMBRO. Mire

A autem sanctus Euangelista præmittendum putauit, quòd plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putarunt, vt aduertas matri non nomen alicuius displicuisse de genere, sed id sancto infusum spiritu, quod ab Angelo ante Zachariæ fuerat pronuntiatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filij nequit vxori: sed per pphetiam Elisabeth didicit, quod non didicerat a marito. vnde sequitur: {Et respon. mater eius dixit: Nequa. sed vo. Ioannes.} Nec mireris, si nomẽ mulier quod non audiuit asseruit, quãdo spiritus ei Sanctus, qui Angelo mandauerat reuelauit, neque poterat Domini ignorare prænũtium, qui prophetauerat Christum. Et bene sequit: {Et dix. ad il. quia nemo est in cog. tua, qui vo. hoc nomine.} vt intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoq; nutu interrogatur. vnde sequitur: {Innuebãt autem patri eius quem vellet vocari eum.} Sed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu literis est locutus. vnde sequitur: {Et postu. pugil. scri. dicens: Ioan. est no. eius.} Hoc est, C non ei nos nomen imponimus, qui iam a Deo nomen accepit. ORIG. Zacharias quidem interpretatur memor Dei: Ioannes autem significat demonstrãtem, cæterum & absentis memoria & præsentis demonstratio est. Debebat autem Ioannes non memoriam Dei, vt absentis exprimere: immo digito demonstrare præsentem dicens: Ecce Agnus Dei. CHRY. Quinetiam hoc nomen Ioannes gratia Dei interpretatur. Quòd ergo gratia diuina fauente non natura Elisabeth hunc filium cæpit, beneficij memoriam in nomine pueri conscripserunt. THEO. Quia vero cũ muliere circa hoc nomen pueri pater mutus concordauit. Sequit: {Et mirati sunt vniuersi.} Nemo. n. huius nominis erat in cognatione eorum vt aliquis diceret, quòd antea hoc ambo cogitassent. GREG. Nazanzenus: Editus ergo Ioannes Zachariæ soluit silentium. vnde sequitur: {Apertum est autem illico os eius, & lingua eius.} Absurdum. n. erat vt cum vox verbi progressa fuisset, pater maneret elinguis. AMBRO. Merito etiam continuo re- D soluta est lingua eius, quia quam vinxerat incredulitas soluit fides. credamus igitur & nos vt lingua nostra, quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui. Scribamus prænuntium Christi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioannem loquitur, Christum prophetizat. Sequitur enim. {Et loque: bene. Deum.} BEDA: Allegorice autem Ioannis celebrata natiuitas, gratia noui testamenti est inchoata, cui vicini & cognati nomen patris quàm Ioannis imponere mallebant, quia Iudæi qui legis obseruatione quasi affinitate iuncti erant, magis iustitiam quæ ex lege est sectari, q̃ fidei gratiam suscipere cupiebãt. sed Ioannis, hoc est gratiæ Dei vocabulum, mater verbis, pater literis nuntiare satagunt, quia & lex ipsa Psalmique & Prophetæ apertis sententiarum vocibus gratiam Christi prædicant, & Sacerdotium illud vetus figurans cerimoniarum ac sacrificiorum vmbris eidem testimonium perhibet. Pulchræque Zacharias. 8. die prolis æditæ E loquitur, quia per Domini resurrectionem quæ octaua die, hoc est, post septimum Sabbati facta est, occulta legalis Sacerdotij archana patuerunt.

b ¶THEO. Sicut in taciturnitate Zacharię miratus est populus, ita & cum locutus est. vnde dr: {Et fa. est ti. super oẽs vici. eo. & su. oia mon. iu. diuul. om. ver. hæc.} vt propter hæc duo, magnũ aliquid circa natum puerũ vniuersi existiment. hæc aũt oia dispensatiue fiebant, vt q testis esse Christi debebat, existeret fide dignus. vnde sequitur: {Et posue. oẽs qui audie. in corde suo di. Quisputas puer iste erit? BEDA. Præcurrentia. n. signa præbent iter pcursori veritatis & futurus propheta pmissis cõmendat auspicijs. vñ sequit: {Etenim ma. Do. er. cũ il.} GLO. Prodigia. n. Deus in illo peragebat quæ non faciebat Ioannes, sed dextera diuina. GRAEC. Mystice autem tempore diuinæ resurrectionis pdicata gratia Christi, salubris timor non solum Iudæorum, quia erant vicini, vel situ loci, vel sciẽtia legis, sed etiam exterarum gentium corda concussit, nec tñ montana Iudeæ, sed omnia mundani regni mundanęq; sapientiæ culmina Christi fama transcendit.

Universidad de Deusto Biblioteca

e ¶ AMBRO. Bonus Deus, & facilis indulgere peccatis, non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet. Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Ille siquidem dudum mutus prophetizat. vnde dicitur. {Et Zacha. pa. eius reple. est Spiritusancto.} CHRY. Scilicet operatione sancti Spiritus, ne quocumque modo gratiam Spiritussancti nactus, sed ad plenum, & fulgebat in eo Prophetiæ donum. vnde sequit. {Et prophetauit.}

Hom. 10. ORIG. Plenus autem Spiritusancto Zacharias duas prophetias generaliter nuntiat, primam de Christo, alteram de Ioanne, quod manifeste de verbis illius ꝓbatur in quibus quasi de ꝑsenti, & quasi iam versarentur in mundo loquitur de Ioanne, & primo de Saluatore dicens: {Benedictus do. Deus Isquia visi. & fe. redem. plebis suæ. CHRY. Dum Deum benediceret Zacharias, visitationem dicit esse factam ab eo erga populum suum, siue materiales Israelitas quis velit accipere, venit. n. ad oues quæ perierant domus Israel: siue spirituales, i. fideles qui digni fuerũt hac visitatione, efficacé erga se diuinam prouisioné facientes: BEDA. Visitauit autem dominus plebem suam quasi longa infirmitate tabescentem, & quasi venditam sub peccato vnici filij sui sanguine redemit. Quod quia Zacharias proxime faciendum cognouerat, prophetico more quasi iam factum narrat. Dicit autem: {Plebem suam.} nõ quia veniens suam inuenit, sed quia visitando suã fecit.

o ¶ THEOPH. Videbatur Deus dormire peccata multa respiciens: sed in nouissimis incarnatus temporibus excitatus est, & contriuit dæmones qui nos oderant. vnde dicitur: {Et erexit cornu. ſa. no. in do. Da. pue. sui. ORIG. Quia de semine Dauid secundum carnem natus est Christus. vnde dicitur: {Cornu salutis nobis in domo Dauid.} sicut & alibi dictum est: Vinea facta est in cornu, i. in Iesu Christo. CHRY: Cornu autem nominat potestatem, gloriam & famam, Metaphoricę a brutis animalibus illud accipiens, quibus loco muniminis & gloria cornua Deus dedit. BEDA. Cornu etiam salutis regnum Saluatoris Christi vocatur. Ossa siquidem omnia carne inuoluta sunt. Cornu excedit carnem: & ideo cornu salutis regnum Christi vocatur, quo mundus & carnis gaudia superantur, in cuius figuram Dauid & Salomon cornu olei sunt in regni gloriam consecrati.

e ¶ THEO. Quòd de domo Dauid Christus nasceretur: Micheas mentionem facit dicens: Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquàm minima es, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel. Sed & omnes prophetæ de incarnatione direxunt. Et ideo dicitur: {Sicut locu. est per os sanctorum Prophetarum.} GRE. Per quod innuit Deum per illos esse locutum, & non esse humanum quod dixerunt. BEDA. Dicit autem: {Qui a sæculo sunt.} quia tota veteris testamenti scriptura prophetice de Christo processit: nam & ipse pater Adam & cæteri patrum, factis suis eius dispensationi testimonium reddunt.

f ¶ BEDA. Cum primo breuiter præmisisset: Et erexit cornu salutis nobis, continuo explanans quid dixerit, subdit: {Salutem ex inimicis nostris} quasi dicat, erexit nobis cornu, i. erexit nobis {salutem ex inimicis nostris. Et de manu omnium qui oderunt nos.} ORIG. Non autem putemus nunc de corporalibus inimicis dici, sed de spiritualibus. Venit enim dominus Iesus fortis in prælio destruere omnes inimicos nostros, vt nos de eorum insidijs. & tentationibus liberos faceret.

l ¶ BEDA. Dixerat Dominum, iuxta eloquia Prophetarum in domo Dauid nasciturum, dicit eundem ad explendum testamentum quod Abrahæ disposuit nos esse liberaturum, quia his præcipue Patriarchis de suo semine, vel congregatio gentium, vel Christi est incarnatio promissa. præmittitur autem Dauid, quia Abrahæ sanctus Ecclesiæ cœtus est promissus: Dauid autem, quòd ex eo Christus nasciturus esset, audiuit. Et ideo post id quod dictum est de Dauid, subdit de Abraham dicens: {Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. ORIGE. Ego puto, quòd in aduentu Domini Saluatoris, & Abraham, & Isaac, & Iacob fruiti sint misericordia Dei. Non est enim credibile, vt qui prius viderunt diem illius & lætati sunt, postea in aduentu ipsius nihil vtilitatis acciperent, cum scriptum sit: Pacem faciens per

c Et Zacharias pater eius repletus est Spiritusancto, & prophetauit dicens: Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

d Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.

e Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt Prophetarum eius.

f Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

g Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

h Vt sine timore de manu inimicorum nostrum liberati, seruiamus illi.

i In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

K Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

sanguinem crucis suæ, siue super terram siue in cælis. THEO. Christi etiam gratia se vsque ad illos extendit, qui mortui extiterunt, quia per eum resurgemus non solum nos, sed & qui fuerunt ante mortu. Fecit & misericordiam cum patribus nostris, secundum quòd eorum spem & desiderium impleuit. vnde sequitur: {Et memorari testamenti sui sancti. illius scilicet, de quo dicit: Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo te. Multiplicatus est enim Abraham in omnibus gentibus per imitationem fidei eius adoptatis in filios, sed etiam patres videntes suos filios, talia beneficia recepisse cõgaudent & recipiunt misericordiam in se ipsis. vnde sequitur: {Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum datu-

rum se nobis.} BASILIVS. Nemo autem audiens, quòd iurasset Dominus Abrahæ, ad iurandum sit promptus. sicut enim furor de Deo dictus non significat passionem sed punitionem, sic neque Deus iurat vt homo, sed verbum eius loco iuramenti nobis ad veritatem exprimitur, immutabili sententia quod promissum est approbans.

h ¶ CHRYSO. Quia exortum nobis cornu salutis ex domo Dauid dixerat, ostendit quòd per ipsum & gloriam participamus & dispendia inimici vitauimus. vnde dicit: {Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.} Duo prædicta non facile reperiet aliquis sese comitantia. plures enim euitant pericula: sed vita gloriosa priuantur, sicut sceleris patratores, qui de carcere ex indulgentia Regia absoluuntur. e contra gaudent Angeli gloria: sed ob hanc periclitari cogunt ur, sicut milites bellicosi vitam inclytam amplexantes securitate multoties caruerunt. Sed hoc cornu & saluat & glorificat. saluat quidem eripiens a manibus hostium, non leuiter sed mirifice, vt non sit vltra timendum. Et hoc est quod dicit: {Vt sine timore.} ORIG. Vel aliter, crebro de hostium manu aliqui liberantur: sed non absque timore. Cum enim mętus & discrimen ante præcesserint, & sic de inimicorum manu quis eruatur, liberatus est quidem. sed non sine timore: ideo dixit, quòd Christi aduentus sine timore nos a manibus hostium eripi fecit. Non enim eorũ insidias sensimus, sed repente ab eis nos segregans eduxit ad sortis propriæ mansionem.

i ¶ CHRYSOSTOMVS. Glorificat Zacharias Dominum, quia fecit nos sibi seruire cum plena fiducia non carnaliter vt Iudæi in sanguine victimarũ, sed spiritualiter in bonis operibus. Et hoc est quod dicit: {In sanctitate & iustitia.} Est enim sanctitas apta circa Deum æquiras. Iustitia vero quæ est circa homines: puta quòd aliquis reuerenter exequatur diuina, & quo ad homines laudabiliter conuersetur. Dicit autem, non coram hominibus, vt hypocritę volentes hominibus placere sed {coram Deo,} sicut hi quorum commendatio non est ab hominibus, sed a Deo, & hoc non semel aut ad tempus, sed singulis diebus & quãdiu vixerint. vnde dicit: {Omnibus diebus nostris.} BEDA. Nam qui vel ante mortem ab eius seruitio discedit, vel immunditia qualibet sine iniustitia fidei suæ synceritatem commaculat, vel coram hominibus tantum & non coram Deo, sanctus, & iustus perdurare tendit, nondum perfectę de manu spiritualium inimicorum liberatus Domino seruit, sed exemplo veterum Samaritanorum dijs gentium pariter & dæmonio seruire conatur.

K ¶ AMBROSIVS. Pulchre cum de Domino prophetaret, ad Prophetam sua verba conuertit, vt hoc quoque beneficium esse Domini designaret, ne cum publica numeraret, sua quasi ingratus tacuisse videretur. vnde dicitur. {Et tu puer Propheta altissimi vocaberis.} ORIGEN. Ideo reor Zachariam festinasse vt loqueretur ad puerum, quia sciebat eum post Paululũ in eremo moraturum, nec se eius posse habere præsentiam. AMBRO. Sed fortasse aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent, q̃ octo dierum infantem alloquitur. Verum si tenemus superiora, intelligimus ꝓfecto. q̃ ponit vocẽ patris natus audire, q̃ Mariæ salutatione anteq̃ nasceret audiuit. sciebat ꝓpheta aũs esse aures ꝓphetæ, q̃ spũ Dei non corporis ętate reserant, hębat intelligẽdi sensum, q̃ exultãdi habebat affectũ. BEDA. Nisi forte putandus est Zacharias propter eos qui aderãt potius instruendo futura

Hom. 14. nexibus absolutum supernæ ciuitatis gaudia posse perfecte subire. Sequitur. {Sicut scriptum est in lege domini. ORI. Vbi sunt qui Deum legis negant a Christo fuisse in euangelio prędicatum? An putandum est, q̃ filium suum bonus Deus sub lege inimici fecit, quam ipse non dederat? In lege enim Moysi scriptum est quod sequitur. {Quia omne masculinũ adaperiens vuluam sanctũ domino vocabitur.} BEDA: Quod dicit: Adaperiens vuluam, & hominis, & pecoris primogenitũ significat, quod vtrũque sanctum domino vocari, atque ideo Sacerdotis esse præceptum est: ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito preciũ acciperet, & omne animal immundum redimi faceret. GREG. Nissenus. Hoc autem legis decretum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter impleri videtur. Ipse nãque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter ædituus, virginalem vterum aperuit: non ante a connubio reseratum, seruans & post partum mirabile inuiolabiliter signaculum castitatis. AMB. Non enim virilis coitus vuluæ virginalis secreta referauit: sed immaculatum semen inuiolabili vtero spiritussanctus infudit. Qui ergo vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur Propheta hic est qui aperuit matri suæ vuluam, vt immaculatus exiret. BEDA: Quod ergo ait: Adaperiens vuluam. consuetæ natiuitatis more loquitur, non q̃ dominus sacri ventris hostium, quod ingressus sanctificarat, egressus deuirginasse credend⁹ sit. GRE. Nisenus: Solus autem hic partus masculinus spiritualiter esse conspicitur, qui nil de fœmineitate culpæ portauit. vnde reuera sanctus vocatus est. vnde & Gabriel quasi hoc decretum ad ipsum solum pertinere memorans dicebat: Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Et in cæteris quidem primogenitis sanctos illos vocari euangelica solertia statuit, tãquam oblatione diuina sortitos huiusmodi nomen, at in totius primogenito creaturæ, quod nascitur sanctum pronunciat Angelus, quasi propriæ sanctum existens. AMB. Solus enim per omnia in natis de fœmina sanctus dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate nõ senserit, & cælesti maiestate depulerit: nam si literam sequimur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat? Sed ille sanctus per quę figuram futuri mysterii legis diuinæ præscripta signabant, eo q̃ solus sanctus ecclesiæ virginis ad generandos populos aperiret geni tale secretum. CYRIL. O profunditatem scientiarum sapiẽtiæ, & scientiæ Dei. offert hostias qui per singulas hostias honorat cum patre, sigus legis custodit veritas, qui legis est conditor, sicut Deus legem custodiuit vt homo. vnde sequitur. {Et vt darẽt hostiam secundum q̃ dictum erat in lege domini: Par turturum, aut duos pullos columbarum.} BEDA: in Hom. Hostia autem hæc pauperum erat. præcepit quippe dominus in lege, vt qui possent agnum pro filio, aut filia, simul & turturem siue columbam offerent. Qui vero non sufficiebant ad offerendum agnum, duos iam turtures, vel duos columbæ pullos offerrent: ergo dominus cũ diues esset, pauper fieri dignatus est, vt nos sua paupertate diuitiarum suarum donaret esse participes. CYRIL. Videndum autem quid hęc oblata insinuant. Nimirum loquacissima est turtur in auibus, at columba est animal mansuetum. Talis autem factus est erga nos Saluator mansuetudinem perfecte colens, & vt turtur orbem allexit: replens hortum suum propriis melodiis. Occidebatur ergo turtur aut colũba, vt ipse per figuras nobis pandatur passurus in carne pro vita mundi. BEDA: iu Homo. Vel columba simplicitatem, turtur indicat castitatem, quia & columba simplicitatis, & castitatis amator est turtur: ita vt si coniugem casu pdiderit, non vltra aliam quærere curet. Merito ergo turtur & columba domino offeruntur in hostiam, quia simplex & pudica fides lium conuersatio est illi iustitiæ sacrificium gratum. ATHA. Ideo vero bina iussit offerri, quia homine consistente ex anima, & corpore, duplum a nobis poscit Deus, castitatem, & mansuetudinem, non solum corpori, sed etiam animæ: alioquin erit homo fictor, & hypocrita, gerens in tegumentum occultæ malitiæ innocentiam apparentem. BEDA: in Homil. Cum vero vtraque auis propter consuetudinem gemendi præsentes sanctorum luctũ designet, in hoc tamen differunt, q̃ turtur soliuagus, columba autem gregatim volare consueuit, & ob id iste secretas orationum lachrymas, illa publicos ecclesię conuentus insinuat. BEDA: super Lucam: Vel columba quæ gregatim volat, actiuæ vitæ frequẽ

tiam demonstrat. Turtur qui singularitate gaudet, speculatiuæ vitæ calumnia denunciat. Et quia æque vtraque conditori accepta est hostia, consultæ Lucas vtrum turtures, an pulli columbarum, pro domino sint oblati non dixit, ne vnum alteri viuendi ordinẽ præferret: sed vtrumque sequendum docuit.

h ¶ AMBR. Nõ solum ab Angelis, & prophetis & a pastoribꝰ & a parentibus, sed etiam a Senioribus, & iustis generatio domini accepit testimonium. vnde dicitur: {Et ecce homo erat in Hierusalẽ, cui nomen Symeon, & homo iste iustus & timoratus.} BEDA: Quòd difficulter iustitia sine timore custoditur, non illum dico timorem qui sẽper perfecta dilectio foras mittit, sed timorem domini sanctum, qui manet in sæcula, quo iustus Deum quanto ardentius diligit, tanto solertius offendere cauet. AMB. Et bene iustus qui non suam, sed populi gratiam requirebat. vnde sequitur. {Et expectans consolationem Israel. GREG. Nissenus. Non vtique mundanam fœlicitatem in consolationem Israel prudens Symeon expectabat: sed veram transiationem ad veritatis decorem per separationem a legis vmbra: habuerat nãque per oracula, q̃ visurus esset Christum domini prius quàm de sæculo præsenti transmigraret. vnde sequitur. {Et spiritussanctus erat in eo.} a quo. siustificabatur. {Et respon. ac. a spiritusan. non vi. se mor. nisi prius videret Christum dñi.} AMB. Cupiebat ipse quidem corporeæ vinculis fragilitatis absolui, sed expectabat videre promissum. sciebat enim quia beati oculi qui eum viderent. GRE. 18. Mora. In quo etiam discimus quãto desiderio ex plebe Israelitica sancti viri incarnationis eius mysteriũ videre cupierunt. BEDA: Videre autem mortem experiri eam significat, multumque fœlix mortem videbit carnis quicumque Christũ domini prius oculis carnis videre satagerit, conuersationem habendo in cœlesti Hierusalem, templi Dei limina frequentando, hoc est sanctorum, in quibus Deus habitat exempla sectando. Eadem autem spiritus gratia, qua olim venturum præcognouerat, & nunc venientem cognouit. vnde sequitur. {Et venit in spiritu in templum.} ORI. Et tu si vis tenere Iesum, & amplexari manibus, omnibus labore nitere, vt ducem habeas spiritum, veniasque ad templum Dei. Sequitur enim: {Et cum indu. pue. Iesum paren. eius. s. Maria mater, & Ioseph, qui putabatur pater. {Vt facerent secundum consuetudinẽ legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas.} GRE. Nisenus: Quàm beatus ille facer ad sacra introitus, per quem ad vitæ terminum maturauit. Beatæ manus, quæ verbum vitæ palpauerunt, & vlnæ quoque quas ad su Homil. 15. sceptionem parauit. BEDA: Accepit autem iustus secundum legem puerum suum in vlnas suas, vt significet iustitiam operum, legem puerum suum in vlnas suas, vt significet iustitiam operum, quę ex lege erat per manus, & brachia figuratorum, humili quidẽ, sed salutari fidei euangelicæ gratiæ imitandum. Accepit Senior infantem Christum, vt insinuet hoc sæculum quasi senio iam defessum ad infantiam, & innocentiam Christianæ conuersationis rediturum.

i ¶ ORI. Si ad tactum fimbriæ vestimenti mulier sanata est, quid putandum est de Symeone, qui in suas vlnas accepit infantẽ, & gaudebat videns paruulum a se gestari? qui venerat ad vinctos resoluendos, sciens neminem eum posse de claustro corporis emittere cum spe futuræ vitæ, nisi his quem in brachiis continebat? vn de dicitur. {Et benedi. Deum, & dixit: Nunc dimit. ser. tuum domine.} THEO. Quod dicit {domine} cõstentis est. q̃ ipse mortis est, & vitæ dominus, & sic puerum quem susc epit Deum confitetur. ORI. q. d. quãdiu Christum non tenebam, clausus eram, Hom. 15. & de vinculis exire non poteram. BASI. Si autem voces iusto Ho. de grat. rum inquiras, omnes super hoc mundo, & eius flebili mora ingemiscunt. Heu mihi, dicit Dauid, quia incolatus meus prolongatus est. AMB. Vide ergo iustum velut corporeæ carcere molis incluſum velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo, sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hierusalem, expectet Christum domini, accipiat in manibus verbum Dei, & cõplectatur velut quibusdam fidei suæ brachiis, tunc dimittetur, ut non uideat mortem, qui uiderit uitam. GRECVS: Symeon autem benedicebat Deum inter cætera, q̃ promissa sibi facta sortita erant efficaciæ ueritatem: nam consolationẽ Israel oculis prospicere meruit, & manibus portare: & ideo dicit. {Secundum uerbum tuũ. i. cum finem ob tinuerim promissorum. at ubi uisibiliter sensi quod desiderabã-

Universidad de Deusto Biblioteca

desiderabam, nunc soluis tuum seruum, nec gustu mortis attonitum, nec hæsitationis cogitationibus conturbatum. & ideo subditur: {In pace.} G R E G. Nissenus: Quia postquàm Christus culpam hostilem destruxit nos quoque patri reconciliauit, facta est translatio sanctorum in pace. O R I. Quis est autem qui de sæculo isto recedit in pace, nisi is qui intelligit, quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi? nihilq; habet inimicū Deo: sed omnem pacem bonis in se operibus assumpsit. GRECVS. Fuerat autem sibi repromissum non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini: & ideo hoc impletum ostendens subdit: { Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.} G R E G. Nissenus. Beati oculi tui tam animæ, quàm corporis: hi quidem visibiliter Deum suspicientes, illi vero non solū quæ visa sunt attendentes: immo illuminati fulgore spiritus domini verbum in carne cognoscentes salutare nāque quod tuis oculis percepisti, ipse Iesus est, quo noīe salus declaratur. C Y R I L. Fuerat autem Christi mysterium quod patuit in vltimis temporibus sæculi præparatum ante mundi originem. vnde sequitur. {Quod parasti ante faciem omnium populorum.} A T H A N. scilicet confectam toti mundo per Christum salutem. qualiter ergo supradictum est, quod expectabat Israel consolationem? eo quod scilicet tunc futuram esse consolationem Israel agnouit in spiritu, cum & omnibus populis paratum est salutare. G R E C V S: Attende etiam sagacitatem digni, & venerandi senis, antequam dignus videretur beatæ visionis, præstolabatur solamen Israel. Vt autem quod sperabat obtinuit, exclamat se vidisse salutem oīum populorum: adeo enim infantis ineffabile iubar illustrauit eum, vt processu temporis secutura mox sibi fierent nota. T H E O. Signanter autem dicit: Ante faciem, vt scilicet omnibus eius incarnatio appareret. hoc autem salutare dicit esse gentium lumen, & gloriam Israel. vnde sequitur: {Lumen ad reuelationem gentiū.} A T H A N A. Gentes enim ante Christi aduentum in vltimis tenebris erant constitutæ, cognitione diuina priuatæ. C Y R I L. Sed Christus adueniens factus est lux tenebrosis, & erraticis, quos diabolica manus pressit. Vocati sunt autem a Deo patre ad notitiam filii, qui est lux vera. A T H A N A. Israel autem licet tenuiter lege illuminabatur: & ideo non dicit, quod lumen illis protulerit, sed subdit: { Et gloriam plebis tuæ Israel. } Memorans antiquam historiam, quod sicut olim Moyses dominum alloquendo gloriosam retulit faciem, sic & ipsi diuinam humanitatis lucem pertingentes, vetus abiicientes velamen, in eandem imaginem transformarentur de gloria in gloriam. C Y R I L. Nam etsi quidam eorū inobedientes fuerint: tn̄ reliquiæ saluæ factæ sunt, & per Christum peruenerunt ad gloriam. Harum præmitiæ fuere diui Apostoli, quorum fulgores vniuersum orbem illuminant. fuit etiam Christus singulariter Israel gloria, quia secundum carnem ex eis processit, quàmuis cunctis, vt Deus præesset per sæcula benedictus. G R E G. Nissenus: & ideo signanter dixit: {Plebis tuæ, quia non ab eis tantum est adoratus, sed insuper ex eis est secundum carnē natus. B E D A: Et bene reuelatio gentium Israelis gloriæ præfertur, quia cum plenitudo gentium introierit: tunc omnis Israel saluus erit.

faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

K Et erant pater eius & mater eius mirantes super his quę dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionē multorum in Israel, & in signum, cui contra dicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

K ¶ G R E C V S: transcendentium rerum notitia, quoties in memoria venerit, toties renouat in mente miraculum. vnde dicitur. {Et erant pater eius, & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. O R I. Tam ab Angelo, q̄ a multitudine cœlestis exercitus, necnon & a pastoribus, & ipso Symeone. B E D A: Patrem Saluatoris appellat, non quòd vere pater fuerit ei, sed quo ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. A V G Quàmuis & eo modo pater illius valeat dici, quo & vir Mariæ recte intelligitur sine commistione carnis, ipsa copulatione cōiugii multo videlicet coniunctius, q̄ si esset aliunde adoptatus, neque enim propterea non appellandus Ioseph Pater Christi, quia non eum concumbendo genuerat, quandoquidem pater esset, & ei quem non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset. O R I. Qui autem altius aliquid inquirit, potest dicere quoniā generationis ordo a Dauid vsque ad Ioseph deducitur, & ne videretur frustra Ioseph nominari, quia pater non fuerat Saluatoris, vt generationis ordo haberet locum, pater domini appellatus est. G R E C V S: Laudibus autē diuinis exhibitus, vertit se Symeon ad benedictionem adducentium puerum. vnde sequitur. {Et bene dixit illis Symeon.} Benedictione igitur vtrumque donat, occultorum vero præsagia dirigit tantum ad matrem, quatenus per cōmunem benedictionem non priuetur Ioseph similitudine patris. per ea vero quæ dicit matri seorsum a Ioseph, veram eam prædi-

Hom. 16.

De Cōsen. euā. li. 2. c. 1

Homil. 17.

F cet genitricem. vnde sequitur. Et di ad Ma. matrem eius, ecce positus est hic in rui. & resurre. mul. in Israel. A M B R. Vide vberem in omnes gratiam domini in generatione diffusam, & prophetiam incredulis negatam esse. non iniustis. Ecce & Symeon prophetizat in ruinam, & resurrectionem multorum venisse Christum Iesum. O R I. Qui simpliciter exponit: potest dicere in ruinam eum venisse infideliū, & in resurrectionem credentiū. C H R Y. Sicut enim lux etsi oculos debiles turbet lux est, hoc modo Saluator perseuerat, etsi corruant plurimi, neque enim est eius officium destructio, sed eorum vesaniæ. quamobrem non solum ex salute bonorum, sed etiam ex malorum dis-

G sipatione virtus eius ostēditur, nam sol quoniam multum radiat: propterea visus debiles præcipue perturbat. G R E G. Nissenus: Attende autem distinctionis exquisitam prolationem: præparatio quippe salutis dicitur coram omni populo, sed casus & subleuatio plurium. Diuinū .n. ꝓpositum est salus, & non deificatio singulorum, casus aūt & subleuatio consistit in pluriū intentione credentiū, & nō credentium. Quòd autē iacentes, & increduli subleuentur, non est absurdum. O R I. Qui autem curiosus interpres est, dicit nequaquam eum cadere qui ante non steterit. Da mihi igitur qui fuerit ille qui stetit, & in cuius ruinam Saluator aduenerit? G R E. Nissenus. Sed per hoc designat ruinam ad infima quasi non puniendus æqualiter ante incarnationis mysteriū, & post datam dispensationem, & prædicationem. Et maxime hi sunt ex Israel, quos nécesse erat & pristinis bonis carere, & pœnas luere grauiores q̄ omnes aliæ gentes, eo quod dudum prophetatum in eis & adoratum, & ex eis productum minime susceperunt. Iccirco

H specialiter eis minatur ruinam, non solum a spirituali salute, sed etiam propter destructionem vrbis & habitantium ciuitatem. Resurrectio vero promittitur credentibus, partim quidem velut sub lege iacentibos, & ab eius seruitute subleuandis, partim vero velut consepultis cum Christo, & ei consurgentibus. His autem verbis intellige per concordiā intellectuum, ad dicta prophetica vnū & eundem Deum, & legislatorem, & in Prophetis in nouo testamento locutum esse. lapidem namque ruinæ & petram scandali futurum, ne confundantur credentes in eum sermo propheticus declarauit. O R I. Est autem & altius quid intelligendum aduersus eos qui contra conditorem latrant dicentes: Ecce Deus legis, & Prophetarum, videte qualis sit. Ego, inquit, occidam, & ego viuificabo. Sed si propterea cruentus est iudex, & crudelis conditor, quia hæc dicit, manifestissimum est & Iesum esse illius filium. eadem siquidem de eo hæc scripta sunt. quod veniat in ruinam, & resur-

I rectionem multorum. A M B. Vt. s. iustorum iniquorumque merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum iudex verus & iustus, aut supplicia decernat, aut præmia. O R I. Videndum est autem ne forte Saluator non aliis in ruinam uenerit & in resurrectionem, quia enim peccato stabā, primo mihi utilitas fuit, ut caderem, & peccato morerer. Denique & sancti Prophetæ quū augustius aliquid contemplabantur, cadebant in faciem suam, vt peccata per ruinam plenius purgarentur. hoc ipsum & Saluator tibi primum concedit. peccator eras, cadat in te peccator, vt possis dehinc resurgere & dicere: Si commortui sumus, & conuiuemus. C H R Y. Resurrectio quidem est conuersatio noua. cum enim lasciuus castus efficitur: auarus misericors, atrox mansuescit, resurrectio celebratur, mortuo quidem peccato, resurgente uero institia. Sequitur. {Et in signum, cui contradicetur.} B A S I. Signū contradictionem accipiens proprie crux dicitur a scriptura. Fe-

K cit enim, inquit, Moyses serpentem eneum, & posuit pro signo. G R E G. Nissenus Miscet autem dedecus gloriæ. Huius enim rei nobis Christicolis est hoc signum indicium, contradictionis uero dum ab his qæidem accipitur ut ridiculosum & horribile, ab his uero admodum aduenerandum. Vel forsan ipsum Christum nominat signum, tamquam supra naturam existentem & signorum auctorem. B A S I. Est enim signum alicuius rei mirabilis & occulte iudicatiuum. uisum quidem a simplicioribus, intellectum uero ab habentibus exercitatum intellectum. O R I. Omnia autem quæ de Christo narrat historia, signum sunt, cui contradicitur, non quod contradicant hi qui credunt in eum. Nos quippe scimus omnia vera esse, quæ scripta sunt, sed quia apud incredulos uniuersa quæ de eo scripta sunt: signum sunt cui contradicetur. G R E G. Nissenus: Hæc siquidem de filio dicuntur: spectant tamen ad eius genitricem, dum singula sibi assumit simul periclitata, & glorificata, nec tamen prospera, sed illa denunciat etiam dolorosa. nam sequitur. {Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.} B E D A: Nulla docet historia beatam Mariam ex hac vita

Ho. ipsi lo

Hom. 17.

Ibidem.

Hom. 16.

Hom. 17.

Ibidem.

vita gladii occisione migrasse: præsertim cum non anima, sed corpus ferro soleat interfici. vnde restat intelligi gladium illum, de quo dicitur: Et gladius in labiis eorum: hoc est dolorem dominicæ passionis animam eius pertransisse, quæ etsi Christum vtpote Dei filium sponte propria mori, mortemque ipsam non dubitaret esse deuicturum, ex sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. A M B R O. Vel prudentiam Mariæ non ignaram mysterii cœlestis ostendit. viuum est enim verbum Dei & validum, & acutius omni gladio acutissimo. A V G. de Quę. no. & vet. testamenti. Vel per hoc significauit, quòd Maria, per quam gestum est incarnationis mysterium in morte domini stupore quodam dubitauit: videns filium Dei sic humiliatum, vt usq; ad mortem descenderet. Et sicut gladius pertransiens iuxta hominem timorem facit, non percutit: ita & dubitatio mestitiam fecit. non tamen occidit, quia non sedit in animo, sed pertransiit quasi per vmbram. G R E G. Nissenus: Sed nec ipsam solam in ea passione occupari significat, cum subditur. {Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.} quod dicit vt euentum designet: non aūt causaliter ponitur. His enim omnibus euenientibus, secuta est erga multos intentionum detectio. Quidam enim Deum fatebant in cruce: alii ne sic ab infamiis & criminationibus desistebant. Vel hoc dictum est, quatenvs tempore passionis pateant ex plurium cordibus meditationes, & emendentur per resurrectionem: velox enim illis post ambiguitatem certitudo superuenit, nisi forte reuelationem illuminationem quis æstimet, vt solitum est scripturæ. B E D A: Sed & vsque ad consummationem sæculi præsentis ecclesiæ animam gladius durissimæ tribulationis pertransire non cessat, cum signo fidei ab improbis contradici, cum audito Dei verbo multos cum Christo resurgere, sed plures a credulitate ruere gemebunda pertractat, cum reuelatis multorum cordium cogitationibus, vbi optimum euangelii seuit semen, ibi zizania vitiorum vel plus iusto præualere, vel sola germinare conspicit. O R I. Cogitationes etiam malæ in hominibus erant, quæ propterea reuelatæ sunt, vt occideret eas ille qui pro nobis mortuus est. Quādiu enim absconditæ erant: impossibile erat eas pœnitus interfici. vnde & nos si peccauerimus: debemus dicere: Iniquitatē meam non abscondi. Si enim reuelauerimus peccata nostra: non solum Deo: sed his qui possunt mederi vulneribus nostris delebūtur pecata nostra.

l ¶ A M B R O. Prophetauerat Symeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo, debuit & vidua prophetare, nequa professio deesset, aut sexus: & ideo dicitur. { Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. } T H E O. Immoratur euangelista circa Annæ descriptionem, & patrē, & tribū enarrans: testes quasi multos adducens qui patrem & tribum viderūt. G R E G. Nissenus. Vel quia tunc temporis cum hac aliæ quædā eodem nomine nuncupabantur. Vt igitur ad eam manifesta discretio fieret: patrem eius commemorat, & generis qualitatem describit. A M B R O. Antea vero & stipendiis viduitatis, & moribus talis inducitur, vt digna fuisse credatur quæ redemptorem omnium nunciaret. vnde sequitur. {Hæc processerat in diebus multis & vixerat eum viro suo annis septem a virginitate sua, & hæc vidua vsq; ad annos octuagintaquatuor. } O R I. Neque. n. spiritussanctus fortuitu habitauit in ea: bonum enim est primum siqua potest virginitatis gratiam possidere. Si autem hoc non potuerit, sed euenerit ei, vt perdat virum, vidua perseueret. quod quidem non solum post mortem viri, sed etiam cum ille viuit debet habere in animo, vt etiam si non euenerit: voluntas ipsius, & propositum a domino coronetur, & dicat: Hoc voueo, hoc promitto, si mihi humanum aliquid quod non opto contigerit, nihil aliud faciam q̄ incontaminata & vidua perseuerem. Iuste ergo sancta mulier spiritum prophetandi meruit accipere, quia longa castitate, longis etiam ieiuniis ad hoc culmen ascenderat. vnde sequitur: {Quæ non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens die, ac nocte. G R E G. Nissenus. In quo liquet, quod cæterarum virtutum inerat ei congeries, & aspice eam conformem Symeoni virtutibus: simul enim erant in templo, simul etiam digni reputati sunt prophetica gratia. vnde sequitur. {Et hæc ipsa hora superueniens confitebantur domino.} Hoc est regratiabatur vidē do mundi salutem in Israel, & confortabatur de Iesu, quoniam ipse esset Redemptor, idemque Saluator. vnde sequitur. { Et lo-

Ibidem.

Hom. 17.

Ibidem.

Ibidem.

l Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad ānos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiēs nocte, ac die. Et hæc ipsa hora superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo, omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

m Et vt pfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemni Paschæ.

A quæbatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Israel.} Verum quia Anna prophetissa modicum aliquid & non minus clarum de Christo disseruit euangelium, non seriatim induxitq̄ ab ea sunt dicta. Forsan autem ob hoc aliquis Symeonem præuenisse fatebit, eo quod is quidem formam legis gerebat. nam & ipsum nomen notat obediētiam, illa vero gratiæ, quod interpretatio nominis manifestat, inter quos Christus medius erat. iccirco illum quidem dimisit cum lege morientem, hanc vero fouet vltra viuentem per gratiā. B E D A. Iuxta intellectum etiam mysticum Anna ecclesiā significat, quæ in præsenti sponsi sui est morte quasi viduata. Numerus etiam annorum viduitatis eius tēpus ecclesiæ designat, quo in corpore constituta peregrinatur a domino. septies quidē duodeni 84. faciunt, & 7. quidem ad huius sæculi cursum qui diebus 7. voluitur. xij. vero ad perfectionem doctrinæ Apostolicæ ptinent. Ideoque siue vniuersalis ecclesiæ, seu quælibet anima fidelis quæ totum vitæ suæ tempus Apostolicis curat mancipare instituts, octogintaquatuor annis domino seruire laudatur. Tempus etiam septem annorum quo cum viro suo manserat congruit: nā propter dominicæ priuilegium maiestatis quo in carne versatus docuit, in signum perfectionis simplex septem annorum est numerus expressus. Arridet etiā ecclesiæ mysteriis & Anna, quæ gratia eius interpretatur, & filia est Phanuelis, qui facies Dei dicitur,

C & de tribu Aser. i. beati descendit.

m ¶ B E D A: Prætermisit hoc loco Lucas quæ a Matthæo satis exposita nouerat: dominum videlicet post hoc ne ab Herode necandus inueniretur, in Aegyptum a parentibus esse delatum, defunctoque Herode, sic demum in Galilæam reuersum: Nazareth ciuitatem suam inhabitare cœpisse. Solent enim euangelistæ singuli sic ommittere quædam, quæ vel ab aliis commemorata viderunt, vel ab aliis commemoranda in spiritu præuiderunt, ut continuata suæ narrationis serie, quasi nulla prætermisisse videantur, quæ tamen alterius euangelistæ considerata scriptura quo loco transita fuerint, diligens lector inueniat. Vnde multis prætermissis, Lucas dicit. {Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatē suā Nazareth.} T H E O. Erat quidem eorum ciuitas Bethlehem sicut patria: Nazareh vero tamquam habitaculum. A V G. de Con. euan. Forte autem hoc mouet, quomodo dicat Matthæus propterea cum puero pa- Lib. 2. c. 9.

D rentes eius isse in Galilæam, quia metu Archelai, in Iudæam ire noluerunt, cum propterea magis isse in Galilæam videantur, quia ciuitas eorum erat Nazareth Galileæ, sicut Lucas hic non tacet. Sed intelligendum est ubi Angelus in somnis in Aegypto dixit ad Ioseph: Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israel, sic intellectum primo esse a Ioseph, ut putaret iussum se esse pergere in Iudæam: ipsa enim intelligi primitus potuit terra Israel: porro autem postea quoniam comperit illic regnare filium Herodis Archelaum, noluit obiicere se illi periculo, cū posset terra Israel etiam sic intelligi, ut etiam Galilæa illi deputaret, quia & ipsam populus Israel incolebat. G R E C V S: vel aliter: Enumerat hic Lucas tempus ante descensum in Aegyptum, neq; enim ante purgationem eam Ioseph deduxisset. Ante vero quàm in Aegyptum descenderent, non receperant per oracula ut Nazareth pergerent: immo quasi libentius in patria conuersantes illuc ultro pergebant. Cum enim ad nihil aliud ascēsus in Bethlehem

E euenisset, nisi causa descriptionis, expedito eo, cuius causa ascenderant, descendunt in Nazareth. T H E O. Poterat autem secundū corpus ex ipso utero in mensura maturæ ætatis prodire, sed uideretur hoc secundum phantasiam, propterea paulatim crescit. unde sequitur. {Puer autem cresce, & confortabatur. B E D A: Notanda est distinctio uerborum, quia dominus Iesus Christus in eo quod puer erat. i. habitum humanæ fragilitatis induerat: crescere, & confortari habebat. A T H A. Cæterum si secundum quosdam in diuinam naturam mutata est, quomodo capiebat augmentum? increato enim augmentum attribuere nefarium est. C Y R I L. Decenter uero ætatis incremento sapientię coniunxit augmentū cum dicit. {Et confortabatur. s. spiritu. nam iuxta mensuram ætatis corporeæ, natura diuina sapientiam propriam reuelabat. T H E O. Si enim dum paruus ætate erat, omnem sapientiam demonstrasset, uideretur prodigium, sed per profectum ætatis seipsum ostendebat, ut totum impleret orbem. Non autem quasi suscipiens sapientiam spiritu confortari dicitur. quod enim ab initio

Contra Arrianos lib. 4

Universidad de Deusto Biblioteca

tio perfectissimum est,quomodo potest deinde perfectius fieri? vn de sequitur:{Ple.sapien.& gratia Dei erat in illo.} BEDA: Sapientia quidem quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. gratia autem quia homini Iesu Christo magna gratia donatum est,vt ex quo homo fieri cœpisset, perfectus esset & Deus: multo autem magis in eo ꝙ verbū Dei & Deus erat. nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Adhuc autem cum paruulus esset habebat gratiam Dei, vt quomodo in illo omnia mirabilia fuerāt, ita & peritia mirabilis esset,vt Dei sapientia compleretur. Sequitur.{Et ibant parētes eius per omnes annos in Hierusalē in die solēni Paschæ.

CHRY. In Hebræorum solēnitatibus non solum tempus, sed etiam locum obseruare lex iusserat: & ideo nec domini parentes extra Hierosolymam celebrare Pascha volebant. AVG. de Cō. euan. Quomodo autem ibant parentes eius per omnes annos puritiæ Christi in Hierusalem:si Archelai timore illuc prohibebantur accedere?hoc mihi dissoluere non esset difficile, nec si aliquis euangelistarum expressisset quādiu regnaret Archelaus. Fieri .n. poterat vt per diem festum inter tam ingentem turbam latenter ascenderent mox reuersuri, vbi tamen aliis diebus habitare meruerunt,vt nec solēnitate prætermissa essent irreligiosi,nec continua mansione conspicui,cum vero etiam de regno Archelai omnes quām fuerit diuturnum tacuerunt. Iste quoque intellectus patet,ꝙ Lucas dicit,per omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalē,tunc accipimus factum,cum iam nō timeretur Archelaus.

¶ CYRIL. Quia dixerat euangelista,ꝙ puer crescebat, & confortabatur, proprium sermonem verificat, inducens Iesum vna cum sacra virgine in Hierusalem ascendentem. vnde dicitur. {Et cum factus esset Ie.an.duodecim,ascen.illis Hieroso. GLO. Non enim indicium sapientiæ transcendit ætatis mensura, sed quo tempore penes nos discretionis ratio perfici consueuit duodecimo.s.anno Christi sapientia demōstratur. AMBR. Vel duodecimo anno dominicæ sumitur disputationis exordium: hic .n. prædicandæ fidei euangelizantium numerus debebatur. BASI. Possumus & hoc dicere,quia sicut septenario numero sic & duodenario qui multiplicatis inter seinuicem septenarii partibus cōflat,vel rerum,vel temporum vniuersitas,ac perfectio designetur, atque ideo quo omnia loca,vel tempora doceat occupari, recte a duodecimo numero iubar Christi sumit exordium. BEDA: in Homi. Quod autem dominus per omnes annos cum parentibus in Pascha Hierosolymam venit, humilitatis est humanæ indiciū, hominis namque est ad offerenda Deo sacrificia concurrere, & eū orationibus conciliare. Fecit ergo dominus inter homines homo natus,quod faciendum hominibus per Angelos imperauit Deus. vnde dicitur.{Secundum consuetudinem diei festi. Sequamur igitur iter humanæ conuersationis eius: si deitatis gloriam delectamur intueri. GRECVS: Celebrato autem festo, aliis remeantibus,Iesus latenter remansit. vnde sequitur. Consummatisque diebus cum redirent,remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius.} Dicit autem consummatis diebus, quia septem diebus durabat solēnitas. Ideo autem latenter remanet,ne parentes impedimento essent disputationi peragendæ cum legis peritis,vel forsitan hoc euitans ne videatur parentes contemnere,si mandantibus non pareret. Latenter ergo remanet, ne aut retrahatur,aut fit inobediens. ORI. Non autem miremur parētes vocatos,quorum alter ob partum,alter ob obsequium patris & matris meruerunt vocabula. BED A:in Homi.Sed quæret aliquis: Quomodo Dei filius tanta parentum cura nutritus potuerit obliuiscendo relinqui? Cui respondendum. Quia filiis Israel moris fuit vt temporibus festis, vel Hierosolymam confluentes, vel ad propria redeuntes,seorsum viri,seorsum fœminæ incederent,infantesque,vel pueri cum quolibet parente indifferēter ire potuerint: ideoque Mariam,vel Ioseph vicissim putasse puerum Iesum quem secum non cernebant,cum altero parente reuersum. vnde sequitur.{Existi.au.il.esse in comi.vene.iter diei,& requi.eū inter cognatos,& notos.} ORI. Sicut autem quando insidiabatur ei Iudæi,elapsus est de medio eorum, & non apparuit, sic & nunc puto remansisse puerum Iesum,& parentes eius vbi remanserit ignorasse. Sequitur enim.{Et non inu.re.sunt in Hier.requi.eum.} GLO. Vna quidem die reuersi sunt a Hierusalem,secunda quærunt inter cognatos & notos,& non inuenientes,tertia die regressi sunt in Hierusalem,& ibi inuenerunt. vnde sequitur: {Et factum est post tri.inue.eum in templo.} ORI. Non statim, vt quæritur inuenitur: non enim inter cognatos & carnis propinquos inuenitur Iesus. neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere. Non inuenitur inter notos,quia maior est mortali notitia. in multorum comitatu nō potest inueniri,nec vbique inuenerunt, sed in templo. Et tu ergo quære Iesum in templo Dei,quære in ecclesia,vbi Christi sermonem atque sapientiam.i.filium Dei reperies. AMB. Post triduum reperitur in templo, vt esset indicio, quia post triduū triumphalis passionis in sede cœlesti, & honore diuino fidei nostræ se ostenderet,resurgens qui mortuus credebatur. GLO. Vel quia quæsitus aduentus Christi a Patriarchis ante legem nō est inuentus,quæsitus a Prophetis & iustis sub lege non est inuentus,quæsitus a Gentilibus sub gratia inuenitur. ORI. Quia vero paruulus erat,inuenitur in medio præceptorum sanctificans, & eruditos eos.vnde.dicitur.{Sedentem in medio doctorum audientem illos,& interrogantem.}& hoc pietatis officio vt nos doceret quid pueris quāmuis sapientes,& eruditi sunt conueniret, vt audiant potius magistros,quàm docere desiderent, & se vana ostentatione non factent. Interrogabat,aūt non vt addisceret,sed vt interrogatus erndiret.ex vno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare,& respondere sapienter.vnde sequitur: {Stupe, audom.qui eum audie.su.pru.& respon.suis. BEDA: Ad ostendendum enim,quia homo erat,homines magistros humiliter audiebat. ad probandum vero,quia Deus erat,eisdem loquentibus sublimiter respondebat. GRECVS. Quærit enim rationabiliter,audit prudenter,respondetq; prudentius quod stuporem faciebat.vnde sequitur.Et vi.admi.sunt.} CHRY. super Ioannē: Nullum quippe miraculum egit dominus in pueritia,hoc tamen vnum prodit Lucas,per quod mirabilis videbatur. BEDA: Diuina siquidem lingua sapientiam prodebat,sed infirmitatem ætas prætendebat.humanam. vnde Iudæi inter alta quæ audiunt,& in firma quæ vident,dubia admiratione turbantur:nos autem nequaquam miremur,si scientes secundum prophetiam,quòd sic paruulus natus est nobis,ꝙ permanet Deus fortis. GRECVS: Mirāda vero Dei genitrix maternis affecta visceribus quasi cum lamētis inquisitionem dolorosam ostendit,& omnia sicut mater & fidialiter, & humiliter,& affectuose exprimit. vnde sequitur. {Et dixit mater eius ad illum:Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa.tu.& ego do quære.te.} ORI. Nouerat virgo sacrata hunc non esse filium Ioseph:& tamen patrem vocat illius spōsum suum, propter Iudæorum suspitionem,æstimantium ipsum vulgo fore cōceptū. Dicetur autem forte simplicius,ꝙ eum honorauit spiritussanctus patris nomine.eo ꝙ puerum Iesum educauit.artificiosius vero eo ꝙ genealogiam Ioseph ex Dauid produxit,ne superflua censerētur. Cur autē dolentes eum quærebant: an ex eo ꝙ periret puer, an errauerit? Absit. Numquid enim fieri poterat vt perditum formidarent infantem,quem diuinum esse cognouerant?sed quomodo tu siquando scripturas legis quæris in eis sensum cum dolore,non ꝙ scripturas erraſſe arbitreris,sed veritatem quam intrinsecus habent quæris inuenire.ita illi quærebant Iesum, ne forte reliquens eos reuersus esset ad cœlos, cum illi placuisset iterum descensurus. Oportet ergo eum qui quærit Iesum non negligenter, & dissolute transire sicut multi quærunt, & nō inueniunt, sed cum labore & dolore.GLO.Vel metuebant, ne quod Herodes in infantia eius patrasse quæsierat: tunc iam in pueritia positum inuenta opportunitate aliiinterficerēt.GRECVS.Sedispe do minus respondet ad omnia & corrigens quodammodo dictum ei de eo qui putabatur pater. verum patrem manifestat docens non per infima gradi,sed in altum extolli.vnde sequitur. {Et ait ad illos:Quid est ꝙ me quærebatis?} BEDA:Non eos ꝙ filiū quærant uituperat,sed quid ei potius cui ipse æternus est filius debeat eos cogit oculos mentis tollere. vnde sequitur. {Nesciebas,quia in his quæ pa.mei sunt opor.me esse? } AMBR: Duæ sunt in Christu generationes:vna est paterna, altera materna. paterna diuinior,materna uero quæ in nostrum laborem vsumque descendit. CYRIL. Hoc igitur dicit ostendens se mensuram humanam transcendere,& innuens, ꝙ sacra virgo effecta sit ministra negotii cum peperit carnem. ipse vero naturaliter, & uere Deus erat, & filius patris excelsi. Hinc autem Valentini sequaces audientes,

requirentes eum. Et factum est post triduum,inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos,& interrogantem eos.Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudētia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolētes quærebamus te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ me quærebatis? Nesciebatis ꝙa in his q̄ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad eos.

o Et descendit cum eis,& venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mr̄ eius cōseruabat oia verba hæc conferēs in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate,& gratia apud Deū, & hoies.

CAP. III.

ANno autem quintodecimo imperii Tyberii Cæsaris, procurante Pō tem expectabat in futurum clarius reuelandum. & hac quidem tam q̄ regula,& lege,& per totam vitam vtebatur. vnde sequitur. {Et Iesus proficiebat ætate,& sapientia,& gratia,apud Deum,& homines.} THEO. Sed inquiunt. Quomodo potest æqualis patri in substantia,qui quasi imperfectus crescere dicitur? non autem in eo,ꝙ est verbum dicitur inc. ementum suscipere, sed in eo ꝙ factus est homo. Si enim vere profecit: postquam factum est caro qui ante imperfectus extiterat: quid ergo gratias agimus ei vel ut incarnato pro nobis? Qualiter autem si ipse est vera sapiētia, in sapientia pōt augeri? vel qualiter qui cæteris largitur gratiam, ipse in gratia promouetur? Amplius si nemo scandalizatur cum audit,ꝙ verbum sempiternum humiliauerit: infirma quædam de Deo verbo sentiens: sed potius miratur misericordiam eius, quomodo non est superuacaneum scandalizari audiendo ꝙ proficit? Nā sicut pro nobis humiliatus est:sic pro nobis profecit, vt nos in eo proficiamus qui lapsi fuimus per peccatum. nam quicquid spectat ad nos ipse vere pro nobis Christus suscepit, vt cuncta reformet in melius CYRIL. Et attende ꝙ non dixit proficere verbum, sed Iesum,ne simplex verbum proficere intelligas,sed verbum caro factum. THEO. Et sicut verbum in carne passum fatemur, quis sola caro fuit passa,quia caro verbi erat quæ patiebatur: ita proficere dicitur ex eo ꝙ humanitas proficiebat in ipso. GRE. Nazanzenus. Dicitur autem secundum humanitatem proficere, non ꝙ ipsa suscipiat augmentum quæ ab initio fuit perfectia, sed ex eo ꝙ paulatim manifestabatur. THEO. Naturalis enim lex reliqui hominem sensu maiore vti q̄ ætas corporis patiatur. erat itaque verbum factum homo perfectum,cum sit virtus,& sapientia patris. Verum quia dandum erat aliquid nostræ naturæ moribus,ne aliquod extraneum a videntibus reputetur tamquam homo paulatim crescente corpore manifestabat seipsum,& quotidie sapientior ab audientibus, & videntibus censebatur. GRECVS: Proficiebat ergo secundum ætatem quidem corpore in virilem statum promoto,sapientia autem per eos qui ab eo diuina docebant, gratia vero,qua cum gaudio promouemur,credentes in fine obtinere quæ ab ipso promissa sunt:vt hoc quidem apud Deum ex eo ꝙ assumpta carne paternum opus peregit,apud homines vero per conuersationem eorum a cultu idolorum ad summæ Trinitatis notitiam. THEO.dicit enim.{Apud Deum & homines,} quia prius decet placere Deo,& postea hominib⁹. GREG. Nisslenus: Differenter etiam proficit verbum in his,qui ipsum suscipiunt.secundum enim mensuram illius apparet,aut infans,aut adultus,aut perfectus.

CAP. III.

GREGO. in Homi. Redemptoris præcursor, quo tēpore uerbum prædicationis accepit, memorato Romanæ Reipub.principe & Iudææ regibus designatur, cum dicitur. {Anno autem quintodecimo imperii Tyberii Cæsaris}:quia enim illum prædicare ueniebat qui ex Iudæa quosdam & multos ex gentibus redempturus erat:per regem gentium,& principes Iudæorum prædicationis eius tempora designantur. Quia autem Gentilitas colligenda erat in Romana Republica,vnus præfuisse describitur, cum dicitur.{Imperii Tyberii Cæsaris. GRECVS: Mortuo enim Augusto Monarcha, a quo Romani principes nomē Augusti adepti sunt: Tyberius post illum ad iura Monarchiæ succedens, xv.annum suscepti principatus agebat. ORI. Et in prophetico quidem sermone solis Iudeis prædicato,solum Iudæorum regnum describitur. Visio,inq.t, Esaiæ in diebus Oziæ Ioathan,& Achaz Regum Iudæ.at in euangelio quod erat p̄dicandum vniuerso mundo dominium describitur Tyberii Cæsaris,qui totius orbis dominus videbatur. verum si solum hi qui sunt de gentibus essent saluandi, satis erat solus Tyberii facere mentionem. Sed quia oportebat & Iudæos credere,ob hoc etiam Iudæorum regna describuntur,seu Tetrarchiæ, cum subditur:{Procurante Pontio Pilato Iudæam,tetrarcha aūt

Aduersus haereses. 30

ꝙ templum erat Dei pudeant dicere,ꝙ creator,& legis Deus, & templi non ipse pater est Christi. EPIPHA. Attendat & Hebion,ꝙ post annos xij. & non post tricesimum annum Christus reperitur stupendus in sermonibus gratiæ:quamobrem non est dicere,ꝙ postq̄ venit ad eum spiritus in baptismo,factus fuit Christus: sed ab ipsa puericia,& templū agnouit,& patrem. GRECVS: Hæc est demōstratio prima sapientiæ & virtutis pueri Iesu. quæ nāq; pueritia eius vocant diabolicæ putamus esse cōsiderationis, nisi quis ea sola velit accepta-re nequaquam his q̄ B tenemus oppugnantia:sed magis consona propheticis dictis,quia spectosus præ filijs hominum,& matri obediens,& moribus facetus,& visu non modicum venerandus & placidus,ad loquendum facundus,dulcis,& prouidus,& multum strennuitate cognitus tā quam qui repletus sapientia fuerat,& sicut in aliis sic conuersatio nis humanæ,atque locutionis quāmuis supra hoiem terminus, & rō,mansuetudo.n.sibi præcipuū elegit locū. Super hæc autem oia vbi ascendit super verticem eius,nec humana manus excepta materna. hinc autem possumus vtilitatem consequi.Dum.n.Mariam increpat Dominus quærentem ipsum inter propinquos,omissione vinculorum sanguinis apertissime suggerit: ostendens, ꝙ non contingit metam perfectionis attingere eum, qui adhuc vagatur in his quæ corpori conferunt,& quòd homo deficit a perfectione per affectum cognatorum. Sequitur:{Et ipsi non intel. ver. quod Hom.20. locu.est ad illos. BEDA: Quia.s.de sua diuinitate ad eos loquebatur. ORI. Vel nesciebant ꝛtrum dicens,in his quæ patris mei C sunt,significaret in templo,an aliquid altius & quod magis ædificat.vnusquisque enim nostrum si bonus fuerit atque perfectus, possessio Dei patris est,& habet in medio sui Iesum.

o ¶ GRECVS. Totam intermediam Christi vitam quæ est inter ostensionem ætatis & tempus baptismatis velut immunem alicuius famosi,& publici miraculi,& doctrinæ euāgelista sub vno verbo colligit dicens. {Et descen.cum eis,& venit Nazareth.} Hom.20. ORI. Crebro Iesus descendit cum discipulis suis,nec semper versatur in monte,quia non valebant qui variis morbis laborabat ascendere in montem iccirco & nunc descendit ad illos,qui deorsum erant. Sequitur:{Et erat subditus illis.} GRECVS: Quadoque enim verbo prius leges instituens,ipse secundario opere cō probabat,sicut illud:Bonus pastor animam suam ponit pro ouib⁹ suis. Ipse nāque paulo post nostram salutem exquirens animam exposuit propriam. aliquando vero prius viuendi proponit exē- D plar,& postea promebat verbotenus sanctionem, sicut hic, hæc tria præ cæteris opere monstrans,diligere Deum,honorare parentes,Deum vero & ipsis præferre parentibus. Cum.n reprehenderetur a parentibus,m inoris cure cætera reputat q̄ quæ sunt Dei: denique ipsis quoque parentibus obedientiam præstat. BEDA: Quid enim magister virtutis,nisi officiū pietatis impleret? Quid inter nos aliud q quod agi a nobis vellet,ageret? ORI. Discam⁹ ergo & nos filii parentibus nostris esse subiecti, ꝙ si patres nō fuerint,subiiciamur his qui patrum habent ætatem. Iesus filius Dei subiicitur Ioseph & Mariæ, ego vero subiiciar Episcopo q mihi constitutus est pater:puto ꝙ intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, & trepidus moderabatur imperium. Videat ergo vnusquisque ꝙ sæpe qui subiectus est,maior fit,quod si intellexerit,nō eleuabitur superbia,qui est sublimior dignitate.sciens sibi meliorem esse subiectum. GREG. Nisslenus: Amplius quoniam impu E beribus adhuc est imperfecta discretio,egetque per proiectos ad statum prouehi perfectioremideo cum pertigisset duodecimum annum,paret parentibus vt offendat,ꝙ quicquid per promotionem perficitur,antequam ad finem perueniat,obedientiam tamq̄ perducentem ad bonum vtiliter amplexatur. BASI. in lib. Religionum. Ab ipsa autem primeua ætate parentibus obediens quēlibet laborem corporeum humiliter,& reuerenter sustinuit. Cū enim homines essent honesti & iusti, egeni tamen necessariorum penuriam patientes,teste præsepi partus venerandi ministro,manifestum est,ꝙ sudores corporeos continuo frequentabant necessaria vitæ sibi quærentes,Iesus autem obediens illis, vt scriptura testatur,etiam in sustinendo labores subiectionem plenariam sustinebat. AMBRO. Et miraris si patri defert qui subditur matri?non vtique infirmitatis,sed pietatis est ista subiectio. Attollat licet caput hæreticus,vt alienis auxiliis asserat eum qui mittitur indigere: Numquid & humano egebat auxilio,vt materno seruiret imperio?deferebat ancillæ,deferebat simulato patri.& miraris si Deo detulit,an homini deferre pietatis est,deferre Deo infirmitatis? BEDA: Virgo autem siue quæ intellexit, siue quæ nondum intelligere potuit,omnia sua pariter in corde quasi ruminan

da,& diligentius scrutanda recondebat.vnde sequitur. {Et mater eius conser.omnia uer. hæc conse. in corde suo.} GRECVS: Considera prudentissimam mulierem Mariam,vere sapientiæ matrem,qualiter s̄ holaris sit pueri. Non enim vt puero,neque vt viro,sed vt Deo vacabat vlteri⁹,& illius voces diuinas, & opera reputabat.iccirco nil ex dictis,aut actis ab eo incassum illi patebat, sed sicut ipsum verbū prius in visceribus: ita nunc eiusdem modos,& dicta concipiebat, & in corde suo quodammodo fouebat. & hoc quidem iā secum in præsenti cō templabatur.hoc au-

Universidad de Deusto Biblioteca

Galileę Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis, & lysania Abilinæ tetrarcha. G R E G. in Homi. Quia enim Iudæa erat pro culpa perfidiæ dispergenda, in Iudeæ regno per partem & partem plurimi principabantur, secũ dum illud: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.

tio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galileæ Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ, & traconiditis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha: sub principibus Sacerdotum Anna, & Caypha, factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto.

b Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem Peccatorum, sicut scriptum est in libro Sermonum Esaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitor, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei.

B E D A: Pilatus quidem duodecimo anno Tyberii Cæsaris in Iudæam missus, pcurationem gentis suscepit, atque ibi per decem continuos annos vsque ad ipsum pene finem Tyberii perdurauit. Herodes autem, & Philippus, & Lysanias filii sunt Herodis illi⁹, sub quo dominus natus est, inter quos & ipse Herodes Archelaus frater eorum decem annis regnauit, qui a Iudæis apud Augustum criminatus, apud Viennam exilio periit. Regnum autẽ Iudeæ, quo minus validum fieret, idem Augustus per tetrarchias diuidere curauit. G R E G. in Homi. Et quia Ioannes illum prædicauit, qui simul Rex, & Sacerdos existeret· Lucas Euangelista prædicationis eius tempora non solum per Regnum, sed etiam per Sacerdotiũ designauit· vnde subditur. {Sub princi. Sacer. Anna, & Caypha.} B E D A. Ambo quidẽ incipiente prædicatione Ioannis, idest Annas, & Cayphas principes fuere Sacerdotum sed Annas illum annum: Cayphas vero eum, quo crucem dominus ascendit administrabat, tribus aliis in medio Pontificatu perfunctis, verum hi maxime qui ad domini passionem pertinent, ab euangelista commemorantur. Legalibus namque tunc præceptis vi & ambitione cessantibus, nulli pontificatus honor vitæ, vel generis merito reddebatur: sed Romana potestate summa Sacerdotii præstabatur. Iosephus enim refert, ꝙ Valeri⁹ Graccus Anna Sacerdotio deturbato, Ismaelem Pontificem designauit filium Fabi: sed etiam hunc non multo post abiiciens, Eleazarum Ananiæ Pontificis filium surrogauit. post annum vero & hunc arcet officio & Simoni cuidam Camithi filio Pontificatus tradidit ministeriũ, quo non amplius ipse q̃ vnius anni spatio perfunctus Iosephũ, cui & Cayphas nomen fuit ita accepit successorem: Ac per hoc, quo dominus noster docuisse describitur, intra quadriennii spatia coarctatur. A M B R O. Congregaturus autem ecclesiam Dei filius ante operatur in seruulo. Et ideo bene dicitur: {Factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium,} vt ecclesia nõ ab homine cœpit, sed a verbo. Bene autem Lucas compendio vsus est, vt Ioannẽ declararet Prophetam dic. {Factum est super eum verbum Dei:} aliàs nõ adderet. nullus enim eget iudicio sui qui verbo Dei abũdat: vnum itaque dicens: omnia declarauit. At vero Matthæus, & Marcus & vestitu, & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt. C H R Y. Verbum autem Dei hic mandatum esse dicitur: quia non a se venit Zachariæ filius, sed Deo ipsum mouente. T H E O. Per totum autem tempus præteritum vsque ad sui ostẽsionem occultus fuit in deserto, & hoc est quod subditur. {In deserto.} vt nulla suspitio innascatur hominibus, vt gratia affinitatis ad Christum, vel conuersationis a teneris annis: talia de ipso testaretur. vnde ipse testificans dicebat: Ego nesciebam illum. G R E G O. Nissenus: Simul etiam qui in spiritu & virtute Heliæ hanc vitam ingressus est, amotus a conuersatione humana inuisibilium speculationi vacans, ne huiusmodi fallaciis quæ per sensus ingeruntur assuetus, quandam confusionem, ac errorem incurreret erga viri boni discretionem. Et ideo ad tantum diuinarũ gratiarum eleuatus est apicem, vt plusquam Prophetis sibi gratia infunderetur, quia mundum, & expers cuiuslibet naturalis passionis desiderium suum a principio vsque ad finem diuinis aspectibus obtulit. A M B R O. Desertum etiam est ipsa ecclesia, quia plures filii desertę magis q̃ eius quæ habet virum. Factum est ergo verbum dñi, vt quę erat ante deserta, fructũ nobis terra generaret.

b ¶ A M B R O. Factum verbum vox secuta est. Verbum enim prius intus operatur, sequitur: nobis officium. vnde dicitur. {Et ve. in omnem regionem Iordanis.} O R I. Iordanis idem est qđ descẽdens: descendit enim Dei fluuius aqua salubris. Quæ autem loca decebat perambulare Baptistam, nisi Iordani circumadiacentia? vt siquem pœnitere contingeret, protinus occurreret fluenti humiditas ad recipiendum pœnitentiæ baptismum. Subditur. n. {prædi. bapti. pœni. in remissio. peccatorum.} G R E. in Ho. Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes baptismũ pœnitentiæ non solũ prædicat, verũetiã quibusdã dedit, tñ baptismũ suũ in remissionem peccatorum dare non potuit. C H R Y. super Ioannem: Cum enim nondum oblata esset hostia, nec descendisset spirirus, qualiter erat fienda remissio? Quid est ergo quod Lucas dicit. {In remissionem peccatorum? Erant siquidem Iudæi ignari, nec culpas proprias perpendebant. Quoniam igitur hæc erat causa malorũ vt peccata agnoscerent ad Redemptorem quærendum, venit Ioannes hortans illos pœnitentiam agere, vt per pœnitentiam effecti meliores atque cõtriti ad recipiendam veniã satagant. Apte ergo cum dixisset, ꝙ venit prædicans baptismum pœnitentię in remissionem peccatorum: q. d. Iccirco suadebat illis pœnitere, vt subsequentem veniam facilius impetrarent, credentes in Christum. nam nisi pœnitentia ducerent, nequaquam exposcerent gratiam. vnde baptisma illud nullam aliam habet causam, nisi ꝙ præparatoriũ erat ad fidem Christi. G R E. in Hom. Vel Ioannes dicitur prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat prædicabat, vt sicut incarnatum verbum patris præcurrebat verbo prædicationis: ita baptismum pœnitentiæ, quo peccata soluuntur, præcurreret suo baptismate quo peccata solui non possunt. A M B R. Et ideo plerique sancto Ioanni typum legis imponunt, eo ꝙ lex peccatum denunciare potuit, donare non potuit. G R E G. Nazãzenus: Et vt aliquatenus de baptismatum differẽtia differamus, baptizauit Moyses, sed in aqua, nube, & mari: hoc autem figuraliter agebatur. Baptizauit quoque Ioannes non vtique ritu Iudæorũ. non solum in aqua, sed etiam in remissionem peccatorum: non tamen omnino spiritualiter: neque enim addit in spiritu. Baptizat Iesus, sed in spiritu, & hic est pfectio. Est quoque quartũ baptisma, quod fit per martyrium & sanguinem, quo etiam ipse Christus est baptizatus, quod cæteris est venerabilius nimis eatenus, quatenus iteratis contagiis non fœdatur. Est etiam quintum ex lachrymis: laboriosius tamen, iuxta quod quidem singulis noctibus suũ rigant cubile, & stratum in lachrymis. Sequitur. {Sicut scriptum est in libro Esaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto.} A M B. Bene vox dicitur Ioannes verbi prænuncius, quia vox præcedit inferior: verbum sequitur quod præcedit. G R E G. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictæ, ac destitutæ Iudeæ solatium redemptionis annunciat. Quid autem clamaret aperitur, cum dicitur: {Parate viam domini, rectas facite semitas ei⁹. } Omnis enim qui fidem rectam, & bona opera prædicat, quid aliud q̃ venienti domino ad corda audientium viam parat, vt rectas Deo semitas faciat: dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format? O R I G E. Vel in corde nostro viã præparanda est domino: magnum enim est cor hominis, & spatiosum: si tamen fuerit mundum, neque in corporis quãtitate, sed in virtute sensuum magnitudinem eius intellige, quæ tantam scientiam capiat veritatis. Præpara ergo in tuo corde viã domino per conuersationem bonam, & egregiis, vel perfectis operibus dirige semitam vitæ, vt in te sermo Dei absque offensa perambulet. B A S I Et quia semita est via quam præcedentes calcauerãt, & quam priores homines corruperunt, eam iterato dirigere iubet sermo illis, qui a præcedentium zelo recedunt. C H R Y. Clamare autem: Parate viam domini, non Regis erat, sed Præcursoris officium. Et ideo eum vocauerat vocem, quia uerbi erat Præcursor. C Y R I L. Sed quasi quis responderet & diceret: Qualiter uiam præparabimus domino, vel qualiter eius semitas rectas faciemus, cum plura sint impedimenta honestam uitam uolentibus ducere? Ad hoc propheticus sermo respõdet. Sunt enim uiæ quædam & semitę nequaquam ad eundum habiles: adeo vt alicubi ad tumulos, & iuga tollantur, alicubi decliues sint. & ad hoc remouẽ dum dicit: {Omnis ual imple. & om. mons, & col. humiliabitur.} Quædam uiarum inæqualiter dispositæ sunt, & dum nunc sursũ erigunt, nunc uergunt deorsum, ualde sunt ad eundum difficiles; & quantum ad hoc subdit. {Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas.} Hoc autẽ intelligitur actum esse p nostri Saluatoris potentiam. quondam enim euangelicæ conuersationis, & uitæ iter erat ad eundũ difficile, ex eo ꝙ & mentes singulorum mundanæ uoluptates oppresserãt, ut aũt Deus factus hõ peccatũ danauit in carne explanata sunt oĩa, & reddita sunt ad eundum facilia, & nec collis, nec uallis proficere uolentibus obuiat. O R I. Quando enim uenit Iesus, & spiritum suum misit, oĩs uallis repleta est operibus bonis, & fructibus spũsancti, quos si habueris, nõ solum uallis esse desistis, sed etiam mons Dei esse incipies. G R E. Nissenus: Vel quietam in uirtutibus conuersationem significat per conualles;

Hom. 21.

ualles, secundum illud Psalmi. Valles abundabunt frumento. C H R Y. Elatos autẽ superbos nomine montis denunciat, quos Christus humiliauit. Colles autem desperatos appellat, non solũ ob superbiam mentis suę: sed propter desperationis sterilitatem, collis enim nullos fructus producit. O R I G. Vel intelligas qũ montes & colles qui sunt aduersarię potestates, per aduentum Christi prostrati sũt. B A S I. Sicut autẽ colles respectu montiũ magnitudine differũt, in aliis sunt idẽ, sic & aduersę potestates proposito quidẽ conformes sunt, immanitate tamen offensionum secernuntur. G R E G. in homi. Vel Vallis impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit, quia in fide Christi & gẽtilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Iudęa per errorem perfidiæ hoc vnde tumebat perdidit. Humiles enim donum accipiunt quod a se corda superbientium repellunt. C H R Y. Vel per hoc declarat legis difficultatem in fidei facilitatem conuersam, ac si dicat, non vlterius sudores & dolores imminent: sed gratia & remissio peccatorum facilem viam pariũt ad salutem. G R E G. Nissenus: Vel iubet valles impleri, deiici vero colles & montes, volens ostendere quòd nec ob defectum virtutis ordo sit concauus, nec discrepet ob excessum. G R E G O. in Hom. Praua autem directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta, ad iustitiæ regulam diriguntur. Aspera autem in vias planas immutantur, cum immites atque iracundæ mentes p infusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeũt. C H R Y. Deinde horum subiicit causam dicens: {Et vide. om. ca. salu. Dei.} ostendens quoniam vsque ad fines mundi diffundetur euangelij virtus, atque cognitio ex more ferino & obstinata voluntate, ad mansuetudinem & lenitatem humanum genus conuertens, Non autem solum Iudæi & proseliti, immo tota humana natura salutare Dei videbit. C H R Y. idest patris qui filiũ misit vt nostrum saluatorem. Caro autẽ ad præsens accipitur pro toto homine. G R E G. in Hom. vel aliter: Omnis caro. i. omnis homo salutare Dei, videlicet Christum in hac vita videre non potuit: propheta ergo oculum ad extremũ iudicij diem tendit, quando hunc omnes & electi & reprobi pariter videbunt.

c Dicebat ergo ad turbas, quę exibãt vt baptizarẽtur ab ipso. Genimina viperarum, quis ostẽdet vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pęnitentiæ, & ne cęperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur.

c ¶ C H R Y. Manens aliquis in pristino statu & mores suos & consuetudinem non relinquens, nequaquam rite ad baptismũ venit. Siquis ergo velit baptizari, egrediatur. vnde signanter dicitur: {Et dicebat ad turbas, quæ exibãt, vt baptizarẽtur ab ipso.} Egredientibus itaque ad lauacrum turbis, loquitur quæ sequuntur. Si enim iam egressi essent, nequaquam ad eos diceret: {Genimina viperarum.{ C H R Y. Ille itaque cultor deserti videns omnes incolas Palestinæ circunstantes ipsum & admirantes, non flectebatur pro tanta reuerentia, sed insurgens in ipsos arguebat eos. Sacra autem scriptura secundum stimulantes passiones, plerumque ferarum nomina imponit hominibus. Interdũ canes eos nominans causa procacitatis, equos ob luxum, asinos propter dementiam, & leones, & pardos causa rapacitatis & petulantiæ, aspides causa doli, serpentes & viperas causa veneni & calliditatis. Vnde & nunc Ioannes Iudęos audacter {genimina viperarũ vocat.} B A S I L. Oportet autem scire ꝙ hæc nomina natus & filius de animalibus dicuntur. genimen vero potest dici fętus antequã efficitur, fructus etiam palmarũ genimina dicuntur, raro autẽ in animalibus accipiũtur & semper in malo. C H R Y. Ferunt autẽ viperam marẽ coeundo necare, cuius semens excrescens perimit matrem, & sic prodit in lucẽ scisso parentis vtero in vindictam quodammodo parentis genitoris, itaq; parricida est proles vipera. Tales erant Iudęi qui patres spiritales eorũ atq; doctores occidebãt. Quid autẽ si inuenit eos peccantes sed incipientes conuerti? non debebat eis conuitiari sed permulcere? Dicendum, ꝙ non adhibebat mentem his, quæ fiebant exterius, mentis enim eorum archana cognouerat, dño reuelante. nimis enim se iactabant in progenitoribus. Hanc ergo radicẽ scindens nominat illos genimina viperarũ, non quidẽ vituperans patriarchas, aut eos viperas nominãs. G R E. in Hom. 20. Sed quia per hoc ꝙ bonis inuident eosq; persequuntur, patrũ suorũ carnaliũ vias sequentes, quasi venenati filij de venenatis parẽtibus nati sunt. Quia vero supradicta sententia intẽdit ꝙ extremo Christus examine ab omni carne videbit, recte subditur: {Quis osten. vobis fugere a ventura ira?} Ventura ira est animaduersio vltionis exrremæ. A M B R. Ostenditur aũt his Dei miseratione infusa prudentia, vt gerant suorũ pęnitentiã delictorũ futuri terrorem iudicij prouida deuotione metuentes, aut fortasse iuxta quod scriptũ est: Estote prudentes sicut serpentes. ostendunt habere prudentiã naturalẽ, qui profutura videãt & ponte deposcãt, sed adhuc noxia nõ relinquãt. G R E. in Hom. Quia vero tunc fugere ab ira peccatorum non valet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Subditur: {Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.} C H R Y. Non enim satis est pœnitentibus peccata dimittere, sed opus est eius fructus ferre ẽm illud: Declina a malo, & fac bonum, sicut non sufficit ad sanationem sagittam euellere, sed oportet vlceri medicamentũ apponere. Non autẽ dicit fructum, sed fructus copiam designãs. G R E G O. in Ho. Nec solũ fructus pœnitentiæ: sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciendos. Quisquis enim illicita nulla commisit, huic conceditur, vt licitis vtatur, ac siquis in culpam lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto meminit se perpetrasse illicita. Neque enim par fructus esse boni operis debet eius qui minus, & qui amplius deliquit, aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, per hoc ergo cuislibet conscientia conuenitur, vt tanto maiora quærat bonorum operũ lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna p culpam. M A X I. Pœnitentiæ fructus est impassibilitas animæ quã plenarie non fruimur: dum interdum passionibus instigamur: nondum enim fructus pœnitentiæ dignos peregimus. pœniteam⁹ ergo veraciter, vt a passionibus expediti, peccatorum veniam consequamur. G R E G. in Hom. Sed Iudæi de generis nobilitate gloriantes, iccirco se agnoscere peccatores nolebant, quia de Abrahæ stirpe descenderant, quibus recte dicitur. Et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. C H R Y. Non hoc indicans, ꝙ ab Abraham naturali origine non descenderant, sed quia nihil prodest ab Abraham descendisse, nisi secundum virtutem cognationẽ obseruent. Cognationes namque leges consueuit scriptura vocare: non eas quæ ẽm naturam consistunt, sed quæ deriuantur a virtute vel vitio. Quibus namque se quisque conformem statuit, horum filius vel frater vocatur. C Y R I L. Quid enim confert carnalis generositas, nisi cõsimilibus studiis fulciatur? Vanum est igitur extolli de bonis prædecessoribus, & deficere ab eorum virtutibus. B A S I. Neque enim equum velocem esse facit patris erga cursum strennuitas, sed veluti cæterorum animalium probitas cõsideratur in singulis, sic quoque laus propria viri discernitur quã præsentium bonorum in se comprobat argumentum. Turpe namque est alienis ornari decoribus, quem virtus propria non venustat. G R E G. Nissenus: Sic igitur Iudæorum promulgato exilio, consequenter ingerit conuocationem Gentilium, quos lapides appellat. vnde sequitur. {Dico enim vobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.} C H R Y. q. d. Ne putetis, quòd si uos perieritis, filiis priuetur Patriarcha. potest enim Deus etiam ex lapidibus homines illi præbere, & ad illum perducere sanguinem: nam & ab ipso principio sic euenit. Ei namque quod est ex lapidibus homines fieri, equipollet exitus filii ab illo emortuo vtero Sarę: A M B R O. Sed licet Deus possit diuersas conuertere, & mutare naturas: tñ mihi plus mysterium, q̃ miraculum prodest. Quid enim aliud quàm lapides habebantur, qui lapidibus seruiebant? similes vtique his qui fecerant eos. Prophetatur igitur saxosis Gentilium fides infundenda pectoribus, & futuros per fidem Abrahæ filios oraculo pollicentur. Vt autem scias, quia lapidibus comparati sunt hoĩes: arboribus quoq; hoĩes comparauit cum subdit. {Iam enim securis posita est ad radicem arboris.} Exempli autem ideo facta est mutatio, vt illo comparationis processu, quidam intelligatur homini clementior iã profectus. O R I. Et quidem si iam vigeret cõsummatio, & tporum finis instaret nulla mihi qõ nasceret. dicerem. n. propterea hoc prophetatũ esse, quia illo tpe complebitur. Cũ aũt tanta post sæcula fluxerint qũo. spiritussanctus hoc dicit: ego puto Israelitico populo prophetari, ꝙ præcisio eius vicina sit. His. n. qui egrediebantur ad eum, vt baptizarentur: hæc inter cætera loquebaẽ. C Y R I L. Securim ergo in pſenti nominat mortiferam irã, quæ diuinitus irruit in Iudæos pp exercitã impietatẽ in Christũ: non tñ hesisse radici securim pnunciat, sed ad radicem. i. iuxta radicem positam. Decisi nãque fuerunt rami, nec radicitus extirpata est planta, reliquię enim Israel saluæ fient. G R E G. in Hom. vel aliter: Arbor huius mundi est vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster, qui velut ex manubrio, & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate, quæ videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etsi per pœnitentiam expectat: videtur tamen quid factura. Et notandum, ꝙ non iuxta ramos securim positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tolluntur: quid aliud quàm rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est. Vnusquisque autem peruersus paratam

Con. Eunomiũ, lib. 2.

Hom. 12. in Matth.

Homil. 23.

citi us gehennæ concremationem inuenit, qui fructum boni operis contemnit. vnde sequitur: {Omnis ergo ar. quæ non fa. fru. bo. exci. & in ig. mittitur. CHRY. Eleganter dictum est: Non faciés fructū. & adiicitur. {Bonum.} officiosum enim hoc animal Deus creauit, & naturalis est sibi exercitiorum instantia, ociū vero innaturale. Obest enim inertia, etiam cunctis corporis mébris, nulli autem vt animę. Eanamque cū continuo sit naturaliter mobilis: ociari nō patitur, sicut autem ociū malum est, ita & indecés exercitium. Ex eo autem q̄ præmisit pœnitentiam, prædicat, q̄ securis adiacet, non quidem incidens, sed terrorem incutiens. AMBRO. Faciat ergo fructum qui potest gratiæ, qui debet pœnitentiæ, adest dominus qui fructum requirat, fecundos viuificet, viriles repræhendat.

Hom.20. d ¶ GREG. in Homi. In præmissis verbis Baptistæ Ioannis constat, q̄ audientium corda turbata sunt, quæ concilium quærebant, cum subinfertur: {Et inter. eum tur. dicen. Quid ergo faciemus?} ORI'G. Tres ordines inducūtur fcifcitantium Ioannem super salu te sua, vnus quem scriptura appellauit turbas: alius quē publicanos nominat: tertius qui militum appellatione censetur. THEO. Et quidem publicanis, & militibus a malo abstinere pcepit: Turbis aūt quasi non maliciosis existentibus bonū aliquod præcepit obseruari. vnde sequitur. {Respondens autem di. il. qui habet du. tu. det non habenti. GREG. in Hom. Propter hoc q̄ tunica plus est necessaria vsui nostro quàm pallium, ad fructum dignum pœnitentiæ pertinet, vt nō solum exteriora quæcumq;, sed ipsa nobis valde necessaria diuidere cum proximis debeamus, scilicet vel tunicam, qua vestimur, vel escam, qua carnaliter viuimus. vnde sequitur. {Et qui habet escas similiter faciat.} BASI. Hic autem docemur q̄ ex omni eo quod affluit supra proprii victus necessitatem, tenemur erogare illi, qui non habet propter Deum, qui quæcumque possidemus largitus est. GREGO. in Homi. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum, minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiā ea quæ sunt sibi necessaria partitur. ic circo de diuidēdis cum proximo duabus tunicis datur præceptū, quoniam si vna diuiditur nemo vestitur. Inter hæc autem sciendum est quantum misericordiæ opera valeant, cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiuntur. AMBRO. Alia enim officiorum præcepta propria sunt singulorum: misericordia communis est vsus: ideo commune præceptum est omnib⁹, vt conferant non habenti. Misericordia est plenitudo virtutum, misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruatur, vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed q̄d habet cum paupere partiatur. ORIG. Profundiorem autem locus iste recipit intellectum. Quomodo enim non debemus duob⁹ seruire dominis, sic nec duas habere tunicas, ne sit vnum indumentum veteris hominis, & alterum noui, sed debemus nos exuere veterem hominem, & ei dare qui nudus est. Alius .n. habet vnum, alius vero omnino non habet. Contraria. s. fortitudo, & quomodo scriptum est, vt in profundum maris præcipitemus nostra delicta, sicut proiici a nobis oportet vitia atque peccata, & iacere super eum qui eorum nobis causa extitit. THEO. Quidam autē tunicas duas esse dixit spiritum scripturæ, & literam. habentem vero duo hæc monet Ioannes, vt instruat ignorantem, & det ei ad minus literam. BEDA. Quantam autem Baptistæ sermo virtutem habuerit: hinc probatur, cum & publicanos & milites ad consilium salutis suæ coegerit inquirendum: vnde sequitur. {Venerunt autem publicani, vt baptizarentur, & dixerunt: Magister q̄d faciemus? CHRY. Magna est virtutis fortitudo, dum fœlicitatis viam requirunt ab indigno locupletes. BEDA. Præcepit ergo eis ne vltra præscriptum exigant. vnde sequitur: Et ille dixit ad eos: {Nihil amplius q̄ q̄ vobis constitutum est faciatis. Publicani vero appellantur hi qui vectigalia publica exigunt, siue qui cōductores sunt vectigalium fisci, vel rerum publicarum, necnon & hi qui fœculi huius lucra per negocia sectantur: eodem vocabulo cēsentur, quos omnes pariter in suo quemque gradu ab agenda fraude coercet, vt dum primo se ab alienorum tentarent appetitu, tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent. Sequitur: Interro. autem eum & mi. di. Quid faciemus & nos?} Iustissimo autem moderamine præmonet, ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militando prodesse debuerant. vnde

In serm. ad diuites.

Hom.23.

e Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respōdens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det nō habenti, & qui habet escas: similiter faciat. Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, q̄d faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis faciatis. Interrogabant autem eum, & milites

f sequitur: {Et ait illis: neminem concutiatis} .s. per violentiam. {Neque calumniam faciatis} .s. per fraudulentam malitiam. Et contenti estote stipendiis vestris.} AMBRO. Docens iccirco stipendia militiæ constituta, ne dū sumptus quæritur, prædo crassetur. GREG. Nazan. Stipendium enim dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniā faciatis, & cōtenti estote stipendiis vestris. e Existimante aūt populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidē aqua baptizo vos. Veniet autē & fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiā calcia-

qa moriunt quandoq; morituri, vt domētur in pace victuri? hoc reprehendere timidorum est non religiosorum, nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & siqua similia. Hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerumque vt etiam inde puniantur aduersus violentiam resistentium sue Deo, sue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuste ipse ordo constringit. CHRY. super Matthæ. Volebat autem Ioannes quando publicanis, & militibus loquebatur, ad aliam maiorem philosophiam ipsos traducere, sed quoniam nondum erant ad illa idonei, minora referat, ne si potiora proferret, nequaquam illis intenderent, & his etiam priuarentur.

Hom.25. e ¶ ORI. Dignū erat vt plus Ioāni q̄ cæteris hoibus deferret, qui aliter q̄ cuncti mortales vixerat, quā ob causam diligebāt qui dem eum iustissimē, sed non seruabant in charitate modum. vnde dicitur: {Existi. au. po. & cogi. omni. in cor. su. de Ioan. ne for. ipse esset Christus.} AMBR. Quid autē in eptius, q̄ is qui in alio æstimatur, in seipso esse non creditur? quem per mulierem ventu rum putabant, per virginē veniſſe non credunt, & vtique diuini aduentus signum in virginis partu, non in mulieris constitutum Hom.25. est. ORI. Habet aūt periculum dilectio si modum transeat. debet enim qui aliquem diligit, naturam & causas considerare diligendi, & non plus diligere q̄ meretur: nam mensurā charitatis modumque si transcenderit. & qui diligit, & qui diligitur in peccato I erit. GREG. vnde Ioannes non fuit gloriatus in habita opinione de ipso ab hominibus, nec aliquatenus visus est primatū appetere, sed infimam humilitatem amplexus est: vnde sequitur: {Resp. Ioan. di. omni. Ego quidem bapti. vos in aqua.} BEDA: Quomodo autem respondit eis, qui in secreto cordis, quia Christus esset cogitabant? nisi quia non solum cogitabant, sed etiam sicut alius euangelista declarat, missis ad eum Sacerdotibus, ac Leuitis, an esset Christus inquirebant? AMBRO. Vel videbat Ioannes cordis occulta. Sed consideremus cuius gratia: Dei enim munus est, qui reuelat, non virtus hominis, qui diuino magis adiuuatur beneficio, quàm naturali cernit officio. Cito autem respondens probauit non esse se Christum, qui visibili operatur officio, nam cum ex duabus naturis, ideſt ex anima homo subsistit, & corpore, visibile per uisibilia, inuisibile per inuisibile mysterium consecrat. aqua .n. corpus ablui tur spiritu animæ delicta mundantur, licet etiā in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret: & ideo aliud fuit baptisma pœnitentiæ, aliud est gratiæ. Istud baptisma ex vtroque, illud ex vno. Opus hominis est gerere pœnitentiam delictorum, Dei munus est gratiam implere mysterii. Declinans ergo maiestatis inuidiam non uerbo, sed opere declarauit non esse se Christum. vnde sequitur. {Venit enim fortior me post me.} In hoc quòd dicit {fortior me,} comparationē non fecit. neque enim inter Dei filium, & hominem ulla poterat esse comparatio, sed quia multi fortes fortior nemo nisi Christus. Denique non fecit comparationem eo q̄ addiderit: {Cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius.} AVGV. de Consen. euan. Mat Lib. 2. c. 12. thæus quidem dicit: Cuius non sum dignus calciamenta portare. Itaque si ad rem pertinet aliquid aliud intelligere in eo quod dictum est: Calciamenta portare, & corrigiam calciamentorum soluere, vt vnus Euangelistarum hoc, alii aliud dicerent, omnes verum narrauerunt. Si autem nihil intendit Ioannes cum de calciamentis domini diceret, nisi excellentiam eius, & humilitatem suam, quodlibet horum dixerit, siue de

soluenda calciamentorum corrigia, siue de portandis calciamentis: eandem tamen sententiam tenuit. Quisquis etiā verbis suis per calciamentorum memoriam eandem significationem humilitatis expræssit. AMBRO. Per hoc etiam, quod dicit: Cuius non sum dignus calciamenta portare, euangelicæ prædicationis ostendit in Apostolos gratiam esse collatā, qui sunt calciati in euangelium. videtur tamen ideo hoc dicere, q̄ plerumque Ioannes personam accipit populi Iudæorū. GREG. Sed & Ioannes se indignū esse ad soluendum corrigiam calciamenti ei? denunciat, ac si aperte dicat: Ego redemptoris vestigia denudare non valeo, qui sponsi nomen mihi immeritus non vsurpo. Mos enim apud veteres fuit, vt siquis eam quæ sibi competeret accipere nollet vxorem, ille ei calciamentum solueret, qui ad hanc spōsus iure propinquitatis veniret. Vel quia calciamenta ex mortuis animalibus sunt, incarnatus dominus quasi calciatus apparuit, qui morticina nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calciamenti est ligatura mysterii. Ioannes itaque soluere corrigiam calciamenti eius non valet, quia incarnationis mysterium, nec ipse inuestigare sufficit, qui hanc per prophetiæ spiritum agnouit. CHRY. Et quia dixerat, quòd suum baptisma nil plus haberet quàm aquam, consequenter ostendit excellentiam exhibiti per Christum baptismatis, cum subdit. {Ipse uos baptizabit in spiritusancto, & igni.} per ipsam dicti metaphoram ostendens abundantiam gratiæ. non enim ait: Dabit vobis spiritum sanctum, sed baptizabit. ac rursus per id quod de igne subiicit, ostendit virtutem gratiæ, & sic Christus aquam vocat spiritus gratiam, ostendens per vocabulum aquæ, nitorem qui contingit ex ea, & consolationem immensam, quæ mentibus capacibus illius ingeritur. sic & Ioannes per ignis vocabulum exprimit feruorem, & rectitudinem gratiæ, necnon & peccatorum consumptionem. BEDA. Potest & spiritussancti nomine ignis significatus intelligi, quia in cēdit per amorem, & per sapientiam corda quæ replet, illuminat. vnde & Apostoli baptisma spūs in ignis visione percipiunt. Sunt qui ita exponunt, q̄ in præsenti in spū, & in futuro baptizaremur in igne, vt videlicet sicut in remissionem omnium peccatorum ex aqua, & spiritu renascimur: ita & tunc de leuibus quibusdam peHom.24 catis purgatorii ignis ante vltimum iudicium baptismate permū demur. ORI. Et quō Ioannes iuxta Iordanem fluuium veniētes ad baptismum prælotabatur, & alios abigebat, dicens: Generatio viperarum, eos vero qui confitebantur peccāta, suscipiebat. sic sta bit in igneo flumine dominus Iesus iuxta flāmeam romphæam, vt quicūque post exitum vitæ huius ad paradisum transire desiderat, & purgatione indiget: hoc eum amne baptizet, & ad paradisum transmittat: eum vero qui non habet signum priorum baptismatum, lauacro igneo non baptizet. BASI. Non aūt pp hoc q̄d dicit: {Baptizabit vos in spiritusancto. integrum quis esse baptisma fatebitur, in quo nomen solius spūs inuocatum est. oportet .n. semper illabatam manere assignatam traditionem in viuificante gratia: nam addere, vel minuere quicquam excludit a vita perpetua. sicut .n. credimus sic & baptisma suscipimus in nomine patris, & filii, & spiritussancti. GRECVS: Per hoc ergo quod dicit: Baptizabit in spiritusancto. ostendit abundantiam gratiæ, & beneficii copiam. Ne autem aliqui putent, q̄ dona largiri, & potestas, & voluntas est creatori: punire vero inobedientes nullam sibi fore causam, ob hoc subdit. {Cuius ventilabrum in manu eius.} Ostendens, q̄ non solum munificus est dignis: sed etiam præuaricationū vltor. {Ventilabrum aūt promptitudinem iudicii exprimit: non enim cum iudiciis: sed in instanti, & absque quolibet interuallo se parat damnandos a collegio saluandorum. CYRIL. Per hoc autem quod subdit. {Et præmundabit aream suam. {designabat baptista ecclesiam pertinere ad Christum quasi ad dñm. BEDA: Per aream enim præsens ecclesia figuratur, in qua multi sunt vocati, pauci vero electi, eius arex purgatio & nunc viritim geritur: cum quisque peruersus, vel ob manifesta peccata de ecclesia Sacerdotali castigatione eiicitur, vel ob occulta post mortem diuina di strictione damnatur. Et vniuersaliter in fine perficietur, q̄n mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius oia scandala. AMBRO. Ventilabri ergo iudicio discriminandorū dns declaratur ius habere meritorum, eo q̄ dum frumenta ventilantur in area, plena a vacuis velut quodam auræ spirātis examine separantur. vnde sequitur: {Et cōgre. tri. in hor. suum: paleas autem cōbu. igne inextin.} Per hanc comparationem dominus ostendit, q̄ iudicii die solida merita, fructusque virtutis ab inanis iactātiæ exiliique factorum infructuosa lætitate discernat, perfectio-

A

B

C

D

E

ris meriti viros locaturus in mansione cœlesti. Ipse enim perfectior fructus est qui meruit eius esse conformis, qui sicut granum tritici excidit, ut plurimos fructus afferret. CYRIL. At palæ lentos, & inanes signant, & quolibet vento peccati ventilatos, & volubiles. BASI. Conferunt autem his qui digni sunt regno cœlorum velut paleę triticeo: non tamen in tuitu diuinæ charitatis, & proximorum hoc faciunt, siue spiritualibus donis, siue corporalibus beneficiis. ORI. Vel quia Hom. 26. absque vento nō possunt triticum, & Palæ separari: ideo habet ventilabrum in manu sua quod alios paleas: alios triticum esse demonstrat. Cum enim esses palea læuis, ideſt incredulus, ostendit te esse tentatio qd latebat. Cū aūt fortiter tentamenta toleraueris: nō te faciet fidelē tentatio, atque patientem, sed virtutem quæ in te latebat profert in medium. GREG. Nissenus: Expedit autem scire, quòd nec bona quæ per repromissiones repolita sunt honeste viuentibus talia sunt, vt verbo valeat explicari, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nec peccatorum pœnæ ad aliquid eorum, quæ in præsenti sensum afficiunt proportionem habent, & quamuis aliqua illarum pœnarum per nostra nominentur vocabula: differt tamen non modicum. Cum enim audis ignem: aliud quiddam conijcere doceris, ex eo quod addit. {Inextinguibili.} quod in istum ignem non cadit. GREG. 15. Cap. 14. Moral. Miro modo expræssus est ignis gehennæ: ignis namque noster corporeus per congesta ligna nutritur, nec valet nisi fortus subsistere. at contra gehennæ ignis, cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, lignis non nutritus, sed creatus semel inextinguibilis durat.

f ¶ ORIGE. Annunciauerat Ioannes Christum, baptisnum Hom. 27. spiritussancti prædicabat, & c. quæ euangelii tradit historia. Excepti ergo his alia annunciasse monstratur in eo quod dicitur. {Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.} THEO. Exhortatio enim eius erat bona doctrina: & ideo conuenienter euangelium dicitur. ORI. Et qūo in euangelio ℣m Ioannem de Christo refertur, quia multa & alia locutus est: sic & in præsenti loco intellige quod Lucas hic dixit, q̄n maiora quædam a Ioanne annunciabantur, q̄ vt deberent literis credi. Miramur autem Ioannē, quo inter natos mulierū maior nemo fuerit, q̄ in tantam opinionem meritis virtutis ascenderit, ut a plerisq; Christus putaretur. Sed illud multo mirabilius, q̄ nō timuit Herodem, non formidauit interitum. vnde sequitur. {Herodes autē tetrarcha cum corriperetur ab illo.} EVSE. Dicitur aūt Tetrarcha ad differentia alterius Herodis, quo regnante natus est Christus. erat. n. ille Rex: hic aūt tetrarcha. Erat aūt illi cōiunx Arethæ Regis Arabum filia, quam cum coniunx esset fratris sui Philippi, more sacrilego duxit, quāmuis prolem haberet a fratre. his. n. solum licebat hoc agere, quorum fratres sine prole vitam compleuerant. Super hoc Herodem reprehenderat baptista. primo quidem diligenter eius audiebat sermones, cum sciret eos ponderosos, & consolatione plenos, sed Herodiadis concupiscentia cogebat eū asperari verba Ioannis, vnde & eum detrudit in carcerem. Et hoc est quod dicitur: {Adiecit & hoc super om. & inclu. Ioann. in car.} BEDA: Non aūt his diebus captus est Ioannes, sed iuxta euangelium Ioannis post aliqua gesta signa a dño, & post ei? baptismū diffamatum, sed a Luca propter exaggerandam malitiam Herodis præoccupatum est, qui cum uideret ad prædicationē Ioannis multos confluere, publicanos pœnitere, totum vulgus baptisma suscipere, ipse econuerso non solum Ioannem contemnit, sed uinculat, & occidit. GLO. Ante etiam quàm Lucas aliquid narret de actibus Iesu, dicit Ioannem ab Herode captum, vt ostendat se solummodo eadem facta præcipue descripturum, qui eo anno gesta sunt quo Ioannes captus est, vel punitus.

g ¶ AMBRO. Pulchre in his quæ in cæteris dicta sunt, Lucas compendium sumpsit. Et intelligendum magis, q̄ a Ioanne dns baptizatus est, q̄ expræssum reliquit. vnde dr: {Factū est aūt cū baptizaret ois populus, & Iesu baptizato, & orāre, apertū est cœlū.} Baptizatus est aūt dns non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutę p carnem Christi, qui pctm non cognouit, baptismatis ius haberent. GREG. Nazan. Accedit etiam Chrs ad baptismum, forsan sanctificaturus Baptistam, quod aut nulli dubium est, vt totum veteranum Adā immergat aquæ. AMBRO. Quæ etiam sit dnici causa baptismatis, dns ipse declarat, dicens. Sic decet implere omnem iustitiam, quæ est ergo iustitia, nisi quia qd alterū tibi facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exēplo? Nemo igitur refugiat lauacrū gr̄æ, q̄n Chrs lauacrum puiæ non refugit.

Universidad de Deusto Biblioteca

CHRY. Fuerat autem baptisma Iudaicum, quod sordes carnis amouebat, non conscientiæ crimina. Nostrum autem baptisma separat a peccatis, lauat animam, & spūs copiam elargitur. baptisma vero Ioannis Iudaico præstantius fuit. neque.n. ad obseruantiam corporalium mundificationum inducebat, sed monebat a vitio in virtuté conuerti. Nostro vero baptismate minus, eo ꝙ nec spm̄ sanctum administrabat, nec remissionem quæ per gratiam fit exhibebat, cum quasi finis quidā esset vtrorūque baptismatum, sed neque Iudaico baptismate, nec nostro baptizatus est Chrs, quia nec indulgentia pctorum egebat, nec illa caro expers erat spiritussancti, quæ p spm̄sanctū ab ipso principio concepta est, sed baptizat' est Ioānis baptismate, vt ex ipsa natura baptismatis scias, quia neque causa peccati, neque pp indigentiam doni baptizatus est. Dicit aūt. {Baptizato & orante.} vt perpendas, ꝙ suscepto baptismate, opportuna sit iugis oratio. BEDA: Quia etsi peccata sunt omnia in baptismo laxata, non adhuc terrenæ carnis est fragilitas solidata. nā quasi transito mari rubro gratulamur submersos Aegyptios, sed in deserto mundanæ conuersationis hostes cōcurrunt alii, qui duce Christi gratia nostro sudore vincantur, donec perueniamus ad patriam. CHRY. Dicit aūt: {Apertum est cœlum,} tāquam hactenus reclusum fuisset. Iam aūt ouili superno, & infimo in vnum redacto, & vno existente ouium pastore, cœlū patuit, & homo terricola aggregatus est Angelis. BEDA: Non .n. ei cœlum tunc apertum est, cuius oculi cœlorum interiora cernebant, sed virtus ibi baptismatis ostenditur, de quo quisque cum egreditur, regni cœlestis ei ianua aperitur: dumque caro innoxia frigentibus tangitur aquis, opposita quondam noxiis romphæa extinguitur ignea. CHRY. Descendit etiam spiritussanctus ad Christum tāquam ad generis nostri principium, vt in Christo sit primo qui non sibi, sed nobis potius illum suscepit. vnde sequitur: {Et descendit spiritussanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.} Non existimet aliquis, ꝙ cum non habuit eum, suscepit ipsum. Ipse nāque illum desursum tāquam Deus mittebat: at idē, vt homo recipiebat inferius. Igitur ex eo deuolauit in eum, ex ipsius deitate ad eius humanitatem. Cap. 26. AVG. 15. de Trini. Absurdissimū autem est, cum iam triginta annorum esset, accepisse spiritum sanctum: sed venit ad baptismum sicut sine peccato, ita non sine spiritusancto. Si enim de Ioanne scriptum est: Spiritusancto replebitur ab vtero matris suæ: quid de homine Christo credendū est, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Nūc ergo corpus suum. i. ecclesiam præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipue accipiunt spiritumsanctum. CHRY. Redolebat illud baptisma aliquid uetustatis, & partim sapiebat nouitatem, ꝙ enim baptisma susciperet a Propheta, ostendebat aliquid vetustatis. ꝙ autem spiritus descenderit, nouum aliquid designabat. AMBRO. Merito autem spiritus se in corpore demonstrauit, qm̄ in diuinitatis substantia non videtur. Aduertamus mysterium quare sicut columba. simplicitatem enim lauacri requirit gratia, qm̄ in typo veteri columba quondā ad illam arcam quæ sola fuit diluui immunis reuersa est. CHRY. Vel nunc vt māsuetudinem magistri declaret, in specie columbina apparet. in Pēthecoste autem quemadmodum ignis, vt ostendat pœnam. Cū enim oportebat delictis ignoscere, mansuetudo necessaria erat, sed vt adepti sumus gratiam, restat examinis, & iudicii tempus. Trac. 3. CYPRI. de simplicitate Prælatorum. Est auté columba simplex, & lætum animal non fele amarum, non morsibus seuum, non vngulę laceratione violentum, hospitia humana deligere, vnius domus nosse consortium, cum generant filios simul sedere, cum commeant, volatu inuicem coherere, conuersatione communi vitam suam degere, oris osculo cōcordiam pacis agnoscere, legem circa omnia vnanimitatis implere. CHRY. Et quidem Christus in ortu suo p plurima se manifestauerat oracula, verum quia noluerunt aduertere, cum medio latuerit tempore, rursum se ab alio clariore patefecit principio, non stella, sed desuper indicabat pater in vndis Iordanis, & spiritus deuolabat protrahens illam vocem super verticem eius, qui baptizabatur. vnde sequitur. {Et vox de cœlo fa. est: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi.} AMBRO. Vidimus spiritum, sed in specie corporali. Et patrem quem videre non possumus: audiamus. Inuisibilis enim est pater, sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem, sed demonstrare se voluit in corpore. & quia pater corpus non gerebat: ideo probare voluit nobis in filio sese præsenté dicens: {Tu es filius meus.} In li. de Synodo Nicena cōt. Eus. ATHA. Sacra quidem scriptura ex nomine filii duplicem intellectū ostēdit: vnum quidem, vt in euangelio dicitur: Dedit eis potestatem, F vt fiant filii Dei. alterum autem intellectum, iuxta quem Isaac est filius Abrahæ. Christus ergo non simpliciter dicitur Dei fili', sed cum articuli additione, vt comprehendamus, quoniam ipse solus est, qui reuera, & s̄m naturam est filius, quamobrem & vnigenitus dicitur: nam si s̄m insaniam Arrii dicitur filius, sicut q hoc nomen per gratiā assequuntur, in nullo a nobis differre videbitur. Restat ergo s̄m alium intellectum fatendum esse Christū filium Dei, s̄m quem Isaac fili' Abrahæ esse cognoscitur, quod enim ab alio naturaliter gignitur: non auté ab extrinseco sumit G exordium. filium natura recenset: sed dicit: Numquid vt hominis est passibilis natiuitas filii? minime. sed Deus cum sit indiuisibilis impassibiliter pater est filii. vnde verbum patris dicitur, quia nec ipsum, vt humanum passibiliter producitur, & cum simplex sit natura diuina, vnius solius filii pater est, & propter hoc additur. {Dilectus.} CHRY. Cum enim quis vnum solum possidet filium maxime diligit. si vero pater factus sit plurium, dispartitus affectus remittitur. ATHANA. Cum autem antea propheta protulerit Dei promissa dicentis: Mittam Christum filium meum nunc apud Iordanem, quasi consummato promisso decenter subiungit: {In te complacuit mihi.} BEDA: Ac si dicat, in te placitum meum constitui, idest hoc per te gerere, qđ mihi placet. Hom. 8. GREGO. super Ezechie. vel aliter: Omnis qui pœnitendo corrigit aliqua quæ fecit, eoipso quòd pœnitet se sibi displicuisse indicat, quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater humano modo de peccatoribus locutus est dicens: Pœnitet me fecisse hominē, quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creauit. H in solo autem Christo sibi complacuit, quia in solo eo non inuenit culpam, in qua se reprehendat quasi per pœnitentiam. Lib. 2. c. 14. AVGV. de Consen. euangeli. Quòd autem Matthæus dicit: Hic est filius meus: Lucas autem. {Tu es filius meus dilectus.} ad eandem sententiam explicandam valet. vox enim cœlestis vnum horum dixit, sed Matthæus ostendere voluit ad id valere quod dictum est, hic est filius meus, vt illis qui potius audiebant, indicaretur quòd ipse esset filius Dei. non enim Christo indicabatur, qui sciebat, sed audiebant qui aderant, propter quos etiam ipsa vox facta est.

& orante, apertum est cœlum, & descendit spiritussanctus corporali specie sicut colūba in ipsum, & vox đ cœlo facta est: Tu es fili' me' dilectus, i te cōplacuit mihi. h Et ipse Iesus erat incipiēs quasi annorum triginta, vt putabat filius Ioseph, qui fuit Hely, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, q fuit Ioāna,

Homil. 28. h ¶ ORIGE. Cum autem baptizatum dominum dixisset, generationem domini exponit non a superioribus ad inferiora deducens, sed a Christo vsque ad ipsum peruenit Deum. vnde dicit. {Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.} Quando enim baptizatus est, & mysterium secundæ gene- I rationis assumpsit, tunc dicitur incœpisse, vt tu quoque priorem natiuitatem destruas, & in secunda regeneratione nascaris. Orone in sanctū lau. GREGO. Nazanzenus: Est ergo considerandum quis esset qui baptizatus est, & a quo, & quando. Mundus siquidem, & a Ioanne, & iam incœptis miraculis: vt ex hinc suscipiamus doctrinam nos præmundandi, & humilitatem amplexandi, quin & in perfectione, & spiritualis, & carnalis ætatis prædicandi, quorum primum dictum sit baptisma suscipientibus, & non præmunientibus se per habitum bonum: nam etsi relaxationem peccatorum faciat donum baptismi: verendum tamen est ne ad eundem uomitum reuertamur. Secundum dictum est aduersus insurgentes contra dispensatores mysterii, siquidem ipsi dignitate præcellunt. Tertium æditum est illis qui de iuuenta confidunt, & quodlibet tempus arbitrantur ad prælationem, vel doctrinam spectare. Purgatur Iesus, & tu purgationem contemnis: K a Ioanne, ac tu in tuum monitorem insurgis, tricenarius, tu autem docendo Seniores, lanuginem præuenis. Sed assunt Danielis, & similium exempla in ore: nam quilibet noxius ad respondendum paratus est. Non est autem lex ecclesiæ quod raro contingit, eo quòd nec vnica hirundo uer statuit. CHRY. Vel iccirco usque ad illam ætatem, quæ cuncta peccata recipit, expectat totam legem perficiens, nequis dicat, quòd ideo legem soluit, quòd eam non poterat consummare. GRECVS. Ob hoc etiam tricenarius accedit ad baptisma, vt ostendat, quòd spiritualis regeneratio viros parit perfectos secundum spiritualem ætatem. BEDA: Potest etiam tricenalis baptizati Saluatoris ætas, nostri etiam baptismatis intimare mysterium propter fidē, scilicet Trinitatis, & operationem decalogi. Orone in sanctū lau. GREGO. Nazan. Baptizandus est tamen infantulus si necessitas vrgeat: nam vtilius est inuisibiliter sanctificari, q̃ non signatos transmigrare. Sed dices: Christus tricenarius baptizatur cum Deus esset: tu vero iubes accelerare baptisma: Sed cum dixisti Deus, id obiectū soluisti. Ipse non indigebat purgamine, nec aliquod imminebat ei periculum

periculum dum differret baptisma. at tibi in paruum non redundat piaculum, si transmiges in corruptione natus: non autem incorruptionis veste indutus. At forsan times ne baptizatus baptismatis munditiam custodias, & propterea differs baptismum. Sed melius est nonnumquā parumper inquinari, q̃ omnino gratia carere. CYRIL. Licet tamen Christus secundum carnem careat patre, suspicabantur aliqui eum patrē habere. vnde sequit. {Vt putabatur filius Ioseph.} AMBR. Bene, vt putabat, qui vere non erat: sed iō putabat, quia cū Maria, quæ Ioseph viro suo erat desponsata genuerat. Cur aūt Ioseph magis q̃ Mariæ generatio describit, cum Maria de spiritusancto genuerit Christū, & Ioseph a generatione dn̄i videatur alienus dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quæ semp viri originem quærat, maxime cum in Ioseph etiā origo sit Mariæ: nam cum vir iustus fuerit Ioseph, vtique ex tribu sua, & ex patria sua accepit vxorem. itaque & census tempore ascendit Ioseph de domo, & de patria Dauid, vt pfiteret cū Maria vxore sua, quæ ex eadē domo, & ex eadem patria professionē defert, vtique eiusdem tribus, & eiusdem patriæ se esse designat. vnde generationem Ioseph explicans subdit: {Qui fuit Hely.} Illud autem aduertamus, ꝙ sanctus Matthæus Iacob, qui fuit pater Ioseph filium Nathan esse commemorat: Lucas vero Ioseph, cui desponsata fuit Maria filium Hely esse descripsit: quō vni' duo patres. s. Hely, & Iacob esse potuerūt? GREG. Nazan. Dicunt autem quidam, ꝙ vnica est successio a Dauid vsque ad Ioseph: licet diuersis nominibus ab vtroque Euāgelista narratur. Sed hoc absurde fatentur, qm̄ initium huius generationis duos fratres obtinuit, Nathan. s. & Salomonem. vnde generationes diuersimode profluxerunt. EVSE. Emesenus. Ipsorum ergo verborum sententiæ intellectū attentius explicemus. si enim approbante Matthæo Ioseph esse filium Iacob: Lucas similiter approbasset Ioseph esse filium Hely, esset aliqua controuersia. Cæterum cum approbante Matthæo, Lucas plurium opinionem declararet, non propriam dicens, vt putabatur, non arbitror aliqđ relinqui dubium. Cum. n. essent inter Iudæos diuersæ opiniones de Christo, & oēs reducerent ipsum ad Dauid, propter promissiones ei factas, plurimi autem assererent Christum a Dauid esse futurum: per Salomonem, & alios reges, quidam hanc opinionem vitabant, eo ꝙ plurima de regibus dicuntur enormia. Et quia de Iechonia Hieremias dixit, ꝙ non oriretur semen ex eo collocandū in sede Dauid, quorum opinionem commemorat Lucas sentiens enarrare Matthæum qualis esset veritas generationis. & hæc est prima ratio. Est & alia profundior. Matthæus. n. cū inciperet scribere ante conceptionem Mariæ & carnalem natiuitatem Iesu, oportune velut in historia præmittit carnalem progeniem: vnde & generationem a superioribus deriuat descendens. Cum enim verbum Dei carnem acciperet descendebat, sed Lucas ad factam per lauacrum regenerationem prosilit, & ibi alia generum successionē exponit, & ab imis ad prima subleuans pariter, & peccatorū quos narrauit Matthæus memoriam abdicat, eo ꝙ quicūque in Deo renascitur, fit alienus a criminosis parentibus Dei filius factus, & eorum qui secundum Deum vitam duxerunt honestam. Sic enim Abrahæ dictum est: Tu proficisceris ad patres tuos, non quidem carnales, sed in Deo patres, propter similitudinem honestatis. Igit ei qui in Deo nascitur ascribit parentes, qui sunt s̄m Deum per æquiparantiam morum. Quæst. 56. AVGV. de Quæ. no. & ve. testamenti, vel aliter. Matthæus a Dauid per Salomonē descendit ad Ioseph: Lucas vero ab Hely, qui tempore fuit Saluatoris ascendit per traducem Nathā filii Dauid, & Hely, & Ioseph iunxit tribum, ostendens vnius generis esse vtrūque, ac per hoc non solum Ioseph filiū esse Saluatorem, sed & Hely. Ipsa. n. rōne qua Ioseph filius dicitur esse Saluator, ipsa etiam est & Hely filius, & cæterorum oīum qui de eadem tribu sunt. hinc est quòd dicit Apostolus: Quorum patres, & ex quibus Christus s̄m carnem. Lib. 2. q̄. 5. AVG. de Quæst. euang. Vel tres causæ concurrunt: quarum aliquā euangelista secutus sit. aut. n. vnus euangelista patrem eius, a quo genitus est nominauit: alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus posuit. aut vnus erat Ioseph naturalis pater, & alter eum adoptauit. aut more Iudæorum, cū sine filiis vnus decessisset eius vxorem propinquus recipiens, filium quem genuit propinquo mortuo deputauit. AMBRO. Traditur. n. Nathā, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, & vxorem superstite decessisse, quā postea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus est Hely. Rursus Hely fratre Iacob sine liberis decedente, copulatus est fratris vxori, & generauit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob fi- A lius dr̄, qm̄ semen fratris defuncti iuxta legis veteris Seriem suscitabat. BEDA. vel aliter: Iacob fratris Hely sine liberis defuncti vxorem de mandato legis accipiens genuit Ioseph: natura quidē germinis filium suū, s̄m vero legis præceptū efficitur filius Hely. AVG. de Quæ. no. & ve. testamenti: Probabilius. n. intelligimus Lucā adoptantis originē tenuisse, qui noluit Ioseph genitum dicere ab illo, cuius filiū esse narrauit. Cōmodius. n. filius dict' est a quo fuerat adoptatus, q̃ diceretur ab illo genitus, cui' carne non erat natus. Matthæus autem dicēs: Abraham genuit B Isaac. Isaac autem genuit Iacob, atque in hoc verbo, quod est genuit perseuerans donec in vltimo diceret: Iacob autem genuit Ioseph: satis expressit ad eum se patrem pduxisse originē generantium, a quo Ioseph non adoptatus, sed genitus erat. q̄q̄ si etiam genitum Lucas diceret Ioseph ab Hely, nec sic nos hoc verbum perturbare deberet, neque enim absurde quisquis dicitur non carne, sed charitate genuisse, quem sibi filium adoptauit. Merito autem Lucas adoptionis originem suscepit, quia per adoptionem efficimur filii Dei, per carnalem vero generationem filius Dei potius propter nos filius hominis factus est. CHRY. Quia vero hæc pars euangelii consistit in serie nominum, nihil preciosum exinde acquiri existimant. Ne igitur hoc patiamur, experiamur etiam hunc passum scrutari. Est enim ex nudis nominibus copiosum haurire thesaurum, quia plurium rerum indicatiua sunt nomina: nam & diuinam clementiam, & oblatas a mulieribus gratiarum actiones sapiunt. cum enim filios impetrabant, nomen impo- C nebant a dono. GLO. Interpretatur igitur Hely, Deus meus, vel scandens. {Qui fuit Mathat} .i. donans peccata. {Qui fuit Leui,} idest additus. AMBRO. Pulchre Lucas, quoniam filios Iacob non poterat plures comprehendere, ne extra generationes euagari superflua serie videretur, licet in aliis, idest longe posterioribus, Patriarcharum tamen antiqua nomina non prætermittenda arbitratus est: Ioseph, Iudæ, Symeonis, & Leui. Quatuor enim genera in his cognoscimus fuisse virtutum: in Iuda passionis dominicæ per figuram mysterium prophetatum: in Ioseph præcessisse castitatis exemplum: in Symeone vindictam pudoris: In Leui officium Sacerdotis. unde sequitur. {Qui fuit Melchi,} idest rex meus. {Qui fuit Ianne,} idest dextra. {Qui fuit Ioseph,} idest accrescens. fuit aūt alius iste Ioseph. {Qui fuit Mathathiæ,} idest donum Dei, vel aliquando. {Qui fuit Amos,} idest onerans, vel onerauit. {Qui fuit Naum,} idest consolatio, vel consolato. {Qui fuit Hesli,} idest adiuua me. {Qui fuit Nag- D ge,} idest meridies, vel meridianum. {Qui fuit Naat,} idest desiderium. {Qui fuit Mathathiæ,} vt supra. {Qui fuit Semei,} idest obediens. Qui fuit Ioseph,} idest augmentum. {Qui fuit Iuda,} idest confitens. {Qui fuit Ioanna,} idest dn̄s uel gratia eius, uel dn̄s misericors. {Qui fuit Resa,} idest misericors. {Qui fuit Zorobabel,} idest princeps, vel magister Babylonis. {Qui fuit Salatiel,} idest petitio mea Deus. {Qui fuit Neri,} idest lucerna mea. {Qui fuit Melchi,} idest regnum meum. {Qui fuit Addi,} idest robustus, vel violentus. {Qui fuit Cosan,} idest dominans. {Qui fuit Helmadā,} quod est Dei mensura. Qui fuit Her,} quod est vigilans, vel vigilia, vel pelliceus. {Qui fuit Iesu,} quod est saluator. {Qui fuit Eliezer} .i. De' me' adiutor. {Qui fuit Iorim} .i. dn̄s exultans, vel exaltās. {Qui fuit Mathat,} vt supra. {Qui fuit Leui,} ut supra. {Qui fuit Symeon,} idest audiuit tristitiam, vel signum. {Qui fuit Iuda,} vt supra. {Qui fuit Ioseph,} vt supra. E {Qui fuit Iona} .i. colūba, uel dolens. {Qui fuit Eliachim.} quod est Dei resurrectio. {Qui fuit Melcha} .i. rex eius. {Qui fuit Mēna,} qđ est viscera mea. {Qui fuit Mathathia} .i. donum. {Qui fuit Nathan} .i. dedit, vel dantis. AMBRO. Per Nathā aūt expressam aduertimus pphetiæ dignitatem, ut quia unus oīa Christus Iesus, in singulis quoque maioribus genera uirtutum diuersa præcederent. Sequitur. {Qui fuit Dauid.} ORI. Dn̄s descendens Hom. 28. in mundum assumpsit peccatorum hoīum personā, & nasci uoluit de stirpe Salomonis, ut refert Matthæus, cuius peccata scripta sunt, & cæterorum ex quibus multi fecerunt malum in conspectu Dei. Qui uero ascendit & secundo per baptismū ortus esse describit, ut refert Lucas, non p Salomonem, sed per Nathā nascit, q arguit patrē sup Vriæ morte ortuque Salomonis. AVG. in li. Lib. 1. c. 26. Retract. Dicendum aūt, ꝙ huiusmodi nominis Propheta arguit Dauid, ne putetur idem fuisse homo cū alter fuerit. GRE. Naz. Sed ad Dauid vltra, s̄m utrumque euangelista est generis processus indiuisibilis. unde sequitur. {Qui fuit Iesse. GLO. Interpretatur Dauid manu fortis: Iesse incensum. Sequitur. {Qui fuit Obeth.

qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, q fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, q fuit Symeon, q fuit Iuda, q fuit Ioseph, q fuit Iona, q fuit Heliac, q fuit Melcha, q fuit Mēna, qui fuit Mathata, q fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Arā, qui fuit Esron, qui

Obeth,} quod est seruitus.{Qui fuit Booz,}qđ est fortis.{Qui fuit Salmon,}qđ est sensibilis,vel pacificus.{Qui fuit Naason,} quod est augurium,vel serpentinus.{Qui fuit Aminadab,}idest populus voluntarius.{Qui fuit Aram,}quod est erectus,vel excelsus.{Qui fuit Efron,}idest sagitta.{Qui fuit Phares,}quod est diuisio.{Qui fuit Iudæ,}idest confitens.{Qui fuit Iacob,}quod est supplantator.{Qui fuit Isaac}quod est risus,vel gaudiū.{Qui fuit Abraham,}quod est pater multarum gentium, vel videns populum. CHRY. Matthæus quidem tāquam qui Iudæis scribebat,nihil statuit vlterius scribere,nisi ꝙ ab Abrahā, & Dauid Christus processerat: hoc enim maxime placabat Iudæos. Lucas vero sicut qui omnibus cōmuniter loquebatur vlterius protendit sermonem attingens vsque ad Adam. vnde sequit. {Qui fuit Thare.} G L O. Quod interprætatur exploratio, siue nequitia.{Qui fuit Nachor,} quod est requieuit lux.{Qui fuit Seruth,}quod est corrigia,vel compræhendens lorum,vel perfectio.{Qui fuit Ragau,}quod est ægrotus,vel pascens.{Qui fuit Phales,}quod est diuidens,vel diuisum.{Qui fuit Heber,}quod est tranſitus . Qui fuit Sale,}quod est tollens: {Qui fuit Chainan,}quod est lamentatio,vel possessio eorum. B E D A: Nomē & generatio Chainan iuxta hebraicam veritatem neque in Genesi,neque in verbis dierum inuenitur, sed Arphaxat Selaa,vel Sale filium nullo interposito genuisse perhibetur . Scito ergo Lucā hanc generationem de lxx. Interpretum editione sumptisse , vbi scriptum est,ꝙ Arphaxat.cxxxv.annorum genuerit Chainan, & ipse Chainan,cum xxxv.fuerit annorum,genuerit Sale.Sequitur. {Qui fuit Arphaxat.} G L O. Quod est sanans depopulationē. {Qui fuit Sem,quod est nomen,vel nominatus.{Qui fuit Noe,} quod est requies. A M B R O. Noe quidem iusti inter dominicas generationes commemoratio non debuit prætermitti,vt quia ædificator ecclesiæ nascebatur,cum sui generis auctorem præmisisse videatur,qa eā in typo ante fundauerat. {Qui fuit Lamech.} G L O. quod est humiliatum, vel percutiēntem percussum, vel humilem.{Qui fuit Mathusalem,}quod est mortis, vel mortuus est,& interrogauit. A M B R. Huius vltra diluuium numerantur anni,vt qm̄ solus est Christus vnus,cuius vita nullam sentit ætatem:in maioribus quoque suis,non sensisse diluuia videret.{Qui fuit Enoch,}& hic pietatis dominicæ, & diuinitatis manifestū in dicium est,eo ꝙ nec mortem senserit dns, & ad cœlum remeauerit,cuius generis auctor raptus ad cœlum est.vnde manifestum est Christum potuisse non mori,sed voluisse vt nobis mors illa prodesset.& ille quidem raptus ne malitia mutaret cor eius.dns autē quem malitia sæculi mutare non poterat,eo vnde venerat, naturæ suæ maiestate remeauit. B E D A. Pulchre autem a baptizato Deo filio vsque ad Deum patrem ascendens.lxx. gradu Enoch ponit,qui dilata morte translatus est in paradisum, vt significet eos qui in gratiam adoptionis filiorum ex aqua & spiritu sancto regenerantur: interim post corporis absolutionem æternam suscipiendos in requiem . Septuagenarius enim propter septimam sabbati illorum requiem significat,qui iuuante Dei gratia decalogum legis implerunt. G L O. Interprætatur autem Enoch dedicatio.{Qui fuit Iared,}quod est defendens,siue continens. {Qui fuit Malaleel,}quod est laudatus Dei,vel laudans Deū. {Qui fuit Chainan,}vt supra.{Qui fuit Enos,}idest homo desperans, vel violētus.{Qui fuit Seth,}quod est positio,siue posuit. A M B R. Seth posterior filius Adæ,non filetur,vt cum duæ sint populi generationes,significaretur in typo in posteriore potius quàm in priore generatione Christum numerandum.Sequitur.{Qui fuit Adam.} G L O. Quod homo vel terrenus, vel indigens. {Qui fuit Dei.} A M B R O. Quid pulchrius potuit conuenire,quàm vt sancta generatio a Dei filio inciperet,& vsque ad Dei filium duceretur,creatusque præcederet in figura,vt natꝰ in veritate sequeretur,ad imaginem factus prēiret,propter quem Dei imago descēderet? Putauit etiam Lucas ad Deum Christi originem referendam,ꝙ verus Christi generator Deus sit,vel ſm generationem veram pater,vel ſm lauacri & regenerationem mystici auctor muneris.Et ideo non a principio generationem eius cœpit describere, sed postea q̄ baptisma eius explicuit,vt & ſm naturam,& ſm gratiam Dei filium demonstraret. Quòd autem euidentius diuinæ generationis indicium,q̄ ꝙ de generatione dicturus patrem præmisit loquentem: Tu es filius meus dilectus. A V G. de Consen. euan Satis etiam per hoc demonstrauit,nō se ideo dixisse Ioseph filium Hely,quòd de illo genitus,sed quòd ab illo potius illi fuerit adoptatus,cum etiam ipsum Adam filium dixit, cum sit fa-

suit Phares, qui suit Iudæ, qui suit Isaac, qui suit Abrahæ, qui suit Thare, qui suit Phalech, qui suit Heber, qui suit Sale, qui suit Chainam, qui suit Arphaxat, qui suit Sem, qui suit Noe, qui suit Lamech, qui suit Mathusalem, qui suit Enoch, qui suit Iareth, qui suit Malalehel, qui suit Chainam, qui suit Enos, qui suit Seth, qui suit Adam, qui suit Dei.

CAP. IIII.

Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane, & agebatur Abraham vsque ad Christi natiuitatem descendendo commorauit ab initio euangelii sui. Lucas autem non ab initio, sed a baptismo Christi generationes narrat.nec descendendo,sed ascendendo tāquam Sacerdotem in expiandis peccatis magis assignās: vbi testimonium perhibuit dicens: Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo autem peruenit ad Deum,cui mundati,& expiati reconciliamur. A M B R O. Nec hic Euangelistæ discrepare videantur,qui veterem ordiné sunt secuti. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones vsque ad Christū sunt, pauciores secundum Matthæum,cum per alias personas generationem fecerit esse decursam. Potest enim fieri,vt alii longeuam transegerint vitam: alterius vero generationis viri in matura ætate decesserint,cum videamus quàm plures senes cum suis nepotibus viuere,alios vero viros statim filiis obire susceptis. A V G. de Con euan. Conuenientissime autem Lucas baptizato domino generationes per septuagintaseptem personas sursum versus numerat.Nam & ascēdens ad Deum,cui per peccatorum abolitionē reconciliamur expræssus est,& per baptismum sit homini omnium remissio peccatorū quæ illo numero significatur : nam undecies septem.septuaginta & septem sunt. In denario autē perfectio beatitudinis est, vnde manifestū est quod trasgressio denarii designat peccatū per superbiā plus aliquid haberi cupientis. hoc autem septies propterea ducitur, vt motu hominis facta significetur illa transgressio. Ternario enim numero incorporea pars hominis significatur:quaternario uero corpus. motus autem in numeris nō exprimitur,cum dicimus:vnum,duo,tria:sed cum dicimus:semel, bis,ter.unde p septies.xj.significatur motu hois facta trāsgressio.

CAP. IIII.

THEO. Post baptismum Christus tentatur, inuens nobis, quòd postquàm erimus baptizati tentationes imminent nobis . unde dicitur : {Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordane.} C Y R I L. Dudum dixit Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis,eo quòd sunt caro. ubi uero regenerationē per aquam & spiritum ditati sumus, facti sumus diuinæ naturæ participes. per spiritus autem participationem primogenitus, aut in multis fratribus primus. recepit spiritum,qui & spiritus dator est,ut etiam ad nos per ipsum perueniat gratia spiritus sancti. O R I G. Quando igitur legis Iesum plenum spiritu sancto,& in actibus scribitur de Apostolis,ꝙ repleti fuerint spiritu sancto,uide ne æquales putes esse Apostolos Saluatori. Quomodo enim si uolueris dicere: Hæc uasa plena sunt uino,uel oleo,non ſtatim dices,ꝙ æquali mēsura sunt plena ? sic & Iesus,& Paulus pleni erant spiritu sancto : sed vas Pauli multo minus erat quàm Iesu, & tamen erat secundum mensuram suam utrumque repletum . Accepto itaque baptismo,Saluator plenus spiritu sancto,qui super eum in specie columbæ de cœlis uenerat,ducebatur a spiritu,quia quotquot spiritu Dei ducuntur: hi filii Dei sunt. iste autem supra omnes proprie filius Dei erat. B E D A. Necui autem ueniret in dubium a quo spiritu ductum,siue expulsum : alii Euangelistæ dicerent in desertum, consulte Lucas demum intulit: {Et agebatur in desertū a spiritu quadraginta diebus. nequid cōtra eum ualuisse spiritus putaretur immundus,qui plenus spiritu sancto quæcumque uolebat agebat. G R E C V S: Si uero non arbitrio proprio nostram ūitā disponimus,quomodo ipse trahebatur inuitus? Quòd ergo dicitur agebatur spiritu:huiusmodi habet intellectum:Spōte spiritualem duxit conuersationem:ut locum exhiberet tentanti. B A S I. Non enim uerbo prouocans inimicum: sed opere uisitans quærit desertum:delectatur enim diabolus in deserto ut patitur esse in urbibus,contristat ipsum concordia ciuium. A M B. Agebatur igitur consilio in desertum, ut diabolum prouocaret: nam nisi ille certasset, non mihi iste uicisset . Mysterio, ut illum Adam de exilio liberaret, qui de paradiso in desertum iectus est.

est. Exemplo,vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere,& tunc magis esse cauendum ne mysterii gratiam deserat mentis infirmitas.vnde sequitur.{Et tentabatur a diabolo.} C Y R I L. Ecce factus est in Athletis iubens agones Deus in his qui coronat sanctorum vertices. G R E G. 3. Moral. Hostis tamen noster mentē mediatoris Dei & hominū tētatione quassare non valuit: sic.n. dignatus est tentationes exterius suscipere,vt tamen eius mēs interius diuinitati in hærens inconcussa permaneret . O R I G. Tentatur autem Iesus a diabolo quadraginta diebus,& quæ fuerint tentamenta nescimus,quæ ideo forsitan prætermissa sunt,quia maiora erant q̄ vt literis traderentur. B A S I. Vel dominus per quadragenam intentatus mansit.nouerat enim diabolus,ꝙ ieiunabat,& nō famescebat:& iō nō audebat accedere. vnde sequitur. {Et nihil manduca. in il die.} Ieiunauit siquidem,ostendens quòd illi qui se vult ad pugnas tentationum accingere sobrietas est necessaria. A M B R O. Tria igitur sunt quæ ad vsum proficiunt salutis humanæ, sacramentum, desertum,& ieiunium.Nemo nisi qui legitime certauerit, coronatur.nemo autem ad certamen virtutis admittitur, nisi prius ab omnibus ablutus maculis delictorum gratiæ cœlestis munere consecretur. G R E G. Nazan. Quadraginta siquidem diebus ieiunauit nihil manducans: erat enim Deus.nos autem ieiunium possibilitati proportionamus, licet zelus aliquibus progredi suadeat vltra posse. B A S I. Sed tamen non sic vtendum est carne, vt per egestatem alimenti naturalis vigor eius soluatur,neque vt ad vltimatum torporem intellectus vrgeatur per dissolutionis excessum.vnde dominus noster semel hoc peregit,sed per totum consequens tempus ordine debito gubernauit corpus, & similiter Moyses,& Helias. C H R Y. Valde autem prudenter factum est, ꝙ in ieiunando eorum non excesserit numerum,ne scilicet putaretur aparenter venisse: non autem recepisse veram carnem, aut præter humanam esse naturam. A M B R O. Quadraginta autem dierū mysticum numerum recognoscis.tot enim diebus aquas abyssi effusas esse meministi,& tot ieiunio dierum sanctificato refusam cę li serenioris ostendit clementiam. tot ieiunio dierum Moyses perceptionem legis emeruit. tot annos in eremo constituti patres pa nem Angelorum consecuti sunt. A V G. de Con. euan. Numerꝰ autem iste laborosi huius temporis sacramentum, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolum dimicamus. Hic enim numerus temporalem vitam significat:tempora enim annorum quadripartitis vicibus currunt.quadraginta autem quater habent decem. Porro ipsa decem ab vno vsque ad quatuor progrediente numero consummantur,quod declarat,ꝙ quadraginta dierum ieiunium:hoc est humiliationem animæ consecrauit & lex,& Prophetæ per Moysen,& Heliam,& euangelium per ipsius domini ieiunium. B A S I. Verum quia non esurire supra hominem est : assumpsit dominus passionem famis indicans eam non esse peccatū, & concessit cum voluit naturæ humanæ,quæ sua sunt pati & agere.vnde sequitur.{Et consummatis illis esuriit.} Non coactus ad necessitatem quæ præsit naturæ, sed quasi prouocans diabolum ad duellum. Sentiens enim diabolus, quia vbi fames,ibi imbecilli tas. aggrediturad tentandum,& quasi tentationum excogitator, famem Christo patienti, suadebat lapidibus appetitum se dare. vnde sequitur:{dixit autem illi dia.si filius Dei es,die lapidi huic vt panis fiat.} A M B R. Tria præcipue docemur tela esse diaboli, quibus ad conuertendam mentem hominis consueuit armari,gulæ vnum,aliud iactantiæ,tertium ambitionis. Inde ergo cœpit vn de iam vicit.s.Adam. Discamus igitur cauere gulam, cauere luxuriam,quia telum est diaboli.Sed quid sibi vult talis sermo: {Si filius Dei es,}nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed veniſſe per hanc infirmitatē corporis nō putabat? Aliud est explorantis,aliud tentantis:ideo profitetur se credere, & homini conat illudere. O R I. Rogato autem patre a filio panem, nec dante lapidem pro pane,iste quasi aduersarius,& fallax,pro pane dat lapidem. B A S I. Suadebat quidem lapidibus appetitum sedare : hoc est permutare desiderium ab alimento naturali ad existentiam pter naturam. O R I. Puto etiam,ꝙ vsque hodie lapidem diabolꝰ ostendit,& hortetur singulos ad loquendum,{dic vt lapis istis panis fiat.}Si videris hæreticos dogmatum suorum mendacium'propane comedere:scito lapidem eorum esse sermonem, quem monstrat ei diabolus. B A S I. Dissipator aūt tentationū Christus, nō repellit a natura famem.vnde sequitur.{Et rndit ad il. Iesus: Scriest qa non in so.pa.vi.ho.sed in oi verbo Dei.} T H E O. q.d. non solis panibus humana natura sustentatur: immo sufficit verbum Dei ad nutriendum vniuersam naturam humanam.Taliter passus est Israeliticus populus,colligés annis quadraginta manna, & gaudens volatilium præda. Diuino consilio Helias conuiuas habuit coruos . Hæliseus herbis agrestibus socios nutriuit. C Y R I L. vel aliter. Terrenis cibis terrenum nostrum alitur corpus : anima uero rōnalis diuino uerbo vigoratur ad bonam habitudinem spiritus: non.n. naturam incorpoream corpus alit. G R E. Niss. Vnde non alitur virtus pane, nec percarnes bene se habet aīa & pinguescit . aliis epulis vita sublimis educaē & crescit. nutri mentum boni castitas panis,sapientia pulmentum,iustitia potus, impassibilis status delectatio bene sapere. A M B R O. Vides igit quo genere vtatur armorum,quo hominem a spiritualis nequitię incursione defendat aduersum incitamenta gulæ.non.n.quasi De vtitur potestate:quid.n.mihi proderat ? Sed quasi homo cōmuni sibi accepit auxilio,vt diuino pabulo lectionis intentus famē corporis negligat:alimentū verbi acquirat. non enim potest qui verbum sequitur panem desiderare terrenum , humanis enim diuina præstare non dubium est.simul cum dicit.{Non in solo pane viuit homo.}ostendit hominem esse tentatum:hoc est susceptionem nostram,non suam diuinitatem,

b ¶ T H E O . Primo inimicus Christum de gula tentauerat, sicut & Adam: deinde de cupiditate,siue auaritia, in hoc ꝙ ostendit ei omnia regna mundi. vnde sequitur. {Et du. illum diabolus,& ostendit ei omnia reg.or.ter.in mo.temporis. G R E G O. in Homil. Quid mirum si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam a membris ipsius crucifigi ? T H E O . Sed qualiter ostendit ei omnia regna orbis terræ ? Quidam dicunt, quòd mente hæc ei ostendit . ego autem dico,quòd sensibiliter, & in phantasia apparere fecit. T I T V S. Vel descripsit orbem verbo,& velut quandam domum intentioni eius manifestat, vt existimabat . A M B R O. Bene autem in momento temporis sæcularia,& terrena monstrantur. non enim tam conspectus celeritas indicatur,quàm caduce fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa præterierunt,& sæpe honor sæculi abiit antequam venerit. Sequitur.{Et ait illi: Tibi da. pote. hanc vniuersam & gloriam illorum,quia mihi tradita sunt,& cui volo,do illa. T I T V S: In vtroque mentiebatur: neque enim habebat, nec conferre poterat quo carebat. nullus enim obtinet potestatem,sed ad pugnam est aduersarius derelictus. A M B R O. Alibi enim legitur,quia omnis potestas a Deo est: itaque a Deo est potestatum ordinatio, a malo ambitio potestatis,nec est potestas mala,sed is qui male vtitur potestate . Quid ergo,bonum est vti potestate ? studere honori ? bonum si deferatur non eripiatur . Distingue tamen hoc ipsum bonum : alius enim bonus in sæculo : alius perfecte virtutis usus. Bonum est enim Deum quærere , & cognoscendæ diuinitatis studium nullis occupationibus impediri,quòd si is qui Deum quærit propter fragilitatem carnis & mentis angustias sæpe tentatur,quantomagis qui sæculum quærit,obnoxius est? Docemur ergo ambitionem despicere, eo quòd diabolicę subiecit potestati . T I T V S: Habet autem forensis gratia domesticum periculum , & vt dominetur aliis prius seruit. curuatur ad obsequium,vt honore donetur,& dum vult esse sublimior,simulata humilitate fit vilior. vnde subdit . } Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tibi omnia subdita. C Y R I L. Quomodo tu cuius sors est inextinguibilis flamma, qualiter omnium domino quæ suaſunt spondes ? putasti cultorem habere, cuius mœtu tremunt vniuersa? O R I G. vel aliter totum: Duo reges certarim regnare festinant . peccati rex peccatoribus diabolus, & iustitiæ rex iustis Christus: scientque diabolus ad hoc venisse Christum,vt regnum eius tolleret, ostendit ei omnia regna mundi: Non quidem regnum Persarum,& Indorum,sed regnum suum quomodo regnaret in mundo, quomodo.s.alii regnentur a fornicatione,alii ab auaritia. Et ostendit ei in puncto temporis: hoc est in præsenti temporum cursu, quia ad comparationem æternitatis,puncti obtinet instar.neque enim necessarium habebat Saluator,vt ei diutius huius sæculi negocia monstrarentur,sed ſtatim vt aciem luminum suorum ad contemplandum vertit, & pecata regnantia,& eos qui regnarentur a vitiis conspexit.dicit ergo ad eum: Venisti,ut aduersus me de imperio dimices?adora me , & accipe regnum quod teneo. Verum,dominus uult quidem regnare,& quasi iustitia vt absque peccato regnet . uult gentes sibi esse subiectas,ut seruiant ueritati, nec sic uult regnare cæteris, ut ipse regnetur a diabolo . vnde sequitur. {Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est: Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEDA. Dicens diabolus Saluatori: Si procidens adoraueris me. e contrario audit, q̃ ipse magis adorare eum debeat quasi dominũ & Deum suum. CYRIL. Qualiter autem, si ẽm hæreticos filius est creatura, adoratur? quod crimen inferretur aduersus eos, qui seruierunt creaturæ, & non creatori, si filium ẽm eos creatura existẽte colimus tã quam Deum? ORI. Vel aliter: hos, inquit omnes, propterea mihi volo esse subiectos, vt dñm Deum adorent, & ipsi soli seruiant: tu autem a me vis incipere peccatum qđ ego dissoluturus huc veni. CYRIL. Hoc autem mandatum ei? tetigit intima, ante aduentum enim eius ipse vbique colebat: lex autem diuina eiiciens ipsum a dominio vsurpato: adorare statuit solũ eum, qui naturaliter Deus est. BEDA: Quæret autem aliquis quomodo conueniat quod hic præcipitur: soli domino seruiẽdum Apostoli verbo qui dicit: Per charitatem seruite inuicem? Sed in græco dulia intelligitur seruitus communis: hoc est siue Deo, siue homini exhibita. Latria aũt vocatur seruitus diuinitatis cultui debita. Iubemur ergo per charitatem seruire inuicẽ, quod est græce duleuin. Iubemur vni Deo seruire, quod est græce latreuin. Vnde hic dicitur. {Et illi soli seruies, quod est græce latreuis.

λατρεία. λατρεύειν. λατρεύεις.

c ¶ AMBRO. Sequitur iactantiæ telum, quo in procliue delinquitur, quia dum homines gloriam virtutis suæ iactare desiderant, de loco meritorum, & statione decidũt. vnde dicitur. {Et duHom.31. il. in Hieru. & sta. eum supra pinnaculum templi.} ORI. Sequebatur plane quasi Athleta ad tentationem sponte proficiscens, & quodammodo loquebatur: Duc quo vis, & inuenies me in omnibus fortiorem. AMBRO. Ita est autem iactantia vt dum se putat vnusquisque ad altiora conscendere: sublimium vsurpatione factorum ad inferiora trahatur. vnde sequitur: {Et dixit illi: si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. ATHANA. Non autem contra diuinitatem certamẽ diabolus iniit: neque enim audebat, & ideo dicebat: {Si filius Dei es:} sed cum homine certamen iniit, quem quondam seducere potuit. AMBRO. Vere autẽ diabolica vox est, quæ mentem hominis de gradu altiori meritorum præcipitare contendit, simul infirmitatem suam diabolus malitiamq; designat, quia nemini potest nocere nisi ipse deorsum se miserit. nam qui relictis cœlestibus terrena elegit, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit, simul quoniam telum suum diabolus vidit obtusum, qui omnes homines propriæ subiecerat potestati, plus cœpit q̃ hominem iudicare. Transfigurat autem se Sathanas velut Angelum lucis, & de scripturis sæpe diuinis laqueũ fidelibus parat. vnde sequitur: {Scriptum est enim, quoniam Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te,

Hom.31. sint te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.} ORI. Vnde tibi diabole hoc scire, q̃ ista scripta sunt? numquid legisti Prophetas vel diuina eloquia? legisti quidem, non vt ipse ex lectione eorum melior fieres, sed vt de simplici litera eos qui amici sunt litere interficias. scis qa si de aliis ei voluminibus loqui volueris, nõ decipies. AMBRO. Ergo non te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre. vtitur & diabolus testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. ORI. Vide autẽ quomodo & in ipsis testimoniis versipellis est: vult enim minuere gloriam Saluatoris, quasi Angelorum indiget auxilio offensurus K pedem nisi eorum manibus subleuetur. Hoc enim testimoniũ nõ de Christo, sed de sanctis generaliter scriptum est. neque enim indiget Angelorum aũxilio qui maior est Angelis, quin potius disce diabole, q̃ nisi Deus adiuuaret Angelos, offenderent pedem suum, & tu propterea offendisti, quia credere in Iesum Christum Dei filium noluisti. Quare autẽ siles quod sequitur. Super aspidem & basiliscum ambulabis nisi quia tu es basiliscus, tu draco, tu leo? AMB. Sed dñs rursus ne ea quæ de se fuerant prophetizata ad arbitrium diaboli putaret esse facienda, sed diuinitatis propriæ auctoritatæ seruata versutiæ eius occurrit, vt quia scripturarum exemplum prætenderat, scripturarum vinceretur exeplis. vnde sequitur. {Et respondens Iesus ait illi: Dictum est quia non tentabis dominum Deum tuum.} CHRY. Diabolicum enim est seipsum inijcere ad pericula, & tentare si eripiat Deus. CYRIL. Non enim tentantibus largitur Deus auxilia, sed credenti bus in eum. vnde Christus tentantibus eum non ostendebat miracula, quibus dicebat: Generatio praua signum quærit, & non dabitur ei. CHRY. Aspice autem quomodo non turbatus est dominus: immo de scripturis humillime cum iniquo disceptat, vt conformeris Christo pro posse. Nouit diabolus arma Christi, quibus succubuit, ex mansuetudine eum cœpit, ex humilitate deuicit. Tu quoque, cum videris hominem effectum diabolum, & tibi obuiantem eo modo deuincas. deceas animam tuã formare os condetẽs ori Christi, sicut. n. cum Romanus forsan residet iudex: nõ exaudiet responsum ignorantis eo modo loqui quo ipse, sic & Christus nihi suo modo loquaris, nõ exaudiet te, nec vacabit tibi. GREGO. Nissenus. Legitime autem pugnanti agonũ reperitur terminus, vel quòd aduersarius sua sponte cedat victi, vel trino casu

si adoraueris coram me, erunt tu a omnia. Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est: Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

c Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius Dei G es: mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim, q̃ Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus ait illi: Dictum est: Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsq; ad tps. d Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab oĩbus, & venit Nazareth,

deponitur secundum pugnatoriæ artis decretum. vnde sequitur. {Et consummata omni tentatione diabolus recessit vsque ad tempus ab illo.} AMBRO. Non dixisset scriptura omnem tentationem consummatam, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum, quia causæ tentationum, causæ cupiditatũ sunt, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, auiditas potẽtiæ. ATHA. Accesserat quidem ad eum hostis, vt ad hominem, non inueniens autem in ipso antiqui sui seminis signa, discessit. AMBRO. Vides ergo ipsum diabolum in studio non esse pertinacem: cedere vesolere virtuti, & si inuidere non desinat tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. audito itaque Dei nomine recessit, inquit, vsque ad tempus: posttea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus venit. THEO. Vel quia de voluptate tentauerat in deserto recessit ab eo vsque ad tempus crucis, in quo eũ erat de tristitia tentaturus. MAXI. Vel diabolus in deserto Christo suggesserat præferre mundi materiam diuino amori, quem dominus retrocedere iussit, quod erat indicium diuini amoris. vnde posttea fatagebat præuaricatorem eum facere dilectionis ad proximos: & ideo docente eo semitas vitæ, prouocabat ad illius insidias Pharisæos & Scribas, vt ad eorum odium peruertantur, sed dominus dilectionis intuitu, quem habebat in eos monebat, arguebat, beneficia conferre non cessabat. AVGV. de Conc. Lib.2.c.16. euan. Totum autem hoc similiter Matthæus narrat, sed non eodem ordine. vnde incertum est quid prius factum sit, vtrum regna terræ prius demonstrata sint ei: & posttea in pinnam templi leuatus sit: an hoc prius, & illud posttea, nihil tamen ad rem dum omnia facta esse manifestum sit. MAXI. Ob hoc autem euangelistarum, hanc iste, illam vero ille præmittit, quia inanis gloria, & auaritia adinuicem sese gignunt. ORIG. Ioannes autem Hom.3. quia a Deo exordium fecerat, dicens: In principio erat verbum, tentationẽ dñi non descripsit, qa Deus tentari non potest, de quo erat sermo, quia vero in Matthæi euangelio, & in Luca generatio hominis scribitur, & in Marco: homo aũt est, quia tentatur: ideo Matthæus, Lucas, & Marcus tentationem domini descripserunt. Hom.3. d ¶ ORIGENES. Quia dominus tentatorem vicerat, virtus ei addita est, quantum scilicet ad manifestationem: vnde dicitur. {Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam.} BEDA: Virtutem spiritus signa miraculorum docit. CYRILLVS. Agebat autem miracula, non ab extrinseco, & quasi acquisitam habens spiritussancti gratiam, sicut alii sancti, sed potius cum esset naturaliter Dei filius, & consors omnium quæ sunt patris, tamquam propria virtute, & operatione vtitur ea quæ est spiritussancti. Decebat autem extunc eum notum fieri, & humanationis fulgere mysterium apud eos qui erant de sanguine Israel. Ideo sequitur. {Et fama exiit per vniuersam regionem de illo.} BEDA. Et quia sapientia pertinet ad doctrinam, virtus vero refertur ad opera, vtraque hic coniunguntur. vnde sequitur. {Et ipse docebat in Synagogis eorum.} Synagoga græce, latine dicitur congregatio, quo nomine non solum turbarum conuentum, sed & domum, in qua ad audiendum verbum Dei conueniebant Iudæi, appellare solebant, sicut nos ecclesias, & loca, & choros fidelium vocamus. uerum differt inter Synagogam, quæ congregatio, & ecclesiam quæ conuocatio interpretatur, quia scilicet & pecora, & quæque res congregari in unum possunt, conuocari non possunt, nisi ratione utentia: ideo nouæ gratiæ populum quasi maiore dignitate præditum, rectius ecclesiam, quàm Synagogam nominare Apostolicis doctrinis uisum est. Merito autem, & magnificatus a præsentibus, asseueratur præcedentibus factorum dictorumve indiciis, cum

συναγωγή. ἐκκλησία. qđ est conuocatio.

cum sequitur: {Et magnificabat ab omnibus.} ORIG. Caue autem ne beatos tantum illos iudices, & te arbitreris priuatum esse Christi doctrina, quia nunc etiam in toto orbe docet per organa sua, & nunc magis glorificatur ab omnibus quàm illo tempore quo tantum in vna prouincia cognoscebatur. CYRIL. Largitur autem sui notitiã illis inter quos educatus est secundum carnem. vnde sequitur: {Et venit Naza. vbi erat nutri.} THEO. Vt & nos doceat pri? proprios beneficiare & docere: deinde & ad reliquos amicitiã spergere. BEDA. Consuebant autem die Sabbati in synagogis, vt feriatis mundi negotijs ad meditanda legis monita quieto corde residerent. vnde sequitur {Et intra. secundum consue. suam die Sabbati in synagogam.} AMBRO. Ita autem Dominus ad omnia se curauit obsequa, vt ne lectoris quidem aspernaretur officium. vnde sequitur: {Et surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ.} Accepit quidem librum, vt ostenderet seipsum esse, qui locutus est in Prophetis, & remouerer sacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris testamenti, alium noui, vel qui initium Christi dicunt esse de Vir Hom.32. gine. Quomodo. n. cæpit ex virgine, qui ante virginem loquebat? ORIG. Non autem fortuitu reuoluit librum, & caput de se vaticinans reperit lectionis, sed hoc prouidentiæ Dei fuit. vnde sequitur: {Et vt reuol. lib. inue. lo. vbi scri. erat, spiritus Domini super me.} Christus enim est qui ita commemorat. ATHA. Explicans enim nobis causam factæ in mundo reuelationis & suę humanationis hoc dicit, sicut enim filius cum sit spiritus dator, non recusat fateri tanquam homo, quòd in spiritu Dei eiicit dæmonia, ita non recusat dicere, spiritus domini super me, pro eo quòd factus est homo. CYRIL. Similiter autem fatemur eum vnctum fuisse inquantum carnem suscepit. vnde sequitur. {Propter quod vnxit me:} non enim vngitur diuina natura, sed quod nobis cognatum existit, sic etiam & quòd dicit se missum, imputandum est humanitati. nam sequitur: {Euangelizare pauperibus me.} AMBRO. Vides trinitatem cœternam atque perfectam, ipsum loquitur scriptura Iesum Deum hominemque in vtero perfectum. loquitur & patrem & Spiritum sanctum, qui cooperator ostenditur, quando corporali specie sicut columba descendit in Christum. ORIGE. Pauperes autem nationes dicit, isti. n. erant pauperes nihil omnino possidentes, non Deum, non legem, Hom.3. non Prophetas, non iustitiam, non reliquas virtutes. AMBR. Vel vniuersaliter vngitur oleo spirituali & virtute cœlesti, vt paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno. BEDA. Mittitur etiam euangelizare pauperibus dicens: Beati pauperes, quia vestrum est regnum cælorũ. CYRIL. Forsitan enim pauperibus spiritu in his ostendit exhibitum liberale donum inter omnia dona, quę per Christum obtinentur. Sequitur: {Sanare contritos corde.} vocat contritos corde debiles, fragilem mentem habentes, & resistere nequeuntes insultibus passionum, quibus remedium sanitatis promittit. BASILIVS. Vel contritos corde venit sanare, i. remedium dare habentibus cor contritum a Sathana per peccatum, eo quòd præ cæteris peccatum cor humanum prosternit. BEDA. Vel quia scriptum est. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit: ideo missum se dicit ad sanandum contritos corde secundum illud Psalmi: Qui sanat contritos corde. Sequitur: {Et prædicare captiuis remissionem.} CHRY. Captiuationis vocabulum multiplex est. Est enim captiuatio bona, sicut Paulus dicit: Captiuantes omnem intellectum ad obedientiam Christi. Est & praua & sensibilis, quæ est a corporalibus hostibus, sed deterior est intelligibilis de qua hic dicit: Fungitur enim peccatum pessima tyrannide. præcipiens mala & obedientes confundens: ab hoc intelligibili carcere nos Christus eripuit. THEOPH. Possunt autem & hæc de mortuis intelligi, qui captiui existentes soluti sunt ab inferni Dominio per Christi resurrectionem. Sequitur: {Et visum cæcis.} CYRIL. Profluentes enim a diabolo tenebras in corda humana, Christus quasi Sol iustitiæ remouit faciens homines filios nõ noctis & tenebrarum, sed lucis & diei. Qui enim aliquando errabant, perceperunt iustorum semitas. Sequitur: {Dimittere confractos in remissionem. ORIG. Quid enim ita fractum atq; collisum fuerat vt homo, qui a Iesu dimissus est & sanatus? BEDA: Vel dimittere confractos in remissionem. idest eos qui legis pondere importabili fuerant depressi releuare. ORIG. Ista autem omnia prædicta sunt, vt post visionem ex cæcitate, post libertatem ex vinculis, post sanitatem a diuersis vulneribus veniamus ad annum Domini acceptum. vnde sequitur: {Prædicare annum Domini acceptum.} Aiunt autem quidam iuxta simplicem intelligentiã anno vno Euãgelium Saluatorem in Iudæa prædicasse. & hoc est quod dicitur: {Prædicare annum Domini acceptum.} Vel annus Domini acceptus est totum tempus Ecclesiæ quo dum versatur in corpore peregrinatur a Domino. BEDA. Neque enim solus ille annus quo Dominus prædicabat fuit acceptabilis, sed etiã iste quo ꝑdicabat Apostolus dicens: Ecce nunc tempus acceptabile. Post annum sane Domini acceptabilem subdit: {Et diem retributionis.} scilicet extremæ, quando reddet vnicuique secundum opus suum. AMBROSI. Vel diem hunc annum Domini acceptum dicit perpetuis diffusum temporibus, qui redire in orbem laboris nesciat, cõtinuationem fructus hominibus & quietis indulgeat. Sequitur: {Et cum pli. li. red. mini. & sedit.} BEDA: Librum audientibus illis, qui aderant legit, sed lectum ministro reddidit, quia dum esset in mundo palam locutus est docens in synagogis & templo, sed ad cælestia reuersurus his, qui ab initio viderant, & ministri sermonis fuerant euangelizandi officium tradidit. Srans legit, quia nobis scripturas quæ de ipso erant aperuit, quia in carne dignatus est operari, sed reddito libro residet quia se supernæ quietis solio restituit. Stare enim operantis est, sedere autem quiescentis vel iudicantis, sic & prædicator verbi surgat, legat idest operetur & prædicet & residеat, idest præmia quietis expectet. Reuolutum autem librum legit, quia Ecclesiam misso spiritu omnem veritatem docuit. plicatum ministro reddidit, quia non omnia omnibus dicenda, sed pro captu audientium committit doctori dispensandum verbum. Sequitur: {Et omnium in syna. ocu. erant inten. in eum.} ORIG. Et nunc etiam si volumus, oculi nostri possunt intendere Saluatorem. Cum enim principalem cordis tui direxeris aciem ad sapientiam, & veritatem Dei; vnigenitum contemplandum, oculi tui intuentur Iesum. CYRIL. Tunc autem omnium oculos conuertebat ad se, quodammodo stupentium qualiter literas nouit quas non didicit, sed quoniam mos erat Iudæis, promulgatas de Christo Prophetias dicere consummari, vel in quibusdam eorum præpositis, vel in iustitiam suscitatis Prophetis Dominus hoc prædicauit. vnde sequitur: {Cæpit autem di. ad il. quia ho. imple. est hæc scriptura in auribus vestris. BEDA: Quia scilicet sicut illa scriptura prædixerat, & magna faciebat, & maiora Dominus euangelizabat.

annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cæpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

e Et omnes testimonium illi B dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtique

e ¶ CHRYSO. Cum venisset in Nazareth Dominus a miraculis abstinet, ne prouocaret eos ad maiorem liuorem. Prætendit autem eis doctrinam non minus admirandam miraculis. erat enim quædam diuina gratia ineffabilis in dictis Saluatoris concurrens animas permulces auditorum. vnde dicitur: {Et omnes testi. il. da. & mirabã. in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius.} BEDA: Testimonium illi dabant attestando illum vere esse vt dixerat, de quo Propheta cecinerat. CHRY. Sed stultia admirantes sermonis virtutem, paruipendunt ipsum ab eo qui putabatur pater. vnde sequitur: {Et dicebãt. Nõne hic est filius Ioseph?} E CYRIL. Sed quid impedit vt venerabilis & admirabilis sit, si filius esset vt putabatur Ioseph? Nonne vides diuina mira? Sathanam iam prostratum? nonnullos ab his ægritudinibus liberatos? CHRY. Post multum enim tempus & signorum ostentionem profectus est ad eos, nec eum sustinuerunt, sed iterũ se fugcendebant inuidia. vnde sequitur: {Et ait illis, vtique dice. mi. hac simili. Medice cu. teipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.} CYRIL. Commune quidem prouerbium erat apud Hebræos ad improperium excogitatum, clamabant enim aliqui contra medicos infirmos, Medice sana teipsum. GLO. Quasi dicerent, Qui in Capharnaum plures te curasse audiuimus, cura etiam teipsum, idest fac similiter in tua ciuitate, vbi conceptus es & nutritus. AVG. de Consen. Euang. Lib.2.c.42. Cum autem iam magna ab illo facta fuisse commemorant, quæ se nondum narrasse scit quid euidentius quam hoc eum scienter ꝑ occupasse narrandum? Neq; enim tantum ab eius baptismo progressus est vt oblitus putetur, nondum se aliquid commemorasse

de his

de his quæ in Capharnaum gesta fuerant. AMBROSIVS. Non ocioſe autem Saluator ſe excuſat, quòd nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit, ne fortaſſis aliquis viliorem patriæ nobis eſſe debere putaret affectum. Nam ſequitur: {Ait autem. Amen dico vobis quia nemo Prophe. acce. eſt in pat. ſua.} CYRIL. quaſi dicat. Vultis multa prodigia inter vos a me fieri, penes quos ſum nutritus, ſed non latet me quę dam communis, quæ multis accidit paſſio. contemnuntur enim quodammodo ſemp etiam optima quæq; quando non raro cõtingũt alicui, ſed ſup petunt ad velle, & ſic etiam contingit in hominibus, familiaris enim quia ſemper præſto eſt, debita reuerentia priuatur a notis eius. BEDA. Propheram autem dici i ſcripturis Chriſtum & Moyſes teſtis eſt qui dicit: Prophetam vobis ſuſcitabit Deus de fratribus veſtris. AMBRO. Hoc autem exemplo declaratur, quòd fruſtra opem miſericordiæ cæleſtis expectes, ſi alienæ fructibus virtutis inuideas. Aſpernator n. Deus inuidorũ eſt, & ab his qui diuina beneficia in alijs perſequuntur, miracula ſuæ poteſtatis auertit. Dominicæ quippe carnis actus diuinitatis exemplum eſt, & inuiſibilia eius nobis per ea quæ ſunt viſibilia demonſtrantur. Videte igitur quid mali inuidia afferat. indigna propter inuidiam patria iudicatur, in qua ciuis operetur quæ digna fuit, in qua Dei filius naſceretur. ORIGEN. Quantum ad Lucæ hiſtoriam pertinet, nondum in Capharnaum feciſſe aliquod ſignum deſcribitur, nam antequàm veniret in Capharnaum in Nazareth dixiſſe legitur, quæcunque audiuimus facta in Capharnaum. vnde puto in præſenti ſermone aliquid latitare myſterij, & Nazareth in typo Iudæorum, Capharnaum in typo præceſſiſſe gentium. Erit enim tẽpus quando dicturus eſt populus Iſrael quæ oſtendiſti vniuerſo orbi, oſtende & nobis, prædica ſermonem tuum populo tuo Iſrael, vt ſaltem cum ſubintrauerit plenitudo gentium, tũc omnis Iſrael ſaluus fiat. Quamobrem videtur mihi conuenienter reſpondiſſe Saluator: {Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.} Plus iuxta ſacramentum quàm iuxta literã, licet & Hieremias in Anatheoth patria ſua non fuerit acceptus, & reliqui Prophetæ: ſed magis videtur mihi intelligi, vt dicamus patriam omnium Prophetarũ fuiſſe populum circumciſionis. Et nationes quidem ſuſceperunt vaticinium Ieſu Chriſti, magis habentes Moyſen & Prophetas de Chriſto prædicantes, quàm illi qui ex his non ſuſceperunt Ieſum. AMBRO. Pene autem apto comparationis exemplo, arrogantia ciuium retunditur inuidorum dominicumq; factum ſcripturis docetur veteribus conuenire. Nam ſequitur: {In veri. di. vo. mul. vi. erant in Iſrael in die. Heliæ.} Non quia Heliæ dies fuerunt, ſed in quibus Helias operatus eſt. CHRY. Ipſe quidem terreſtris Angelus cæleſtis homo, qui nec tectum nec menſam, nec amictum habebat vt multi, clauem cælorum gerit in lingua. Et hoc eſt quod ſequitur. {Quando clau. eſt cælum an. tri. & menſ. ſex.} Poſtquàm autem cælum ſeruit, terramq; reddidit ſterilem, regnabat fames & conſumpta ſunt corpora. vnde ſequitur: {Cum facta eſſet fames in terra.} BASILIVS. Vt enim aſpexit ex ſaturitate non modicum generari opprobrium, per famem illis ieiunium attulit, quo culpam eorum quæ in immenſum creſcebat cohibuit. Corui autem facti ſunt iuſto cibi miniſtri, qui conſueuerunt aliorum pabula vſurpare. CHRY. Sed quoniam exiccatus eſt fluuius ex quo pocula iuſto dabantur, vade inquit Deus in ſareptam Sydoniæ, illic mandabo mulieri viduæ vt paſcat te. vnde & hic ſequitur: {Et ad nullam earum miſſus eſt Helias, niſi in ſareptã Sydoniæ ad mulierem viduam.} Quod ex quadam Dei diſpenſatione factum eſt, fecit enim Deus eum per longum iter pergere vſque in Sydonem, vt viſa mundi peſte poſcat a Domino pluuias. Multi autem tunc temporis opulenti erant, ſed nullus tale aliquid fecit vt vidua. reuerentiam enim mulieris ad Prophetam, non prædiorum ſed voluntatis fiebant diuitiæ. AMBRO. Myſtice autem dicit: {In diebus Heliæ.} quia dies faciebat illis, qui in eius operibus lucem videbant gratiæ ſpiritualis: & ideo aperiebatur cælum videntibus diuina myſteria, claudebatur quando fames erat, quia nulla erat cognoſcendæ diuinitatis vbertas. In vidua autem illa ad quam Helias directus eſt, typus Eccleſiæ præmiſſus eſt. ORIG. Occupante enim fame populum Iſrael. ſ. audiendi ſermonem Dei, venit Propheta ad viduam, de qua dicitur: Multi filij deſertę magis quàm eius quæ habet virum & cum veniſſet, panem illius & alimenta multiplicat. BEDA: Sydonia autem venatio inutilis: Sarepta incendium vel anguſtia panis interpretatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita, ideſt lucris & negotijs ſæculi ſeruiẽs, incendium carnalium cupiditatum panisq; ſpiritualis anguſtias patiebatur. donec Helias, ideſt prophetici ſermo ceſſãte ſcripturarum intelligentia, pro perfidia Iudæorum venit ad Eccleſiam, vt receptus paſceret & reficeret corda credentium. BASIL. Quælibet etiam anima viduata & priuata virtute & diuina notitia, poſtquàm diuinum verbum recipit propria delicta cognoſcẽs, docetur nutrire verbum virtutum panibus, & irrigare fonte vitæ doctrinam veritatis. ORIGE. Sed & aliud ad eundem ſenſum pertinens loquitur, cum ſubdit: {Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſæo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus,} qui vtique non erat ex Itrael. AMBR. Myſtice autem populus Eccleſiam contingit, vt ſequatur populus ille ex alienigenis congregatus, ante leproſus prius quàm myſtico baptizaretur in flumine, ideſt poſt ſacramenta baptiſmatis, maculis corporis & mentis ablutis immaculata virgo cæpit eſſe ſine ruga. BEDA. Naaman enim qui decorus interpretatur populum ſignificat nationum, qui ſepties lauari iubetur, quia illud baptiſma ſaluat quod ſeptiformis ſpiritus regenerat. Caro eius poſt lauacrum ſicut pueri apparet, quia mater gratia omnes in vnam parit infantiam. vel quia Chriſto conformatur, de quo dicitur. Puer natus eſt nobis.

f ¶ GRAECVS. Quia prauam eorum intentionem redarguerat: ideo indignantur. & hoc eſt quod dicitur: {Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira.} pro eo etiam quod dixerat, hodie completa eſt hæc Prophetia, arbitrari ſunt quòd ſeipſum compararet Prophetis: & ideo indignantur & fugant eum extra ciuitatem. vnde ſequitur: {Et ſurre. & eie. il. ex. ciuitatem. AMBR. Nec mirum ſi perdiderunt ſalutem, qui eiecerunt de ſuis finibus Saluatorem. Dominus autem qui docuerat Apoſtolos exemplo ſui omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat, nec eiicientibus reluctatur, nec rogantibus deeſt, nõ mediocriter autem inuidia proditur, quæ charitatis oblita in acerba odia cauſas amoris inflectit. Cũ enim ipſe Dominus per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. vnde ſequitur: {Et duxe. illũ vſque ad ſuperci. mõtis ſuper quem ciuitas illorũ erat ædificata, vt pcipitarent eũ. BEDA. Peiores ſunt Iudæi diſcipuli diaboli, diabolo magiſtro. Ille vero ait: Mitte te deorſum. iſti facto mittere conanſ, ſed illorum mente mutata ſubito vel obſtupefacta deſcendit, quia adhuc illis pœnitentiæ locum reſeruat. vnde ſequitur. {Ipſe autranſi. per medium illorum ibat.} CHRY. In quo & quæ ſunt humanitatis, & quæ ſunt diuinitatis oſtendit. ſtare enim in medio inſidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam oſtendebat, diſcedere vero, diſpenſationis approbat myſterium. AMBRO. Simul intellige non ex neceſſitate fuiſſe, ſed voluntariam corporis paſſionem. etenim quando vult capitur, quando vult elabitur. Nam quemadmodum a paucis teneri potuit, qui a populo non tenetur? ſed voluit ſacrilegium eſſe multorum. vt a paucis quidem affligeretur, ſed pro toto orbe moreretur. Quin etiam malebat Iudæos adhuc ſanare quàm perdere, vt efficaci furoris exitu deſinerent velle, quod implere non poſſent. BEDA. Nondum etiam venerat hora paſſionis, quæ in paraſceue Paſchæ futura extiterat, necdum locum paſſionis adierat, qui non in Nazareth, ſed Hieroſolymis hoſtiarum ſanguine figurabatur, nec hoc genus mortis elegerat, qui crucifigendum ſe a ſæculo præconabatur.

g ¶ AMBR. Non indignatione commotus Dñs, nec ſcelere offenſus Iudæam deſeruit, quin etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc ſanando in fide plebis corda demulcet. vnde dicitur: {Et deſcendit in Caphar. ciui. Gali. ibique docẽ. illos Sabbatis. CHRYSO. Quàmuis enim ſciret, quòd inobedientes eſſent & duri cordis, tamen viſitat illos ſicut bonus medicus illos, qui vltima laborant ægritudine tentat ſanare. Docebat autem in ſynagogis confidenter ſecundum illud Iſaiæ: Nequaquàm occulte locutus ſum, nec in obſcuro loco terræ. In ſabbato quoque diſputabat cum eis, quia vacabant. Mirati ſunt ergo de doctrinæ virtute & poteſtatis magnitudine. vnde ſequitur: {Et ſtupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius,} ideſt non blandus, ſed imperioſus ad ſalutem. Iudæi autem putabant eſſe Chriſtum ſicut aliquem ſanctorum aut Prophetarũ. Vt autem maiorem de eo opinionem accipiant tranſcendit menſuram Propheticam, non enim dicebat: Hæc dicit Dominus, vt Prophetæ conſueuerant dicere: ſed ſicut Dominus legis, quæ ſunt ſupra legem proferebat, transferens literam ad veritatem, & figuras ad ſpiritualem intelligentiam. BEDA. Sermo etiam Doctoris in poteſtate ſit, cum ea quæ docet operatur, qui enim facto deſtruit quod prædicat, contemnitur. CYRILLVS. Opportune autem dogmatibus plerumque ardua miſcet opera, quos enim non diſponit ratio ad cognoſcendum, hos inſtigat ſignorum oſtenſio. vnde ſequitur: {Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundum.} AMBROSIVS. Sabbato medicinæ diuinæ opera cepta ſignificat, vt inde noua creatura cæperit. vnde vetus creatura ante deſiuit, ne ſub lege eſſe Dei filium, ſed ſupra legem in ipſo principio deſignaret. Bene etiam Sabbato cæpit, vt ipſum ſe oſtenderet creatorem, quia opera operib' interſerit, & proſequitur opus quod ipſe ante iam cæperat, vt ſi domum faber renouare diſponat, non a fundamentis, ſed a culminibus incipit ſoluere vetuſtatem, ita ibi prius manum admouerat, vbi ante deſierat. Deinde a minoribus incipit, vt ad maiora perueniat. liberare a dæmone etiam homines, ſed in verbo Dei poſſunt, reſurrectionem mortuis imperare diuinæ ſolius eſt poteſtatis. CYRILLVS. Calumniabantur autem Iudæi gloriam Chriſti dicentes. Hic non eiicit dæmones, niſi in Beelzebub Principe dæmoniorum, ad quod remouendum cum repræſentarentur dæmones inuictæ poteſtati eius, nec tolerarent congreſſum deitatis, ſæuam vocem emittebant. vnde & hic ſequitur: {Exclamauit voce magna dicens. Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos?} BEDA: quaſi dicat. Paululum a me vexando quieſce, cui nulla eſt ſocietas cum noſtra fraude. AMBROSIVS. Nec quemquàm mouere debet, quòd Ieſu Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixiſſe primus inducitur, nec enim ab eo Chriſtus nomen accepit, quod de cælo Angelus ad Virginem detulit. Eſt huius impudentiæ diabolus, vt inter homines aliquid primus vſurpet, & ad homines quaſi nouum deferat, quo terrorem ſua poteſtatis incutiat. vnde ſequitur. {Scio enim te, quia ſis ſanctus Dei.} ATHANA. Non dicebat eum ſanctum Dei, quaſi alijs ſanctis ſimilis, ſed quaſi eo ſingulariter ſancto exiſtente cum articuli adiectione. Ipſe eſt enim naturaliter ſanctus, cuius participatione omnes alij ſancti vocantur. neque tamen hoc dicebat quaſi eum veraciter noſſet, ſed ſe cognoſcere fingebat. CYRILLVS. Putauerunt enim dæmones, quòd per huiuſmodi laudem facerent ipſum inanis gloriæ amatorem, vt abſtineret ab eorum contrarietate, vtpote pro gratia gratiam recompenſans. CHRYSOSTOMVS. Voluit etiam dæmon perturbare ordinem rerum, & Apoſtolorum rapere dignitatem, & ſuggerere multis vt ei obediant. ATHANA. Quàmuis igitur vera fateretur, compeſcebat tamen eius ſermonem ne ſimul cum veritate etiam ſuam iniquitatem promulget, vt nos etiam aſſuefaciat ne curemus de talibus, & ſi vera loqui videantur. Nefas eſt enim, vt cum aſſit nobis ſcriptura diuina, inſtruamur a diabolo. vnde ſequitur: {Et increpauit illum dicens. Obmutesce, & exi ab illo. BEDA. Diuina autem permiſſione liberandus a dæmone homo proiicitur in medium, vt virtus patefacta Saluatoris, plures ad viam ſalutis inuitet. vnde ſequitur: {Et cum proieciſſet illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilque illi nocuit.} Videtur autem repugnare quod hic dicitur a Marco qui ait: Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna, exiuit ab eo. Niſi intelligamus hoc dixiſſe Marcum, diſcerpens eum, quod hic Lucas dicit: Et cum proieciſſet illum in medium, vt quod ſecutus ait: {Nihilque illi nocuit.} intelligatur quia iactatio illa membrorum atque vexatio non eum debilitauit, ſicut ſolent exire dæmonia etiam quibuſdam membris amputatis aut euulſis, vnde merito pro tam integra reſtitutione ſanitatis mirantur. nam ſequitur: {Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem dicentes. Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus & exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

h Surgens autem Ieſus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt eum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri & dimiſit illam & continuo ſurgens miniſtrabat illis.

habebat immundum populus eſt Iudæorum, qui innodatus diaboli laqueis, ſimulatam corporis munditiam interioris mentis ſordibus inquinabat, & bene ſpiritum immundum habebat, quia Spiritum ſanctum amiſerat, introierat enim diabolus, vnde Chriſtus exierat. THEOPHILA. Sciendum eſt etiam, quòd multi nunc dæmonia habent, ſcilicet, qui dæmoniorum deſideria implent, vt furioſi habent dæmonium iræ. & ſic de cæteris, ſed Dominus in Synagogam venit, cum mens hominis fuerit congregata, & tunc dicit dæmoni inhabitanti, obmutesce. & ſtatim eiiciens eum in medium, egreditur ab eo. non enim decet hominem ſemper iracundum eſſe, beſtiale namque hoc eſt. nec ſemper abſque ira: inſenſibile namque hoc eſt: ſed medium iter ambulare oportet, & iram contra mala habere, & ſic proiicitur homo cũ immundus ſpiritus ab eo egreditur.

h ¶ AMBROSIVS. Poſtquàm Lucas virum a ſpiritu nequitiæ liberatum ante præmiſit, ſubſtituit ſœminæ ſanitatem. Vtrumque enim ſexum Dominus curaturus aduenerat, & prior ſanari debuit, qui prior creatus eſt. vnde dicitur: {Surgens autem de Synagoga introiuit in domum Simonis.} CHRYSO. Manebat enim apud diſcipulos honorans ipſos, & ob hoc animoſiores reddens. CYRILLVS. Aſpiciebat autem quomodo manet penes virum inopem Chriſtus, qui ſpontanea voluntate pauperta tem pro nobis paſſus eſt, vt diſcamus cum pauperibus conuerſari, nec ſpernere depreſſos & pauperes. Sequitur: {Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea.} HIERONYMVS. Super Matthe. Modo Saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, oſtendens ſe contra peccatorum quoque paſſiones & præcibus ſemper annuere fidelium, & ea quæ ipſi minime in ſe intelligunt vel intelligenda dare, vel non intellecta dimittere, ſecundum illud. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine. CHRY. Quod autem Matthæus hic reticuit non differt. illud enim eſt breuitatis, hoc autem exquiſitæ interpretationis. Sequitur: {Et ſtans ſuper illam, imperauit febri & dimiſit illam. BASIL. In quo Lucas figurauit ſermonem tanquam de præcepto animali ſenſibili facto ſic dicens febri imperatum, & quòd febris non omiſit imperantis operationem. vnde ſequitur. {Et continuo ſurgens miniſtrabat illis. CHRYSOSTOMVS. Quòd enim morbus curabilis erat, per modum medendi poteſtatem ſuam declarauit, faciens quod minime ars medicinæ facere potuiſſet. Poſt febris enim ſedationem, multo tempore patientes egent, vt priſtinæ reſtituantur ſanitati, tunc autem ſimul omnia facta ſunt. AMBROSIVS. Si autem altiori conſilio iſta perpendamus, animi debemus intelligere & corporis ſanitatem, vt prius animus, qui ſerpentis laborabat inſidijs abſolutus ſit. Denique non prius Eua eſurijt, quàm Serpentis eam verſutia tentauit, & ideo aduerſus ipſum authorem peccati prius debuit medicina ſalutis operari. Fortaſſis etiam in typo mulieris illius varijs criminum febribus caro noſtra langueſcebat, nec minorem febrem amoris eſſe dixerim quàm caloris.

BEDA. Si enim virum a dæmonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum ſignificare dixerimus, conſequenter fœmina febribus tenta, ſed ad imperium Domini curata, carnem oſtendit a concupiſcentiæ ſuæ feruore per continentiæ præcepta frenatam. CYRILLVS. Et nos ergo ſuſcipiamus Ieſum. cum enim viſitauerit nos. & portamus eum in mente & corde, tunc enormium voluptatum eſtum extinguet, & incolumes faciet vt miniſtremus ei, hoc eſt, ei beneplacita peragamus.

THEO.

Universidad de Deusto Biblioteca

i Cum autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum, at ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

K Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galileæ.

i ¶ THEOPHIL. Considerandum est turbæ desiderium, F nam cum Sol occidisset, adducunt ad eum infirmos, non a tempore impediti. vnde dicitur. {Cum autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum.} ORIG. Ideo quidem circa Solis occasum, idest elapsa die, illos educebant, quia verecundabantur vel timebant Pharisæos, vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere sanare in Sabbato, ipse autem sanabat eos: vnde sequit. {At ille singulis manus imponens curabat omnes.} CYRI. Quamuis autem vt Deus potuisset oēs verbo pellere morbos: tamen tāgit eos, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia: nam caro Dei erat. Sicut enim ignis appositus vasi ęneo imprimit ei propriæ caliditatis effectum, sic omnipotens Dei verbū, cum vniuit sibi veraciter assumptum templum ex virgine animatum & intellectum particeps suæ potestatis eius effectum inseruit. Tangit & nos, immo potius nos illum tangamus, quatenus H & nos ab animarum infirmitatibus liberet, necnon a dæmonum impugnatione & superbia. Sequitur enim: { Exibant autem dæmonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei.} BEDA. Dæmonia filium Dei confitentur, & sicut postea dicitur: {Sciebant ipsum esse Christum} quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verum hominem intellexit: sed quia tentando non præualuit, vtrum filius Dei esset dubitabat. nunc autem per signorum potentiam, vel intellexit vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum siue Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non vidit esse damnādum. De hoc enim mysterio a sæculis abscondito dicit Apostolus, quòd nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, numquàm Dominum gloriæ crucifixissent. CHRY. In hoc autem quòd sequitur: { Et increpans non sinebat ea loqui.} percipe Christi humilitatem. Non I sinebat vt dæmones immundi eum manifestarent. non enim oportebat eos subripere officij Apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœda publicari. THEO. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vel quia nolebat inuidiam accendere Iudæorum, ex hoc quòd ab omnibus laudaretur. BEDA. Ipsi autem Apostoli præcipiuntur reticere de illo, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur.

K ¶ CHRY. Postquàm satis vtilitatis populis per miracula est collatum, oportebat eum abesse, maiora nāque putantur miracula post absentiam operantis, dum ipsa magis exclamant, & vice vocis fruuntur: vnde dicitur: {Facta autem die egressus ibat in desertum locum. GRAECVS. Abiit etiam in desertum, vt Marcus dicit & orabat, non quòd ipse oratione indigeret, sed vt nobis bonę operationis fieret forma. CHRY. Pharisæi quidē ipsis prodigijs prædicantibus potentiam Christi scādalizabantur. Populi vero eloquia audientes acquiescebant & sequebantur. vnde sequitur: { Et turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad K ipsum & detinebant illum, ne discederet ab eis.} non quidem aliqui primatum, aut Scribarum, sed quoscumque malitiæ fucus non denigrauerat: & illæsam habebant conscientiam. GRAECVS: Quod autem Marcus dicit Apostolos peruenisse ad eum dicētes, quòd omnes quærunt te: Lucas vero dicat populos peruenisse, nō discrepant ab inuicem. Applicuerant enim ad ipsum populi Apostolorum sequentes vestigia. Dominus autem gaudebat detentus, sed mandabat vt eum dimitterent, vt etiam alij participes forent eius doctrina, quasi tempore suæ præsentiæ non multum duraturo. vnde sequitur. { Quibus ait: Quia & alijs ciui. oportet me Euan. reg. Dei, quia ideo missus sum.} Marcus dicit: Ad hoc veni ostendens diuinitatis eius celsitudinem, & voluntariam exinanitionem. Lucas vero dicit. Ad hoc missus sum, idest incarnationem ostendens, necnon beneplacitum patris missionem appellans. & ille quidem simpliciter dicit: Vt prædicē, iste vero regnum Dei adiungit, quod est ipse Christus. CHRY. Simul etiam considera, quòd poterat in eodem loco manendo, omnes attrahere ad se, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum vt perambulemus & requiramus pereuntes, sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. vna enim anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere. vnde & hic sequitur: {Et erat prædicans in synagogis Galileæ} frequētabat quidem synagogas, docens illos, quòd G non esset seductor, nā si iugiter inhabitata coleret, diffammarēt eum velut latitantē. BEDA. Si autem occasus Solis mystice mors Domini exprimitur, die redeunte resurrectio illius indicatur, cuius manifestata luce a credētiū turbis requiritur & in gentium deserto inuentus, ne abeat detinetur, maxime cum hoc contigerit prima Sabbati, quo resurrectio celebrata est.

CAPVT V.

Factum est autem, cum turbæ irruerent in eum vt audirent verbū Dei, & ipse stabat secus stagnum, Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum piscatores autem descenderant & lauabant rhetia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de Nauicula turbas.

CAPVT V.

AMBRO. Vbi Dominus impertiuit multis varia genera sanitatum, nec tempore nec loco cæpit a studio sanādi turba cohiberi, vespera incubuit, sequebātur, stagnum occurrit & turbæ vrgebant. vnde dicitur: {factum est autem cum turbæ irruerent in eum. CHRY. Erant enim ei connexi diligentes eum & mirantes, tenere cupientes. Quis enim discessisset, dum huiusmodi miracula faciebat? qui voluisset solam prospicere faciem & os talia loquens: neque enim in agendo miracula solum admirabilis erat, sed visus eius abundabat plurima gratia. vnde & loquentem eum audiunt in silentio, seriem locutionis non irrumpentes. dicitur enim. {Vt audirēt verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.} BEDA: Stagnum Genesareth idem dicunt esse quod mare Galileæ, vel mare Tyberiadis. sed mare Galileæ ab adiacente prouincia dicitur, mare autem Tyberiadis a ꝓxima ciuitate. Porro Genesareth a laci ipsius natura, quæ crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur Græco vocabulo quasi generans sibi auram dicitur. neque enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentibus auris spirantibus agitatur, hausto dulcis & ad potandum habilis. Sed Hebreæ linguæ consuetudine omnis aquarum congregatio, siue dulcis siue salsa mare nū cupatur. THEOPHI. Fugit autem Dominus gloriam quanto magis ipsa eum sequebatur: & ideo a turbis se separans ascendit in Nauem: {Et vidit du. Na. stantes secus sta. pisca. au. descen. & laua. rhetia. CHRY. Quod signum erat vacationis. Secundum vero Matthæum inuenit eos reficientes rhetia, tantus enim erat paupertatis excessus, vt laniata repararent, noua nequeuntes habere: volens autem diligenter congregare spectaculum, vt nemo remaneret post tergum, sed omnes facie ad faciem cernerent, ascendit in Nauim vnde dicitur: {Ascen. au. in vnam Na. quæ erat Simon. roga. eum a ter. redu. pusillum.} THEO. Vide autem Christi mansuetudinem, quomodo rogat Petrum, & Petri obedientiam, quomodo in omnibus fuit obediens. CHRY. Postquàm vero multa peregerat miracula, iterum doctrinam proponit, & existens in mari piscatur existentes in terra. vnde sequitur {Et sedens do. tur. de Nauicula.} GREG. Nazanzenus, Cunctis condescendens, vt a profundis extrahat piscem, hominem scilicet natantem in mobilibus rebus & amaris huius vitæ procellis. (Hom. de repudio.) BEDA: Mystice autem duę Naues circūcisionem, & præputiū figurant, quas videt Dominus, quia in vtroque populo nouit qui sunt eius, & ad futuræ vitæ tranquillitatem quasi ad littus videndo, hoc est misericorditer visitando prouehit. Piscatores sunt Ecclesiæ Doctores, qui nos per rethe fidei compræhendunt, & quasi littori sic terræ viuentium aduehunt. Sed hæc rhetia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus est habile doctrinæ, sed nunc exercenda est lingua Doctoris, & nunc suimet cura gerenda. Nauis Simonis est Ecclesia primitiua de qua Paulus dicit: Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis: bene vna dicta, quia multitudinis credētium erat cor vnum & anima vna. AVG. De Quæst. Euange. (Lib. 2. ca. 1.) De qua docebat turbas, quia de authoritate Ecclesiæ docet gentes. quòd autem Dominus ascendens in Nauim rogat eum a terra reducere pusillum, significat temperate vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec a terrenis in profunda sacramentorum recedat. Vel

b Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate rhetia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Pręceptor, per totam noctem laborantes nihil cępimus, in verbo autem tuo laxabo rhete. Et cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rhete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia Naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas Nauiculas ita vt pene mergerent.

prius in proximis regionibus gentibus prædicandum, vt qđ A postea dicit: Duc in altum, ad remotiores gentes postea prædicandum præcipiat.

b ¶ CYRIL. Postquàm sufficienter populum docuerat, regreditur iterum ad magnificentias proprias, & per piscatoria ministeria piscatur discipulos. vnde sequitur: {Vt au. cessa. loqui, dixit ad Simonē, Duc ī altum, & laxate rhe. vestra in capturam.} CHRY. Condescendens enim hominibus sicut Magos ꝑ sydus vocauit, sic & piscatores per piscatoriam artē. THE. Petrus autem non distulit. vnde sequitur: {Et respon. Simō di. illi. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus.} Non autem addidit: Non te audiam, nec secundis laborib⁹ me exponam, sed magis subdidit: {In verbo autem tuo laxabo rhete.} Quia vero turbam de nauicula Dominus instruxerat, non sine mercede nauiculæ Dominum dereliquit, dupliciter beneficians ipsum, quia primo dedit ei multitudinem piscium, & deinde discipulum ipsum fecit. vnde sequitur: {Et cum hoc fecisset, concluserunt piscium multitudinem copiosam.} Tot autem pisces cępit, vt non posset eos foras educere, sed a socijs auxilium peteret. vnde sequitur: {Rumpebatur autem rhete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos.} Per nutum ipsos vocat, quia ex stupore propter capturam piscium loqui non poterant. & sequitur de eorum auxilio cum dicitur: {Et venerunt & impleuerunt ambas Naui. ita vt pene mergerentur.} AVG. De Con Euang. (Lib. 4. c. 9.) Ioannes quidem videtur simile miraculum dicere: sed illud longe aliud est, quod factum est post resurrectionem Domini ad mare tyberiadis, ibi enim non solum ipsum tempus valde diuersum est, sed etiam res ipsa plurimum distat. nam rhetia illic in dexteram partem missa, centum quinquagintatres pisces cæperunt, magnos quidem, sed pertinuit ad Euangelistam dicere, quòd cum tam magni essent rhetia non sunt disrupta. respicientem scilicet ad hoc factum quod Lucas commemorat, vbi præ multitudine piscium rhetia rumpebantur. AMBRO. Mystice autem nauis Petri secundum Matthæum fluctuat, secūdum Lucam repletur piscibus, vt & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberātis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet, in vtraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur proditorem, vt per vnum plurimi fluctuemus. Illic turbatio vbi modica fides, hic securitas vbi perfecta dilectio. Denique etsi alijs imperatur, vt laxent rhetia sua, soli tamen Petro dicitur: Duc in altum, hoc est in profundum disputationum. Quid est tam altum quàm scire Dei filium? Quæ sunt autem Apostolorum quæ laxari iubentur rhetia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam orationis sinus & disputationum recessus, qui eos quos cæperint non amittant? Et bene Apostolica instrumenta piscandi rhetia sunt, quæ non captos perimunt sed reseruant, & fluctuantes de infimis ad superna transducunt. Dicit autem: {Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus} quia non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernæ vocationis est munus. Qui autem nihil ante cæperāt, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. CYRIL. Hoc autem fuit figura futuri: non enim incassum laborabunt Euangelicæ doctrinæ rhete tendentes, sed greges gentium aggregabunt. AVG. De Quæst. Euan. (Lib. 2. q. 2.) quòd autem rhetia rumpebantur piscium copia, & Nauiculæ implerę sunt, ita vt pene mergerentur, significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in Ecclesia, vt etiam disruptione pacis per hæreses & scisinata scinderentur. BEDA: Rumpitur autem rhete, sed non labitur piscis, quia suos Dominus inter persequentium scandala seruat. AMBRO. Alia autem Nauis est Iudæa, ex qua Ioannes & Iacobus eliguntur. Hi igitur de synagoga ad Nauim Petri, hoc est ad Ecclesiam conuenerunt, vt implerent ambas Nauiculas, omnes enim in nomine Iesu genuflectunt, siue Iudæus siue Græcus. BEDA. Vel alia Nauis est Ecclesia gentium, quæ & ipsa vna Nauicula non sufficiente piscibus impletur electis: quia nouit Dominus qui sunt eius, & apud ipsum certus est suorum numerus electorum, dumq; tot in Iudæa credituros non inuenit quot ad fidem vitamq; prædestinatos nouit æternam, quasi alterius Nauis receptacula piscibus quærens suis. Corda quoque gentium fidei gratia replet, & bene rupto rheti socia Nauis aduocatur. Quando autem Iudas proditor, Simon magus, Ananias & Saphira, & multi discipulorum abierunt retro, ac deinde Barnabas & Paulus a gentium sunt Apostolatu segregati. AMBRO. Possumus tamen & aliam Ecclesiam intelligere Nauim alterius, ab vna enim plures Ecclesiæ deriuanī. CYRIL. Innuit autem socijs vt auxiliarentur eis. Multi enim sequūtur Apostolorum labores, & prius illi qui Euangeliorum ediderūt scripturas, post quos alij præsides & populorū Pastores, & in deitatis doctrina periti. BEDA: Harum autem impletio nauiū in fines sęculi crescit, sed ꝙ impletæ merguntur, hoc est in submersione præmuntur, non enim sunt submersę sed periclitatę. Apostolus exponit dicens: In nouissimis diebus erunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, & cætera. nam mergi naues est, homines in sæculo ex quo electi per fidem fuerant morum prauitate relabi.

c Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam cæperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant B socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

c ¶ AMBROSIVS. Admirabatur Petrus dona diuina, & C quo plus metuerat præsumebat magis. vnde dicitur: {Quod cum vide. Simon Petrus proci. ad ge. Ie. di. Exi a me Domine, quia homo peccator sum.} CYRIL. Reducens enim ad consciētiam patrata delicta, tremit & trepidat & velut immundus mundum non credat se posse suscipere, acceperat enim a lege distinguēdum esse inter maculatum & sanctum. GREGO. Nissenus. Cum enim mandasset demergere rhetia, tāta copia piscium capta est, q̄tum ipse maris Dominus & terræ voluerat. Vox enim verbi semper est vox virtutis, cuius præcepto in origine mundi lux, & cæteræ creaturæ prodibant. In his admiratur Petrus. vnde sequitur: {Stupor enim circū. eum, & om. qui cum illo erant in captu. pisc. quam cæpe. similiter autem Iaco. & Ioan. fili. Zebe. qui erant so. Simonis. AVG. de Consen. Euan. (Lib. 2. c. 17.) Andream non nominat, qui tamen intelligitur in ea naui fuisse secundum Matthæi & Marci narrationem. Sed & ait ad Simonem Iesus: Noli timere. AMB. Dic & tu: {Exi a me Domine, quia peccator sum.} vt respondeat D Deus. {Noli timere.} Indulgenti Domino peccatum fatere. Vides quàm bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, vt viuificandi habeant potestatem. vnde sequitur: {Ex hoc iam homines eris capiens. BEDA. Hoc ad ipsum Petrum specialiter pertinet. exponit enim ei Dominus quid hæc captura piscium significet, quòd. s. ipse sicut nunc per rhetia pisces, sic aliquando per verba sit capturus homines, totusque facti huius ordo quid in Ecclesia cuius ipse typum tenet quotidie geratur ostendit. CHRY. Cōsidera autem eorum fidem & obedientiā. habentes enim opus præ manibus appetibilis piscationis, cum audissent mandantem non distulerunt. sed relictis omnibus sequebantur. Talem enim obedientiam requirit a nobis Christus, vt eam non prætermittamus. etiam si aliquid valde necessarium vrgeat. Vnde & sequitur: {Et subductis ad terram nauibus relictis om. secuti sunt eum.} AVG. De Consen. Euange. (Lib. 4. c. 17.) Matthæus & Marcus breuiter hoc perstringunt, quemadmodum gestum sit quod Lucas hic apertius E explicauit. Hoc tamen videtur distare, quòd tantum Petro a Domino dictum commemorat: Ex hoc iam homines eris capiens, qđ illi ambobus fratribus dictum esse narrauerunt. Sed potuit vtique prius hoc Petro dici, cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur, quod Lucas insinuauit ambobus postea, quod illi duo commemorauerunt. vel intelligendum est hoc primo fuisse factū quod Lucas commemorat, nec tunc eos a Domino vocatos, sed tātum fuisse prædictum Petro, ꝙ homines esset capturus, non autem ꝙ nūquàm pisces esset capturus, vnde datur locus intelligere eos ad capturam piscium remeasse, vt postea fieret quod Matthæus & Marcus narrant, tunc non subductis ad terram nauibus tanq̄ cura redeundi: sed ita eum secuti sunt, tanquàm vocantem aut iubentem. Sed si secundum Ioannem, iuxta Iordanem secuti sunt eū Petrus & Andreas, quomodo ab alijs Euangelistis dicitur, quòd eos in Galilæa piscantes inuenit, & ad discipulatum vocauit? nisi quia intelligendum est, non sic eos vidisse Dominum iuxta Iordanem, vt ei inseparabiliter cohærerent, sed tantum cognouisse quis esset, eumq; miratos ad propria remeasse. AMBRO. Mystice autem

Universidad de Deusto Biblioteca

autem quos Petrus in verbo capit, in verbo credidit, negat suam predam, negat tuum munus: {Exi inquit a me Domine.} Noli timere & tu quæ tua sunt Domino deferre, quia quæ sua sunt nobis ille concessit. AVGV. De Quæ. Euang. Vel aliter ex persona Ecclesiæ carnalibus hominibus plene Petrus dicit: {Exi a me quia homo peccator sū.} tanquam Ecclesia turbis carnalium impleta, & eorum moribus penè submersa, regnū spiritualium in quibus maxime persona Christi eminet, a se quodammodo repellit. Non enim hoc voce linguæ dicunt homines bōis ministris Dei, vt eos a se repellant. sed voce morum & actuum suadent a se recedi, ne per bonos regantur, & eo vehementius quo deserūt eis honorem vt honorificentiam eorum, significauerit Petrus cadēs ad pedes Domini, mores autem in eo, quòd dixit: {Exi a me.}

Lib.2.q.2.

d Et factum est cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra videns Iesum, & procidens in faciem suam rogauit eum dicens: Domine si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum tetigit eum dicens. Volo: mundare. Et continuo lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi vt nemini dicerat, sed vade ostende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

BEDA. Confortat autem Dominus timorem carnalium, ne quis vel de sua conscientia culpæ tremens, vel de aliorum innocentia stupens sanctitatis iter formidet aggredi. AVG. De Quæst. Euang. Dominus autem dum non recessit ab eis significat in bonis, & spiritualibus viris non esse oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarum commoti, quo quasi securius tranquilliusque viuant, munus Ecclesiasticum deserant, quòd autem subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum, potest significare finem temporis quo ab huius mundi salo, qui Christo inhæserunt pœnitus recessuri sunt.

Lib.2.q.2.

d ¶ AMBROSIVS. Quarto signo ex quo in Capharnaū Dominus venit, leprosus sanatur. Si autem quarto die Solem illuminauit & clariorem cæteris fecit, hoc clarius opus æstimare debemus de quo dicitur: {Et factum est cum esset in vna ciui. & ecce vir plenus lepra.} Bene vbi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, vt ostendatur non vnum populum specialis alicuius ciuitatis, sed omnes populos fuisse sanatos. ATHA. Adorauit autem leprosus Dominum Deum existentem in corpore, & neq; propter carnem putauit esse creaturam verbum Dei, nec pro eo quòd verbum erat vilipendit carnem quam vestiebat, immo vt in templo creato adorabat omnium creatorem in faciem procidens. Sequitur enim. {Et videns Iesum & procidens in faciem rogauit eum.} AMBROSIVS. Quòd in faciem procidit humilitatis est & pudoris, vt vnusquisque de vitæ suæ maculis erubescat, sed confessionem verecundia non repressit, ostendit vulnus, remedium postulauit dicens: {Domine si vis, potes me mundare.} De voluntate Domini non quasi pietatis incredulus dubitauit, sed quasi insolitatis suæ conscius non præsumpsit. religionis autem & fidei plena confessio est. in voluntate Domini tribuit potestatem. CYRILLVS. Nouerat enim leprā experimentis medicorum non cedere, sed vidit diuina maiestate pelli dæmones, & cæteros ab aliis valitudinibus curari, quæ conijcit diuina dextra fieri. TYTVS. Addiscamus etiam ex verbis leprosi corporalium infirmitatum medelam non quærere, sed diuino beneplacito totum committere, qui nouit opportuna & omnia iudicio disposuit. AMBROSIVS. Eo autem sanat genere quo fuerat obsecratus. vnde sequitur: {Et extendens Iesus manum tetigit illum.} Lex tangi leprosos prohibet, sed qui Dominus legis est non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed vt probaret quia subiectus non erat legi, nec contagium timebat vt homines, sed quia contaminari non poterat, quia alios liberabat, simul econtrario vt lepra tactu Domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem. THEO. Ipsius enim sacra caro est purgatiua & vitam tribuens, sicut existens verbi Dei caro. AMBR. In hoc autem quod subdit: {Volo: mundare} habes voluntatem, habes & pietatis effectū. CYRIL. A maiestate autem processit imperiosum mandatum, qualiter igitur in seruis computatur vnigenitus filius, qui volendo tantummodo cuncta potest? Legitur de Deo patre, quòd omnia quæcūq; voluit fecit. Qui vero sui patris potestate fungitur, quomodo diuersificabitur in natura ab eo? Solent etiam quæcūque sunt eiusdem virtutis, eiusdem esse substantiæ. Mirare tamen in his Christum diuinę & corporaliter operantem. diuinum enim est ita velle vt præsto fiant omnia, humanum autem extendere dexteram. Vnus itaque Christus ex vtrisque perficitur, eo quòd verbum caro factum est. GREGO. Nissenus: Et quia cum vtraque hominis particula anima. s. & corpore vnita est deitas, per vtraque patebant superne naturæ indicia. Corpus enim reconditum in se lumen declarabat, cum palpando præstabat remedia, sed anima potenti voluntate diuinam ostendebat virtutem. velut enim sensus tactus proprius corporis est, sic & animæ voluntarius motus, vult anima, tangit corpus. AMBROSI. Dicit ergo: volo, propter Photinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum. Nihil autem medium est inter opus Dei atque præceptū, vt intelligas medentis affectum, virtutē operis. vnde sequit: {Et confestim lepra discessit ab illo.} Sed ne lepra transire posset in medicum, vnusquisque Dominicæ humilitatis exemplo iactantiam vitet. nam sequitur. {Et præcepit illi vt nemini diceret. vt. s. docceret nō vulgando nostra beneficia sed premenda, vt non sōlum a mercede abstineamus pecuniæ, sed etiam gratiæ: aut fortasse illa silentij causa est imperati, q̄ meliores putabat, qui fide magis spontanea quàm speratis beneficijs credidissent. CYRIL. Leproso etiam silente sufficiebat ipsa negotij vox ad narrandum omnibus agnoscentibus per eum potestatem curantis. CHRY. Et quia vt plurimum homines, dum ægrotant Dei sunt memores, vt autem conualescunt hebetantur, mandat vt Deum præ oculis habeat, dans gloriam Deo. vnde sequitur: {Sed vade, ostende te Sacerdoti.} vt. s. mundatus leprosus committeret se Sacerdotis aspectui, ac sic per illius censuram numeraretur inter suos. AMBR. Et vt etiam intelligeret Sacerdos non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum, vt dum mandatur sacrificium secūdum præceptum Moysi, ostendit Dominus quia legem nō solueret, sed impleret. vnde sequitur: {Et offer pro emun. tua sicut præcepit Moyses.} AVG. De Quæst. Euang. Videtur hic approbare sacrificium quod per Moysen præceptum est, cum id non recipiat Ecclesia, quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum cæperat esse sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus eius est: nō enim oportebat auferri significatiua sacrificia priusquàm illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apostolorum prædicantium, & fide credentium populorum. AMBROSI. Vel quia lex spiritualis est, videtur sacrificium mandasse spirituale. vnde dixit. {Sicut præcepit Moyses.} Denique addidit: {In testimonium illis.} TYTVS. Hæretici perperam hoc accipiunt, dicentes in opprobrium legis esse dictum. Qualiter autem inberet offerre prp emundatione secundum præceptum Moysi. CYRI. Dicit ergo: In testimonium illis, quia ex hoc facto ostendit Christum incomparabili excellentia Moysi præferri, quia enim Moyses insufficiens erat a sorore lepræ pellere morbum, orabat Dominum vt eam liberaret. sed Saluator in potestate diuina protulit: Volo: mundare. CYRILLVS. Vel in testimonium illis, hoc est ad reprehensionem eorum & ad probationem, quòd legem reuereor. Cum enim te curauerim, mitto te ad Sacerdotum experientiam, vt attesteris mihi, quòd non sum præuaricatus in legem. & quamuis Dominus impēdens remedia moneret nemini dicere, instruens nos euitare superbiam, famā tamen eius volabat vndiq; instillans auditui cunctorum miraculum. vnde sequitur: {Perambulabat autem ma. ser. de illo.} BEDA: Vnius autem perfecta saluatio multas ad Dominum cogit turbas. vnde sequitur: {Et conueni. tur. mul. audi. & cura. ab infirmita. suis.} Vt enim leprosus exterius & interius se sanatum doceret, perceptum beneficium, vt Marcus ait, etiam iussus non tacet. GREG. 6. Mora. Redemptor autem noster per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in nocte pernoctat. vnde sequitur: {Ipse autem secedebat in deser. & orabat.} vt perfectis videlicet prædicatoribus innuat quatenus nec actiuam amore speculationis funditus deseramus, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnamus, sed quieti contemplantes forbeant, quòd occupati erga proximos loquentes profundant. BEDA. Quod autem secedit orare, non ei naturæ tribuas quæ dicit: {Volo: mundare.} sed ei q̄ extendens manum tetigit leprosum, non q̄ iuxta Nestorium gemina sit filij persona, sed eiusdem personæ sicut naturæ, sic & operationes sunt duæ. GREG. Nazanzenus: Et opera quidem in populo, orationes autem in deserto peragebat, vt plurimum sentiens, quòd liceat parum quiescere, vt mente sincera cum Deo colloquamur. Neque enim ipse indigebat remotione, quia non erat in eo quod remitteretur cum Deus esset, sed vt pateat nobis, & operationis hora & altioris solertiæ. BEDA: Typice autem leprosus humanum genus languidum peccatis designat, plenum lepra, quia omnes peccauerunt & egent gratia Dei, vt scilicet extenta manu, i. verbo Dei humanam contingentem naturam, a prisci erroris varietate mundent, & offerant Deo pro emundatione corpora

corpora sua hostiam vidam. AMBRO. Si autem leprę medici A
na verum est, contemptus verbi lepra mentis est. THEOPH. Vide autem, quòd postquàm mundatus est aliquis, tunc dignus est offerre hoc munus, scilicet corpus & sanguinem Domini, quod est diuinæ vnitum naturæ.

e q CYRIL. Scribæ & Pharisæi, q facti fuerāt prodigiorum Christi visores, audiebant ipsum quo quę docentem, vnde dicitur: {Et factum est in vna dierum, & Iesus sede. do. & erāt Phari. seden. & legis doc. qui vene. ex omni castel. Gali. & Iu. & Hierusalem, & vir. Domini erat ad sanā. eos.} Non quasi mutuo acciperet potestā tē alterius, sed quasi Deus & Dominus p̄pria operabatur virtute. fiunt autem homines sępe donorum spiritualium digni, sed plerumque deficiunt ea ratione quā nouit donorum largitor, quod in Christo non accidit, affluebat enim in prestandis remedijs virtus diuina. Quia vero necessarium erat, vbi tanta Scribarum & Pharisæorum turba conuenerat, aliquid fieri ex his, quæ virtuti attestarentur ipsius coram eis, qui eū paruipendebant factum est quoddam miraculum in paralytico. in quo quia defecisse videbatur medicinalis ars, portabatur a proximis ad supernum & cælestem medicum. vnde sequitur: {Et ecce viri por. in lec. homi. qui erat paralyticus & quærebant eum infer. & po. ante eum.} CHRYSO. Mirandi vero sunt, qui paralyticum adduxerunt, qualiter cum nequissent intrare per ostium, nouum aliquid & alienum attentauerunt. vnde sequitur. {Et non inue. qua parte eum infer. prę tur. ascen. supra rec.} detegentes autem tectum deponunt grabatum, & ponunt in medio paralyticū. vnde sequitur. {Et per tegu. submiſe. illum cum lec. in me. ante Iesum.} Dicet aliquis demissum fuisse locum a quo per tegulas deposuerunt paralytici lectum. BEDA: Hominem autem Domi nus a paralysi curaturus primo peccatorum vincula dissoluit, vt ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione damnari, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari. vnde sequitur. {Quorum fidem vt vi. dixit: Homo, remit. ti. pec. tua.} AMBR. Magnus Dominus qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Deum seruus & interueniendi meritum & ius habeat impetrandi? si grauium peccatorum difficultas veniam, adhibe præcatores, adhibe Ecclesiam quæ pro te præcetur, cuius contemplatione quod tibi Dominus negare posset, ignoscat. CHRY. Occurrebat autem, & in hoc ipsius patientis fides, non enim sustinuisset se inferius submitti, nisi credidisset. AVG. De Con. Euan. Quod autem dicit: Homo, dimittūtur tibi peccata, ad hoc insinuandum valet, quia homini dimittebantur peccata, qui hoc ipso, quòd homo erat non posset dicere. Non peccaui simul etiam vt ille, qui homini dimittebat intelligeretur Deus. CHRYSO. Nos autem si corporaliter peccamur, satagimus nociunm abiicere. cum vero male sit animæ & differimus: atque ideo nec a corporis nociuis curamur. Abscindamus igitur fontem malorum, & cessabunt ægritudinum fluxus. Mętu autem multitudinis suam intentionem aperire Pharisei non audebant, sed solum in cordibus suis meditabantur. vnde sequitur. {Et cæpe. cogitare Scri. & Phari. dicentes: Quis est hic qui lo. blasphemias?} CYRILLVS. In quo mortis præcipitant sententiam. Erat enim mandatum in lege, quòd quicumque blasphemaret in Deum, morte puniretur. AMBR. Itaque ab ipsis ex operibus suis Dei filius accipit testimonium, nam & validius est ad fidem quod confitentur inuiti, & pernitiosius ad culpam quod negant, qui suis assertionibus relinquuntur. vnde sequitur. {Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?} Magna in fide plebis amentia, vt cum confessa fuerit solius Dei esse donare peccata, nō credat Deo peccata donanti. BEDA. Verum enim dicunt, quia nemo peccata dimittere, nisi Deus potest, qui per eos quoque dimittit quibus dimittendi tributa potestatem. Et ideo Christus vere Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest.

e Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes & legis Doctores, qui venerant ex omni castello Galileæ & Iudeæ & Hierusalem, & virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus. Et quærebant eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent prę turba. ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum, cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidē vt vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare Scribę & Pharisæi dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere surge, & ambula? Vt autem scias, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum suam magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes & magnificabāt Deū. Et repleti sunt timore dicentes, q̄a vidimus mirabilia hodie.

B

AMBRO. Dominus autem saluos volens facere peccatores ex occultorum cognitione Deum se esse demonstrat. vnde sequitur: {Vt autem cognouit Iesus cogita. eorum, respondens di. ad illos. Quid cogi. in cor. vestris? CYRIL. quasi dicat o Pharisei qa dicitis: Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Respondeo vobis: Quis pōt secreta cordis scruta ri, nisi solus Deus qui per Prophetas dicit: Ego Dominus scrutans corda & probās renes. CYRI. Si ergo incredueli estis erga primum. s. remissionem peccati ecce aliud adiicio, dum in tima vestra patefacio. quin etiam aliud dū paralytici corpus cōsolido. vnde subdit. {Quid est facilius dicere dimit. ti. pec. an dicere sur. & ambu.} Palā quidem est quia cōsolidare corpus facilius est, quanto nāque nobilior est anima corpore, tanto est excellentior absolutio criminum. verū, quia illud non creditis, eo quòd lateat, adiiciam quod minus est, apertius tamen quatenus quod est magis occultū per hoc de mōstretur. Et quidem cum allocutus est infirmantem, non dixit dimitto tibi peccata, propriam exprimens potestatem, sed Remittuntur tibi peccata. Cogentibus autem illis euidentius propriam declarat potestatem dicens. {Vt autem scia. quia fi. ho. pote. habet in ter. dimit. pec.} THEOPHL. Vide quòd in terra dimittit peccata. dum. n. sumus in terra, peccata nostra delere possumus. postquàm vero a terra tollimur, non valebimus cōfiteri, clauditur. n. ianua. CYRIL. Demonstrat autem peccatorum veniam per corporis sanationem. vnde sequitur: {Ait paralytico ti. di. sur.} Ipsam vero corporis sanationem demōstrat per lecti portationem. vt sic non reputetur fantasia quod factum est. vnde sequitur: {Tolle grabatum tuum, & vade in do. tuam.} quasi dicat. Ego volebam per tuam passionem curare illos qui sani videntur: infirmātur autem in anima, sed quia nolunt vade tuam correctura familiam. AMBRO. Nec mora vlla sanitatis interuenit, vnum dictorum remediorumque momentum est. vnde sequitur: {Et confe. sur. coram illis tulit lec. in quo iace. & abijt in do. suam magni. Deum.} CYRIL. Quo facto patuit, quòd filius hominis potest in terra relaxare peccata quod pro se & pro nobis dixerat, ipse namque vt Deus factus homo tanquàm Dominus legis peccata dimit. Sortiti sumus etiam nos ab eo tam mirabilem gratiam. Dictum est enim discipulis. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quomodo autem non magis ipse peccata dimittit, qui cæteris potestate faciendi hoc tradidit? CHRY. Reges autem terreni & Principes homicidas absoluentes a pœna præsenti liberant. a criminibus autem expiare non possunt. AMBR. Spectant autem surgentem increduli mirantur abeuntem. vnde sequitur: {Et stupor apprehendit om. & magnifi. Deū.} CHRY. Paulatim serpunt Iudæi magnificantes Deum non tamen putant eum Deum esse: obstabat enim eis caro, nec tamē erat modicum æstimare eum præcipuum esse mortalium, & a Deo processisse. AMB. Diuini autem operis miracula malunt timere quàm credere. vnde sequitur: {Et reple. sunt ti. dicentes, quia vidimus mirabi. hodie.} Si autem credidissent, non timuissent, vtique, sed dilexissent. perfecta. n. dilectio foras timorem excludit. Nō ociosa autem huius paralytici, nec angusta medicina est, quoniam orasse præmittitur, non propter suffragium, sed propter exemplum. AVG. De Quæst. Euan. De paralytico enim potest intelligi animam dissolutam membris, hoc est operationibus Christum quærere, i. voluntatem verbi Dei. Impediri autem a turbis, scilicet cogitationum, nisi tecta, i. operta scripturarum aperiat, & per hoc ad notitiam Christi perueniat hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descendat. BEDA. Et bene domus Iesu tegulis contecta describitur, quia sub contemptibili literarum velamine spiritualis gratiæ virtus inuenitur. AMBRO. Vnusquisq; aūt eger petendo prædicatores salutis debet adhibere per quos nostræ vitæ compago resoluta actuumq; nostrorū clauda vestigia, verbi cælestis remedio reformētur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quāmuis exterioris corporis debilitate

C

D

E

Lib.2.q.3.

Lib.2.q.4.

debilitate torpentem ad superiora erigant, quorum rursus admiF niculis & attollere, & humiliare se facilis ante Iesum locetur, dominico videri dignus aspectui humilitatem.n.respicit Dominus.
Lib.2.q5.4. AVG. De Quæst.Euang. Hi ergo a quibus deponitur,bonos doctores Ecclesiæ possunt significare, quòd autem cum lecto deponitur, significat ab hoie in ista carne adhuc cõstituto Christum debere cognosci. AMB. Dominus autem plenam spẽ resurrectionis ostendens peccata donat animorum debilitatem carnis excludit: hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamuis igitur magnũ sit hominibus peccata dimittere: tamen multo diuinius est resurrectionẽ donare corporibus, quoniam quidem Deus resurrectio est. lectus autem qui
Lib.2.q5.4. tolli iubetur, nihil est aliud quàm corpus humanum. AVG. De Quæst.Euan.Vt non iam in carnalibus gaudijs tanquàm in lecto requiescat infirmitas animæ,sed magis ipsa contineat affectiones carnales. & tendat ad domum suam, ideſt requiem secretorũ cordis sui. AMBROSIVS. Vel domum repetere suam,hoc est ad paradisum redire. ea enim est vera domus quæ hominem prima suscepit, non iure amissa, sed fraude.Merito ergo restituis, qm venerat qui nexum fraudis aboleret iusq; reformaret.
Lib.2.c.26. f ¶AVG.Post paralyticum sanatũ de conuersione Publicani subiungit dicẽs:{Et post hæc exijt & vidit Publicanum nomine Leui sedentem ad Teloneum.Ipse est Matthæus qui & Leui. BEDA. Sed Lucas & Marcus propter honorem Euangelistæ nomen tacẽt H vulgatum. Matthæus autem in sermonis principio accusator sui factus,Matthæum se & Publicanum nominat, ne quis a salute desperet pro immanitate peccatorũ,cum ipse de Publicano in Apostolum sit muratus. CYRIL. Publicanus enim fuerat Leui,vir auarus,effrenis erga superflua,alieni amator. Hoc enim est publicanorum officium,sed ab ipsis officinis malitiæ detrahitur: Christo eum vocante.vnde sequitur:{Et ait illi. Sequere me.} AMB. Sequi iuber,non corporis gressu,sed mentis affectu.Itaque ille verbo vocatus,propria dereliquit qui rapiebat aliena. vnde sequitur: {Et relictis omnibus surgens secutus est eum. CHRY. Vbi & vocantis virtutem & vocati obedientiam considera. Neque enim obstitit,neque vacillauit:sed protinus paruit, nec in propriam domũ ire voluit,vt suis hoc intimaret,sicut nec piscatores. BASI. Nec solum fœnora Telonæi postposuit,sed etiam contempsit pericula quæ sibi ac suis accidere poterant, dum calculos Telonæi I dimitteret imperfectos. THEOPHIL. Et sicab accipiente censum a transeuntibus, Christus censum accepit, non quidem eius accipiens pecuniam: sed totaliter eum transferens ad suum cõsortium.CHRYSO.Vocatum autem Leui Dominus honorauit, dum eum eo confestim epulatus est, hoc enim ei maiorem præstabat fiduciam. vnde sequitur:{Et fecit ei conui.mag.Leui in do.sua.} Nec solum cum eo discumbit,immo cum pluribus,vnde sequitur:{Et erat tur.mul.Publi.& alio. qui cum il.erãt discũbẽ.} Conuenerant.n.Publicani ad eum sicut ad collegam,& hominem eiusdem officij,sed & ipse glorians de præsentia Christi conuocauit omnes. Christus etiam quodlibet genus remedij exhibebat, & non solum disputando & præstando sanitatis remedia, vel etiam redarguendo æmulos: sed etiam comedendo nonnullos errantiũ corrigebat.inde nos instruens,quòd quodlibet opus & tempus potest nobis vtilitatem afferre. Sed nec publicanorum participationem vitauit propter vtilitatem sequentem more medici, qui nisi K tangeret saniem,non liberaret a morbo. AMBRO. Cum peccatoribus.n.manducando, etiam cum gentibus non prohibet nos inire conuiuium. CHRYSO. Sed tamen Dominus inculpatus est idem a Pharisæis inuidentibus,& volentibus à Christo discipulos separare.vnde sequitur:{Et murmu.Phari. & Scribæ dicen.ad disci.eius.Quare cum Publica.& pecca.mandu.& bibitis.}
Lib.2.c.27. AMBRO. Serpentina vox est, hanc primam vocem Serpens emisit dicens Euæ. Quid dixit Deus. nolite manducare &c. ergo patris sui venena diffundunt. AVG. De Con.Euan. Videtur autem Lucas hoc aliquanto differentius ab alijs Euangelistis commemorasse.non.n.dicit tantum Domino obiectum esse,quòd cum Publicanis & Pharisæis manducaret & biberet: sed discipulis, qp de ipso ac de ipsis acciperetur. Propterea enim Matthæus & Marcus de Christo discipulis obiectum narrant.quia qp discipuli cum Publicanis & peccatoribus manducabant magistro magis obiiciebatur, quem sectando imitabantur. vna ergo sententia est tanto

f Et post hęc exijt,& vidit publicanum nomine Leui sedẽtem ad Teloneum, & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa Publicanorum & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabãt Pharisæi, & Scri G bæ eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico,sed q male habent. Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

g At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum, tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus facere ieiunare? Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tũc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a nouo vestimento mittit in vestimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit vinum nouum ĩ vtres veteres, alioquin rumpit vinum nouum vtres, & vinum effundetur & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus statim vult nouum, dicit enim: Vetus melius est.

AVG. De Con.Euan. Vnde addit. {In pœnitentiam,} quod ad Lib.2.c.27. explanandam sententiã valet, ne quisquam peccatores in hoc ipso quòd peccatores sunt, diligi arbitretur a Christo, cum illa similitudine de ægrotis. vnde bene intimet quid velit Deus vocando peccatores tanquàm medicus ægrotos, vt ab iniquitate tanquàm ab ægritudine salui fiant. AMBRO. Sed quomodo dum iustitias dilexit,neque vidit Dauid iustum derelictum, si iustus derelinquitur,peccator ascisc̃itur,non intelligas quòd eos iustos dicit, qui ex lege præsumant & Euangelij gratiam non requirant. Nemo autem iustificatur ex lege, sed redimitur ex gratia,non vocat ergo eos qui se iustos dicunt. vsurpatores.n.iustitiæ non vocantur ad gratiam. nam si gratia est ex pœnitentia, vtique qui fastidit pœnitentiam abdicat gratiam. BEDA. Peccatores autem vocat eos,qui sua mala attendentes,nec per legem iustificari se posse putantes, Christi gratiæ se pœnitendo despiciunt. CHRY. Ironice autem dicit illos iustos, sicut quando dicitur. Ecce Adam factus est quasi vnus nostrum, quòd autem nullus erat iustus sup terram ostendit Paulus dicens. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei. GREG. Nissenus: Vel dicit non egere sanos & iustos medico.s.Angelos,sed male habẽtes & peccatores,i.nos, quia morbum peccati incurrimus,qui in cælis non est. BEDA. Per Matthæi autem electionem fides gentium exprimitur,qui prius mundanis inhiabant, sed nunc Christi corpus sedula deuotione consiciunt. THEO. Vel Publicanus est,qui principi mundi seruit, & debitum carni reddit,cui gulosus reddit escas,adulter voluptatem,& alius aliud. Cum autem videret eum Dominus sedentem in Teloneo, ideſt non mouentem se ad maiorem nequitiam, tunc a malo erigetur, & sequetur Iesum, & suscipiet in domo animæ Dominum. AMBRO. Qui autem domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum, itaque libenter Dominus ingreditur,& in eius recũbit affectu, sed rursus accenditur inuidia pertidorum & futuræ pœne species præfiguratur, epulantibus.n.fidelibus in regno cælorum perfidia ieiuna torquebitur. BEDA. Vel per hoc designatur Iudæorum inuidia, quæ de gentium salute torquetur. AMBR. Simul etiam ostenditur quantum sit inter emulos legis & gratiæ, quòd illi qui legem sequuntur,mentis famem patientur æternam. Qui vero verbum in interioribus animæ receperunt alimenti cælestis & fontis vbertate recreati esurire & sitire non possunt. Et ideo qui animo ieiunabant, murmurabant.

g ¶CYRIL. Postquàm primum verbum acceperunt a Christo ab alijs ad alia se transferunt,volentes ostendere sacros discipulos, & ipsum cum eis Iesum minime curasse de lege. vnde dicitur: {At illi dixerunt ad eum,Quare disci.Ioan.ieiu.frequen.& obsecra.faci.similiter & Phari.tui autem edunt & bibunt.} Quasi dicant, comeditis cũ Publicanis & peccatoribus, cum iubeat lex immundo non communicare, sed in excusationem præuaricationis vobis accedit misericordia.Cur ergo nõ ieiunatis, vt mos est secũdum legem volentibus viuere. Sed sancti quidem iccirco ieiunãt, vt corpus affligentes quietent passiones ipsius. Sed Christus non egebat ieiunio ad perfectionem virtutis,cum tanquàm Deus absolutus esset a quolibet vinculo passionis, sed nec eius comitia ieiunio egebat, sed particeps gratiæ eius sine ieiunio decorata virtuose conuersabatur.quòd si Christus quadraginta diebus ieiunauerat, non hoc fuit vt in se passionem mortificaret, sed vt normam Lib.2.c.1. abstinentiæ ostendat carnalibus. AVG. de Con.Euan.Euidenter autem,Lucas alios de alijs hoc dixisse narrauit.vnde ergo Matthæus dicit. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes. Quare nos & Pharisæi ieiunamus, nisi quia & ipsi aderant, & oés certatim vt quisque poterat hoc obiecerunt. AVG. q.Euang. Lib.2.q.1 Est autem

Est autem duplex ieiunium: vnum in tribulatione ad propitiandum Deum in peccatis:aliud in gaudio, cũ tanto minus delectant carnalia,quanto spiritualium maior farcina est.Interrogatus ergo Dñs cur discipuli eius non ieiunarent,de vtroq; ieiunio rndit. & primo de ieiunio tribulationis.Sequitur enim. {Quibus ipse ait. Numquid po.fi. spõ. dum cum il.est spon. face.ieiunare?} CYRIL. Quasi dicat. Præsens tempus lætitię est & alacritatis, non igitur immiscenda sunt tristia. CYRIL. Saluatoris.n. nostri in hoc sæculo demonstratio, nihil aliud fuit q̃ quædam festiuitas.intelligibiliter quasi quandam sponsam copulans illi nostram naturam, vt quondam sterilis fœcunda fieret. Igitur filij sponsi esse noscuntur quicũq; vocati sunt ab eo p nouam & Euangelicam disciplinam, non aũt Scribæ cũ Pharisæis, qui solam legis vmbram considerant.
Lib.2.c.27. AVG. De Consen. Euan. Per hoc autem,quòd solus Lucas dicit. Non potestis filios sponsi facere ieiunare,intelligitur eos ipsos qui loquebant fuisse facturos vt lugentes ieiunarent filij sponsi, quando ipsi essent sponsum occisuri. CYRIL. Vbi vero concesserat filius spõsi, quòd non decebat eos laborare, tanquàm qui spiritualem solẽnitatem habebant,ne inter nos annullaretur ieiunium,dispensatiue subiũgit dicens. {Venient autem dies cum ablatus fuerit ab eis spõsus, Lib.2.q.18. tunc ieiunabunt in illis diebus. AVG. de Quæst. Euan.quasi dicat. Tunc desolabuntur & in mœrore & luctu erunt,donec eis per Spiritum sanctum gaudia consolatoria retribuantur. AMBR. Vel aliter:Non hoc ieiunium relegatur quo cõficitur caro, & corporis luxuria castigatur, hoc ieiunium nos commendat Deo, sed nõ possumus ieiunare qui Christum habemus, & Christi carnem epulamur & sanguinem. BASILIVS. Filij etiam sponsi ieiunare nequeunt,hoc est animæ nutrimentũ non sumere,sed viuere in omni verbo quod de ore Dei procedit. AMBRO. Sed qui sunt illi dies quibus nobis Christus auferetur, cum ipse dixerit.Vobiscum ero vsque ad consummationem mundi?sed nemo ti bi Christum potest auferre, nisi te illi ipse auferas. BEDA. D Quamdiu.n.sponsus nobiscum est in lætitia sumus, nec ieiunare possumus nec lugere. Cum autem per peccata ille recedit,tunc in dicendum est ieiunium,& requirendus luctus. AMBRO. Denique de animi dictum est ieiunio vt sequentia declarant. Sequitur enim. {Dicebat autem similitudinem ad illos: Quòd nemo commissuram,} ideſt particulam ablatam a vestimento nouo immittit in vestimentum vetus.} Appellauit ieiunium vestimentũ vetus.quod exuendum Apostolus æstimauit dicens: Spoliate vos veterem hominem cum actibus suis.In eadem igitur forma series conuenit præceptorum, ne actus veteri & noui hominis misceamus. AVG. de Quæst. Euang. Vel aliter. Dono Spiritussancti percepto. Genus autem ieiunij quod fit per lætitiam iam renouati in vitam spiritualem conuenientissime celebrant, quod anteq̃ accipiant dicit eas esse tanquàm vetera vestimenta. quibus inconuenienter pannus nouus assuitur,i.aliqua particula doctrinæ quæ E ad nouę vitæ temperantiam pertinet,quia si hoc fiat & ipsa doctrina quodammodo scinditur quæ docet generale ieiunium non a cõcupiscentia ciborum tantum:sed ab omni lætitia temporaliũ delectationum,cuius particulam quæ ad cibos pertinet,dicit nõ oportere hominibus,adhuc veteri consuetudini deditis impartiri,qa & illic quasi concisio videtur fieri,& ipsi vetustati non conuenit. Dicit etiam eos esse similes veteribus vtribus.vnde sequitur: {Et nemo mit.vinum no.in vtres ver.} AMBR. Fragilitas humanę conditionis aperitur,cum corpora nostra exuuijs defunctorũ animalium comparantur. AVG. de Quæst. Euang. Veteribus autem vtribus comparantur Apostoli,qui vino nouo quasi spiritualibus præceptis facilius distrumpuntur q̃ contineant. vnde sequit: {Alioquin rumpit vinum nouum vtres & ipsum effunditur, & vtres pereunt.} Erunt autem noui vtres,cum post assensionem accepto desiderio consolationis eius.orando & sperando innouabuntur.vnde sequitur: {Sed nouum vinum in vtres nouos mittẽdum

A est,& vtraque conseruantur.} BEDA. Vino siquidem intus reficimur,veste aut foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera quæ foris agimus.quibus coram hominibus lucemus,vinum fervor Fidei,Spei,& Charitatis. Aliter: Veteres vtres sunt Scribæ & Pharisæi,nouus pannus,& nouum vinum præcepta Euangelij. GRE. Nissenus. Vinum.n. de nouo elicitum, ꝑpter feruorem naturalis humidi fumosũ est,despumans naturali agitatiõe a se materialem immunditiam. Tale vinum nouum testamẽtum est, quod antiqui vtres, qui propter incredulitatẽ inueterati sunt non capiunt: immo scinduntur excellentia doctrinæ, necnon & gratiam spiritus in cassum fuere faciunt. quia in maliuolã animam non intro ibit sapientia. BEDA. Sed cuicumq; animæ nondum innouatæ: sed in uetustate malitiæ perseueranti,no uorum mysteriorum sacramenta non debent committi, qui etiam præceptis Euangelicis præcepta legis miscere volunt,vt Galathæ vinum nouum in vtres veteres mittũt. Sequitur {Et nemo bibens vetus,statim vult nouum. dicit.n. Vetus melius est:} quia C Iudæis vitæ veteris saliua imbutis nouæ gratiæ præcepta fordebant.quia maiorum traditionibus commaculati dulcedinem spiritualium verborum percipere non valebant.

CAP. VI.

Factum est autem in Sabbato secundo primo:cũ transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas & manducabant confricantes eas manibus suis: Quidam autem Pharisæorum dicebant illis Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et rndẽs Iesus ad eos,dixit. Nec hoc legistis qđ fecit Dauid, cum esurisset ipse,& qui cũ illo erant, qũo intrauit in domum Dei, & panes ꝑpõnis sumpsit, & mãducauit, & dedit his qui cum ipso erant,quos non licet mãducare, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis,quia Dñs est filius hominis,etiam Sabbati.

CAPVT VI.

AMBROSIVS. Non solum comprehensione verborum: sed etiam ipso vsu specieq̃e gestorum incipit hominem Dominus veteris obseruatione legis exuere.vnde dicitur. {Factum est autem in Sabbato secundo primo: cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas & manducabant confricantes eas manibus suis.} BEDA. Non habentes enim discipuli spacium manducandi propter importunitatem turbarum esuriebant vt homines: sed vellentes spicas inediam consolabantur, quod est indicium austerioris vitæ, non præparatas escas, sed simplices quærere cibos. THEOPHILA. Dicit autem in sabbato secundo primo: quia Iudæi omnem festiuitatem sabbatum nuncupabant, requies enim dicitur sabbatum. Multoties ergo contingebat in Paraseue festiuitas, & vocabant parasceuem festum propter sabbatum. deinde principale sabbatum secundum primum dicebant, quasi secundum existens a præcedentis diei festiuitate. CYRILVS. Duplex enim erat festum, & principalis festi & alterius solemnitatis sabbati. ISIDOR. Vel dicit secundo primo. quia secundum erat Pascha: primum autem azimorum, cum immolarent enim Pascha in sero,sequenti die festum azimorum celebrabant. quod autem ita sit, patet ex hoc, quòd Apostoli vellebant spicas, & manducabant: in illo namque tempore spicæ flectuntur a fructu. EPIPHAN. Die igitur sabbati viri sunt transeuntes per segetes & spicas edebant, ostendentes quoniam dissolutum est vinculum sabbati, vbi magnum aduenit sabbatum, hoc est Christus, qui fecit nos quiescere ab opere delictorum nostrorum. CYRILLVS. Pharisæi autem & Scribæ ignari sacrarum scripturarum in vnum conspirauerant ad reprehendendum Christi discipulos. vnde sequitur: {Quidam autem Pharisæorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis?} Dic mihi tu cum in sabbato tibi mensa proponitur: nonne frangis panem? Quid igitur alios reprehendis? BEDA. Alij vero dicunt ipsi Domino hæc fuisse obiecta: sed a diuersis, & ipsi Domino & discipulis potuerunt obiici, & cuicumque obiectum ad ipsum maxime respicit. AMBROSIVS. Dominus autem defensores legis arguit nescire quæ legis sunt, exemplum inducens Dauid. vnde sequitur: {Et respondens Iesus ad eos, dixit. Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esurisset ipse,& qui cum eo erãt?} CYRILLVS. quasi dicat. Cum expresse dicat lex Moysi: Iudicate iustum iudicium, nec considerabis personam

Universidad de Deusto Biblioteca

in iudicio qualiter increpatis discipulos, qui vsque in hodiernum diem extollitis Dauid, vt sanctum & Prophetam, cum Moysi præceptum non seruauerit. CYRIL. Et attende, quòd quandocũq; Domino fit sermo pro seruis, idest discipulis, seruos ducit in medium, scilicet Dauid & Sacerdotes. quando vero pro se introducit patrem, sicut ibi.

b Factum est autem & in alio Sabbato, vt intraret in Synagogam & doceret. Et erat ibi homo & manus eius dextera arida. Obseruabant autem Scribę & Pharisæi, si in Sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. & ait homini qui habebat manum aridam. Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus. Interrogo vos, si licet Sabbato benefacere, an male? animã saluã facere an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem, quid nam facerent de Iesu.

Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. THEO. Aliter autē eos reprimit cum subditur: Et dicebat illis. {quia dominus est filius hominis, etiam Sabbati: quasi dicat. Ego sum Dominus Sabbati tã quàm dispositor, & sicut legislator potestatem habeo soluere Sabbatũ. filius.n. hominis vocat9 ē Christus, qui Dei existens filius, miraculose dignatus est filius hominis propter homines fieri & vocari. CYRIL. Marcus autem de communi natura hoc ipsum protulisse fatetur. dicebat.n. propter homines Sabbatum factum est, non homo propter Sabbatum. Expedit igitur potius Sabbatum homini subiici quàm huic colla subiicere Sabbato. AMBRO. Non mediocre autem mysterium hoc est. Ager enim est hic mũdus, agri seges in satione humani generis fœcunditas numerosa sanctorum·Spicę agri fructus Ecclesiæ, quos operibus discutientes suis Apostoli pascebantur nostro se alētes profectu, & tanquàm folliculis corporũ mentium fructus ad fidei lucem præclaris operum suorum miraculis eruebant. BEDA. Spicas enim confricant. quia in illis quos in corpus Christi volunt traiicere, mortificant veterem hominem, cum actibus suis a terrena intentione extrahendo. AMBRO. Sed hoc putabant Iudæi sabbato non licere: Christus autem nouæ gratiæ munere designabat otium legis opus gratiæ: mire tamen secundo primum, non primo secũdum Sabbatum dixit, quia Sabbatum illud ex lege solutum est quod erat primum, & hoc primum factum est, quod secundo constitutum est. Sabbatum igitur dicitur secundum iuxta numerum, primum iuxta operationis gratiam. melius est enim Sabbatum quo impunitas datur, quàm quo pœna præscribitur. Hoc forte primum est, hoc in prædestinatione consilij & secundum in sanctione decreti. Deinde quòd Dauid cum socijs fugit, hic præfiguratus in lege Christus est, qui cum Apostolis principem mundi lateret. Quomodo autem ille obseruator legis atque defensor, panes & ipse manducauit, & dedit his qui secũ erant, quos non licebat manducare nisi sacerdotibus, nisi vt per illam demonstraret figuram Sacerdotalem cibum ad vsum transire populorum, siue quòd omnes vitam Sacerdotalem debemus imitari, siue quòd omnes filij Ecclesiæ Sacerdotes sunt. vngimur.n. in Sacerdotium sanctum offerentes nosmetipsos Deo hostias spirituales. Si autem Sabbatum propter homines factum est: vtilitas autem hominum postulabat esurientem hominem, qui diu fuerit terræ fructibus abdicatis veteris panis vitare ieiunia, non vtique lex soluitur, sed impletur.

b ¶ AMBROSIVS. Hic ad alia progreditur Dominus: nam qui totum hominem saluum facere disposuerat, per singula membra currebat. vnde dicitur. { Factum est autem in alio Sabbato vt intraret in Synagogam & doceret. BEDA. Sabbatis maxime curat & docet, non solum propter insinuandum spirituale Sabbatum, sed etiam propter celebriorem populi conuentum. CYRILLVS. Docebat autem reuera transcendentia intellectum, & quæ salutis futuræ per eum reserabant audientibus semitam, deinde præcedente doctrina. subito diuinam ostendebat virtutem. vnde sequitur: { Et erat ibi homo, & manus eius dextera arida. BEDA. Quia vero destructionem Sabbati quam in discipulis arguebant, probabili magister excusauerat exemplo, nunc ipsum obseruando magistrum calumniari volunt. vnde sequitur: { Oseruabant autem Scribæ & Pharisæi si in sabbato curaret, } vt scilicet si non curet, crudelitatis vel imbecillitatis, si curet, transgressionis vitio arguant. vnde sequitur: { Vt inuenirent vnde accusarent eum. CYRILLVS. Hic enim est mos aduersarij, pascit in se doloris morbum aliorum præconijs sed Dominus nouit omnia, & corda rimatur. vnde sequitur: {Ipse autem sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam, surge, & sta in medio. Et surgens stetit: } vt forsan incitaret ad pietatem crudelem Pharisæum, & ipsa passio flammas mitigaret liuoris. BEDA. Præueniens autem Dominus calumniam quam sibi præparabant, arguit eos qui præcepta legis male interpraetando etiam a bonis operibus Sabbato æstimabant feriandum, cum lex a seruili opere, idest a malis abstinere præcipiat in Sabbato. vnde sequitur: { Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbato benefacere, an male? CYRILLVS. Nimis est idonea quæstio. nam si licet in sabbato benefacere. nec aliquid obstat vt laborantes a Deo misericordiam consequantur, desinas colligere aduersus Christum calumniam. Si autem non licet in sabbato bene facere & lex prohibet animarum salutem, factus es legis accusator. Ipsam quoque Sabbati sanctionem si velimus discutere, ad opus pietatis introductum fuisse reperiemus. Iussit enim in sabbato feriari, vt quiescat inquit puer tuus, & ancilla tua, bos tuus & quodlibet pecus tuum, qui vero bouis miseretur & cæterorum pecorum, quomodo non miserebitur hominis graui morbo perplexi? AMBROSIVS. Lex autem in præsentibus formam præfigurauit futurorum, in quibus vtique malorum ferię sunt non bonorum, nam licet sæcularia opera conquiescant, non ociosus tamen boni operis actus est, in Dei laudes requiescere. AVGVST. De Quæst.euan. [Lib.2.q.7.] Cum autem Dominus corpus curauerit, sic interrogauit: Animá saluam facere, an perdere? Vel quia illa miracula propter fidem faciebat, vbi salus est animæ, vel quia ipsa sanatio manus dexteræ salutem animæ significabat, quæ a bonis operibus cessans, aridam quodammodo dexteram habere videbatur. vel animam pro homine posuit, sicut dici solet: Tot animæ ibi fuerunt. AVG. De [Lib.2.c.35.] Con.Euang. Sed potest mouere quomodo Matthæus dixerit, ꝙ ipsi interrogauerunt Dominum, si licet curare sabbato, cum Lucas hic illos potius a Domino interrogatos esse perhibeat. itaque intelligendum est, quòd illi prius interrogauerunt Dominum, si licet sabbato curare. Deinde intelligens cogitationes eorum, aditum accusandi quærentium, constituit in medio eum quem fuerat sanaturus, & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commmemorant. Sequitur: { Et circumspectis omnibus.} TYTVS. Quasi collectis omnium oculis: quinetiam incitata mente eorum ad considerationem negotij. {dixit homini: Extende manum tuam:} Ego tibi mando qui creaui hominem. audit autem qui læsam habebat manum, & sanus fit. vnde sequitur: {Et extendit, & restituta est sani. manus eius.} Quos autem oportebat in miraculo stupere, augent malitiam. vnde sequitur: {Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem, quid nam facerent de Iesu.} ORIG. Et vt narrat Matthæus: Exeunt & consiliantur, vt occidant eum. CYRIL. Cernis o Pharisæe operantem diuina ac superna maiestate liberantem languentes, & mortem portas ex liuore. BEDA. Homo autem iste humanũ genus significat in fœcunditate boni operis arefactum pro manu in primo parente ad pomum extensa, quam sanauit innocens manus in cruce extensa, & bene manus in synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientiæ. ibi transgressor maiori subiacet culpę. AMBR. Audisti igitur verba dicentis. {Extende manum tuã.} Communis ista generalisq; medicina est, & tu qui putas manum habere te sanam, caue ne auaritia vel sacrilegio contrahatur: Extēde sæpius eam, vt proximum iuues, vt viduæ præsidium feras, eripias iniuriæ quem vides iniuste contumeliæ subiacere. extende ad pauperem, qui te obsecrat, extende ad Dominum pro peccatis tuis, sic manus extenditur, sic manus sanatur.

c Factum est autem, in illis diebus, exijt in montē orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simonem quem cognominauit Petrum, & Andreã fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomeum, Matthęum & Thomam, Iacobum Alphei, & Simonem qui vocatur zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam scarioth qui fuit proditor.

c ¶ GLO. Insurgentibus aduersarijs contra Christi miracula & doctrinam, Apostolos elegit quasi defensores veritatis & testes, quorum electioni orationem præmittit. vnde dicitur: { Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare.} AMBR. Noli insidiatrices aperire aures, vt putes filium Dei, quasi infirmum rogare vt impetret, quod implere non possit: potestatis.n. author obedientiæ magister ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. CYRIL. Scrutemur igitur in his, quæ Christus egit, qualiter nos doceat orationibus diuinis insistere, semotim.s.& secreto, nemine vidente, amota quoque mundana solicitudine, vt sursum ad diuinæ speculationis intuitum erigatur intentio, quod designatur in hoc, quòd semotim orabat Iesus exiens in montem. AMBRO. Vbique etiam solus obsecrat. Dei.n. cōsilium humana vota non capiunt, nec quisq̃ interiorũ pōt esse particeps Christo, non autē oīs qui orat ascendit in montem, sed qui orat

orat a terrenis ad superiora progrediens: sed non ille qui de sæculi diuitijs aut de honore solicitus est. Omnes sublimes in mōtem ascendunt, quare in Euangelio, inuenies solos in montem cum Domino ascendisse discipulos. Species autem tibi Christiane datur, forma præscribitur quam debeas æmulari. cum sequitur: {Et erat pernoctans in oratiōe Dei.} Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? CYRIL. Exurge igit & tu tēpore noctis. Purior est.n. tũc tēporis anima, ipsę tenebrę silentium nimium possũt sufficienter ad compunctionem perducere. Cęterum si ipsum quoque cælum inspicias punctatum stellis quasi infinitis luminibus, si cōsideres, quòd qui per diem saltant, iniurianturq;, hi tunc nihil a mortuis discrepant, detestaberis quemlibet ausum humanum. Hæc omnia sufficiunt ad animam erigendam, tunc non vexat inanis gloria, non accidia. non concitatio occupat, non sic ignis ferri sequestrat rubiginem, velut nocturna oratio eruginem peccatorum. Quem de die solis æstus percussit, nocte refrigeratur quemlibet rorem superant nocturnę lachrymę & contra concupiscentiam valent & quemlibet timorem, si vero prædicto rore non foueatur homo arescit sub die. Quapropter licet non multum ores noctu, semel ora vigilando, & sufficit, ostende quòd non solum ad corpus nox pertinet: sed etiam ad animam. AMBRO. Quid autem te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos prius orauit? Sequitur enim: { Et cũ dies fa. esset voca. disci. su. & elegit. 12. ex ipsis, quos & Apost. nomina.} Quos. s. ad propagandum auxilium salutis humanę per terrarum orbem satores fidei destinauit. Simul aduerte cæleste consilium, non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores & publicanos quos dirigeret elegit, ne diuitijs aut potentiæ nobilitatisq; authoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur, vt veritatis ratio non disputationis gratia præualeret. CYRIL. Attende autem maximam Euangelistæ sedulitatem non solum dicit electos fuisse sacros Apostolos: immo nominatim eos enumerat, ne quisquam audeat alios inscribere Apostolorum catalogo. {Simonem quem cognominauit Petrũ & Andreã fratrem eius.} BEDA. Non modo primum eum cognominauit: sed longe prius cum ab Andrea adducto dicitur: Tu vocaberis Cephas, quod interpraetatur Petrus. Sed volens Lucas nomina Apostolorum enumerare, cum necesse haberet Petrum dicere, breuiter voluit innuere, ꝙ non hoc antea cognominaretur: sed ita Dominus cognominauerit. EVSEB. Secunda autem combinatio est Iacobi & Ioannis. vnde sequitur: { Iacobum & Ioannem. } ambos. s. filios Zebedæi. qui etiam piscatores fuerunt. Post hos autem dicit: {Philippum & Bartholomæum.} Philippum dicit Ioannes fuisse de Bethsayda, conciuem Andreæ & Petri, ipse quoq; Bartholomęus vir simplex & expers scientiæ mundanæ & amaritudinis. Matthæus vero ex his, qui prius census exigebant vocatus est, de quo subdit: {Matthæum & Thomam. BEDA. Matthæus compari suo Thomæ in ordine, humilitatis causa se supponit, cum a cæteris Euangelistis prælatus sit. Sequitur: {Iacobum Alphæi & Simonem qui vocatur zelotes. } GLO. Quia. s. fuit de chana Galileæ qui interpraetatur zelus, quod additur ad differentiam Simonis Petri. Sequitur: {Iudam Iacobi & Iudam Scarioth, qui fuit ꝓditor. AVG. De Con.Euan. In nomine Iudæ Iacobi Lucas videtur discrepare a Matthæo, qui eum Thadæum appellat. Sed qs vnquàm prohibuit duobus vel tribus nominibus vnum hominē vocari? Eligitur autem Iudas proditor non per imprudentiam, sed per prouidentiam. susceperat quidem hominis fragilitatem: & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanę, voluit ab Apostolo suo tradi, vt tu a socio proditus moderate feras, tuum errasse iudicium, perisse beneficium. BEDA. Mystice autem mons in quo Apostolos elegit, altitudinem designat iustitiæ, qua instituendi erant & eam ꝑdicaturi. sic & lex in monte data fuit. CYRIL. Quòd si libet interpraetationem Apostolicorum nominum scire, scito ꝙ Petrus dicitur dissoluens vel agnoscens, Andreas decora potentia vel respondens, Iacobus autem supplantator doloris, Ioannes Domini gratia, Matthæus donatus, Philippus os magnum, vel orificium lampadis, Bartholomæus filius aquas suspendentis, Thomas abyssus vel geminus, Iacobus Alphæi supplantator gressus vitæ. Iudas confessio, & Simon obedientia.

d Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima, & Tyri, & Sydonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

e Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, qm̃ saturabimini. Beati qui nũc fletis. quia ridebitis. Beati estis

d ¶ CYRILLVS. Celebrata ordinatione Apostolorum pluribus congregatis, & de regione Iudæorum, nec non a maritima Tyri & Sydonis, qui erant idolatræ, constituit eos totius orbis doctores, vtpote qui euocarent Iudæos a legis seruitute, cultores autem dæmonum ab errore gentili ad veritatis cognitionem. vnde dicitur: {Et descendens de mon. cũ illis, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem & maritima.} BEDA. Non a proximo mari Galileæ maritima dicit, quia hoc non miraculi loco poneretur, sed a mari magno cognominatur, ĩ quo etiam Tyrus & Sydō compræhendi poterãt. de quibus sequitur: {Et Tyri & Sydonis.} Quæ quia ciuitates gentium sunt, consulte nominatim ponuntur, vt quanta sit fama virtusque Saluatoris intimetur, quæ exteras etiam ad sanitatem doctrinamque capessendam ciuitates accersierat. vñ sequitur: {Qui venerant vt audirent eũ.} THEO. Hoc est ad animarum medelam, vt sanarentur a languoribus suis: hoc est ad medelam eorum corporum. CYRILLVS. Postquàm autem Sacerdos publicauit Apostolos, plurima & ardua fecit miracula, vt qui conuenerant Iudæi & Gentiles, scirent eos decoratos esse a Christo dignitate Apostolatus; & quòd ipse non erat sicut vnus aliorum hominum, magis autem Deus, vt verbum incarnatum. vnde sequitur. {Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.} Neque enim alienam virtutem accipiebat Christus, sed cum naturaliter esset Deus propriam virtutem super infirmos emittens sanabat omnes. AMBROSIVS. Aduerte autem omnia diligenter, quomodo & cum Apostolis ascendat ac descendat ad turbas, quomodo eum turba sequitur ad excelsa. denique vbi descendit, inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt. BEDA. Raro hoc quoque vspiam vel turbas Dominum ad altiora sequi, vel quempiam debilem inuenies in monte curari, sed extincta febre libidinum, accensaque scientiæ luce, pedetentim quēquam ad culmen subire virtutum. Turba autem quæ Dominum tangere potuit, spiritus illius virtute sanatur vt supra leprosus Domino tangente mundatur. Tactus ergo Saluatoris, opus est salutis, quem tangere est fideliter in eum credere. a quo tangi est eius munere sanari.

e ¶ CYRILLVS. Post Apostolorum ordinationem ad Euangelicæ vitæ nouitatem Saluator suos discipulos rectificauit. AMBRO. Diuinitatis autem prompturus oracula incipit esse sublimior, etsi in humili stabat: tamen oculos eleuauit. vnde dicitur: {Et ipse eleuatis oculis.} Quid est leuare oculos, nisi interius lumen aperire? BEDA. Et quàmuis generaliter omnibus loquatur, specialius tamen oculos in discipulos leuat. Sequitur enim. {In discipulos suos, } vt his qui verbum intenta cordis aure percipiunt, latius saporis intimi lumen aperiat. AMBRO. Quatuor autem tantum beatitudines Lucas posuit, octo vero Matthęus. sed in istis octo illæ sunt quatuor, & in istis quatuor illę octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est Cardinales, illæ in illis octo mysticum ordinem reserauit: sicut enim spei nostræ octaua perfectio est, ita octaua summa virtutum est. Primam autē beatitudinem paupertatis vterque Euangelista posuit: ordine.n. prima est, & parens quædam virtutum. quia qui contempserit sæcularia, ipse merebitur sempiterna. Nec potest quisquàm meritum regni cælestis adipisci, q mundi cupiditatē post se emergendi non habet facultatem. vnde sequitur. {Dicebat, Bti paupe.} CYR. In euangelio quidem quod est ſm Matthæũ btōs fieri dixit pauperes spũ, vt intelligamus esse pauperē spũ, habētē intellm modestũ & quodãmodo remissum. vñ dicit Saluator: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Hic aũt beatos asserit pauperes non addito spũ, pauperes appellans diuitias contemnētes. decebat enim vt cum pronunciaturi essent salutiferi Euangelij dogma, mētem non gererent cupidam, sed prōptum affectum haberent erga maiora. BASIL. Non aũt oīs quem paupertas præmit btũs est, sed qui Christi ꝓceptum mundanis ꝓtulerit opibus. Plures.n. pauperes sunt in substantia, auarissimi tñ secundum affectũ quos non saluat paupertas, sed affectus damnat. Nihil.n. inuoluntariorum beatificabile est, eo quòd omnis virtus libero designatur arbitrio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Beatus ergo pauper.quasi Christi discipulus qui ꝑ nobis paupertatem sustinuit. nam ipse Dñs quodlibet opus impleuit. quod ad beatitudinem ducit se præbens exemplar discentibus. EVSEB. Sed cum cæleste regnum in multis gradibus bonorum consideret. primus gradus scandentium est eorum, qui diuino intuitu colunt paupertatem, tales autem fecit eos qui primo facti sunt eius discipuli. Ob hoc in eorum persona dicit. {Quia vestrum est regnum Dei.} quasi demonstratiue hoc proferens ad præsentes ad quos etiam oculos eleuauit. CHRY. Postquàm igitur mãdauit paupertatẽ colere, ea quæ consequũtur inopiam coronat honoribus. Contingit autem paupertatem colentes necessariorum incurrere defectum, & vix acquirere victum, iccirco non sinit discipulos pusillanimes super hoc fieri dicens.{Beati qui nunc esuritis. BEDA.i.beati qui castigatis corpus vestrum, & seruituti subiicitis qui in fame & siti verbo operam datis.quia cælestium tunc gaudiorum habebitis vbertate perfrui. GRE. Nissenus: Altius autem, sicut ẽm sensibilem escam diuersificatur participantium appetitus ad comestibilium species, sic & in cibo animæ, ab his quidem opinabile, ab his autem appetitur quod naturaliter est bonum. vnde hic ẽm Matthæum beatificantur, qui iustitiam loco cibi & potus reputant, nõ inquam particularem, sed vniuersalem virtutem quam qui esurit beatificandum dicit. BEDA. Apertissime nos instruens numquàm nos satis iustos æstimare debere: sed quotidianum iustitiæ semper amare profectum, ad cuius perfectam saturitatem non in hoc sæculo: sed in futuro possumus peruenire Psalmista ostendit dicens: Satiabor cum manifestabitur gloria tua. vnde sequitur: {Quia saturabimini. GREG. Nissenus. Auidis.n.iustitiæ desideratorum copiam spondet. Nihil.n.eorum quæ secundum voluptatem in vita quæruntur satiat inquirentes. Solum autem virtutis studium subsequitur præmium quod indeficiens gaudium inserit animæ. CYRIL. Consequitur autem inopiam non solum defectus rerum ad delectationes facientium, sed etiam depressus vultus propter mestitiam, vnde sequitur: {Beati qui nunc fletis.} Beatificat flentes nõ eos qui simpliciter ab oculis lachrymas emittunt. Commune.n.est hoc tam fidelibus q̃ infidelibus siquid tristium accidat. Magis autem illos beatos asserit, qui leuem vitam: & implicitam carnalibus voluptatibus deditam vitãt, refutantes delitias, & pene lachrymantes ꝓpter odium mundanorũ. CHRY. Magnum quid vero secundum Deum tristitia est, & impetrat ei pniam in salutem. vnde Paulus cum non haberet suos defectus flere, pro alienis lugebat. talis luctus ẽ alacritatis materia. vnde sequitur: { Quia ridebitis. } Etenim si nihil profumus his pro quibus flemus: tamen proficimus nobismetipsis. nam qui sic aliena deflet, multo magis non præteribit inflebiliter sua delicta. Magis autem nec facile labetur in scelus, non dissoluamur in hac breui vita, ne suspiremus in infinita. Non quæramus delitias a quibus manat luctus & dolor nimius: sed tristemur tristitia quæ germinat veniam, Est etiam dominum sæpius reperire lugentem, ridentem nequaq̃. BASI. Promittit autem flentibus risum, non quidem emissum per mandibulas sonum, sed meram & impermixtam cuilibet tristitiæ alacritatem. BEDA. Qui ergo propter diuitias hæreditarias Christi propter panẽ vitæ æternæ, propter spem cęlestium gaudiorum, fletus, esuriem, paupertatemq; pati desiderat, beatus est. Multo autem beatior qui has virtutes inter aduersa seruare non trepidat. vnde sequitur: {Beati eri.cum vos ode.homines. Licet.n.homines odiant corde nephando, dilectum cor Christo lædere nequeunt. Sequitur: {Et cum separa.vos.} separent & a Synagoga expellant, Christus inuenit & confirmat. Sequitur: {Et exprobrauerint. exprobrent nomen crucifixi. Ipse commortuos sibi corresuscitat, & considere facit in cælestibus. Sequitur: {Et eiece. no. vestrum tanquàm malum.} vbi nomen Christianorum significat quo a Gentilibus Iudæisq; sæpissime quantum ad ipsos memoriæ abrasum & ab hominibus est abiectum: nulla existente causa odij, nisi propter filium hominis, qui.s.credentes nomen Christi, suum cognomen facere voluerunt. Docet ergo eos ab hominibus insectandos, sed vltra homines esse beandos. vnde sequitur: {Gau.in il.die & exul.ec.n.mer.ve.multa est in cælo.} CHRY. Multum & paucum mensuratur dignitate proferentis. Quæramus igitur, quis multam promisit mercedem? siquidem Propheta vel Apostolus velut homo paucum esse multum existimauit, nũc autem Dominus qui possidet perennes thesauros, opes quæ quemlibet intellectum transcendunt multam pollicitus est mercedem. BASILIVS. Rursus, magnum aliquando absolutam habet

cum vos oderint homines, & cum separauerint vos & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquàm malum propter filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate. ecce enim merces vestra multa est in cælo. Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

F intentionem, sicut magnum est cælum & magna est terra: aliquando vero ad aliquid habet relationem, vt magnus equus & bos in comparatione similium, sic arbitror multam fore mercedem repositam patientibus opprobria propter Christum, non tanquàm comparatam ad ea quæ penes nos sunt, sed in se multam existentem, & tanquàm a Deo donatã. DAM. Illa etiam quæ mensurari vel numerari possunt, terminate ingeruntur. quod autẽ ex quadam excellentia omnem transcendit mensuram, & numerum, indeterminate dicitur magnum & multum: puta quãdo dicimus multam

f Verũtamen, veh vobis diuitibus, qui habetis cõsolationem vestram. Veh vobis qui saturati estis, quia esurietis. Veh vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Veh cum bene dixerint vobis omnes homines. Secundum hęc enim faciebãt Prophetis patres eorum.

G esse Dei misericordiam. EVSEB. Deinde muniens discipulos ad pugnam aduersariorum quam passuri erant per totum orbem prædicantes subdit: { Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. AMBRO. Quia Prophetas Iudæi vsque ad mortem corporis persecuti sunt. BEDA. Quia vera dicentes solent persecutionem pati, nec tamen ideo Prophetæ antiqui timore persecutionis a veritatis prædicatione defecerunt. EVSE. Hoc autem dicebat muniens discipulos ad pugnam aduersariorũ prædicantes per totũ orbem. AMBRO. In hoc ergo qđ dicit: {Beati pauperes.} habes temperantiam quæ te a peccato abstinet, sæculum calcat, illęcebrosa non quærit. {Beati qui esuritis.} habes iustitiam. qui enim esurit: esurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit iustus, quia iustitia eius manet in æternum. {Beati qui nunc fletis.} habes prudentiam, cuius est flere quotidiana, & ea quæ æterna sunt quærere. {Beati eritis cum vos oderint
H homines.} habes fortitudinem, sed eam quæ non odium meretur ex crimine: sed perfectionem patitur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiam hominum negligas, diuinam sequaris. ergo temperantia cordis habet munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentiam, mansuetudinem fortitudo. Connexæ sibi sunt & concatenatæ virtutes, vt qui vnam habet, plures habere videatur. & sanctis vna competit virtus: sed eius quæ fuerit vberior, vberius est præmium. Quanta hospitalitas in Abraham? quanta humilitas? sed quia fide præstitit, fidei præ cæteris meruit principatum. Ergo vnicuique plura præmia, quia plurima incentiua virtutum: sed quo in aliquo merito copiosius, hoc etiam in præmio redundantius.

f ¶ CYRIL. Prædicto, ꝙ paupertas ꝑ Deũ cã sit cuiuslibet boni, & ꝙ esurire & flere non vacabit mercede sctõrũ, transfert sermonem ad opposita, & innuit ipsa damnationis & supplitij fore
I materiã. vnde dicitur: {Verumtamen, veh vobis diuitibus qui ha. conso.vestram.} CYRIL. Hæc.n.dictio veh, semper in scripturis dr̃ his, qui non possunt euadere a futuro supplicio. AMBRO. Licet autem pecuniarijs copijs multa sunt lenocinia delictorum, pleraq; tñ sunt incentiua virtutum. q̃q̃ virtus subsidia non requirat, & cõmendatior sit collatio pauperis, q̃ diuitis liberalitas, tñ nõ eos qui habent diuitias: sed eos qui vti his nesciant: sñiæ cælestis authoritate condẽnat. Nam vt ille pauper laudabilior est qui prõpto largitur affectu, ita criminosior diues est, qui de eo referre gratiam Deo debuit quod accepit, nec censum ad communem vsum datum sine vsu abscondere. Non census igitur, sed affectus in crimine est. Et quamquàm nulla pœna grauior sit quàm successorũ profutura compendijs anxio timore seruare, tamen qm̃ auaritiæ desideria congerendi quadam voluptate pascuntur, qui consolationem vitæ p̃sentis habuerunt remunerationem ꝑpetuã perdiderunt. Possumus tñ hic diuitem intelligere populum Iudæorum, vel Hæreticos vel certe Pharisæos, q. vbertate verborum & quodã
K ambitiosę facũdię patrimonio delectati, simplicitatẽ verę fidei supergressi thesauros inutiles condiderunt. Sequitur: {Veh vo.qui satu.estis, quia esurietis, BEDA. Diues ille purpuratus saturabatur, epulans quotidie splendide: sed dirũ veh sustinebat esuriẽs, qñ de Lazari quem despexerat digito guttam aquæ quærebat. BASI. Quòd autem necessaria sit abstinẽtiæ rõ palàm est ex eo ꝙ Apl̃s eam inter fructus spiritus enumerauit. Subiectio.n.corporis per nihil aliud sic obtinet, sicut per abstinentiã, qua sicut quodã fręno docet compescere iuuentutis feruorem. Est igitur abstinentia interẽptio criminis, amotio passionum, vitę spiritualis initiũ, obtundens in se illæcebrarum aculeum. Ne autem coincidentia fiat cum inimicis Dei, decet accipi quodlibet cum exigit tempus, ad ostendendum ꝙ mundis oĩa munda. Procedendo quidem ad necessaria vitæ, abstinendo autem omnino ab his quæ faciunt ad voluptatem. Attamen nec eãdem horam sibi cunctis sancire possibile, nec modum nec mensuram. Sit aũt communis intentio non expectare repletionem. Replere nãque ventrẽ, ipsum quoq; corpꝰ

inutile

inutile facit erga proprias operationes, somnolentum & ad nocumenta dispositum. BEDA. aliter. Si beati sunt illi qui iustitię semper esuriunt opera, infelices econtra, æstimandi sunt, qui sibi in desiderijs placentes nullam veri boni famem patiuntur. Sequitur:{Veh vo.qui ride.nunc, quia luge.& flebitis.} BASI. Cum Dñs ridentes nunc arguat, palàm est ꝙ numquàm erit fideli tempus risus, & præcipue in tanta multitudine eorum, qui in peccato moriuntur, pro quibus oportet lugere: superfluus autem risus est immoderantiæ signum & effrenis animæ motus, sed vsq; ad vultus iucunditatem exprimere passionem animæ non dedecet. CHRY. Dic autem mihi cur concuteris & defluis qui debes assistere terribili iudicio, & ponere rationem de oibus sic operatis? BEDA. Quia vero ipsa peccati nutrix adulatio, sicut oleum flammis, sic in culpa ardentibus solita est ministrare fomentum, subdit: {Veh cum be.vo.om.homines.} CHRYSO. Non autem contrarium est quod hic dicitur ei quod alibi Dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt.s.manifestemus bene agere ad gloriam Dei non ad propriam. Perniciosum n.quid est inanis gloria, & inde sumit ortum iniquitas atque desperatio, & mater malorum auaritia. ꝙ si viam quæris diuertendi ab hoc, dirigas aspectum semper ad Deum, & esto contentus ea quæ apud eum est gloria. nam si in qualibet facultate doctiores eligere oportet in arbitros, quomodo virtutis experimentum pluribus credis? non autem illi qui præ omnibus eam nouit & dare & coronare potest, a quo si gloriam cupis, vita laudẽ humanam. De nullo.n. alio magis consueuimus admirari quàm de respuente gloriam. quòd si nos multomagis Dominus omnium. Deinde illud confides, quòd hominum gloria celeriter deficit, qa per cursum temporis obliuioni traduntur. Sequitur: {Secundum hæc facie.Prophe.pa.eorum.} BEDA. Pseudoprophetæ significantur, eo quòd ad captandum vulgi fauorem futura præloqui conentur. Itaque Dñs in monte beatitudines solummodo proborum, in campo vero etiam veh describit reproborum, quià rudes adhuc auditores necesse est terroribus ad bona compelli, perfectos autem satis est præmijs inuitari. AMBRO. Et attende ꝙ Matthæus præmijs ad virtutem & fidem populos prouocauit, hic autem etiam a criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denuntiatione deterruit.

g ¶ BEDA. Quia dixerat supra quid ab inimicis pati possent, nunc qualiter cum eisdem inimicis agere debeant ostendit dicens. {Sed vo.di.qui auditis.} AMBRO. Non ociose plurimorum factorum cælestium enumeratione progressus, ad hunc locum serius venit, vt populus diuinis miraculis roboratus vltra legis tramitem virtutum vestigijs progredi edoceretur. Deniq; inter tria maxima, spem, fidem, & charitatem, maior est charitas quæ ordinatur, cum dicitur: {Dili.inimi.vestros.} BASI. Inimici quidem proprium est obesse & insidiari. Omnis igitur qui qualitercũque nocet alicui, dicitur inimicus. CYRIL. Conueniens autem erat huiusmodi conuersatio doctoribus sanctis qui prædicaturi erant vbique terrarum salutarem sermonem, quos si contingeret velle recipere de persequentibus vindictam omisissent eos ad cognitionem veritatis vocare. CHRY. Non autem dicit: Ne odio habeas, sed Diligas. neque simpliciter mandauit diligere: sed etiam benefacere. vnde sequit: {Benefa.his qui ode.vos.} BASI. Verum, quia homo ex corpore consistit & anima, secundum animam quidem benefaciemus huiusmodi arguentes & commonentes eos, & omnino ad conuersionem manuducentes, ẽm corpus autem benefacientes eis in necessarijs victui. Sequitur: { Benedicite maledicen.vobis. CHRY. Qui.n.percutiunt proprias animas, digni sunt lachrymis, & fletibus non maledictionibus. Nihil enim detestabilius est anima maledicta, nec immundius lingua quæ maledictiones offert. Homo es, aspidum venena non euomas, nec vertaris in beluam. Est tibi datum os, non vt mordeas, sed vt aliorum vulnera sanes. Inimicos autem mandauit nobis annumerare gradui amicorum. non quorũcũq;, sed præcipuorum pro quibus orare solemus. vnde sequitur: {Orate pro persequentibus vos.} Plerique autem econtra procũbentes, & fronte super terram percutientes, & manus expãdentes, non ꝑ suis criminibus orant Deum, sed aduersus inimicos, quod nihil aliud est q̃ seipsum transfodere. Cum qui ꝓhibuit contra inimicos orare p̃caris vt te maledicentẽ inimicis exaudiat, qũo possibile est audiri qñ prouocas? exauditurum verberando inimicum corã rege, & si non manibus verbis tñ. Quid facis homo? stas vt veniã impetres pc̃tõrũ, & imple os amaritudine. Mitigationum est tp̃s orationis & gemitus, non furoris.

g Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniãtibus vos. Et qui te percutit in maxillam, præbe ei & alteram. & ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te retribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

A BEDA. Sed merito mouetur qõ, qũo in Prophetis inueniũtur multæ imprecationes aduersus inimicos? Vbi videndum est, quia Prophetæ per imprecationem quid esset futurum cecinerunt, non optantis voto, sed spiritu præuidentis. CYRIL. Vetus autem lex mandabat non offendere alios, vel si prius fuerimus læsi: non vltra ꝓportiones lædentium iras protendere: sed perfectio legis in Christo est, & in suis mãdatis. vnde sequitur: { Et qui te percutit in maxillã, præbe ei & alteram.} CYRIL. Nam & medici cum calce feriũtur ab insanis, tũc
B maxime miserentur eis, & accingunt se ad eorũ remedia. Tu quoque similem habeas coniecturam erga persequentes. Ipsi nãq; sunt qui p̃cipue infirmantur. nec prius desistamus q̃ totam amaritudinem euomuerunt, tunc vberes gratias aget tibi, & ipse Deus te coronabit, eo quòd fratrem tuum in pessima ægritudine liberasti. BEDA: Ferè autem cuncti contra hoc mãdatum procedimus, & p̃sertim potentes vel principes, non solum si passi fuerint contumelias, sed etsi præstita eis non sit reuerentia aduersarios reputantes, quicũq; eos minus reueriti sunt q̃ se reputauerint dignos. Est autem magna infamia principis esse prõptum ad vindictam, nam & qualiter alium docebit nil mali pro malo rependere, qui nocẽti retribuere satagit? CYRIL. Vult autem Dominus insuper esse contemptorem rerum. vnde sequitur: {Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.} Hæc est enim virtus animæ quæ omnino auersa est a passione cupiditatis diuitiarũ. Decet.n.eum qui pius est, & obliuisci malorũ, vt & ea quibus charos amicos iuuamus, persequẽtibus conferamus. CHRYSO.
C Non autem dixit. Fer humiliter iniuriantis impetum, sed procedas per sapientiam, & vlterius te disponas ad patiendum quæ ille cupiat facere, superans insolentiam eius vbertate prudenti, vt habito pudore in excellenti patientia tua discedat. Sed dicet aliquis: Quomodo potest hoc fieri cum videris Deum factum hominem, tot passum pro te, adhuc quæris & dubitas, quomodo possibile sit nequitijs ignoscere conseruorum, quis tale passus est quale Dominus tuus dum ligaretur flagellaretur, sputa perferens, mortem patiens? vnde sequitur: {Omni autẽ petenti te tribue. AVG. De Lib.1. c.40.
Ser.Do. Non dicit omnia petenti, sed vt id des quod iuste & honeste potes, i. quod nec tibi nec alteri noceat quantum sciri aut credi ab homine potest, & cui iuste negaueris quod petit, iudicanda est iustitia, & aliquando melius aliquid tribues, cum petẽtem iniusta correxeris. CHRYSOSTO. In hoc tamen peccamus non modicum, non solum non dando petentibus, sed & eos increpando. Cur inquit non laborat? cur ociosus alitur dic mihi, & tu
D laborando possides, sed etsi laboras, ad hoc laboras vt vituperes alium. propter vnicum panem & tunicam, appellas cupidum: nihil tribuis, ne conuitieris. Cur nec tu misereris, & volentibus dissuades? Si cunctis indifferenter erogauerimus, semper miserebimur. Quia enim Abraham cunctos recipiebat, recepit & Angelos. Nam etsi homicida sit & prædo, nonne tibi dignus videtur panis habendi? Non igitur simus sęueri aliorum censores, ne nos quoque exquisite iudicemur. Sequitur: { Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. CHRYSOSTOMVS. A Deo percipimus omnia. quod autem dicimus meum & tuum, nuda tantum sunt verba. si namque domum tuam asseris, emisisti verbum carens subsistentia rei. nam & aer & solum & cæmentum creatoris sunt. Tu etiam ipse qui domum construxisti, sed etsi tuus sit vsus dubitatur, non solum propter mortem: sed etiam propter rerum euentus, anima tua non possidetur a te, & quo pacto tuæ reputabuntur opes? Vult autem Deus tua fore,
E quæ tibi pro fratribus credita sunt. fient autem tua, si pro alijs dispensaueris. Si vero tibi affluenter expenderis, quæ sunt tua iam facta sunt aliena. Sed propter nefandam opum cupidinem homines in curijs conrixantur, contra quod Christus ait: {Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. AVGVSTINVS. De Lib.1. c.26.
Sermo. Domini. Quod de veste, domo, fundo, iumento, & generaliter omni pecunia dicit. Non autem Christianum oportet sic possidere seruum quomodo equum aut argentum. seruus si honestius a te regeretur, quàm ab illo qui eum tibi cupit auferre: nescio, vtrum quisquam dicere audeat eum debere contemni. CHRYSO. Est autem nobis insita lex naturalis per quam dinoscimus quid sit virtus & vitium. vnde sequitur: {Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos fa.illis si'r.} Non ait. Quęcũq; non vultis vt faciant, nec vos faciatis. Cum enim duæ sint viæ quæ ducunt ad virtutem, scilicet abstinentia mali, & operatio boni, hanc ponit per istam & per illam significans. & siquidẽ dixisset:

Vt sitis homines, diligite bestias, esset mandatum difficile. si vero homine, diligere iussit, ad quod naturalis monitio est, quam difficultatem res continet, quam Leones & Lupi seruant: in quibus naturalis cognatio amicitiam cogit? Ostendit igitur, quòd Christus nihil statuit nostram transcendens naturam, sed quod dudum inseruit conscientiæ nostræ, docet vt propria voluntas pro lege sit tibi, vt si vis bene tibi, bene facias alij, si vis vt alius tui misereatur, proximi miserere.

h ¶ CHRYSO. Dixerat dominus diligendos esse inimicos, ne autem putares hyperbolice esse dictum, æstimans solum ad terrorem eis dici, adiicit rationem dicens: {Et si diligitis eos q vos diligunt, q̃ vobis est gratia?} plures quidem causę sũt, quæ dilectiones constituunt. Dilectio vero spiritualis vniuersas præcellit. nihil enim terrenum eam parit, non vtilitas, non beneficium, non natura, nõ tempus, sed de cælo descendit. Quid autem miraris si non indiget beneficio vt consistat, quando nec ex casu malorum peruertitur. pater quidem passus iniurias, rumpit fœdus amoris. coniunx post iurgia virum relinquit. filius si longæuum videat patrem, grauatur. at Paulus ibat ad lapidantes, benefacturus eis Moyses lapidatur a Iudæis, & orat pro eis. Veneremur itaque spirituales amicitias, quia sunt insolubiles. vnde arguens volentes pigrescere, subdit: Nam & peccatores diligentes se diligunt.} quasi dicat. Quia volo vos his amplius aliqd possidere, non moneo solũ amicos diligere, sed etiã inimicos. Benefacientibus etiam benefacere commune est omnibus. Ostendit autem se parum plus petere quàm sit moris peccatorum qui benefaciunt amicis. vnde sequitur: {Etsi benefa. his qui vo. benefa. quæ vo. est gratia?} siquidem & peccato. hoc faciunt. BEDA. Non solum autem dilectionem vel beneficium peccatorum quasi infructuosam redarguit, sed etiam mutuum. vnde sequitur: {Etsi mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ideſt mutuant {vt recipiant æqualia. AMBR. In tres autem partes Philosophia, sibi videtur diuisisse iustitiam: vnam in Deum quæ pietas vocatur, alteram in parentes vel reliquum genus humanum, tertiam in mortuos vt his exequiarum iura soluãntur. at Dominus legis oraculum ac Prophetiæ fastigium supergressus in eos quoque qui læserunt, pietatis correxit officium, cum subdit: {Verumtamen diligite inimicos vestros.} CHRYSO. In quo plus tibi quàm illi conferes. ille enim diligitur a conseruo, tu vero efficieris similis Deo. est autem maximæ virtutis quando nocere volentes beneficijs complectimur. vnde subditur: {Et benefacite.} sicut enim fornacem succensam aqua proiecta extinguit, sic iram ratio cum lenitate. quod enim est aqua igni, hoc est iræ humilitas, & mansuetudo. Et sicut non extinguitur ignis per ignem, sic nec ira per iram mitigatur. GREGOR. Nissenus: Debet autem homo vitare damnosam solicitudinem, ne quærat ab inope diuitiarum augmenta eris & auri metallorum sterilium exigens fructum. vnde subdit: {Et mutuum date nihil inde sperantes.} Malignam fœnorum excogitationem siquis appellet furtum & homicidium, non peccabit. nam quid refert suffosso pariete quemquam erepta possidere, ac fœnorum necessitate possidere illicita. BASILIVS. Talis autem auaritiæ species, Græce τόκος, ideſt partus, Latine fœnus, quasi fœtus propter mali fœcunditatem, vt arbitror, appellatur. Aut fortasse partus dicitur propter partus dolores, quos animis eorum, qui mutuo ad vsuram acceperunt, inducere solet. Animalia temporis progressu nascuntur, adolescunt, & pariunt; At fœnus statim cum oritur parere incipit. Animalia quæ citius pariunt, citius parere cessant: Sed auarorum pecunia, simul cum omni tempore adaugetur. Animalia vbi parendi vim ad sobolem suam transtulerunt, ipsa parere cessant. At fœneratorum pecuniæ & nouas pariunt, & veteres renouant. Nullus itaque mortiferam hanc bestiam attentet. Sed magna, inquis, o pauper, necessitas & vtilitas est, vt mutuum sumam. Et quænam hæc est vtilitas? Rursum veniet tibi paupertas, & eadem cum accessione necessitas. Meditare iam vnde restituas, vnde tibi pecuniæ intantum multiplicabuntur, vt & sufficiant ad vsus necessitatem, & ad restitutionem. Verum ais: Quomodo igitur me enutriam nisi fœnus accipiam? Mille sunt victus parandi solertiæ, manus habes, labora, serui, tandem mendica. omnia tibi tollerabiliora sunt, quàm pecuniam ad vsuram sumere. Cæterum dues ait: Quale illud est mutuum cui nulla retributionis spes adiuncta est? Considera vim dicti, & legislatoris admiraberis humanitatem. Cum pauperi dare voles propter Dominum, idem & donum est, & mutuum donum quidem, quia non speras receptionem, mutuum vero propter Domini magnificentiam, qui pauperem per pauperem acceptis, magna pro ipsis reddet. Vnde sequitur: {Et erit merces vestra multa.} Nõ vis vniuersorum Dominum obnoxiũ tibi ipsi habere ad persoluendum? Aut si quis in vrbe diues promittat se tibi pro alio exoluturum, fideiussionem ipsius accipies, Deum autem pro pauperibus persolutorem non admittes? CHRYSOSTO. Attende mutui naturam mirabilem, alius recipit, & alius obligat se pro debitis centuplum in præsenti reddens, in futuro vero vitam æternam. AMBROSIVS. Quanta misericordiæ merces qui filijs diuinæ misericordiæ ascisci tur? Sequitur enim. {Et eritis filij altissimi.} sequere igitur misericordiam, vt merearis gratiam. latepatet benignitas Dei, super ingratos pluit, malis fœcunda non negat terra prouentus. Sequitur: {Quia ipse benignus est super ingratos & malos.} BEDA. Vel temporalia bona largiendo, vel cælestia dona singulari gratia inspirando. CYRILLVS. Magnum est ergo preconium pietatis. reddit enim hæc virtus nos Deo conformes, & quasi quædam signa sublimis naturæ nostris imprimit animabus. vnde sequitur: {Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est.} ATHANASIVS. Vt scilicet, aspicientes beneficia eius, bona quæ facimus non hominum, sed eius intuitu faciamus, quatenus, a Deo non ab hominibus præmia consequamur.

i ¶ AMBROSIVS. Addidit Dominus non temere iudicandum, ne cui conscius ipse delicti in alterum cogaris ferre sententiam. vnde dicit: {Nolite iudicare.} CHRYSO. Non iudices præcedentes te, ideſt qui discipulus es, magistrum, peccator, innocentem, quos non oportet increpare sed monere, & charitatiue corrigere. nec etiam iudicandum est in incertis, & qualibuscumque, quæ nec similitudinem habent peccati, aut quæ non sunt grauia siue prohibita. CYRILLVS. Sedat ergo hic pestimam passionem nostrarum conscientiarum contemptus principum. quãmuis enim deceat aliquos se circumspicere & secundum Deum conuersari, hoc non faciunt, sed examinant aut aliena. Etsi videant aliquos infirmari, tanquãm propriarum passionum obliti faciunt hoc detractionis materiam. CHRYSOSTOMVS. Nec facile reperies quemquam neque patremfamilias neque clausträlem expertem huius erroris. Sunt autem & hæ diabolicæ tentationis insidæ: nã qui seuere discutit aliena: numquam propriorum reatuum merebitur veniam. vnde sequitur: {Et non iudicabimini.} Sicut enim pius & mitis reprimit peccatorum timorem, sic Seuerus & Dirus adiicit criminibus proprijs. GREGORIVS. Nissenus: {Non igitur cum acrimonia præcipitetis in seruos sententiam, ne similia patiamini: vocat enim iudicium asperiorem damnationem. vnde sequitur: {Nolite condemnare & non condemnabimini.} Non enim iudicium cum venia prohibet. BEDA. Breui autem sententia cuncta quæ de conuersando cum inimicis mandauerat, comprehendendo concludit dicens. {Dimittite & dimittemini vobis. Date & dabitur vobis.} Vbi dimittere nos iniurias & dare beneficia iuber, vt & nobis peccata dimittentur & vita detur æterna. CYRILLVS. Quòd autem ampliori manu recompensationem accipiemus a Deo qui largissime donat diligentibus eum ostendit subdens: {Mensuram bonam & confertam & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.} THEO. quasi dicat. Sicut si farinam sine parcitate mensuræ velles conferres eam, coagitares, & superefflunderes abunde: sic Dominus mensuram magnam, & supereffluentem dabit in sinum vestrum.

AVG.

AVG. De Quæst. Euang. Dicit autem: Dabunt, quia per illorum merita quibus vel calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli dederunt, mercedem cælesti recipere merebuntur. Sequitur: {Eadem quip. men. qua men. fue. re. vobis.} BASILIVS. Qua enim mensura vnusquisque vestrum mensurat in bene operando aut peccando, eadem vel præmia vel pœnas seret. THEO. Interrogabit autem fortassis aliquis subtilius: Si enim superesfluëter redditur, quo modo eadem est mensura? Ad quod dicimus, quòd non dixit: In tanta mensura remetietur vobis, sed in eadem. Qui enim benefecit, bene fiet ei, quod est remetiri eadem mensura. Sed supereffluentem mensuram dicit, quia mille benefiet ei sic & iudicando. Qui enim iudicat, & deinde iudicatur, accipit eandem mensuram. secundum vero quòd ad plus diiudicabatur, quia sibi similem iudicauit, secundum hoc supereffluens est mensura. CYRILLVS. Hoc autem soluit Apostolus dicens: Qui parce seminat, hoc est modice & manu tenaci, parce & metet, hoc est non copiose, & qui seminat in benedictionibus in benedictionibus metet, hoc est copiose. Si quis autem non habet si non facit, non delinquit, in eo enim quòd habet acceptatur non in eo quo caret.

K ¶ CYRIL. Addidit Dominus prædictis parabolam valde necessariam. vnde dicitur: {Dicebat autem illis & similitudi.} Erant enim eius discipuli futuri mundi Doctores, vnde docebat eos scire viam conuersationis honestæ quasi illustratam mentem habentes diuino fulgore, ne cæci cæcos ducerent. & ideo subdit: {Numquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?} Etsi contingat aliquos hoc attingere, vt æqualem virtutem docentium virtute possideant sistant in mensura docentiũ, & illorum sequantur vestigia. vnde sequitur: {Non est discipulus supra magistrum perfectus autem omnis erit} scilicet discipulus, {si sit sicut magister eius.} Vnde & Paulus dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi, Christo ergo non iudicante cur tu iudicas? neque enim venit iudicare mundũ, sed misereri. THEO. Vel aliter: Si tu alium iudicas, & ipse in eisdem peccas, nonne assimilaris cæco cæcum ducenti: quomodo enim ille a te ducetur ad bonum, cum & tu pecces? {Non est enim discipulus supra magistrum.} Si igitur tu peccas qui te magistrum, & ductorem putas, vbi erit qui a te disciplinatur & ducitur? {Perfectus enim erit} discipulus si sit sicut magister eius.} BEDA. Vel sensus huius sententiæ pendet ex superioribus, vbi danda eleemosyna & iniuria dimittenda præcipitur. Si te inquit ira contra violentum, & cõtra petentem auaritia cecauerit, nũquid tu mente vitiata vitium eius curare poteris? Si etiam magister Christus, qui quasi Deus potuit suas vlcisci iniurias, maluit persecutores patiendo reddere mitiores, eãdem necesse est, quòd discipuli qui puri homines sunt regulam perfectionis sequantur. AVG. De Quæst. Euange. Vel quod dicit. {Numquid potest cæcus cæcum ducere:} ideo subiunxit, vt non sperarent a leuitis se accepturos mẽsuram illam de qua dixit. Dabunt in sinum vestrum. quoniam decimas dabãt eis quos cecos dixit, quia Euangelium non tenerent, vt illam remunerationem per discipulos Domini potius plebs inciperet iam sperare quos imitatores suos volens ostendere addidit: {Non est discipulus supra magistrum. THEOPHILA. Inducit autem Dominus, & aliam parabolam de eodem subdens: {Quid autem vides festucam, ideſt modicum criminis in oculo fratris tui: Trabem autem quæ in oculo tuo est &c. i. peccatum tuum maximum non consideras? BEDA: Hoc autem ad superiorem sensum respicit, vbi cæcum a cæco duci, ideſt peccantem a peccatore castigari non posse præmonuit. vnde dicitur: {Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eiiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides?} CYRIL. quasi dicat. Quigra uibus obnoxius est peccatis quæ trabem vocat, qualiter damnat eum qui pauca vel quandoque nil mali commisit? hoc enim festuca significat. THEO. Conuenit autem hoc omnibus & maxime doctoribus, qui subditorum cum minima peccata puniant, propria impunita relinquunt propter hoc eos Dominus hypocritas vocat, qui ex hoc aliorum peccata iudicant vt iusti videantur. vnde sequitur: {Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.}

CYRILLVS. Videlicet teipsum primum mundum ostendas a magnis peccatis, consequenter consules proximo modica comittenti. BASILIVS. Videtur enim reuera cognitio suiipsius grauissimum omnium: neque enim solus oculus exterior a videns super se visu non vtitur, sed & ipse noster intellectus cum alienum velociter cõiectat peccatum, lentus est erga proprio- rum perceptionem defectuum.

l ¶ BEDA. Contra hypochritam, quæ cæperat Dominus exequitur dicens. {Nõ est enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum: Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiãt vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abũdantia. n. cordis os loquitur.

& tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

l Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum: Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiãt vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abũ dantia. n. cordis os loquitur.

Quasi dicat. Si veram & non fictam vis habere iustitiam, quæ verbis ostentas etiam facto compensa, quia etsi se bonum singat hypochrita, non est bonus qui facit opera mala, etsi reprehendat insontem, non ideo malus est qui facit opera bona. TYTVS. Hoc autem audiens, non sumas inde tibi fauorem inertiæ. naturaliter enim arbor mouetur, tu vero libero arbitrio fungeris. & omnis arbor sterilis ad aliquid ordinata est, tu vero factus es ad opera virtutum. ISIDORVS: Abbas: Non ergo pœnitentiam, sed pertinaciam mali excludit: cum enim mala sit non potest fructus bonos producere, in virtutem vero conuersa fructificat. Quod autem est arboribus natura, hoc est nobis affectio. & si ergo arbor mala non potest fructum bonum producere, poterit tamen. CHRYSOSTOMVS. Quãmuis autem fructus causetur ex arbore: facit tamen notitiam arboris eo quòd arboris distinctio per fructum apparet. vnde sequitur. {Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. CYRILLVS. Sed & vita morum vniuscuiusque erit significatiua, neque enim extrinsecis ornamentis & fictis humilitatibus, vere fœlicitatis appræhenditur decor, sed & ex his quæ aliquis operatur, cuius rei exemplum ponens subdit: {Neque enim de spinis colligunt ficus.} AMBROSIVS. In spinis istius mundi ficus illa reperiri non potest, quæ fœcundis fructibus melior est, bene spes ei resurrectionis aptatur. Vel quia vt legisti. Ficus dederunt grossos suos, quòd immaturus & caducus & inutilis in synagoga fructus ante præcessit, vel quia immatura nostra vita est in corpore, matura in resurrectione. & ideo procul a nobis debemus seculares solicitudines abdicare quæ mordent animum, mentemque adurunt, vt maturos fructus cultura diligentis possimus adipisci. hoc ergo ad mundum & resurrectionem, alterum ad animam & corpus refertur cum subditur. {Neque de rubo vindemiant vuam.} vel quia nemo peccatis fructum acquirit animæ suæ, quæ sicut vua proxima terris corrumpitur, in superioribus maturatur, vel quia nemo potest damnationem carnis euadere, nisi quem Christus redemerit, qui sicut vua pependit in ligno. BEDA. Vel spinas & rubum sæculi curas & punctiones, puto esse vitiorum, sicus vero & vuam dulcedinem nouæ conuersationis & seruorem dilectionis. non autem de spinis ficus, neque vua de rubo colligitur. quia mens adhuc veteris hominis consuetudine depressa similare potest: sed fructus noui hominis ferre non potest. Sed sciendum, quòd sicut ferax palmes sæpi inuolutus recumbit, portansque fructum spina non suum, vsibus seruat humanis, sic dicta vel acta malorum siquando prosunt bonis, non hoc ipsi faciunt mali, sed sic de illis Dei consilio. CYRILLVS. Postquam autem ostendit quòd ex operibus potest discerni homo bonus & malus: sicut ex fructibus arbor, nunc idem ostendit per aliud signum dicens. {Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum & malus homo de malo thesauro profert malum.} BEDA. Idem est thesaurus cordis quod radix est arboris. Qui ergo in corde thesaurum patientiæ perfectique habet amoris, optimos fructus effundens diligit inimicum, & cætera facit quæ supra edocuit. at qui thesaurum nequam corde seruat, contraria facit. BASILIVS. Verbi etiam conditio cor a quo processit manifestat: euidenter ostendens dispositionem præcordiorum nostrorum. vnde sequitur: {Ex abundantia enim cordis os loquitur.}

CHRY. Naturalis enim consequentia est, vt cum intus abunder nequitia, effluant oretenus verba nequam. vnde cum audieris hominem inhonesta proferentem, non tantam in eo putes latere malitiam, quanta verbis exprimitur, sed coniecta fontem rinuo esse vberiorem. BEDA. Per oris etiam locutionem Dominus vniuersa quæ dicto vel facto vel cogitatu de corde proferimus insinuat, moris enim est scripturarū verba pro rebus ponere.

m ¶ BEDA. Ne aliquis sibi frustra blā diretur ex eo quod dictum est: {Ex abundantia cordis os loquitur.} quasi verba solum & nō magis opera veri Christiani q̄rantur, consequenter Dominus adiungit: {Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non fa. quæ dico?} Quasi dicat, quid folia rectæ confessionis vos germinare iactatis, qui nullos operis boni fructus ostenditis? CYRIL. Conuenit autem soli supremæ omnium naturæ dominationis & nomē & res. ATHA. Nō est ergo hoc verbum hominis sed Dei ostendentis proprium ortum a patre: Dominus enim est qui natus est a solo Domino, non timeas autem dualitatem, non.n. secundum naturam separantur. CYRIL. Quæ autem sit vtilitas in mādatorum obseruatione, quodue damnum accidere possit ex inobedientia ostendit subdens: {Omnis qui ve. ad me, & au. sermo. meos, & facit eos, ostēdam vobis cui similis sit. Similis est homini ædifi. do. qui fo. in altum, & po. funda supra petram.} BEDA. Petra autem Christus qui fodit in altum, qui præceptis humilitatis terrena omnia de cordibus fidelium eruit, ne propter commodum temporale seruiant Deo. BASI. Ponere autem fundamentum supra petram, hoc est inniti fidei Christi, vti immobilis pseueret in aduersis siue humanitus siue diuinitus accidant. BEDA: Vel fundamentum. domus ipsa est intentio bonæ conuersationis, quæ perfectus verbi auditor in adimplendis Christi mandatis firmiter inserit. AMBRO. Vel omnium fundamentum docet esse virtutum, obedientiam cœlestium præceptorum, per quam domus hæc nostra, non in profluuio voluptarum, non nequitiæ spiritualis incursu non imbre mundano, non hæreticorum possit nebulosis disputationibus commoueri. vnde sequitur. {Inunda. au. fa. illi. est flu. do. il. & non po. eam mouere. BEDA. Inundatio tribus modis fit, vel immundorum spirituum, vel improborum hominum, vel ipsa mentis aut carnis inquietudine, quantum proprijs viribus homines fidunt, inclinantur, quantum vero inuictissimæ illi Petræ adhærent, etiam labefactari nequeunt. CHRY. Ostendit etiam nobis Dominus, q̄ nullam parit fides vtilitatem, si fœda sit cōuersatio. vnde sequitur: {Qui autem au. & non fa. similis est homini ædi do. su. ter. sine fundamento.} BEDA. Domus diaboli mundus, qui in maligno positus est, quem super terram ædificat, quia obsequentes sibi de cælis ad terrena detrahit, sine fundamento ædificat, quia omne peccatum fundamentum non habet, quia non ex propria natura subsistit, malum quippe sine substantia est, quod tamen quodcūque sit in boni natura conualescit. Quia vero a fundo dicitur fundamentum, possumus etiam fundamētum pro fundo positum non inconuenienter accipere, sicut qui in puteo mergitur putei fundo retinetur, sic anima corruens, quasi in quodam fundi loco consistit, si se in aliqua peccati mensura continet. Sed cum peccato in quo labitur non potest esse contenta, dum quotidie ad deteriora deiicitur, quasi in puteo in quo cecidit, fundum non inuenit quo figatur. Ingruente autem qualibet tentatione, & vere mali & ficte boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in pœnam. vnde sequitur: {In quam illi. est fluui. & conti. ceci. & facta est ruina domus illius magna.} Potest etiam per impetū fluminis extremi iudicij discrimen intelligi, quando vtraque domo consumata, ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem

m Quid autem vocatis me Domine, Domine: & nō facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & G non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine fundamēto, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

H Vm autē implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat

in vitam æternam. CYRILLVS. Vel super terram sine fundamento ædificat, qui super arenam dubietatis, quæ secundum opinionem est, ponit fundamentum spiritualis fabricæ, quod paucæ stillæ tentationum dissiparunt. AVG. de Con. Euan. Hunc autem sermonem Domini prolixum sic exorsus est Lucas, sicut & Matthæus. vterque enim dixit: Beati pauperes. deinde multa q̄ sequūtur in vtriusque narratione similia sunt, & ad extremum sermonis ipsa conclusio prorsus eadem reperitur. s. de homine qui ædificat supra petram & super arenam. posset ergo facili me credi eundem Lucas Domini interposuisse sermonem: aliquas tamē prætermisisse sententias quas Matthæus posuit. Item alias posuisse, quas Matthæus non dixit, nisi moueret quòd Matthæus in monte dicit habitum sermonem a Domino sedente, Lucas autem in loco campestri a Domino stante, non tamē istos duos sermones longa temporis distantia separari improbabiliter creditur, quòd & ante & postea quædam similia vel eadem ambo narrarunt, quāmq̄ illud possit occurrere in aliqua excellentiori parte montis, primo cum solis discipulis fuisse Dominum, quando ex eis illos duodecim elegit, deinde cum eis descendisse de monte. s. de ipsa montis celsitudine in campestrem locum, idest in aliquam æqualitatem, quæ in latere montis erat, & multas turbas capere poterat, quæ ibi steriisse donec ad eum turbæ congregarentur, ac postea cum sedisset accessisse propinquius discipulos suos, atque illis cæterisque turbis præsentibus, vnum habuisse sermonem.

CAPVT VII.

I TYTVS. Cum perfectioribus a documentis suos refecisset discipulos, vadit ibi Capharnaum, ibi prodigiosa operaturus. vnde dicitur: {Cum autem implesset omnia verba in aures plebis, intrauit in Capharnaum. AVGVSTINVS. De Consen. Euange. Hic intelligendum est, quia non antequàm hæc verba terminauit intrasset, sed non esse expressum post quantum temporis interuallum cum istos sermones terminasset, intrauerit Capharnaū: ipso quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quem suo loco Matthæus interponit. AMBROSIVS. Pulchre autem vbi præcepta compleuit, forma docetur suorum præceptorum exequi. nam statim gentilis Centurionis seruus Domino curandus offertur. vnde sequitur. {Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi erat præciosus.} quòd moriturum dixerit Euangelista non fefellit, moriturus enim erat nisi fuisset sanatus a Christo. EVSEBIVS. Strenuus siquidem in bellis erat iste Centurio, & militibus Romanis præfectus. Quia vero specialis seruiens eius domi languens iacebat, considerans quales Saluator erga cæteros virtutes agebat sanando languidos. & iudicans quòd non secundum vires humanas hæc agebantur miracula, mittit ad eum, vt ad Deum, non habito respectu ad apparens organum, quo cum hominibus conuersabatur. vnde sequitur: {Et cum audisset de Iesu, misit ad eum Seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum suum. AVGVSTINVS. De Consensu Euange. Quomodo ergo verum erit quod Matthæus narrat: Accessit ad eum quidam centurio, cum ipse nō accesserit? vbi diligenter aduertentes intelligamus Matthæum non deseruisse vsitatum modum loquendi. si enim ipsa peruentio vsitate dicitur per alios fieri, quanto magis accessus per alios fieri potest? Non ergo absurde Matthæus per alios facto accessu

centurionis ad dominum compendio dicere voluit, ipsum potius A accessisse ad Christum, quàm illos per quos verba sua misit, quia quo magis credidit, eo magis accessit. CHRY. Qualiter etiam Matthæus dicit qđ ipse dixit. Non sum dignus vt intres sub tectū meum. Lucas autem hic dicit. Quoniā rogat vt veniat. Sed mihi videtur, q̄ Lucas significat nobis iudaicas blandicias. Credibile enim est vt cum vellet abire centurio, retraheretur a Iudęis blandientibus & dicētibus, quia nos eūtes ducemus eum. vnde & eorum preces adulationibus plenæ sūt. Sequitur enim: {At illi cum venis. ad Iesum, roga. eum soli. dicentes, quia dign⁹ est vt hoc illi præstes, dili. enim gentem nostrā & synagogam ipse ędificauit nobis.} Decebat quidem ipsos dicere, quoniam ipse volebat venire & supplicare, nos autem detinuimus calamitatem videntes & cadauer quod in domo iacebat, aut promere fidei eius immensitatem: sed nolebant propter inuidiam fidem viri deregere, ne magnus aliquis esse videretur cui preces porriguntur. q̄ autem Matthæus significat ipsum israelitam non esse, Lucas vero dicit: {Quoniam ædificauit synagogam:} non est contrarium. Potuit enim & Iudæus non esse & synagogam cōstruxisse. BEDA: In hoc autem ostendunt, quia sicut nos ecclesiam, sic etiam illi synagogam non conuentum solummodo fidelium, sed etiam locum quo cōueniebāt sint soliciti appellare. EVSE. Et seniores quidem Iudæorum pro modicis sumptibus ad opus synagogæ datis gratiam posc̄unt, sed dominus nō propter hoc sed pro maiori, volens, scilicet generare credulitatem in cunctis mortalibus per suā virtutem seipsum exhibuit. vnde sequitur: {Iesus autem ibat cum illis.} AMBRO. Quod vtique non ideo faciebat, quia absens curare non poterat: sed vt formam tibi daret humilitatis imitandæ, ad reguli filium noluit pergere, ne videretur magis diuitiis detulisse, hic ipse perrexit, ne videretur in centurionis famulo conditionem despexisse seruilem. Centurio vero militari tumore depositio reuerentiam sumit, & ad fidem facilis, & ad honorificentiā promptus. vnde sequitur: {Et cum lon. esset a domo, misit ad eum centu. ami. dī domine noli vexari.} Nō enim hominis sed Dei potestate coniecit dari a Christo hominibus sanitatem. Iudæi quidē dignitatem eius prætenderant, iste vero indignum se asseruit. non solum beneficij, sed etiam susceptionis domini: {Nō enim dignus sum, vt sub tectum meum intres.} CHRY. Postquam enim liberatus est a Iudæorum tedio, tunc mittit dicens: {Ne putes præ tedio me non venisse: sed indignum reputaui te domi recipere. AMBRO. Bene autem Lucas in occursum amicos dicit esse a centurione transmissos, ne præsentia sua, & generare domini verecundiā videretur, & officio prouocasse. vnde sequitur: {Propter quod & meipsum non sum dignus arbi. vt veni. ad te: sed dic tantum ver. & sana. puer meus.} CHRY. Vbi attende centurionē debitam opinionem habentem de domino. non enim dixit: Ora. sed tantummodo iube, dubitans ne se humiliando renueret. Subdit: {Nam & ego homo sum sub potestate consti. ha, sub me mili. & di. huic va. & va. & alio ve. & ve. & ser. me. fac hoc & facit.} BEDA. Hominem se vt potestati vel tribuni vel præsidis subditum dicit: imperare tamen minoribus, vt subaudiatur eum multomagis qui Deus sit, non per aduētum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod vellet. repellendæ enim erant vel infirmitates corporum vel fortitudines contrariæ, & verbo domini, & ministeriis angelorum. CHRY. Est autē hic notandum q̄ hoc verbum Fac, imperium designat dictum seruo, ob hoc Deus cum hominem vellet creare non ait Vnigenito, Fac homine, sed faciamus hominem vt per formam consensus verborū declaret equiparantiam. Quia ergo in Christo considerabat excellentiam domini, ob hoc ait: {Dic verbo. nam & ego dico seruo meo &c. Christus autem non eum reprehendit, sed eius intentionem roborauit. vnde sequitur: {Quo audito, Iesus miratus est. BEDA: Sed quis in illo fecerat ipsam fidem, nisi ille qui admirabatur? sed & si alius eā fecisset, quid miraretur, qui præscius erat? q̄ ergo miratur dominus, nobis mirandum esse significat. omnes enim tales motus cum de Deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt sed docentis magistri. CHRY. Vt autem liqueat tibi q̄ dominus hoc ideo dixit vt alios instruat, prudenter enim euangelista hoc aperiens subdit: {Amen dico vobis nec in Israel tantā fidem inueni. AMBR. Et quidem si sic legas: In nullo tantam fidem inueni in Israel. simplex intellectus & facilis est. si vero iuxta græcos nec in Israel tantam fidem inueni, fides huiusmodi etiam

sus sequentibus se turbis dixit: Amen dico vobis nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum, inuenerūt seruū qui languerat sanū.

Hom. cuā. 7

b Et factum est: deinceps ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naym, & ibant cū eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciui B electoribus, & Deum videntibus antefert. BEDA. Non autem de omnibus retro Patriarchis, & Prophetis: sed de præsentis æui loquitur hominibus, quibus ideo Centurionis fides antefertur, quia illi legis Prophetarum que monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit. AMBRO. Probatur autem fides domini, & serui sanitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hæc vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus misericordia mot⁹ super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculū. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & tibi, sanatus sit puer ex illa hora. Sed beato Lucæ moris est, quæ plene viderit ab aliis euangelistis exposita abbreuiare, vel etiam de industria prætērire, quæ vero ab eis omissa, uel breuiter cognouerit tacta dilucidare solertius. AMBRO. Mystice autem seruo Centurionis populus nationum, qui mundanæ seruitutis vinculis tenebatur, æger lætalibus passionibus, beneficio domini sanandus exprimitur. BEDA. Centurio autem cuius fides Israeli præfertur, electos e Gentibus ostendit, qui quasi centenario mi lite stipati uirtutum spiritualium sunt perfectione sublimes. numerus enim centenarius, qui de leua transfertur ad dexteram in cœlis uitæ significatione poni consueuit. Tales ergo pro his necesse est domino supplicent, qui adhuc spiritu seruitutis præmūtur. nos autem qui de Gentibus credimus, non ipsi ad dominum venire possumus, quem in carne uidere non ualemus: sed ad eum accedere debemus per fidem. Seniores autem Iudæorum mittere, hoc est summos ecclesiæ uiros, qui nos ad dominum præcesserūt: suppliciter obsecrando patronos acquirere, qui nobis testimoniū reddentes, q̄ ecclesiam ædificare curemus, pro nostris peccatis intercedant. Pulchre autem dicitur, quia Iesus non longe erat a domo, quia prope timentes eum salutare ipsius. & qui naturali lege recte utitur, quo bona quæ nouit operatur, eo illi qui bonus est aperiat. AMBR. Non uult autem Iesum uexari Centurio, q̄ quem Iudæorum populus crucifixit, iniuolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum. & quod ad mysterium spectat, uidit in pectora adhuc Gentilium non esse penetrabilem Christum. BEDA. Milites autem & serui, qui Centurioni obediūt, uirtutes sunt naturales, quarum copiam multi ad dominum uenientes defe: unt secum. THEO. uel aliter. Centurio est intellectus qui multorum in militia princeps existit, dum multas in hac uita res habet. Habet autē seruum infirmum, irrationabilem animæ partem, irascibilem & concupiscibilem dico. Et mittit ad Iesum mediatores Iudæos. i. confessionis cogitationes & uerba, & confestim suscipit seruum sanum.

b ¶ CYRIL. Mira dominus miris annectit, & supra quidem accentibus occurrit, hic uero non uocatus accedit. unde dicitur. {Et fa. est: dein. ibat in ciui. quæ uocatur Naym. BEDA: Naym est ciuitas Galileæ in secundo miliario montis tabor. diuino autem nutu multa turba dominum comitatur, ut multi essent tanti miraculi testes. unde sequitur. {Et ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa.} GREG. Nissenus. Resurrectionis autem experimēntum non ita uerbis, sicut operibus a Saluatore didicimus, qui ab inferioribus inchoans opus miraculi, fidem nostram assuefacit ad maiora. Primo quidem in ægritudine desperata serui Centurionis, resurrectionis incœpit potestatem. post hęc altiori potestate ducit homines ad fidem resurrectionis, dum suscitauit filiū uiduæ, qui ferebatur ad monumentum. unde sequitur: {Cum aūt appropin. por. ciui. ecce defun. efferē. fi. uni. matris suæ. Diceret. n. aliquis de puero Centurionis, q̄ moriturus non erat, ut igitur te merariam linguam compescere: iam defuncto iuueni, Christum obuiare fatetur unico filio uiduæ. nam sequitur. {Et hæc uidua erat, & tur. ciui. mul. cum illa.} Erumnæ molem breuibus uerbis explicuit. Mater uidua erat, & non sperabat ulterius filios procreare, non habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti, hunc solum lactauerat, solus aderat alacritatis causa in domo, quicquid matri dulce, ac præciosum, hic solus extiterat. CYRIL. Miseranda passio, & ad fletum, & lachrimas potens prouocare. unde sequitur. {Quam cum uidis. do. mise. motus super eam, dixit illi: noli flere. BEDA. q. d. Desiste quasi mortuum flere, quē mox uiuum resurgere uidebis. CHRY. Iubens autem cessare a lachrymis, qui consolatur mestos, monet nos præsentibus defunctis consolationem recipere, resurrectionem sperantes, tenet autem feretrum, uita obuians morti. unde sequitur. {Et accessit, & tetigit

De creatione hominis Cap. 26.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

git locu.hi.au.qui porta. steterunt. CYRIL. Ideo autem non solo verbo peragit miraculum,sed & feretrum tangit, vt cognoscas efficax esse sacrum Christi corpus ad humanam salutem : est enim corpus vitæ,& caro verbi omnipotentis,cuius habet virtutem:sicut enim ferrum adiunctũ igni perficit opus ignis, sic posttq caro vnita est verbo, qđ viuificat oia:ipsa quoque facta est viuificatiua & mortis expulsiua. TITVS. Nõ autem saluator similis est Heliæ dessenti filium Saraptanæ,nec qualis Hæliseus, qui proprium corpus applicuit corpori defuncti,nec qualis est Petrus,qui pro Thabita orauit,sed ipse est qui non entia velut entia vocat, qui mortuos vt viuos alloqui potest. vnde sequitur. {Et ait, adolescens tibi dico surge.} GREG. Nissenus: Qui dixit adolescentem florentis significauit temporis horam,primam producentem lanuginem, qui paulo ante muliebris erat maternorum oculorum aspectui,iam aspirans ad tempus sponsalium virga generis,successionis ramus, baculus senectutis. TITVS. Incuntanter autem erectus est,cui sunt mandata directa.diuina enim potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationum instantia.vnde sequitur. {Et resedit,qui erat mor. & cœpit loqui,& dedit illum matri suæ. Indicia sunt hæc veræ resurrectionis: corpus enim exanime loqui nõ potest.nec reportasset mulier ad domum defunctum filium inanimatum. BEDA. Pulchre autem euangelista dominum prius misericordia motum esse super mœre,ac sic filium resuscitare testatur, vt in vno nobis exemplum imitandæ pietatis ostenderet:in altero fidem mirandæ potestatis astrueret:vnde sequitur. {Accepit autem omnes ti.& magnificabant Deum,dicentes, quia Propheta magnus sur. in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.} CYRIL. Hoc magnum fuit in populo insensibili & ingrato:post modicum enim nec Prophetam,nec ad vtilitatem populi procedere ipsum existimauit. Nemi nem autem habitantium Iudæam hoc miraculum latuit. vnde sequitur: {Et exiit hic sermo in vniersam Iudæam , & in omnem circa regionem. AMBRO. Idoneum autem est dicere, q septe resurrectiones ante dominicam narrantur,quarum prima est filii Saraptanæ,secũda filii Sunamitis, tertia q facta est in reliquiis Hæli sei,quarta quæ facta est in Naym,quinta filiæ Archisynagogi,sexta Lazari,septima in Christi passione: multa namque corpora sanctorum surrexerunt.octaua est Christi qui expers mortis remansit vlterius, in signum, quòd communis resurrrectio, quæ futura est in octaua ætate: non tolletur morte, sed indissolubilis permanebit. BEDA. Defunctus autem qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus,significat hominem lætali funere criminum soporatum,& animæ mortem non cordis adhuc cubili tegentem,sed ad multorum notitiam per locutionis operisue iudicium quasi per ciuitatis hostia propalantem. Portam enim ciuitatis puto aliquem de sensibus esse corporalibus,qui bene filius vnius matris suæ fuisse perhibetur,quia vna est ex multis personis collecta mater ecclesia.viduam autem esse ecclesiam,omnis anima quæ se domini morte redemptam meminit agnoscitur. AMBR. Hanc enim viduam populorum turba circunseptam plus video esse q fœminam,quæ resurrectionem vnici adolescentis filii a pompa funeris reuocat ad vitam suarum cõtemplatione lachrymarũ, quæ flere prohibetur eum , cui resurrectio debebatur. BEDA. Vel Nouati dogma cõfunditur,qui dum pœnitentium mundationem euacuare conatur, matrem ecclesiam de natorum suorũ spirituali extinctione plorantem spe vitæ reddendæ negat consolari debere. AMBRO. Hic autem mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis,sed spem resurgendi habebat,quia ferebatur in ligno,quod & si nobis ante non proderat:tamen posteaq Christus id tetigit, proficere cœpit ad vitam, vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum resundendam. In secreto enim iacemus exanimes, cum vel ignis inmodicæ cupiditatis exestuat, vel frigidus humor exundat, & pigra quadã corporis habitudine vigor hebetatur animorum. BEDA. Vel loculus,in quo mortuus effertur male secura desperati corporis conscientia est.qui vero sepeliendum portant,vel immunda desideria, vel blandimenta sunt sociorum,qui domino loculum tangente, steterunt, quia superni formidine iudicii racta conscientia, carnales sæpe voluptates,& iniuste laudantes coercens ad se reuertitur: vocantique ad vitam respondet Saluatori . AMBRO. Si ergo graue peccatum est,quod pœnitentiæ tuæ lachrymis ipse lauare non possis, sleat pro te mater ecclesia, assistat & turba iam resurgens a funere,& incipiens vitalia loqui,timebunt oẽs, vnius enim exemplo omnes corriguntur. Laudabunt etiam Deum qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indulsit. BEDA. Visitauit autem Deus plebem suam, non solum semel verbum suum incorporando , sed semper in corda mittendo. THEO. Viduam etiam potes intellige re animã virum amittentem.i.diuinum sermonem , filius enim est intellectus, qui extra ciuitatem effertur viuentium. Loculus eius est corpus eius, quod quidam dixerunt esse per sepulchrum. Tangens autem eum dominus leuat ipsum iuuenescere faciens eum,qui surgens a peccato incipit loqui & alios edocere . Non enim prius ei crederetur.

c ¶ CYRIL. Miraculum quod omnes inhabitantes Iudæam, & Galilæam sciuerant, referunt sancto Baptistæ quidam ex eius discipulis. vnde sequitur. {Et nunciauerunt Ioanni discipuli ei de omnibus his.} BEDA. Non simplici corde,vt opinor,sed inuidia stimulante,nam & alibi conqueruntur dicentes:Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem,ecce hic baptizat , & omnes veniunt ad eum. CHRY. Tunc autem magis ad eum erigimur, cum incumbit necessitas:& ideo Ioannes detrusus in carcerem,quando magis discipuli eius indigebant Iesu.tunc mittit eos ad Christũ. Sequitur enim.{Et conuoca.duos de discip. Ioannes, & misit eos ad Iesum,dicens: Tu es qui venturus es: an alium expectamus ?} BEDA. Non ait. Tu es, qui venisti, sed tu es qui venturus es: Et est sensus:Manda mihi,quia interficiendus ab Herode, & ad infernа descensurus sum:vtrum te & inferis debeam nunciare qui superis nunciauit:an hoc non conueniat filio Dei, & alium ad hæc sacramenta missurus es? CYRIL. Sed omnino reprobanda est talis opinio numquam enim reperimus sacram scripturam dissentire,quòd infernalibus prænunciauerit Baptista Ioannes salua toris aduentum. Illud ẽt verum est dicere, q non ignorauit Baptista virtutem mysterii incarnationis vnigeniti . vnde & hoc cũ aliis nouerat, q illuminaturus erat in inferno manentes, cum pro omnibus gustauerit mortem tam viuis,quam mortuis.Sed qm sermo sacræ scripturæ hunc quidem prædixit venturum tanquam Deũ & dominum, alii vero missi sunt, sicut famuli ante Christũ: ideo omniũ Saluator & dominus a Prophetis nominabatur, qui venit,vel qui venturus est, secundum illud Psalmi : Benedictus q venit,in nomine domini & in Abacuc,Post modicum,qui venturus est,ueniet,& non tardabit. Igitur diuinus Baptista quasi nomẽ accipiens a sacra scriptura,misit quosdam discipulorum suorum quæsituros:an ipse sit,qui uenit,uel qui uenturus est. AMBRO. Sed quomodo fieri posset,vt de quo dixerat . Ecce qui tollit peccatum mundi,adhuc eum Dei filium esse non crederet ? aut enim insolentiæ est ei tribuere diuina quæ nescit , aut de Dei filio dubitasse perfidiæ est. Nonnulli autem de ipso Ioanne intelligunt magnum quidem ita Prophetam vt Christum agnosceret, sed tamen non tãquam dubium,sed tãquam pium vatem, quẽ venturũ crediderat,non credidisset moriturum. Non igitur fide, sed pietate dubitauit,sicut & Petrus dicens,propitius tibi esto domine, nõ fiet hoc. CIRIL. Vel ex dispensatione interrogat: nouerat.n. vt præcursor passionis Christi mysterium,sed vt discipulis suis cõsteret quanta sit excellentia Saluatoris,ex propriis discipulis prudentiores misit,quos præcepit scitari, & viua Saluatoris voce conicere,si ipse est qui expectabatur. vnde subditur: {Cum autẽ ad eum uenissuiri dixe. Ioannes Baptista mi.nos ad te di. Tu es, qui venturus es:an alium expectamus? Sciẽs autem vt Deus, quo animo misissẽt eos Ioannes,& causam aduentus eorum, tunc temporis egit vberiora miracula. vnde sequitur. {In ipsa autem hora curauit multos a languoribus,& plagis, & spiritibus malis , & cæcis multis donauit visum.} Non dicit eis expræsse: Ego sum,sed ducit eos magis ad rei certitudinem,ut congrua ratione sumentes fidem ipsius reuertantur ad eum qui misit eos. unde non ad uerba,sed ad propositum mittentis responsum exhibuit: nam sequitur. {Et respondes dr.il. Euntes,renunciate Ioanni quæ uidi.& audistis.} q.d.narrate Ioanni,quæ quidem audistis per Prophetas, consummari uero uidistis a me. Ea enim tunc agebat,quæ prædixerant Prophetæ eum facturum.de quibus subdit: Quia cæci uident,claudi ambulant,leprosi mundantur,surdi audiunt, mortui resurgunt. AMBRO. Plenum sane testimonium quo dominus Propheta

Propheta cognosceret,de ipso enim fuerat prophetatum : Quia dominus dat escam esurientibus, erigit elisos, soluit compeditos illuminat cæcos,& qui ista facit, regnabit in æternum . Ergo nohumanæ ista,sed diuinæ virtutis insignia sunt. Huius autem euãgelii exempla,vel rara,vel nulla inueniuntur.vnus Thobias oculos recepit , & hæc fuit Angeli non hominis medicina. Helias mortuum suscitauit : ipse tamen rogauit,& fleuit: hic iussit. Hæliseus leprosũ mundari fecit: non tamen ibi valuit præcepti auctoritas: sed mysterii figura. THEO. Sunt etiam hæc verba Isaiæ dicentis : Deus ipse veniet, & saluabit nos : tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt , tunc saliet sicut ceruus claudus . BEDA. Et quod his non minus est subdit:{Pauperes euangelizantur,pauperes.f.spiritu vel operibus intus illuminantur,vt inter diuites & egenos in prædicatione nulla distantia sit.hoc magistri comprobauit veritatem,quando omnis qui apud eum saluari potest equalis est. AMBRO. Sed tamen parua adhuc ista dominicæ testificationis exempla,plenitudo fidei,crux domini,obitus sepultura est. vnde addidit:{Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.} Crux enim etiam electis scandalum posset afferre,sed nullum hoc maius diuinæ personæ est testimonium. Nihil enim est quod magis esse vltra humana videatur,q̃ totum se obtulisse pro mundo. CYRIL. Vel per hoc volebat ostendere, q quæcumque versabantur in cordibus eorum,ab oculis ipsius effugere nequieuerunt, ipsi enim erant qui scandalizabantur de ipso. AMBRO. Mystice autem in Ioanne supra diximus typum esse legis quæ prænuncia fuit Christi. Mittit ergo Ioannes discipulos suos ad Christũ, vt supplementum scientiæ consequamur,quia plenitudo legis est Christus. Et fortasse illi discipuli sunt duo populi,quorum vnus ex Iudæis credidit,alter ex Gentibus,qui ideo credidit, quia audiuit. Voluerunt ergo & isti videre,quia beati oculi qui vident: Cũ aũt venerint ad euangelium & cognouerint illuminari cæcos, ambulare claudos:tunc dicent. Oculis nostris perspeximus.videmur enim nobis vidisse quæ legimus,aut fortasse in parte quadam corporis nostri, omnes videmur inuestigasse dominicæ seriem passionis:fides enim per paucos ad plures peruenit: Lex ergo Christum venturum annunciat,euangelii scriptura venisse confirmat.

d ¶ CYRIL. Coniecit dominus tãquam hominum secreta cognoscens,aliquos dicturos,si vsque hodie ignorat Ioannes Iesum, qualiter eũ oltendebat nobis,dicẽs, Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi? vt igitur sanaret hanc passionem, quæ eis accederat,damnum quod est scandalo procedebat exclusit. vnde dicitur. {Et cum discess.unciauerunt Ioannis,cœpit dicere de Ioanne ad turbas : Quid existis in desertum videre? arundinẽ vento agitatam?} q.d. mirati estis de Ioanne Baptista, & pluries perrexistis ad eum percurrentes tam longa deserti itinera:frustra siquidem si ficleuem ipsum existimatis,vt similis sit arundinis declinantis quocumque agitat ventus. Talis enim esse videtur,si quæ cognouit ex lætitate se ignorare fatetur. TITVS. Non aũt existis in desertum,vbi nulla iocunditas,ciuitatibus omissis,nisi de hoc viro curam gerentes. GRECVS. Hoc autem post recessum discipulorum Ioannis dominus dixit: Non enim præsentibus eis proferre volebat Baptistæ præconia,ne blandientis verba esse putarentur. AMBR. Non ociose autem Ioannis hic persona laudatur, qui vitæ amore post habito iustitiæ formam,nec mortis terrore mutauit. Deserto enim mundus hic comparari videtur,adhuc sterilis, adhuc inultus,in quem negat nobis dominus ita prodeundum, vt mente carnis inflatos vacuosque virtutis internæ viros,& fragilis gloriæ seculares sublimitate iactantes,exemplari quodam & imagine nobis putemus imitandos,quos procellis huius mundi obnoxios vita mobilis inquietat,iure arundini comparandos. GRECVS. Est etiam infallibile testimonium vitæ Ioannis vestitus cum carere,in quem detrusus non fuisset:si sciuisset fauere principibus.vnde sequitur.{Sed quid existis videre? ho.molli.vestimentis indutum?ecce qui in ve.præcio.sunt,& in delitiis,in domi.regum sunt. Molli vestimentis indutos viuẽtes in delitiis significat. CHRY. Mollis autem vestis dissoluit rigidam animam,& si rigidum corpus assumat,& asperum,facile per huiusmodi mollitiem delicatũ reddit & fragile. Facto vero corpore molliori, necesse est & animam participare læsionem: nam vt plurimum operationes ipsius consonant dispositionibus corporis. CYRIL. Qualiter ergo tanta sedulitas religionis,vt carnales passiones subieceret,ad tantã ignorantiam deueniret,nisi ex mentis læuitate,quam non asperitates, sed illecebræ mundanæ delectant? Igitur si velut non colentẽ delitiosa Ioannem imitamini, date ei robur continentiæ competẽs. si vero nihil amplius debetur honestę conuersationi , quid omissa reuerentia delicatorum incolam deserti, vileque tegumen , & camelorum vellus miramini? CHRYS. Per vtrumque autem dictorum designat , quòd Ioannes nec naturaliter , nec facile mobilis erat , nec vlla voluptate flecteretur. AMBRO. Et quàmuis pleroſq; mollioris cura vestis effeminet,tamen alia videtur hoc indumẽta significare humana , scilicet corpora , quibus anima nostra vestitur. Sunt autem mollia indumenta delicioſi actus, & mores: hi vero quibus fluida delitiis membra soluuntur, regni cęlestis extorres sunt, quos rectores mundi huius , atque tenebrarum cœperunt. hi sunt enim reges qui dominantur suorum operum æmulos. CYRILLVS. Sed forte inconueniens est circa hoc excusare Ioannem:fatemini enim eum imitabilẽ esse. vnde subdit. {Sed quid existis videre? Prophetam? vtique dico vobis & plusquã Prophetam. Prophetæ namque prædicabant venturum. hic autem non solum venturum prædicauit,sed & præsentem indicauit, dicens.Ecce agnus Dei. AMBRO. Maior sane Propheta , in quo finis est Prophetarum,quia multi cupierunt videre quem iste cõspexit,quem iste baptizauit. CYRIL. Cum igitur & a loco,& a vestibus,& ex concursu hominum morem eius descripserit, introduxit Prophetæ testimonium, dicens. {Hic est, de quo scriptũ est.f.in Malachia : Ecce mitto Angelum meum . TITVS. Angelum appellat hominem,non quia natura esset Angelus : homo enim naturaliter erat,sed quia opus Angeli exercebat,nunciando Christi aduentum. GRECVS. Quod autem subdit: {Ante faciem tuam. propinquitatem designat,apparuit enim hominibus prope Christi aduentum . quapropter & plusquam Prophetam ipsum esse existimandum est.nam & hi qui in militiis collaterales sunt regibus,digniores & familiores sunt. AMB. Viam autem domino non solum nascendi sm carnem ordine fideique nuncio, sed etiam præcursu quodã parauit passionis.vnde sequitur. {Qui præparabit viam tuam ante te.} Si autem & Christus Propheta, quomodo maior hic omnibus? sed inter mulieris non ut ginis natos:maior.n. is fuit,quibus æqualis poterat esse forte nascendi.vnde sequitur. {Dico enim uobis: Maior inter natos mulierũ Propheta Ioanne Baptista non est.} CHRY. Sufficit quidem domini uox præbens testimonium præeminentiæ Ioannis inter homines,reperiet autem qui vult & rei ueritatem consonã : si mensam eius consideraverit,si uitam, si mentis excellentiam , uelut enim qui cęlitus descendisset,degebat in terra,ferè nullam gerens curã de corpore,intellectualiter erectus in cœlum , & soli Deo conuictos,de nullo mundanorum solicitus,sermo seuerus & lenis: nam cum populo Iudæorum viriliter,& seruẽter, cum Rege audacter, cum propriis discipulis leniter conferebat: nil frustra vel leniter , omnia conuenienter agebat. ISIDO. Abbas: Maior etiam inter natos mulierum Ioannes,eo q̃ ab ipso matris vtero prophetauit,& positus in tenebris lumen quod iam venerat non ignorauit. AMBRO. Denique eo usque cum Dei filio non poterat Ioannis esse ulla collatio,ut & infra angelos æstimetur. vnde sequitur. {Qui autem minor est in regno Dei,maior est illo. BEDA. Hæc sententia duobus modis potest intelligi , aut enim regnum Dei appellauit, quod nondum accepimus,in quo sunt Angeli, & quilibet in eis minor, maior est quolibet iusto portante corpus , quod aggrauat animam.aut si regnum Dei intelligi uoluit huius temporis ecclesiam,seipsum dominus significauit, q̃ nascendi tẽpore minor erat Ioanne: maior autem diuinitatis auctoritate & potestate dominica , proinde secundum primam expositionem,ita distinguitur . {Qui autem minor est in regno Dei, ac deinde subinfertur . {Maior est illo.} secundum posteriorem vero,ita. {Qui autem minor est.} ac deinde subinfertur. {In regno Dei,maior est illo. CHRY. Vt enim copia laudum Ioannis occasionem Iudæis non daret præferendi Ioannem Christo, hoc subdidit:Ne autem putes,q̃ comparatiue se dixerit maiorẽ Ioanne. AMBRO. Alia enim est ista natura, nec humanis generationibus comparanda.Non potest enim homini cum Deo vlla esse collatio. CYRIL Mystice autem cum Ioannis prærogatiuam

gratiuam ostẽdit,inter natos mulierum,ponit ex opposito aliquid maius eo.s.qui per spiritumsanctum natus est filius Dei: regnum enim donum Dei spiritus est. Quàmuis ergo secundum operationem, & sanctitatem,minores sumus his,qui legis mysterium sunt assecuti,quos Ioannes significat: tamen maiora per Christum attingimusparticipes sancti diuinæ naturæ.

e ¶ CHRY. Præmissa commendatione Ioannis, magnum Pharisæorum, & Legisperitorũ prodidit crimen, qui nec post publicanos baptisma Ioãnis acceperũt. vnde dicitur.{ Et omnis po.au. & pub. iustifica. Deum bapti. bap. Ioannis.A MB. Iustificatur Deus per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo iustificant. qui enim peccat & confitetur Deo peccatum : iustificat Deum credens ei vincenti, ab eoque gratiam sperans.In baptismate igitur iustificatur Deus, in quo est & confessio,& venia peccatorum. EVS E.Quia etiam crediderunt, iustificauerunt Deum:apparuit enim eis iustus in omnibus quæ fecit. Pharisæi autem repellendo Ioannem tãquam inobedientes non consonabant Prophetæ dicenti:Vt iustificeris in sermonibus tuis.vnde sequitur.{ Phar.autem & Legispe. consilium Dei spræ-
H ue.in semetipsis non bapti. ab eo. B E D A:Hæc verba siue ex persona Euangelistæ,siue ex persona Saluatoris, vt quibusdam placet dicta sunt.qp autem dicit.{ In semetipsis,} vel cõtra semetipsos significat,quia qui gratiam De respuit, contra semetipsum facit. vel ad semetipsos missum Dei consilium stulti, & ingrati vituperantur noluisse recipere.Consilium ergo est Dei,qp per passionem & mortem Christi saluare decreuit,quod Pharisæi,& Legisperiti spreuerunt. A MB R O. Non condemnamus ergo, sicut Pharisæi consilium Dei quod est in Ioannis baptismate,hoc est consiliũ quod magni consilii Angelus reperit.Ioannis consilium nemo cõtemnit,Dei consilium quis refutet? C Y R I L. Erat autem quidã modus ludendi talis consuetus apud filios Iudæorum. bipartieba tur puerorum caterua,qui rerum præsentis vitæ deridentes repentinam transmutationem,hi quidem canebant : hi vero merebant.sed nec gaudẽtibus congaudebant mœrentes, nec qui gaudebant conformabant se flentibus. deinde arguebãt se inuicem imporantes incompassionis malitiam.tale quid passam fuisse Iudæorum plebem vna cum principibus Christus innuebat. vnde
I ex persona Christi subditur:{ Cui ergo di.similes ho.gene.huius & cui si.sunt? Similes sunt pue.seden.in foro. & loquen.adinui. & dicen. Cantauimus vobis tybiis, & non saltra.lamenta. & non ploraſtis. B E D A. Generatio Iudæorum comparatur pueris, quia doctores olim prophetas habebant,de quibus dicitur : Ex ore infant.& lacten.perfe.laudem. A MBR. Cantauerunt autem Prophetæ spiritualibus modulis publicæ salutis oracula resultantes, fleuerunt threnis flebilibus Iudæorum dura corda mulcẽtes. Hoc canticum nõ in foro,non in plateis canebatur,sed in Hierusalem. ipsa est enim dominicum forum,in quo præceptorum cœlestium jura conduntur. G R E G. Nisse. Canticum autem, & lamentatio nil aliud est quàm excessus.hoc quidem gaudii,illud uero mœroris. Resonat autem quædam consona melodia ex organo musico,secundum quam dum homo pede & motu consono corporis
Lib.2,q.11. commouetur,intrinsecam dispositionem manifestat:& ideo dicit.
K {Lamentauimus,&c. A V G. de Quæstio. euan.Hæc autem pertinent ad Ioannem,& Christum.Quod enim dicit: Lamẽtauimus, & non ploraſtis,ad Ioannem pertinet,cuius abstinentia a cibis, & potu luctum pœnitentiæ significabat. vnde exponendo subdit. {Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum,& dicitis:Dæmonium habet.{ C Y R I L. Præsumunt criminari virum qualibet admiratione dignum. Dæmoniũ habere dicunt mortificantem legem peccanti. quæ latet in mem-
Lib.2.q.11. bris. A V G. de Quæst.euan. Quod autem dixerat : Cantauim⁹ tybiis:& non saltastis.ad ipsum dominum pertinet,qui vtendo cũ cæteris cibo & potu, lætitiam regni significabat. vnde sequitur. {Venit filius ho.man.& bi.& di.Ecce homo deuo.& bibẽs vinũ.} T I T V S. Noluit enim Christ⁹ abstinere ab huiusmodi cibis ne occasionem daret hæreticis,qui dicunt creaturas esse malas,& vituperant carnes,& vinũ. C Y R I L. Vbi autem potuerunt ostẽ-

F dere dominum oratorem? inuenitur enim Christus vbique reprimere immoderantiam,& ad modestiam ducere. Conuersabat autem cum publicanis & peccatoribus.vnde contra eum dicebãt. Amicus publicanorum & peccatorum:} cum tamen nullatenus ipse posset in peccatum incidere,sed econtra fiebat eis causa salu-

e Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerũt Deum, baptizati baptismo Ioãnis. Pharisæi autem, & legisperiti consiliũ Dei spreuerũt in semetipsis, non baptizati ab eo. Ait autem dominus : Cui ergo similes dicã homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem & dicentibus. Cantauimus vobis tybiis, & nõ saltastis : lamentauimus, & non ploraſtis. Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis. Demonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis. Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapiẽtia ab omnibus filiis suis.

f Rogabat autem illum quidã de Pharisæis, vt manducaret cũ illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, cp Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes

G eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta, sciret vtiq; quæ & qualis est mulier, quæ tãgit eũ, qa peccatrix est. & respõdens Iesus dixit ad illum:Simõ, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait:Magister dic. Duo debitores erant cuidã fœneratori:vnus
B debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt : donauit vtrisque. Quis ergo eum pl⁹ diligit? Respondens Simon dixit : Aestimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei : Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem : dixit Simoni : Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terſit. Osculum mihi nõ dedisti:hęc autem ex quo intrauit nõ cessauit osculari pedes meos.

Homilia de muliere peccatrice.

ergo in se habuit oblectamenta,tot de se inuenit holocausta. Con A uertit ad virtutum numerum,numerum criminum, vt totũ Deo seruiret in patientia. quicquid ex se Deum contemperat in culpa. Sic igitur meretrix effecta est honestior virginibus. Postquàm enim accensa est pœnitentia,exarsit in Christi amoré,& hæc quidem, quæ dicta sunt agebantur exterius. quæ vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant quæ solus Deus inspiciebat. G R E G. in Homil. Hæc aũt Pharisæus intuens despicit, & non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam susciptentem dominũ reprehendit. { videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum: ait intra se dicens: Si hic esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis mulier est quæ tangit eum.} Ecce Pharisæus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus, ægrum reprædit de ægritudine, & medicũ de subuentione, quæ profecto mulier, si ad Pharisæi pedes venisset, calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet, quia hunc vera sua iustitia non replebat. Sic & quidam Sacerdotali officio præditi, siquid fortasse iuste exterius, vel tenuiter egerint, protinus subiectos despiciunt, & peccatores quosque in plebe positos dedignatur. Necesse est autem, vt cum peccatores quosque conspicimus, nosmetipsos prius in eorum calamitate deſleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus: Oportet aũt vt solicite discernamus, qa districtionem debemus vitiis : compassionem naturæ. Si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus, cum vero iam per pœnitentiam percutit ipse quod fecit. iam noster proximus peccator non est, quia hic in se punit quod iustitia diuina reprehendit. Inter duos ergo ægros, medicus aderat, sed vnus in febre sensum tenebat, alter sensum perdiderat mentis. Illa quippe flebat, quod fecerat: Pharisæus autem de falsa iustitia elatus, vim suæ vanitudinis exaggerabat. T I T V S. Dominus autem, non verba eius audiens, sed cogitationes inspiciens, dominum se Propheta rum ostendit. vnde sequitur:{ Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere.} G L O. Quod quidem dixit eius cogitationi respondens. Pharisæus autem ex verbis domini attentior est factus. vnde dicitur. { At ille ait: Magister dic.} G R E G. De duobus autem ei debitoribus, paradigma opponit, quorum vnus minus, alius amplius debet. vnde sequitur. { Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quin- D gentos, & alius quinquaginta.} T I T V S: q.d. Neque tu absque debito es, quid igitur si in paucioribus teneris? non superbias, qa tu quoque venia eges. vnde de venia subdit, dicens: { Non habẽ. autem il. vnde red. donauit vtrisque.} G L O. Nullus enim potest per seipsum a debito peccati liberari, nisi diuina gratia veniã consequatur. G R E G. in Homil. Vtrorumque autem debito dimisso, quis amplius largitorem debiti diligat, Pharisæus interrogatur. Sequitur enim.{ Quis ergo plus eum diligit?} Quibus ver bis protinus ille respondit. { Aestimo quia is, cui plus donauit. Qua in re notandum est, qp dum sua sententia Pharisæus conuincitur, quasi freneticus funem portat ex quo ligetur. vnde sequit. { At ille dixit ei: recte iudicasti.} Enumerantur autem ei bona pec catricis, enumerantur & mala falsi iusti. vnde sequitur.{ Et cõuer. ad muli.di, Simoni: vides hanc mulierem? intraui in dom. tuam.} A MB. q.d. facilis est vsus aquarum, non est facilis lachrymarum E effusio. tu promptis non es vsus: hæc effudit non prompta lauans lachrymis pedes meos, lauit maculas proprias, terſit comis, vt per eas sibi assumat sacros sudores, & quibus venata est ad peccatum iuuentutem, venata est sanctitatem. C H R Y. Sicut autem vbi vehemens imber prorumpit, fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet tranquillitas, & perit caligo reatuum, & sicut per aquam & spiritum, sic per lachrymas & confessionem denuo mundamur. vn de sequitur. {Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata mul ta, quoniam dilexit multum.} Nam qui vehementer se ingesserunt malis, rursus & bonis vehementer insistent : conscii adquot debita se obligauerunt. G R E G O. Tanto ergo amplius pec cati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. T I T V S. Continguit autem sæpius eum, qui multum peccauit, per confessionem purgari. Pauca vero peccantem, ex arrogantia non venire ad confessionis remedium. vnde se quitur.{ Cui aut minus dimittitur, minus diligit. C H R Y. Op⁹ est ergo nobis feruenti anima, quia nihil impedit hominem fieri

magnum. Nullus ergo constitutorum in peccatis desperet. nemo virtuosus dormiet, ne hic confidat. Sæpe enim meretrix præcedet eum, nec ille diffidat: possibile nãque est eum etiam primos superare. vnde & hic subditur. { Dixit autem ad illam: Remit. tibi pecca. tua.} G R E G. Ecce qui ad medicum venerat ægra sanata est, sed de salute eius : adhuc alii ægrotant. Sequit enim. { Et cœpe. qui simul accumb. dicere intra se, quis est hic q etiam pec. dimittit?} sed cœlestis medicus ægros non respicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores vidit: eam autem quam sanauerat, per pietatis suæ sententiã confirmat. vnde sequitur:{ Dixit autem ad mulie. fid. tua te saluã fecit,} quia.s. hoc qã petiit posse accipere non dubitauit. THE. Postquàm autem eipeccata dimisit, non sistit in remissionem peccati, sed adiicit operationem boni. vnde subditur: { Vade in pace.} ideſt in iustitia, quia iustitia est pax hominis ad Deum, sicut peccatum est inimicitia inter Deum & hominem. q.d. operare omnia quæ ad pacem Dei te ducunt. A MB. Hoc autem loco plerique pati videntur scrupulum quæstionis, vtrum videantur Euangelistæ discordasse de fide. G R E C V S. Quia enim quatuor Euangelistæ dicunt Christum vnctum fuisse vnguento a muliere, tres puto fuisse mulieres ex personarum qualitate, ex modo agendi, ex differentia temporum. Ioannes quidé narrat de Maria sorore Lazari, quoniam sex diebus ante Pascha C vnxit pedes Iesu in propria domo. At Matthæus : Postquàm dominus dixerat: Scitis, quia post biduũ fiet Pascha. subdit, quòd in Bethania in domo Simonis leprosi mulier fudit vnguentum sup domini caput: non autem vnxit pedes, vt Maria. Marcus etiam, Matthæus similiter: Lucas autem non circa tempus paschæ, sed in medio euangelii hoc refert. Chrisostomus autem binas asserit has mulieres fuisse, vna quidẽ quę continetur in Ioanne, alteram vero cuius mentio fit a tribus. A MB. Hanc ergo mulierem inducit Matthæus supra caput Christi effudentem vnguentum: & ideo noluit dicere peccatricem. nam peccatrix, secundum Lucam, supra Christi pedes effudit vnguentum. Potest ergo non eadem esse, ne sibi contrarium Euangelistæ dixisse videantur. Potest etiam quæ stio meriti, & temporis diuersitate dissolui, vt adhuc illã peccatrix Lib.2. c.79. fuit: iam ista perfectior. A V G. de Con. Euan. Eandem enim Mariam bis hoc fecisse arbitror intelligendum, semel. s.qđ Lucas narrauit, cum primo accedens cum humilitate & lachrymis meruit remissionem peccatorum. Vnde Ioannes, cum de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, antequam veniret in Bethaniam dicit : Mariam aũt erat quæ vnxit dominum vnguento, & terſit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Iam itaque hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethania rursum fecit, aliud est, qđ ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur ab aliis tribus. G R E G. in Homi. Mystico autem intellectu Pharisæus de falsa iustitia præsumens Iudaicum populum, peccatrix mulier, sed ad vestigia domini veniens & plorans conuersam Gentilitatẽ designat. A MB. Vel princeps huius sæculi quidam leprosus est. domus autem Simonis leprosi terra est: ergo dominus ex illis superioribus locis descendit in terram: neq; enim sanari potuisset hæc mulier quæ speciem habet animæ, vel ecclesiæ, nisi Christus venisset in terram. Merito autem speciem accipit peccatricis, qa Christus quoque formam peccatoris accepit: itaque si cõstituas animã fideliter appropinquantem Deo, non peccatis turpibus, & obscenis, sed pie seruitutem Dei verbo, habentem immaculatæ fiduciã castitatis, ad ipsum Christi caput ascendit. Caput autem Christi Deus est, sed qui caput non tenet Christi, ille pedes teneat. Peccator ad pedes, iustus ad caput: habet tamen etiam ea quæ peccauit vnguentum. G R E G. Quid aliud vnguento, nisi bonus odor opinionis exprimitur? si igitur recta opera agimus, quib⁹ opinio ne boni odoris ecclesiam respergamus, quid in corpore domini, ni si vnguentum fundimus? Sed secus pedes mulier stetit, contra pedes enim domini stetimus, cum in peccatis positi eius itineribus renitebamur. sed si ad veram pœnitentiam post peccata conuertimur, iam retro secus pedes stamus, quia eius vestigia sequimur. quæ impugnabamus. A MB. Defer & tu post peccata pœnitentiã, vbicumque audieris Christi nomen accurre. In cuiuscumque interiorem domum Iesum intrasse cognoueris, & ipse festina cum repereris sapientem, cum repereris iustitiam in aliquibus penetralibus recumbentem, accurre ad pedes: hoc est, vel extremam

partem quære sapientię, lachrymis confitere peccata. Et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus, ut eos lachrymis nos lauemus. Bonæ lachrymæ, quæ non solum nostrum possunt lauare delictum, sed etiam verbi cœlestis rigare vestigium, vt gressus eius nobis exuberent. Bonæ lachrymæ, in quibus nō solum redemptio peccatorum, sed etiā iustorum refectio est. GREG. Lachrymis enim domini pedes rigamus, si quibuslibet vltimis membris domini cōpassionis affectu inclinemur. Capillis pedes domini tergimus, quando sanctis eius, quibus ex charitate compatimur, ex his quæ nobis superfluunt miseremur. AMB. Expande etiā capillos: sterne ante eum omnes corporis tui dignitates, nō mediocres capilli sunt, q possunt pedes tergere Christi. GREGO. Osculatur mulier pedes, quos tersit, quod nos quoq; plene agimus si studiose diligimus, quos ex largitate continemus. Potest quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis eus intelligi. Osculamur igitur Redemptoris pedes, cum mysterium incarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus, cum ipsam humilitatis eius potentiam sacri eloquii bona opinione prædicamus: sed hoc etiam Pharisæus vidit, & inuidit, quia cū Iudaicus populus Gentilitatem Deum prædicare conspicit, sua apud se malitia tabescit: sic autem Pharisæus retunditur, vt p eū persidus ille populus ostendatur, quia videlicet in fidelis ille populus, nec ea, quæ extra se erant: numquàm pro domino tribuit. Cōuersa autem Gentilitas pro eo non solum rerum substantiam, sed etiam sanguinem fudit. vnde Pharisæo dicit: {Aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis riga. pe. meos.} Aqua quippe extra nos est, lachrymarum humor intra nos est. Infidelis etiam ille populus Deo osculum non dedit, quia ex charitate eū amare noluit, cui ex timore seruiuit, osculum quippe dilectionis est signum, vocata autem gentilitas Redēptoris sui vestigia oscu lari non cessat, quia in eius continuo amore suspirat. AMB. Nō mediocris autem hæc meriti est, de qua dicitur. Intraui, ex quo nō cessauit osculari pedes meos, vt aliquis nisi sapientiam loqui nesciat, nisi iustitiā diligere, nisi castitatem libare, nisi pudicitiā osculari. GREG. Pharisæo autem dicitur: {Oleo caput meum non vnxisti,} quia ipsam quoq; diuinitatis potentia, in qua se Iudaicus populus credere spopondit, digna laude prædicare neglexit. {Hęc autem vngueto vnxit pedes meos,} quia dum incarnationis eius mysterium Gentilitas credidit, summa laude eius etiam ima prædicauit. AMB. Beatus qui potest & oleo vngere pedes Christi: sed beatior qui vngit vnguento: multorum enim florum in vnum collecta spargit, & fortasse istud vnguentum non posset alius, nisi ecclesia sola deferre, quæ diuersi spiraminis innumerabiles habet flores. & ideo nemo potest tantum diligere quantum illa quæ in pluribus diligit. In domo autem Pharisæi, idest in domo legis & Prophetæ, non Pharisæus, sed ecclesia iustificatur. Pharisæus. n. non credidit, ista credebat. lex mysterium non habet, quo occulta mundantur: & ideo quod in lege minus est, consummatur in euāgelio. Duo autem debitores, duo populi sunt feneratori illi thesauri cœlestis obnoxii. Non materialem autem feneratori huic debemus pecuniam, sed meritorum examinata æra virtutū, quarū merita grauitatis pondere, iustitiæ spetie, sono confessionis expēduntur. Nōn mediocris autem est iste denarius, in quo regis imago formatur. væh mihi si non habuero quod accepi, aut quia difficile quisquam est, quin feneratori huic debitum integrum possit exoluere. væh mihi si non petiero concedi mihi debitum. Sed qs est populus iste, qui amplius debet, nisi nos, quibus amplius creditum est? Illis credita sunt eloquia Dei. nobis creditur virginis partus Emanuel. i. nobiscū Deus, dñi crux, mors, resurrectio, itaq; nō est dubiū, q plus debet q plꝰ accipit ſm hoies, plꝰ fortasse offendit, q plus debuerit. Sed p misericordiā dñi cā mutat, vt amplꝰ diligat q amplius debuit, si tn gram cōsequat. Et ió, qm nihil est qđ digne Deo referre possumus. væh mihi etsi nō dilexero. Reddam⁹ ergo amorem pro debito, amplius enim diligit, cui donatur amplius.

Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se, Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

CAP. VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ a spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuze procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabāt ei de facultatibꝰ suis. b Cum autem turba plurima cōueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinem. Exiit qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viā, & conculcatum est, & volucres cęli comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā, & natū aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinę suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eū discipuli eius, quę esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant: & audientes non intelligāt. Est autem hæc parabola: Semen, est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nā quod supra petrā: hi sunt qui cū audierint, cū gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt. & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed ponit eam super candelabrum, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum quod non manifestetur: neque absconditum quod non cognoscatur & in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab eo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, videre te volentes. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit nauem & discipuli eius: & dixit ad illos: Transeamus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis dormiuit. Et descendit procella venti in stagnum, & complebantur & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauerunt & facta est tranquillitas. Dixit autem eis: Vbi est fides vestra? Timentes autem mirati sunt ad inuicem, dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis imperat & mari, & obtemperant ei?

CAP. VIII.

ETHEO. Qui cælitus descendit, vt exemplum fieret nobis, & forma, instruit nos non pigritare in docendo. vnde dr. {Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnū Dei. GRE. Na. Vadit quippe de loco in locū, nō solū vt plures lucret, sed etiā vt multa dedicet loca. Dormit, laborat, vt somnum & laborem sanctificet. plorat vt det præciū lachrymis. prædicat cœlestia, vt audientes exaltet. TITVS. Qui n. de cœlo ad terram descendit annunciat habitātibus terrā regnū cœleste, vt terrā i cœlū conuertat. Quis autem prædicare debebat regnum Dei, nisi filius Dei, cuius est regnum? venerūt plures Prophetæ: nō tamen prædicauerūt regnum cœlorum. nā qualiter eorum, quæ non viderunt sermonem prætenderent? ISIDO. Abbas. Hoc autem regnum Dei aliquibus videtur altius & melius regni cœlesti. Quibusdam vero vnum & idem ſm essentiam, sed diuersimode nominari, aliquando quidem regnum Dei a regnante, aliquando autem regnum cœlorum a subditis Angelis, & sanctis, qui cœli dicuntur. BEDA. More autem aquilæ protocantis ad volandū pullos suos dominus pedetentim discipulos suos ad sublimia erigit. Siquidem primo docet in Synagogis, & miracula facit: ex his duodecim, quos Apostolos nominat elegit, postmodum omnes prædicans secum ducit. vnde sequitur: {Et duodecim cum illo.} Non docētes, aut pdicātes, sed instruendi ab eo. Ne aūt fœmineus sexus prohiberi videret sequi Christū, subdit. {Et mulieres aliquę q erant curatæ a spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria q vocat Magdalena, de qua septē dæmonia exierat.} BEDA. Maria Magdalena ipsa est, cuius tacito nōe, proxima lectio pœnitentiā noiat. Nam pulchre Euangelista vbi ea cum dño iter facere commemorat, noto hanc vocabulo manifestat. vbi vero peccatricem, sed pœnitentem describit, mulierem gnaliter dicit, ne nomen tanę famę prisci erroris nota iuscaret, de qua dæmonia septem exisse referuntur. GRE. in Homil. Quid enim per septem dæmonia, nisi vniuersa vitia intelliguntur? Quia enim septem diebus oē tps cō prehendit, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septē ergo dæmonia Maria habuit, q vniuersis vitiis plena fuit. Sequit. {Et Ioanna vxor Chuze procur. Hero. & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministra. ei de facultatibus suis.} HIER. contra Vigilantiū. Consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpā more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victū, atque vestitum peccatoribus darēt, hoc quia scandalum facere poterat in nationibus; Paulus se abiecisse cōmemorat. Ministrabant aūt dño de substātia sua, vt meteret earum carnalia, cuius ipsę metebant spūalia, nō qp indigeret cibis dñs creaturarū, sed ut typū ostenderet magistrorū qp victu, atq; vestitu de discipulis deberent esse cōtenti. BEDA. Interpretatur aūt Maria amarum mare pp pœnitentiæ rugitum. Magdalena turris, vel melius turrensis, a turre, de qua dr. Factus est spes mea turris fortitudinis, a facie inimici. Iohanna domus gra eius, vel domus misericors interpretat, videlicet, quia eius est omne qđ viuimus. Si aūt Maria mundata a sorde vitiorum ecclesiam de Gentibus insinuat, cur non Iohanna eandem designat ecclesiam, quondam idolorum cultui subditam? Nam quilibet malignꝰ spūs dum pro regno diaboli facit, quasi Herodis procurator existit. Interpretatur Susanna lilium, aut gratia eius pp odoriferum cœlestis vitæ candorem, aureumq; internæ dilectionis ardorem. b ¶ THEO. Quod Dauid in persona Christi prædixerat; Aperiam in parabolis os meum, hic dñs implet. vnde dicitur. {Cū aūt turba plurima conuenirent.} Non enim sunt multi, sed pauci, qui per arctam viam incedunt, & qui inueniunt viam, quæ ducit ad vitam. vnde Matthæus dicit, qp extra domum docebat per Parabolas, sed intra domum parabolam discipulis exposuit. EVSE. Satis autem congrue Christus primam proponit parabolam multitudini, non solum tunc astantium, sed etiam futurorum post illos inducentem ad audientiam verborū suorum, cū dicit. {Exiit qui seminat seminare semen suum.} BEDA. Satorem istum nullū melius quàm filium Dei intelligere possumus, qui de sinu patris, qua creaturæ nō erat accessus egrediēs, ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhiberet veritati. CHRY. Exit autē, qui vbique est non localiter, sed per amictū carnis nobis appropinquauit: Decēter autem aduentum propriū Christus exitum nominat, eramus enim exclusi a Deo, & sicuti cōdemnati, & rebelles regi electi sunt, qui vero reconciliare vult eos exeundo ad ipsos extra cum eis loquitur: donec dignos iam factos aspectu regio eos introducat, sic etiam Chrs fecit. THEO. Exiit autem nunc, non vt agricolas perderet, aut combureret terram, sed exiit seminare. sæpe enim agricola, qui seminat ob aliam causam exiit, non solum vt seminet. EVSE. Exiuerunt autem nonnulli a patria cœlesti, & ad homines descenderunt: non ramen vt sererent: neque enim satores erant, sed administratorii spiritus in ministerium missi. Moyses etiam, & Prophetæ post eum non inseruerunt hominibus mysteria regni cœlorum, sed retrahendo insipientes ab errore nequitiæ, & idolorum cultu, quasi colebant animas hominum & in noualia redigebant. Solus autem omnium sator verbum Dei exiuit, euangelizaturus noua semina. s. mysteria regni cœlorum. THEO. Non cessat autem Dei filius semp in nostris animabus seminare, non solum cum docet, sed etiam cū creat in nostris animabus seminat semina bona. TITVS. Exiit autem, vt sememinaret semen suum: non autem accepit verbum quasi mutuatum, cum ipse naturaliter sit verbum Dei viui. Non est igitur suum proprium semen Pauli, vel Ioannis, sed habent cū acceperint. Christus autem habet proprium semen proferens de ctrinam ex sua natura. vnde & Iudæi dicebant: qualiter hic literas nouit quas non didicit? EVSE. Docet igitur duos esse gradꝰ eorum, qui recipiunt semina, primum quidem eorum, qui digni facti sunt vocatione cœlesti, sed labuntur a gratia propter negligētiam & torporem. secundum vero multiplicantium semen in bonis fructibus. Ponit autem ſm Matthæum tres differētias, in quo libet gradu. Nam qui corrumpunt semen, non similem habent pditionis modum, & qui abęo fructificant, non æquam recipiunt copiam. Sanè actiones perdentium ostendit semen. Quidā enim cum non peccauerint suis animabus insita sibi semina salubria pdiderunt, subtracta intentione & memoria eorum per spiritus malignos & dæmones, qui volant per aerem, vel viros fallaces, & callidos, quæ volatilia nuncupauit. Vnde subdit: {Et dum seminat, aliud cecidit secus viam.} THEO. Non dixit, qp seminans proiecit aliud secus viam, sed qp semen cecidit. Qui enim seminat docet rectum sermonem, sed sermo diuersimode cadit in audientes, vt quidam eorum via dicantur: {Et conculcatum est, & volucres cœli comede. illud. CIRIL. Arida enim est & inculta quodam modo omnis via, eo qp a cunctis conculcatur, ac nihil ex seminibꝰ humatur in ea. Sic igitur habentes cor indocile non penetrat diuina monitio, vt possit laudem germinare virtutum, sed tales sūt via frequentata immundis spiritibus. Sunt iterum aliqui leuiter gerentes fidem in se quasi in verborum simplicitate: horum fides caret radice, de quibus subditur: {Et aliud cecid. supra petram, & natum aruit, quia non habe. humo. BEDA. Petram dicit durū & indomitum cor. hoc est autem humor ad radicem seminis, qđ iuxta aliam parabolam oleum ad lampades virginum nutriendas, idest amor & perseuerantia virtutis. EVSE. Sunt etiam aliqui, qui per auaritiam & appetitum voluptatum, & mundanas solicitudines quas quidam spinas nuncupant, immissum sibi semen suffocari fecerunt. de quibus subditur: {Et aliud cæci. inter spi. & simul exor. spinæ suffocauerunt illud. CHRY. Sicut enim spinæ non permittūt oriri semen, sed ex condensatione suffocant immissum, sic solicitudines vitæ præsentis semen spirituale fructificare non sinunt. increpandus autem esset agricola, qui super sensibiles spinas, & petram, & viam seminaret. Non enim possibile est petram terram fieri, nec viam non esse viam, nec spinas non esse spinas: in rationalibus autem secus est. Possibile est enim petram conuerti in terram pinguem, & viam non conculcari, & spinas dissipari. CYRIL. Sunt autem terra pinguis, & ferax, animæ honestæ & bonæ, quæ in profundo suscipiunt verbi semina, & retinent, & fouent. Et quantum ad hoc subditur: {Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.} Cum enim in mentem mundam ab omnibus perturbantibus verbum diuinū infunditur, tunc immittit radices in profundum, & germinat tamquam spica, & cōuenienter perficitur. BEDA. fructum. n. centuplum fructū pfectum dicit. nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decē præceptis legis custodia continetur. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit. vnde p centenariū magna perfectio hgnificatur. CYRIL. Quæ autem sit sententia parabolæ, accipiamus per eum qui eam composuit. vnde sequitur: {Hæc dicens clamabat: Qui habet au. au. audiat.} BASI. Audire pertinet ad intellectum. vnde per hoc dominus excitat ad exaudiendum, attende mentionem eorum quæ dicuntur. BEDA. Quoties enim hæc admonitio vel in euāgelio, vel in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quærendumq; a nobis intentius ostenditur. vnde discipuli ignorantes Saluatorē interrogant. Sequitur enim. {Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.} Nemo tamen putet finita mox parabola discipulos hoc interrogasse, sed & Marcus ait, cum esset singularis interrogauerunt eum. ORI. Est autem parabola sermo quasi facti: non autem facti. iuxta quod dicitur, possibilis aūt fieri, rerum significatiuus per transumptionem earum quæ in parabola traduntur. Enigma vero est processus sermonis in his quæ traduntur quasi facta: quæ tamen non sunt facta, nec possibilia fieri, significant vero aliquid in occulto, sicut quod dicitur in libro Iudicium, qp ligna iuerunt, vt vngerent sibi regem. Non est autem ad literam factum quod dicitur. {Exiit qui seminat} sicut ea quæ narrat historia, possibile tamen fuit fieri. EVSE. Dominus vero docuit eos causam quare turbis per parabolas loquebatur. vnde subditur. {Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. GREG. Nazan. Cum hoc audis, non introducas diuersas naturas, ſm quosdam hæreticos, qui putant hos quidem esse pereuntis naturæ: hos vero salubris: quosdam vero sic se habere, vt eorum voluntas eos ducat ad peius, vel melius. Sed addas ei quod dicitur. {Vobis datum est} i. volentibus & similiter dignis. THEO. His autem qui sunt indigni tantis mysteriis obscure dicuntur. vnde subditur. {Cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Videre enim se putant, non vident autem, & audiunt quidem, sed non intelligunt. Huius ergo gratia hoc eis Christus absconditur, ne maius eis præiudicium generetur, si postq; nouerint Christi mysteria contempserint. Qui enim intelligit, & postea spernit, grauius punietur. BEDA. Recte igitur in parabolis audiunt, quando clausis sensibus cordis, non curant cognoscere veritatem, obliti eius quod dominus dixerat. {Qui habet aures audiendi, audiat. GREG. in Homi. Dominus autem dignatus est exponere, quod dicebat, vt sciamus rerum significationes quærere etiam in his quæ per semetipsum voluit explanare. Sequitur enim. {Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. EVSE. Destruentium autem immissa semina suis animabus tres dicit esse causas. Quidam enim destruunt in se semen reconditum, dantes leuiter auditum volentibus fallere. de quibus subdit. {Quod autem secus viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.} BEDA. Qui. s. verbum quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentandæ vtilitatis actione percipere dignantur. EVSE. Quidam vero cum in mētis profundo non susceperint verbum Dei, facile extinguuntur ad ueniente aduersitate. de quibus subditur. {Nam qui supra petrā, hi sunt qui cum audie. cum gau. susci. uer. & hi radi. non ha. qui ad tem. cre. & in tempo. tenta. recedunt. CYRIL. Cum enim intrant ecclesiam lætanter attentant diuina mysteria, sed ex leui uoluntate, ut autem egressi sunt ecclesiam, obliuiscuntur sacrarum disciplinarum, etsi fides Christiana non fluctuet permanent. turbante uero persecutione perfugam habent mentem, qa fides eorū caret radice. GREG. in Hom. Multi boni operis initia proponunt, sed mox ut fatigari aduersitatibus, uel tentationibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit,

habuit,quæ hoc quod germinauerat, ad fructus perseuerantiam F
non perduxit. EVSE. Quidam vero suffocant reconditũ in eis
semen diuitiis,& illecebris,quasi quibusdam suffocantibus spinis.
de quibus subditur. ¶ Quod aũt in spinis cecidit,hi sunt qui au-
die.& a solicitu.& diuiti.& volup.vitæ eun.suffo. & non refe.fru-
ctum.¶ GREG. in Hom. Mirũ,quomodo dominus diuitias spinas interprætatus sit, cum illę pungant istę delectẽt,& tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarũ punctionibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahũt, quasi inflicto vulnere cruentant. Duo autem sunt quæ diuitiis iungit,solicitudines,& voluptates, qa per curam mentẽ opprimunt,& per affluẽtiam resoluunt. suffocant autem semen, quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant,& dum bonum desiderium in trare ad cor non sinunt,quasi aditũ vitalis flatus vetant. EVSE. Hæc autem ex prouisione a Saluatore prædicta sunt. Sic autem se habere patefacit effectus:non enim aliter aliqui a verbo diuini cultus deficiunt,nisi secundum aliquem modorum prædictorum. ab eo. CHRY. Et vt plura breuibus compræhendam, hi quidẽ tãquàm negligentes audire,hi tamquàm delicati & debiles,hi vero tãquàm serui facti voluptatis & rerum mundi a bono desistũt. Bonus etiam ordo viæ,petræ,& spinarum,opus est primo memoriæ,& cautelæ: deinde fortitudinis: consequenter contemptus pẽsentium. Consequenter ponit bonam terram contrario modo se habentem ad viam,& petram,& spinas,cum subdit: ¶ Quod aũté in terram bonam,hi sunt qui in corde bono & optimo verbum retinent,& fructum afferunt in patientia.¶ Nam qui secus viam positi sunt,non retinent verbum,sed rapit eis semen diabolus.qui vero sunt in petra,non sustinent in patientia tentationis insultum propter imbecillitatem,qui vero sunt in spinis non fructificant, sed suffocantur. GREG. in Hom.Terra ergo bona fructum per patientiam reddit,quia nulla sunt bona, quæ agimus:si non æqua nimiter etiam proximorum mala toleramus.fructum ergo per patientiam reddunt,quia cum humiliter verba suscipiunt post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

c ¶ BEDA. Quia supra dixerat Apostolis: ¶ Vobis datum est nosse mysterium regni Dei,cæteris autem in parabolis:¶ nunc ostẽdit per eos,aliquando etiam cæteris idem mysterium esse reuelandum,dicens. ¶ Nemo aũt luc.accen.ope.eam vasę.aut sub le.po.sed su.cande.po.vt intran.vi. lumen.¶ EVSE.q.d. Sicut lucerna accẽditur vt luceat, non vt operiatur sub modio,vel lecto,sic etiam secreta regni cœlorum in parabolis ædita,quàmuis lateant alienos a fide:non tamen penes omnes manifestum habebunt sensum.vnde subdit. ¶ Non enim est oc.quod non mani.ne absconditum,quod non co.& in pa.veniat:q.d. quàmuis plurima in parabolis dicta sint, vt videntes non videant,& audientes,non intelligant propter sui incredulitatem:totus tamen sermo patebit. AVG. de Quæst. euan. vel aliter: Totam his verbis typice docet fiduciam prædicãdi,ne quis timore carnalium incommodorum lucem scientiæ abscondat.vasis enim,& lecti nomine carnem, lucernæ autem vocabulo verbum designat,quod ob mœrum carnalium incommodorum occultat,qui ipsam carnem præponit manifestationi veritatis,& ea quasi operit verbum.qui prædicare trepidat. Supra candelabrum autem ponit lucernam,qui corpus suũ ministerio Dei subiicit,vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus K
corporis. ORI. Sed & qui vult adaptare lucernam perfectioribus Christi discipulis,persuadebit nobis per ea quæ dicta sunt de
De Ser.dñi. Lib.1. c.12. Ioanne,quoniam ipse erat lucerna ardens,& lucens. non decet ergo eum,qui lucernam rationalem accendit in anima, absconderę eam sub lecto,vbi quis requiescit,nec sub aliquo alio vasę, quia q facit,hoc non prodẽt intrantibus domum,quibus lucerna paratur,sed oportet superponere candelabro .i. oi ecclesiæ. CHRY. Hoc autem dicẽs, ut ducit eos ad vitæ diligentiam,docens eos strenuos esse quasi expectros aspectibus omnium, ac pugnantes in mũdo quasi in theatro:q.d.ne cõsideretis cp manemus in modica parte mundi, eritis enim omnibus noti,quia tantam virtutem impossibile est latere. MAXI. Vel forsan seipsum appellat dominus lucernam radiantem cunctis habitantibus domum.i.mundum,cum sit naturaliter Deus,& factus dispensatiue caro, & sic quasi lux ad instar lucernæ retinetur in testa carnis per mediam animam, sicut per lychnum ignis in testa lucernæ. Vocat autem candelabrum ecclesiam,supra quam verbum diuinum effulgens, quasi quandam domum illuminat radiis veritatis. Dixit autem similitudinarie vas,aut lectum corporalem cultum legis, sub quo contineri non vult. BEDA. Instanter autem nos dominus docet verbo auscultare, vt etiam & nostro illud pectore continue ruminare, & alieno eructare sufficiamus auditui.vnde sequitur. ¶ Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

d Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nũciatum est illi: Mater tua,& fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens,dixit ad

quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur,& in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

d Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nũciatum est illi: Mater tua,& fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens,dixit ad

exercitio,nulla sapientiæ dulcedine gaudebit. Sæpe enim desidio sus ingenium accipit,vt de negligentia iustius pudor, quia qđ sine labore assequi poterit,scire contemnit, & nonnunquàm studiosus tarditate intelligentiæ præmitur,vt eo maiora præmia retributionis inueniat,quo magis studio inuentionis elaborat.

d ¶ TITVS. Derelictis cognatis carnalibus dominus insistebat doctrinæ paternæ,quia vero desiderabatur propter absentiã accedunt ad eum.vnde dicitur. ¶ Vene.au.ad illum ma.& fra.ei⁹. & nõ pote.adi.eum præ turba.¶ Si audieuris de fratribus domini addisce pietatem,& intellige gratiam. nullus enim sm diuinitatẽ Saluatoris frater est,vnigenitus enim est,sed pietatis gratia communicauit nobis in carne,& sanguine, & factus est frater noster cum esset naturaliter Deus. BEDA. Fratres tamen domini sm carnem dicuntur,non filii beatæ Mariæ genitricis Dei secundum Eluidium,nec filii Ioseph de alia vxore secundum quosdam putandi sunt, sed eorum potius intelligendi sunt esse cognati. TITVS. Putabant autem fratres eius, cp cum eorum audiret præsentiam dimitteret populum,reueritus maternum nomen,& flexus amore materno.vnde sequitur.¶ Et nuncia.est il. Mater tu.& frat.tu.fo.stant vo.te videre. CHRY. Considera quale erat astante ei toto populo,& ab ore eius pendente iam inchoata doctrina,eum foras extrahere. Ob hoc dominus quasi increpando respondit. Sequitur.¶ Qui respon.di.ad eos.Mater me.& fra.mei sunt,qui ver.Dei.au.& faciunt. AMB. Moralis magister, qui de se cæteris præbet exemplum præscripturis cæteris, quoniam qui non reliquerit patrem,aut matrem suam,non est filio Dei dignus. Sententiæ huic ipse primus se subiicit, non cp maternæ refutet pietatis obsequia, ipsius enim præceptum est, qui non honorificauerit patrem & matrem, morte moriatur, sed quia paternis se mysteriis amplius cũ maternis affectibus debere cognoscit:neque tamen iniuriose refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse,cũ corporum. ergo hic non ut qui dam hæretici tendiculas aucupantur mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur,sed necessitudini corporali præscriptorũ cœlestium forma præfertur. BEDA. Hi igitur qui verbum Dei audiunt & faciunt,mater domini vocantur,eo cp illum quotidie suo exemplo,vel dicto quasi parturit in cordibus proximorum,fratres quoque sunt eius,cum & ipsi faciant voluntatem patris eius, qui in cœlis est. CHRY. Non autem hoc dixit increpando matrẽ, sed eam plurimum adiuuando.Nam si erga cæteros solicitus erat, vt generaret eis de se debitam opinionem:multo magis erga matrem: non autem eleuasset eam ad illa fastigia, si semper expectaret honorari ab eo tãquàm a filio: non autem eum dominum reputaret. THEO. Quidam vero hoc sic intelligunt, cp Christo docente quidam inuidentes,subsanantes eum super doctrina eius dixerunt.¶ Mater tua,& fratres tui stant foris volẽtes te videre.¶ tãquàm propter hoc ignobilem eum demonstrarent. & ideo qui mentem eorum cognouit,sic eis respondit, quoniam non nocet vilis consanguinitas,sed si ignobilis quis existat: audiat autẽ verbum Dei,ipsum consanguineum reputat,quia tamen audire solũ neminem saluat,sed magis condemnat, subiungit. ¶ Et faciunt.¶ Decet enim audire & facere.verbum autem Dei dicit suam doctrinam:quæcumque enim ipse dicebat,patris erant. AMB.Mystice autem non debuit foris stare qui Christum quærebat. Vnde & ille ait: Accedite ad eum & illuminamini.Si enim foris stant, nec ipsi agnoscuntur parentes,& propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum,quemadmodum nos non agnoscimur si foris stemus. Illud quoque intelligere non abhorret,quia per figuram parentum demonstrat Iudæos, ex quibus est Christus secundum carnem,

carnem,ecclesiamque Synagogæ credidit præferendam. BEDA. A
Intus enim eo docente venientes intrare nequeunt, cuius spiritualiter intelligere dicta negligunt:præoccupans autem turba intrauit in domum,quia differente Iudæa Gentilitas confluxit ad Christum. foris aũt stantes volunt Christum videre,qui spiritualem in lege sensum quærentes sese ad custodiam literę foris fixerunt,& quasi Christum potius ad docẽda carnalia cogunt exire,quàm se ad discẽda spiritualia consentiunt intrare.

e ¶ CYRIL. Quia discipuli omnes beneficiatos a Christo videbant,decebat etiam ipsos sensim in beneficiis Christi delectari: non enim similiter quis considerat, q̃ sunt in alienis corpoRib⁹,vt in suo: & ideo dominus discipulos, & mari & ventis exposuit. vnde dicitur. ¶ Factum est autẽ in vna dierum,& ipse ascendit in vnam nauiculam,& discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum, & ascenderunt.¶ CHRY. Vitans quidem Lucas quæstionem quæ sibi fieri posset de temporum ordine,dicit eum in vna dierum intrasse nauiculã. CYRIL. Si autem vigilante domino accidisset tempestas, vel non timuissent discipuli,vel non exhorruissent,vel non credidissent eum posse tale aliquid facere. Quapropter dormit præstans tempus timori. Sequitur enim. ¶ Nauigantibus autem illis, obdormiuit,& descen. procel. ven. in stagnum. AMBRO. Supra habes,quia pernoctabat in oratione, quomodo hic in tempestate dormit? sed eximitur securitas tempestatis, quomodo omnib⁹ timentibus solus intrepidus quiescebat, sed quiescebat corporis somno cum intenderet diuinitatis mysterio: nihil enim sine verbo fit. CYRIL. Cum magna autem dispensatione videtur esse peractum,ne mox postquàm tempestas inuadere cœpit nauiculã, quærerent ab eo suffragium. Sed Postquàm malum inualuit, vt manifestior fiat diuinæ maiestatis potestas.vnde dicitur. ¶ Et compellebantur,& periclitabantur.¶ Quod quidem dominus permisit exercitationis gratia,vt cum confessi fuerint periculum,cognoscant miraculi magnitudinem. Vnde postquàm magnitudo periculi in intolerabilem mẽtum eos vrgebat, tamquàm aliam spem non habentes salutis,nisi solum ipsum dominum virtutum, eum D
Lib.2.c.24. excitauerunt. Sequitur. ¶ Acced.au.susci.eum dicentes: Præceptor,perimus. AVG.de Con.euan.Matthæus quidem dicit: Domine salua nos,perimus.Marcus autem, Magister, non ad te attinet,quia perimus? Eadem autem est sententia excitantium dominum,volentiumque saluari. Nec opus est quærere, quid horum potius Christo dictum sit:siue enim aliquid horum trium dixerint,siue alia verba,quæ nullus Euangelistarum commemorauit: tantumdem autem valentia,quid ad rem interest? quãquàm etiã hoc fieri potuerit,vt pluribus eum excitantibus omnia hæc,aliud autem ab alio diceretur. CYRIL. Non autem erat possibile eos perire, existente cum eis omnipotente. vnde illico surgit Christus,qui habet omnium potestatem, & sedat confestim procellam & ventorum impetum,& cessauit tẽpestas,& facta est tranquillitas:in quo ostendit se Deum esse,cui in Psalmo dicitur. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. BEDA. Sic igitur in hac nauigatione dominus vtramque E
vnius eiusdemque personæ naturam ostendit, dum is qui vt homo dormit in naui,furorẽ maris vt Deus verbo cohercet. CYR. Simul autem cum tempestate aquarum, soluit tempestatem animarum.vnde sequitur. ¶ Dixit autem illis: Vbi est fides vestra?¶ In quo verbo ostendit,cp timorem non facit tentationum inductio,sed imbecillitas mentis. Sicut enim aurum probatur in igne, Lib.2.c.24. sic in tentationibus fides. AVG.de Con.Euange. Hoc autem ab aliis Euangelistis,aliis verbis dictum est. Matthæus enim dicit eũ dixisse: Quid timidi estis modicę fidei? Marcus autem dicit: Quid timidi estis,ne dum habetis fidem,i. illam perfectam velut granũ Synapis.hoc ergo & ille ait: Modicę fidei? Lucas autem: Vbi est fides vestra? Et totum quidem dici potuit: Quid timidi estis? Vbi est fides vestra Modicę fidei? vnde aliud hic,aliud ille commemorat. AMB. Pacata igitur tempestate ad imperium Christi discipuli stupefacti miraculo,susurrabant ad inuicem. vnde sequitur.

¶ Qui timentes,mirati sunt ad inuicẽ dicẽtes: Quis putas hic est? quia & ventis imperat & mari,& obediunt ei. Non aũt discipuli, vt ignorantes eum,hoc dixerunt adinuicem. Nouerant eum Deũ esse & filium Dei Iesum. admirantur aũt innatæ potestatis abundantiam,& diuinitatis gloriam, quàmuis similis nobis esset,& visibilis sm carnem. vnde dicunt. ¶ Quis est hic.i.qualis, & quãt⁹, & in quanta virtute & maiestate? Imperiosum.n.est opus dominationum ꝑceptũ, non seruilis petitio. BEDA. Vel non discipuli, sed nautæ, & alii mirantur qui in naui erant. Allegorice autem mare,vel stagnum tenebrosus est, & amarus mũdi æst⁹. Nauicula arbor crucis, cuius beneficio fideles aduti emersis mundi fluctibus obtinent littus patriæ cœlestis. AMB. Itaque dñs, qui se intelligit propter diuinum in terras mysterium venisse, relictis parentibus nauem ascendit. BEDA. Ascendunt aũt & discipuli admoniti cum eo.vnde ipse ait:Siquis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Discipulis nauigantibus, idest fidelibus sæculum calcantibus, & futuri sæculi animo quietem meditantibus,& per sanctũ spiritus flatum,vel etiam proprii remigij conatum insidos mundi fastus certatim post terga iactantibus,subito obdormiuit dns.i.aduenit tps dniæ passionis,& descendit procella,quia domino somnum mortis in cruce subeunte fluctus persecutionum dæmoniacis flatibus excitati exurgunt.fluctibus aũt non domini patientia turbatur,sed discipulorum imbecillitas cõcutitur & trepidat,qui suscitarunt dñm,ne eo dormiente pereãt, quia cuius mortem viderant,resurrectionem optant,quæ si differretur,ipsi in perpetuum perirent. Vnde surgens increpat ventũ, quia cęleri resurrectione ꝑ mortẽ destruit superbiam diaboli,qui habebat imperium mortis. Tempestatem autem aquæ facit cessare,quia rabiem Iudæorum morti eius insultantium resurgens labefacit. AMB. Et aduertas,sine tentatione neminẽ posse ex hoc vitæ curriculo demigrare,quia exercitium fidei tentatio est. Subiecti igitur sumus nequitiæ spũalis procellis,sed quasi peruigiles nautæ gubernatorem excitemus,qui non seruiat,sed imperet ventis,qui etsi iam non dormiat sui corporis somno, caueamus tamẽ, ne nostri corporis somno nobis dormiat,& quiescat. Bene autem arguunt qui præsente Christo timebant,cum vtique ibi aderat, q̃ perire non posset. BEDA. Cui simile est,cp post mortem discipulis apparẽs exprobrauit incredulitatẽ eorum,& hc tumidis gurgitibus sedatis,patefecit cunctis potentiam suæ diuinitatis.

f ¶ CHRY. Saluator nauigando vnã cum discipulis ad portũ peruenit.vnde dicitur:¶ Et nauigauerũt ad regio.Gerazæ, quæ est contra Galilæam.TITVS: Veraciora exemplaria nec Gerazæ norum habent,nec Gadarorum,sed Gergezinorum.est.n.Gadara ciuitas in Iudæa:stagnum aũt vel mare, nullatenus inuenitur in ea,sed Geraza ciuitas Arabiæ est,nec stagnum, nec mare iuxta habens.Est aũt Gergeza a qua Gergesei vrbs antiqua iuxta Tyberiadem stagnum,circa quã est rupes stagno vicina,in quod ostenditur deiectos fuisse porcos a dæmonibus,quia tamen Geraza, & Gadara confinium habent cum terra Gergezinorum. verisimile est inde ad horum terram porcos fuisse adductos. BEDA. Geraza nomine vrbs est insignis Arabiæ trans Iordanem iuncta mõti Galaad,quã tenuit tribus Manasse,non longe a stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt. CHRY. Cum autem dns descendisset a mari, occurrit ei aliud terribilius miraculum. nam dæmoniacus tam quàm seruus videns dñm seruitutem confitetur.vnde sequit. ¶ Et cum egressi esset ad ter,occur.ei vir quidam qui dæmonium habebat iam tpibus multis: AVG.de Con.Euan. ꝑ Matthæus duos Lib.2. c.24.
dicit fuisse dæmoniacos. Marcus autem & Lucas vnũ commemorant,intelligas vnum eorum fuisse personæ alicuius clarioris, & famosioris,quem regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimum satagebat. Hoc volentes significare duo Euangelistæ solum commemorandum iudicauerunt,de quo facti huius fama latius præclariusque fragauerat. CHRY. Vel Lucas elegit ex illis duobus eum, qui seuior erat. vnde flebilius narrat eius infortunium cum subdit. ¶ Et vestim.non indue. neq; in do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma.sed in mo. Visitant autem dæmones mortuorum sepulchra, volentes imbuere homines periculosa doctrina, quòd scilicet mortuorum animæ dæmones sunt. CYRIL. Quòd autem nudus petebat defunctorum sepulchra, dæmonia ferocitatis erat indicium: permittit autem quosdam diſpeſatiue Deus ſubeſſe dæmonibus, vt nos perpendamus eos quales ſunt dæmones erga nos, vt rẽ nuamus ei ſubiici vel le, & ſic vno patiente ædificantur quamplures. CHRY. Quia vero hominem eum populi fatebantur acceſſerunt dæmones diuinitatem prædicantes ipſi⁹, quam etiam mare ſua tranquillitate clamauerat: vnde ſequitur. {Is vt vidit Ieſum proci. ante il. & excl. vo. ma. & dixit:} CYRIL. Attendas hic timorem annexũ audaciæ, & deſperationi multæ, ſignum enim diabolicæ deſperationis eſt in audendo dicere. {Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi?} Timoris vero cum præcatur. {Obſecro te, ne me torqueas. Sed ſi noſti eũ eſſe filium Dei altiſſimi, fateris eum Deum cœli & terræ, & eorum quæ continentur in eis. Qualiter igitur non tua, immo ſua vſurpas, & dicis: {Quid mihi & tibi? Quis autem principum terreno rũ omnino ſubſtinebit a Barbaris laceſſiri ſuo ſubiectas imperio? vnde ſequitur: {Præcipie. n. ſpiritui mun. vt exi ab homine.} Et neceſſitatem præcepti oſtendit ſubdens. {Multis enim tẽ. arri. il. & vincie. ca. & compedibus cuſto. & ru. vin. age. a demo. in deſerto.} CHRY. Vnde quia nemo audebat dæmoniacum tenere: ipſe Chriſtus ad eum vadit allo quens ipſum. Sequitur. {Interroga. au. il. Ie. di. Quod ti. no. eſt.} Non velut inſcius nomen inquirit, ſed vt confeſſa peſte quam tolerabat, virtus curantis gratior emicaret. BEDA. Sed & noſtri temporis Sacerdotes qui per exorciſmi gratiam dæmones eiicere norunt, ſolent dicere patientes non aliter valere curari, niſi omne quod ab immundis ſpiritibus vigilantes dormienteſue pertulerint, confitendo patenter exponant, & maxime quando corporis humani conebitum petere ſe, ac patrare confingunt. vnde & hic confeſſio ſubditur. {At ille dixit: Legio. quia intra demo. mul. in eum.} GREGO. Niſſenus: Imitantes quidam dæmones ſupernas malitias, & legiones Angelicas dicunt ſe legionem, ſicut & eorum princeps dicit ſe poſituru thronum ſuper aſtra, vt ſiat altiſſimo ſimilis. CHRY. Poſtquam autem dominus ſuperuenerat, dæmonibus creaturam Dei pertur bantibus, putabant eum propter exceſſum eorum quæ fiebant nõ expectare tempus ſupplicii, & quia culpam diffiteri nõ poterant, inſtant ne cito ſuſtineant pœnam. vnde ſequitur. {Et roga. il. ne im. il. vt in abyſ. irent.} THEO. Quod quidem poſtulant dæmones volentes adhuc cum hominibus conuerſari. CYRIL. Hoc autem palam eſt, quòd æmulæ cæteruæ maieſtatis diuinæ, ineffabili potenita Saluatoris detrudebantur ad infernũ. MAXI. Statuit autem Deus vnicuique manere ei peccatorum conſonam pœnam, gehennam ignis propter carnis incendium, ſtridorem dẽtium propter riſum laſciuum, intolerabilem ſitim propter voluptatem & crapulam, peruigilem vermem propter obliquum, & malignum cor, caliginem perpetuam propter ignorantiam, & fallaciam, lymbum abyſi propter ſuperbiam. vnde dæmonibus tãquam ſuperbis abyſſus delegatur: Sequitur, {Erat autem ibi grex mul. por. paſcentium in monte. AVG. de Conſ. Euange. Quod Lib.2.c.24. Marcus dixit circa montem fuiſſe gregem porcorum: Lucas autẽ in monte, non repugnat. grex enim porcorum tam magnus fuit, vt aliquid eius eſſet in monte aliquid circa montem: erant enim duo millia porcorum, ſicut Marcus expræſsit. AMBRO. Dæmones autem cœleſtis luminis claritatem ſuſtinere non poterãt, vt qui oculos dolent radios Solis ferre non poſſunt. CYRIL. Et ideo turba immundorum ſpirituum petit mitti in conformẽ ſibi gregem immundorum porcorum. Sequitur. {Et roga. eum, vt permit. eos in il. ingredi. ATHA. in vita Antonii. Quòd ſi ſuper porcos poteſtatem non habent: multo magis nullum habent dominium contra homines factos ad imaginem Dei. oportet ergo Deum ſolum timere: contemnere autem illos. CYRILL. Dominus autem conceſsit eis poteſtatem, vt hoc inter cætera ſiat nobis cauſa ſalutis, & roboris ſpes. Sequitur: {Et permiſit illos.} Conſiderare ergo oportet, quòd dæmones prauiſunt, & hoſtiles his, qui eis ſunt ſubditi, vt poteſt patere ex eo, quòd præcipitauerunt, & ſuffocanerunt in aquis. vnde ſequitur. {Exie. ergo dæmo. ab ho. & intra. in por. & impe. abiit grex per præceps in ſta. & ſuffo. eſt.} Et ideo conceſsit eis Chriſtus petentibus, vt ex euẽtu apperet quam ſint crudeles. Erat etiã neceſſarium oſtendere filium Dei prouidentiam rerum habere non minus q̃ pater, vt æqualitatis decor in vtroque appareat. TITVS. Fugam autem paſtores arripiunt, ne cum porcis perirent. vnde ſequitur. {Quod vt vide. fa. qui paſce. ſu. & nuncia. in ciuit. & in vil. & huiuſmodi terro. ciui. intulerũt. Duxit autem eos ad Saluatorem damni neceſſitas. Sequitur. {Exie. au. vide. quod fa. eſt, & ve. ad Ieſum.} Vbi cõſidera, q̃ dum Deus homines punit in rebus confert beneficium animabus. Cum autẽ profecti eſſent, viderunt ſanum eum qui ingiter vexabatur. Sequitur. Et inue. ho. ſe. a quo dæmo. exi. veſtitum. Qui antea continuo nudus erat, {ac ſana mente ad pedes eius.} non enim diſcedit a pedibus, a quibus eſt nactus ſalutem, & ſic agnoſcentes ſignum, mirati ſunt paſſionis remedium, & obſtupuerunt in facto. Sequitur. {Et timuerunt.} Hoc autem factum partim viſu cõperiunt, partim verbis audiuerant. Sequitur: {Nunciauerunt autem illis qui viderant quomodo ſanus factus eſt a legione. Oportebat autẽ eos ſupplicare domino ne inde recederet, ſed cuſtos eſſet regionis ne dæmones haberent acceſſum ad eos: ſed præ timore propriam ſalutem amiſerunt: rogantes Saluatorem recedere. Sequitur. {Et rog. il. om. multitu. regionis Gerazenorum, vt diſcederet ab ipſis, quia timore magno tenebantur.} THEO. Timebant enim nẽ iterum damnum aliquod paterentur, ſicut paſsi fuerant in ſubmerſione porcorum. CHRY. Attendas autem Chriſti humilitatem, poſtquam enim collatis a ſe talibus beneficiis emittebant eum, non obſtat, ſed diſcedit. eos qui ipſos indignos ſua doctrina promulgauerant reliquens. Sequitur. {Ipſe autem aſcendens nauim reuerſus eſt.} TITVS. Sed eo diſcendente, ille, qui paſſus fuerat a Saluatore non diſcedit. Sequitur. {Et rogabat illum, a quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. THEO. Nam ſicut expertus timebat ne forte elongatus a Ieſu, rurſus dæmonibus eſſet paratus, dominus autem oſtendit ei, quòd quamuis non ſit cum eo præſentialiter, tamen poteſt eum gratia ſua protegere. Sequitur enim: {Dimiſit autem eum Ieſus dicens: Redi in domum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus. Non autem dixit: Quanta tibi feci ego, formam præbens humilitatis, vt rectitudines noſtras referamus in Deum. TITVS. Nec tamen præuaricatur in lege veritatis, quicquid enim filius operatur, pater operatur: Cur autem qui vbique omnes liberatos monebat nulli dicere huic liberato a legione dicit, narra quanta tibi fecit Deus, quia ſcilicet tota regio illa Deum ignorabat irretita cultibus dæmonium. Vel verius, quandoquidem ad patrem retorquet miraculum dicit. {Narra.} cum vero loquitur de ſeipſo monet nulli dicere. Ille autem qui liberatus eſt a dæmonibus: nouerat Deum eſſe Ieſum, & ideo prædicauit quanta fecit illi Ieſus. Sequitur enim: {Et abiit per vniuerſam ciuitatem prædicans quanta illi fecit Ieſus. CHRYSOSTOMVS. Et hic illos qui ſe indignos ſua doctrina promulgauerant derelinquens ſtatuit eis eum in magiſtrum, qui fuerat a dæmonibus liberatus. BEDA. Myſtice autem Geraſa ſignificat nationem Gentiũ, quas poſt paſsionem, & reſurrectionem ſuam dominus per prædicatores viſitauit, vnde Geraſa, vel Gergeſi, vt quidam legunt, interpretatur colonum eiiciens, ideſt diabolum, a quo prius incolebatur, vel aduena propinquans, qui prius longe erat. AMBROSIVS: Licet autem diſcordet numerus narratorum a Chriſto ſecundum Lucam & Matthæum, tamen concordat myſterium. Vt enim iſte qui habebat dæmonium populi Gentilis eſt figura, duo quoque illi ſimiliter figuram populi Gentilis accipiunt, quoniam cum tres filios Noe generauerit: Sem, Cham, & Iaphet: Sem tantummodo familia in poſſeſſionem aſcita eſt Dei, ex duobus illis diuerſarum nationum populi

populi pullularunt, qui multis, inquit, temporibus habebat dæmonium, vtpote, qui a diluuio vſq; ad aduentum domini vexabatur. Nudus autem erat, quia tegumentum naturæ ſuæ & virtutis amiſit. AVG. de Quæſt. euan. In domo non habitabat: hoc eſt in cõſcientia ſua non requieſcebat. In monumentis manebat, ideſt in mortuis operib⁹, hoc eſt peccatis delectabatur. AMBRO. Vel quid ſunt corpora paſtorum, niſi quædam ſepulchra, in quibus Lib.2.q.13. Dei verba non habitant? AVGV. de Quæſt. euang. Quòd autẽ compedibus fereis, & cathenis ligabatur, ſignificat graues & duras leges Gẽtium, quibus etiam in eorum republica peccata cohibentur, q̃ autem vinculis talibus diruptis agebatur a dæmonio in deſertũ, ſignificat q̃ etiam ipſis tranſgreſſis legibus ad ſcelera cupiditate ducebatur, quæ iam vulgarem conſuetudinem excederet, q̃ vero in eo legio dæmonum erat, ſignificatæ ſunt gentes quæ multis dæmonibus ſeruiebant. q̃ in porcos paſcentes in montibus dæmonia ire conceſſa ſunt, ſignificat etiam immundos, & ſuperbos homines, quibus dæmonia dominantur propter idolorum cultus. AMBRO. Porci. n. hi ſunt, qui immundorum vſu animalium vocis, & rationis expertes, lutulentis vitæ ſuæ actibus, naturaliter coinquinauerunt ornamenta virtutum. AVG. de Quæſt. euan. q̃ autem in ſtagnum præcipitati ſunt, ſignificat q̃ iam clarificatur eccleſia, & liberato populo Gentium a dominatione dominorum, in abditis agunt ſacrile Lib.2.q.13. gos ritus ſuos, qui Chriſto credere noluerunt, cæca & profunda curioſitate ſubmerſi. AMBRO. Impetu autem feruntur in præceps, quoniam nullius meriti contemplatione reuocantur, ſed tãquam de ſuperioribus ad inferiora per improbitatis procliue detruſi, inter fluenta mundi huius intercluſo pereunt ſpiritus commeatu. Neque enim in his, qui fluido æſtu voluptatis hucatque illuc feruntur illius ſpũ poteſt eſſe vitale commercium. Videmus igitur, quia homo ipſe ſuæ eſt auctor erumnæ: nam niſi quis porci more vixiſſet, numquam accepiſſet in eum diabolus poteſtatẽ, aut ſi accepiſſet non ut perderet, ſed vt probaret. & fortaſſe diabolus, quia poſt domini aduentum bonos iam deprædari non poterat, non omnium hominum, ſed leuium quærit interitum, vt latro non armatis, ſed inſidiatur inermibus. Viderunt hoc magiſtri græcum, & fugerunt. Neque enim vel philoſophiæ profeſſores, vel principes Synagogæ pereũtibus populis poſſunt ferre medici Lib.2.q.13. nam. ſolus eſt Chriſtus, qui aufert peccata populorum. AVG. de Quæſt. euan. Vel q̃ porcorum paſtores fugientes iſta nunciauerũt, ſignificat quoſdam primates impiorum tamquam Chriſtianam legem fugientes: potentiam tamen eius pergentes ſtupendo, & mirando prædicare, q̃ autem Geraſeni cognoſcentes quod factũ eſt, rogãt Ieſum, vt ab eis diſcederet magno timore perpulſi, ſignificat magnitudinem vetuſta ſuauitate delectatam, honorare quidem, ſed nolle pati Chriſtianam legem, dum dicunt, q̃ eam implere nõ poſſunt. Admirantes tamen fidelem populum a priſtina perdita conuerſatione ſanatum. AMBRO. Vel in Geraſenorum ciuitate ſpecies ſynagogę videtur exiſtere, qui rogabãt, vt diſcederet, quia timore magno tenebantur. Infirma enim mens non capit Dei verbum, nec poteſt pondus ſuſtinere ſapientiæ. Et ideo diuti⁹ moleſtus non fuit, ſed aſcendit ab inferioribus ad ſuperiora: Synagoga. ſad eccleſiam, & egreſſus eſt per ſtagnum. nemo enim de eccleſia ad Synagogam ſine periculo tranſit ſalutis: ſed ille qui de Lib.2.q.13. Synagoga ad eccleſiam tranſire deſiderat, crucem ſuam tollat, vt diſcrimen euadat. AVG. de Quæſt. euan. Quòd autem ille ſanatus cupit iam eſſe cum Chriſto, & dicitur ei. Redi in domum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus, ſic intelligitur, vt ſic quiſquis intelligat poſt remiſſionem peccatorum redeundum ſibi in conſciẽtiam bonam, ſicut in domum, & ſeruiendum euangelio propter aliorum ſalutem, vt deinde cum Chriſto requieſcat, ne cum præpropere vult eſſe cum Chriſto, negligat myſterium prædicationis Lib.2.c.28. fraternæ redemptioni accommodatum.

§ ¶ AVGVSTINVS de Conſenſu Euangeliſtarum. Poſt narratum ante Geraſenos miraculum, tranſit ad narrandum de Archiſynagogi filia dicens. {Factum eſt autem cum rediſſet Ieſus excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum.} Lib.2.c.28. THEO. Simul quidem propter doctrinam, & propter miracula. AVGVSTINVS de Conſen. Euangeliſ. Quod vero adiungit: {Et ecce venit vir, cui no. Iarius.} non continuo factum accipiendum eſt, ſed prius illud de conuiuio publicanorum, ſicut narrat Matthæus, cui rei ſic coniungit hoc, vt non poſſit aliud factum conſequenter intelligi. TITVS. Eſt autem poſitum nomen Iudæorum cauſa, qui tunc nouerunt quod accidit, vt nomen demonſtratio miraculi fiat. Acceſſit autem non aliquis infimorum, ſed princeps Synagogæ, vt timore tenebantur. Ipſe autem aſcẽdens nauim, reuerſus eſt. Et rogauit illum vir, a quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Ieſus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatem, prædicans quanta feciſſet illi Ieſus. B Factum eſt autem cum rediſſet Ieſus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir, cui nomẽ Iairus, & ipſe princeps Synagogæ erat, & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt intraret in domũ eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, a turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat oẽm ſubſtãtiã ſuã, nec ab vllo potuit curari. C Aduenerat autem dominus: non vt iudicaret mundum, ſed vt ſaluaret, quapropter non examinat dignitatem petentis, ſed æquanimiter arripit opus, ſciens quòd maius erat futurum quod quærebatur: vocabatur autem ad remedium ægrotantis, nouit autem ſe ſuſcitaturum iam mortuam, & inſterturum terrenis firmam ſpem reſurrectionis. AMBROSIVS: Suſcitaturus autem mortuam ad faciendum fidem, Emorroiſſam ante curauit, ſicut & reſurrectio temporalis in paſſione domini celebratur, vt perpetua illa credatur. {Et contigit dum iret, a turba: compremebatur.} CYRILLVS: Quod maximum erat indiciũ, quòd veram carnem induerat, & omnem conculcaret ſuperbiam: neque enim a longe ſequebantur, ſed eum circundabãt. GREGO. Quædam autem mulier graui morbo detenta, ob cuius infirmitatis curam medici omnes diuitias conſumpſerant, ſolam ſpem in tanta diffidentia reperit, vt procideret domino, de qua ſequitur. {Et mulier, quę erat in flu. ſan. ab an. duod. quæ in me. ero. oẽm ſubſtan. ſuam. nec ab il. po. cu. ac retro.} TITVS: Qualiter autem non eſt digna præconio hæc mulier, quæ viribus extinctis corporeis ob continuum ſanguinis fluxum, & tanto populo concurrente circa illum affectu roborata, & fide petierat populum, & retro latens tetigerat fimbriam veſtimenti. Sequitur. {Tetigit fimb. veſtimen. eius.} CYRIL. Neque enim licebat immundis, vel tangere quemquam ſanctorum, vel appropinquare viro ſancto. CHRY. Ritu autem legis huiuſmodi paſsio reputabatur immunditia magna, aliter etiam. Nondum enim nec ipſa habebat dignam opinionem de eo: non enim putauiſſet latere, ſed tamen confiſa de ſanitate accedit. THEOPHYLVS. Sicut autem cum aliquis oculum lucernæ lucenti adhibet, aut igni ſpinas ſtatim operationem illorum experitur: ſic quidem qui fidem affert, potenti curare ſtatim curationem conſequitur. {Et conſe. ſte. flu. ſangui. eius.} CHRY. Non autem ſola veſtimenta ipſius mulierem ſaluarunt: nam & milites ſortiti ſunt ea inter ſe, ſed fides eius intentio. THEO. Credidit enim & ſaluata eſt. & vt congruum fuit, primo tetigit Chriſtum intellectualiter: deinde corporaliter. GRECVS. Audiuit autem dominus tacitas mulieris conſiderationes tacens liberauit tacentem: paſſus ſua ſponte ſanitatis rapinam: ſed poſtea miraculum publicat. vnde ſequit. {Et ait Ieſus, quis eſt qui me tetigit?} CYRI. Non enim latuit dominum perpetratum miraculum, ſed qui cuncta cognoſcit, quaſi neſciret interrogat. GRECVS: Neſcientibus autem diſcipulis quod quærebatur, ſed putantibus de ſimplici quodam tactu dicere: domini quæſtioni reſpondent. Sequitur enim: Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cũ illo erant: præceptor, turbæ te compri. & affli. & dicis: quis me tetigit?} Et ideo dominus tactum ſua reſponſione diſtinguit. Sequitur enim: {Et dixit illis Ieſus: Tetigit me ali} ſicut etiam dicebat. Qui habet aures audiendi, audiat. quamuis omnes habeant huiuſmodi corporaleam auditum, ſed non eſt vere audire, ſi audiatur incaute, nec vere rangere, ſi infideliter tangantur.

Universidad de Deusto Biblioteca

CYRIL. Propalat autem consequenter quod factum est, cum subditur. {Nam & ego noui virtutem de me exisse:} Materialius respondet secundum opinionem audientium: hic tamē nobis manifestat, ꝙ ipse verus est Deus, & ex eo quòd prodigaliter factum etiam ex sermonibus: transcendit. n. naturam nostram, & forsan angelicam posse quēquam virtutem emittere quasi a propria natura. Conuenit autē hoc soli supremæ naturæ: nulla nāque creaturarum aliquam gerit saluandi potestatem, vel etiam aliqua alia. s. miracula faciendi, sed diuinitus præstitam. non enim ambitiosæ gloriæ non dimisit latere diuinæ virtutis ostensionem, qui multoties præceperat taceri sua miracula; sed quia spectabat ad vtilitatem eorum qui vocabantur per fidem ad gratiam.

Accessit retro, & tetigit fimbriā vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus. Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant. Præceptor, turbæ te comprimūt & affligunt, & dicis: quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis? Nam & ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier, quia non latuit: tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigit eum indicauit coram omni populo. & quemadmodū confestim sanata sit. At ipse dixit ei. Filia, fides tua saluā te fecit. Vade in pace. h Adhuc illo loquēte, venit quidam ad principem Synagogæ dicēs ei, quia mortua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere.

CHRY. Primo enim soluit fœmineum mœtum, ne remorsum conscientiæ pateretur quasi surripiens gratiā. Secundo corrigit eam, quia latere putauerat. Tertio fidem eius exprimit cunctis, vt & alii imitentur, proditq; non minus miraculū retentione sanguinis: dum ostendit sibi cuncta patere. CYRIL. Insuper principem Synagogæ persuadebat indubitabiliter credere, ꝙ a laqueis mortis eripiet filiam eius. CHRY. Ob hoc aūt dominus non statim eam manifestauerat, vt ostēso ꝙ omnia sibi liquent, faciat mulierem prædicare, quod factum est vt suspitione miraculum careat. vnde sequitur. {Videns autem muli, quia non la. eum tre. ve. proci. ante pedes eius, & ob quam causam teti. eum indica. cor. om. po. & quēad. confestim sa. sit.} ORIG. Eandem autem sanitatem, quam nacta est mulier ex contactu verbis confirmauit Saluator. vnde sequitur. {At ipse dixit illi; Filia, fides tua te sal. fe. vade in pace.} idest: esto sana tuo flagello, & sanat quidem primo per fidem animam: deinde vero corpus. TITVS. Vocat autem filiam iam fidei causa sanatam: fides enim gratiam adoptionis impendit. EVSE. in Eccle. Histo. (Lib. 7. c. 14.) Dicunt autem hanc mulierem in Pameade, quæ est Cæsarea Philippi: vnde fuit oriunda statuisse triumphos insignes collati sibi beneficii a Saluatore, stabat namque super altam basim ad limina domus eius Aeneum simulacrum mulieris flexis genibus, manibusque iunctis quasi præcaretur, ex cuius opposito aliud erectum simulacrū ad instar viri, eiusdemque materiæ amictum diploide, & manum versus mulierem extendens, ante cuius pedes super ipsam basim aliena species plātæ orta, quæ vsque ad aeneæ diploidis oras pertingens, medicina omnium passionum esse ferebatur. Hanc autem statum dicebat repræsentare Christum, quam Maximus destruxit. AMBRO. Mystice autem reliquerat in Gerasenis Synagogam Christus, & quem sui non receperant, recepimus alieni. BEDA. Vel in fine sæculi dominus est ad Iudæos rediturus, atque ab eis per fidei confessionem libenter excipiendus. AMBRO. Quem autem putamus Synagogæ principem esse nisi legem, cuius contemplationē dominus Synagogā non pœnitus dereliquerit. BEDA. Vel princeps Synagogæ Moyses intelligitur. vnde bene Iairus. i. illuminās vel illuminatus vocatur, quia qui accipit verba vitæ dare nobis, & per hoc cæteros illuminat, & a spiritusancto illuminatur. cecidit aūt Archisynagogus ad pedes Iesu, quæ legislator cum tota patrum progenie Christum in carne apparentem longe sibi præferendum esse cognouit. Si enim caput Christi Deus: conuenienter pedes accipiendi sunt incarnatio qua terram nostræ mortalitatis tetigit. rogauit autem intrare in domum eius, quia eius videre desiderabat aduentum. Filia autem vnica eius est Synagoga; q̄ sola legali est institutione cōposita, quæ duodecimo ætatis anno, hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter a Prophetis educata, postquàm ad intelligibiles annos peruenerat, in quibus spirituales Deo fructus gignere debebat, subito errorum languore consternata, spiritualis vitæ viam amisit. etsi Christus non succurreret corruisset in mortem, ad puellam autem sanandam pergens dominus a turba comprimitur, quia genti Iudeæ salutaria monita præbens, carnalium populorum est consuetudine grauatus. AMBRO. Ad hanc autem principis filiam dum properat Dei verbum, vt saluos faceret filios Israel, sancta ecclesia ex gentibus congregata, quæ inferiorum lapsu criminum deperibat: paratam aliis fide præripuit sanitatem. BEDA. Dupliciter autem sanguinis fluxus potest intelligi, hoc est, & super idolatriæ prostitutione, & super his quæ carnis & sanguinis oblectatione patrantur. AMBRO. Quid autem sibi vult, quòd hæc principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborauit, nisi vt intelligatur: quia quàm diu Synagoga viguit, laborauit ecclesia? BEDA. Vna enim pene sæculi ætate Synagoga in Patriarchis nasci cœpit, & Gentilium nationem idolatria fœdauit. AMBRO. Sicut autem illa in medicis erogauerat omnem substantiam suam: ita cōgregatio gentiū amiserat omnia dona naturæ. BEDA. Medicos autem intellige siue falsos Theologos, siue Philosophos, legumque doctores sæcularium, q multa de virtutibus vitiisque differentes, vtilia se viuendi instituta mortalibus dare promittebant, seu ipsos immundos spiritus, qui velut hominibus consulendo, se pro Deo colendos ingerebant, quibus audiendis, Gentilitas, quantomagis naturalis industriæ vires expenderat, tanto minus potuit ab iniquitatis suæ sorde curari. AMBROSIVS. Audiens autem ægrotare populum Iudæorum, sperare cœpit salutis suæ remedium. Tempus venisse cognouit, quo medicus adesset de cœlo, surrexit vt occurreret fide promptior, pudore contractior. hoc enim est pudoris, & fidei agnoscere infirmitatem, non desperare veniam: verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanatam se esse cognouit, sic sancta plebs Gentium, quæ Deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit, vt crederet, deuotionem exhibuit, vt rogaret, sapientiam induit, vt sanitatem suam ipsa sentiret, fiduciam sumpsit, vt fateretur, quòd præripuisset alienum. Retro autem tangitur Christus, quia scriptum est: Post dominum Deum tuum ambulabis. BEDA: Et ipse ait: Siquis mihi ministrat, me sequatur. siue quia præsentem in carne dominum non videns, vel quia peractis dispensationis sacramentis per fidem cœpit vestigia eius subsequi. GREG. 3. Moral. (Cap. 14. & 15.) Præmente autem turba vna Redemptorem nostrum mulier tetigit, quia carnales quique in ecclesia eum comprimunt, a quo longe sunt, & soli tangunt, qui huic veraciter humiles adiunguntur. Turba igitur præmit & non tangit, quia & importuna est per præsentiam, & absens per vitam. BEDA. Vel vna credula mulier dominum tangit, quia qui diuersis hæresibus inordinate affligitur, solo catholicæ ecclesiæ corde fideliter quæritur. AMB. Non enim credunt qui comprimunt: credunt qui tangunt. fide tangitur Christus, fide videtur. Denique vt fidem credentis exprimeret, dicit: Ego cognoui virtutē de me exisse, quod est euidentius indicium, quia non intra possibilitatem conditionis humanæ, atque intra corporis claustrum diuinitas coarctata est, sed vltra fines nostræ mediocritatis virtus exundat æterna. non enim humana ope plebs Gentium liberatur: sed Dei munus est congregatio nationum, quæ etiam breui fide misericordiam inclinat æternam. Nam si consideremus quanta sit fides nostra, & intelligamus quantus sit Dei filius, videmus, quia comparatione eius fimbriam tm̄modo tangimus, superiora vero vestimenti eius nequiuimus attingere. Si igit & nos curari volumus, fide tāgamus fimbriā Christi, nō aūt latet eum quicūque tetigerit. Beatus qui extremā partem verbi tetigerit, nam totum quis potest comprehendere. h ¶ CHRY. Oportune dominus expectabat puellæ mortem, vt propalaretur resurrectionis miraculum, propter quod & tardius incedit, & loquitur cum muliere diutius, vt Archisynagogi filia expiraret. & huius aduentus nuncii aduenirent. Dicitur: {Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem Synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua, noli vexare illum.} AVGV. de Consen. Euangeli. Sed cum Matthæus Archisynagogum non morituram filiam suam, narret domino nunciasse, sed omnino defunctam, Lucas autem, & Marcus nondum mortuam, vsque adeo, vt dicant venisse postea qui mortuam nunciarent, considerandum est ne repugnare videatur. Et intelligendū est breuitatis hoc causa Matthæum potius dicere voluisse, rogatum esse dominum, vt faceret quod eum fecisse manifestum est. s. mortuam suscitaret. Attendit enim nō verba patris de filia sua, sed quod est potissimum, voluntatem. Sanè si alii duo vel quisquàm eorum partem commembrasset dixisse, quòd venientes de domo dixerunt, vt iam non vexaretur Iesus, quia puella mortua fuisset, repugnarent eius cogitationi verba quæ posuit Matthæus. Nunc vero illud nunciantibus, & prohibentibus ne magister veniret, nō legitur ꝙ ipse consenserit. vnde dn̄s non diffidentem reprehendit, sed credētem robustius

robustius confirmauit. vnde sequitur. {Iesus autem au. hoc ver. resp. pa. pu. no. ti. sed crede tantum, & salua erit. ATHANA. Fidem dominus exigit ab inuocantibus eum, non quia indiget adminiculo aliorum: ipse namque & dominus & largitor est fidei. Sed ne videretur ex acceptione personarum sua dona conferre, ostendit, ꝙ credentibus fauet, & ne sine fide accipiāt beneficia, & ea per infidelitatē aboleant. vult enim benefaciēs durare gratiam, & sanans inconcussum permanere remedium. THEO. Mortuam autem suscitaturus, eiecit omnes quasi nos docens absque inani gloria esse, & nihil ad demonstrationem facere. & ꝙ cum quis debet miracula perpetrare, nō decet ipsum eē in medio plurimorum, sed solitarium & ab aliis separatum.

Crede tantum & salua erit. Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illā. At ille dixit: Nolite flere. Non est mortua puella, sed dormit. Et deridebāt eum, scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: Puella, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent qđ factū erat:

CAP. IX.

Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis: dedit illis virtutem & ptātē sup oīa dæmonia, & vt languores curarēt. Et misit illos pđicar regnū Dei, & sanare īfirmos.

vnde sequitur: {Et cum peruenisset ad domum non permittit intrare secum quemquam nisi Petrum, & Ioannem, & Iacobum, & patrem & matrem puellæ.} Solos autem hos intromisit tamquam discipulorum vertices, & potentes miraculum occultare. non enim volebat ipsum ante tempus pluribus reuelari, forte propter inuidiam Iudæorum. Sic & cum quis nobis inuidet, non debemus iustitias nostras ei reuelare, ne ei maioris inuidiæ occasio tribuatur. CHRY. Cęteros autem discipulos non assumpsit, prouocans eos ad appetitum maiorem, ob id quoque quòd nondum erant plene dispositi, vt & alij istos imitentur. Assumpsit etiam parentes in testes, ne quis dicere posset fallax esse resurrectionis indicium. Ad hoc etiam illud nota, quòd defluentes exclusit a domo, & indignos ostendit huius visione. Sequitur enim: {Flebant enim omnes & plangebant illā.} Quòd si tunc exclusit, multo magis nunc: tunc enim nondum patuerat in somnum mortem fuisse conuersam. Nullus ergo de cętero se contendat iniuriam inferens Christi victoriæ, qui superauit mortem & eam in somnum conuertit, ad cuius ostensionem subditur. {At ille dixit: Nolite flere. non est enim mortua puella, sed dormit.} Ostendens singula sibi fore in promptu, & quòd eam viuificaret, quasi suscitaret in somno, nihilominus tamen deridebant eum. Sequitur enim: {Et deridebant eum, scientes quia mortua esset.} Quos non obiurgauit, nec derisionem repressit, vt etiā derisio fiat mortis indicium. nam quia vt plurimum post acta miracula homines perseuerent increduli, verbis propriis eos præuenit. vt autem quasi per visum disponeret ad resurrectionis fidem tenet manum puellæ. vnde sequitur: {Ipse autem tenens manum eius, clamauit dicens: puella surge.} Cumq; tenuisset, suscitat eā. vnde sequitur: {Et reuersus est spiritus eius & surrexit continuo. Non enim infudit aliam animam, sed illam eandem, quæ expirauerat restituit. Nec solummodo suscitat, immo iubet etiam illam cibari. Sequitur enim: {Et iussit illi dare manducare.} ne scilicet phantasticum esse videatur quod factum est, nec ipse propinat: sed aliis mandat. Sicut & in Lazaro dixit: Soluite eum, ac deinde participem mensę fecit. GRAECVS. Deinde stupefactos miraculo & penè clamantes parentes cohibet, ne factum prædicent. Sequitur enim: {Et stupuerunt parētes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent, quod factum erat.} Ostendens, quòd largitor bonorū est, non autem cupidus gloriæ, datq; totum nihil recipiens. Qui vero venatur operum gloriam aliquid quidem exhibuit, aliquid vero recepit. BEDA. Mystice autem saluata a fluxu sanguinis muliere, mox filia principis mortua nunciatur, quia dum ecclesia a vitiorum labe mundata est, continuo synagoga perfidia atque inuidia soluta est. Perfidia quidem, quia in Christum credere noluit, inuidia vero, quia ecclesiam credidisse doluit. AMBR. Adhuc autem & seruuli principis increduli erant ad resurrectionem, quam Iesus in lege prædixit, in euangelio compleuit. vnde dicunt: {Noli vexare illum:} quasi sit sibi impossibile suscitare mortuam. BEDA. Vel per eos significatur, qui a Deo destitutum synagogę statum vident, vt restaurari posse non credant. ideoque pro suscitatione illius supplicandum esse estiment, sed quia impossibilia sunt apud homines. vnde dominus ei dixit: {Noli timere, crede tantum & salua erit.} Pater puellæ cætus doctorum legis accipitur, qui si credere voluerit etiam subiecta ei synagoga salua erit. AMBRO. Itaque cum venisset in domum, paucos futuræ resurrectionis arbitros asciuit, non enim a multis continuo est credita resurrectio. Quæ tamen tantæ diuersitatis est causa? Supra publice filius viduæ suscitatur, hic remouentur plures arbitri, sed puto quòd pietas ibi domini declaratur, quia vidua mater vnici filij non patiebatur moras. est enim forma sapientiæ in filio viduæ cito ecclesiam credituram. In archisynagogi filia credituros quidem Iudæos, sed ex pluribus pauciores. Denique dicente domino: {Non est mortua puella, sed dormit, deridebant eum. Quicumque enim nō credit, irridet. Fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos, vbi resurrectionis fides ē, nō mortis species, sed quietis est. BEDA. Synagoga etiam, quia sponsi lætitiam qua viuere possit amisit, quasi inter plangentes mortua iacēs, nec hoc ipsum quare plāgatur, intelligit. AMBRO. Tenens autem dominus manum puellæ sanauit eam, beatus enim ꝗ cuius manus sapientia teneat, inducat in penetralia sua, iubeat manducare, panis enim cælestis est Dei verbum. inde & illa sapientia, quæ Dei corporis & sanguinis altaria repleuit alimentis. Venite inquit, edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. BEDA. Surrexit autem puella continuo, quia Christo manum confortante, homo a morte animæ resipiscit. Sunt enim nonnulli qui iacente tantum cogitatione peccati sibi mortem cōsciscunt, sed tales se viuificare significans dominus, suscitauit filiam archisynagogi. Alij vero ipsum malum quod delectantur agendo, mortuum suum quasi extra portas efferunt, & hos se suscitare demonstrans, suscitauit filium viduæ extra portas ciuitatis. Quidam vero etiam peccati consuetudine se quasi sepeliendo corrumpunt, & ad hos etiam erigendos adest gratia saluatoris, ad quod intimandum resuscitauit Lazarum quatuor dies in monumento habentem. Quanto autem grauior est mors animæ, tanto acrior pęnitentis feruor insistat. vnde iacentem in conclaui mortuam leui voce resuscitat, delatum foras iuuenem pluribus dictis corroborat. Ad quatriduanum vero suscitandum fremuit spiritu, lachrymas fudit, & voce magna clamauit. Sed & hic notandum, quòd publica noxia publico egent remedio, leuia peccata, secreta queunt pænitentia deleri. Puella in domo iacens paucis arbitris resurgit, iuuenis extra domum turba multa comitante suscitatur, Lazarus de monumento vocatus multis populis innotuit.

CAP. IX.

CIRYLLVS. Decebat institutos ministros sacrarum doctrinarum posse mira peragere, & per ipsos effectus credi quòd essent Dei ministri. vnde dicitur: {Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia.} In quo eleuatum supercilium diaboli flectit, qui dicebat aliquando. Non est qui contradicere valeat. EVSE. Et vt per eos venetur genus humanum, non solum dat eis vt prauos spiritus pellant, sed etiam quamlibet infirmitatem sanent ex eius imperio. vnde sequitur: {Et vt languores curarent. CIRYL. Attendas hic diuinam filij potestatem naturæ corporali non cōuenientem, agere namque miracula aderat sanctis, non natura, sed participatione spiritussancti. Super hoc autem aliis concedere potestatem prorsus alienum erat ab eorum virtute. Qualiter enim posset natura creata super spiritus dona possidere dominium? At dn̄s noster Iesus Christus tamquā naturaliter Deus existens impertitur huius gratiam quibus vult, non inuocans in eos alienā virtutem, sed infundens ex promptuariis propriis. CHRY. Postquam autem satis confortati fuerant ex eius comitiua, & competens nacti sunt argumentum virtutis eius, mittit eos. vnde sequitur: {Et misit illos prædicare regnum Dei & sanare infirmos.} Vbi considera, ꝙ non committitur eis aliquod sensibile dicere, sicut Moyses & prophetæ, qui terram & bona terrena promittebant, hi vero regnum cælorum & quæcūque continentur in eo. GRE. Nazanzenus. Mittens aūt discipulos ad prædicandū dn̄s multa eis iniunxit, quorum summa est, sic eos virtuosos esse, sic cōstantes atq; modestos, & vt breuiter loquar, cælestes, vt non minus ꝑ eorum modum viuendi, q̄ propter verbum euangelica doctrina propagaretur. Et ideo cū ęris & baculi carentia & amictus singularitate mittebant. Et ideo subdit: {Et ait ad illos:} Nihil tuleritis in via, neque virgā neq; perā, neq; panē neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRY. Plurima quidem per hoc constituebat: primo quidem in suspectos reddens discipulos. secundo sequestrans eos a qualibet cura, vt totum studium adhiberent verbo. tertio docens eos propriam virtutem. Sed forsan dicet aliquis cætera quidem habere rationem: sed non habere peram in via, nec duas tunicas, nec baculum, cuius rei cā præcipit? Volens, scilicet excitare eos in qualibet diligētia. Et vt ita loquar ex hominib⁹ angelos faciebat eos: dirimens a qualibet cura vitæ, vt vna sola cura detineantur doctrinæ. EVSE. Volens igitur eos carere cupidine rerum in solicitudinibus vitæ, præstatus est hęc: sumebat enim experimentum fidei & animositatis eorum, qui habito in mandatis extremæ vitam ducere paupertatis non effugiunt, quæ iubentur: decebat enim eos quoddam commercium facere, & recipientes salubres virtutes recompensare obedientia mandatorum, & cum milites eos faceret regni Dei, accingit eos ad pugnam in hostes, monens colere paupertatem. nullus enim militans Deo implicat se vitæ sæcularis negociis. AMBR. Qualis ergo esse debeat, qui euangelizat regnum Dei, præceptis euangelicis designatur: hoc est vt subsidii sæcularis amminicula non requirat, fideique totus inherens, putet quo minus ista requirat: magis posse suppetere. THEO. Sic enim ipsos mendicos mittit, cp neque panes ipsos portare vult, nec aliquid aliud quib⁹ Lib.2.c.30. indigent multi. AVG. de Con.euan. Vel dominus hæc posside re discipulos, ac ferre noluit, non cp necessaria non sint subsistentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi monstraret ab illis quibus euangelium credentibus annunciarent, vt sic securi non possiderent, neque portarent huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit secundum Marcum, nec virgam ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. Hanc autem potestatem virgæ nomine significauit, cum diceret: Ne quid tollerent in via, nisi virgā tantū. AMBRO. Possunt etiam qui volunt hoc ad eum deducere tractatum, vt spiritualem tantummodo locus iste firmare videatur affectum, qui velut indumentū quoddam videatur corporis exuisse: non solum potestate refecta, contemptisque diuitiis, sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis. THEO. Quidam etiam Apostolos non portare peram, neque baculum, aut duas tunicas sic intelligunt, cp non thesaurizent. hoc enim pera innuit congregans multa. neque sint iracundi & tribulati spiritus, quod significat baculus, neque sint ficti & duplici corde, quod significat tunica duplex. CYRIL. Sed diceret aliquis: vnde eis necessaria erunt? Et ideo subdit: {Et in quamcúque do. intra. ibi ma. & inde ne ex ea. } q.d. sufficiat vobis discipulorum fructus, qui recipientes a vobis spiritualia, vos procurabunt. Iussit autem eos in vna domo manere, vt nec hospitem grauent, eum. s. dimittendo, nec ipsi gulositatis, & leuitatis suspitionem incurrant. AMBR. Alienum namque a prædicatore regni cœlestis asserit cursitare per domos, & inuiolabilis hospitii iura mutare. Sed vt hospitii gratia deferenda censeatur, ita etiam si non recipiantur excutiendum puluerem egrediendumque de ciuitate mandatur, cum sequitur: {Et quicumque non rece. vos exe. de ciui. illa: etiam puluerem pedū ve. K excu. in testi. super illos. BEDA. Puluis excutitur de pedibus Apostolorum in testimonium laboris sui, quòd ingressi in ciuitatem, & prædicatio Apostolica ad illos vsque peruenerit, siue excutitur puluis cum nihil ab eis accipiant, nec ad victum quidem necessarium qui euangelium spræuerunt. CHRY. Nam improbabile valde est contemnentes sermonem & patremfamilias se famulis benignos ostendere, vel benedictiones eorum exigere. AMBR. Vel mediocris ét boni remuneratio docetur hospitii, vt non solum pacem tribuamus hospitibus, verum etiam siqua eos terrenæ obumbrant delicta leuitatis, receptis Apostolicæ prædicationis vestigiis auferantur. BEDA. Qui vero perfidia negligentia, vel etiam studio verbum Dei contemnunt, horum vitanda communio est, excutiendus puluis pedum ne gestis inanibus pulueri comparandis mentis castę vestigium polluatur. EVSEBIVS: Cum autem præcinxisset dominus discipulos suos tamquàm milites Dei diuinis virtutibus & sapiē

tiæ monitis, mittens eos Iudæis, vt doctores & medicos ipsi secundum hoc præcedebant. vnde sequitur. Egressi autem circuibant per castellum, & curantes vbique. {Quasi doctores quidem euangelizantes, sed quasi medici præstantes remedia, & verba miraculis comprobantes.

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quācumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem, circuibant per castella, euangelizantes & curantes vbique.

b Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hesitabat, eo quòd diceretur a quibusdam, quia Ioannes surrexit a mortuis; a quibusdam vero, quia Helias apparuit: ab aliis autem, quia Propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes. Ioannem ego decollaui: Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et cærebat videre eū. c Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcumque fecerunt, & assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum. & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedētes

b ¶ CHRY. Multo transacto tempore non a principio percepit Herodes facta Iesu, vt pateat tibi tyranni superbia: vnde dicitur: {Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo. } THEO. Iste Herodes erat filius magni Herodis, qui pueros iteremit, sed ille quidem Rex erat: iste autē Tetrarcha. Inquirebat autem de Christo quis esset. vnde sequit: {Et hesitabat. } CHRY. Peccatores enim sciētes & nescientes quādoque stremitum, per timescunt: peccatum autem nemine arguente hominem prodit, nemine accusante cōdemnat, & timidum & pigrum reddit delinquentem. Causa autem timoris ponitur consequenter cum dicitur. {Eo cp di. a qui. qa Ioannes sur. a mor. a qui. vero, quia Hel. app. ab aliis aūt. quia Prophe. vnus de anti. surr. } THEO. Iudæi. m. resurrectionem mortuorum expectabant in vita carnali, & in commessationibus, & potionibus. Sed resurgentes non erunt in carnalibus actibus. CHRY. Cum ergo audisset Herodes, quibus Iesus vteretur miraculis {ait, Iohannem ego decollaui, quod non erat ostētationis verbum, sed consolantis suum timorem, & persuadentis animæ perturbatę recolere, cp ipse eum occidit. {Et quia Ioannem decol lauerat subdit: {Quis aūt est iste, de quo au. ta. } THEO. q. d. Si Ioannes est & a mortuis resurrexit, videns eum cognoscam. vnde sequitur. {Et quæ. vi. eum. } AVG. de Con. euan. Lucas aūt hunc eundem narrandi ordinem, quem Marcus tenens non cogit credi rerum gestarum eundem ordinem fuisse. In his etiam verbis Marco attestatur, ad hoc dumtaxat, cp alii dixerint non Herodes: Ioanné a mortuis surrexisse, sed quia hesitantem commemorauit Herodem. intelligendum est, aut post istam hesitationem confirmasse in animo suo, quod ab aliis dicebatur, cum ait pueris suis, sicut Matthæus narrat: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, aut ita pronuncianda sunt hæc verba Matthæi, vt hesitantem adhuc indicent. Lib.2.c.43.

c ¶ AVG. de Consen. Euange. Matthæus, & Marcus ex præcedentium occasione narrant quemadmodum sit Ioannes ab Herode occisus. Lucas autem qui iam longe supra de passione Ioannis narrauerat, postquàm commemorauit illam Herodis hesitationem de domino quisnam esset, continuo subiungit: {Et reuer. Apost. nar. illi quæ. fecerunt. BEDA. Non solum autem narrant quæ ipsi fecerunt & docuerunt, sed etiam quæ Ioannes eis in docendo occupatis sit passus, vel sui, vel eiusdem Ioannis ei discipuli renunciant, sicut Matthæus insinuat. ISIDORVS: Quia vero dominus viros sanguinum abominatur, & commorantes cum eis, si a propriis criminibus non discedant, post occisionem Baptistæ deferens occisores, discessit. vnde sequitur: {Et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. } BEDA: Est autem Bethsaida in Galilæa ciuitas Andreæ, & Petri, & Philippi Apostolorum prope stagnum Genezareth. Non autem timore mortis hoc egit, vt quidam arbitrantur, sed parcens inimicis suis, ne homicidio homicidium iungeretur, simul & oportunum suæ passionis tempus expectans. CHRY. Non autem prius, sed relato sibi quod acciderat, discessit, manifestans per singula carnis veritatem. THEO. In desertum autem locum abiit dominus, quia operaturus erat miraculum panum, ne quis diceret: de ciuitate prope existente oblati sunt panes. CHRY. Vel vadit in desertum locum, vt nemo sequeretur. Sed nec sic plebs discessit, sed comitatur ipsum. vnde sequitur. {Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum. CYRILLVS: Hi quidem postulantes a dæmonibus liberari. Hi uero languorum remotionem, necnon quos eius oblectabat doctrina, illum attentissime visitabant. BEDA. Ipse autem ut potens piusque Saluator excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando ægrotos, reficiendo ieiunos, quantum deuotione credentium delectetur, insinuat. vnde sequitur,

{Et ex-

{Et excepit illos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant A sanabat. } THEO. Vt addiscas, quòd quæ secundum nos est sapientia diuiditur verbo & opere, & quod decet dicere operata, & operari dicta. Reclinante autem die, discipuli iam incipientes aliorum curam habere, turbæ miserentur. vnde sequitur. {Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas, vt euntes in castella, villasque, quæ circa sunt diuert. & inuen. escas, quia hic in loco deserto sumus. } CYRIL. Sicut. n. dictum est, diuersarū passionū postulabant remedia, & quia videbāt discipuli solo nutu posse perfici, quod infirmi petebant, dicunt. {Dimitte eos, } ne amplius anxiētur. Aspice autem exuberantem mansuetudinē eius, qui rogatur: non enim illa tantum largitur, quæ postulāt discipuli, sed sequentibus ipsum adiicit bona munificę dextrę, mandans eis escas exhiberi. vnde sequitur. {Ait autem ad illos: Vos da. il. man. } THEO. Non autem hoc dicit eorum responsionē ignorans, sed volens ipsos inducere, vt dicerent quot panes haberent, & sic magnum ostenderetur ex eorum confessione miraculū panum quantitate audita. CYRIR. Sed quod mandabatur intolerabile discipulis erat, qui non habebant penes se, nisi quinque panes, & duos pisces. vnde sequitur. {At illi dixe. Non sunt nobis plusquàm quinque panes, & duo pisces, nisi forte nos eam⁹, Lib.2.c.46. & emamus in om. hanc tur. es. AVG. de Con. Euang. In quibus C quidem verbis Lucas in vnam sententiam constrinxit responsionem Philippi dicentis: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, & responsionem Andreæ dicentis. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces, vt narrat Ioannes. Quod enim ait: Non sunt nobis plusquàm quinque panes, & duo pisces: } ad Andreæ retulit responsionem. Quod vero adiunxit. {Nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas: } Videtur ad responsionem Philippi pertinere, nisi quòd de ducentis denariis tacuit, quamquàm & in ipsius Andreæ sententia hoc posset intelligi. Cum enim dixisset. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces. adiunxit. Sed hæc quid sunt inter tantos? hoc est dicere nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hāc turbam escas. } Ex qua varietate verborum, rerum autem sententiarumque concordia satis apparet salubriter nos doceri, nihil q- D rendum in verbis, nisi loquentium voluntatem, cui demonstrandæ inuigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine, vel de Angelo, vel de Deo aliquid narrant. CYRIL. Vt autē adhuc ad magis ardua feratur miraculum: ostenditur non parua fuisse multitudo virorum, cum sequitur. {Erant autem viri ferè quinq; millia: exceptis, scilicet mulieribus, atque pueris, ut alius Euangelista refert. THEO. Docet autem dominus, cp decet cū hospitamur aliquem, reclinare ipsum, & omnis consolationis participem facere. vnde sequitur. {Ait autem ad disc. fac. ill. discum. Lib.2.c.46. per conui. quingentos, & ita fecerunt, & discumbe. fecer. omnes. } AVG. de Con. Euan. Quod Lucas hic dicit: quinquagenos iussos esse discumbere: Marcus vero quinquagenos & centenos: ideo nō mouet, quia vnus partem dixit: alter totum. verum si alius de quinquagenis tantum commemoraret: alius de centenis tantum: valde videretur esse contrarium, nec satis dinosceretur vtrumque dictum esse. vnum autem ab altero: alterum ab altero esse commemoratum: & tamen attentius consideratum inueniri debuisse cp E non fateatur hoc ideo dici, quia existunt sæpe aliqua eiusmodi q parum intendentibus temere iudicantibus contraria videantur, & non sint? CHRY. Et quia credendum erat Christum venisse a patre facturus miraculum aspexit in cœlum. vnde sequitur. {Ac ce. autem quinque panibus, & duobus piscibus respexit in cœlū. CYRIL. Hoc etiam dispensatiue pro nobis fecit, vt discamus, cp in principio mensę cū frangere debemus panem, debemus Deo offerre, & elicere super ipsum benedictionem super nam. vnde sequitur. {Et benedixit, & fregit, & disc. suis distri. vt pone ante turbas. } CHRY. Dat quidem eis per manus discipulorum honorando eos, & ne dent obliuioni iam peracto miraculo: non autem ex non entibus facit escas ad pascendum turbas, vt obturet os Manichæi asserentis alienam esse ab eo creaturam, ostendens se esse victualium largitorem, & eum qui dixit: Germinet terra. Multiplicat quoque pisces, ad significandum, quòd tam mari, quàm aridæ dominabatur. Bene autem in languentibus spetiale peregit miraculum, agit & beneficium generale alens omnes etiam non languentes. vnde sequitur. {Et manducauerunt omnes & saturati sunt. GREGORIVS Nissenus, Quibus nec cœlum fluebat manna, nec tellus iuxta sui naturam produceus frumentum, eorum satisfaciebat egestati, sed ex ineffabilibus horreis diuinæ potentiæ beneficium affluebat. Panis paratur factus in manibus ministrātium, necnon per saturitatem edentium augmentatur. Esum etiam piscium eorum necessitati non admisistrabat mare, sed ille qui in mari piscium genus inseruit. AMBROSIVS. Non exiguo, sed multiplicato cibo populum liquet esse satiatum: vides incomprehensibili quodam ritu inter diuidentium manus, quas non fregerant multiplicare particulas, & intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta surripere. CYRILLVS. Nec vsque adhuc tantum peruenit miraculum: sed sequitur. {Et sublatum est quod superfuit eis fragmentorum cophini duodecim. } Vt hinc esset manifesta certificatio, quòd opus charitatis in proximos, vberem vendicat retributionem a Deo. THEOPHYLVS. Et vt addiscere-mus quantum hospitalitas poteſt, & quantum augentur nostra cum indigentibus subuenimus. CHRYSOSTOMVS. Fecit autem superabundare non panes, sed fragmenta, vt offendat illorum panum esse reliquias, quæ tot factæ sunt, ut totidem essent cophini, quot & discipuli. AMBROSIVS. Mystice autem postquam illa, quæ ecclesiæ typum accepit fluxu curata sanguinis: posteaquàm Apostoli ad euangelizandum sunt destinati, gratiæ cœlestis impartitur alimentum. Sed quibus impartiatur aduerte, non ociosis, non in ciuitate, quasi in Synagoga, uel sæculari dignitate residentibus: sed inter deserta quærentibus Christum. BEDA. Qui derelicta Iudæa, quæ prophetiæ sibi non, credendo, caput abitulerat, in deserto ecclesiæ, quæ virum non habebat, verbi pabula largitur. Petentem vero deserta gentium Christum multæ fidelium cateruæ relictis mēnibus priscæ conuersationis, & variorum dogmatum sequuntur. AMBROSIVS: Qui autem fastidiunt, ipsi excipiuntur a Christo, & cum ipsis loquitur Dei verbum, non de sæcularibus, sed de regno. Et qui corporalis gerunt vlcera passionis, his medicinam suam libenter indulget. Vbique autem mysterii ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorū vulneribus medicina tribuatur: postea vero alimonia mēsæ cœlestis exuberet. BEDA. Die autem declinante tubam reficit, ideſt sine sæculorum appropinquante, vel cum sol iustitiæ pro nobis occubuit. AMBROSIVS: Quamquàm nondum validioribus hæc tuba reficiatur alimentis. primum enim in modum lactis quinque sunt panes, secundum septem: tertium ipsum corpus Christi est esca solidior. Siquis autem petere cibum veretur, ipse relictis suis omnibus festinet ad Dei verbum. Dum autem aliquis audire incipit Dei verbum, incipit esurire. Incipiunt Apostoli esurientem videre, & si illi adhuc non intelligant quid esuriant, intellexit Christus, scit quòd non sæcularem cibum esuriant, sed cibum Christi: nondum enim intellexerant Apostoli cibum credentes non esse venalem. Nouerat Christus nos potius esse redimendos suas vero epulas esse gratuitas. BEDA. Nondum autem erant Apostolis, nisi quinque panes Mosaycæ legis, & duo pisces vtriusque testamenti, quæ in abdito mysteriorum latētium, quasi aquis abysli tegebantur. Quia vero quinque sunt exteriores hominis sensus, quinque millia viri dominum secuti designant eos qui in sæculari adhuc habitu positi, exterioribus, quæ possident bene vti nouerunt, qui quinque panibus aluntur, quia tales necesse est legalibus adhuc præceptis instrui: nam qui mundo ad integrum renunciant, euangelica refectione sublimes sunt. Diuersi aūt conuiuantium discubitus, designant diuersos per orbē terrarum ecclesiarum conuentus, qui vnam catholicam faciunt. AMBRO. Hic vero panis, quem frangit Iesus: mystice quidem Dei verbum est & sermo de Christo, qui cum diuiditur augetur, de paucis enim sermonibus populis redundantem alimoniam ministrauit. Dedit sermones nobis velut panes, qui nostro dum labantur ore, geminantur. BEDA. Turbis autem esurientibus Saluator non noua creat cibaria, sed acceptis his quæ habuerunt discipuli benedicit, quia veniens in carne, non alia quam

prædicta sunt prædicat, sed prophetiæ dicta mysteriis gratiæ grauida demonstrat. Respicit in cœlum, vt illuc dirigendam mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse quærendam. Frangit, & ante turbas ponenda distribuit discipulis, quia legis & prophetiæ sacramenta eis, vt per mundum prædicent patefecit. AMB. Non ocio se autem, quæ turbæ

d Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbę? At illi respondentes dixerunt: Ioannem Baptistam: alii autē Heliā, alii vero, quia vnus Prophetā de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quē me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hæc, dicens, quia oportet filium hominis multa pati & reprobari a Senioribus, & a Principibꝰ Sacerdotū, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. e Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam quotidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suā saluam facere, perdet illam. Nā qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homo quemquam ad vitam præsentem, hoc est tollere crucem suam. vnde subditur: {Et tollat crucem suam quotidie.} THEO. Crucem hic dicit mortem exprobabilem innuens, quòd siquis vult Christum sequi, non debet effugere propter ipsum etiam exprobrabilem mortem. GREGO. in Hom. Duobus etiam modis crux tollitur, dum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionem afficitur animus. GRAECVS. Recte autem coniungit hæc duo: {abneget semetipsum & tollat crucem suam.} Si cut. n. qui paratus est ascēdere crucem sumit in mente sua mortis intentionem, sicq; vadit vt non æstimans amplius hanc vitam participare, ita qui sequi vult Dominum, primo debet abnegare seipsum, & sic tollere crucem, vt eius voluntas sit prompta ad omnem miseriam sustinendam. BASILIVS. In hoc igitur consistit perfectio, vt impassibiliter se habeat secundum affectum etiam ad ipsum viuere, & habeat in promptu mortis responsum, vt nequaquàm in seipso confidat. Sumit autē exordium perfectio ab exteriorum alienatione, puta possessionum vel inanis gloriæ vel præcise affectionis inutilium rerum. BEDA. Prædictam igitur crucem & quotidie tollere, & ea sumpta Dominum sequi iubemur, qui crucem propriam baiulauit. vnde sequitur, {& sequatur me. ORIGE. Huius autem causam assignat subdens: {Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet illam,} idest qui vult secundum vitam præsentem viuere, & propriam animam in sensibilibus conseruare, hic eam perdet, non dicens eam ad terminos beatitudinis. Econtrario autem subdit: {Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam,} idest, qui negligit sensibilia intuitu veritatis, exponens se morti. hic tanquàm animam perdens pro Christo, eam potius saluabit. Itaque si animam saluari beatum est, relatum ad eam quæ est in Deo salutem, debet esse & quædam bona perditio animæ quæ fit intuitu Christi. Videtur etiam mihi persimile ei quod est abnegare seipsum secund um prædicta dicere, perdere quemlibet propriam animam peccatricem, vt sumat eam quæ per virtutem saluatur. CYRILLVS. Quod autem incomparabiliter exerci tium pacis Christi superet delitias & prætiosa mundi, insinuat subdens: {Quid proficit homini si lucretur vniuersum mūdum, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat?} quasi dicat. Cū aliquis aspiciens præsentem dulcedinem aut vtilitatem, renuit qui dem pati, eligit autem splendide viuere si sit opulentus, quod inde sibi commodum erit cum perdiderit animam? Transit enim huius mundi figura, & amena velut vmbra discedunt. Non enim proderunt thesauri impietatis, eripit autem a morte iustitia. GREG. in Hom. Quia ergo sancta Ecclesia habet aliud tempus persecutionis, atque aliud pacis, Dominus vtraque tempora designauit in præceptis. nam persecutionis tempore ponenda est anima, quod significauit dicens: {Qui perdiderit animam.} Pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt frangenda sunt desideria terrena, quod significauit dicens: {Quid proficit homini?} Plerūque autem labentia cuncta despicimus: sed tamē adhuc humanę verecundiæ vsu præpedimur, vt rectitudinem quam seruamus in mente, nōdum exprimere valeamus in voce. Sed huic quidem vulneri congruum Dominus subiungit medicamentum dicens: {Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. THEO. Erubescit Christum qui dicit: Num quid credam crucifixo? Sed & sermones eius erubescit, qui Euangelij ruditatem contemnit, quòd autem hūc Dominus erubescet in regno suo tale est, sicut si aliquis paterfamilias habens seruum prauum, erubescat eum nominare. CYRILLVS. Incutit autem eis timorem dicens se cælitus descensurum, non in pristina humilitate & mensura proportionabili nobis: sed in gloria patris ministrantibus Angelis. Sequitur enim: {Cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorum Angelorum.} Pessimum igitur & damnosum notari inimicitia & operis inertia, quando tantus iudex descenderit, agminibus circūstantibus Angelorum. Hinc autē percipias, qp carne sumpta & sanguine, filius non minus est Deus, quòd se pollicetur in maiestate Dei patris venturum, & quòd ei tanquàm iudici omnium ministrabunt Angeli, qui factus est homo similis nobis. AMBROSIVS. Semper autem Dominus sicut erigit ad præmia futura virtutum, atque vtilem sæcularium rerum docet esse contemptum, ita etiam infirmitatem mentis humanę præsentium remuneratione sustentat. Arduum quippe est crucem tollere, & animam periculis, morti corpus offerre, negare quid sis, cum velis esse quod non sis, raroq; quàmuis excelsa virtus futuris commutat præsentia. ergo bonus magister ne quis despera

A tione frangatur aut tedio, continuo se videndum fidelibus pollicetur dicens: {Dico autem vobis, vere sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.} THEO. Idest, gloriam in qua iusti erunt. hoc autem dixit de transfiguratione quæ forma erat futuræ gloriæ, ac si diceret, sunt aliqui hic stantes. s. Petrus Iacobus & Ioannes, q non attingent mortem, donec in tempore transfigurationis videant in qua gloria erunt qui me confitētur. GRE. in Ho. Vel regnum Dei hoc loco præsens Ecclesia vocatur. & quidam ex discipulis, vsque adeo in corpore victuri erant, vt Ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra mundi huius gloriam erectam. AMBRO. Itaque si & nos volumus mortem non timere, stemus vbi Christus est. soli enim non quæunt gustare mortem, qui stare possunt cum Christo, in quo licet ex verbi ipsius qualitate perpendere, nec tenuem quidem sensum mortis habituros, qui Christi videantur meruisse consortia. Certe mors corporis libando gustetur vita animæ possidendo teneatur. Non enim hic mors corporis: sed animæ denegatur.

f ¶ EVSEB. Cum Dominus discipulis suis secūdæ apparitionis suæ promulgauerit ingens mysterium, ne solis verbis credere viderentur, procedit ad opera, ostēdens eis oculata fide imaginem regni sui. vnde dicitur: {Factum est autem post hęc verba fere dies octo & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret.} DAMASCENVS. Matthæus quidem & Marcus sexto die post factam promissionem discipulis, Lucas autem post octauum dicit celebratam fuisse transfigurationem, nec est dissonantia in dictis: sed qui sex numerauerunt demptis extremis, primo dico & vltimo quo pollicitus est, & quo fecit, medios computauerunt. At qui octo connumerauit, vtrumque prædictorum cōputauit. Sed cur non omnes, sed aliqui vocati sunt ad hanc visionem? Vnus quidem erat, qui solus indignus erat diuinitatis visione. s. Iudas, secundum illud: Tollatur impius, ne videat gloriā Dei. Si solus ergo esset omissus tanquàm inuidus ad maiorem esset malitiam prouocatus. Proinde proditori tollit proditionis occasionem, cum dimisit inferius reliquam Apostolorum congerie. Assumpsit autem tres, vt in duobus vel tribus stet omne verbum. Petrum quidem assumpsit, volens testimonium quod testatus fuerat ei ostendere per patris testimonium confirmari, & quasi præsidem futurum totius Ecclesiæ. Sed Iacobum assumpsit tanquàm morituram pro Christo ante omnes discipulos. Ioannem vero tanquàm Theologiæ purissimum organum, vt visa gloria filij quæ non subiacet tempori, resonet illud: In principio erat verbum. AMBRO. Vel Petrus ascendit, qui claues regni cælorum accepit, Ioānes cui committitur mater, Iacobus qui primus solium Sacerdotale conscendit. THEO. Vel assumit hos tanquàm hanc rem celare potentes, & nulli alij reuelare. {Ascendit autem in montem vt oraret:} docens nos solitarios & ascendentes orare ad nihil terrenorum declinantes. DAMA. Aliter tamen orant serui, aliter orabat Dominus. nam serui orantis oratio, est per intellectus ascensum ad deū: sed sacer intellectus Christi, qui secundum hypostasim Deo vnitus erat, manuducens nos ad ascensum, quo per orationem ad Deum ascenditur, & docens quòd aduersarius Dei non est: sed tanquàm principium veneratur genitorem, quinetiam alliciens tyrannum explorantem si Deus esset, quo miraculorum virtus prædicabat, quasi sub quadam esca hamum contegeret, vt qui spe deificationis hamauerat hominem, corpus amictu decenter hamaretur. vnde sequitur: {Et facta est dū oraret species vultus eius altera. CYRILLVS. Non tanē corpore humanam formam mutante: sed quadam splendida gloria superueniente. DAMA. Videns autem diabolus orationibus refulgentem, recordatus est Moysi cuius glorificata est facies. sed Moyses quidem glorificatur extrinsecus aduenīēte gloria, dns autē ex innato gloriæ diuinæ fulgore. Cum enim secundum hypostasis vnionem, vna & eadem sit gloria verbi & carnis, transfiguratur, non quasi accipiens quod non erat, sed quod erat manifestās discipulis, vnde secundum Matthæum dicitur, quòd transfiguratus est coram eis, & quòd facies eius refulsit vt sol. quod est in sensibilibus Sol, hic in intelligibilibus Deus. Et sicut Sol qui est lucis fons de facili videri non potest, lux autem eius ex eo quòd ad terram peruenit aspicitur, sic facies Christi intensius refulget vt Sol, vestimēta eius dealbantur vt nix. vnde sequitur: {Et vestitus eius albus refulgens.} Illustratus. s. per diuinæ lucis participationem. His autem ita se habentibus, vt vnus ostenderetur Dominus noui & veteris testamenti, & Hæreticorum ora obturentur, & fides

fiat

AMBROSIVS: In vno enim hoc nomine, & diuinitatis, & incarnationis expressio, & fides est passionis. Complexus est itaque omnia qui & naturam & nomen expressit, in quo summa virtutum est. CYRILLVS: Sed notandum, quòd vnum confessus est esse Christum prudentissimus Petrus contra præsumētes Emanuelē in duos Christos diuidere. Neque enim scīebat eos, dicens: Quem dicunt homines esse diuinum verbum? sed filium hominis quem Petrus confessus est esse filium Dei. In hoc ergo admirandus est, & dignus factus tam præcipuis honoribꝰ, quia quem admiratꝰ est in forma nostra, hūc credidit esse Christum patris, scilicet hominem factum verbum quod processit de patris substantia. AMBRO. Dominus autem Iesus Christus prædicari se primo noluit, ne vllus strepitus nasceretur. vnde sequitur: {At ille increpans eos, præcepit ne cui dicerent.} Multis ex causis iubet tacere discipulos, vt fallat principem mundi, vt declinet iactantiam, doceat humilitatem, ergo Christus noluit gloriari, & tu qui ignobilis natus es, gloriaris? Simul ne rudes & imperfecti adhuc discipuli maxime prædicationis molibus opprimantur. Prohibentur ergo euangelizare eum Dei filium, vt euangelizarent postea crucifixum. CHRYSOSTOMVS: Opportune etiam dominus tunc vetuit nulli dicere, quòd ipse esset Christus, quatenus sublatis de medio scandalis, & crucis consummato patibulo, habitualiter imprimeretur audientium mēti conueniens de eo opinio. nam radicatum semel, & postmodum euulsum: vix vnquam denuo insitum retinebitur. Quod autem semel insitum perseuerat immobile de facili concrescit. nam si Petrus ex solo auditu scandalizatus est, quid quāmplures paterentur, cum audissent filium Dei esse, viderent autem crucifixum, & consputū. CYRIL. Oportebat ergo discipulos eum vbique terrarū prædicare: hoc enim erat opus electorum ab eo ad apostolatus officium. Sed ut sacra scriptura testatur, tempus est vnicuique rei. Decebat enim ut crux, & resurrectio impleretur, & sic sequeretur Apostolorum prædicatio. vnde sequitur. Hæc dicens, quia oportet filium hominis multa pati & reprobari a Senioribus & Principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. {AMBRO. Fortasse, quia sciebat dominus difficile passionis, & resurrectionis mysterium etiam discipulos credituros, ipse voluit esse suæ passionis, & resurrectionis assertor.

e ¶ CYRIL. Ducū magnanimi, strenuos in armis ad audaciam prouocant, non solum eis honores pollicendo victoriæ, sed etiam ipsum pati generosum esse fatentes. Tale quid videmus docere dām Iesum Christum, prædixerat enim Apostolis, quòd oporteret eum perpeti Iudæorum calumnias, occidi, & tertia die resurgere. Ne igitur putarent Christum quidem passurum persecutiones pro vita mundi, eis vero liceret lentā vitam ducere, ostendit necessario, qp per æqua certamina gradi decet, cupientes eius gloriam obtinere. vnde dicitur. {Dicebat autem ad oēs. BEDA. Pulchre posuit ad omnes qui superiora, quæ ad fidem dominicæ nativitatis, vel passionis pertinet cum solis discipulis seorsum egit. CHRY. Cum autem Saluator sit pius & benignus nullum inuitum, aut coactum habere vult famulum, sed spontaneos & gratias agentes ei pro famulatu: & ideo neminem cogendo, aut necessitatem imponendo, sed persuadendo, & benefaciendo vniuersos volentes attrahi dicens: {Siquis vult. BASI. Vitam autem propriam in formam optimæ conuersationis tradidit volentibus ei obedire, cum dicit: {Post me venire. non obsecutionem corporalem insinuans: esset enim in omnibus impossibilis domino iam in cœlis existente, sed debitam conuersationis pro posse imitationem. BEDA: Nisi autem quis a semetipso deficiat, ad eū, qui supra ipsum est non appropinquat. vnde dicitur. {Abneget semetipsum.} BASI. Abnegatio quidem suipsius est totalis præteritorum obliuio, & recessus a propriis voluntatibus. ORIG. Abnegat etiam aliquis seipsum, dum uitam prius in malitia consuetam alteratione debita commutat, puta qui dudum in lasciuia vixerat: abneget semetipsum lasciuum cum sit castus, & similiter abstinētia cuiuslibet criminis suiipsius abnegatio est. BASI. Appetitus autem mortis tolerandæ pro Christo, & mortificatio membrorum, quæ sunt super terram, & viriliter disponi ad omne periculum sustinendum pro Christo, & non affici quemquam

Lib. 2. c. 53.

τὸν χριστὸν.

In Quæst. explicans Quæst. 6.

Ibidē qu. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

ret species vultus eius altera, & vestitus eius albus, & refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cũ illo. Erant autem Moyses & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem.

g Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est cum

fiat resurrectionis, necnon qui transfigurabatur viuorum & mortuorum Dominus crederetur. Moyses & Helias tanquam famuli assistunt Domino in gloria. vnde sequitur: {Ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyses & Helias visi in maiestate.} Oportebat enim vt videntes conseruorum gloriam & fiduciam, mirarentur quidem pium Dominicum descensum, zelarent vero eos, qui prius laborauerant, visuri amenitatem futurorũ bonorum, & magis fortificarentur in laboribus. nam qui laborum nouerit emolumenta, labores facilius tolerabit. CHRYSO. Aliter quoque, quoniam vulgus asserebat eum esse Heliam vel Hieremiam, vt discerneretur inter Dominum & famulos, & vt pateat eum non esse aduersarium Dei & legis transgressorem, eos sibi assistentes monstrauit. Non enim legislator Moyses, & qui pro gloria diuina zelatus est Helias astitissent ei, sed & propter virtutes virorum demonstrandas, nam vterque pro mandatis diuinis quàmpluries se morti exposuerat. Volebat etiam discipulos eos imitari in regimine populi, vt fierent mites sicut Moyses, & zelantes sicut Helias. Inducit etiam eos, vt ostendat crucis gloriam, ad consolandum Petrum & alios passionem timentes. vnde sequitur: {Et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. CYRILLVS. Videlicet, mysterium dispensationis in carne, necnon salutiferam passionem completam in venerabili cruce. AMBROSIVS. Mystice autem post verba prædicta transfiguratio Christi ostendit, quoniam is qui verba Christi audit & credit, resurrectionis gloriam videbit. octaua enim die facta est resurrectio. vnde & plerique Psalmi pro octaua scribuntur, aut forte vt ostenderet nobis quod dixerat, quòd is qui propter Dei verbum perdiderit animã suam, saluam faciet eam, quoniam promissa sua in resurrectione restituet. BEDA. Nam sicut ipse post septimam sabbati quam in sepulchro quieuerat a mortuis resurrexit, & nos post sex sæculi ætates & septimam, quietis animarum quæ interim in alia vita geritur, quasi octaua ætate resurgemus. AMBR. Sed Matthæus & Marcus post dies sex assumptos hos esse commemorarunt, de quo possemus dicere, quòd post sex millia annorum, mille enim anni in conspectu Dei tanquam dies vna, sed plures quàm sex millia computantur anni, & maluimus sex dies per simbolum intelligere quòd sex diebus mundi opera sunt creata vt per tempus opera, & per opera mundum intelligamus. Et ideo mundi temporibus impletis, resurrectio futura monstratur. aut quia is qui supra mundũ ascenderit, & huius post sæculi momenta transcenderit, velut in sublimi locatus, futuræ resurrectionis fructus expectabit in æternum. BEDA. Vnde in montem oraturus & transfiguraturus ascendit, vt ostendat eos qui fructum resurrectionis expectant, & Regem in decore suo videre desiderant, mente in excelsis habitare & continuis præcibus debere incumbere. AMBRO. Putarem in tribus, qui ducuntur ad montem mystice genus humanum compræhensum, quia ex tribus filijs Noe genus omne defluxit humanum, nisi electos cernerem. tres igitur eliguntur qui ascendunt in montem, quia nemo potest resurrectionis videre gloriam, nisi qui mysterium trinitatis incorrupta fidei synceritate seruauerit. BEDA. Transfiguratus autem Saluator gloriam futuræ, vel suæ vel nostræ resurrectionis ostendit, qui qualis tunc Apostolis apparuit, post iudicium cunctis apparebit electis: Vestitus autem talis Dñi sanctorum illius chorus accipitur, qui videlicet Domino in terris consistente despectus videbatur: sed illo montem petente nouo candore refulget, quia nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. AMBRO, Vel aliter. Pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur aut crescit, ac nisi altioris prudentiæ cacumen ascendas, non tibi apparet quanta sit gloria in dei verbo. Vestimenta autem verbi sunt sermones scripturarum, & quædam intellectus induméta diuini. Et sicut vestitus albus refulsit, ita in oculis tuæ mentis diuinarum lectionum sensus albescit. Inde apparet Moyses & Helias, hoc est lex & ꝓpheta in verbo, neque enim lex põt esse sine verbo, nec propheta nisi qui de dei filio prophetauit.

g ¶ THEO. Christo vacante orationi, Petrus somno deprimitur, infirmus enim erat, & quod humanum erat impleuit. vnde dicitur: {Petrus vero, & qui cum illo erant, grauati erant somno.} Excitati autem gloriam eius cernunt, & duos viros cum eo. vnde sequitur: {Et euigilan. vi. maiest. eius, & duos viros qui stabant cũ

discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Pręceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Heliæ. nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes & obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem. G Et vox facta est de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus so-

F illo.} CHRYSO. Vel somnum vocat ingestum eis nimium stuporem ex illa visione, neque enim nocturnum tempus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorum debilitatem. AMBRO. Præmit enim incompræhensibilis splendor diuinitatis nostri corporis sensus. nam si Solis radium e regione oculorum contuentium corpora nequit acies continere, quomodo Dei gloriam humanorũ ferret corruptela membrorũ? Et fortasse ideo grauati somno erant, vt resurrectionis viderent speciem post quetem. Itaque vigilantes viderunt maiestatem eius: nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi. Delectatus est Petrus, & quem sæculi huius illecebrosa non caperent, gloria resurrectionis illexit. vnde sequitur: {Et fa. est cum discę. ab il. ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse.} CYRIL. Estimabat forsan diuus Petrus imminere tempus regni Dei: & ideo approbat montis incolatum. DAMA. Nõ est autem bonum Petre tibi, quòd Christus ibi moretur, quoniam si mansisset, nequaquàm tibi facta promissio cõsequeretur effectum. neque enim claues obtinuisses regni, nec mors tyranni abolita esset. Non quæras ante tempus fœlicia, vt Adam deificationem. Erit quando hunc aspectum indesinenter percipias, & cohabitabis illi, qui lux est & vita. AMBROSIVS. Petrus autem non solũ affectu, sed etiam factorum deuotione præstantior, ad ædificanda tabernacula tria impiger operarius communis obsequij ministe-
H rium pollicetur. Sequitur enim: { Et faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Heliæ.} DAMA. Non autem te Dominus tabernaculorum, sed vniuersalis Ecclesiæ constructorem constituit: verba tua, tui discipuli, oues tuæ mandauerunt effectui: Christo tabernaculum construentes: necnon & seruis eius. Hoc autem non ex intentione Petrus proferebat: sed inspiratione spiritus reuelantis futura. vnde sequitur: {Nesciens qd diceret. CYRIL. Nesciebat etiam quid diceret, neque enim aderat tempus finis sæculi, nec participandę a sanctis promissæ spei, & cum iam sumeret exordium dispensatio, quo pacto Christum oportebat desistere a mundi dilectione volẽtem pati pro eo. DAMA. Decebat etiam non solum perstringere fructum incarnationis ad opus existentium in montem, sed diffundi ad omnes credentes, quod per crucem & passionem erat consummandum. TYTVS. Ignorabat etiam Petrus quod dixerat, quia nõ oportebat tribus tria tabernacula facere. Non enim connumerantur Domino famuli, nec comparantur creaturæ creatori. AMBR.
I Neque capit humana conditio in hoc corruptibili corpore facere tabernaculum Deo, siue in animo, siue in corpore, siue in quolibet alio loco. Et quàmuis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur officium, cui non inconsulta petulantia, sed primatum deuotio fructus pietatis accumulat. Nam quod ignorabat conditionis fuit, quod promittebat deuotionis. CHRY. Vel aliter. Audiebat quòd oportebat ipsum mori & tertia die resurgere: videbat autem multam distantiam & solitudinem. vnde considerauit, ꝙ plurimã haberet locus tutelam: ob hoc dixit: {Bonum est nos hic esse.} Aderat quoque Moyses qui nubem intrauit, & Helias qui in mõte ignem deduxit. Igitur Euangelista confusionem mentis eius ex qua hoc proferebat ostendens dixit: { Nesciens quid diceret.} Lib.2.c.56
AVG. De Con. Euang. Quod autem hic Lucas dixit de Moyse & Helia: {Et factum est dum discederent ab illo: ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse.} Non debet putari contra-
K rium ei quod Matthæus & Marcus, ita coniũxerunt Petrum hæc suggessisse, quasi adhuc Moyses & Helias cum Domino loquerentur. non enim expræsserunt tunc, sed tacuerunt potius quod iste addidit illis discedentibus, hoc Petrum Domino suggessisse. THEO. Petro autem dicente: { Faciamus tria tabernacula.} Dominus tabernaculum non manufactum fabricat, & in eum ingreditur cum Prophetis. vnde subditur: {Hæc autem illo loquente, facta est nubes & obumbrauit eos,} vt ostenderet, quòd non minor est patre. Sicut enim in veteri testamento in nube habitare Dominus dicebatur, sic & nunc nubes suscepit Dominum, non caliginosa sed lucida. BASIL. Nam obscuritas legis transierat, sicut enim fumus ab igne, sic nubes a luce causata est. Verum, quia nebula signum tranquillitatis est, quies futuræ mansionis ostendit per nubis operimentum. AMBRO. Diuini enim spiritus est obumbratio ista, quæ non caligat affectibus hominum, sed reuelat occulta. ORIG. Hanc autem gloriam discipuli sufferre nequeuntes,

lus, Et ipsi tacuerunt & nemini dixerunt in illis diebus quicquã ex his quæ viderant.

h Factum est autem in sequenti die, descẽdentibus illis de mõte, occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprę-hendit eum, & subito clamat, & elidit & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eũ.

nequeuntes, procubuerunt humiliati sub potenti dextera Dei nimium timentes, cum scirent quòd dictum fuit Moysi: Non videbit homo faciem meam & viuet. vnde sequitur: {Et timue. intran. il. in nubem. AMBRO· Cognosce autem nubem istam non coacti aeris caligine picea, & quæ celum tenebrarum horrore subtexerat, sed lucidam nubem quæ nos non pluuialibus aquis im madidet, sed qua mentes homini in voce Dei omnipotentis emissa fidei ros rigauit. sequitur enim: {Et vox fa. est de nube di. hic est fili. meus dilectus.} Non Helias filius, non Moyses filius, sed: {Hic est filius} quem solũ videtis. CYRIL. Qualiter ergo oportebat eum qui reuera filius est, factum vel creatum existimare, Deo patre desuper intonante? {Hic est filius meus.} Quasi dicat, non vnus ex filijs: sed qui vere & naturalr est filius, ad cuius exemplar alij sunt adoptiui. Illi ergo iussit obedire cum subdit: {Ipsum audite.} Et magis quàm Moysen & Heliam, quia Christus est finis legis & prophetarum. vnde signanter Euangelista subdit: { Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus.} THEOPHILA. Ne scilicet putaret aliquis hoc dictum: {Hic est filius meus dilectus:} de Moyse vel Helia fuisse prolatũ. AMBROSIVS. Recesserunt ergo illi vbi cæperat Dominus designari, tres etiam in principio videntur, vnus in fide: perfectæ enim fidei vnum sunt. Ergo & illi quasi recipiuntur in Christi corpus, quia & nos vnum erimus in Christo Iesu, aut fortasse quia lex & Prophetæ ex verbo. THEOPHIL. Quæ autem ex verbo cæperunt, in verbo desinunt. per hoc enim innuit, quòd vsque ad tempus aliquod lex & Prophetæ apparerent, sicut hic Moyses & Helias. Postmodum autem solus Iesus illis recedentibus: nam tunc Euangelium manet transactis legalibus. BEDA. Et nota, sicut Domino in Iordane baptizato, sic etiam in monte clarificato totius trinitatis mysterium declarari, quia gloriam illius quam in baptismate confitemur, in resurrectione videbimus. Nec frustra Spiritussanctus hic in lucida nube, illic apparet in columba, quia qui nunc simplici corde fidem quam percipit seruat, tunc luce apertæ visionis, quæ crediderat contéplabitur. ORIG. Non vult autem Iesus dici, quæ ipsius spectant ad gloriam ante suam passionem. vnde sequitur: {Et ipsi tacuerunt & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.} Offensi enim fuissent, & præcipue vulgus si vidisset crucifigi eum, qui sic fuerat glorificatus. DAMA. Hoc etiam præcepit Dominus, sciens discipulos imperfectos, qui nõdum sortiti erant plenam spiritus participationem, ne corda aliorum qui non viderant, subuerterẽtur tristitia. Et ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem.

h ¶ BEDA. Loca rebus congruunt. In monte Dominus orat. transformatur, discipulis archana suæ maiestatis aperuit, in inferiora descendens, turbæ occursu excipitur. vnde dicitur: {Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa.} Sursum patris vocem pandit, deorsum spiritus malos expellit. vnde sequitur: {Et ecce vir de turba exclamauit dicens, magister obsecro te, respice in filium meum.} TYTVS. Videtur mihi sapiens quidem hic esse. non enim dixit Saluatori: Fac hoc vel illud: sed {respice.} Hoc enim sufficit ad salutem, sicut Propheta dicebat: Respice in me & miserere mei. Et dicit: {In filium meum, vt rationabilem demonstret inuerecundiam, quòd solus in multitudine clamat. Addit {Quia vnicus est mihi.} quasi dicat nullus alius expectatur futurus remedium senectutis. Consequenter explicat passionem, vt audientem moueat ad pietatem dicens: {Et ecce spiritus appræhendit eum, & subito clamat, & elidit & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum.} Deinde videtur criminari discipulos. Sed magis respondit, quòd iuste verecundiam deposuerit dicens: { Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt.} quasi dicat non putes, quòd leuiter ad te peruenerim, stupenda est dignitas tua, nec statim te molestaui, ad discipulos tuos accessi primo, nunc quia non curauerunt, cogor proficisci ad te, vnde & Dominus nõ ipsum, sed genus incredulum increpat. Sequitur: {Respondens autem Iesus: O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? CHRYSO. Sed hunc hominem multum infirmari in fide Euangeliorum scriptura ostendit ex pluribus, ex eo scilicet: quòd dixit: Adiuua incredulitatem meam, & si potes, & ex eo quòd Christus dixit: Credenti omnia possibilia sunt.

Et rogaui discipulos tuos, vt eiicerent illum & non potuerunt. Respondens autem Iesus dixit: O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuũ. Et cum accederet, elisit illum dę monium & dissipauit. Et in-
B crepauit Iesus spiritum immundum & sanauit puerum, & reddidit illũ patri eius. Stupebant autem oẽs in magnitudine Dei.

i Omnibusque mirantibus in

A CYRIL. Vnde melius puto incredulum reputatum dæmoniaci patrem, quòd & sacros Apostolos abiurgauit, dicens eos non posse imperare dæmonibus, potius autem erat honorando Deum ab eo petere gratiam: annuit enim veneratus. Qui autem dicit debilitari erga virtutem, quæ est in spiritus malignos, eos quia Christi adepti sunt potestatem eiiciendi eos, gratiam magis calumniatur quàm fulgentes ea in quibus Christus operatur. vnde offenditur Christus accusatis sanctis, quibus est commissum verbum prædicationum sacrarum, propter quod Dominus increpat eum & concordes ei dicens: {O generatio infidelis & peruersa.} quasi dicat. Causa tuæ infidelitatis, gratia effectũ sortita non est. CHRYSO. Non autem dirigit sermonem ad eum tantum, sed ad omnes Iudæos, ne faciat eum hęsitare, oportebat enim scandalizari quàmplures. THEOPHI. quòd autem dicit: {Peruersa.} demonstrat, quòd non a principio neque naturaliter inerat eis malitia: sed natura quidem erant recti semen Abrahæ existentes: sed per malitiam erant peruersi. CYRIL. Quasi nescientes procedere rectis incessibus. cum eis autem, qui sic sunt dispositi, Christus commorari dedignatur. vnde dicitur, {Vsquequo ero apud vos, & patiar vos? } ferens quasi moleste eorum conuersationem propter prauitatem ipsorum. CHRY.
C Per hoc etiam ostendit desideratum sibi esse suum recessum, & ꝙ non erat graue crucis paribulum: sed magis ipsorum conuersatio. BEDA. Non quòd tedio superatus sit mansuetus & mitis: sed in similitudine medici si ægrotum videat contra sua præcepta se gerere, dicat, vsquequo accedam ad domum tuam, me aliud iubente, te aliud faciente? In tantum autem non est iratus homini: sed vitio vt statim intulerit. {Adduc huc filium tuũ. TYTVS. Poterat quidem solo iussu eum liberare, sed propalat suam passionem subiiciens infirmum præsentium visioni. Deinde dæmonium postquam Dominum sensit, concutit puerum. vnde sequitur: {Et cum acce. eli. illum demo. & dissipauit.} vt sic prius exprimatur passio, deinde adhibeatur remedium. CHRY. Non tamẽ hoc Dominus ad ostentationem facit, sed causâ patris, vt cum viderit dæmonium conturbari propter solam vocationem, sic saltem inducatur ad fidem futuri miraculi. de quo sequitur: {Et increpauit Iesus spiritum immundum & sanauit pue. & red. il. patri eius.}
D CYRILLVS. Antea autem non erat patris, sed dæmonis occupantis. Subdit autem Euangelista stupere plebem in magnalijs Dei dicens: {Stupebant autem omnes in magnitudine Dei.} quod dicit propter donum Christi, qui sacris quoque Apostolis contulit potestatem agendi diuina miracula & imperandi dæmonibus. BEDA. Mystice autem pro qualitate meritorum quotidie alijs ascendit Dominus, dum perfectos quorum conuersatio in cælis est, sublimius extollendo glorificat, & de æternis instruit, & docet quæ a turbis audiri non valent. Alijs autem descendit, dum terræ nos & insipientes cõfortat, docet, & castigat. Hunc autem dæmoniacum, Matthæus lunaticum, Marcus surdũ & mutum describit. Significat enim illos, qui vt Luna mutantur per diuersa vitia crescentes & decrescẽtes, qui muti sunt, non cõfitendo fidem. Sic surdi, nec ipsum fidei audiendo sermonem. dum puer autem ad Dominum accedit, eliditur, quia conuersi ad Dominum
E plerumque a dæmonio grauius pulsantur, vt vel odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam, sicut Ecclesiæ primordijs tot grauissima intulit certamina, quot suo regno doluit subito illata dispendia. Non puerum autem qui vim patiebatur: sed dæmonem qui inferebat increpat, quia peccantem emendare desiderat, vitium arguendo & odiendo depellere: sed hominem debet amando refouere donec sanatum spiritualibus Ecclesiæ possit reddere patribus.

i ¶ CYRIL. Omnia quæcumque operabatur Iesus, admiratione digna penes omnes erant. irradiabat enim quiddam præcipuum & diuinum in qualibet operatione ipsius, secundum illud: Gloriam & decorem suppones ei. Et si omnes quidem mirarentur in his quæ faciebat: ipse tamen hæc quæ sequuntur, non omnibus sed discipulis retulit. vnde dicitur: {Omnibusq; mirã. in omni. quæ facie. dixit ad disci. suos: Ponite vos in cor. vest. sermo istos.} Ostenderat in monte discipulis gloriam suam, & post hoc liberauerat quędam a spiritu nequam, sed oportebat eum sustinere passionem pro nobis. Poterant autem discipuli conturbari dicentes:

Numquid

Numquid decepti sumus dum Deum esse eum arbitraremur? Vt ergo scirent quid circa ipsum futurum erat, velut quoddam depositum iubet eos in mente habere passionis mysterium dicens. {Pone. vos in cor. vestris.} Quod dicit Vos, distinguit eos ab alijs. Neque enim oportebat vulgares scire quoniam passurus esset: sed erat potius certificandi, quoniam mortuus resurgeret, destruens mortem ne scandalizarentur. TYTVS. Cunctis igitur admirantibus signa, ipse prænuntiat passionē: non.n. signa saluant, sed crux beneficia pstat. vnde subdit. {Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.} ORI. Non autem exprimit manifeste a quo tradendus sit, aliquis enim dicit eum traditurū a Iuda, aliquis a populo. Paulus autem dicit, quòd Deus pater pro nobis omnibus tradidit eum, sed Iudas tanquàm pro pecunia tradens eum hostiliter prodidit: sed pater beneficij causa. THEO. Eorum autem infirmitati Dominus condescendens, & eos disciplina quadam gubernans, quod de cruce dictum est intelligere non permisit. vnde sequitur. {At illi ignorabāt verbum istud, & erat velatum ante eos vt non sentirent illud.} BEDA. Hæc ignorantia discipulorum non tam de raritate quàm de amore nascitur, qui carnales adhuc & mysterij crucis ignari, quem Deum verum crediderunt, moriturum credere nequiuerunt. Et quia per figuras eum sæpe loquentem audire solebant, etiam quæ de sua tra H ditione loquebatur, figuratiue eum illud significare putabant. CYRILLVS. Dicet autem aliquis forsan, qualiter ignoraue runt discipuli crucis Christi mysterium, cum per vmbram legis in pluribus locis tangeretur? Sed vt Paulus commemorat vsque ad hodiernum diem, quando legitur Moyses velamen adiacet cordi eorum. Expedit ergo accedentes ad Christum dicere: Deregе oculos meos, & contemplabor mirabilia de lege tua. THEO. Vide etiam discipulorum reuerentiam in hoc quod sequitur: {Et timebant interrogare eum de hoc verbo.} Nam timor gradus est reuerentiæ.

K ¶ CYRIL. Insidiatur diabolus multimode diligentibus optimam vitam. & siquidem per carnales illecebras obsidere valet, alicuius mentem affectus voluptatum exacuit, siquis hos effugerit laqueos cupidinis, gloriæ suscitat passionem, quæ quidem passio vanæ gloriæ inuasit quēdam Apostolorum suorum. vnde dicitur. {Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior. hoc.n. cogitare est cupientis cæteris superesse. Improbabile autem puto omnes discipulos hanc ægritudinem incurrisse: & ideo ne crimen aliquod contra aliquem discipulorum Euangelista machinari videretur, exprimit indeterminate dicēs, quòd intrauit in eos cogi. THEOPHIL. Videtur autem hanc passionem ex hoc ortam fuisse, quòd dæmoniacum curare non valuerunt, eis de hoc altercantibus, vno dicente quòd non propter meam impotentiam, sed alterius curari non valuit, vt ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorum maior esset. BEDA. Vel quia viderant Petrum, Iacobum & Ioannem seorsum ductos in montem, & Petro claues regni cælorum promissas fuisse, irati sunt, vel ipsos tres cæteris, vel Petrum omnibus esse prælatum, vel quia tributi solutione Petrum ipsi Domino parificatum viderant, ipsum præ cæteris arbitrabantur præferendum. Sed diligens lector hanc intra eos quæstionem propter didrachma redditum inueniet fuisse versatam. Denique Matthæus hoc in capharnaum memorat esse gestum. dicit autem Marcus: Et venerunt Capharnaum, qui cum in domo essent interrogabat eos, quid in via tractabatis? At illi tacebant: Siquidem inter se in via disputauerunt quis illorum esset maior. CYRIL. Dominus autem qui nouit saluos facere, videns in mente discipulorum super hoc cogitationem exortam velut quādam amaritudinis radicem prius quàm augmentum susciperet, radicitus eam euellit. cum enim inchoant passiones in nobis facile deuincuntur, sed auctę difficile sunt mobiles. vnde sequitur: {At Iesus videns cogitationes cordis eorum apprehendit puerum stat. eum pe. se.} Discat qui nudum hominem putat esse Iesum se errasse. quamuis enim verbum caro factum sit, mansit tamen Deus, nam solius Dei est posse rimari corda & renes. quòd autem puerum assumpsit & ponebat penes se, agebatur causa Apostolorum vtilitatis & nostræ. Depascitur enim inanis gloriæ morbus vt plurimum, qui præminent in hominibus alijs. Puer autem syncerā gerit mentem, immaculatum eor, & manet in simplicitate cogitationum. non ambit honores, nec nouit cuiusuis prærogatiuę modum, nec refugit videri non minus se habere, multam gerit seueritatem in mente & corde. Tales autem Dominus amplexatur & diligit, & prope se dignatur habere. q. qui elegerit, quæ sua sunt sapere. Ait enim. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: vnde sequitur: {Et ait, quicumque susceperit istum in nomine meo, me recipit.} quasi dicat. Quando vna & eadem est merces honorantibus sanctos, siue forsan minimus sit, siue præclarus honore & gloria, quia in eo Christus suscipitur, quo non vanum est petere inuicem fungi prærogatiua. BEDA. In hoc autem non simpliciter pauperes Christi ab his, qui velint esse maiores, pro eius docet honore suscipiendos, vel malitia paruulos istos esse suadet. vnde cum diceret: {Quicumque susceperit puerum istum, addit in nomine meo.} vt. f. formam virtutis quā natura duce puer obseruat. ipsi pro nomine Christi rationis industria sequantur. Sed quia & se in puero suscipi docet, & ipse puer natus est nobis, ne putaretur hoc esse solum quod videbatur, subiūxit: {Et quicumque me recipit, recipit illum qui misit me.} Talem se vtique ac tātum credi volens, qualis & quantus est pater. AMBRO Qui enim imitatorem Christi recipit, Christum recipit, & qui imaginem Dei recipit Deum recipit. Sed quia imaginem Dei, nō poteramus videre, facta est nobis per incarnationem verbi præsens, vt reconciliaretur nobis quæ supra nos est diuinitas. CYRIL. Adhuc autem magis insinuat promissi verbi intentionem dicens: {Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.} Quod de modestio dicit, qui nihil de se sublime putat propter honestatem. THEO. Quia Dominus dixerat: {Qui minor est inter vos omnes, hic maior est.} timuit Ioānes ne forte malum aliquod fecerint, propria potestate quendam hominem prohibentes, nam prohibitio non minorem prohibentem ostendit, sed maius aliquid sapientem. vnde subditur: {Respondens autem Ioannes dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum.} Non quidem inuidentes: sed operationem miraculorum diiudicantes. non enim cum eis miraculorum potestatem acceperat, neque eum Dominus miserat sicut illos, neque Iesum in I omnibus sequebatur. vnde subdit: {Qui non sequitur te nobiscū.} AMBR. Ioānes enim plurimum diligens: & ideo redamatus excludendum putat beneficio eum, qui non vtatur obsequio. CYRIL. Sed oportebat magis pensare non hunc ipsum esse miraculorum authorem: sed gratiam quæ est in eo, qui in virtute Christi miracula perficit. Quid autem si non connumerentur, Apostoli, qui Christi gratia coronantur, multæ sunt differentiæ Christi donorum: sed quia tradidit Saluator potestatem Apostolis vt spiritus immundos eiicerent, putauerunt nulli aliorum quàm sibi solis licere cōcessam gerere dignitatem: & ideo accedunt scisitantes, si liceat & alios hoc agere. AMBR. Non reprænditur autem Ioannes quia amore faciebat, sed docetur, vt nouerit infirmorum esse firmorumque distantiam. Et ideo Dominus & si fortiores remunerat, tamen non excludit infirmos, vnde sequitur. {Et ait ad il. Ie. Noli. prohi. Qui enim non est aduersus, pro vo. est.} Bene domine: nam & Ioseph & Nicodemus occul K ti discipuli propter metum, in tempore tamen suum tibi officium non negauerūt: sed tamen qa alibi dixisti, Qui non est mecum ad uersum me est, & qui mecum non colligit, dispergit, aperi nobis ne videatur contrarium. & puto quia siquis mentium consideret scrutatorem, non debeat dubitare vniuscuiusque factum mente discernit. CHRY. Illic enim cum dixit: Qui non est mecum, aduersum me est, ostendit diabolum & Iudęos sibi esse contrarios, hic autem ostendit eum, qui in nomine Christi dæmones eiiciebat, in parte cum eis existere. CYRIL. quasi dicat. Pro vobis qui Christum diligitis, sunt qui per sequi volunt, quæ ad ipsius gloriam spectant, eiusdem gratia coronati. THEO. Mirare autem Christi virtutem qualiter per indignos & non discipulos eius gratia operatur, sicut & per Sacerdotes sanctificantur homines, quàm uis Sacerdotes sancti non fuerint. AMBROSIVS. Cur autem hic eos, qui possunt per manus impositionem immundis imperare spiritibus in nomine Iesu neget esse prohibendos? secundū Matthęum dicit his: Non noui vos. Sed aduertere debemus, non esse

esse sententiarum discordiam, sed illud censeri, quòd non solum A officij in clericos: sed etiam virtutis opera requirantur tantumq; esse Christi nomen, vt etiam parum sanctis opituletur ad gratiā. vnde nemo purgati hominis sibi gratiam vendicet, in quo æterni nominis virtus operata sit. nō enim merito suo diabolus, sed odio sui vincitur. BEDA.

Itaque in Hæreticis & malis Catholicis non sacramenta communia in quibus nobiscum sunt, & aduersum nos nō sunt, sed diuisionem paci veritatiq; cōtrariam qua aduersum nos sunt, & Dominum non sequuntur, nobiscum detestari & prohibere debemus.

l ¶ CYRIL. Cum immineret tēpus quo decebat Dominum peracta passione salubri, cælum ascendere, decreuit ascendere hierosolymam. vnde dicitur: {Factum est aut. dum comple. di. assum. eius & ipse faci. su. firma. vt iret in Hierusalem.} TYTVS. Quia ibi oportebat verum agnum offerri, vbi figuralis agnus immolabatur. Dicit autem: {Firmauit faciem suam,} idest, non huc & illuc ibat, nec perambulabat vicos & municipia: sed iter tenebat versus Hierusalem. BEDA. Cessent ergo pagani quasi hominem videre crucifixum, quem & tempus suæ crucifixionis cōstat quasi Deum præuidisse, & quasi sponte crucifigendus locum quo crucifigendus erat firmata facie, idest obstinata atque imperterrita mēte petisse. CYRILLVS. Misit autem nuntios paraturos ei, & comitibus eius hospitium, qui cum iuissent ad terram Samaritanorum. non fuerunt admissi. vnde sequitur: {Et mi. nun. su. ante conspe. suum. Et eun. intrauc. in ciuita. Samari. vt parā. il. & non recepe. il lum.} AMBRO. Disce, quia recipi noluit ab his quos sciebat non simplici mente conuersos: nam si voluisset ex indeuotis deuotos fecisset, sed Deus quos dignatur vocat, & quē vult religiosum facit. Cur autem non receperunt Euangelista memorat dicens: {Quia facies eius erat euntis in Hierusalem.} THEO. Sed si intelligamus, quòd propter hoc illū non receperunt, quia ire Hierusalem determinauerat, inueniuntur hi excusati qui non recēpe runt eum. Sed dicendum est, quòd in hoc quod dicit Euangelista: {Et non receperunt illum.} intelligitur illud, quòd neque in Samariam venit. deinde quasi aliquo interrogante, quare non receperunt ipsum, neque eos adiuit solues dicit, non quia impotens esset, sed quòd illuc ire nolebat. sed magis Hierosolymā. BEDA. Vel Hierusalem ire conspiciētes Samaritani, Dominum non reci D piunt. non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, vt Ioannes ostendit. CYRIL. Sed cum Dominus, qui omnia nouerat sciret, quòd eius nuntij non essent a Samaritanis recipiendi. ideo tamen præcepit eis, quòd præcederent, quia mos erat ei omnia satagere erga profectum discipulorum. Ascendebat quidem hierosolymā propinquante tempore passionis. vt igitur quando pati eum viderent nō scandalizarentur, considerantes q̄ oportet patientes esse, cum contumelias inferunt aliqui, præmisit quasi quoddam præludium Samaritanorum repulsam. Profuit autem eis & aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum, ciuitates & villas percurrentes ad prædicandum Euangelicam doctrinam, quibus aliquando occurrerent aliqui minime recipientes sacratam prædicationem, quasi non concedentes secum commorari Iesum. Docuit igitur eos, quòd diuinam annunciantes doctrinam pleni esse debebant patientia & mansuetudine. Non autem hostiles & iracundi, & in peccantes in eos atrociter insurgentes: sed adhuc non sunt E tales: immo zelo feruido concitati, volebant ignem de cælo super eos deducere. Sequitur: Cum vi. au. disci. eius Iaco. & Ioan. dixe. Domine vis dici. vt ig. descen. de cæ. & consum. illos? AMBR. Sciebat enim & Phineęs reputatum ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignem descendisse de cælo, vt Prophetæ vindicaretur iniuria. BEDA. Sancti enim viri qui optime scirent mortem istam quæ animam dissoluit a corpore nō esse formidandam, sed eorum tamen animum qui illam timerent, non nulla peccata morte punirent quo & viuentibus vtilis mœrus incuteretur illis qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset si viuerent. AMBR. Sed vindicetur qui timet. vindictam non qrit, qui non timet. similiter ostendit nobis in Apostolis fuisse merita Propheratum, qñ eandem sibi potestatē quam Prophetæ meruit impetrandi iure præsumunt, q̄ & bene præsumūt ad sermonem suum ignis de cælo descēderit, qm̄ filij sunt tonitrui. TYTVS. Censetur autem ab eis multo iustius esse Samaritanos perire, Dominum non admittentes, q̄ quinquaginta seruum excludere tentantes. Dominus autem in eos non commouetur, vt ostenderet quia non habet vltionis studium perfecta virtus, nec vlla sit iracundia, vbi plenitudo est charitatis, nam nec excludenda est infirmitas, sed iuuanda procul a religiosis indignatio, p- cul a magnanimis cupiditas vltionis. vnde sequitur: {Et cōuer. incre. il. & di. Nescitis cu. spi. estis. BEDA. Reprænditur in eis Dominus non exemplum Prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus, animaduertēs eos nō amare correptiōem: sed odio desiderare vindictam. Itaq; posteaquàm eos docuit, quid esset diligere p-

1 Factum est autem, dum complerētur dies assumptionis eius & ipse faciem suam firmauit vt iret in Hierusalem. Et misit nūtios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt parārent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Hierusalem: Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt: Domine vis dicimus vt ignis descendat de cęlo, & consummat illos? & conuersus increpauit illos dicens: Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non venit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

m Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocūque ieris. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

ximum tanquam seipsum, infuso ēt Spiritu sancto non defuerunt tales vindictæ quāmuis multo rarius quàm in veteri testamento, quia sicut sequitur: {Filius ho. nō ve. ani. perde. sed saluare.} quasi dicat, & vos ergo qui eius spiritu signati estis etiam acta eius imitamini, nunc pie consulentes: sed in futuro iuste iudicantes. AMBRO. Non enim semper in eos, qui peccauerunt est vindicandum, quia nonnūquàm amplius prodest clementia vbi ad patientiam, lapso ad correptionem. Denique Samaritani citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arcetur.

m ¶ CYRIL. Et si munificus sit omnium Dominus, non simpliciter & improuide singulis dat superna & diuina dona, sed illis qui digni sunt recipere, qui. f. animam suam alienant a maculis prauitatum, & hoc nos docet Euāgelicorum verborum virtus, cum dicitur: {Factū est au. ambu. il. in via, di. qui. ad illum. Sequar te quocumque ieris.} Primo quidem plurima continetur in accessu inertia, consequenter ostenditur, quòd plenus sit impudentia nimia. neque enim simpliciter Christū sequi petebat. sicut alij plures de populo: sed magis insiliebat ad Apostolicas dignitates, cum Paulus dicat. Nō assumat quisquam sibi honorem, sed a Deo vocatus. ATHA. Ausus etiam fuit comparare se incomprænsibili Saluatoris potestati dicens. {Sequar te quocumque ieris, eo quòd sequi Saluatorem simpliciter ad eius audiendum doctrinam possibile est humanæ naturæ propriętate qua fungitur ea homines, non est autem possibile secum cōcurrere vbilibet existenti, ipse namque incomprænsibilis est, & non circumscribitur loco. CYRIL. Alio quoque modo non immerito recusabilem facit eum, decebat enim ipsum crucem suam accipere ad sequendum Dominum, & abrenunciare præsentis vitæ affectibus. & hoc Dominus in eo reprænditur, non vituperans, sed corrigens. Sequitur: {Et ait Iesus: Vulpes foueas habent, & volu. cę. ni. filii. autē ho. non habet vbi caput suum reclinet.} THEO. Quia enim viderat Dominum multum populum adducentem, putauit quòd ab eis haberet præcium, & quòd si ipse Dominum sequeretur posset pecuniam congregare. BEDA. Vnde dicitur ei: Quid me propter diuitias & lucra huius sæculi cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, vt nec hospitiolum quidem habeam, & non meo vtar tecto? CHRY. Aspice qualiter paupertatem quam Dominus docuerat per opera demonstrat. Non erat ei mensa, non candelabrum, non domus, nec quicquam aliud talium. CYRIL. Mystice autem significatio, vulpes & volatilia cæli malignas & astutas potestates dæmonum vocat. quasi dicat: quando vulpes & volatilia in te mansionem habēt, qualiter Christus in te quiesceret? Quid commune est luci & tenebris? ATHA. Vel in hoc Dominus magnitudinem sui muneris docet. q. quasi dicat. Omnia generabilia circumscribi possunt: verbum vero Dei incomprænsibilis potestatis est. Et ideo ne dicas: {Sequar te quocumque ieris.} Cæterum si velis discipulus fieri, abdices irrationabilia, eo quòd impossibile est eum qui moratur in irrationabilitate, verbi discipulum fieri. AMBROSIVS. Vel vulpes hæreticis comparat, fallax quippe animal & insidijs semper intentū & rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil otiosum, nihil patitur esse securum, eo q̄ intra hospitia huminum predam requirit. Ita sunt hæretici, qui domum sibi parare non norunt: sed circūscriptionibus suis alios decipere conantur hoc animal neque mansuescit vnquàm. vnde Apostolus ait: Hæreticum post vnam correctionem deuita. volucres vero cæli frequenter ad nequitiæ spiritualis similitudinem deriuantur, & veluti nidos quosdam struunt in pectoribus improborum: & ideo dominante versutia in affectibus singulorum, nulla potest diuinitatis esse possessio. Vbi autem mentem probauerit

innoxiam,

Universidad de Deusto Biblioteca

innoxiam, supra ipsum quodammodo vim suæ maiestatis recinat, quia profusiore quadā gratia bonorū pectoribus inseratur. Sic igit non videtur conuenire rationi vt simplicem fidelemque ipsum arbitremur, qui Domini dignatione respuitur, cum indefessi famulatus obsequium spopondisset. Sed Dominus non obsequiorum speciem, sed puritatē quærit affectus, nec obsequium eius admittitur, cuius non probatur officiū: circumspectum etenim fidei debet esse hospitium nedum infidelibus nostræ domus interna reseramus, in aliena perfidiam improuida crudelitate labamur. Itaque vt aduertas Deum non cultum aspernantem esse sed fraudis, quire pudiauit fraudulentum, elegit innocentem. Sequitur: {Ait autem ad alterum. Sequere me.} Sed hoc dicit ei, cuius patrem iam sciebat mortuum. vnde sequitur: {Ille autem dixit. Domine permitte mi. pri. ire & sepe. pa. meū.} BEDA. Non discipulatum respuit: sed expleta primum paterni funeris pietate, liberior assequi desiderat. AMBRO. Sed Dominus quos miseretur aduocat. vnde sequitur, {Dixitque Iesus: Sine, vt mor. sepe. mor. su. tu autem va. & annun. reg. Dei.} Cum religiosum humani corporis sepeliendi acceperimus officium, quomodo paterni quoque funeris sepultura prohibetur, nisi vt intelligas humana post habenda diuinis? bonum studium, sed maius impedimentum: nam qui partitur studium, deriuat affectum, qui diuidit curā differt profectum, ergo prius sunt obeunda quæ maxima, nam & Apostoli ne occuparentur studio dispensandi ministros pauperibus ordinarunt. CHRYSO. Quid autem magis necessarium paternis exequiis? quid facilius? cum non esset multum temporis dandum, per hoc docemur, quòd minimum tempus frustra ducere decet, & si mille cogentia sunt, imo præferre spiritualia cunctis admodum necessarijs. Diabolus enim insistit attentius, volens aliquem aditum inuenire, & si modicam sumat negligentiam, magnam operatur pusillanimitatem. AMBRO. Non ergo paterni funeris sepultura prohibetur: sed necessitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur. Illud consortibus relinquitur, hoc mādat religiōis. quomodo autem mortui sepelire mortuos possunt? nisi geminam hic intelligas mortem, vnam naturæ, alteram culpæ. Est etiam mors tertia, in qua peccato morimur, Deo viuimus. CHRYSO. Cum ergo dixisset mortuos suos, ostendit hunc non esse mortuum eius. puto enim de numero insidelium fuisse defunctum. AMBR. Aut quia sepulchrum patens est guttur impiorum, memoria eorum abolēda præscribitur, quorum simul cum corpore meritum occidit, nec reuocatur ab officio patris filius, sed fidelis a perfido communione secernitur, nō interdictum est muneris: sed religionis mysterium communionem nobis, cum gentibus mortuis non futuram. CHRY. Vel aliter: Erat enim pater senectute grauatus. putat autem honestum aliquid agere, dum proponeret obseruare ei debitam pietatem, secundum illud: Honora patrem tuum & matrem tuam. vnde vbi vocatus est ad Euangelicum mysterium dicente Domino: {Sequere me.} quærebat inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem dicens: {Permitte mihi primum ire & sepelire patrem meū.} non quòd defunctum patrem sepelirre rogaret: neque enim Christus hoc agere volentem impediuisset: sed dixit {sepelire} idest sustentare in senectute vsque ad mortem. Sed Dominus ad eum dixit: {Sine mortuos sepelire mortuos suos.} erant enim & alij curatores linea parentelę astricti, sed vt æstimo mortui, eo quòd non dum Christo crediderant. Hinc percipe, quòd præferenda sit pietas qua Deo tenemur amori parentum, quibus reuerentiam exhibemus, quia per eos genici sumus. Sed omnium Deus, cum non essemus, ad esse nos conduxit, parentes autem facti sunt ministri in troitus ad esse. AVG. de Con. Euan. Hoc ergo dicebat Dominus illi cui dixerat: Sequere me. Alius vero discipulus milit se in medio, cui nemo aliquid dixerat. vnde sequitur Et alter ait. Sequar te Domine, sed primum permitte mihi ire, & renuntiare his qui domi sunt, ne forte quomodo fieri solet quærant me. CYR. Imitanda autem huiusmodi promissio & omni laude plena, sed quærere renuntiare his, qui domi sunt licentiando se ab eis, ostendit, quòd vtcumque diuisus sit a Domino, dum hoc perfecte adire proposuerit mente. nam velle consulere proximos non consensuros huic proposito indicat se vtcumq; labētem: propter quod Dominus hoc improbat. Sequitur: {Ait ad illum Iesus: Ne. mittens manum suam in aratrum, & respiciens retro, aptus est regnō Dei. Apposuit manum aratro, qui affectuosus est ad sequēdum: tamen respicit retro qui dilationem petit, occasione redeundi ad Domum, & cum propinquis conferendi. AVG. de Verbis Domini quasi dicat ei: Vocat te oriens, & tu attendis occidentem. BEDA. Manum etiam cuilibet in aratrum mittere, est quasi quodā compūctionis instrumento ligno & ferro Dominicæ passionis duritiem sui cordis atterere, atque ad serendos bonorū operum fructus aperire, quam siquis excolere incipiens cum vxore Loth ad ea, quæ reliquerat respicere delectatur, futuri iam regni munere priuat. GRAECVS. Crebri namque intuitus eorum quæ deseruimus propter consuetudinem trahunt ad retro acta, violentum enim quid vsus est ad retinendum sibi. Nonne habitus ex vsu, ex habitu vero natura innascitur? Naturam vero amouere vel alterare difficile. Nam & si paulisper declinet coacta, redit ad scipsam velociter. BEDA. Si autem secuturus Dominum discipulus, quia vel domi renuntiare velit arguitur, quid fiet illis, qui nulla vtilitatis gratia sæpe visitant domos illorum quos in mundo reliquerunt?

CAPVT X.

Post hęc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locū, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autem Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

CAP. X.

CYRILLVS. Certificauerat Deus per Prophetas, q Euangelij prædicatio salutaris comprehensura erat non solum Israel, sed etiam gentium greges. Et ideo a Christo post duodecim Apostolos & alij septuaginta duo, sunt instituti. vnde dicitur. {Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos. BEDA. Bene septuaginta duo mittuntur, quia totidem mundi gentilibus Euangelium prædicandum erat, vt quomō duodecim, primo propter duodecim tribus Israel: ita & hi propter exteras gentes destinarentur imbuendas. AVG. de Quæst. Euan. Sicut etiam 24. horis totus orbis peragitur atque lustratur, ita mysterium illustrandi orbis per Euangelium Trinitatis in septuagintaduo discipulis intimatur, ter enim 24. septuagintaduo faciunt. BEDA. Sicut autem duodecim Apostolos formam Episcoporum præmonstrare nemo est qui dubitet, sic & hos septuagintaduo figuram Præsbyterorum, idest secundi ordinis Sacerdotum gessisse sciendum est: tamen et si primis Ecclesiæ temporibus, vt Apostolica scriptura testis est, vtrique Præsbyteri vtrique vocabantur & Episcopi, quorum vnum Sapiētiæ maturitatem, aliud industriam curæ Pastoralis significat. CYRILLVS. Huius etiam forma in verbis Moysi figurabatur, qui iubente Deo. 72. elegit quibus Deus spiritum infundebat. In Numeris etiam scriptum est de filijs Israel, quòd venerunt in Helim quod interpretatur ascensus, & erāt ibi 12. fontes aquarum, & 70. palmæ. Conuolantes enim ad augmentum spiritualē seriem iam, sicut a fontibus Saluatoris, & 70. palmis, hos. s. qui nunc destinati sunt a Christo. Est enim palma arbor bonæ medullę, bene radicata & fertilis, & semper nascens in aquis, alta simul & frondes porrigens sursum. Sequitur: {Et misit illos binos.} GREG. in Hom. Binos in prædicatione discipulos mittit, quia duo sunt præcepta charitatis, Dei. amor, & proximi. Et minus hic q̄ inter duos charitas haberi non potest, quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. ORIG. Sicut etiam ex 12. bini & bini numerati fuerūt, vt in eorū Cathalogo Matthæus ostendit; quòd enim bini famularentur Dei verbo antiquum esse videtur. Eduxit enim Deus Israel de Aegypto per manus Moysi & Aaron. Iosue quoque & Caleph concordantes præcauerunt prouocatum a 12. exploratoribus populum. vnde dicitur: Frater a fratre adiutus vt ciuitas vallata. BASIL. Simul etiam per hoc indicauit, quòd si aliqui pares sunt in spiritualibus donis, hoc non sinet in eis prævalere proprię opinionis passionem. GRE. in Hom. Bene autem subditur: {Ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus.} Prædicatores autem suos Dominus sequitur, quia prædicatio prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt, atque per hoc veritas in mēte suscipitur. Hinc prædicatoribus Isaias dicit: Parate viam Domini, rectas facite semitas

mitas Dei nostri. THEOPHI. Designauerat autem Dominus discipulos propter multitudinem doctoribus indigentem. sicut enim agri spicati multos messores desiderant, sic qui crediturierant innumerabiles existentes, multis doctoribus indigebant: vnde sequitur: {Messis quidem multa.} CHRY. Sed qualiter messem vocat, cū res ad præsens exordium sumant? nondum iacto aratro, aut sulcis productis de messibus tractat. poterāt enim discipuli vacillare, & secum meditari, & dicere: qualiter nos numerus breuis emendare poterimus totum mundum, idiotæ sophistas, munitos nudi, dominantes subiecti? Ne igitur consideratione talium turbarentur, vocat Euangelium messem. quasi dicat: parata sunt omnia, mitto vos ad paratam collectionem fructuum: eodem die, & serere potestis & metere. Sicut ergo colonus exiens ad messes lætatur, sic etiam vos multo amplius, & alacrius necessarium est exire in mundum, nam hoc negotium messis est, agros nobis exhibens præparatos. GRE. in Ho Sed non sine graui mœrore loqui possumus quod subditur: {Operarij autem pauci.} quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicant: Ecce mundus Sacerdotibus plenus: sed tamen in messe Dei rarus valde reperitur operator, quia officium quidem Sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus. BEDA. Sicut autem messis multa est omnis turba credentium, ita operarij pauci sunt Apostoli, & imitatores eorum qui mittunt ad messem. CYRIL. Sicut autem agri spatiosi messores multos exigunt, sic & multitudo crediturorum Christum, vnde subdit: {Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam.} Illud autem attende, quòd cum dixisset: {Rogate Dominum messis vt mittat operarios in messem suam:} ipse postmodum hoc peregit. Ipse igitur est Dominus messis, ac per eū, & cum eo Deus pater omnibus dominatur. CHRY. Multipliciauit autem postmodum eos, non addens ad numerum, sed concedens virtutem. Insinuat autem quàm magnum donum est operarios mitti in messem diuinam, per hoc quod dicit, Dominū messis super hoc esse rogandum. GREG. Per hoc etiam inducendi sunt subditi, vt pro suis pastoribus rogent, vt digna eis operari valeant, nec ab exhortatione torpeat lingua. Sæpe enim pro sua nequitia prædicantium restringitur lingua. Sæpe vero ex subiectorum culpa agitur, vt eis qui præsunt, prædicationis sermo subtrahatur.

b ¶ CYRILLVS. Narrat Lucas consequenter. 70. discipulos vendicasse sibi a Christo Apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, equitatem, nihilq; mundanorum sacris prædicationibus præferre, aspirare autem ab eo ad fortitudinem mentis vt nullum terribilium formident, neque ipsam mortem. vnde dicit: {Ite.} CHRY. Erat enim inter omnia pericula eorum solatium virtus mittentis eos: & ideo dicit: {Ecce ego mitto vos} quasi dicat, hoc sufficit ad consolationem vestram, hoc sufficit ad sperandum, & non timendum superuenientia mala quæ significat subdens. {sicut agnos inter lupos.} ISIDO. Abbas: Denotans simplicitatem & innocentiam, nam debacchantes & sua enormitate iniuriantes naturæ, non agnos appellat sed hædos. AMBR. Contraria autem sunt sibi ista animalia, vt alia ab alijs deuorentur. sagni a lupis: sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit. Ideoque isti discipuli non in prædam, sed ad gratiam diriguntur: solicitudo enim Pastoris boni efficit, vt lupi in agnos audere nihil possint. Mittit ergo agnos inter lupos vt compleretur illud. Tunc lupi & agni simul pascentur. CHRY. Hoc. n. fuit manifestum indicium præclari triūphi, vt circūdati essent discipuli Christi ab hostibus, quasi agni inter lupos, eos tamen conuerterent. BEDA. Vel specialiter lupos vocat Scribas & Pharisæos, qui sunt clerici Iudæorum. AMBRO. Vel lupis sunt Hæretici comperandi. lupi. n. bestię sunt quæ insidiantur ouilibus, & circa pastorales versantur casas. Habitacula domorum intrare non audent. somnum canum, absentiam aut desidiam pastorum explorāt, ouium guttur inuadunt, vt cito strangulent, feri rapaces, natura corporis rigidiores, vt se facile non possint inflectere, impetu quodam suo feruntur: & ideo sæpe deluduntur. Siquem priores hominem viderint, vocem eius quadā naturæ vi feruntur eripere. si autē homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Sic Hæretici insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno tempore. semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi nebulis praue interpretationis obducunt, stabula tamen Christi intrare non audent: & ideo non sanantur, sicut curatus est ille in stabulo, qui incidit in latrones. Explorant pastoris absentiam, quia præsentibus pastoribus oues Christi incursare non possunt. Quadam etiam mentis intentione duri ac rigidi nequaquam solent a suo errore deflectere, quos scripturæ verus interpres Christus illuditi, vt in vanum suos effundant impetus, & nocere nō possunt, qui siquem

A versuta disputationis suæ circūscriptione præueniunt, faciunt ob mutescere. mutus est enim qui verbum Dei nō eadem qua est gloria confitetur. Caue igitur ne tibi vocem tollat Hæreticus, ne prio rem non ipse deprehenderis: serpit. n. dum latet eius perfidia, si autem commenta impietatis eius agnoueris, iacturam piæ vocis timere non poteris.

c In quācunque domum intraueritis primum dicite, pax huic domui: & si ibi fuerit filī pacis, requiescet super illū pax vestra, sin autem, ad uos reuertetur. In

Gutturinuadunt, vitalibus vulnus affigunt dum animā petunt. Si etiam audies aliquem Sacerdotem dici, & rapinas eius cognoscis, foris ouis, intus lupus est qui humanę necis insaturabili crudelitate, rabiem suam desiderat explere. GREG. Multi. n. cum reginiis iura susceperint, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent. Et quia charitatis viscera non habent. dum videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant. Contra quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittuntur, vt sensum seruantes innocentiæ, morsum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare. Quem & siquando zelus rectitudinis exigit, vt erga subiectos sæuiant, intus paterna pietate diligat, quos foris quasi insequendo castigat. Quod tunc rector bene exhibet, cum terrenæ cupiditatis honoribus nequaquām mentis colla supponit. vnde subditur: {Nolite portare sacculum neque peram.} GRE. Nazanzenus. Quorum summa est, vt adeo virtuosi existant, quòd nō minus propter vitæ modum quàm propter eorum verbum Euangelium proficiat. GREG. Tanta enim prædicatorum debet esse in Deo fiducia, vt præsentis vitæ sumptibus quāmuis non prouideant. tamen sibi hos non deesse certissime sciat. Ne dum mēs eius occupatur ad reparalia, minus alijs, puideat æterna. CYRIL. Sic igitur præceperat, nec de ipso subiecto curam habere cum dixerat: {Mitto vos sicut agnos inter lupos.} Nec etiam concessit solicitos esse erga extrinseca corpori, cum dixit: Nolite portare sacculum neque peram. Nec etiam concessit portare aliquid eorū, quæ nondum vnita sunt corpori. vnde subdit, {Neque calciamenta.} Non solū aūt sacculū & peram portare prohibuit, sed nec aliquam studij distractionem permisit assumere, qui nec ab obuiantium salutatione distrahi voluit. vnde subdit: {Et neminem per viam salutaueritis.} Quod & dudum ab Helisæo dictum fuit. q. d. recto tramite ad opus procedite, non alternantes benedictionibus benedictiones. Damnum. n. est expendere tempus prædicationibus competens. AMBRO. Non ergo hic Dominus prohibuit, q̄ beniuolentiæ displiceret officium, sed quòd per sequendę deuotionis intentio plus placeret. GREG. Nazanzenus: Mandauit etiam hoc eis Dominus ad verbi gloriam, ne videretur in eis magis vigere blanditias, voluit etiam eos non esse solicitos in verbis alienis. GREG. in Hom. Hæc autem verba siquis etiam per allegoriam velit intelligi, pecunia clausa in sacculo est sapientia occulta. Qui igitur sapientiæ verbum habet, & hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Per peră vero, onera sæculi, per calciamenta mortuorum operum exempla significantur. Qui ergo officium prædicationis suscipit, dignum non est, vt opus sæcularium negotiorum portet. nedum hoc eius colla deprimit ad prædicanda cælestia non assurgat, nec debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire, ne. s. quia alios talia feciſſe considerat, se etiam facere licenter putet. AMBR. Nihil etiam Dominus in nobis mortale vult esse. Mortale. n. atque terrenum calciamentum Moyses iubetur soluere, cum mitteretur, ad populum liberandum, quod si quem mouet, qua ratione in Aegypto calciati iubentur edere agnum, Apostoli autem sine calciamento ad prædicandum Euangelium diriguntur, is considerare debet, quia in Aegypto positus, debet adhuc morsus cauere serpentis, multa. n. venena in Aegypto. Et qui typo Pascha celebrat, patere potest vulneri. qui autem minister est veritatis, venena non trepidat. GREG. in Hom. Omnis autem qui salutat in via ex occasione salutat itineris, non ex studio optandæ salutis. Qui igitur non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audientibus prædicat, quasi in itinere salutat quia ex occasione, & non ex intentione salutem audientibus exoptat.

c ¶ CHRYSO. Bonorum omnium mater pax est, sine qua cætera inania sunt. propter quod Dominus discipulis intrantibus domos, illico pacem iussit proferre tanquàm bonorum indicium dicens: {In quācumque domum intraueritis primum dicite, pax huic domui.} AMBROSIVS. Vt. s. pacis perferamus nuntium, ipse primus ingressus pacis benedictione celebret. CHRY. Vnde Pontifex Ecclesiæ tradit eam dicens. Pax vobis. Implorāt autem pacem sancti, non solum eam quæ versatur inter homines adinuicem, sed & eam quæ pertinet ad nosipsos. nam sæpius in pe-

store bellum gerimus, & nullo molestante turbamur, necnon pra
ua desideria contra nos crebro insurgunt. TYTVS. Dicitur au-
tem: {Pax huic domui,} scilicet habitantibus domum, omnes
alloquantur, maiores pariter & minores, neque cum indignis ve-
stra salutatio dirigetur. vnde subditur: {Et si ibi fuerit filius pacis,
requiescet super illū pax vestra:} q.d. vos quidem, pferetis ver-
bum, res autem pacis applicabitur meo iu-
dicio, vbicumq; di-
gnum esse videbitur.
Siquis autem non sit
dignus, non estis de-
luti, nec verborum ve
strorum gratia perijt:
immo reciprocatur
ad vos. Et hoc est qđ
subditur. {Si nautem,
ad vos reuertetur.}
GREG. Pax enim
quæ ab ore prædica-
toris offertur, aut re-
quiescet in domo, si
ea fuerit quisquam
prædestinatus ad vi-
tam, & cęleste verbum sequitur quod audit. aut si nullus audire vo
luerit, ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuer
titur, dum ei a Domino pro labore sui operis merces recompensa
tur. Si autem pax vestra recipitur, dignum est vt ab eis terrena sti
pendia consequamur, quibus patriæ cælestis præmia offerimus. vn
de sequitur: {In eadem autem domo manete edentes & bibentes,
quæ apud illos sunt.} Ecce qui peram & sacculum portari prohi-
buit, sumptus & alimenta ex eadem prædicatione concedit.
CHRY. Sed ne aliquis diceret consumo res proprias parando H
aduenis mensam, illum primo intrantem facit tibi pacis donum
offerre, cui nihil est æquale, vt scias te maiora quàm des suscipere.
TYTVS. Vel aliter continua: Quia non estis constituti iudi-
ces eorum, qui sunt digni vel indigni, edatis & bibatis, quæ vobis
offeruntur ab eis. Dimittite autem mihi eorum, qui vos recipiūt
examen: nisi vobis quoque sit notum non esse ibi filium pacis, tūc
enim fortassis retrocedere debetis. THEO. Vide igitur quali-
ter discipulos mendicare instituit, & pro pretio eos nutrimentū
habere voluit, nam subditur. {Dignus est enim operarius merce
de sua.} GREG. Sunt enim iam de mercede operarij ipsa ali-
menta sustentationis, vt hic merces de labore prædicationis in-
choetur, quæ illic de veritatis visione perficitur. Qua in re consi
derandum est, quòd vni nostro operi duæ mercedes debentur,
vna in via quæ nos in labore sustentat, alia in patria quæ nos in re
surrectione remunerat. Merces itaque quæ in præsenti recipitur,
hic in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustius
tendatur. Verus ergo quisque prædicator non ideo prædicare de I
bet, vt in hoc tempore mercedem accipiat: sed ideo mercedem re
cipere, vt prædicare valeat. Quisque namque ideo prædicat, vt
hic laudis, vel muneris mercedem recipiat, ęterna mercede se pri
uat. AMBRO. Subditur virtus alia, ne de domo ad domum
quis vaga facilitate demigret. Sequitur enim. {Nolite transire de
domo in domum} vt scilicet amore hospitali seruemus constan-
tiam, neque aliquam amicitiæ necessitudinem facile resoluamus.
BEDA. Descripto autem diuerse domus hospitio, quid iam in
ciuitatibus agere debeant docet, pijs scilicet in omnibus commu
nicare, ab impiorum vero per omnia societate secerni, vnde sequi
tur. {Et in quācunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos,
manducate quæ apponuntur vobis.} THEO. Quamuis mo-
dica existant, & vilia nihil amplius inquirentes, denunciat etiam
eis vt operantes miracula homines ad suas prædicationes attrahe
rent, vnde subdit. {Et curate infirmos, qui in illa sunt. Et dicite
illis, appropinquauit in vos regnum dei.} Si enim prius curaue K
ritis, deinde docueritis, prosperabitur sermo, & homines credent
regnum dei appropinquare, non enim curarentur, nisi hoc aliqua
virtus diuina perficeret. Sed etiam cum secundum animam curan
tur, appropinquat in eos regnum Dei, quod lōge est ab eo cui do
minatur peccatum. CHRY. Vide autem dignitatem Aposto
lorum, nihil sensibile monentur proferre, qualia circa Moysen &
Prophetas. sibona terrena, sed quædam noua & mirabilia. s. regnū
Dei. MAXI. Dicitur autem appropinquauit. non vt ostendat
temporis breuitatem. neque enim regnum Dei venit cum obser-
uatione: sed ostendit dispositionem hominum ad regnum Dei, qđ
quidem potentia est in omnibus credentibus, actu vero in his qui
resp uunt corporalem vitam, & solam eligunt spiritualem, qui dice
re possunt. Viuo aūt non ego, sed viuit in me Christus. AMBR.
Deinde docet excutiendum de pedibus puluerem, siquis recipien-

dos ciuitatis hospitio non putauerit dicens: {In quācūque ciui-
tra ue. & non rece. vos, exeuntes in pla. dicite: etiam puluerem pe
dum, qui adhæsit nobis de ciui. vestra extergi in vos. BEDA.
Vel ad contestationem terreni laboris, quem pro illis inaniter sus-
ceperunt, vel vt ostendatur vsque adeo se ab ipsis nihil terrenum
extergimus in vos. Tamen hoc
scitote, quia appropinquauit re
gnū dei. Dico vobis, quia Sodo-
mis in die illa remissius erit
quàm illi ciuitati.
d Væ tibi corozaim, væ tib Beth
saida, quia si in tyro & sydone fa
ctæ fuissent virtutes q̄ factæ sunt
in vobis, olim in cilitio, & cinere
sedentes pœniterent. Verūtamē
Tyro & Synodi remissius erit in
iudicio quàm vobis. Et tu Ca-
pharnaum vsque ad cælum exal
tata, vsque ad infernum demer
geris. Qui vos audit, me audit,
quærere, vt etiā pul-
uerem de terra eorū
non sibi patiantur ad
hærere. Vel per pe-
des ipsum opus & in
cessus prædicationis
significatur: puluis
vero quo aspergūtur
terrenæ leuitas est co
gitationis, a qua &
summi doctores im-
munes esse nequeūt.
Qui ergo spreuerit
doctrinam labores &
pericula docentium:
ad testimonium suæ
dānationis inflectūt.
ORIG. Extergen
do ergo puluerem pe
dum in eos quodam-
modo dicunt, puluis
peccatorum vestrorum merito veniet super vos. Et attende quòd
quæcumque ciuitates non suscipiunt apostolos, sanamque doctri
nam habent plateas, iuxta illud. Lata est via quæ ducit ad perdi-
tionem. THEO. Et sicut recipientibus apostolos appropin-
quare regnum Dei dicitur in beneficium, sic non recipientibus in
præiudicium. vnde subdit: {Tamen hoc scitote, quia appropinqua
uit regnum Dei.} Sicut aduentus Regis est quibusdam ad pœnā,
quibusdam vero ad honorem. vnde de eorum pœna subditur: {Di
co autem vobis, quia Sodo. in illa die remissius erit, quàm illi ciuita.}
EVSEB. Nam in ciuitate Sodomitarum non caruerūt Angeli
hospitio: sed Loth inuentus est dignus eos hospitari. Si ergo ad ac
cessum discipulorum, nec vnus inuenietur in ciuitate qui eos reci
piat, quomodo non peior erit ciuitate Sodomorum? Hic sermo
docebat eos audacter aggredi regulam paupertatis: non enim pos-
set cōsistere ciuitas, & villa nec vicus, sine aliquo incola noto Deo.
nam nec Sodoma subsisteret non reperto Loth, quo recedente to-
ta repente perijt. BEDA. Sodomitæ quoque ipsi, & si inhospi
tales fuerint inter cætera carnis animæq; flagitia, nulli tamē apud
eos tales hospites, quales Apostoli reperti sunt. & Loth quidem
aspectu & auditu iustus erat, non tamen ibi aliquid docuisse, aut
signa fecisse perhibetur.
d ¶ AMBR. O. Docet Dominus grauiori pœnę obnoxios
fore, qui Euangelium non sequendum quàm qui legem iudicaue-
runt esse soluēdam dicēs: {Veh tibi Corozaim. Veh tibi Bethsai.}
BEDA. Corozaim, Bethsaida, & Capharnaum, Tyberias quo-
que quas Ioannes nominat, ciuitates sunt Galileæ sitæ in littore
laci Genezareth, qui ab Euangelistis mare Galileæ, vel Tyberia-
dis appellatur. plangit ergo Dominus has ciuitates, quę post tanta
miracula atque virtutes non pœnituerunt, peioresque sunt genti
libus, naturale tantum ius dissipantibus, quia post descriptæ legis
contemptum, filium quoque Dei, & gloriam eius spernere non ti-
muerunt. vnde sequitur: {Quia si in Tyro & Sydo. factę fuis. vir.
q̄ in vobis factę sunt, olim in cilitio & cinere sedentes pœniterēt.}
In cilitio quod de pilis caprarum contexitur, asperam peccati pū-
gentis memoriam significat. In cinere autem mortis consideratio-
nem, per quam in puluerem redigimur demonstrat. Porro in se-
ctione humilitatem propriæ conscientiæ significat. Impletum au-
tem videmus hodie dictum. s. Saluatoris, quia Corozaim & Beth-
saida præsente Domino credere noluerunt. Tyrus autem & Sy-
don, & quondam Dauid ac Salomoni amici fuere, & post Euange-
lizantibus Christi credidere discipulis. CHRYSO. Deplo-
rat autem Dominus has ciuitates ad nostrum exemplum, eo q̄
effusio lachrymarum & gemitus amarus super patientes insensibi
litatem doloris, non modicum antidotum est, & ad correctionem
patientium, & ad remedium ingemiscentium super eos. Non so-
lum autem per deplorationem inducit eos ad bonum: sed etiam
per terrorem. vnde sequitur: {Verūtamen Tyro & Sydoni remis-
sius erit quàm vobis in iudicio.} Hoc & nos audire debemus: non
enim solis illis: sed etiam nobis peius iudicium statuit, nisi recepe
rimus intrantes ad nos hospites quorum puluerem præcepit ex-
cutere. Cum autem plurima signa fecisset Dominus in Cephar-
naum, & eam incolam habuisset, videbatur super alias ciuitates
exaltata, sed propter incredulitatem cecidit in ruinam. vnde seqt:
{Et tu Caphar. vsque in cælum exal. vsque ad infernum demerge
ris.} vt. s. iudicium sit proportionabile honori. BEDA. Duplex
autem in hac sententia sensus est: Vel ideo ad infernum demerge-
ris, quia

ris, quia contra prædicationem meam superbissime restitisti, vt. s. A
intelligatur in cælum exaltata per superbiam. Vel ideo, quia es
exaltata vsque ad cælum meo hospitio, & meis signis, maioribus
plectēris supplicijs, quia his quoq; credere noluisti. Et nequis pu-
taret hanc increpationem, vel tantummodo ciuitatibus vel perso-
nis conuenire q̄ Do-
minum in carne vi-
dentes spernebant, &
non omnibus qui ho
die quoque Euange-
lij verba despiciunt:
Consequenter adiun
xit, dicens. {Qui vos
audit, me audit.}
CYRIL. Per qđ
docet quicquid per
sanctos Apłos dicit
acceptandū esse, quia
qui illos audit, Chri-
stum audit. Ineuita-
bilis ergo pœna hære
ticis imminet, qui Apostolorum negligunt verba. Sequitur enim:
{Et qui vos spernit, me spernit. BEDA. Vt. s. in audiendo qs-
que vel spernando Euangelij prædicationem non viles quasque
personas, sed Dominum Saluatorem: imo ipsum patrem spernere
se vel audire disceret. nam sequitur: {Qui autem me spernit, sper
nit eum qui misit me,} quia in discipulo magister auditur, & in
filio pater honoratur. AVGV. De verbis Domini: Si autem
sermo Dei ad vos quoque peruenit, & in eo loco vos constituit,
videte ne spernatis nos, ne ad illum perueniat, quod nobis feceri-
tis. BEDA. Potest & ita intelligi: Qui vos spernit, me spernit,
idest qui non facit misericordiam vni de fratribus meis minimis,
nec mihi facit. Qui autem me spernit. nolens credere filium Dei, C
spernit eum q̄ me misit. quia ego & pater vnū sumus. TITVS.
Simul autem in hoc discipulos consolatur. q.d. Non dicatis, cur
imus passuri contumelias? accommodate linguā: ego præbeo gra
tiam, in me vestra redundat contumelia.
e ¶ CYRIL. Supra dictum est, q̄ dominus misit discipulos
gratia spiritus sancti insignitos, & facti prędicationis ministri po-
testatem super immundos spiritus acceperunt, nunc autem reuer
si confitentur honorantis eos potentiam, vnde dicitur. {Reuersi
sunt autem 72. cum gaudio dicentes, domine etiam dæmonia su-
biiciuntur nobis in nomine tuo.} Videbantur quidem gaudere
magis q̄ facti sunt miraculorum auctores: quàm q̄ facti erant præ
dicationis ministri. Erat autem melius eos gaudere in illis quos
ceperant: sicut vocatis per ipsum dicit Paulus. Gaudium meum,
& corona mea. GREG. 24. Moralium. Mire autem dominus vt
in discipulorum cordibus elationem præmeret, indicium ruinæ
retulit, quod ipse magister elationis accepit, vt in auctore super D
bię discerent quid de elationis vitio formidarent, vnde sequitur.
{Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. BEDA.
Dicitur Sathanas, eo q̄ aduersatur bono, hoc enim significat no-
men Hebraicum, sed diabolus dicitur, eo quòd cooperatur nobis
in malo: & accusator sit. Natura eius est incorporea, locus ae-
reus. BEDA. Non autem dicit. Modo video, sed prius videbam:
quando corruit. Quod autem ait. {Sicut fulgur, vel præcipitem,
de supernis ad ima lapsum significat, vel quia deiectus adhuc trans
figurat se in angelum lucis. TITVS. Se autem dicit vidisse tam
quàm iudicem qui nouit incorporeorum passiones, vel dicit. {Si-
cut fulgur, quia natura fulgidus erat vt fulgur, sed factus est tene-
brosus propter affectum: quia quod deus fecit bonum, hoc ipse in
se alterauit in malum. BASI. Supernæ enim virtutes nō sunt
naturaliter sanctę, sed sm analogiam diuini amoris mensuram
sanctificationis sortiuntur. Et sicut ferrum positum in igne non
desinit esse ferrum, vehementi tamen flammæ vnione tam effectu, E
quàm aspectu in ignem pertransit, sic & almæ virtutes ex partici-
patione eius quod est naturaliter sacrum, insitam habent sancti-
ficationem, neque enim cecidisset sathanas, si natura fuisset insusce
ptibilis mali. CYRIL. Vel aliter, Videbam sathanam sicut
fulgur de cœlo cadentem, idest a suprema potentia in extremam
fragilitatem. Nam ante Saluatoris aduētum subegerat sibi orbē,
& ab omnibus colebatur: sed cum vnigenitū verbum dei de cœlo
descendit, corruit tāquam fulgur, quia conculcatur ab adorātibus
Christum, vnde sequitur. {Et ecce dedi vo. potest. calcan. supra ser
pen. & scorpi.} TITVS. Serpentes quidē aliquando figuraliter
in deserto morabant Iudæos, & necabant eos eo q̄ infideles erāt.
venit aūt qui serpentes illos perimeret Aeneus serpēs crucifixus,
vt siquis credens in eum prospexerit, liberetur a morsibus & sal-
uetur. CHRY. Deinde ne putaremus hoc dici de bestijs, subūxit.
{Et supra omnē virtutem inimici.} BEDA. Hoc est omne genus
immundorū spirituū de obsessis corporibus eijciendi, & quatum
ad ipsos suadit. {Et nihil vobis nocebit. Quāmuis & ad litteram

possit accipi. Paulus. n. a vipera inuasus nihil mali patitur, & Ioan
nes hausto veneno non lædirur. Hoc aūt inter serpentes qui dēte,
& scorpiones qui cauda nocent, distare arbitror: q̄ serpētes aperte
sęuientes, scorpiones clanculo insidiantes vel homines vel dæmo-
nes significent. vel serpentes qui inchoādis virtutibus venena pra
uæ persuasionis obij-
ciunt, scorpiones qui
consummatas virtu-
tes ad finē vitiare in-
tendunt. THE. Vel
serpentes sunt qui vi
sibiliter nocent, velu
ti fornicationis & ho
micidij dæmon: qui
vero inuisibiliter no
cent scorpiones voca
tur, sicut in vitijs spi
ritualibus. GRE. Ni
senus. Voluptas etiā
serpēs dicitur in scri
ptura, cuius natura
est, quòd si caput eius muri stricturam attigerit, totum sequens
corpus ad se trahit, sic natura necessarium concessit homini do-
micilium. Sed per hanc necessitatem aggrediens voluptas ani-
mum ad immoderatum quendam ornatum peruertit, ad hoc sub-
sequentem auaritiam trahit, quā impudicitia sequitur, idest vl-
timū membrum & cauda bestialitatis. Sed quemadmodum non
est per caudam serpentem retrahi, sic non est incipiendum ab vl-
timis ad euellendum voluptates, nisi quis priorem aditum ob-
tulerit malitiæ. ATHA. Deludunt autem nunc per Christi In serm. de
virtutē pueri voluptatem, quæ quondam seducebat grandeuos, & Passione &
virgines perseuerant conculcantes serpētinæ voluptatis fallacias. Cruce.
Sed & quidam ipsum aculeum scorpionis, idest diaboli conculcā-
tes, scilicet mortem, non timuerunt interitū, Verbi gratia, marty
res facti, plerique vero postpositis terrenis liberō gressu cōuertun
tur in cœlis, principem aeris non timentes. TITVS. Sed quia lę
titia qua eos lętos videbat: inanem gloriam sapiebat. gaudebāt n.
q̄ quasi sublimes effecti, terribiles hominibus & dæmonibus erāt.
ideo dominus subiungit: {Verūtamen in hoc nolite gaudere, quia
spiritus subijciuntur vobis.} BEDA. De subiectione spirituū cū
caro sint gandere prohibentur, quia spiritus eijcere sicut & virtu-
tes alias facere, interdum non est eius meriti qui operatur, sed in-
uocatio nominis Christi, hoc agit ad condemnationem eorū qui
inuocant, vel ad vtilitatem eorū qui vident & audiunt. CYRIL.
Sed cur domine non finis lętari in honoribus a te collatis, cū scri-
ptum sit. In nomine tuo exultabunt tota die? Sed dominus eos
ad maius gaudium erigit. vnde subdit. {Gaudete autem quia no
mina vestra scripta sunt in cœlis.} BEDA. q.d. Non oportet vos
de dæmonium humiliatione, sed de vestra sublimatione gaude-
re. Salubriter autem intelligendum est, quòd siue cœlestia, siue
terrestria quis opera gesserit per hoc quasi litteris annotatus a-
pud dei memoriam sit æternaliter affixus. THEO. Scripta
sunt enim nomina sanctorum in libro vitæ non in causto, sed me
moriam dei & gratia. Et diabolus quidem de super cadit: homi-
nes vero inferius existentes superius ascribuntur in cœlis. BASI.
Quidam autem sunt qui scribuntur quidem non in vita, sed se-
cundum Hieremiam in terra, vt secundum hoc intelligatur du-
plex quædam descriptio, horum quidem ad vitam: illorum ad per
ditionem. Quod autem dicitur, Deleantur de libro viuentium,
intelligitur de his qui digni putabantur in libro dei conscribi. Et
secundum hoc fieri dicitur scripturæ mutatio, quando a virtute
delabimur in peccatum, vel econtra.
f ¶ THEO. Sicut benignus pater videns filios suos dirigi, gau
det, sic & Christus exultat, q̄ Apostolis tantis bonis facti sunt di
gni. vnde dicitur. {In ipsa autem hora exultauit spiritu sancto.}
CYRIL. Inspexit quidem per spiritus operationem quam Apo
stolis tradidit plurium acquisitionem, vnde in spiritu sancto læta-
tus dicitur, idest in effectibus, qui per spiritum sanctum proue-
niunt: quasi enim amator hominum, gaudij reputabat materiam
conuersionem errantium, de quo gratias agit, vnde sequitur.
{Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. BEDA. Con-
fessio non semper potentiam, sed gratiarum actionem significa-
t: vt in Psalmis sæpissime legimus. CYRIL. Ecce autem inquiunt illi quorum corda peruersa sunt: gratias refert fi-
lius patri tamquam minor. Sed quid impedit consubstantia-
lem filium laudare proprium genitorem, mundum saluantem
per eum? quòd si censes confessionis causa hunc esse minorem,
aspice, quòd vocat eum patrem suum & dominum cœli & terræ.
TITVS. Alia enim per Christum ex non entibus producta
sunt, sed solus ipse incomprehensibiliter a patre est genitus:
solius enim vnigeniti tamquam veri filij patris pater est, vnde
solus patri dicit. {Confiteor tibi pater,} hoc est glorifico te.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nec mireris ſi patrem filius glorificat, tota enim hypoſtaſis vnigeniti genitoris eſt gloria, nam quæ facta ſunt & cælum & Angeli gloria ſunt creatoris. verum, quia hæc nimis infime ſita ſunt, reſpectu dignitatis ipſius, ſolus filius cum Deus perfecte ſit ſimilis genitori, perfecte glorificat patrem.

tibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiam pater, quoniam ſic placuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater, & quis ſit pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.

ATHANA. Nouimus etiam ſæpius Saluatorem humana proferre, habet enim adiunctam humanitatem diuinitas: nec tamen propter corporis tegimen Deum ignores. Sed quid reſpondent in hoc, qui volunt ſubſiſtentiam eſſe mali, formant vero ſibi Deum alium a vero patre Chriſti: Et hunc dicunt eſſe vnigenitum mali creatorem, & nequitiæ principem, necnon mundialis machinę conditorem. Ait autem Dominus approbans verba Moyſi. {Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ. EPIPHA. Editum vero a Marcione Euangelium habet. Εὐχαριστῶ eucharisto, ideſt gratias ago tibi Domine cæli. tacens quod dicitur, Pater, & quod dicitur, & terræ. ne videatur Chriſtus opificem cæli & terræ eſſe patrem ſuum. Redarguitur autem, quia idem paulo infra habet: ita pater. AMBRO. Poſtremo aperit cæleſte myſterium, quo placuit Deo vt paruulis magis quàm prudentibus huius mundi ſuam gratiam reuelaret. vnde ſequitur. {quòd abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.} THEOPHIL. Poteſt ſic diſtingui, vt dicatur a ſapientibus,} ideſt a Phariſæis & Scribis legem interpretantibus. {Et prudentibus,} ideſt ab his qui a Scribis fuerant docti. ſapiens.n. eſt qui docet, prudens vero qui docetur. Paruulos vero vocat Dominus ſuos diſcipulos, quos non legis doctores, ſed de turba & piſcatores elegit, qui ſunt vocati non maliuoli quaſi paruuli. AMBRO. Vel paruulum hic accipiamus, qui ſe exaltare non nouerit, & phaleratis ſermonibus artem ſuę iactare prudentiæ, quod Phariſæi plerique faciunt. BEDA. Gratias igitur agit, quòd Apoſtolis quaſi paruulis aduentus ſui aperuit ſacramenta, quæ ignorauerunt Scribæ & Phariſæi, qui ſibi ſapientes videntur, & in conſpectu ſuo prudentes. THEOPHI. Abſcondita igitur ſunt myſteria ab his, qui putant ſe eſſe ſapientes, & nō ſunt. nam ſi eſſent, eis reuelata fuiſſent. BEDA. Vnde ſapientibus & prudentibus non inſipientes & hębetes, ſed paruulos, ideſt humiles appoſuit, vt probaret ſe tumorem damnaſſe non acumen. ORIGE. Senſus enim defectus præparatio fit ſuperuenientis perfectionis. Qui enim non ſentit, quòd careat vero bono, propter bonum præſens quod ſibi ineſſe videtur, vero bono priuatur. CHRYSOSTO. Non autem lætatur & gratias agit, quod Dei myſteria latebant Scribas & Phariſæos. hæc enim non erat materia alacritatis: ſed gemitus. ſed de hoc gratias agit, quia quòd ſapientes non nouerant, hi nouerunt. Gratias autem ſuper hoc agit patri, cum quo ipſe ſimul hoc facit, oſtendens nimiam dilectionem qua diligit nos. Oſtendit autem conſequenter, quòd huius rei prima voluntas ſua ſit, & patris qui propria voluntate hoc agebat. vnde ſequitur: {etiam pater, quia ſic pla. fuit. ante te.} GREGORIVS. His verbis exempla humilitatis accipimus, ne temere diſcutere ſuperna conſilia de aliorum vocatione, aliorumve repulſione præſumamus. iniuſtum enim eſſe non poteſt, quod placuit iuſto. in cunctis ergo quæ exterius diſponuntur, aperta cauſa rationis eſt occulte iuſtitia voluntatis. CHRYSOSTO. Cum vero dixiſſet: {Confiteor tibi, quia reuelaſti ea paruulis.} ne putares quòd ipſe Chriſtus hac virtute priuatus non poſſet hoc facere: ſubiungit: {Omnia tradita ſunt mihi a patre meo.} ATHANA. Hoc non recte intelligentes Arrij ſequaces, delirant in Dominum dicentes: Si data ſunt ei omnia, ideſt Dominium creaturæ, fuit tempus quo ea non habuit, & ſic non eſt de ſubſtantia patris, nam ſi eſſet, non eſſet ei opus recipere. ſed ex hoc magis dementia eorum carpetur. Si enim priuſquàm recepiſſet vacabat creatura a verbo, qualiter ſaluabitur illud. Omnia in eo conſiſtunt? Cæterum ſi ſimul poſtquàm facta eſt creatura, tota fuit tradita ei, non erat opus tradere, per ipſum namque facta ſunt omnia. Non ergo vt ipſi putant, ſignificatur hic creaturæ dominium: imo ſignificatiuum eſt hoc verbum factæ diſpenſationis in carne. poſtquàm.n. homo peccauit, perturbata ſunt omnia. vnde verbum caro factum eſt, vt omnia reſtauraret. Data ſunt ergo ei omnia. non quia poteſtate careret: ſed vt Saluator emēdet vniuerſa, vt ſicut per verbum omnia in principio introducta ſunt in eſſe, ita cum verbum caro factum eſt, in ipſo omnia reſtaurētur. BEDA. Vel dicit: Omnia ſibi tradita, non mundi elementa, ſed hi quibus paruulis ſpiritu ſacramenta filij pater reuelauit, & de quorum ſalute cum hæc loqueretur, exultauit. AMBR. Vel cum omnia legis omnipotentem agnoſcis, non degenerē patris cū

F tradita legis filium confiteris. Cui p naturam oīa vnius ſubæ iura ſunt propria non dono collata p grām. Cum aūt dixiſſet oīa ſibi fore a patre tradita, aſcēdit ad propriam gloriam & excellentiam, oſtēdēs i nullo ſe ſuperari a patre ſubdit: {Et nemo nouit q ſit fili⁹, niſi pater, & q ſit pater niſi filius.} Nō valet.n. creaturæ intentio cōpræhendere modū diuinæ ſubæ quę omnem ſuperat intellm̄, & decor eius q̄libet conſideratione trāſcēdit, ſed a ſeipſa qđ ſit natura diuina cognoſcit. itaque pater per id qđ eſt, nouit filium, & filius per id quod eſt, nouit pr̄em,

g Et conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico.n. vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quę vos videtis & non viderunt, & audire quę auditis, & non audierūt.

G non interueniente aliqua dr̄ia q̄tum ad diuinitatis naturam. φ.n. ſit Deus, credimus. Quid aūt naturalr̄ ſit, incōpræhenſibile eſt. Si vero creatus eſt filius, qūo ſolius ſciret patrem, aut qūo a ſolo patre ſciret? Scire nāq; naturam diuinam impoſſe eſt cuilibet creaturæ. ſcire aūt quodcūq; eorum q̄ creata ſunt quid ſit, non tranſcēdit quēlibet intellm̄, q̄uis ſuperet nr̄m ſenſum. ATHA. Hoc autē Dño dicente, conſtat Arrianos ei obſiſtere, dū dicunt nō videri patrem a filio. Sed eorum oſtditur infamia, ſi ſeipſum non nouit verbum, quod oibus patris & ſui pſtat notitiam. Sequitur.n. {Et cui voluerit filius reuelare.} TYTVS. Eſt aūt reuelatio tradō notionis iuxta proportionē naturæ & virtutū vniuſcuiuſq;, & vbi quidē eſt natura conſilis, ibi eſt cognitio ſine doctrina, hæc aūt eſt p reuelationē diſciplina. ORI. Vult aūt reuelare, vt verbū non irrationabilr̄ & tanq̄ iuſtitia q̄ nouit digne: & tpa reuelandi & mēſuras reuelationis. Reuelat aūt remouens oppoſitū cordi velamē, necnon tenebras quas poſuit in ſui latibulum: ſed qm̄ ex hoc putant, qui alterius ſunt opinionis, conſtruere nefarium ſuū dogma, H φ.ſ. ignotus erat pr̄ Ieſu ſanctis antiquis. Dicendū eſt eis, qm̄ quod dr̄ cuicūq; vult filius reuelare, non ſolum retorquet ad tpſ futurū, ex quo Saluator hoc protulit: ſed ēt ad tpſ pteritū, φ ſi velint hoc verbū reuelare pro pterito ſumere, dicendum eſt eis, φ non eſt idē cognoſcere & credere. Alij dat per ſpm̄ ſermo ſciæ, alij fides in eodem ſpū. Erant ergo primo quidem credentes, non aūt cognoſcentes. AMBR. Vt ſcias aūt quia ſicut filius patrē quibus vult reuelat, etiam pater reuelat quibus vult filium. Audi Dominum dicentem: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cælis eſt.

g ¶ THEO. Quia ſuperius dixerat: Nemo nouit quid ſit pater niſi filius, & cui voluerit filius reuelare, verificat diſcipulos φ- bus pater per eum reuelabatur. vnde dr̄: {Et conuerſus ad diſcipu. ſuos dixit. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis.} CYRIL. Cōuertitur quidem ad eos, quia repellens Iudæos ſurdos & cæcam I mentem gerentes nec videre volentes, totum ſe præbebat diligentibus eum, & beatos aſſerit oculos videntes q̄ prius alijs ipſi videbant. Illud tn̄ ſcire conuenit, quia videre non ſignificat actū oculorum, ſed mentis recreationem in præſtitis beneficijs, puta ſiqs dicat: Iſta vidit bona tpa, i. gauiſus eſt in bonis tpibus, ſm̄ illud: Videas bona Hieruſalem. Multi.n. Iudæorum viderunt Chriſtum diuine operantē. corporali ſ. intuitu: nec tn̄ omnibus beatificatio cōuenit. non.n. crediderunt, ſed neq; viderunt gloriam Dei oculis mentis. Beatificati ſunt ergo oculi noſtri in hoc, φ fide vidimus verbum pro nobis hominem factum imprimens nobis decorem ſui numinis. vt nos ſibi conformes faciat per ſanctificationem atq; iuſtitiam. THEO. Beatificat aūt eos & oēs ſimplr̄, qui eum fide reſpiciunt ex hoc, φ antiqui Prophetæ & Reges Deum in carnę videre & audire optauerunt. vnde ſequitur: {Dico.n. vo. φ multi Prophe. & Re. vo. videre q̄ vos vide. & non vide. & audi. q̄ vos audi. & non au.} BEDA. Matthæus apertius Prophetas & iuſtos appellat: ipſi.n. ſunt Reges magni, qa tentationum ſuarum moti- K bus non ſentiēdo ſuccūbere, ſed regendo pēſſe nouerunt. CHRY. Ex hoc aūt dicto plures exiſtimant Prophetas caruiſſe Chriſti notitia: ſed ſi optauerunt videre q̄ viderunt Apl̄i, nouerunt illum vēturum ad hoīes, & diſpenſaturum quæ diſpēſauit. nullus.n. habet horum appetitum quæ mente non cōcepit, nouerant ergo filium Dei. vnde non ſimpliciter dicit: {Voluerunt videre me: ſed quæ vos videtis, nec audire me, ſed quæ vos auditis. Viderant.n. ipſum, non tn̄ iam incarnatum, nec ſic cum hominibus cōuerſantem, nec tanta maieſtate eis loquentem. BEDA. Illi.n. a longe inſpicientes per ſpeculum & in enigmate viderunt. Apoſtoli aūt in præſentiarum habentes Dn̄m quæcūq; voluiſſent interrogando diſcētes, nequaq̄ p Angelos aut alias viſionum ſpēs opus habebant doceri. ORI. Sed quare dicit pleroſq; Prophetas optaſſe, non autē omnes, quia de Abraham dr̄, φ vidit diem Chriſti & lætatus eſt, quā viſionem non plures, imo pauci contigerunt. fuerunt autem alij Prophetæ & iuſti non cauti, vt viſionem Abrahæ & peritiā Apoſtolorum attingerent. Et hos dicit non vidiſſe, ſed optaſſe.

h ¶ BEDA.

h ¶ BEDA. Dixerat ſupra Dn̄s, φ noīa eorum ſcripta ſunt in cælis. vnde vt puto occaſionem tentandi Dn̄m legiſperitus aſſūpſit. vnde dr̄: {Et ecce qui. legiſpe. ſurrexit tentans illū.} CYR. Erant.n. quidam verboſi circūeuntes totam regionem Iudæorum incuſantes Chriſtum & dicentes, φ pceptum Moyſi inutile diceret, ipſe aūt quaſdam nouas doctrinas pmeret, volens ergo legiſperit⁹ ſeducere Chriſtum, vt aliquid contra Moyſen loqueret. adeſt tentans ipſum, Magiſtrum vocās, doceri non patiens. Et quia dn̄s ſolitus erat his, qui veniebant ad eum loqui de vita æterna, vtitur legiſperitus eius eloquijs. Et quod tentabat aſtute nihil aliud audit, niſi quæ per Moyſen edita ſunt. Sequitur.n.

h Et ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans illum & dicens. Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptū eſt? Quomodo legis? Ille reſpōdens dixit. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Dixitq; illi. Recte reſpondiſti: Hoc fac, & viues.

{At ille dixit ad eū: In lege quid ſcriptum eſt? qūo legis? AMB. Erat.n. ex his, qui ſibi legiſperiti vn̄r qui verba legis tenent, vim legis ignorant, & ex ipſo legis capitulo docet eſſe legis ignaros, probans, φ in principio ſtatim lex patrem & filium pdicauerit, incarnationis Dn̄icæ annunciauerit ſacr̄m. Sequitur.n. {Ille rn̄dens dixit. Dili. dn̄m de. tu. ex to. cor. tuo, & ex tota anima tua, & ex om. viri. tuis, & ex tota mente tua.} BASIL. Quod dicitur· Tota mente tua, in cætera non recipit ſectionem: nam quātācūq; dilectionem in infirmis expenderis, hoc tibi neceſſario a toto deficiet. Sicut.n. in vaſe aliquo pleno liquore inquantum emanat foras: tm̄ neceſſe eſt plenitudini derogari, ſic & in anima inquantum emanauerit ab ipſius dilectione ad illicita; intantum minui neceſſarium eſt amorem ad Deum. GREG. Niſſenus: In tria aūt quædam animæ vis diſcernitur. Hæc.n. eſt augmentatiua ſolum & nutritiua, quæ etiam in plantis reperitur. Alia eſt q̄ ſenſualiter diſponit, quæ ſaluatur in natura irrationalium animalium. Perfecta autem vis animæ eſt rōnalis, quæ in natura humana conſpicitur. Dicendo ergo cor, ſubſtantiam corporalem ſignificauit. ſ. nutritiuam. dicendo vero aīam, mediocrem, i. ſenſitiuam. dicendo vero mentem, altiorem naturam, i. intellectiuam, & conſideratiuam potentiam. THEO. Hic igitur intelligendum eſt, φ oportet nos oēm virtutem animæ amori diuino ſubiicere, & hoc viriliter & nō remiſſe. vnde additur: {Et ex omnibus viribus tuis.} MAXI. Cum hac igitur intentione trinam ad Deum dilectionem lex pertractat, vt auellat nos a trina mundi habitudine, qua reſpicitur ad poſſeſſiones, ad gloriam, & ad voluptates, in quibus etiā tentatus eſt Chr̄s. BASIL. Siquis aūt quærat quo pacto diuina dilectio poterit obtineri, dicemus qm̄ indocibilis eſt diuina dilectio, nam nec lucis gaudere præſentia, nec vitam amplecti ab alio didicimus, vel amare parentes aut alūnos, & multomagis diuinæ dilectionis doctrina. Sed ſeminalis quædam rō nobis inſita eſt intrinſecus, habens cās vt homo Deo adhæreat quam rationem accipiens doctrina diuinorum præceptorum colere diligenter, cauteq; fouere & ad perfectionem diuinæ gratiæ perducere cōſueuit. naturaliter.n. bonum amamus, amamus etiam proprium & cognatum, necnon & benefactoribus ſponte affectionem totam profundimus. Si igitur bonus eſt Deus, omnia vero bonum deſiderant quod voluntarie perficitur: naturaliter bonis ineſt, quem etſi per bonitatem minime nouiſſemus, ex hoc ipſo tn̄ φ ab ipſo proceſſimus, tenemur ipſum vltra modum amare, tanq̄. ſ. nobis cognatum. Maior etiam eſt & benefactor, oībus qui naturaliter diliguntur. Eſt igitur primum & præcipuum mandatum diuinæ dilectionis: ſcd̄m autem primi cōpletiuum, & ab eo completum quo monemur diligere proximum. vnde ſequit: {Et proximum tuum ſicut teipſum.} Sortimur autem a Deo potentiam ad huius executionem mandati. Quis autem non nouit, qm̄ manſuetum & cōicatiuum animal eſt homo, non autem ſolitarium & ſilueſtre? Nihil.n. tam proprium eſt noſtræ naturæ, ſicut adinuicem cōicare, & mutuo indigere, & cognatum diligere. Quorum ergo præueniens Dn̄s nobis tradit ſemina, horum conſequēter fructus requirit. CHRY. Tu tn̄ attende qualiter ferè cum eodem exceſſu poſtulat vtrumq; præceptum: de Deo.n. ait: {Toto corde tuo.} de proximo: {Sicut teipſum.} Quod ſi diligēter conſeruaretur, nec ſeruus eſſet nec liber, nec victor nec victus, nec diues nec pauper, nec notus vnquàm eſſet diabolus. Potius.n. paleę ignis ſuſtinerent immiſſionem q̄ feruorem charitatis diabolus, adeo cuncta ſuperat dilectionis conſtantia. GREG. 29. Mor. Cum autem dicatur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. qūo alteri miſerando pius eſt, qui adhuc iniuſte viuendo fit impius ſibimetipſi? CHRYSO. Cum autem legiſperitus reſpondiſſet

A quæ continebantur in lege: Chriſtus cui nota ſunt omnia, ſcindit fallaciæ eius rhetia. Sequitur enim: {Dixitq; illi, recte reſpondiſti, hoc fac & viues.} ORIG. Ex his indubitanter colligitur, φ vita quæ prædicatur ſecūdum mundi creatorem Deum, & antiquas ſcripturas ab eo traditas, vita perpetua eſt. Atteſtatur enim Dominus ſumenti ex Deuteronomio quidem illud: Diliges dominum Deum tuum: Ex Leuitico vero illud: Diliges proximū tuum ſicut teipſum. Hæc autem dicta ſūt contra ſequaces Valētini, Baſilidis, & Marcionis. Quid.n. aliud voluit nos facere ad quærendū vitam ęternam, niſi quæ continēt lex & Prophetæ?

i Ille autem volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus proximus? Suſpiciens autem Ieſus dixit. Homo quidam deſcēdebat ab Hieruſalem in Hierico & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſe- B miuiuo relicto. Accidit autem vt Sacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo, præteriuit. Similiter & Leuita, eum eſſet ſecus locum & vide-

i ¶ CYRI. Laudatus legiſperitus a Saluatore, quòd recte rn̄dit, in ſuperbiam prorupit, nullum ſibi proximum putans eſſe, quaſi nullus eſſet ei in iuſtitia cōparandus. vnde dr̄: {Ille autē volens iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum: Et quis eſt meus proximus?} Circumueniunt.n. eum quodammodo alternatim vitia & fallacia qua tentando quæſiuerat, ad arrogantiam lapſus. In hoc autem qđ quęrit: {Quis eſt meus proximus:} vacuus a dilectione proximi oſtenditur, cum nō æſtimet aliquem ſibi proximum eſſe & per conſequens a dilectione diuina, qm̄ cum fratrem nō diligat, quem videt, non poteſt Deum diligere quem non videt. AMB. Rn̄dit etiam, φ neſciret proximum ſuum, quia non credebat in C Chriſtum, & qui Chriſtum neſcit, neſcit legem. Cum.n. veritatē ignoret, qūo poteſt ſcire legem, quæ annūtiat veritatē? THEO. Saluator aūt non actibus aut dignitatibus, ſed natura determinat proximum. q.d. non putes φ quāuis iuſtus ſis, nullus tibi ſit proximus. Oēs nāque qui eandem naturam cōicant, proximi tui ſunt, fias igitur & tu eorum proximus, non loco ſed affectu, & circa eos cura, & ad hoc Samaritanum in exemplum ducit. vnde ſequitur: {Suſpiciens autem Ieſus dixit. Homo quidam deſcen. ab Hie. in Hieri.} GRAECVS. Bene eſt generis appellatio. non enim ait: Deſcendit quidam: ſed homo quidam. nam ſermo fit de tota humanitate. AVGVSTINVS. de Quæſtio. Euange. Homo enim iſte ipſe Adam intelligitur in genere humano. Hieruſalem ciuitas pacis, illa cæleſtis, a cuius beatitudine lapſus eſt. Hierico interpretatur Luna, & ſignificat mortalitatem noſtram propter hoc quòd naſcitur, creſcit, ſeneſcit, & occidit. AVGVSTINVS. Vel Hieruſalem quæ interpretatur viſio D pacis, paradiſum dicimus. Ante enim quàm peccaret homo, in viſione pacis erat, hoc eſt in paradiſo, vbi quicquid videbat, pax erat & lætitia. Inde deſcendit quaſi humiliatus & miſer factus per peccatum, Hierico, ideſt in mundum, in quo omnia orta occidunt ſicut Luna. THEOPHIL. Non autem dicit. Deſcendit: ſed deſcendebat: ſemper enim humana natura ad inferiora tendebat: & non in parte, ſed in toto vitæ attendebat paſſibili. BASILIVS. Conuenit etiam hoc ſiquis loca perſpexerit. Hiericho enim tenet loca conuallia Paleſtinæ: Hieruſalem vero in cacumine ſita eſt, occupans apicem montis: venit igitur homo ab altis ad infima, vt a latronibus caperetur, qui incolebant deſertum. vnde ſequitur: {Et incidit in latrones.} CHRYSOSTOMVS. Primum iſtius hominis miſerandus eſt caſus, qui inermis ac deſtitutus in latrones inciderit: quique improuidus incautusque eam viam elegerit, qua euadere prædonum manus nequiuerit. non enim poſſet inermis armatos, E improuidus peſſimos, incautus nociuos effugere. Quippe cum malitia ſemper armata ſit dolis, crudelitate ſepta, munita fallacia, & ad nocendi ſæuitiam præparata. AMBROSIVS. Qui ſunt autem iſti latrones, niſi Angeli noctis atque tenebrarum, in quos non incidiſſet: niſi eis mandati cæleſtis deuius ſe feciſſet obnoxium? CHRYSOSTOMVS. In exordio igitur mundi nocendi fallaciam Diabolus eſt operatus in hominem, in quem fallendi virtus exercuit, & malitiæ nocentiam dedicauit. AVGVSTINVS. contra Pelagium: Incidit ergo in latrones. ideſt in Diabolum & Angelos eius, qui per inobedientiam primi hominis humanum genus deſpoliauerunt, morum ſcilicet ornamentis & vulnerauerunt, dono ſcilicet poſſibilitatis liberi arbitrij perdito. vnde ſequitur. {Qui etiam deſpoliauerunt eum & plagis impoſitis abierunt.} In illo enim peccante plagam fecit, in nos vero plagas, cum per vnum peccatū quod cōtrahimus ſuperaddimus multa peccata. AVG. de Quæſt. Euan. Vel ſpoliauerunt hominem immortalitate, & plagis impoſitis, peccata ſuadendo,

Lib.3.Hypognosticon.

suadendo reliquerunt semiuiuum, quia ex parte qua potest intelligere & cognoscere Deũ viuus est hõ, ex parte autem qua peccatis contabescit & præmitur, mortuus est. & hoc est qđ subditur: {semiuiuo relicto.} AVG. Semiuiuus enim habet vitalem motum, i. liberum arbitrium vulneratum, & ad æternam vitam, quam perdiderat redire nõ sufficiebat: & ideo iacebat, quia vires ei ꝓprie ad surgendũ non sufficiebant, vt ad se sanandum medicum, idest Deũ requireret. THEO. Aut semiuiuus dicitur hõ post peccatum, quia anima immortalis ẽ, corpus vero mortale, ita vt medietas hominis morti succumbat, aut quia humana natura in Christo sperabat consequi salutem: ita vt non omnino morti succumberet: sed inquãtum Adam peccauerat, mors in mundum intrauit: in Christi vero iustificatione mors erat destruenda. AMBRO. Vel spoliant quæ accepimus indumenta gratiæ spiritualis, & sic vulnera inferre consueuerunt. nam si intemerata quæ sumpsimus indumenta seruemus, plagas latronum sentire non possumus. BASI. Vel potest intelligi, ꝙ expoliauerunt eum, plagis prius impositis, præcedunt enim vulnera nuditatem, vt intelligas quòd peccatum gratiæ præcedat carentiam. BEDA. Dicuntur autẽ plagæ peccata, qa his naturæ humanæ integritas violatur. {Abierunt autem non ab insidiis cessando: sed insidiarum fraudes occultando. CHRY. Hic itaque homo, idest Adam iacebat destitutus salutis auxilio, confossus vulneribus delictorum, cui nec sacerdos Aaron transiens sacrificio potuit profuisse. Sequitur e-

Li.3.Hypo.

nim. {Accidit autem vt sacer. quidam descen. eadem via, & viso eo præteriuit. Nec etiam eiꝰ fratres Moyses leuita, per legum potuit subuenire, vnde sequitur. {Similiter & leuita, cum esset secus locum & videret eum, pertransiit.} AVGV. Vel in sacerdote, & leuita duo tempora intelliguntur, legis scilicet, & prophetarum, in sacerdote lex per quã sacerdotium & sacrificia instituta sunt, in leuita vaticinium prophetarum, quorum temporibus humanum genus sanari non potuit, quia per legem cõditio peccati nõ aboleuit. THEOPH. Dicit autem præteriit, quia lex venit, & stetit vsque ad tempus præfixum, deinde nõ valẽs curare, abiit: vide etiam ꝙ lex non ad hoc data est prærogatiuæ vt hominem curaret: non enim poterat homo a principio suscipere Christi mysterium, & ideo dicit. {Accidit vt sacerdos quidam, quod consueuimus dicere in his quæ non præmeditatiue fiunt, AVGV. de Verbis domini. Vel quia homo descẽdens a Hierusalem in Hierico Israelita fuisse intelligit, quod intelligi potest, quia transiens sacerdos vtique genere proximus præteriit iacentem, transit leuita, & hic genere proximus, iacentem & ipse contempsit. THEO. Miserti inquam illius fuere cum cogitauerunt, postmodum vero tenacitate deuicti abierunt retrorsum, hoc enim designat quod dicit. {Præteriit. AVGV. de Verbis domini. Transiit Samaritanus genere longinquus, misericordia proximus, fecit quod sequitur. {Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum.} In quo Samaritano se voluit intelligi dominus noster Iesus Christus, Samaritanus enim custos interpretatur, & de ipso dicitur. Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel, quia resurgens a mortuis, iam non moritur. Denique cum dictum esset illi. Quia Samaritanus es, & dęmonium habes, negauit se habere dæmonium, quia se nouerat dæmonum expulsorem, non se negauit infirmi custodem. GRECVS. Vocat autem hic Christus se Samaritanum oportune, cum enim alloqueretur legisperitum superbientẽ in lege, voluit exprimere qm̃ nec sacerdos nec leuita, & qui conuersabantur in lege, legis propositũ implebant: sed ipse venit consummaturus legis propositum. AMBRO. Hic autem

Li.3.Hypo

Samaritanus etiam erat descendens. Quis enim est qui descendit de cœlo, nisi qui ascendit in cœlum, filius hominis qui est in cœlo? THEO. Dicit autem. {Iter faciens} quasi ex proposito hoc statuens, vt nos curaret. AVGV. Venit autem in similitudine carnis peccati: ideo secus eum quasi in similitudine. GRAECVS. Vel secus viam venit, fuit enim vere viator, non deuiator, gratia

Li.3.Hypo.

nostri descendens ad terram. AMBR. Veniens autem factus est compassionis nostræ susceptione finitimus, & misericordiæ collatione vicinus. vnde sequit: {Et videns eũ misericordia motus est. AVG. Videns quidem eum iacentem, non valentem, non currẽtem: & ideo misericordia motus est, quia in eo nullum meritũ inuenit, quo curari dignus esset: sed ipse de peccato dãnauit peccatũ in carne. vnde sequitur: {Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum. AVG. de Verb.Domi. Quid.n.tam lõginquum, quid tam remotum, q̃ Deus ab hominibus? immortalis

F a mortalibus, iustus a peccatoribus, non loco longe, sed dissimilitudine. Cum ergo haberet in se duo bona. s. iustitiam & immortalitatem, & nos duo mala. s. iniquitatem & mortalitatem, si vtrumque malum nostrum suscepisset, par noster fuisset & liberatore nobiscũ opus haberet. vt ergo esset non hoc quod nos: sed prope nos, non ẽ ille peccator vt tu, sed factus est mortalis quòd tu suscipiendo pœnam, & non suscipiendo culpam, deleuit & pœnã. AVG. de Quæst.Euã. Alligatio vulnerum est cohibitio peccatorũ: oleum cõsolatio spei bonæ apud indulgentiam datam ad reconciliationem pacis, vi-

Lib.2.q.19.

ret eum pertrãsijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponẽs illum in iumẽtum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario & ait. Curam illius habe, & quodcũq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horũ trium videtur tibi ꝓximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in i lum. Et ait illi Iesus. Vade & tu fac similiter.

G num exhortatio ad operandum feruentissime in spũ. AMBRO. Vel constringit vulnera nostra austeriore ꝑcepto, sicut oleo fouet remissione peccati, sic vino compungit denuntiatione iudicij. GREG. 20.Mor. Vel in vino morsum districtionis adhibet, in oleo mollitiem pietatis, per vinum vngantur putrida, per oleum sananda foueantur. Miscenda est ergo lenitas cum sæueritate, & faciendum est quoddam ex vtroq; temperamentum, vt neq; multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluanẽ. THEO. Vel aliter: Quæ ẽm hominem est conuersio, oleum est, quæ vero ẽm Deũ, vinum est, quod diuinitatẽ significat, quã nemo potuisset sustinere: nisi oleũ haberetur, i. conuersatio humana. vnde quędã oꝑatus est humane, quędã diuinitus. Infudit ergo oleũ & vinũ, quia nos humanitate & diuinitate saluauit. CHRY. Vel vinũ infudit, i. sanguinẽ passionis & oleũ chrismatis vt indulgẽtia dareẽ ꝑ sanguinẽ, sanctificatio conferreẽ ꝑ chrismatis vnctionẽ, a cælesti medico conscissa loca liganẽ, & intra semetipsa retinen-

H tia medicinam, operante medicamine, pristinæ sanitati redduntur. Infuso ergo vino & oleo imposuit eum super iumentum. vnde sequitur: {Et imponens illum in iu. su. duxit in stabulum, & curam eius egit. AVG. de Quæst.Euan. Iumentum eius est caro, qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumento, est in ipsam incarnationem Christi credere. AMBRO. Vel iumento imponit dũ peccata nostra portat, & pro nobis dolet: homo.n. iumento similis factus est: & ideo supra iumentum suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus & mulus, vt per nostri corporis assumptionem infirmitatem nostræ carnis aboleret. THEO. Vel imposuit in suum iumentum, idest in corpus suum. membra namque sua nos fecit, & participes corporis eius, & lex quidem non omnes suscipiebat. Moabitæ, inquit, & Ammonitæ nõ intrabunt in Ecclesiam Dei. nunc vero in omni gente qui timet Dominum, ab eo suscipitur, volens credere & pars Ecclesiæ fieri, propter hoc dicit, quòd

Cap.6.

I {duxit eum in stabulum.} CHRYSO. Est enim stabulum Ecclesia, quæ in itinere mundi lassatos, & sarcinis delictorum defessos suscipit venientes, vbi deposito onere peccatorum, viator lassus reficitur, & refectus salubri pascua reparatur. Et hoc est quod dicitur: {Et curam illius egit:} Totum enim quicquid contrarium nocens, & malum est, foris est, quia intra stabulum requies omnis salubritasquę inclusa est. BEDA. Et bene iumento impositum duxit in stabulum, quia nemo, nisi per baptismum corpori Christi adunatus, Ecclesiam intrabit. AMBROSIVS. Sed quia non vacabat Samaritano huic, diu in terris degere, redeundum erat vnde descenderat. vnde sequitur. {Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe.} Quis est iste alter dies, nisi forte ille Dominicæ resurrectionis, de quo dictum est: Hæc est dies quam fecit Dominus? Duo autem denarij sunt duo testamenta, quæ imaginem in se habent æterni

Lib.2.q.19.

K Regis expressam, quorum pretio vulnera nostra curantur. AVGVSTIN. de Quæst.Euange. Vel duo denarij sunt duo præcepta charitatis, quam per Spiritumsanctum acceperunt Apostoli ad Euangelizandum cæteris, vel promissio vitæ præsentis & futuræ. ORIG. Vel duo denarij videtur mihi esse scientia sacramenti, qũo pater in filio, & filius in parre sit, qua velut mercede donatur Ecclesiæ Angelus, vt diligentius curet hoĩem sibi commẽ datum, quem pro angustia temporis etiam ipse curauerat. Et pro mittitur ei, quicquid de suo in medela semiuiuentis expenderet, illico esse reddẽdum. vnde sequiẽ: {Et quodcũq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.} AVGVST. de Quæst. Euang. Stabularius fuit Apostolus, qui supererogauit aut illud consilium quod ait: De virginibus aũt præceptum Dñi non habeo, consilium aũt do. aut ꝙ etiam manibus suis operatus est, ne infirmorũ aliquẽ in nouitate Euangelij grauaret, cum ei liceret ex Euangelio pasci. Multum etiam supererogauerunt Apostoli. sed & pro tẽpore doctores, qui vetus & nouũ testamentũ exposuere, supererogauerũt pro

Lib.2.q.19.

pro quibus retributionem accipient. AMBR. Beatus ergo ille stabularius qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille, cui dicit Iesus: {Quodcumq; supererogaueris, reuertens reddam tibi.} Sed quando reuerteris domine, nisi iudicij die? Nam licet vbique sis semper, & stans in medio nostrum non cerneris a nobis: erit tamen tempus quo vniuersa caro te respiciet reuertentẽ. Reddes ergo quod debes beatis, quibus es debitor. Vtinam nos simus idonei debitores, vt quod accepimus possimus exoluere. CYRIL. His ꝑmissis, oportune iã dominus legisperitũ interrogat subdens:

e Factum est autem dum irẽt, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suã, & huic erat soror nomine Maria. quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quę stetit & ait: Domine, non est tibi curæ, ꝙ soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et rñdẽs dixit illi dñs: Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnũ est necessarium: Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea.

{Quis horum trium tibi videtur proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit, qui fecit misericordiam in illum.} Neque.n. Sacerdos, neq; Leuita factus fuit proximus patiẽtis, sed ille qui est eius misertus. Inutilis est enim Sacerdotij dignitas & legis scientia, nisi per bona opera confirmetur. vnde sequitur: {Et ait illi Iesus, vade & tu fac similiter.} CHRY. quasi dicat. Siquẽ vides oppressum non dicas, vtique nequã est. sed siue Gentilis sit, siue Iudæus & ope indigeat, non cauilleris auxiliari quæcũq; mala fuerit passus. AVG. de Doctrina Christiana: Ex hoc intelligimus eum esse proximum, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget, & exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam consequens est, vt etiam ille a quo nobis vicissim exhibendum est ꝓximus noster sit, proximi.n. nomen ad aliquid est, nec quisquàm esse proximus, nisi proximo potest. Nullum autem exceptum esse, cui misericordiæ denegetur officium, quis non videat? dicente domino, Benefacite his qui vos oderunt. vnde manifestum est hoc præ-

Lib.1.c.30.

C cepto quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos cõtineri, a quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia, ex quo & ipse Dominus proximum nostrum se dici voluit, significãs se opitulatum esse semiuiuo iacenti in via. AMBRO. Non.n. cogitatio facit proximum, sed misericordia, quia misericordia secundum naturam. nihil enim tam secundum naturam quàm iuuare consortem naturæ.

i ❡ BEDA. Dilectio Dei & proximi, quæ superius verbis & parabolis continebatur, hic ipsis rebus & veritate designatur. Dicitur.n. {Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum.} ORIG. Cuius quidem nomen Lucas hic tacet, sed Ioannes exprimit vocans ipsum Bethaniam. AVG. de Ver.do. Sed Dominus qui in sua propria venit, & sui eum non receperũt, susceptus est tanquàm hospes. Sequitur enim: {Et mulier quædam Martha nomine exce.il. in do. suã} sicut solent suscipi peregrini:

D sed tamen suscepit famula Dominum, egra Saluatorem, creatura creatorem. Ne quis autem dicat: O beati qui Christum suscipere in domum propriam meruerũt, noli dolere cum inquit: Quod.n. vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Accepta autem forma serui, in illa pasci a seruis voluit dignatione, non conditione. Habebat carnem in qua quidem esuriret & sitiret: sed in heremo esurienti Angeli ministrabant, ergo quo pasci voluit, pascenti præstitit: Martha igitur Dominum pascere disponens, & præparans circa ministerium occupabatur: Maria vero soror eius pasci magis elegit a Domino. Sequitur enim: {Et huic erat soror noĩe Maria, q̃ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.} CHRYSO. Non simpliciter dicitur de Maria, quòd sederet prope Iesum, sed secus pedes illius, vt ostendat diligentiam, assiduitatem, & solertiam erga auditionem, & multam reuerentiam quã habebat ad dominum. AVG. de Verb.Do. Quanto autem humilius ad pedes sedebat, tanto amplius capiebat. cõfluit enim aqua

E ad humillitatẽ conuallis, denatat de tumoribus collis. BASIL. Omnis autem operatio & verbum Saluatoris regula est pietatis & virtutis, ob hoc.n. induit corpus nostrum, vt nos conuersationem illius imitemur pro posse. CHRY. Exemplo igitur suo docet discipulos qualiter se gerere debeant in domibus eorum, qui eos suscipiunt, vt. s. applicantes ad domum, non resupini quiescant, sed potius repleant suscipientes sacris & diuinis doctrinis. hi vero qui domum parant, exeant obuiam hilariter & feruenter duabus de causis, primo quidem ædificabuntur in doctrinis eorum, quos suscipiunt: deinde & recipient charitatis mercedem. vñ & hic sequiẽ: {Martha autem satagebat circa frequẽs ministeriũ.} AVG. de Verbis Do. Bene Martha circa corporalem Dñi necessitatem vel voluntatem ministrabat quasi mortali: sed qui erat in carne mortali: in principio erat verbum. Ecce quod Maria audiebat: Verbum caro factum est. Ecce cui Martha ministrabat, laborabat ista, vacabat illa. verũtamen Martha laborans, multum in illa occupatione & negotio ministrandi interpellauit Dominum, &

A de sorore conquesta est. Sequitur enim. {Et ait: Domine, nõ est ti.cu. quòd sor. mea reli. me so. mi.} Erat enim Maria intenta dulcedini verbi Domini, a Martha conuiuium Domino parabatur, in cuius conuiuio iam iucundabatur. Cum ergo suauiter audiret verbum dulcissimum, & corde intentissimo pasceretur, interpellato Domino a sorore sua, quomodo putamus eam timuisse ne diceret ei Dominus: Surge & adiuua sororem tuã? Mira enim suauitate tenebatur, quæ profecto maior est mentis quàm ventris: sed causam suam tanquàm ociosa iudici maluit committere. nec in responden-

B do voluit laborare. si.n. pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Respondit ergo Dominus, qui in verbo non laborabat quia verbum erat. Sequitur enim: {Et respondens dixit illis Dominus: Martha Martha, solicita es & turbaris erga plurima.} Repetitio nominis indicium est dilectionis, aut forte mouendę intentionis, vt audiat attentius. Bis vocata audit: {Turbaris erga plurima,} idest circa multa es occupata, vult enim homo occurrere quando ministrat & aliquãdo non potest, quæritur quod deest, paratur quod adest, distenditur animus. nam si Martha sufficeret, adiutorium sororis non posceret. multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia sunt, quia temporalia sunt. Præponitur autem vnum multis, non enim a multis vnum: sed multa ab vno. vnde sequitur: {Porro vnum est necessarium.} Circa vnum se voluit occupari secundum illud: Mihi adhærere Deo bonum est, vnũ sunt Pater & Filius & Spiritussanctus, ad hoc vnum non nos perducit, nisi multi habeamus cor vnum. CYRIL. Vel aliter: cum susceperint aliqui fratres Deum non solicitentur erga multũ officium, nec poscant quæ præ manibus non sunt, & opus exuperant: grauat.n. passim in qualibet re quod suꝑfluit: gñat.n. volẽtibꝰ conferre tædium, conuiuis autem vr̃ quod sunt alijs causa laboris. BASIL. Absurdum etiam est cibos ad sustentationem corporis sumere, ac per eos iterum officere corpori, & impedire ipsum erga mandatorum diuinorum officium. Si ergo adueniat aliquis pauperum, sumat formam & exemplar modestiæ ciborum: nec causa viuere volentium in delitijs mensam propriam præparemus. vniformis.n. est Christiani vita. ad vnam intendens intentionem. s. ad gloriam Dei. Multiformis vero & varia vita eorum qui de foris sunt, pro libito variata eorum: Tu vero, cur dum copiam ciborũ, & cã delectationis fratri ꝑparas mensam, criminaris eum voluptatis, & diffundis in eum gulositatis opprobria, arguens delitias eius in eo quod præparas? Non commendauit Dñs Martham occupatam circa frequens ministerium. AVGVST. de Verb.Domi. Quid ergo? putamus repræhensum esse ministerium Marthæ, quã cura hospitalitatis occupauerat, quæ tãto hospite lætabatur? hoc si verum est, dimittant homines, quòd ministrant egentibus, vacẽt verbo, occupentur circa sciẽtiam salutarem, nihil sit cura eis, quis peregrinus in vico sit, quis egeat pane, vacent opera misericordiæ, vni instetur scientiæ. THEO. Non ergo Dñs hospitalitatem prohibet, sed plurimorum turbationem. s. abstractionem & tumultum, & vide cõsilium Domini, ꝙ prius dñs nihil dixerat Marthæ: sed postq̃ illa sororem ab auditu studebat auellere, tunc Dominus occasione habita increpauit eam. vsque.n. adeo honoratur hospitalitas, donec ad necessariora nos attrahit. Cum vero incipit ab vtilioribus impedire, manifestum est, quòd honorabilior est diuinorum auditus. AVG. de Verb.Domi. Non ergo Dominus opus repræhendit: sed munus distinxit. Sequitur enim: {Maria optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea:} Non tu malam, sed illa meliorem: vnde meliorem? quia ab ea nõ auferetur, a te auferetur aliquãdo onus necessitatis. Non.n. cum veneris ad illam patriam, inuenies peregrinum, quem suscipias hospitio, sed bono tuo auferetur, vt quod melius est detur. auferetur a te labor vt requies detur. Tu nauigas, illa in portu est. æterna enim est dulcedo veritatis: in hac tamen vita augetur, in illa perficietur: numq̃ auferetur. AMBRO. Agat ergo te sicut Mariam desiderium sapientiæ: hoc enim maius, hoc perfectius opus, ne ministerij cura cognitionem verbi cęlestis auertat. Nec arguas eos & otiosos iudices, quos videas sapientiæ studere. AVGVSTIN. de Quæst. Euange. Mystice autem, quòd Martha excepit illum in domum suam, significat Ecclesiam, quæ nunc excepit dominum in cor suũ: Maria soror eius, quę sedebat ad pedes domini, & audiebat verbum eius, significat eandem Ecclesiam: sed in futuro sæculo, vbi cessans ab opere ministerioque indigentiæ, sola sapientia perfruitur. Quod autem conqueritur, ꝙ soror eius eam non adiuuet, occasio datur sententiæ dñi, qua oñdit istã Ecclesiam solicitam esse & turbari erga plu-

Lib.2.q.2.

ga plurima,cum sit vnum necessarium, ad quod per ministerij hu-
ius merita peruenitur. Mariam vero dicit optimã partem elegisse,
quia per hanc ad illam tenditur,& non aufertur. GREG. 6.Mor.
Cap.28. Vel per Mariam quæ verba Domini residens audiebat,contempla
tiua vita exprimitur:per Martham exterioribus obsequijs occu-
patam, actiua vita si-
gnificatur: sed Mar-
thæ cura non repræ-
henditur: Mariæ ve-
ro laudatur:quia ma
gna sunt actiuæ vitæ
merita, sed contem-
platiuæ potiora. Vn-
de nec auferri vnq̃
Mariæ pars dicitur,
quia actiuæ vitæ ope
ra corpore trãseunt,
contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualescunt.

CAP. XI.

Et factum est cum esset
in quodã loco orans, vt
cessauit, dixit vnus ex
discipulis eius ad eũ: Domine,
doce nos orare sicut docuit Io-
annes discipulos suos. Et ait il-
lis: Cum oratis dicite:Pater, san
ctificetur nomen tuum, adue-
niat regnum tuum, panem no-
strum quotidianum da nobis
hodie,& dimitte nobis peccata
nostra,siquidem & nos dimitti-
mus debenti nobis, & ne nos in
ducas in tentationem.

CAP. XI.

BEDA. Per historiã sororum quæ duas Ecclesiæ vi-
tas significauerunt.nõ frustra Dominus & ipse orasse,
& discipulos orare docuisse scribitur, quia & oratio
quam docuit, vtriusque in se vitæ continet mysteriũ,
& ipsarum perfectio vitarum, nostris non viribus est obtinenda,
sed precibus.vnde dicitur: {Et factum est cum esset in quodam lo-
co orans.} CYRIL. Cum autem habeat omnis boni plenitu-
dinem,cur orat si plenus est,& in nullo pœnitus eget: Ad hoc dici
mus, q̄ competit ei ex modo dispensationis in carne, cum volue-
rit humana prosequi tempore ad hoc conueniente. Si.n.comedit
& bibit,non incongrue vtebatur oratione. vt doceat nos non esse
erga hoc tepidos:sed attentius insistere orationibus. TYTVS.
Cum autem nouam conuersationem vidissent discipuli, nouam
formam orationis postulauerunt,cum plures orationes contine-
rentur in veteri testamento. vnde sequitur: {Vt cessauit, dixit
vnus ex discipulis eius ad eum:Domine,doce nos orare.} ne.s.con
tra Deum peccemus, aliqua quærentes pro alijs, vel Deo assisten-
tes in oratione non eo modo quo expedit. ORI. Et vt oratio-
nis doctrinam proferat infert: {Sic & Ioan.do.disci.suos.} de quo
scilicet nos docuisti,q̄ inter natos mulierum nullus eo maior sur-
rexit.& quia præcepisti nobis petere æterna & grandia: vnde erit
nos ad horum peruenire notitiam, nisi a te Deo & Saluatore no-
stro? GREG. Nissenus: Orationis ergo doctrinam explicat di
scipulis qui solerter notitiam orationis expostulant,ostendẽs qua
liter implorari oporteat diuinum auditum. BASIL. Duo au-
tem sunt modi orationis. Vnus quidem laudis cum humilitate,se
cundus vero petionis remissior. Quoties ergo oras, non prius ad
petendum prorũpas. Sin autem tuum criminaris affectũ,quasi ne-
cessitate coactus supplices Deo. Sed cum incipis orare, quamlibet
desere creaturam visibilem & inuisibilem. Sumas autem exordiũ
a laude illius,qui cuncta creauit.vnde subditur:{Et ait illis: Cum
Serm. 28. oraueritis dicite,Pater.} AVG. de Ver. Domi. Primus sermo
quantæ gratiæ?faciem tuam non audebas ad cælum leuare,& subi
to accepisti gratiam Christi.Ex malo seruo factus es bonus filius:
ideo præsume non de tua operatione, sed de Christi gratia. Non
ergo hic arrogantia est,sed fides.prædicare quod acceperis,non est
superbia,sed deuotio.Ergo attolle oculos ad patrem,qui te per la
uacrum genuit,qui per filium te redemit, patrem dicas quasi filiꝰ.
Sed noli tibi aliquid specialiter vendicare.solius Christi specialis
est pater:nobis est pater omnibus in communi, quia illum solum
genuit,nos autem creauit.Et ideo secundum Matth.dicitur:Pater
noster.& additur, qui es in cælis. In illis.s.cælis de quibus dictum
est. Cæli enarrant gloriam Dei. Cælum est,vbi culpa cessauit, vbi
nullum mortis est vulnus. THEO. Non autem dicit: {Qui es
in cælis.} Tanq̃ ibi circũscribatur,sed vt ad cælos erigat auditorẽ,
& abstrahat a terrenis. GREG. Nissenus:Vide autem quantę p̃-
parationis opus est,vt audacter possis Deo dicere pater. quia si ad
res mundanas intuitum dirigis,aut humanam gloriam ambis,aut
sordes passibilis appetitus, & hanc orationem enuncies. Audire
mihi videor Deum dicentem:Cum corruptæ fueris vitę si patrem
vocas incorruptibilitatis genitorem,fœda voce inquinas incorru-
ptibile nomen. nam qui patrem mandauit vocare, proferre men-
dacium non concessit. Omnium vero bonorum exordium est glo
rificare nomen Dei in vita nostra.vnde subdit: {Sanctificetur no-
men tuum.} Quis enim est adeo bestialis, qui videns in creden-
tibus vitam puram,non glorificet nomen inuocatum in tali vita?
Igitur qui dicit in oratione sanctificetur in me inuocatum nomẽ
tuum,hoc orat nois tui concurrente subsidio, iustus abstinens est
a quolibet malo. CHRY. Sicut.n.cum quis cæli pulchritudi-
nem aspicit dicit, gloria tibi Deus, sic etiam cum aspicit alicu-
ius virtutem, quia hominis virtus multomagis quàm cælum glo-
F rificat Deum. AVG. de Ver.Do. Vel dicitur:{Sanctificetur no
men tuum} in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire.
TYTVS. Vel dicit: {Sanctificetur nomen tuum},i.nota sit tua
sanctitas toti mundo, & laudet te decenter. Rectos autem decet
collaudatio. Iussit igitur orare pro emendatione mundi totius.
CYRIL. Quo-
niam penes eos ad
quos nondum perue
nit fides cõtemnitur
adhuc nomen Dei.
sed vbi iubar verita-
tis super eos illuxit,
cum fatebuntur san-
ctum sanctorum.
TYTVS. Et quia in
nomine Iesu est glo-
ria Dei patris, tunc
G nomen patris sanctificabitur,quando Christus erit notus. ORI.
Vel quia nomen Dei ab errantibus attribuitur culturis & creatu
ris,nondum est sanctificatum,vt sit separatum a quibus debuit se-
parari. Decet ergo nos orare, vt nomen Dei adaptetur soli vero
Deo,cui adaptatur quod subditur: {Adueniat regnum tuum.}vt
scilicet euacuetur principatus & potestas & virtus & regnũ mun
di,quinetiam peccatum quod regnat in mortalibus nostris corpo
ribus. GREG. Nissenus. Imploramus etiam a Domino liberari
a corruptione,eximi a morte.Vel secundum quosdam:{Adueniat
regnum tuum},i.veniat super nos Spiritussanctus tuus vt purifi-
cet nos. AVG. de Verb.Do. Tunc.n.venit regnum Dei,quãdo
eius sumus gratiam consecuti. Ipse.n.ait: Regnum Dei intra vos
est. CYRIL. Vel qui hoc dicunt videntur optare rursum re-
fulgentem in mundo omnium Saluatorem. Mandauit autem in
oratione petere illud tempus reuera terribile,vt sciant quòd viue
re decet eos non lente vel remisse, vt illud tempus non paret eis
flammam & vindictam: sed magis honeste secundum voluntatem
H ipsius, vt eis tempus illud nectat coronas. vnde secundum Matth.
sequitur: {Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.} CHRY.
Quasi dicat. Præsta nobis Domine conuersationem imitari cæle-
stem,quatenus quæcũq; tu vis,nos etiam velimus. GRE. Nisse.
Quoniam.n.vitam humanam post resurrectionem similem dicit
esse venturam vitæ Angelicæ, consequens est vitam mundanam
ad vitam,quæ postmodum speratur disponi,vt in carne viuentes,
carnaliter non viuamus. Per hoc autem verus medicus animæ sol
uit morbi naturam, vt quos occupauit infirmitas per hoc, quòd a
voluntate diuina recesserant,a morbo denuo liberet copulatio ad
voluntatem diuinam. Est enim sanitas animæ executio debita vo Cap.115.& 116.
luntatis diuinæ. AVG. in Ench. Apud euangelistã igit̃ Matthæũ
septẽ petiones continere vr̃ Dñica orõ. Euangelista vero Lucas in
orõne Dñica petitiones non septẽ,sed q̃nque cõplexus est, nec ab
illo vtiq; discrepauit. Sed q̃uo illa septem sunt intelligenda, ipse
sub breuitate commonuit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spi
ritu:Dei autem regnum in resurrectione futurum est. Ostẽdens er
I go Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodam-
modo repetionem, magis eam prætermittendo voluit intelligi.
Deinde tres alias adiunxit: Et primo de pane quotidiano dicens:
Panem no.quo.da no.ho. AVG. de Verb.Dñi:In græco dicitur
Epiusion.hoc est supersubstantialem, non iste est panis qui vadit
in corpus:sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiã
fulcit. Latinus autem hunc quotidianum panem dicit, quẽ Græci
dicunt aduenientem. Si quotidianus ille est panis,cur post annum
illum sumas, quemadmodum Græci in Oriente facere consueue-
runt? Accipe quotidie,quod quotidie tibi prosit,sic viue,q̄ quoti
die merearis accipere. Mors Domini significatur, & remissio pec-
catorum.qui vulnus habet medicinam quærit,vulnus est,quia sub
peccato sumus.medicina est cæleste & venerabile sacramentum.Si
quotidie accipis, quotidie tibi est hodie. Christus tibi quotidie
resurgit,hodie est.n.q̃ñ Christus resurgit. TYTVS.Vel panis ani
K marum diuina est virtus afferens futuram vitã perhẽnem,sicut pa
nis ex terra p̃diens vitam t̃palem conseruat. Cum aũt quotidianũ
dixisset,diuinũ q aduenit & futurus est significat,quẽ nobis hodie
p̃stari requirimus,poscẽtes quoddã eius principium atq; gustum,
q̃ñ spũs in nobis inhabitans virtutẽ operatur, quæ superat oẽm
virtutem humanã, puta castitatem,humilitatẽ. CYRI. Putãt
aũt forsan aliquid indecens esse sanctos a Deo q̃rere corporalia. &
ob hanc cãm applicant quod dicitur ad spiritualem p̃fessionem.
Ego aũt concedam,q̄ oportet sanctos p̃cipue satagere ad obtinen-
da spiritualia dona. Illud tñ decet inspicere quod irrepræhensibili
ter petunt Dño præcipiente panem cõem. ex eo q̄ panem iussit
q̃rere.i.quotidianum alimentum,vr̃ q̄ nihil concedat eos habere,
sed magis honestam colere paupertatem.non.n.est habentiũ panẽ
petere,sed oppressorũ penuria. BAS. q.d.panẽ quotidianum q
nr̃æ substantiæ cõpetit ad vitam diurnã,non tibipsi commẽdes,sed
ad Deum causa eius refugias, exponens ei necessitatem naturæ.
CHRYSO.

b Et ait ad illos. Quis vestrum
habebit amicum & ibit ad illum
media nocte,& dicet illi: Amice,
commoda mihi tres panes, quo
niam amicus meus venit de via
ad me, & non habeo quod ponã
ante illum, & ille deintus re-
spondens dicat: noli mihi mo
lestus esse, iam ostium clausum
est, & pueri mei mecum sunt
in cubili, non possum surge-
re & dare tibi. Et ille si perse
uerauerit pulsans, dico vo-
bis, & si non dabit illi surgens,

CHRYSO. Postulanda ergo sunt diuinitus necessaria vitæ, A
non ciborum diuersitates.& vina odorifera & cætera quæ delectãt
guttur,onerant aut ventrem,& mentem perturbant:sed panis qui
potest substantiam corporis sustentare, & illum qui nobis hodie
tantummodo sufficit, vt de crastino non cogitemus, vnam solam
petionem sensibilem
quærimus, vt præsen
tibus non affigamur.
GREG. Nissenus:
Postquàm autem per
bona opera fiduciam
sumere docuit, conse
quenter remissionem
reatuum docet im-
plorare. Sequitur.n.
{Et dimitte nobis
peccata nostra.} TYTVS. Hoc autem additum est necessario,
pro eo q̄ nullus sine peccato reperitur,ne impediamur a sacra par B
ticipatione propter humana peccata. Cum.n.teneamur exhibere
Christo omnimodam sanctitatem,qui Spiritumsanctum habitare
facit in nobis, redarguendi sumus si non obseruemus ei templum
mundum. Huic aũt defectui subuenitur per Dei bonitatem indul
gentem humanę fragilitati peccatorum punitionem. Hoc autem
ipsum iuste fit a iusto Deo, q̃ñ nos quasi debitoribus relaxamus,
his.s.qui nobis nocuerunt, & debita non exibuerunt.vnde subdit:
{Siquidem & ipsi dimit.om.de.nobis.} CYRIL. Vult.n.vt
ita loquar,patientiæ quam homines colunt imitatorem fieri Deũ,
vt qualem ipsi exhibuerunt conseruis bonitatem, talem pari lan-
ce recipere petant a Deo,qui iusta repensat,& nouit omnium mi-
sereri. Hæc igitur aduertentes grates agendæ sunt debitoribus no-
stris:sunt.n.nobis si sapimus causa indulgentiæ maximę, & pauca
exhibentes plurima reperiemus.nam & nos multa debemus & ma
gna debita Domino, quorum si minimam partem a nobis vellet C
exigere,iam perissemus. AVG. de Ver.Domi. Debitum autem
quid est,nisi peccatum?Ergo si non accepisses alieni fœnoris pecu-
niam,non deberes:& ideo peccatum tibi imputatur.Habuisti.n.pe
cuniam, cum qua diues nascereris ad imaginem & similitudinẽ fa-
ctus Dei.sed perdidisti quod habebas,sicut dũ arrogantiã desiderãs
vendicare, perdidisti humilitatis pecuniam, accepisti a Diabolo
debitum quod non erat necessarium. cautionem tuam tenebat ini
micus,sed eam Dominus crucifixit, & suo cruore deleuit. Potens
est autem Dominus,qui abstulit peccatum,& debita nostra dona-
uit, custodire nos aduersus diaboli insidias, qui culpam generare
consueuit.vnde sequitur: {Et ne nos inducas in tẽtationem:} quã
scilicet ferre non possumus. Sed quasi athleta talem vult tentatio
nem,quam ferre possit humana conditio. TYTVS. A diabolo
enim non tentari est impossibile:sed ne a Deo relinquamur ad ten
tationes,hæc deprecamur. Quod autem ex promissione diuina cõ
tingit,illud Deus quandoq; facere dicitur in scriptura, & s̃m hoc D
nisi prohibeat tentationis inualescentiam quæ supra nos est, tunc
nos in tentationem inducit. MAXI. Vel mandat Dominus vt
petamus:{Ne nos inducas in tentationem},i.non permittas volu-
ptuosarum & spontanearum tentationum nos experientiã pati.
Iacobus autem docet pro veritate certantes non remitti tentatio
nibus inuoluntarijs & causatiuis laborum dicens:Omne gaudium
existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.
BASI. Non tñ decet nos orando petere afflictiones corporales.
vniuersaliter.n.præcepit orare,non subire tentationem:sed postq̃
aliquis subijt expetit a Domino petere virtutem perferendi, vt
Cap.116. consummetur in nobis illud:Qui sustinet vsq; ad finẽ,saluus erit.
AVG. in Ench. At vero qd̃ Matthæus in vltimo posuit: Sed li-
bera nos a malo.iste non posuit, vt intelligamus ad illud superius,
quod de tentatione dictum est pertinere. Ideo quippe ait:Sed libe
ra.non ait: Et libera.tanq̃ vnam petitionem demõstrans,noli hoc,
sed hoc, sed sciat vnusquisq; in eo se liberari a malo,q̄ non infert̃ E
in tentationem. AVG. de Verb.Domini. Vnusquisque enim
petit vt a malo, hoc est ab inimico & peccato liberet. sed qui Deo
se committit, diabolum non timet. Si enim Deus pro nobis, quis
contra nos?
b ¶ CYRILLVS. Docuerat supra Saluator ad petitionem
Apostolorum qualiter oportet orare, poterat autem contingere
eos,qui hoc salutare documentum receperant, effundere quidem
præces iuxta traditam formam: sed negligenter & remisse hoc fa-
cere: deinde cum non exaudirentur per primam vel secundã ora-
tionem desisteret ab orationibus. Itaq; ne hoc pateremur, per mo
dum parabolæ manifestat,q̄ pusillanimitas in orationibus damno
sa est. Vtilissimum vero est in eis patientiam habere. vnde dicitur:
{Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum. THEOPHI.
Amicus iste Deus est, qui omnes amat, & omnes saluos vult fieri.
AMBROSIVS. Quis etiam est nobis amicitior, quàm qui
pro nobis corpus suum tradidit? Datur autem nobis hic alius
præcepti modus, vt omnibus momentis, non solum diebus, sed
etiam noctibus oratio deferatur. Sequitur enim: {Et ibit ad illum
media nocte.} Sicut petijt Dauid quando dixit: Media nocte sur-
gebam ad confitendum tibi. Neque enim timuit excitare dormiẽ-
tem, quem scit semper esse vigilantem. nam si ille tam sanctus, &
qui regni erat necessitatibus occupatus septies in die laudem Do-
mino dicebat, quid
nos facere debemus,
qui eo amplius roga-
re debemus, quo fre-
quentius carnis ac
mentis fragilitate de
liquimus? quòd dili-
gẽdo dominũ Deum
tuum non solum ti-
bi,sed etiam alijs po-
teris emereri? Sequi-
tur enim: {Et dicet illi: Amice,commoda mihi tres pa. quoniam
ami.meus ve.ad me de via, & non ha.quod po.ante illum. AVG.
de Verb.Domi. Qui autem sunt isti tres panes, nisi mysterij cæ-
lestis alimentum? fieri enim potest vt aliquis passus fuerit ami-
cum aliquid interrogantem,quod r̃ndere non possit,& tunc se in-
uenit non habere,quando coactus est dare. Venit ergo tibi amicus
de via,idest de vita huius sæculi, in qua omnes velut peregrini trã
seunt, nec vllus quasi possessor manet: sed omni homini dicitur:
Transi, da venturo locum, aut forte de via mala, hoc est de vita
mala fatigatus.nescio quis amicus tuus non inueniens veritatem,
qua audita & percepta beatus fiat: Venit ad te tanq̃ ad Christia-
num & dicit: Redde mihi rationem. Et interrogat quod forte tu p̃
simplicitatem fidei nesciebas, & non est vnde reficias esurientem,
& compelleris quærere in Dominicis libris. fortassis.n.quod ille
interrogauit,in libro positum est:sed obscurum est ipsum Paulum
aut Petrum,aut aliquem Prophetam interrogare non sineris. Iam
enim requiescit familia ista cũ Dño isto suo, & sæculi huius igno-
rantia valida est, hoc est nox media, & vrgẽt amicus esuriens, cui
simplex fides non sufficit: Numquid deserendus est?ergo ad ipsum
Dñm,cum quo familia requiescit pulsa orando,de quo subditur:
{Et ille dein.respon.dicat:Noli mihi molestus esse.} qui differt,da
re vult, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat cito datum.
BASIL. Forsitan etiam ob hoc differt quasi ingeminans tui assi-
duitatem,& frequentiam erga se, vt agnoscas quid donum Dei sit,
& in timore donata custodias. Quicquid.n.aliquis multo labore
acquirit,nititur custodire,ne cum illud perdiderit,suum laborem
amittat. GLO. Non ergo aufert impetrandi licentiam, sed ve-
hementius accendit desiderium orandi,ostensa difficultate conse-
quendi. Sequitur enim: {Iam ostium clausum est. BEDA. Hoc
est ostium quod aperire sibi etiam Paulus exposcit,nõ solum suis,
sed ẽt ppl̃i orationibus obsecrans se iuuari, vt aperiatur sibi ostiũ
ad loquendũ mysteriũ Christi. Et fortasse illud est ostiũ qd̃ apertũ
vidit Ioannes. cui dictum est: Ascende huc,& ostẽdam tibi q̃ opor-
tet fieri. AVG. de Quæst.Euã. Significatur ergo tp̃s famis ver-
bi,cum intelligentia clauditur,& illi qui Apostolicam sapientiam
tanq̃ panem erogantes p̃ orbem terræ p̃dicauerunt,iam sunt in se
creta quiete cum Dño: Et hoc est quod subdit: {Et pueri mei mecũ
sunt in cubili, GREG. Nissenus: Opportune eos qui per arma
iustitiæ impassibilitatem vendicauerunt sibi pueros appellat, do-
cens quòd bonum, quod per studia in nobis acquiritur ab initio
fuerat in natura repositum. nam quando aliquis abrenuntians car
ni per rationem exercitio vitæ virtuosæ passionem confutauit,
tunc quasi puer insensibiliter se habet erga passiones. Cubile au-
tem requiem intelligimus saluatorum. GLO. Et propter præ-
missa subdit: {Non possum surgere & dare tibi.} quod est ad diffi-
cultatem impetrandi referendum. AVG. de Quæst.Euan. Vel
aliter, amicus ad quem venitur media nocte, vt accommodet tres
panes, vtiq; ad similitudinem ponitur s̃m quã quis rogat Deũ in me
dia tribulatione cõstitutus, vt ei tribuat intelligentiã Trinitatis,
qua præsentis vitæ consoletur labores. Ipsa.n.angustia media nox
est qua cogit̃ vehementer instare. In tribus aũt panibus etiã illud
significat̃ vnius substantiæ esse trinitatem. amicus aũt veniens de
via intell̃r hominis appetitus,qui debet rationi seruire. seruiebat
autem consuetudini temporali,quam viam vocat p̃p oĩa transeũ-
tia. Conuerso aũt homine ad Deum, etiam ille appetitus a con-
suetudine reuocatur. Sed si non consoletur interius gaudium de
doctrina spirituali,qua creatoris Trinitas prædicatur, magnę an-
gustiæ sunt in homine, quẽ præmit erumna mortalis, cum ab his
quæ foris delectant præcipitur abstinentia, & intus nõ est refectio
de lætitia doctrinæ spiritualis: tñ orando efficitur vt accipiat desi-
derans intell̃m a Dño, etiam si homo desit p̃ quẽ sapientia prædi-
cetur. Sequitur.n. {Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis.
Et si non dabit illi surgens,eo q̄ amicus eius sit. propter improbi-
tatem tñ eius surget,& dabit illi quotquot habet necessarios. Cõ-
paratio est a minori, si enim amicus homo surgit de lecto & dat,
non amicitia,sed tædio compulsus, quanto magis Deus dat, qui

Universidad de Deusto Biblioteca

ſine tædio largiſſime donat quod petitur. AVG. de Ver. Do. Cum autem perueneris ad tres panes, hoc eſt, ad cibum & intelligentiam Trinitatis, habes & vnde viuas, & vñ paſcas. Ne timeas, ne finias: nõ enim panis ille finietur: ſed indigentiam tuam finiet. diſce. & doce, viue, & paſce. THEOPH. Vel aliter: Media nox finis eſt vitæ, in quo multi ad Deum adueniunt. Amicus autem eſt Angelus, qui accipit animam. Vel media nox eſt profundũ tentationum in quo conſtitutus petit a Deo tres panes, neceſſitaté. ſ. corporis, animæ, & ſpiritus, per q̃ in tentationibus non periclitamur. Amicus autem qui de via venit ipſe Deus eſt, qui in tentationibus nos probat, cui non habet quod apponat, qui in tentatione infirmatur. Quod autem dicit: {Et clauſa eſt ianua} intelligendum eſt, quòd docet nos ante tentationes præparatos eſſe, poſtquàm vero tentationi incidimus, præparationis ianua clauditur, & imparati inuenti, niſi Deus adiuuet, periclitamur.

eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget & dabit illi quotquot habet neceſſarios.

c Et ego dico vobis: Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quęrit inuenit, & pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: numquid pro piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: numquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quanto magis pater veſter cæleſtis de cęlo dabit ſpiritum G bonum petentibus ſe?

d Et erat Ieſus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum, & cum eieciſſet dæmoniũ locutus eſt mutus & admiratę ſũt turbę.

c ¶ AVGVST. de Ver. Domi. Poſita ſimilitudine, adiunxit exhortationem Dominus, & omnino ſtimulauit nos quærere, petere, pulſare, donec accipiamus quod petimus. vnde dicit: {Et ego dico vobis petite & dabitur vobis.} CYRIL. Quod dicit. {Dico vobis,} vim habet iuramenti: Deus enim non mentitur. Quandocumque autem innuit audientibus aliquid cum iuraméto, oſtendit inexcuſabilem noſtræ fidei paruitatem. CHRY. Per petitionem autem orationem oſtendit, per inquiſitionem vero, ſtudium & ſolicitudiné cum ſubdit. {Quærite & inuenietis} quæ enim quæruntur, plurima cura indigent, quod maxime eſt in deo. Plura namque ſunt quæ ſenſum noſtrum impediunt: ſicut ergo aurum perditum quærimus, ſic deum ſolicite perquiramus. Oſtendit etiam ꝙ quamuis non aperiat illico ianuã, tñ immorandum eſt, vnde ſubdit. {Pulſate & aperietur vobis} quia ſi quærens immoraberis, vtique recipies, ob hoc recluſum eſt oſtium vt faciat te pulſare: ideo non mox annuit vt expoſcas. GREC. Vel per hoc ꝙ dicit. {Pulſate} forſitan inſinuat petet cum effectu, pulſat enim aliquis manu. Boni autem operis ſignum eſt manus. vel hæc tria poſſunt aliter diſtingui, virtutis enim initium eſt petere notam fieri viam veritatis. Secundus vero gradus eſt quærere qualiter oporteat trãſire per viã. Tertius gradus eſt, vt cum virtutes attigerit, pulſet ad oſtium vt intret ſpatioſam cognitionem: quæ omnia orando aliquis acquirit. Vel petere quidem eſt orare, quærere vero per bona opera agere orationi condigna. Pulſare autem eſt orationi immorari nec deſiſtere. AVG. de Ve. do. Non autem nos tantum hortaretur vt peteremus, niſi dare vellet. Erubeſcat humana pigritia, plus vult ille dare quàm nos accipere. AMBRO. Qui autem promittit aliquid, ſpem debet afferre promiſſi, vt mandatis obedientia deferatur, promiſſis fides, & ideo ſubdit. {Omnis enim qui petit acci. & qui quærit inuenit, & pul. aperietur.} ORIG. Quæret autem aliquis qualiter quidã orantes non exaudiantur. Ad quod dicendum, ꝙ quicumque recto tramite ad quærendum accedit, nil omittens ex his quæ conferunt ad petitorum obtẽtum, accipiet re uera quod præcatus eſt dari ſibi. Siquis auté diuertens a propoſito debitæ petitionis, cum non petat, vt decet, non petit. Quo fit, vt cum non recipiat, quod hic dicitur, non falſificetur. nam & magiſtro dicente, Quicũque veniet ad me, aſſequetur diſciplinarum peritiam, adire magiſtrum realiter accipimus, hoc eſt vt feruenter & diligenter vacet documentis ipſius, vnde & Iacobus dicit. Petitis & non accipitis, eo ꝙ male petatis, ſcilicet cauſa voluptatum vanarum. Sed dicet aliquis: immo cũ aliqui rogant pro diuina notitia obtinenda, & recuperatione virtutum non obtinent: cui dicendum, quòd non ꝓpter ſe bona petiuerunt accipere, ſed vt commendentur per ea. BASIL. Siquis etiam ob torporem exhibeat ſe deſiderijs & traditor ſui fiat in manus hoſtium, hunc Deus nec adiuuat, nec exaudit, eo quòd per peccatum alienum ſe fecit a Deo. decet ergo offerre quidem quicquid intereſt ſua, clamare autem ad Deum, vt adiuuet eum. Eſt autem diuinum ſubſidium implorandum nõ remiſſe nec méte huc illucq; vagante, eo quòd talis non ſolum non impetrabit quod petit: ſed magis Dominum irritabit. nam ſi aliquis coram Principe ſtans, fixum habet & intrinſecum & extrinſecũ oculum, ne forſitan puniatur, quanto magis coram Deo attentum ac tremebundum oportet aſſiſtere? Si vero debilitatus a p̃tõ fixe ne quis orare, quãtũcũq; potes te ipſum cohibeas, vt ſtando corã Deo

F ad eum dirigas intellm̃, & Deus ignoſcit, eo ꝙ non ex negligẽtia, ſed ex fragilitate non potes, vt oportet aſſiſtere coram Deo. Sic ergo teipſum cõpellis ne diſcedas donec accipias. Ideo ergo quandoq; petis & non accipis, quia ꝑperam poſtulaſti, vel infideliter vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel deſtitiſti. Sępius aũt quidã obuiant dicentes: Quare oramus? an ignorat Deus, quib9 opus eſt nobis? Nouit ꝙ pe, & oĩa ſpiritualia vberius dat nobis, & anteq̃ poſtulem9: ſed opera virtutis & regnum cælorũ, oportet prius optare, optãtem vero q̃rere, ingerentem ꝑ fidem & patientiam quicq̃d intereſt ſua: in nullo delicto redargutum a propria conſcientia. AMBRO. Ergo p̃ceptiuus locus frequenter orandi ſpes eſt impetrandi, rõ aũt perſuadendi prius fuit in p̃cepto, poſtea fit in exẽplo, quod oñdit ſubdens: {Quis aũt ex vobis patré petit pané: nũquid lapidem dabit illi?} CYRIL. In quo inſtruit nos Saluator quiddam neceſſariũ. frequenter. n. inconſulto voluptatum impetu irruimus ad pnicioſa deſideria. Cum igit̃ aliquid taliũ a Deo petimus: nequaq̃ impetrabimus, ad quod oñdendum vtit̃ patenti exẽplo, ex his q̃ penes nos ſunt. cum. n. filius tuus petit pané, gratanter propinas, q̃a cibum petit opportunum. Q ñ vero ſenſus penuria lapidem poſcit vt comedat, non affers ei: ſed potius prohibes eum a nociuo deſide H rio, vt ſit ſenſus: {Quis aũt ex vo. pa. pe. pané.} quem. ſ. pater dat. {Nũquid lapidem dabit illi?} . ſ. ſi petierit. Eadem quoq; rõ eſt in ſerpente & piſce de quo ſubdit. {Aut piſcé: nũquid pro piſce ſerpẽtem dabit illi?} Et ſilr in ouo & ſcorpione. de quo ſubdit: {Aut ſi petierit ouum, nũquid porriget illi ſcorpionem? ORIG. Tu tñ attende, ſi pan s quidem eſt animæ cibus in cognitione, ſine quo non contingit ſaluari: puta perſpicax ratio vitæ debitæ. piſcis aũt eſt amor diſciplinæ: puta mundi conſtitutionem agnoſcere, elemẽtorum effectum, & quæcũq; conſequenter diſſerit ſapientia. Itaq; nec vice panis Deus propinat lapidem, quem volebat diabolus a Chriſto manducari, nec vice piſcis ſerpenté quẽ comedunt æthiopes, indigni piſces comedere. nec ſimpl'r dat vitæ nutritiuæ & vtilis non comeſtibilia & nociua, quod refertur ad ſcorpioné & ouũ. AVG. de Quæſt. Euã. Vel potius intell'r charitas ꝑ maioré appetitum tam neceſſariũ, vt ſine illa cætera nihil ſint, ſicut ſine pane menſa inops, cui contraria eſt cordis duritia, quã lapidi cõparauit. I Piſcis autem intelligitur fides inuiſibilium, vel ꝑ aquam baptiſmi, vel quia de inuiſibilibus locis capitur. Quod etiam fides huius mundi fructibus circũiactata non frangitur, recte piſci cõparatur. Cui contrariam poſuit ſerpentem ꝑ venena fallaciæ, q̃ etiam primo homini male ſuadendo pſeminauit. In ouo intelligitur ſpes. ouum. n. nondum eſt fœtus pfectus: ſed vouendo ſperatur. Cui cõtrarium poſuit ſcorpionem, cuius aculeus venenatus retro timendus eſt, ſicut contrarium ſpei eſt retroſpicere, cum ſpes futurorum in illa quæ ante ſunt ſe extendat. AVG. de Ver. Domi. Quanta tibi loquitur mundus, quanta poſt dorſum ſtrepit, vt retro reſpicias? O munde immunde, quid ſtrepis? quid auertere conaris? tenere vis periens, quid faceres ſi maneres? quem nõ deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris? CYRIL. Ex p̃miſſo autem exemplo concludit: {Si ergo vos cum ſitis mali, i. cum mentem ſuſceptiuam prauitatis geratis, non autem vniformem & fixam in bono ſicut Deus. BEDA. Vel malos vocat ſæculi amatores, qui dant illa quæ ſecundum ſenſum ſuum iudicant bona, quæ K etiam in ſua natura ſunt bona, & ad vſum infirmæ vitæ pertinent: vnde ſubdit: {Noſtis bona data dare filijs veſtris.} Apoſtoli etiam qui merito electionis bonitatem humani generis exceſſerant, ſupernæ bonitatis reſpectu, mali eſſe dicuntur, quia nihil ꝑ ſemetipſum bonum, niſi deitas ſola. Quod vero ſubditur. {Quanto magis pater veſter de cælo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe:} Pro quo Matthæus poſuit: Dabit bona competentibus ſe. oſtendit Spiritumſanctum plenitudinem bonorum Dei, quia omnes vtilitates quæ ex donorum Dei gratia ſuſcipiuntur, ex iſto fonte emanant. ATHA. Niſi autem Spirituſſanctus eſſet de ſubſtantia Dei qui ſolus eſt bonus, nequaq̃ hic appellaretur bonus, quando Dominus renuit dici bonus, in eo ꝙ homo factus eſt. AVG. de Ver. Do. Ergo auare quid quæris, aut ſi aliud petas, quid tibi ſufficiat, cui Deus non ſufficit?

d ¶ GLO. Promiſerat Dñs, ꝙ ſpiritus bonus daretur orantibus, cuius quidem beneficium ſubſequenti miraculo demonſtrat. vnde dicitur. Et erat Ieſus eiiciens dæmoniũ, & illud erat mutum.

Κωφὸς THEO. Cophos, quem Latini interpretantur mutum, apud Græcos frequenter dicitur qui nõ loquitur. Dicitur etiam & qui non audit, ſed magis proprie qui nec audit, nec loquitur. Qui aũt a natiuitate non audiuit, ex neceſſitate non loquitur. Ea enim loquimur quæ per auditum loqui docemur. Siquis tamen ex aliqua paſſione ſuperueniente auditum amiſerit: hunc nihil prohibet loqui. Qui auté dño oblatus fuit, & mutus erat lingua, & ſurdus auditu. TITVS: Mutũ autem, vel ſurdum dicit dæmoniũ, quod hãc ingerit paſſionem, ꝙ non audiat diuinum verbum. Nã dæmones auferentes aptitudinem humani affectus, obtundunt animæ noſtrę auditũ: iccirco venit Chriſt9, & eiiciat dæmoniũ, & audiamus verbum veritatis. vnum enim ſanauit, vt vniuerſalem præguſtationem faciat humanæ ſalutis. vnde ſequitur. {Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.} REMI. Dæmoniacus autem iſte apud Matthæum, non ſolum mutus, ſed et cæcus fuiſſe narratur. Tria igitur ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt. Cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus a dæmone liberatur. quod quotidie completur in conueſſione credentium, vt expulſo primum dæmone, fidei lumen aſpiciant: dein de ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur. CYRIL. Hoc autem miraculo peracto, extollebat eum multitudo præconiis, & gloria quæ Deum decet. vnde ſequitur. {Et admira. ſunt turbæ.} BEDA. Turbis autem quæ minus eruditę videbantur, domini ſemper facta mirantibus, Scribæ & Phariſæi vel negare, vel ſiniſtra interpretatione peruertere laborabant, quaſi non diuinitatis, ſed immundi ſpũs opera fuiſſent. vnde ſequitur. {Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelze. princi. dæmo. eiicit dæmonia.} Beelzebub Deus erat Acharon. nam Beel quidé ipſe Baal: Zebub aũt muſca vocatur. Dicit autem Beelzebub, quaſi vir muſcarum, ex cuius ſpurciſſimo ritu principẽ dæmoniorũ cognominabant. CYRIL. Alii vero paribus ſtimulati liuoris aculeis, petebant ab eo cæleſte videre portentum. vnde ſequitur. {Alii tentantes ſignum de cœlo quærebant ab eo. Quaſi dicerent, quàmuis ab homine dæmoniũ eieceris: non tamen hoc eſt diuinæ operationis argumentum: nõdum enim vidimus aliquid prioribus ſimile miraculis: Moyſes. n. tranſduxit populum per medium maris: Ioſue vero ſucceſſor ei9 Solem retardauit in Gabaon: tu vero nihil horũ oſtendiſti. Quærere enim prodigia de cœlo innuit, ꝙ huiuſmodi cogitationibus tunc temporis afficiebantur erga Chriſtum.

Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alii tentantes, ſignum de cœlo quęrebant ab eo.

e Ipſe autem, vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur, B & domus ſupra domum cadet. Si autem & Sathanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dęmonia? Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porro, ſi in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.

f Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quę poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet in quibus

e ¶ CHRY. Cum Phariſæorum ſuſpitio irrationabilis eſſet, mætu multitudinis non audebant eam diuulgare, ſed in animo ſuo eam vertebant. vnde dicitur. {Ipſe autem vt vi. cogi. eorum, dixit eis: Omne reg. in ſe diui. deſ. & do. ſupra do. cadet.} BEDA. Non ad dicta, ſed ad cogitata reſpondit, vt vel ſic compellerentur credere potentiæ eius, qui cordis videbat occulta. CYRIL. Nõ autem reſpondebat ex ſcripturis, quia non attendebant falſo eas exponentes, ſed ex his reſpondet quæ communiter accidunt. Domus. n. & ciuitas ſi fuerit diuiſa velociter diſſipatur, & etiam regnũ quo nihil eſt validius, firmat enim regna, & domos ſubditorum cõcordia. Si ergo, inquit, ego per dæmonem, dæmonia eiicio, diſſenſio inter eos eſt, & perit virtus eorum. vnde ſubdit. {Si autem & Satha. in ſeip. diui. eſt, quomodo ſta. reg. ipſius, quia dicitis me in Beelze. eiicere dæmonia?} Non enim Sathanas ſibiipſi repugnat, nec ſuis ſatellitibus nocet, ſed potius ſtatuit regnum ſuum. Reſtat ergo, ꝙ diuina virtute conteram Sathanam. AMBRO. In hoc etiam oſtendit regnum ſuum indiuiduum eſſe, atque perpetuum: & ideo qui non in Chriſto ſpem gerunt, ſed in principe dæmoniorum eiicere dæmones opinantur, eos regni negat eſſe perpetui, quod ſpectat etiam ad populum Iudæorum. Quomodo enim poteſt regnum Iudæorum eſſe perpetuum, quando a legis populo Ieſus negatur, qui ex lege debetur? ita ex parte ſe fides Iudaicæ plebis impugnat, impii gloria diuiditur: diuidendo diſſoluitur: & ideo regnum Eccleſiæ manebit æternum, quia indiuidua fides corpus eſt vnum. BEDA. Regnum etiam patris, & filii, & ſpirituſſancti non eſt diuiſum, quod eſt æterna ſtabilitate manſurum. deſiſtant igitur Arriani iuniorem patre filium: filio vero ſpiritum ſanctum dicere, quia quorum vnum eſt regnum, horum eſt & vna maieſtas: CHRY. Hæc eſt prima ſolutio. Secunda vero, quæ eſt de diſcipulis, quam ponit ſubdens: {Si auté ego in Beelz. eiicio dæmonia: filii veſtri in quo eiiciũt?} Non dicit diſcipuli mei, ſed {filij veſtri:} volens eorum permulcere furorem. CYRIL. Iu-

A dæi nãque, & a Iudæis, ſẽm carnem exorti ſunt Chriſti diſcipuli, qui poteſtatem in ſpũs immundos adepti erant a Chriſto, & oppræſſos ab eis in nomine Chriſti liberabant. Cum ergo filii veſtri Sathanam in nomine meo conterunt, quomodo non habet multã amentiam, dicere me a Beelzebub virtutem habere? damnabimini igitur ex fide natorũ veſtrorum. vnde ſubdit. {Ideo ipſi iudices ve. erunt.} CHRY. Quoniã enim ex vobis emanantes mihi obediũt, liquet, quòd condemnabũt operãtes cõtraria. BEDA, vel aliter: Filios Iudæorũ exorciſtas gentis illius ſignificat, qui ad inuocationem Dei eiiciebant dæmones, q. d. Si expulſio dæmonum in filiis veſtris Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus non eandem habeat cauſam? {Ergo ipſi veſtri iudices erunt:} non poteſtate, ſed operatione, dum illi expulſionem dæmonum Deo aſſignant: vos Beelzebub principi dæmoniorum. CYRIL. Poſtquàm ergo quod dicitis, calumniæ notam habet, manifeſtum eſt, ꝙ in ſpiritu Dei eiicio dæmonia: vnde ſubdit: {Porro, ſi in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.} AVG. de Conſen. Euange. Lib. 2. c. 38.
Quod Lucas digitum Dei dicit: vbi Matthæus dixit ſpiritum, ab eadem ſententia non recedit, quin potius & aliquid docet, vt nouerimus quemadmodum intelligamus vbicumque ſcripturarum legerimus digitum Dei. AVG. de Quæſt. euan. Dicitur autem Lib. 2. q. 17.
C ſpirituſſanctus digitus Dei, propter partitionem donorum, quæ in eo dantur vnicuique propria ſiue hominum, ſiue Angelorum. in nullis enim membris noſtris magis apparet partitio quàm in digitis. CYRIL. Vel ſpirituſſanctus dicitur digitus Dei. Filius. n. manus, & brachium patris dictus eſt: operatur enim pater cuncta per eum. Sicut igitur digitus non eſt alienus a manu: ſed ei naturaliter inſitus: ſic ſpirituſſanctus conſubſtantialiter connexus eſt filio & per eum omnia filius operatur. AMBRO. Nec tamen tibi membrorum compactione noſtrorum portio quędam videatur facienda virtutis: indiuiduæ. n. rei nõ poteſt eſſe diuiſio: & ideo ad formam vnitatis: non ad diſtinctionem poteſtatis referenda digiti nuncupatio eſt. ATHA. Ad præſens autem non tenuit domin9 Cõtra Arrianos orat. 2
gratia ſuæ humanitatis dicere ſe minorem ſpirituſancto, dicens ſe in eo dæmones eiicere, quaſi non ſufficiente humana natura ad dæmonum expulſionem, niſi virtute ſpirituſſancti. CYRIL. Et ideo conuenienter dicitur {peruenit in vos regnum Dei}. i. ſi ego D homo exiſtens in ſpiritu diuino eiicio dæmones: ditata eſt humana natura in me, & aduenit regnum Dei. CHRY. Dicit autem. Super vos, vt eos attraheret, q. d. ſi vobis adueniunt proſpera, cur veſtra bona faſtiditis? AMBRO. Simul oſtendit etiam imperialem quandam eſſe ſpirituſſancti poteſtatem, in quo regnũ eſt Dei, nos quoque, in quibus habitat ſpũs eſſe regalem domum. TITVS. Vel dicit: {Peruenit in vos regnum Dei} vt intelligatur, peruenit contra vos, non pro vobis, horrendus enim eſt perfidis Chriſti ſecundus aduentus.

f ¶ CYRIL. Quia neceſſarium erat per multas conſiderationes detrahentium retractare ſermonem, vtitur nunc exemplo maniſeſtiſſimo, quod demonſtrat volentibus intueri, ꝙ principem huius ſæculi virtute ſibi inſita vicit dicens: {Cum for. ar. cuſto. atriũ ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.} CHRY. Fortem vocat diabolum, non quia naturaliter hmõi ſit, ſed innuens antiquam eius E tyrannidem, quam puſillanimitas noſtra cauſauit. CYRILL. Erat enim ante Saluatoris aduentum violentia multa, rapiens alienos greges. ſ. Dei, & quaſi ad proprium ducens ouile. THEO. Arma autem eius ſunt omnes ſpecies peccatorum, in quibus confidens inualuit contra homines. BEDA. Atrium vero illius mundum vocat, qui in maligno poſitus eſt, in quo vſque ad Saluatoris aduentum potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium, ſine vlla contradictione quieſcebat, ſed fortiori potentia Chriſtus victor omnes homines liberando ipſum eiecit. vnde ſubditur. {Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.} CYRIL. Poſtquàm enim Dei ſummi verbum totius fortitudinis dator, & dominus virtutum factum eſt, homo inuaſit illum, & arma eius abſtulit. BEDA. Sunt ergo arma eius aſtutiæ, dolique nequitię ſpiritualis: ſpolia vero eius ipſi homines ſunt ab eo decepti. CYRIL. Nam qui dudum irretiti fuerant ab eo Iudæi in diuinam ignorãtiam, & errorem, euocati ſunt per ſanctos Apoſtolos ad notitiam veritatis, & oblati ſunt Deo patri per fidem adhibitam filio.

BASI. Distribuit etiam spolia, exhibens fideles custodias Angelorum ad hominum salutem. BEDA. Victor etiam Christus spolia distribuit, quod est insigne triumphantis, quia captiuam ducēs captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios Euangelistas: hos Prophetas, illos pastores ordinans, & doctores. CHRY. Dein

de ponitur quarta solutio, cum subditur: {Qui nō est mecum, aduersum me est.} q. d. ego volo homines offerre Deo, Sathanas autem contrariū. qualiter ergo, qui mihi non cooperatur, sed dissipat q mea sunt: tam mihi consentaneus fieret, vt vna me cum eiceret dæmones? Sequitur. {Et qui non colligit mecum, dispergit. CYRIL. Quasi dic. Ego veni, vt filios Dei ab eo dispersos congregem at ipse Sathanas cū mecum non sit, quę colle

gi, & saluari, tentat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispensationibus retragatur, virtutem mihi ministrat? CHRY. At siquis nō cooperatur, aduersarius est: multomagis qui obstat. videtur tamen mihi & Iudæos ad præsens subænigmate tangere. ordinans eos cum diabolo, nam & ipsi agebant contra eum, & dispergebant quos congregabat.

g ¶ CYRILL. Post præmissa ostendit dominus: vnde contigit populo Iudæorum, vt ad huius opiniones laberentur de Christo dicens: {Cum immundus spūs exierit ab homine ambulat per loca inaquosa, quærens requiem:} Quod enim hoc exemplum ad Iudæos spectet, Matthæus expræstit dicens. Sic erit & generationi huic pessimæ. Quamdiu enim erant in Aegypto viuentes ritu Aegyptiorum, inhabitabat in eis spūs malignus, qui expulsus est ab eis, quando mactauerunt agnum in figura Christi, & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerunt destructorem. AMBRO. Itaq; in vno homine totius populi Iudaici comparatio est, a quo per legem spūs immundus exierat. Sed quia in Gentibus quorum corda prius arida erant, sed postmodum per baptisma rore spūs humescebant, propter fidem Christi requiem diabolus inuenire non potuit. Immundis enim spiritibus Christus incendium est: ideo regressus est ad plebem Iudæorum. vnde sequitur. {Et non inue. dicit. Reuertar in do. mea, vnde exiui.} ORI. Gi. ad eos, qui sunt ex Israel: quos vidit nihil diuinum in se continentes, sed desertos & vacantes habitationi eius. vnde sequitur. {Et cum ve. inue. sco. mūdatam. AMBRO. Forensi enim & perfunctoria specie comperta ab imo maner interiore pollutior. Neque enim sacri fontis irriguo aut abluebat, aut restringebat ardorem, meritoq; ad eum spiritus redibat immundus, adducens secum septem ali. spi. nequio. se, & ingressi ha ibi.} quoniam. s. in hebdomada legis, & octauæ mysterium commisit. Itaque, vt nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia: ita illis immundorum spūum omnis cumulatur iniuria. Vniuersitas enim hoc numero aliquoties comprænditur. CHRY. Incolunt autem animas Iudæorum dæmones peiores prioribus: nam cunc temporis in Prophetas sæuiebant: nunc vero ipsi domino Propheta rum iniuriantur, atque ideo a Vespasiano & Tito peiora passi fuerunt, q̄ in Aegypto, & in Babylone. vnde sequitur. {Et fiunt no. ho. illius peio. prioribus.} Tunc etiam aderat eis diuina prouisio, & gratia spiritussancti. nunc vero etiam hac cura priuantur, propter quod virtutis maior penuria nunc, & erūna intensior, & dæmonum exactio fuior. CYRIL. Sunt etiam {nouissima peiora prioribus,} secundum illud Apostolicum: Melius erat eis veritatis viam non cognoscere, q̄ post agnitam, retrore. BEDA. Potest etiam hoc accipi de hæretico quolibet, vel scismatico, vel etiam malo catholico, de quo tempore baptismatis spiritus exierat immundus, locaque inaquosa peragrat. i. corda fidelium, quæ a mollitie fluxæ cogitationis e purgata sunt, callidus insidiator explorat, si quos ibi nequitiæ suæ gressus figere possit. Dicit autem {Reuer. in do. meam, vnde exiui.} In quo timendū est, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Inuēnit autem eam scopis mūdatam, hoc est gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam, sed nulla boni operis industria cumulatam. Per septem autem malos spiritus, quos assumit: vniuersa vitia designat. Nequiores autem dicuntur, quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septem spirituali-

confidebat: & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.

g Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹.

h Factum est autem cum hęc diceret: extollens vocem quędā mulier de turba dixit illi: Beat⁹ venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati qui audiūt uerbū Dei, & custodiunt illud.

i Turbis autem concurrentib⁹, cæpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est: signū quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum viris generatio nis huius, & condemnabit illos,

bus sunt contraria virtutibus; sed etiam per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit. CHRY. Non solum autem illis, sed & nobis fore dicta accipiamus quæ sequuntur. {Et erunt nouissima hominis illius peiora prioribus:} quia si illustrati, & a pristinis malis remoti, denuo redimus ad eandem nequitiam: grauior deinceps erit pœna sequēntiū petōrū. BEDA. Posset etiam simpliciter intelligi dominū hæc ad distinctionem suorum, & Sathanæ operum adiunxisse, q̄ scilicet ipse semp̄ poluta mundare: Sathanas vero mundata grauioribus sordibus cōtaminare festinet.

h ¶ BEDA. Scribis & Pharisæis dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, incarnationem eius magna fiducia q̄dam mulier confitet. vnde sequitur. {Factū est autem cum hæc diceret, extol. vo. quędā mulier de tur. di. illi: Beatus venter qui te portauit. & vbera quæ suxisti.} vbi & præsentium calumniam, & futurorum confundit hæreticorum perfidiam. nam sicut tunc Iudæi sanctiſpiritus opera blasphemando verum Dei filium negabant: sic hæretici postea negando Mariam semper virginem, spiritussancti cooperante virtute, nascituro vnigenito Deo. carnis suæ materiam ministrasse: verum cō substantialemque partū filium hominis fateri non debere dixerūt. Sed si caro verbi Dei ℈m carnem nascentis, a carne virginis matris pronunciatur extranea, sine causa venter qui eum portasset, & vbera quæ lactassent, beatificabitur. Qua vero consequentia eius lacte credatur nutritus, ex cuius semine negatur conceptus, cū ex vni⁹ & eiusdem fontis origine ℈m Physicos vterque vigor manare perhibetur? Non autem tantummodo eam quæ verbum Dei corporaliter generate meruerat: sed & omnes qui idem verbum spūaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodia vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint: asserit esse beatos. Sequitur enim. {At ille dixit: Quinimmo, beati qui audiūt verbum Dei, & custodiunt illud. CHRY. Non fuit hoc responsum repudiantis matrem, sed ostendentis q̄ nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Cæterum si Mariæ non p̄deret sine virtutibus animæ Christum ab ea ortum traxisse: multomagis nobis fiue patrem, siue fratrem, siue filium, virtuosumque habeamus. nos autem obsistamus ab illius virtute, nequaquā hoc prodesse valebit. BEDA. Eadem autem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra est facta temporalis. sed inde multo beatior, quia eiusdem semper amādi custos manebat æterna. Hac etiam sententia sapientes Iudæorum percutit, qui verbum Dei non audire & custodire: sed negare, & blasphemare quærebant

i ¶ BEDA: Duplici dominus fuerat quæstione pulsatus. Quidam enim calumniabantur eum in Beelzebub eiecisse dæmonia, quibus hactenus est responsum, & alii tentantes signum de cœlo quærebant ab eo, quibus ab hinc respondere incipit. vnde sequit. {Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere, generatio hæc, generatio nequam est.} AMBRO. Vt scias Synagogæ populum deformari, vbi ecclesiæ beatitudo laudatur, sicut autem fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis Iudæis. unde subditur. {Signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi Ionæ Prophetæ.}

BASI. Signum est res in propatulo posita, a liquius occulti continens in se declarationem, sicut Ionæ signum descensum ad inferos, ac iterum ascensum Christi resurrectionem a mortuis repræsentat. unde subditur. Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ita & filius hominis generationi isti. BEDA. Signum eis tribuit, non de cœlo, quia indigni erant uidere, sed de profundo inferni, signum. s. incarnationis non diuinitatis, passionis non glorificationis. AMBRO. Vt autem Ionæ typus, signum dominicæ passionis est, ita etiam gratium, quæ Iudæi commiserunt testificatio peccatorum est, simul aduertere licet & maiestatis oraculum & pietatis iudicium. namque Niniuitarum exemplo, & denunciatur supplicium, & remedium demonstratur. unde etiam debent Iudæi nō desperare indulgentiam, si uelint agere pœnitentiam. THEO. Sed Ionas post exitum suum a uentre cæti sua prædicatione Niniuitas conuertit, Christo uero resurgenti Iudæorum generatio non credidit. unde præiudicium fuit eis, de quo præiudicio subditur duplex exemplum, cum dicitur: {Regina Austri sur. in iudic. cum

cū viris genera. huius, & condemna. illos.} BEDA. Non vtiq; po testate iudicii, sed comparatione facti melioris. vnde sequitur. {Quia venit a finibus ter. au. sapien. Salo. & ecce plusquam Salomon hic.} Hic, in isto loco non pronomen est, sed aduerbium loci, & significat. i. in præsentiarum inter vos conuersatur, qui incomparabiliter est Salomone præstantior.

CYRIL. Non autem dixit: Maior Salomone ego sum, vt persuadeat nobis humiliari, etsi fœcundi sumus spūalium gratiarum. q. d. Festinauit ad audiendum Salomonem mulier barbara, per tam longum iter auditura scientiā visibiliū animātium, & vires herbarū: vos autem cum assistatis, & audiatis de inuisibi

quia venit a finibus terrę audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerūt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic.

K Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen vi-

libus & cœlestibus, ipsam sapientiam vos instruentem, & verba signis, & operibus comprobantem alienamini contra verbum, & miracula insensibiliter præteritis. BEDA. Si autem Regina Austri, quæ electa esse non dubitatur, surget in iudicio cum reprobis. ostenditur vna cunctorum bonorum. s. malorumque resurrectio mortalium, & hoc non iuxta fabulas Iudæorum mille annis ante iudicium, sed in ipso esse futura iudicio. AMBRO. In hoc quo que Iudæorum plebem damnans, ecclesiæ mysterium vehementer exprimit, quæ in Regina Austri per studium percipiendæ sapientiæ de totius orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoscat, Regina plane, cuius regnum est indiuisum, de diuersis & distantibus populis in vnum corpus assurgens. GREGO. Nissenus: Sicut autem illa Regina erat Aethiopum, & longe distans, sic in principio nigra erat ecclesia Gētium, & multum distabat a veri Dei notitia. At vbi pacificus Christus emicuit, tunc cecutientibus Iudæis accedunt Gentiles, offeruntque Christo pietatis aromata, & aurum diuinæ notitiæ, & gemmas, obedientiam. s. præceptorum. THEO. Vel quia Auster laudatur in scriptura, sicut calidus & viuificans. Anima igitur regnans in Austro. i. in spirituali conuersatione, venit audire sapientiam Salomonis Regis pacifici domini Dei nostri i. in contemplationem erigitur, ad quā nullus peruenit, nisi regnet in bona vita. Ponit autem consequēter exemplum de Niniuitis, dicens: {Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam.} CHRY. Condemnationis iudicium ex similibus, vel dissimilibus fit. ex similibus quidem, sicut in parabola de decem virginibus. ex dissimilibus autem, sicut cum Niniuitæ condemnant eos, qui erant tempore Christi, vt sic fiat condemnatio clarior. Nam illi quidem barbari, hi vero Iudæi: hi refecti Propheticis documentis, illi nūq̄ acceperant auditum diuinum: illuc iuit seruus, huc dominus. ille euersionem prædicabat, iste regnum cœlorum annunciat. notum est ergo cuilibet q̄ Iudæos decebat potius credere. accidit autem contrarium. vnde subdit. {Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic.} AMBRO. Secundū mysterium autem, ex duobus constat ecclesia, vt aut peccare nesciat, qd. s. pertinet ad Austri Reginā, aut peccare desinat, q̄. s. pertinet ad Niniuitas pœnitentiam agentes. Pœnitentia enim delictum abolet, sapientia cauet. AVG. de Con. Euan. Hoc autem Lucas narrat eo loco quidem, quo Matthæus, sed aliquanto dispari ordine. Quis autem non videat superfluo quæri, quo illa ordine dominus dixerit: cum hoc discere debeamus per Euangelistarum excellentissimā auctoritatem non esse mendacium? Sed quisque non hoc ordine, cuiusquam sermonem digesserit, quo ille, a quo processit, cum ipsius ordinis nihil interfit ad rem, siue ita sit, siue ita.

k ¶ CYRIL. Dicebant Iudæi dominum exercere miracula, non propter fidem, sed propter applausus videntium. Reprobat igitur præsentem calumniam, inducens exemplum lucernæ, cum dicit. {Nemo lucernam accendit, & in abscōdito ponit, neque sub medio, sed supra candelabrū vt qui ingrediūtur, lumen videant.} BEDA. De seipso dominus hic loquitur, ostendens, etsi supra dixerit nullum generationi nequam, nisi signum Ionæ dandum: nequaquam tamen lucis suæ claritatem fidelibus occultandā. Ipse quidem lucernam accendit, qui testam, humanæ naturæ flamma suæ diuinitatis impleuit, quam profecto lucernam nec credentib⁹ absondere, nec modio supponere: hoc est sub mensura legis includere, vel intra vnius Iudeæ gentis terminos voluit cohibere. Sed supra candelabrum posuit. i. ecclesiam, quia in nostris frontibus fidem suæ incarnationis affixit, vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint, lumen veritatis palam queant intueri. Denique

præcepit, ne opera tantummodo, sed & cogitationes, & ipsas etiā cordis intentiones mundare, & castigare meminerint. nam sequitur. {Lucerna corporis tui.} AMBRO. Vel lucerna fides est. iuxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum domine. verbum enim Dei fides nostra est: lucerna autem lucere

deant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumē quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidū fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

non potest, nisi aliunde lumen acceperit. vnde & virtus nostræ mentis & sensus accēditur, vt mna, quæ perierat posset reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat: lex. n. intra mensuram est, vltra mensuram gratia, lex obumbrat. gratia clarificat. THEO. vel aliter, quia Iudæi videntes miracula accusabant ex eorū mētis malitia, ꝓpter hoc dicit dominus, q̄ accipientes lucernam a Deo, intellectum. s. ex emulatione obscurati, miracula & beneficia non cognoscebant, sed ad hoc intellectum a Deo suscepimus, vt supra candelabrum poneremus, vt etiam alii qui ingrediuntur, lumen videant. Sapiens quidem iam ingressus est, qui vero addiscit, adhuc ambulat, quasi Pharisæis dicat: Oportet vos vri intellectu ad miraculorum notitiam, & aliis declarare, quoniam quæ videtis sunt opera non Beelzebub, sed filii Dei. vnde secundum hunc intellectum subdit. {Lucerna corporis tui est oculus tuus.} ORI. Oculum quippe appellat proprie intellectum nostrum: totam autem animam, quamuis non corpoream, hic tropologice vocat corpus: illustratur enim ab intellectu anima tota. THEO. Sicut autem corporis oculus si lucidus fuerit, corpus lucidum erit, si vero tenebrosus, & corpus similiter tenebrosum, sic comparatur intellectus ad animam. vnde subditur. {Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.} ORI. Intellectus enim a suo principio in solo simplicitatis studio est: nullam continentem duplicitarem, & dolum, & diuisionem in se. CHRY. Si ergo intellectum corruperimus, qui potest soluere passiones, totam læsimus animam: patimurque diram caliginem, peruersione excecati intellectus. Vnde subdit. {Vide ergo, ne lumen quod in te est tenebræ sint.} Non sensibiles dicit tenebras: sed intrinsecam habentes originem, & quas nobiscum passim deferimus, extincto nobis oculo animæ, de cuius luminis virtute subdit dicens: {Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.} ORI. Idest, si corpus tuum sensibile factum est luminosum illustrato corpore a lucerna: adeo vt non amplius in te sit membrum tenebrosum: multomagis te non peccante, in tantum fiet lucidum totum tuum corpus spirituale, vt comparentur splendores eius illustranti lucernæ, dū lux quæ erat in corpore, quæ consueuerat esse caligo, dirigitur quocumque p̄ceperit intellectus. GREGO. Nazan. vel aliter: Ecclesiæ lucerna & oculus est prælatus. necesse est ergo, vt sicut oculo puro verū habēre corpus dirigitur, impuro vero existente deuiat, sic & in prælato qualitercumque se habet, oportet pariter naufragium pati ecclesiam vel saluari. GREG. 28. Moral. Vel aliter appellatione corporis vnaquæque actio intelligitur, quæ intentionem suam quasi intuentium oculum sequitur. Vnde dr. {Lucerna itaq; corporis tui est oculus tuus,} quia per bonæ intentionis radiū, merita illustrātur actionis. {Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuum lucidum erit.} Quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, etiam si minus bonū esse videatur. {Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.} Quia cum peruersa intentione quid vel recte agitur, & si splendere coram hominibus cernitur: tamen apud examen interni iudicis obscuratur. vnde & recte subditur. {Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.} Quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intentione fuscamus, quanta ipsa mala sunt, quæ mala esse, & cum agimus, non ignoramus? BEDA. Cum autem subdit: {Si ergo corpus tuum lucidum fuerit.} Totum corpus nostrum omnia opera nostra dicit. Si igitur bonum bona intentione patraueris: non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrosæ cogitationis, etsi contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri, tu tamen pro tuo simplici corde, & hic gratia, & in futurō lucis gloria donaberis. Quod significat subdens: {Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Hæc contra hypocrisim Pharisæorum sub dolo signa quærentium, specialiter dicta sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

l ¶ CYRIL. Pharisæus quàmuis tenax esset sui propositi dominum tamen in propriam domum vocat.vnde dicitur. {Et cum loque.roga.il.quidam Phari.vt pranderet apud se.} BEDA.Cõsulte Lucas non ait:Et cum hæc loqueretur,sed {Cum loqueret,} vt ostendat eum non statim finitis,quæ proposuerat verbis,sed aliquot iterpositis apud Pharisæum prandere rogatum. (Lib.2.c.75.) AVG. de Con. Euan. Vt enim hoc Lucas narraret, digressus est a Mattheo circa illum locũ, vbi ambo commemorauerant, quod dictũ est a domino de signo Ionæ, & de Regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immundo. post quẽ sermonẽ dicit Matthæ⁹: Adhuc eo loquẽte ad turbas:Ecce mater ei⁹ & fratres stabãt foris,

l Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus, vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere, quare nõ baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nõne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est fecit?

quærentes ei loqui. Lucas autem in eo sermone domini,commemoratis etiam quibusdam quæ Matthæus dixisse dominum prætermisit ab ordine,quem cũ Matthæo tenuerat,digreditur. BEDA Itaque postquàm nunciatis sibi foris matre & fratribus ait:Qui.n. fecerit voluntatem domini,hic frater meus,& soror mea,& mater est,datur intelligi,rogatus Pharisæi intrasse conuiuium. CYRIL. Sed ipse Christus qui eorum Pharisæorum nequitiam nouerat, dispensatiue condescendit,satagens commonere eos ad similitudinem optimorum medicorum,qui grauius infirmantibus afferunt remedia suæ industriæ.vnde sequitur.{Et ingressus recubuit.} Dedit autem occasionem verbis Christi indocilis Pharisæus scandalizatus,quia cum opinaretur eum iustum & Prophetam, non conformabatur irrationabili eorũ consuetudini.vnde subditur. {Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere,quare non baptizat⁹ esset ante prandium.} (Serm.30.) AVG. de Verbis do. Omni enim die. Pharisæi antequam pranderent abluebant se aqua,quasi quotidiana lauatio possit cordis esse mundatio. Apud seipsum autẽ Pharisæus cogitauit,voce non sonuit. Ille tamen audiuit,qui interiora cernebat.vnde sequitur.{Et ait dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi,quod de foris est calicis,& catini mundatis: quod autem intus est vestrum,plenum est rapina & iniquitate.} CYRIL. Poterat autem dominus,& aliis vti verbis,commonens Pharisæum in sinum:captat tamen tempus,& ex his quæ erant præ manibus cõtexit documentum. Hora nãque mensę,& pabuli,sumit pro exẽplo calicem & catinum:ostẽdens ꝙ mundos & lotos decet esse sincere ministrantes Deo, non solum a spurcitia corporali,immo ab ea quæ latet intrinsecus penes mentem:sicut aliquod vasorũ, quibus seruitur in mensa,bonum est,& extrinsecis & intrinsecis carere contagiis. AMBRO. Vide autem corpora nostra terrenorum,& fragilium expræssione significari,quæ breui lapsu præcipitata franguntur,& facile ea quæ mens voluit internæ per sensus, & gesta corporis prodit,sicut illa quæ calix interius continet: foris lucent.vnde & in posterioribus non dubium est vocabulo calicis passionem corporis declarari. Cernis igitur, ꝙ nos non exteriora huius calicis & catini,sed interiora cõtaminant, quia dixit: (Serm. 30.) {Quod intus est vestrum,plenũ est rapina & iniquitate.} AVG. de Ver.do.Sed quomodo non pepercit homini,a quo fuerat inuitatus? Magis quidem obiurgando pepercit,vt correcto in iudicio parceret. Deinde ostendit nobis,quia & baptisma quod semel adhibetur per fidem mundat: fides autem intus est, non foris. fidem autem contemnebant Pharisæi,& quod foris erat lauabant,intus inquinatissimi manebant,quod dominus improbat dicens:{Stulti,nonne qui fecit quod de foris est,etiam id quod intus est fecit?} BEDA.q.d.Qui vtrãque hominis naturam fecit, vtrãque mundari desiderat, hoc est contra Manichæos, qui animam tantum a Deo,carnem vero putant a diabolo creatam. Hoc etiam est cõtra illos,qui corporalia peccata,fornicationem.s.& furtum & cætera talia peccata,quasi grauissima detestantur. Spiritualia vero, quæ non minus damnat Apostolus,vt leuia contemnunt. AMBRO. Dominus autem quasi bonus præceptor docuit quomodo nostri corporis mundare contagium debeamus, dicens: {Verumtamen quod superest date eleæmosynam,& ecce omnia munda sunt vobis. Vides quanta remedia: Mundat nos misericordia, mũdat nos Dei sermo. iuxta quod scriptum est:Iam vos mundi estis propter sermonem,quem locutus sum vobis. AVG. de eleæmosyna: Misericors monet misericordiam fieri, & quia seruare quærit quos magno redemit præcio, post gratiam baptismi sordidatos, docet denuo posse seruari. CHRY. Dicit autem: Date eleæmosynã} non iniustitiam:est enim eleæmosyna, quæ caret iniustitia quali-

F bet:hæc omnia facit munda,& ieiunio est præstãtior, quod quàmuis sit laboriosius: illa tamen est lucrosior. Illustrat animam, impinguat,bonam efficit & decoram. Qui cogitat misereri roganti, citius a peccatis desistet. Sicut enim medicus, qui crebro vulneratis medetur,frangitur de facili in erumnis aliorum,sic & nos si vacauerimus egenorum auxiliis,de facili contemnemus præsentia, & in cœlum leuabimur. Non paruum est igitur eleæmosynæ cataplasma, cum valeat omnibus apponi vulneribus. BEDA. Dicit autem.{Quod superest} .s. necessario victui, & vestimento. Neque enim ita faciẽda iubetur eleæmosyna,vt teipsum consumas inopia,sed vt tui cura corporis expleta, inopem quantum

Verumtamen quod superest date eleęmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væh vobis Pharisæis, qui decimatis mẽtam, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium,& charitatẽ Dei. Hęc aũt oportuit facere, & illa nõ omittere. G Væh vobis Pharisęis,ꝗ diligitis primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro. Væh vobis,ꝗ estis vt monumenta, ꝗ non apparent, & homines ambulantes supra nesciunt.

vales sustentes. Vel ita intelligendum.{Quod superest}.i. quod tam multo scelere præoccupatis solum remediũ restat:Date eleæmosynam,qui sermo ad omnia quæ vtili miseratione fiunt,valet. non enim solum qui dat esurienti cibum, & cætera hmõi: verum etiam qui dat veniam præcanti,atque orat pro eo:& qui corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit,eleæmosynam dat. THEO. Vel dicit.{Quod superest.nam facultates præsident cupido cordi. AMBRO. Totus itaque pulcherrimus ab hinc dirigitur locus, vt quoniam nos ad studiũ simplicitatis inuitat, superflua Iudæorum,& terrena condemnet. Et tamen ipsis peccatorum abolitio H promittitur, si misericordiam consequantur. AVG. de Ver.do. (Serm.30.) Si autem mundari non possunt nisi credentes in eum,qui fide mũdat cor,quid est quod dicit. {Date eleæmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis?} Attendamus, forte & ipse exponit. Illi .n. de omnibus suis fructibus decimam partem detrahebant,& eleæmosynas dabant,quod non facile aliquis facit Christianus. Irriserunt ergo illum eis hoc dicentem,quasi hominibus qui eleæmosynas non facerent. Hoc Deus sciens subiungit. {Sed væh vobis Pharisæis,qui decimatis mentam,& rutam,& omne olus,& præteritis iudicium,& charitatem Dei. Non ergo est hoc facere eleæmosynam,facere enim eleæmosynam,est facere misericordiam. Si intelligis,a te incipe. Quomodo enim es misericors alteri, si crudelis es tibi? Audi scripturam dicentem,miserere animæ tuæ, placẽs deo. Redi ad conscientiam tuam,quicumque male,aut infideliter viuis,& ibi inuenis mẽdicantem animam tuam, vel forte egestate I obmutescentem. In iudicio & charitate fac eleæmosynam cũ anima tua. Quid est iudicium? Displice tibi. Quid est charitas? Dilige Deum,dilige proximum. Hanc eleæmosynam si prætermittis, quantumuis ames,nihil facis quando tecum non facis. CYRIL. Vel hoc dicit in Pharisæorum repræhensionem,quia illa sola pręcepta attentius obseruari iubebant a populis subiectis, quæ causa erant illis redditum fœcũdorum.vnde nec minima olerum postponerent: opus autem ingerendæ dilectionis ad Deum, & iudicii iustam censuram negligebant. THEO. Quia enim Deum contemnebant indifferenter sacra tractantes,præcipit eis dilectionem Dei habere. Per iudicium vero dilectionem innuit proximi: nam quòd aliquis iuste iudicet proximo,ex eius dilectione prouenit. AMBRO. Vel iudicium ideo,quia non omnia quæ agunt in iudicium referunt. charitatẽ ideo,quia non ex affectu diligant Deũ. Sed ne rursus fidei studiosos nos faciat operum negligentes, perfectionem fidelis viri breui sermone concludit, vt & fide & operib⁹ approbetur,dicens.{Hæc autem oportuit facere,& illa non omit-K tere.} CHRY. Vbi quidem sermo Iudaicæ mundationis agebatur totaliter præteriuit,sed quia decima eleæmosyna quędam est, & nõdum erat tempus expræsse interimendi legalia, propter hoc dicit. {Hæc oportuit facere. AMBRO. Arrogantiam quoque iactantium Iudæorum redarguit,dum primatus appetunt. Sequitur enim. {Væh vobis Pharisæis,qui diligitis primas cathedras in Synagogis,& salutationes in foro.} CYRIL. Per ea quibus illos repræhendit,nos facit meliores. Vult etenim nos ambitione carere,& non plus venari apparentiam, ꝗ veri existentiam, quod tunc Pharisæi agebant. Salutari enim ab aliquibus, & præsidere eis:non vere nos idoneos esse ostendit,pluribus enim hęc contingunt cum boni non sint.vnde subdit:{Væh vobis qui estis vt monumenta,quæ non apparent. Volentes enim ab hominibus salutari,& eis præsidere,vt magni æstimentur,ab occultis sepulchris non differunt,quæ nitent quidem extrinsecus ornamentis: sunt autem plena omni spurcitia. AMBRO. Et quasi sepulchra,quę non apparent specie fallunt,visuque decipiunt transeuntes. vnde sequitur.

sequitur.{Et homines ambulantes supra nesciunt.}ita.s.vt cũ foris speciosa promittant,plena intus fœtoris includant. CHRY. Sed quòd tales extiterint Pharisæi,non est mirabile.Si autem nos digni reputati fieri templa Dei, fiamus repente sepulchra solum fœtorem continentia,hoc est extremæ miseriæ. CYRIL. Ait autẽ hic Apostata Iulianus vitanda esse sepulchra, quæ Christ⁹ ipse ait esse immũda, sed ignorauit vim verborum Saluatoris. nõ enim iussit a monumentis discedere, sed eis comparauit Pharisæorum fictitiũ populum.

m ¶ CYRIL. Redargutio quæ mãsuetos transfert in meli⁹ superbis hominib⁹ cõmuniter intolerabilis esse solet.vnde cũ Saluator repræhenderet Pharisæos tamquàm deuiantes a recto calle, percellebatur ex hoc Legisperitorum caterua.vnde dicitur.

m Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et vobis Legisperitis væh, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tãgitis sarcinas. Væh vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, ꝙ consentitis operibus patrum vestrorum, quoniã quidem ipsi eos occiderunt: vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur, vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiret ab hac generatione. B Væh vobis Legisperitis, ꝗ tulistis clauẽ sciæ, ipsi nõ introistis, & eos ꝗ introibant, ꝓhibuistis. Cum aũt hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisęi & Legisperiti grauiter ĩsister, & os ei⁹ opprimere ď multis insidiãtes ei, & ꝗrentes aliqd capere ď ore ei⁹, vt accusarẽt eũ.

{Respondens autem quidam ex Legisperitis,ait illi: Magister,hæc dicens,etiam nobis contumeliam facis.} BEDA: Quàm misera conscientia quæ audito Dei verbo sibi contumeliam fieri putat, & commemorata pœna perfidorum se semper intelligit esse damnandam? THEO. Erant aũt alii Legisperiti a Pharisæis: nã Pha- C risæi diuisi ab aliis, quasi religiosi videbantur. Legis autem periti Scribæ erant,doctoresq; quæstiones legis soluentes. CYRIL. Christus autem Legisperitis inuectiuam ingerit, & deprimit vanum eorum supercilium.vnde sequitur:{At ille ait: Et vobis Legisperitis væh,quia homines oneratis oneribus,quæ portare non possunt,& ipsi vno digito non tangitis sarcinas.} Exemplo pateti vtitur ad eos dirigendum. Erat lex onerosa Iudæis,ut fatentur Christi discipuli, ipsi vero fasces importabiles legis colligantes, & subditis superponẽtes,ipsi nullatenus operari curabãt. THEO. Quoties etiam doctor facit,quæ docet,alleuiat fascem, tradens ad exemplum seipsum. Quando vero nil agit eorum quæ docet:tũc graues fasces videntur eis, qui doctrinam suscipiunt, vtpote qui nec a doctore possunt portari. BEDA. Recte autem audiunt, ꝙ sarcinas legis vno digito non tãgerent,hoc est,nec in minimis quidem eam perficerent,ꝗ se contra morem patrum sine fide, & gratia Christi seruare,& seruanda tradere præsumebant. GREG. D Tales quoque modo plures sunt iudices sęueri peccantium,& debiles agonistæ intolerabiles Legislatores,& debiles portitores,nec appropinquare volentes,nec palpare vitæ honestatem, quam irremediabiliter exigunt a subiectis. CYRIL. Postquàm igitur reprobauit onerosam Legisperitorum officinam,inducit communẽ inuectiuam in cunctos principes Iudæorum dicens. {Væh vobis qui ædificatis monumenta Prophetarum, & patres vestri occiderunt illos. AMBRO. Bonus est hic locus aduersus superstitionem vanissimam Iudæorum,quia ædificando sepulchra Prophetarum patrum suorum facta damnabant:æmulando autem paterna scelera in seipsos sententiam retorquebant.non enim ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur.vnde subdit. Profecto testificamini, ꝙ consentitis operibus patrum vestrorum,quoniam quidem ipsi eos occiderunt: vos autem ędificatis eorum sepulchra. BEDA. Simulabant quidem se ob fauorem vulgi captandum, E patrum suorum horrere perfidiam,memorias Prophetarum, qui ab eis occisi sunt, magnifice ornando, sed ipso ore testificantur, quantum paternæ nequitiæ consentiant, iniuriis agendo dominũ a Prophetis pronunciatum.vnde subditur. {Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur.} AMBRO. Dei sapientia Christus est. Denique in Matthæo habes: Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes. BEDA. Si autem eadem sapientia Dei Prophetas,Apostolosq; misit,cessent hæretici Christo ex Virgine principium dare,omittant alium legis,& Prophetarum, alium noui testamenti Deum prædicare, quàmuis sæpe etiam Apostolica scriptura Prophetas non eos solum qui futuram Christi incarnationem,sed eos qui futura cœlestis regni gaudia prædicent appellet. Sed nequaquã hos crediderim Apostolis in Cathalogi ordine ꝑferendos. (In Astrolo. de fuga sua.) ATHA. Siue autem occidant, mors occisorum altius contra eos clamabit,siue persequantur, memoralia suæ iniquitatis emittunt. Fuga enim persecutionem passorum in magnum redundat persequentium crimen. nemo enim pium & mansuetum

A fugit,sed potius austerum,& moribus imbutum iniquis. Et ideo sequitur. {Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum,qui effusus est a constitutione mũdi a generatione ista.} BEDA. Quæritur,quomodo sanguis omnium Prophetarum, atque iustorum ab vna Iudæorum generatione requiratur, cum multi sanctorum siue ante incarnationem,siue post,ab aliis nationibus sint interempti? Sed moris est scripturarũ duas sępe generationes hominum bonorum,malorumque computare. CYRIL. Et si ergo dicat demonstratiue a generatione ista, nõ exprimit solum tunc astantes & audientes, sed quemlibet homicidam: astruitur.n.simili simile. CHRY. Cæterum si dicat, Iudæos grauiora passuros:hoc non immerito fit, eo ꝙ & peiora omnibus ausi sunt, & nullo præteritorũ castigati fuerunt, sed cũ vidissent alios peccasse,& punitos fuisse,non fuerunt meliores effecti,sed similia commiserunt: non autem ita,ꝙ pro cõmissis aliorum alii luant pœnam. THEO. Ostendit autem dominus Iudæos esse hæredes malitiæ Cayn,ex eo quòd subdit: {A sanguine C Abel,vsq; ad sanguinem Zachariæ,qui periit inter altare & ædẽ.} Abel siquidem a Cayn occisus est. Zachariã autem, quem occiderunt inter altare & ædem,quidam dicunt esse antiquum Zachariã filium Ioiadæ Sacerdotis. BEDA. Quare igit a sanguine Abel, qui primus martyrium passus est,mirum non est,sed quare{vsque ad sanguinẽ Zachariæ.} quærendum est,cũ & multi post eum vsq; ad natiuitatem Christi, & ipso mox nato innocentes perempti sint,nisi forte,quia Abel pastor ouium:Zacharias Sacerdos fuit, & hic in campo, ille in atrio tẽpli necatus est, vtriusque gradus martyres & laici.s.& altaris officio mancipati,sub eorum intimantur vocabulo. GREG. Nissenus. Quidam autem dicunt, ꝙ Zacharias pater Ioannis spiritu prophetiæ coniiciens mysterium virginitatis intactæ Dei genitricis,nequaquam sequestrauit illam a loco templi virginibus deputato, volens ostendere, ꝙ in potestate conditoris omnium erat nouum ortum ostendere, qui enixæ vigorem celibatus non auferret. Erat autem hic locus medius inter altare & ædem,in qua erat altare Aeneum situm, vbi propter hoc eum occiderunt. Aiunt etiam,cum audirent regem mundi vẽturum,dispensatiue mœtu subiectionis aggrediuntur eum,qui attestabatur ortũ ipsius,mactantes Sacerdotẽ in tẽplo. GRECVS. Alii autem aliam causam dicunt esse interitus Zachariæ. cum .n. occiderentur infantes,magnus Ioannes cum coetãneis suis occidendus erat,sed Elizabeth eripiens filium de medio cædis, petiit hæremum. vnde cum satellites Herodis Elizabeth,& puerum nõ inuenirent,conuertunt iram in Zachariam. occidentes ipsum ministrantem in templo. Sequitur enim. {Væh vobis Legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ.} BASI. Hæc vox:væh, quæ intolerabilibus profertur doloribus,eis conuenit qui paulo post detrudendi erant in graue supplicium. CYRIL. Clauem autem sciẽtiæ ipsam dicimus esse legem. Erat enim lex vmbra, & figura iustitiæ Christi. Decebat ergo Legisperitos quasi indagantes legem Moysi & dicta Prophetarum reserare quodammodo populo Iudæorum ianuas notitiæ Christi. Hoc autẽ non fecerunt, sed ecõtra derogabant diuinis miraculis,& contra eius dogmata clamabant. Quid eum auditis? sic igitur tulerunt.i.abstulerunt clauem scientiæ: fit enim per fidem veritatis cognitio, ẜm illud Isaiæ. Nisi credideritis,non intelligetis. Sustulerunt ergo Legisperiti clauẽ sciẽ.vñ sequit.{Ipsi nõ int.& eos ꝗ int. ꝓhi.} Sed & fides est clauis (Lib.2.q.23.) scientiæ,non permittentes homines credere in Christum. AVG. de Quæst. Euang. Sed & clauis scientiæ est humilitas Christi,quã nec ipsi intelligere,nec ab aliis intelligi volebant. AMBRO. Arguuntur etiam adhuc sub nomine Iudæorum,& futuro supplicio statuuntur obnoxii,quia cum doctrinam sibi diuinæ cognitionis vsurpent,& alios impediant,nec ipsi quod profitentur agnoscant. (Lib.2.c.75.) AVG. de Con. Euan. Hæc autem omnia Matthæus narrat esse dicta postquàm dominus in Hierusalem venerat. Lucas autem hic narrat cum adhuc dominus iter ageret in Hierusalem.vnde mihi similes videntur esse sermones,quorum ille alterum, iste alterum narrauit. BEDA. Quantum autem vera perfidiæ simulationis, & impietatis suæ crimina audierint Pharisæi & Legisperiti,ipsi testantur,

stantur, qui non respicere, sed doctorem veritatis insidiis moliunt aggredi. sequitur. enim. { Cum autem hoc ad illos diceret: cœperunt Pharisæi, & Legisperiti grauiter insistere.} CYRIL. Sumitur autem insistere pro instare, vel inuidere, vel sæuire. Cœperunt autem interrumpere fermonem eius in pluribus. vnde sequitur. {Et os eius opprimere de multis.} THE. Cum enim plures in errogât vnum de diuersis materiis, cum nequeat simul ex omnibus respondere, videtur insipientibus, q dubitet. Hoc igitur ingeniabantur, & illi nefarii contra ipsum, sed & aliter quærebat os eius opprimere. s. vt prouocarent eum ad aliquid dicendum: vnde posset damnari. vnde sequitur. {Insidiantes ei & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.} Quod primo dixerat. {Opprimere} nunc dicit. {Capere vel rapere aliquid ex ore eius.} Interrogabant eum nunc quidem de lege, vt arguant eum quasi blasphemum obloquentem de Moyse nunc vero de Cæsare, vt accusent eum tamq̃ insidiosum, & hostem maiestatis Cæsareæ.

CAP. XII.

THEO. Pharisæi quidem conabantur Iesum capere in sermone, vt populos ab eo abducerent: hoc autem in contrarium vertitur. Magis enim adibant populi per millenarios congregati a Deo cupiêtes hærere Christo, vt se inuicem comprimerent. tam validum quid est veritas, & dolus imbecillis vbique. vnde dicitur. { Multis autem turbis circunstantibus, ita vt seinuicem conculcarent. cœ. di. su. atten. a fer. Pha. quod est hypocrisis. CYRIL. Quia .n. cauillatores erant, ob hoc Christus ab eis sibi cauere admonebat discipulos. GRE. Nazan. Est autem quando fermentum laudatur tamq̃ efficiens panem vitalem. Est autem quando vituperatur, significans vetustam & acidam malitiam. THEO. Vocat igitur fermentum hypocrisim tamquàm alterantem, & corrumpentem intentiones hominũ quibus se ingesserit. Nihil enim sic alterat mores, vt hypocrisis. BEDA. Nam sicut modicum fermentum totam farinæ massam corrumpit, sic simulatio animum: tota virtutum sinceritate, & veritate fraudabit. AMBRO. Pulcherrimum autem locum tenẽdæ simplicitatis emulandæ fidei saluator intexuit, ne Iudaicæ more perfidię, alia promamus in affectu, alia voce simulemus, cum vltimo tempore occulta cogitationum accusantium, aut etiam defendentium secretum nostræ mentis aperitura videantur. vnde I subditur. {Nihil autem optum est, quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur.} ORI. Aut ergo de illo tempore hoc dicit, quando iudicabit Deus occulta hominum. aut id dicit, quia quantumcumque conetur aliquis occultare bona aliorum infamiis, bonum naturaliter latere non potest. CHRY. q. d. discipulis, quàmuis nunc quidam vocent vos seductores, & magos, deteget omnia tempus, & arguet eorum calumniam, & vestram declarabit virtutem. vnde quæcumque vobis in paruo angulo Palestinæ locutus sum, hæc audacter, & fronte detecta, & qualibet sublata formidine toti orbi prædicate. Et ideo subdit. { Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis, & in cubilis prædicabitur in tectis.} BEDA. Vel hoc dicit, quia quæ inter tenebras quõdam præsurarum, carcerumque vmbras locuti, vel passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbem, in ecclesia lectis eorum actibus publice prædicantur. Sane quod K dicit. {Prædicabitur in tectis,} iuxta morem prouinciæ Palestinæ loquitur, vbi solent in tectis residere. non enim tecta nostro more culminibus sublimata, sed plano schemate faciunt æqualia. ergo dicit: {Prædicabitur in tectis}. i. cunctis audiẽtibus palam dicetur. THEO. vel hoc proponitur Pharisæis. q. d. O Pharisęi, quæ in tenebris. i. quod in opacis cordibus vestris tentare me conamini, in lumine dicetur. Ego enim sum lux, & in me luce notum fiet, quicquid vestra machinatur caligo, & quod in aure locuti estis, & in cubiculis. i. quicquid mutuis susurris vestris auribus instillastis: prædicabitur in tectis, idest ita mihi fuit audibile, ac si in tectis prædicatum fuisset. Hic etiam intelligere potes, q lux sit euangelium, tecta vero altæ Apostolorum animæ. Quotquot vero cõciliati sunt Pharisæi: diuulgata sunt postmodũ & audita in euãgelio Lucæ, stante magno præcone spiritusancto super Apostolorũ aias.

b ¶ CYRIL. Quoniam gemina est causa perfidiæ, quæ aut ex inolita malitia, aut ex accidenti mœtu nascitur, ne quis mœtu territus Deum, quem corde cognoscit negare cogatur, pulchre addit. { Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus.} CYRIL. Non quibuscumque enim simpliciter hic sermo conuenire videtur, sed his qui Deum ex tota diligunt mente, quibus cõuenit dicere: Quis nos separabit a charitate Christi? qui autẽ non tales sunt, labiles sunt, & ad profitendum parati. porro dominus dicit. Maiorẽ hac dilectionem nemo hẽt q̃ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quomodo autẽ non est incõuenientissimũ Christo non rependere, qđ ab eo recepimus? AMBRO. Mortẽ etiã docet non esse terribilem, quã locupletiore fenore sit immortalitas redemptura. CYRIL. Est ergo aduertendum, q laboribus parantur coronæ, & honores, quibus mortales vsque ad tempus suam iram extendũt, strictque illis nostræ persecutionis finis corporalis interitus. vnde subdit. { Et post hoc non habent amplius quid faciat.} BEDA. Ergo superuacua furiunt insania, qui mortua martyrum membra feris, auibusque discerpenda proiciunt, cum nequaquam omnipotentiæ Dei, quin ea resuscitando viuificet resistere possint. CHRY. Considera qualiter dominus discipulos omnibus superiores constituit, ipsam mortem cunctis terribilem hortans contemnere. Simul autem, & documenta immortalitatis animæ ostendit eis cum subdit. { Ostendam autem vobis, quem timeatis, timete eum qui postq̃ occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. AMBRO. Mors enim naturæ finis non pœnæ est: & ideo mortem supplicii corporalis esse defectum, pœnam vero animæ esse perpetuam, Deumque solum esse mœtuẽdum, cuius potestati non natura præscribat, sed eadem natura subiaceret. concludit: { Ita dico vobis: hũc timete.} THEO. Hinc nota q̃ peccatoribus quidem mors ad supplicium fertur, & hic cruciatis ipsis per interitum, & consequenter in gehennam detrusis, sed si sermonem discusseris quiddam aliud intelliges: non. n. dicit. Qui mittit in gehennam, sed qui { potestatẽ habet mittere.} Non enim quicumque cum peccato moriuntur: semper mittunt in gehennam. Hoc autem dico propter oblationes, & distributiones, quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum conducunt etiam his qui in grauibus peccatis mortui sunt. AMBRO. Inspirauerat ergo dominus simplicitatis affectum, virtutem mentis erexerat, si des sola nutabat. Bene eam de rebus vilioribus roborauit, subdẽs: {Nonne quinque passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in oblitione coram deo? q. d. si Deus obliuionem passerum nõ habet, hominum quomodo habere potest? BEDA. Dipondius genus est ponderis læuissimi ex duobus assibus compositi. GLO. Quod autem in numeris est vnum, hoc in ponderibus assis, quod duo hoc dipondius. AMBRO. Fortasse autem dicat aliquis quõ Apostolus dixit: Nonne de bobus cura est Deo, cum bos passere præciosior sit, sed aliud est cura, aliud scientia. ORI. Ad literam igitur acumen diuinæ prouisionis quæ procedit vsque ad minima per hoc significatur. Mystice autem quinque passeres spirituales sensus iuste significant, qui excelsa & supra homines sentiũt, Deũ intuentes, vocem audientes diuinam, gustantes panem vitæ olfacientes odorem vnguentorum Christi palpantes viuum verbum. Qui dipõdio veneuntes. i. vilipẽsi ab eis, qui ea q̃ sunt spiritus stultitiam iudicant, non dantur in obliuione coram Deo. Dicitur autem Deus aliquorum immemor fieri propter eorum facinora. THEO. Vel hi quinque sensus duobus assibus venduntur nouo. & veteri testamento: & ideo non dantur obliuioni a Deo, quorũ enim sensus traduntur verbo vitæ, vt sint apti ad spirituale pabulum: horum semper memor est dominus. AMBRO. vel aliter: Passer bonus est cui volandi natura suppeditat. Volandi enim nobis gratiam natura dedit, voluptas abstulit, quæ malorum messis grauat animam, atque in naturam corpore molis inclinat. Quinque igitur corporis sensus terrenarum sordium cibum quærant, ad superiorum operum fructus reuolare non possunt. Est ergo malus passer, qui volandi vsum terrenæ vitio labis aboleuerit, quales sunt isti passeres, qui dipondio veneunt luxuriæ. s. precio singularis: aduersarius enim tamquàm captiua mancipia vilioris precio æstimationis adiicit. At dominus tamquam speciosa seruitia, quæ ad imaginem sui fecit: idoneos sui operis æstimat, & magno precio nos redemit. CYRIL. Est igitur sibi curæ diligenter nosse sanctorum vitam. vnde subditur. { Sed & capilli capitis vestri omnes numerati

numerati sunt.} Per quod significat, q̃ omnia quæ ad eos spectant, A diligentissime nouit, diligentiam enim curæ adhibitæ numeratio manifestat. AMBRO. Denique numerus capillorũ non in actu computationis, sed in facilitate cognitionis accipitur: bene tamen numerati dicuntur, quia ea quæ volumus seruare numeramus. CYRIL. Mystice autem caput quidem hominis, est intellectus: capilli vero cogitationes, quæ patent Deo. THEO. Vel caput vniuersum usque fideliũ intelliges aptã Christo conuersatione: crines autem eius, mortificatiua corporis opera, quæ numerantur a Deo, & digna sunt prouisione diuina. AMBRO. Si igitur tãta Dei est maiestas, vt vnus ex passeribus, aut nostrorum numerus capillorum præter scientiam Dei non sit, quàm indignum est æstimare, q̃ fidelium corda dominus aut ignoret, aut spernat, qui viliora cognoscat: vnde conuenienter concludit. { Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis vos.} BEDA. Non plures estis legendum est, q̃ ad comparationem numeri pertinet, sed pluris estis: hoc est, apud Deum maioris dignitatis. ATHA. Quæro autem ab Arrianis, si quasi dedignaretur Deus alia facere, solum filium fecit: cætera vero filio subrogauit, quomodo prouisione vitur vsque ad tam modica, capillum & passerem? Quorum enim prouisione fungitur, horum creator est suo verbo.

c ¶ BEDA. Supra dictum est, opera quælibet, & verba abscondita esse reuelanda. Nunc autem concludit hanc reuelationẽ non in vili quolibet conciliabulo, sed in conspectu supernæ ciuitatis, æternique Regis, ac iudicis agendam dicens. { Dico autem vobis, omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.} AMBR. Præclare etiam fidem acuendo intexuit, & fidei ipsi virtutum fundamenta subiecit: Nam vt fortitudinis incentiuum est fides: ita fidei fundamentum est fortitudo. CHRY. Non est ergo dominꝰ contentus intrinseca fide, sed exteriorem confessionem expostulat, vrgens nos ad fiduciam, & maiorem affectum. Et quia hoc omnibus vtile est communiter loquitur, dicens. { Omnis quicumque confessus fuerit me.} CYRIL. Ait autem Paulus: Si confitearis ore tuo dominum Iesum, & credas in corde tuo, q̃ Deus eum a mortuis suscitauit, saluus eris. Totum Christi mysterium in his interpretatur: decet enim prius ortum a Deo patre verbum. i. vnigenitum ex ipsius substantia fateri dominum omnium, non tamquàm ab extrinseco, & furtiuum sortitum dominum, sed existentem re uera, & naturaliter dominum, sicut & pater. Consequẽter oportet fateri, q̃ Deus hunc a mortuis suscitauit: ipsum. s. factum hominem & passum in carne pro nobis, sic enim resurrexit a mor D tuis. Quisquis ergo sic confitebitur Christum coram hominibus, videlicet Deum & dominum: Christus eum confitebitur coram Angelis Dei: tunc temporis eum descendet cum sanctis Angelis in gloria patris sui, in sæculi consummatione. EVSE. Quid autẽ erit gloriosius, q̃ ipsum vnigenitum Dei verbum attestari pro nobis in diuino iudicio, ac ipso effectu remunerationem testimonii promere indicium in animam eius, cui testimonium perhibetur? non enim manens extra eum, cui testimonium reddetur, sed habitans in eo, & implens eum lumine suo testimonium dabit. Cum autem corroborasset eos spe bona per tanta promissa, iterum eos inducit terribilioribus minis dicens. { Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram Angelis Dei.} CHRY. Et in damnatione maius supplicium, & in bonis maior recompensatio ponitur. q. d. Tu hic confiteris, aut negas, ego autem illic. Bonum enim, malorumque retributio cum augmento in futuro sæculo te præstolatur. EVSE. Opportune autem hanc comminationem ponit, ne confessionem ipsius contemnerent propter pœnam quæ est negari a filio Dei, quod est a sapientia denegari, & a vita deficere, & lumine priuari, & omnibus destitui bonis. Sed & hæc cuncta pati coram patre, qui est in cœlis, & Angelis Dei. CYRIL. Negantes autem sunt primo quidem qui imminente persecutione fidem posposuerunt: abnegant etiam hæresum doctores, & discipuli. CHRY. Sunt etiam alii abnegationis modi, quos Paulus describit dicens: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et iterum. Siquis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli est deterior. Item auaritiam fugite, quæ est idolatria: postquàm ergo tot sunt modi negationis, palam, q̃ totidem sunt confessionis, quos quicumque seruauerit, audiet illam beatissimam vocem, qua Christus laudauit omnes q confessi fuerint eum. Attende autem verborum cautelam. In græco enim dicit, quisquis confitebitur in me ostendens, q̃ non propriis viribus, sed adiutus superna gratia Christum aliquis confitebitur. De negante vero non dixit, in me, sed me. nam destitutus gratia denegat: redarguitur tamen, quia destitutio propter eum, q̃ deseritur fit. BEDA. Ne autem, ex eo q̃ ait eos qui se negauerint esse denegandos, vna cunctorum hoc est eorum, qui studio, & eorum, qui infirmitate, vel ignorantia negant conditio putaretur, cõtinuo subiecit. {Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi, ei autem qui in spiritũsanctum blasphemauerit non remittet.} CYRIL. Sed si hoc vult innuere Saluator, q̃ si quod iniuriosum verbum dicatur a nobis in hominem communem, obtinebimus si pœniteamus veniam. Nulla difficultas est in sermone, quia cum naturaliter bonus sit Deus: emendat volentes pœnitere. verum si ad ipsum Christum retorqueatur sermo, qualiter incondemnabilis est, qui dicit verbũ in eum? AMB. Vtique filium hominis Christum intelligimus, qui de spiritusancto generatus ex virgine est, eo q̃ parens eius in terris sola sit virgo. Numquid ergo maior spiritusanctus Christo, vt in Christum peccantes veniam consequantur, in spiritumsanctum delinquentes reuisionem non mereantur adipisci? Sed vbi vnitas potestatis est: nulla comparationis est quæstio. ATHA. Viri quidem antiqui, studiosus Origenes, & mirãdus Theognostus hanc cõsti- In libro de bunt esse spiritusancti blasphemiam, quando qui digni reputati peccato in sunt dono spiritusancti per baptismum, regrediuntur ad peccan- spũmsan. dum. ob hoc enim aiunt illos, nec veniam obtinere, prout Paulus dicit: Impossibile est eos, qui facti sunt participes spiritusancti, & prolapsi sunt, reuocari rursum ad pœnitentiam. Addidit autem vterque intentionem propriam: nam Origenes causam huius sic C explicat: Deus quidem pater omnia percurrit, & singula continet, virtus autem filii ad sola rationalia extenditur: spũs vero sanctus solus inest participantibus eum in domo baptismatis. Quando ergo Cathecumeni peccant, & Gentiles, peccant in filium, qui in eis manet: possunt tamen veniam obtinere, cum digni sunt dono regenerationis, quando vero baptizati delinquunt, dicit hoc nephas attingere spiritum, ad quem cum peruenissent, peccauerunt. & ió irreuocabilem fore damnationem. Theognostus vero ait, q̃ qui primum & secundum excessit limen, minorem pœnam meret, sed qui tertium quoque pertransit: non amplius accipiet veniam. Primum quidem, & secundum limen vocauit doctrinam patris, & filii. tertium vero in participatione spiritusancti; ẽm illud. Cum venerit spũs veritatis, docebit vos omnem veritatem, non tamq̃ doctrina spũs dogma filii supereret, sed quia filius condescendit imperfectis, spũs vero signaculum est eorum, qui perficiuntur. Sic igitur, nõ quia superet spũs filium, expers est veniæ blasphemia spũs, sed quidem quia imperfectorum est remissio, perfectis vero nulla, restat excusatio, sed cum filius sit in patre, est in illis, in quibus est pater, nec abest spũs. Indiuisibilis est enim sancta trinitas. Ad hæc si omnia per filium facta sunt, & omnia in ipso consistunt, erit ipse nimirum in omnibus, vt necessarium sit peccantem in filium, in patrem, & in spiritumsanctum peccare. sacrum autem baptisma in nomine patris, & filii, & spiritusancti datur, & sic peccantes post baptismum in sanctam Trinitatem, exercent blasphemiam. Cæterum si Pharisæi baptismum non susceperant, qualiter redarguebat eos, ac si blasphemassent in spiritumsanctum, cuius nondum erant facti participes præsertim cum non de peccatis simpliciter, sed de blasphemia eos increpabat? Differunt autem quoniam qui peccat, transgreditur legem. qui vero blasphemat, in ipsam offendit deitatem. Sed aliter. Si eis qui delinquunt post baptisma non iudulgetur vindicta reatuum, qualiter Apostolus pœnitenti in E Corintho condonat? retrogressos vero Galatas parit, quousque Christus denuo formetur in eis. cur autem & Nouatum arguimꝰ interimentem pœnitentiam post baptismum, Apostolus autem ad Hebræos non diffisipat pœnitentiam peccatorum? Sed ne putarent ẽm ritum legis pœnitentiæ causa multa fore, & quotidiana baptizmata, ob hoc pœnitere quidem monet: vnicam autem fore insinuat per baptisma renouationem. Talia vero considerans recurro ad dispensationem, quę sit in Christo, qui Deus existẽs homo factus est: tamquàm Deus suscitat mortuos, sicut carne vestitus sitiebat, laborabat, & patiebatur. Quando igitur aliqui spectantes humana, vident dominum sitientem, & patientem, & oblo quuntur in Saluatorem, velut in hominem, peccant quidem: possunt tamen cito, cum pœnituerint accipere veniam, prætendens p causa fragilitatem corporis. Quando vero rursus aspicientes aliqui opera deitatis, dubitant de natura corporis, ipsi quoque nimium peccant. Sed & his pœnitentibus cito potest ignosci, eo q̃ & ipsi excusationem habent ab operum magnitudine. Quando

vero

vero diuinitatis opera retorquent ad diabolum, merito irreuoca- F
bilem ferunt sententiam, qñ arbitrati sunt diabolum fore Deum,
& verum Deum nihil plusquam dæmones in operibus putauerint
habere. Ad hanc ergo perfidiam pharisæi peruenerant, saluatore
enim ostendente patris opera, mortuos suscitans, cęcos illuminas,
& similia faciẽs, hmõi
opera dicebat esse Be
elzebub. æque enim
dicere poterãt viden
tes mundi ordinem,
& erga eum prouisio
nem, q̃ mundus a Be-
elzebub est creatus.
Quãdiu igitur ad hu
mana spectantes, men
te claudicabant dicen
tes: Nonne hic est car
pentarij filius? & quo
literas quas non didi
cit, nouit? Sustinebat
eos tamquam in filiũ
hominis peccãtes, sed
vt magis insaniunt dicẽtes, opera Dei esse Beelzebub, non amplius
eos sustinuit. Sic enim & tãdiu patres eorum sustinebat, quamdiu
causa panis & aquæ murmurabant, sed postq̃ vitulum conflantes
in eum collata sibi diuinitus beneficia referũt, puniti sunt: primo
quidem non paucis eorum occisis, postmodum dixit: Ego autem
in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum. Talem ergo & nunc
pharisæi audiunt sententiam, vt in flamma diabolo parata, perpe-
tuo corrodantur cum eo. Non igitur faciendo collationem inter
blasphemiam dictam in ipsum & spiritum sanctum, hæc dixit tã-
quam maior sit spiritus, sed vtraque blasphemia in ipsum prolata,
hanc minorem, illam validiorem ostendit. ipsum enim videntes
hominem vituperabant, & eius opera Beelzebub esse dicebant.
AMBR. Sic igitur videtur quibusdam, vt eundem & filium & H
spiritum sanctum intelligamus, salua distinctione personarum &
vnitate substantiæ, quia vnus & Deus & homo Christus est spiri-
tus, sicut scriptum est: Spiritus ante faciem vestram Christus dñs:
Idem spiritus sanctus, quia & pater sanctus, & filius sanctus, & spi-
ritus sanctus. Si ergo vtrumque Christus est, quæ est diuersitas nisi
Christi? vt sciamus quia diuinitatem Christi nobis negare nõ li
ceat. BEDA. Vel aliter. Qui opera spiritus sancti dicit esse Be
elzebub, isti non dimittetur neque in præsenti seculo neque in fu
turo, nõ q̃ negemus eos si pœnitẽtiam agere possit, posse se dimitti
Deo, sed q̃ credamus eum blasphemum exigentibus meritis, si-
cut numquam ad remissionem, ita nec ad ipsos digne pœnitentiæ
fructus esse peruenturum, ℈m illud, Excecauit oculos eorum ne
conuertantur, & sanem illos. CIR. Quòd si creatura esset spi-
ritus sanctus, non autem de diuina substãtia patris & filij, qualiter
acta in eum contumelia tantam fert pœnam quanta promulgatur I
contra blasphemantes in Deum. BEDA. Neque in quicumq;
spiritum sanctum non esse, aut Deum nõ esse, sed patre filioq; mi-
norem consitentur, hoc irremissibilis blasphemiæ crimine tenen-
tur, quia humana ignorantia ducti faciunt, non inuidentia diabo
lica sicut principes Iudæorum. AVG. de Ver.do. Vel aliter: Si
hic diceretur q̃ blasphemauerit quamcumq; blasphemiam in spi
ritum sanctum, omnem intelligere deberemus. Sed quia dictũ est:
Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, ille intelligatur qui nõ
omni modo, sed eo modo blasphemauerit, vt ei numquam possit
ignosci. sic enim dictum est. Deus neminem tentat. s. non omni, sed
quodam tentationis modo. Quis autẽ sit iste modus blasphemian
di contra spiritum sanctum, dicamus. Primum quidem credentiũ
beneficium est in spiritu sancto remissio peccatorum contra hoc
donum gratuitum loquitur cor impœnitens, ipsa ergo impœniten
tia est spiritus blasphemia, quæ non remittitur neque in hoc se-
culo neque in futuro, quia pœnitentia impetrat remissionem in
hoc seculo, quæ valeat in futuro. CIR. Cum autem tantũ mæ
rum incusserit dñs discedentibus a recta confessione, præcepit de
cætero non curare de responso, eo q̃ fideliter dispositis constituit
verba congrua spiritus tamquam doctor inhabitans. vnde sequit:
{Cum autem inducent vos in synagogas & ad magistratus & po
testates, nolite soliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut qd
dicatis.} GLOSA Dicit autem: Qualiter, quantum ad modũ
proferendi. Quid, quantum ad modum inuentendi. Respondeatis
interrogantibus. Aut quid dicatis, discere volentibus. BEDA.
Cum enim propter Christum ducimur ad iudices, voluntatẽ tan
tum nostram pro Christo debemus offerre. Cæterũ in respon den
do spiritus sancti gratia ministrabitur. vnde subditur: {Spiritus. n.
sanctus docebit vos in ipsa hora, quæ oporteat vos docere.}
CHRY. Alibi vero dicitur: Estote parati cunctis ad responden
dum, quicumq; quæsierint a vobis rationem spei, quæ fouet vos.
Quando namq; oritur inter amicos agon, præcipit nos meditari.

inducent vos in Synagogas, & ad magistratus & potestates, no
lite soliciti esse, qualiter aut qd respondeatis, aut quid dicatis.
Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat
vos dicere.

d AIt autem ei quidam de tur- G
ba: Magister, dic fratri meo vt
diuidat mecũ hæreditatem. At
ille dixit ei: Homo, quis me con-
stituit iudicem, aut diuisorem

supra vos? Dixitque ad illos: Vi
dete & cauete ab omni auaritia,
quia non in abundãtia cuiusquã
vita eius est ex his quæ possidet.
e Dixit autem similitudinẽ ad
illos dicens: Hominis cuiusdam
diuitis vberes fructus ager attu-
lit, & cogitabat intra se dicens:
Quid faciam quia non habeo
quo congregem fructus meos?
Et dixit: Hoc faciam. Destruam
horrea mea, & maiora faciam,

Et q̃n auaritia plerumque solet tentare virtutem, etiam huius
abolendæ rei præceptum subiicitur, & exemplum cũ dicitur: {Ait
autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat me-
cum hæreditatem.} THEO. Hi duo fratres, quia de hæredita-
te paterna diuidenda contendebant, consequens erat vt alter alte
rum fraudare intenderet. Dñs autem docens nos q̃ non oportet
ad terrena flecti, repellit vocantem eum ad hæreditatis diuisionẽ.
vnde sequitur: {At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicẽ,
aut diuisorem}. s. facultatũ super vos.} BEDA. Qui magistro
supernæ pacis gaudia commendanti, terrenæ diuisionis vult inge
rere molestiam, merito homo vocatur, ℈m illud: Cum sit inter vos
zelus & contentio, nonne homines estis? CIR. Fuit autẽ Dei
filius q̃n factus est similis nobis, constitutus a Deo patre in regem H
& principem super Syon montem sanctum eius, annuncians man
datum diuinum. AMBR. Bene ergo terrena declinat, qui pro
pter diuina descenderat, nec iudex dignatur esse litium & arbiter
facultatum, viuorum habens mortuorumq; iudicium, arbitriũq;
meritorum. Non ergo quid petas, sed a quo postules intuendum
est, nec maioribus intento animo putes minoribus obstrependũ.
vnde non immerito refutatur hic frater, qui dispensatorem cæle-
stium gestiebat corruptibilibus occupare, cum inter fratres patri-
monium, non iudex medius, sed pietas debeat sequestra diuidere,
quamquam immortalitatis patrimonium non pecuniæ sit homi-
nibus expectandum. BEDA. Occasione aũt huius stulti peri-
toris aduersus auaritiæ pestem, & turbas etiam discipulos præce-
pris pariter & exemplis munire satagit. vnde sequitur: {Dixitq;
ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia.} Dicit autem: Ab om-
ni, quia nonnulla simpliciter geri videntur, sed internus arbiter I
qua intentione fiant, diiudicat. CIR. Vel dicit: Ab omni auari
tia. ſmagna & parua. Est enim inutilis auaritia, dicente dño, Do-
mos zelatas ædificabitis & non habitabitis in eis. & alibi: Decem
iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij se-
mentis facient modios tres. Sed & ℈m alium modum est inutilis,
quem ostendit subdens, {quia non in abũdantia cuiusquã vita eius
est ex his quæ possidet. THEO. Hoc dicit dñs refellens auа-
rorum intentiones, qui videntur coaceruare diuitias, quasi diu vi
cturi. Sed numquid te opulentia longeuum efficiet? Quid igitur
manifeste sustines mala, incertæ causa quietis. nam dubium est an
debeas attingere senium, cuius gratia thesaurizas.

e ¶ THEO. Dicto, q̃ ex affluentia opum non protendatur
vita humana, ad huius fidem parabolam subdit dicens: {Dixit au-
tem simili. ad illos di. Homines cuiusdã diui. vbe. fru. ager attulit.
BASI. Non facturi quidẽ ex vbertate fructuum aliquid boni vt Hom. de Di
magis diuina longanimitas pateat, quæ vsque ad malos suã bonita uite agrifes
tem extendit, pluens super iustos & iniustos. Quæ vero sunt quæ tilis.
hic homo benefactori recõpensat? Non meminit cõis naturæ, nec
arbitratus est oportere quod supfluit, dispensari egentibus, & hor
rea quidẽ crepabant præ copia conditorum, auarus tñ animus ne
quaquã implebatur, nolens veteribus cedere pp auaritiã, noua nõ
valens suscipere pp multitudinẽ, propter quod imperfecta eius cõ
silia & steriles curæ. vnde sequitur: {Et cogi. in se di. Quid fa. q̃ nõ
ha. quo con. fru. meos?} Conquæritur æque pauperibus, an nõ quę
præmit inopia dicit, quid facia? vnde victus? vnde calciamẽta? talia
& locuples profert: Vrgent enim ipsius animã diuitiæ a promptua
riis emanantes, ne forte cũ exiuerint prosint egẽtibus, a similigu-
losorũ, qui mallent edacitate crepare q̃ indigentibus de reliquiis
impartiri. GRE. xv. Moral. O angustia ex facietate nata. dices Cap. 11.
enim, quid faciã, profecto indicat, quia votorũ suorum effectibus
præsſus sub quodã rerũ fasce laborabat. BASI. Erat quidẽ in
promptu dicere: Aperiã horrea, conuocabo egenos, sed cogitat
non

non vt distribuat, sed vt congreget. Sequitur enim {Et dixit: A
hoc faciam. Destruam horrea mea.} Bene facis nam digna destru-
ctione nequitiæ promptuaria dissolue horrea, ex quibus nullus
consolationem accepit. subdit: {Et maiora faciam.} At si & hoc
impleueris, numquid destrues iterum? quid stultius, q̃ in infinitum
laborare? Horrea sũt
tibi si vis pauper um
dom⁹. Sed dices. Cui
iniuriã facio, propria
retinendo? Nam & se
quit. {Et illuc congre
gabo oia quæ nata sũt
mihi, & bona mea.}
Dic mihi, quæ tua? vn
de ea sumens in vitã
tulisti? sicut qui præ-
ueniens spectacula p
hiberet aduenientes
appropriando sibi, qđ
ad vsum cõem ordina
tur. Similes sunt diui
tes, qui cõia quæ poc-
cupauerunt æstimant sua esse. Si. n. quilibet suæ necessitatis suffi-
cientiam recipiens: relinqueret superfluum indigenti, non esset di
ues, nec pauper. CYRIL. Attende & aliter esse friuolum eius
verbum, cũ dicit. {Cõ. om. q̃ na. sunt mihi.} quasi non putaret ea di
uinitus obtinere, sed fructus esse laborum suorũ. BASI. Cæterũ,
si fateris ea tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est Deus inæqua
liter res nobis distribuens? Cur tu abundas: ille vero mendicat, nisi
vt tu bonæ dispensationis merita consequaris: ille vero patientiæ
brauiis decoretur? At tu nonne spoliator es, quæ dispensanda su-
scepisti propria reputando? Est panis famelici, quem tu tenes, nudi
tunica, quã in conclaui conseruas, discalciati calceus qui penes te
marcescit, indigentis argentum quod possides inhumatum, quo
circa tot iniuriaris, quot dare valens. CHRY. Sed & in hoc er-
rat, q̃ bona putat quæ sunt indifferentia. rerum. n. quædã sunt bo-
næ, quædam malæ, quædã mediæ. Bona quidem sunt castitas, & hu
militas, & hmõi, quæ cum homo eligit fit bonus. His aũt oppositа
sunt mala, quæ homo dũ eligit fit malus. Media vero sunt, vt diui-
tiæ, quæ q̃nq; quidẽ ordinant in bonum. s. ad eleæmosynam. q̃nque
ad malum. s. ad auaritiam. & similiter inopia q̃nq; ad blasphemiã,
q̃nq; ad sapientiam ℈m affectum vtentium. CYR. Diues igitur
non parat permanentia horrea, sed caduca, & quod stultius est, vi-
tę longitudinem sibi taxat. Sequitur. n. {Et dicã animæ meæ. Ani-
ma, habes multa bona posita in annos plurimos.} Sed o diues, fru-
ctus quidẽ habes in horreis, sed annos plurimos vnde poteris obti
nere? ATHA. Si quis autem sic viuat, quasi quotidie moriturus:
eo q̃ incerta est naturaliter vita nostra non peccabit: semper enim
maior timor plurimum voluptatis dissoluit. Sed ecõtrario diues
longeuitatem sibi repromittens ad voluptates aspirat. Sequitur D
enim. {Requiesce}. s. a labore. {Comede, bibe, epulare, magno. s. ap
paratu. BASI. Tam improuidus es erga bona animæ, vt escas cor
poreas animæ ascribas: si quidem virtutem habet, si fœcũda est ope
rationum bonarum si Deo adhesit, bona plurima possidet, & bono
gaudio gaudet. Verum, quia totus carnalis es passionibus subiect⁹
a ventre non ab anima clamas. CHRY. Non autem decet vaca-
re delitiis, & impinguare corpus, & attenuare animam, fasce mque
ei grauare, & tenebras obducere, spissumque velamen, eo q̃ in de-
litiis dominatiuũ animæ seruit, seruile vero corpori dominatur.
Alimentorum autem indiget corpus, nõ delitiarum vt nutriatur,
non ut scindatur, & fluat. Neque enim animæ soli, sed & ipsi cor-
pori sunt nociuæ deliciæ, eo q̃ ex forti fit debile, ex sano ægrota-
tiuũ, ex agili graue, ex formoso deforme, ex iuuene veternosum.
BASI. Permissus aũt est deliberare in omnibus. & manifestare q̃ E
positum proprium, vt condignam mereatur sui affectus sententiã.
Sed dum in abdito loquitur, eloquia eius examinantur in cœlo.
Vnde sibi responsa præueniunt. Sequitur. n. {Dixit autẽ illi De⁹:
Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te. Audi conueniens
tibi stultitiæ nomẽ, quod tibi nullus imposuit hominum, sed ipse
Deus. GREG. 22. Moral. Eadem nocte sublatus est, qui multa tpa
fuerat præstolatus, vt. s. qui in longum sibi subsidia colligendo p̃-
spexerat, subsequentem diem, vl vnum minime videret. CHRY.
Dicit autem repetent a te. Exposcebant enim eam forsan terribi-
les quædam virtutes ad hoc missæ: qñ si de ciuitate in ciuitatem
transeuntes egemus ductore: multomagis anima absoluta a cor-
pore, & ad futuram vitam transmigrans indigebit ducatu. Ob
hoc multoties recusat anima, & regreditur in profundum, cum
debet exire a corpore. semper enim stimulat nos conscientia pec-
catorum, sed præcipue cum debemus trahi ad terribile iudicium.
Tunc enim tota congeries criminum innouatur, & præ oculis
posita mentem præcellit. & sicut carcerati semper quidem dolo-
rosi sunt: tunc autem præcipue cum debent iudici præsentari,

sic & anima maxime in ipso tempore de peccato cruciatur, & A
dolet. Multo autem magis cum fuerit euulsa. GREG. in 5. Cap. 1.
Moral. In nocte autem ablata est anima, quæ in obscuritate cor-
dis est emissa. In nocte ablata est, quæ considerationis lucem
habere noluit, vt quod pati poterat præuideret. Subdit autem:
{Quæ autem parasti, cuius erunt?
CHRYSOT. Hic
enim ea deseres, non
solum nullum inde
percipiens commo-
dum, sed & sarcinam
peccatorum portans
super humeros pro-
prios. Et quæ quidẽ
a te congesta sunt, ple
rumque in manus ini
micorum peruenient,
a te vero super his ra
tio requiretur. Sequi
tur: {S. c est qui sibi
thesau. ¹& non est in
Deum dives.} BEDA. Hic enim stultus est, & in nocte rapiẽ-
dus. Ergo qui vult esse in Deum dives, non sibi thesaurizet, sed
pauperibus possessa distribuat. AMBRO. Frustra enim con
greget opes qui se his nescit vsurum. neque enim nostra sunt
quæ non possumus auferre nobiscum, sed sola virtus comes est de
functorum, sola nos sequitur misericordia, quæ tabernacula de-
functis acquirit æterna.
f ¶ THEO. Paulatim dominus prouehit ad perfectiorem do
ctrinam. Docuit enim supra cauendum esse ab auaritia, subdi-
ditque parabolam diuitis, insinuans per eam quòd stultus est, qui
superflua cupit. Deinde procedente sermone, neque de neces-
sariis sinit nos solicitudinem gerere, auaritiæ radicem euellens.
vnde dicit: Ideo dico vobis, quasi dicat. Postquàm stultus est qui
sibi maiorem vitæ mensuram attribuit, & exinde magis efficitur
cupidus. {Nolite soliciti esse ani. ve. quid manducetis.} Non
quia intelligibilis anima comedat, sed quia non videtur aliter ani
mam posse coniunctam manere corpori, nisi dum nutrimur. vel
quia animati corporis est nutrimentum suscipere: congrue ani-
mæ nutriri attribuit. nam & virtus nutritiua dicitur anima, vt sic
intelligatur. {Ne soliciti sitis} nutritiuæ parti {animæ, quid eda-
tis} potest autem etiam corpus mortuum vestiri. vnde subdit.
{Neque cor. ve. quid induamini.} CHRY. Quod autem di-
citur. {Nolite soliciti esse.} non idem est quod nolite operari, sed
nolite rebus mundanis mente affigi. Contingit enim aliquem
operantem nihil solicitum esse. CYRIL. Præminet autem
anima cibo, & corpus vestitui. vnde subdit. {Anima plus est
quàm esca, & corpus plusquàm vestimentum,} quasi dicat, Deus
qui quod maius est exhibuit, quomodo non dabit quod minus
est? Non ergo multum. nostra intentio modicis insistat, nec intel-
lectus noster seruiat ad uestitum & victum quærendum. magis au
tem cogitet quæcumque saluant animam, & subleuant ad regnum
cœlorum. AMBRO. Nihil autem moralius ad faciendam fidẽ
omnia credentibus a Deo posse conferri, quàm q̃ aereus ille spi-
ritus vitale collegium animæ corporisque contubernio federatũ
non deficit, nisi cum venerit dies suprema moriendi. Cum igitur
anima indumento corporis vestiatur, & vigore animæ corpus
animetur: absurdum est, vt victus nobis copiam defuturam pute-
mus, qui viuendi iugem substantiam consequamur.
g ¶ CYRIL. Sicut supra erigendo nos ad spũalem audaciam
per aues induxit, dicens. Multis passeribus pluris estis vos, sic &
nunc ex volatilibus firmam & indubitabilem fiduciam nobis ad-
ducit dicens. {Considerate coruos, quia non seminant, neque
metunt,} scilicet ad acquirendum cibum, {quibus non est cella-
rium, neque horreum}. s. ad conseruandum. {Et Deus pascit il-
los, quanto magis vos pluris estis illis? BEDA, idest carius vos va
letis, quia rationale animal sicut homo, sublimius ordinatum est
in rerum natura q̃ irrationabilia, sicut sunt aues. AMBR. Ma-
gnum autem quòd fide sequamur exemplum. nam volatilibus cœ
li quibus nullum exercitium cultionis, nullus de messium fœcun-
ditate prouentus est, indeficientẽ prouidentia diuina largitur ali-
moniam. Verum est igitur causam inopiæ nostræ auaritiam uide
ri, etenim illis iccirco sine labore pabuli usus exuberat, quo fruct⁹
ad escam communem datos, spetiali quodam nesciunt vendicare
dominatu, Nos communia amissimus: dũ propria uendicamus. nam
nec proprium quicquam ubi perpetuum nihil, nec certa copia ubi
incertus euentus. CHRY. Cum autem posset dominus exem-
plum ab hominibus sumere qui minime terrena curauerunt, He-
liam dico, Moysen, & Ioannem, & cæteros hmõi, commemorauit
uolatilia, sequens uetus testim, quod ad apem transmittit, & formi
cã, & alia hmõi, quib⁹ naturales quosdã mores inseruit conditor.

[In Pſal. 146] THEODORETVS. Ideo autem omiſſa mentione aliorum volatilium, coruorum mentionem facit, quia pullos coruorum ſpeciali prouidentia Deus nutrit. nam corui pariunt quidem, non autem nutriunt, ſed negligūt pullos ſuos, quibus miro modo ab aere pabulum quadam aura delatum ad os peruenit, quod hiantes ſuſcipiunt, & ſic nutriuntur.

Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? h Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur Deus ſic veſtit, quanto magis vos puſillæ fidei? Et vos nolite quærere quid man

forſan etiam & talia ꝑ ſynecdochen dicta ſunt, toto ſignificato per partem. vnde in Matthæo dominus remittit ad volatilia cæli, hic vero ſpecialiter ad coruos tamquàm guloſiores & rapaciores. EVSE. In coruis etiam aliquid plus ſignificat. auibus enim colligentibus legumina promptius eſt alimentum, veſcentibus vero carnibus, ſicut coruis, difficilius eſt ad habendum, nec tñ huiuſmodi aues defectum pabuli patiuntur propter prouidentiam Dei diffuſam vbique. Vtitur autem ad idem & tertio ſyllogiſmo dicens: {Quis autem veſtrum cogitando poteſt adiicere ad ſtaturam ſuā cubitum vnum? CHRY. Nota, quòd animam quidem ſemel dedit Deus & eadem perſeuerat, ſed corpus quotidie ſumit incrementum. pertranſiens igitur animam quaſi non recipientem augmentum, de ſolo corpore facit mentionem, dans intelligere ꝙ nō augetur per ſolum alimentum, ſed prouiſione diuina per hoc ꝙ nullus nutrimentum accipiendo aliquid ad ſuam ſtaturam adiicere poteſt. vnde concluditur: {Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis? EVSE. q.d. Si nullus ſua cura corpoream ingeniatus eſt ſibi ſtaturam. Sed neque termino temporis vitæ poteſt aliquis vel breuiſſimum tempus horæ excogitando adiicere, cur oportet ſuperflue de neceſſariis vitæ cogitare? BEDA. Illi ergo tegendi corporis curam relinquite, cuius videtis cura factum eſſe, vt tantæ ſtaturæ corpus habeatis. AVGVST. de queſt. euang. Cum autem de augenda corpo-
[Lib. 2. q. 28.] ris ſtatura loqueretur, dicit quòd minimum eſt, hoc ſcilicet Deo corpora operari.

h ¶ CHRY. Sicut ſuperius dominus de alimentis monebat, ita & nunc monet de veſtitu dicens: {Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant neq; nent, vt. ſ. ſibi faciant indumenta. Sicut autem ſupra, cum dñs dixit: Non ſeminant volatilia. non reprobauit ſementem, ſed ſuperfluam curam, ſic cum dixit: {Non laborant neque nent. non opus interemit, ſed cogitationem. EVSE. Siquis autem mortalium vult decorari precioſo veſtitu, videat oculate ꝙ Deus etiā vſque ad flores, qui ex terra oriuntur multiplicem ſui ſapientiam propagans, ornauit hos diuerſis coloribus tenuibus membranis, florum murice & auro longe meliores tincturas accommodans, adeo ꝙ nec penes aliquem regem delicioſum: nec ēt ipſum Salomonē qui apud antiquos tam in diuitiis q̃ in ſapiētia & in delitiis celeber fuit, tā præcioſum opus fuerit inuentū vnde ſequitur, {Dico aūt vobis, quia nec Salomon in omni glo. ſua veſtie. ſicut vnum ex iſtis. CHRY. Non vtitur hic volatilium exemplo, cignum commemorans aut pauonē: ſed lilia: Vult enim vtrinque declarare hyperbolem, ſcilicet ab infirmitate rerum, quæ tātum ſunt ſortitæ decorē & a præcio decoris, qui conceſſus eſt liliis, vnde poſtmodum non vocat ea lilia, ſed fœnum, cum ſubditur. {Si autem fœnum quod in agro eſt hodie, nec dicit Cras non entia. ſed ſubdit: } Sed cras in clibanum mittetur. neque dicit ſimpliciter: Deus veſtit, ſed dicit: {Deus ſic veſtit: quod multam habet expræſſionem, & ſubdit: } Quāto magis vos? quod eſt exprimentis præcioſitatem & prudentiam humani generis. Denique cum increpare deceret, vtitur & hic moderantia non infidelitatis: ſed paucitatis fidei, arguens cum ſubdit: Puſillæ fidei, ut per hoc magis excitet nos ad dictorum perſuaſionem, vt non ſolum non cogitemus de veſtibus: ſed nec affectemus veſtimentorum decorem. CIRIL. Sufficit enim prudentibus ſolius cauſa neceſſitatis aptum habere veſtitum, & ciborum modeſtiam non excedentem, quod ſatis eſt. Sufficiūt etiā ſanctis quæ ſunt in Chriſto ſpirituales delitiæ & ſubſequens glā. AMBR. Non ocioſum autē videtur, ꝙ flos vel homini confertur, vel certe plus pene q̃ hominib⁹ in Salomone præfertur ut præ claritate coloris angelorum cœleſtium gloriam putemus expreſſam, qui vere mūdi iſtius flores ſanctificationis aſpirant, qui nulla ſolicitudine præpediti, nullo vſu laboris exerciti, diuinæ in ſe liberalitatis gratiā, & cœleſtis ſeruant dona naturæ. vnde bene & hic veſtitus gloria ſua Salomon, & alibi coopertus oſtenditur ꝙ infirmitatem corporeæ

F naturæ velut virtute quadam mentis ad opertam operum gloriā veſtiebat. Angeli vero quorum natura diuinior expers manet iniuriæ corporalis recte licet maximo viro præferuntur, nec tamen in nobis miſericordia Dei deſperare debemus, quibus per reſurrectionis gratiam dominus ſimilem angelorum ſpeciem pollicetur.

ducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Pater autem veſter ſcit quoniā his indigetis. Verumtamen quę rite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.
G l Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quæ poſsidetis & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos

CYRIL. Abſonum autem erat diſcipulos debētes normam & exemplar cōuerſationis honeſtæ aliis tradere, in ea incidere, a quibus diſcedendum eſſe oportebat eos conſulere. Et ideo Dominus ſubdit: {Et vos nolite quærere quid mā ducetis: aut quid bibatis. } In hoc etiam dominus conſuluit, non modicum ſtudio ſacrarum prædicationum, monens diſcipulos ſolicitudinem humanam abiicere. BEDA. Notandum tamen eſt quòd non ait: Nolite quærere, aut ſoliciti eſſe de cibo aut potu aut indumento, ſed quid manducetis aut bibatis, vbi mihi videntur argui qui ſpreto victu vel veſtitu communi lautiora ſibi vel auſteriora præ his cum quibus vitam ducunt, alimēta vel indumenta requirunt. GRE. Niſſenus. Sed dicetur, aliqui obtinuerunt dominia: honores, & diuitias cum oraſſent: qualiter ergo prohibes nos talia orando quærere? Et quidē quòd omnia hæc ad diuinum conſilium pertineant, omnibus patet: hæc tamen a Deo conferuntur petentibus ut diſcentes Deum nos exaudire in minoribus petitionibus: eleuemur ad altiorem affectū
H ſicut in pueris videmus, qui mox nati maternis adhærēt vberib⁹, ſi vero pubuerit peruulus ſpernit māmas, quærit aut monile aut aliquid talium, quibus oculus delectatur, poſtquam autem mens cum corpore creuerit, cedens cunctis puerilibus deſideriis, quærit a parentibus quæ conueniūt vitæ perfectæ. AVG. de Quæ. [Lib. 2. q. 29.] euan. Prohibita autem ſolicitudine de alimentis, conſequenter ne extollātur admonuit dicens: {Nolite in ſublime tolli. } Primo enim hoc ad neceſſitatem complendam homo quærit, cum autem his abundauerit incipit de talibus ſuperbire. Tale eſt hoc, ac ſi ſe vulneratus aliquis iactet, quia habeat multa emplaſtra in domo, cum hoc illi bonum eſſet, vt vulnera non haberet, & ne vno quidem indigeret emplaſtro. THEO. vel eleuationem nihil aliud vocat, quàm vagum mentis motum, aliàs aliud meditantis, & ex hoc ſalientis ad aliud & ſublimia cogitantis. BASIL. Et vt intelligas huius eleuationem, memento vanitatis propriæ iuuentutis, ſi quando manens ſolus cogitaſti de vita & promotionibus diſcurrens a principatu in principatum, amplexus es diuitias, ædi-
I ficaſti palatia, amicis bene feciſti, vltus es inimicos. eſt autem peccatum talis abſtractio, intenta enim circa ſuperflua delectatio a veritate ſeducit. vnde conuenienter ſubdit: {Hæc enim omnia gentes mundi quærunt, } ſcilicet voluptatem, diuitias, & hmōi. GREG. Niſſenus. Adhibere enim ſolicitudinem rebus apparentibus proprium eſt eorum, qui nullam ſupponunt ſpem futuri ſeculi, neque mætum iudicii. BASI. Sed de neceſſariis vitæ ſubdit: {Pater autem veſter ſcit, quoniam his indigetis. CHRY. Non dixit: Deus, ſed Pater, vt ipſos ad maiorem promoueret fiduciam. Quis enim eſt pater qui patiatur neceſſaria filiis non miniſtrare? ſed & aliud adiicit. Non enim poteris dicere, quòd pater quidem eſt, ignorat tamen his nos indigere. nam qui naturam creauit, eius indigentiam nouit. AMBRO. Oſtendit autem conſequenter nec ad præſens, nec in reliquum fidelibus gratiam defuturam, ſi modo qui diuina deſiderant, terrena non quærant.
K Indecorum quippe eſt hominès curare de cibo, qui militant pro regno. Nouit rex quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, & veſtiat. vnde ſequitur: {Verumtamen quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. CHRY. Non mō regnū, ſed etiam opes Chriſtus pollicetur cum eo. Si enim nos a curis eos eripimus, qui prætermittentes ſua noſtrorum diligentiam habent, multo magis Deus. BEDA. Indicat enim aliud eſſe quod principaliter datur, aliud quod ſuperadditur, qa nobis in intentione æternitas, in vſu vero temporalitas eſſe debet.

i ¶ Poſtquam dñs temporalium curam a cordibus diſcipulorū remouit, hic excludit ab eis timorem, ex quo ſuperflua cura procedit dicens: {Nolite timere puſillus grex. THEO. Puſillum gregem dominus vocat volentes diſcipulos eius fieri. vel quia in hoc ſeculo ſancti parui videntur cauſa voluntariæ paupertatis, vel quia ſuperantur a multitudine angelorum, qui incomparabiliter præcellunt, quæ noſtra ſunt. BEDA. Puſillum ēt dñs gregē electorū

electorum nominat, vel ad comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis deuotionem. CYRIL. Quare autem timere non debent, oſtendit ſubdens: {Quia complacuit pa. ve. da. vo. regnum. q.d. Eum qui tam præcioſa largitur, qualiter pigebit erga vos clementiam exercere ?

qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis. Quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. K Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus

Quàmuis enim hic grex paruus ſit & natura, & numero, & gloria: bonitas tamen patris cōceſsit & huic puſillo gregi cœleſtiū ſpirituum ſortem. ſ. regnum cœlorum, ergo vt poſſideatis regnum cœlorum, opes terrenas contemnite. vnde ſubditur: {Vendite quæ poſſi. & da. eleæmoſynam. } BEDA. q.d. Nolite timere, ne propter regnum Dei militantibus huius vitæ neceſſaria deſint, quin etiam poſſeſſa propter eleæmoſynam vendite, quod tunc digne fit, quando qui ſemel pro domino ſuo omnibus ſpretis: nihilominus poſt hoc labore manuum operatur. vnde & victum tranſigere, & eleæmoſynam dare queat. CHRY. Non eſt enim peccatum, ꝙ eleæmoſyna nequeat abolere, antidotum eſt cuilibet conueniens vulneri. ſed & eleæmoſyna non ſolum in pecuniis fit: ſed & in rebus, dum aliquis alium protegit: dum medicus medetur, dum ſapiens conſulit. GREG. Nazan. Vereor autem, ne putes pietatis tibi neceſſitatem non eſſe, ſed arbitrium opinabar, & ipſe hoc, ſed terrēt me hædi ad ſiniſtram ſtatuti, non quia rapuerunt, ſed quia Chriſtum in egentibus non placarunt. CHRY. Nam ſine eleæmoſyna impoſſibile eſt regnum videre. Sicut enim fons ſi aquas in ſe cōtinuerit vitiatur, ſic & diuites cū omnia penes ſe teneant. BASI. Sed quæret aliquis quid conſiderantem oportet vendere quæ poſſidentur? numquid tamquam eis naturaliter noxiis, vel propter tentationem accidentem animabus ab eis? Ad hoc dicendum eſt: primo quidem, quòd ſingulum eorū quæ ſunt, ſi per ſeipſum malum exiſteret non eſſet creatura Dei: omnis enim creatura Dei bona. conſequenter autem, quia mandatum dominicum non docuit abiicere tamquàm mala quæ poſſidentur, ſed diſpenſare, dicens: {Et date eleæmoſynam. } CYRIL. Moleſtum autem forte eſt hoc mandatum diuitibus: ſanam tamen mentem habentib⁹ non eſt inutile. theſaurizant enim ſibi regnum cœleſte, vnde ſequitur: {Fa. vo. ſac. qui non veteraſcunt. } BEDA. Eleæmoſynas, videlicet operando, quarum merces in æternum maneat, vbi non hoc præceptum eſſe putandum eſt, vt nil pecuniæ reſeruetur a ſanctis vel ſuis, vel pauperum vſibus, cum & ipſe dominus, cui Angeli miniſtrabant loculos habuiſſe legatur a fidelibus oblata conſeruans, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & ob inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. GREG. Niſſenus. Præcipit autem ſenſibiles terrenas opes ſurſum condere, quo virtus corruptiua non attingit. vnde ſubdit. {The. non defi. in cœ. quo fur non appro. neq; tinea corrumpit. } THEO. q.d. Hic {tinea demolitur, } non autem in cœlis. deinde quia tinea quædam non demolitur, addidit de fure: Aurum enim non demolitur tinea, ſed fur tollit. BEDA. Siue igitur hoc ſimpliciter accipiendum eſt, ꝙ pecunia ſeruata deficiat: data autem proximo perennem fructum conferat in cœlis, ſeu ita ꝙ theſaurus boni operis ſi commodi terreſtris occaſione condatur facile corruptus intereat, at ſi cœleſti ſolum intentione congeratur, non exterius hominum fauore, quaſi a fure qui deforis rapit non intus inani gloria quaſi a tinea quæ interius ſcindit valet maculari. GLO. Vel fures ſunt hæretici, & dæmones qui ad hoc intenti ſunt, vt ſpiritualibus, nos ſpolient, tinea quæ veſtes latenter rodit, inuidia eſt quæ ſtudium bonum lacerat, & compaſſionem vnitatis diſsipat. THEO. Porro, quia non omnia furto tolluntur, addit potiorem rationem, & nullam prorſus patientem inſtantiam dicens: {Vbi enim eſt the. ve. ibi & cor. ve. erit. } quaſi dicat. Eſto ꝙ nec tinea demoliatur, nec fur tollat. hoc ipſum quod eſt habere cor affixum theſauro ſepulto, & diuinum opus, ſcilicet animam terræ immergere quantum eſt dignum ſupplicio. EVSE. Nam quilibet homo naturaliter dependet ab eo erga quod ſtudet, illuc totum animum applicat, vbi totum commodum poſsidere putauit. Vnde ſiquis in rebus præſentis vitæ habeat totam mentem & intentionem, quam cor nominauit, in terrenis verſatur. Si vero mentem applicauerit ad cœleſtia, ibi mentem habebit, vt videatur ſolo corpore cum hoibus conuerſari: animo vero iā ſit aggreſſus manſiones cœleſtes. BEDA Hoc aūt nō ſolū de pecunia, ſed de cūctis paſsionib⁹ ſentiendū eſt. luxurioſi epulæ ſunt theſauri, laſciui ludicra amatoris libido.

k ¶ THEO. Poſtq̃ ſuū diſcipulū modeſtū ſtatuit dñs: ſpolians eū qualibet vitæ cura, & eleuatione: iā nunc ad miniſtrandum inducit dicens. {Sint lūbi veſtri præcincti}. i. ſemꝑ procliues ad exequendū quædā oꝑa dñi nři. {Et lucernæ ardentes} . i. non ducatis

A vitā in tenebris, ſed aſsit vobis lux rōnis, oſtendens vobis agenda, & fugienda. Eſt. n. hic mundus nox: cincti vero lūbos ſunt qui practicam exequunt. nam talis eſt miniſtrantiū habitus, quibus oportet adeſſe & lucernas ardentes. i. diſcretionis donū, vt valeat dinoſcere practicus non ſolū quid oporteat agere, ſed & quō alioquin in ꝑcipitio ſuperbię hoies ruūt.

expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptiis, vt cum venerit & pulſauerit confeſtim aperient ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere,

Notandū aūt, ꝙ primo iubet lūbos pręcingi: ſecundo lucernas ardere. nam primo quidē eſt operatio. deinde ſpeculatio, quæ eſt illuſtratio mētis. Ideo ſtudeam⁹ exercere virtutes, vt duas lucernas habeamus ardentes. ſ. conce-
B ptū mentis iugiter in aīa emicantē, quo nos illuſtramur, & doctrinam qua cæteros illuminamus. MAXI. Vel lucernas accenſas docet hr̄e ꝑ orōnem, & contemplationē, & ſpūalem dilectionem. CYRIL. Vel ſubcingi ſignificat agilitatem, & promptitudinem ad ſuſtinenda mala intuitu diuini amoris. Lucernæ aūt accenſio ſignificat, vt non patiamur aliquos in tenebris ignorantiæ viuere. GRE. in Hom. vel aliter: Lūbos præcingimus cum carnis luxuriā [Ho. euā. 13.] ꝑ continentiam coarctamus. viris. n. luxuria in lumbis eſt: fœminis in vmbilico. a principali igitur ſexu lumborū noīe luxuria deſignatur. Sed quia minus eſt mala non agere, niſi etiam quiſque ſtudeat bonis operibus inſudare, additur. {Et lucernæ ardentes in manibus tenemus, cum ꝑ bona opera ꝓximi noſtris lucis exempla monſtramus. AVG. de Quæſt. Euā. Vel docet & lumbos præ [Lib. 2. q. 25.] cingere propter continentiam ab amore rerum ſæcularium, & lucernas ardentes habere, vt hoc ipſum vero fine, & recta intentione
C fiat. GRE. in Hom. Sed ſi vtrumque horum agitur: reſtat vt quiſquis ille eſt totam ſpem ſuam in Redemptoris ſui aduentum conſtituat. vnde ſubditur. {Et vos ſimi. homi. expe. do. ſu. quando reuer. a nuptiis. } Ad nuptias quippe dñs abiit, quia aſcendens in cœlum: ſupernam ſibi multitudinem Angelorum nouus homo copulauit. THEO. Quotidie etiam in cælis deſponſat ſanctorum animas, quas ei Paulus, vel alius ſimilis offert virginem caſtam. Redit aūt a nuptiis celebratis in cælis, forſan quidem vniuerſaliter in conſummationem totius, quando veniet de cælo in gloria patris: forſan etiam ſingulis horis aſtans inopinatæ particulari vniuſcuiuſque conſummationi. CYRIL. Conſidera etiam ꝙ a nuptiis quaſi a ſolennitate venit, in qua ſemper exiſtit diuinitas: nihil enim poteſt incorruptibili naturæ inferre triſtitiam. GRE. Niſſenus. vel aliter conſummatis nuptis, & deſponſata ſibi eccleſia, & admiſſa ea in thalamum ſecretorum præſtolabantur Angeli reditum Regis ad naturalem beatitudinem, quibus
D ſimilem fieri decet noſtram vitam, vt ſicut illi ſine malitia conuerſantes parati fuerint dominicum regreſſum recipere, ſic & nos vigilantes ad obedientiam promptos nos faciamus cum aduenerit pulſans. Sequitur enim. {Vt cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant illi. GREGORIVS in Homil. Venit quippe cum ad iudicium properat, pulſat vero cum iam per ægritudinis moleſtiam eſſe mortem vicinām deſignat, cui confeſtim aperimus: ſi hunc cum amore ſuſcipimus. Aperire enim iudici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & eum quem contempſiſſe ſe meminit, videre iudicem formidat. Qui autem de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pulſanti confeſtim aperit, quia cum tempus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilareſcit. vnde ſubditur. {Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Vigilat qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, qui ſeruat operando quod credit, qui a ſe torporis & negligentiæ te-
E nebras repellit. GREGORRIVS Niſſenus. Propter hāc igitur vigiliam obſeruandam ſupra dominus monuit, vt ſint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes. lumen enim oppoſitum oculis pellit ſomnolentiam oculorum. Lumbi etiam cingulo perſtricti reddunt corpus inſuſceptibile ſomni: nam qui præcinctus eſt caſtitate, & pura conſcientia illuſtratus perſeuerat inſomnis. CYRIL. Cum igitur dominus veniens ſuos inſomnes inuenerit, & præcinctos, cor illuminatum habentes: tunc eos promulgabit beatos. Sequitur enim: {Amen dico vobis, quia præcinget ſe. } Ex quo percipimus ꝙ ſimilia nobis retribuet, dum ſuccinctis ſe præcinget. ORI. Erit enim præcinctus iuſtitia circa lumbos ſuos ſecundum Iſaiam. GRE. Per quam præcingit ſe, ideſt ad retributionem ſe præparat. THEO. Vel præcinget ſe in eo ꝙ non totā vbertatem bonorum largit, ſed hanc cohibet ſm certam menſuram. Quis enim Deum capere poteſt quantus eſt? vnde Seraphin uelari dicuntur propter excellentiam diuini ſplēdoris. Sequitur: {Et faciet illos diſcumbere. i. omnino requieſcere. Sicut enim diſcumbens totum corpus facit quieſcere. ſic in

futuro aduentu ſancti totaliter requieſcent. hic enim non habue F runt requiem corporis,illic vero ſimul cum animabus ſpiritualia corpora incorruptionẽ ſortita,plena gaudebunt quiete. CYR. Facier igitur illos diſcumbere, quaſi feſſos refocillans, apponens ſpirituales delitias,& ſtatuens dapſilem donorum ſuorum men-ſam. DIONY. in Epiſtola ad Tytum. Diſcubitũ enim opinamur quietẽ a multis laboribus,& vitã ſine læſione, & couerſationem diuinam in lumine, & regione viuentiũ vniuerſo ſancto affectu adimpletã, & copioſam donationem omnium donorum ſecundum quam lætitia adimplentur. hoc eſt enim, q̃ Ieſus faciet eos recumbere dans eis perpetuam quietem, & diſtribuens eis bonorum multitudinem. vnde ſequit: ⁋ Et tranſiens miniſtrabit illis. THEO. Quaſi vicem æqualem eis reddens, vt ſicut ipũ miniſtrauerũt ei: ita & ipſe eis miniſtret. GRE. in Hom. Tranſiens vero dictum eſt cum de iudicio ad regnum redit, vel dominus nobis poſt iudicium tranſit, qui ab humanitatis forma in diuinitatis ſuæ contemplationem nos eleuat. CYRIL. Nouit autem dominus lubricum fragilitatis humanæ ad peccandum. ſed quoniam bonus eſt, deſperare non ſinit, ſed magis miſeretur, & dat nobis pœnitẽtiam in ſalutis antidotum. & ideo ſubdit. ⁋ Etſi venerit in ſecunda vigi. & ſi in tertia vigi. ve. & ita inue. beati ſunt ſerui illi. Diuidunt enim excubantes in mœniis ciuitatum & hoſtium ſeruantes aggreſſus, noctem in tres, aut quatuor vigilias. GREGO. in Hom. Prima ergo vigilia primæuum tempus eſt vitæ noſtræ, ideſt pueritia: ſecunda adoleſcentia, vel iuuentus: tertia autem ſenectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit, cuſtodiat in ſecundam. Et qui in ſecunda noluit, tertiæ vigiliæ remedia non amittat, vt qui conuerti in pueritia neglexit ſaltem in tempore iuuentutis, vel in ſenectute reſipiſcat. CYRIL. de prima tamen vigilia mentionem non facit, quia pueritia non punitur a Deo, ſed veniam meretur. Secunda vero, & tertia ætas, debet obedientiam Deo, & vitam honeſtam ducere ad voluntatem ipſius. GRAECVS. Vel ad primam vigiliam pertinent diligentius viuentes quaſi primum gradum ſortiti. ad ſecundam vero mediæ conuerſationis menſuram tenentes. ad tertiam vero qui ſunt infra hos, & idem de quarta putandum eſt, etſi contingat de quinta. Diuerſæ enim ſunt conuerſationum menſuræ, & bonus remunerator metitur vnicuique quod dignum eſt. THEO. Vel quia vigiliæ ſunt horæ noctis prouocantes ſoporem hominibus, intelligas etiam in vita noſtra eſſe quaſdam horas, quæ faciunt nos beatos ſi inſomnes reperti fuerimus. Rapuit tibi aliquis facultates, defuncti ſunt tibi filii, accuſatus es, ſed ſi in his temporibus non feceris contra dei mandata quicquam, vigilantem te inueniet in ſecunda, & tertia vigilia, ideſt in tempore malo pernicioſum ſomnum animabus lentis inferentem. GRE. in Hom. ad excutiendam vero noſtræ mentis deſidiam etiam exteriora damna per ſimilitudinem ad medium deducuntur. nam ſubditur. ⁋ Hoc autem ſcito, quoniam ſi ſci. paterfa. qua hora fur ve. vigi. vti. & non ſine. perfo. domum ſuam. THEO. Quidam hunc furem intelligunt eſſe diabolum: domum animam patrefamilias hominem: non tamen videtur hæc acceptio conſonare ſequentibus. aduentus enim domini comparatur huic furi tamquam ex inopinato prouenienſ ſecundum illud Apoſtoli: Dies domini ſicut fur ita in nocte veniet. vnde & hic ſubditur. ⁋ Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

I Ait aũt ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem dominus: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illi in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus: in uenerit ita facientem. Vere dico vobis. quoniam ſuper omnia quæ poſsidet, conſtituet illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo. moram facit

& tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi Hoc autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non fineret perfodi domum ſuã. Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. G

I Ait aũt ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem dominus: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illi in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus: in uenerit ita facientem. Vere dico vobis. quoniam ſuper omnia quæ poſsidet, conſtituet illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo. moram facit

tibus uigilare præceperat, ad Apoſtolos ſolum, ſimileſque eorum, aut ad omnes qui ſaluandi ſunt pertineant. CYIL. Validam autem mentem habentibus conueniunt ardua, & excellentia mandatorum ſanctorum. his uero qui nondum ad hanc uirtutem atti gerunt, conueniunt ea, a quibus omnis facultas excluditur. unde dominus exemplo manifeſtiſſimo utitur: oſtendens mandatum præmiſſum conuenire his qui admiſſi ſunt in gradum diſcipulorum. Sequitur enim: ⁋ Dixit autem dominus: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator? AMBRO. uel aliter: Superioris quidem in omnes præcepti forma eſt generalis: uerum ſeries ſequentis exẽpli diſpenſatoribus hoc eſt ſacerdotibus uidetur eſſe propoſita. un de ſequitur: ⁋ Dixit autem dominus: Quiſputas eſt fidelis diſpenſator & prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det illi in tempore tritici menſuram? THEO. q. d. Prædicta parabola communiter omnes fideles attingit, ſed quid uobis Apoſtolis, & doctoribus cõueniat, audiatis. Quæro enim, quis diſpenſator mueniatur in ſe habens fidelitatem, & prudentiam. ſicut. n. in diſpenſationibus facultatum, ſiue aliquis incautus ſit fidelis domino exiſtens, ſiue etiam prudens ſit & infidelis, diſperunt res domini, ſic & in rebus diuinis opus eſt fidelitate & prudentia. noui enim multos Deum colentes & fideles, quia uero non poterant prudenter eccleſiaſtica tractare negocia, non ſolum poſſeſſiones, ſed etiam animas deſtruebãt, utentes in peccatores indiſcreta uirtute, per immoderata pœnitentiæ mandata, uel importunam manſuetudinem. CHRYSOSTOMVS. Quærit autem hic dominus non quaſi fidelem, & prudentem diſpenſatorẽ ignorans, ſed uolens innuere raritatem rei, & huiuſmodi præſulatus magnitudinem. THEO. Quiſquis ergo fidelis fuerit inuentus & prudens, præſideat familiæ domini, ut ſingulis temporibus det tritici menſuram, uel ſermonem doctrinæ, quo paſcantur animæ, uel operum exemplum, quo uita informetur. AVG. de Quæſtio. Euange. Menſuram autem dicit propter modum capacitatis quorumcumque audientium. ISIDO. Additum eſt etiam in tempore, quòd beneficium non ſuo tempore datum red ditur caſſum, & nomen beneficii perdit. Idem eſt panis eſurienti quidem appetibilis: ſatiato autem non multum. De huius autem ſerui diſpenſatoris præmio ſubdit, dicens. ⁋ Beatus ille ſeruus, quẽ cum uenerit dominus, inuenerit ſic facientem. ⁋ BASI. Non dicit agentem a caſu, ſed ſic facientem. non enim uincere ſolum conuenit, ſed etiam certare ligitime. hoc autẽ eſt ſic ſingula exequi, ſicut recipimus in mandatis. CIRIL. Sic ergo fidelis ſeruus & prudens: opportuno tempore diſtribuens prudenter cibaria famulis, hoc eſt ſpirituales eſcas beatus erit, iuxta dictum Saluatoris: in hoc, ſcilicet quòd obtinebit adhuc maiora, & merebitur præmia familiaribus debita. unde ſequitur. ⁋ Vere dico uobis, quia ſuper omnia quæ poſsidet conſtituet illum. BEDA. Quanta enim inter bonos auditores, & bonos doctores eſt meritorum diſtantia, tanta eſt etiam præmiorum. hos enim adueniens cum uigilantes inuenerit faciet diſcumbere, illos autem cum fideliter, prudenterque diſpenſantes inuenerit, ſuper omnia quæ poſsidet conſtituet, ideſt ſuper omnia cœleſtis regni gaudia, non utique ut horum ſuli dominium teneant, ſed ut eorum abundantius cæteris ſanctis æterna poſſeſſione fruantur. THEO. Vel ⁋ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum: ⁋ non ſolum ſuper ſuam familiam, ſed ut tam terrena, quàm cœleſtia ei obediant, qualis fuit Ieſus Naue & Helias: alter ſoli: alter nubibus mandans, & omnes ſancti, quaſi Dei amici rebus Dei utuntur. Quicumque etiam uitam uirtuoſe peragit, & ſeruos ſuos, ideſt iram & concupiſcentiam recte diſpoſuit: exhibens temporibus ſingulis menſuram frumenti: itæ quidem,

los, Apoſtolorumque ſimiles, & cæteros fideles, vel Chriſtianos, & inſideles, vel eos qui viritim, ideſt ſigillatim morientes, ſui iudicis aduentum nolentes, volentesque ſuſcipiunt, & eos qui in vniuerſali iudicio viui ſunt in carne reperiendi ſignificare putandum eſt. Mirum eſt autem ſi Petrus dubitauit, vel omnibus ſobrie, & pie, & iuſte viuendũ expectantibus beatam ſpem, uel inopinatum ſingulorum, & omnium futurum eſſe iudicium. undere ſtar intelligi his, ſcili cet duobus iam bene cognitis ea quæ neſci re poterat quæſiſſe, videlicet ſi ſublimia illa vitæ cœleſtis inſtituta, quibus poſſeſſa vendere ſacculos, qui non ueteraſcerent facere, lumbis præcinctis, lucernisque ardẽ

dominus meus venire, & cœperit percutere pueros, & ancillas. & edere, & bibere, & inebriari, & veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partemq; eius cum infidelibus ponet.

m Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis, qui autem

vt afficiatur in habentes odio Deum. concupiſcentiæ vero vt ne A ceſſario vtatur carnis prouiſione, ordinans eam in Deum. Talis, inquam conſtituetur ſuper omnia quæ poſſidet dominus: dignus omnia per ſpeculatiuum intellectum intueri. CHRY. Dominus autem non ſolum ex honore bonis reſeruato, ſed ex minis pẽnæ in malos corrigit auditorem. vnde ſequitur. ⁋ Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus venire. ⁋ BEDA. Nota inter vitia ſerui mali aſcriptum, quòd tardum domini ſui reditum putauerit. Non autem inter bonivirtutes annumeratum, quòd hunc citũ ſperauerit, ſed tantũ fideliter miniſtrauerit. Nil ergo melius eſt, quàm vt patienter ſuſtineamus ignorare quod ſciri nõ poteſt, ſed tantum laboremus, vt idonei inueniamur. THEO. Ex eo autem, quòd non conſideratur hora finis multa peccata euenium. nam ſi cogitaremus dominum venire, & præſto eſſe terminum vitæ noſtræ, minus vtique peccaremus. vnde ſequitur. ⁋ Et cœperit percutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari. ⁋ BEDA. In hoc ſeruo cunctorum præſulum malorum narratur damnatio, qui neglecto domini timore: non modo ipſi luxuriæ vacant, ſed etiam ſubditos iniuriis ſtimulant, quàmuis & typice poſſit intelligi pueros, & ancillas percutere: corda infirmorũ prauo exemplo vitiare. Edere autem, bibere, & inebriari facinoribus, & ſæculi illecebris, quæ hominem dementant occupari, de eius autem pœna ſubditur. ⁋ Veniet dominus ſerui illius die, qua nõ ſperat, ⁋ ſcilicet iudicii, vel mortis. ⁋ Et diuidet eum. ⁋ BASI. Non quidem diuidetur corpus, vt hoc quidem exponatur tormentis, illud vero dimittatur. nam fabuloſum eſt hoc neque iuſti iudicii cum deliquerit totum dimidium pati pœnam, nec anima ſecatur tota criminoſam conſcientiam poſſidens. & cum corpore mala cooperans, ſed diuiſio eius eſt perpetua alienatio animæ a ſpiritu. Nunc enim etſi non ſit gratia ſpiritus indignis: videtur tamen vt cumque ad eſſe conuerſionem eorum expectans ad ſalutem: tunc vero totaliter amputabitur ab anima. Spiritus ergo ſanctus & bratium eſt iuſtorum, & prima condemnatio peccatorum, quoniam eum indigni amittent. BEDA. Vel diuidet eum a fidelium consortio ſegregando, & eis qui numquàm ad fidem pertinuerant ſociando. vnde ſequitur. ⁋ Partemque eius cum infidelibus ponet. ⁋ quia qui ſuorum & domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, vt ait Apoſtolus. THEO. Recte etiã infidelis diſpenſator cum infidelibus partem accipiet, quia vera caruit fide.

m THEO. Hic nobis dominus maius aliquid, & terribilius oſtendit. non enim ſolum diſpenſator infidelis accepta priuabitur gratia, vt nihil eum iuuet ad vitandum ſupplicia, ſed magis fiet ei damnationis cauſa dignitatis immenſitas. vnde dicitur. Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatẽ eius, plagis vapulabit multis. CHRY. Non enim ſimiliter in omnibus omnia iudicantur, ſed maior cognitio ſit maioris pœnæ materia. vnde Sacerdos eadem peccans cum populo, multa grauiora patietur. CYRIL. Homo enim perſpicax qui turpioribus ſuam voluntatem inclinauit, inexcuſabile peccatum commiſit, quaſi propter malitiam recedens a domini voluntate, ſed homo ruſticanus rationabilius implorabit veniam vindicantis. vnde ſubditur. ⁋ Qui au. non co. & fæ. dig. plavapu. pauciſ. ⁋ THEO. Hic obiiciunt aliqui: merito punitur qui ſciens voluntatem domini non ꝓſequitur. Sed cur punitur ignorans? quia cum ipſe ſcire potuiſſet, noluit, ſed pigritans ipſe fuit ignorantiæ ſuæ cauſa. BASI. Sed dices: ſi hic quidem multa ſuſtinet verbera: hic autem pauca, qualiter dicunt quidam, quòd non imponit finem ſuppliciis? Sed ſciendum eſt, q̃ hoc quod hic dicitur, non numerum pœnarum, ſed differentiam indicat. poteſt enim aliquis eſſe dignus inextinguibili flamma, vel remiſſiori, vel intenſiori, & indeficiente verme, vel mitius torquente, vel fortius. THEO. Oſtenditur autem conſequenter quare doctoribus, & ſcientibus intenſior pœna debeatur, cum dicitur. ⁋ Omni au. cui mul. da. eſt, mul. que. ab eo, & cui cõmen. mul. plus pe. ab eo. ⁋ Datur quidem doctoribus gratia faciendi miracula, ſed commẽdatur eis ſermonis, & doctrinæ gratia, ſed in dato quidem nõ dicit aliquid plus petendum, ſed in commendato, ſiue depoſito: nam gratia ver bi incremento eget, & a doctore requiritur amplius: non enim deeſt eum torpere, ſed augere verbi talentum. BEDA, vel aliter:

Multum ſæpe datur etiam quibuſdam priuatis, quibus etiam cognitio dominicæ voluntatis, & exequendi quæ cognoſcunt facultas impenditur. Multum autem commendatur illi, cui cum ſua ſalute dominici quoque gregis paſcendi cura committitur, maiori ergo gratia donatos ſi deliquerint, maior vindicta ſequetur.

non cognouit & fecit digna, plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

n Ignem veni mittere in terrã, & quid volo, niſi vt accendatur? Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur? Putatis, quia pacem veni mittere

Mitiſſima autem omnium pœna erit eorũ qui præter peccatum quod originaliter traxerunt nullum inſuper addiderunt, & in cæteris qui addiderunt tanto quilibet ibi tolerabiliorem habebit dãnationẽ, quãto hic minorem habuit iniquitatem. n ¶ AMBRO. Diſpenſatoribus, id eſt Sacerdotibus præmiſſa videntur eſſe poſita, quòd ſciant ſibi graue in futurum pœnam eſſe ſubeundam: ſi familiam domini gubernare neglexerint. ſed quia exiguus eſt profectus mœtu ſupplicii ab errore reuocari: ideo dominus ad quærendam cupiditatem diuinitatis inflammat dicens: ⁋ Ignem veni mittere in terram. Non vtique illum conſumptorem bonorum, ſed bonæ voluntatis auctorem, qui aurea dominicæ domus vaſa meliorat: fœnum vero conſumit, & ſtipulam. CYRIL. Mos eſt autem ſacræ ſcripturæ ignem quãdoque dicere ſacros & diuinos ſermones. Sicut enim qui aurum & argentum purgare nouerunt, per ignem conſumunt eorum ſordiciem: ſic Saluator per euangelica documenta in virtute ſpiritus abſtergit intellectum eorum qui credunt in eum. Hic eſt igitur ignis ſalubris & vtilis, quo habitatores terræ frigidi quodammodo, & extincti propter peccatũ incaleſcunt ad pietatis vitam. CHRY. Terram enim ad præſens vocat, non eam quam pedibus terimus, ſed plaſmatam manibus eius, ſcilicet hominem, cui dominus ignem ingerit, ad conſumptionem peccatorum, & innouationem animarum. TIIVS: Eſt autem intelligendum eum de cœlo veniſſe: non enim ſi de terra veniſſet, in terram diceret: ⁋ Ignem veni mittere in terram. CYRIL. Huius autem ignis dominus accelerabat incendium. vnde ſequitur. ⁋ Et quid volo, niſi vt accendatur? ⁋ Credebant enim iam quidam ex Iſrael, quorum exordium fuerant venerandi diſcipuli. ſed ignis ſemel in Iudæa acceſſus totum orbem occupare debebat, conſummata tamen paſſionis eius diſpenſatione. vnde ſequitur. ⁋ Baptiſma autem habeo baptizari. Nam ante venerabilem crucem, & eius reſurrectionem a mortuis: in ſola Iudæa fiebat mentio prædicationis, & miraculorum ipſius. poſtquàm autem principem vitæ interfecerunt, tunc Apoſtolis præcepit dicens: Euntes, docete omnes gentes. GREGORIVS ſuper Ezechielem, vel aliter: Ignis in terram mittitur, cum per ardorem ſancti ſpiritus afflata, terrena mens a carnalibus ſuis deſideriis crematur: ſuccenſa autem ſpirituali amore, malum quod fecit plangit, & ſic terra ardet, quando accuſante ſe conſcientia, cor peccatoris in dolore penitentiæ crematur. BEDA. Addit autem: ⁋ Baptiſmo habeo baptizari, ⁋ ideſt ſanguinis proprii tinctione prius habeo perfundi, & ſic corda credentium igne inflammari. AMBROSIVS: Tanta autem eſt domini dignatio, vt infundendæ nobis deuotionis, & conſummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis paſſionis ſtudium ſibi ineſſe teſtetur. vnde ſequitur. ⁋ Et quomodo coarctor vſque dum perficiatur? ⁋ Quidam codices habent: ⁋ Et coangor, ⁋ ideſt contriſtor. Cum enim in ſe nihil habet quod doleret, noſtris tamen angebatur erumnis, & tempore mortis meſtitiam prætendebat, quam non ex mœtu mortis ſuæ, ſed ex mora noſtræ redemptionis aſſumpſerat. Qui enim vſque ad perfectionem angitur de perfectione ſecurus eſt, quia eum conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. nam qui corpus ſuſcepit, omnia debuit ſubire, quæ corporis ſunt, vt eſuriret, ſitiret, angeretur, & contriſtaretur. diuinitas autem per hos affectus neſcit commutari. Simul etiam oſtendit, quòd in certamine paſſionis mors corporis, abſolutio anxietudinis, non coæquatiua ſit doloris. BEDA. Quomodo autem poſt baptiſma ſuæ paſſionis, poſt ignis ſpiritualis aduentum terra ſit arſura, declarat ſubdens. ⁋ Putatis quia pacem veni dare in terram? non, dico vobis, ſed ſepationem. ⁋ CYRILLVS: Quid dicis domine? Non veniſti pacem daturus, qui ſactus es nobis pax, pacificans per crucem cæleſtia, & terreſtria? qui dixiſti: Pacem meam do vobis? Sed manſiſtum eſt, quòd vtilis quidem eſt pax: quandoque autem damnoſa,

& ſeparans ab amore diuino, per quam.ſ.conſentitur his, qui a Deo diſſident,& ob hoc fœdera terrena docuit vitare fideles.vnde ſequitur:{Erunt enim quinque ex hoc in domo vna diuiſi:tres in duos,& duo in tres diuidentur,pater in filium. A M B R O. Cum ſex perſonarum videatur facta ſubiectio patris & filii,matris & filiæ, ſocrus & nurus: quinque tamen ſunt, quia eadem mater, q̃ ſocrus accipi poteſt, quæ enim eſt mater filii: ſocrus eius vxoris eſt. C H R Y. Per hoc autem futurum euētum protulit. Cōtingebat enim in eadem domo aliquem eſſe fidelem,cuius pater vellet eum ad infidelitatem protrahere,ſed intantum præualuit virtus doctrinæ Chriſti,vt filii patres dimitterent, matreſque filiæ, & liberos parentes. Libuit enim fideles Chriſti,non ſolum contemnere propria,ſed & cuncta ſimul pati,dummodo cultu fidei non careant.Si autem purus homo eſſet,vnde ſuppeteret ei hoc poſſe meditari, quòd a patribus plus amaretur q̃ filii,& a filiis pluſquàm patres,& a viris pluſq̃ coniuges: & hoc non in vna domo, aut centum, ſed vbique terrarum. & non ſolum hoc prædixit,ſed etiam opere cōſummauit. A M B R O S I V S. Myſtica autem interpretatione domus vna,homo vnus eſt. Duos autem legimus frequenter, animam & corpus quòd ſi duobus conuenerit:efficit vtraque vnū, aliud eſt quod ſeruit, aliud cui ſubiicitur. Tres autem animæ affectiones ſunt, vna rationabilis,alia concupiſcibilis, tertia iraſcibilis.Duo ergo in tres,& tres in duo diuiduntur.Etenim per aduentum Chriſti homo qui erat irrationabilis,rōnabilis factus eſt.Eramus carnales terreni: miſit Deus ſpiritum ſuum in corda noſtra, facti ſumus filii ſpirituales. Poſſumuſetiam dicere, quòd in hac domo ſunt alii quinque, ideſt odor, tactus, guſtus,viſus, & auditus. Si ergo ſecundum ea quæ audimus,aut legimus ſenſu viſus, atque auditus excludamus ſuperfluas voluptates corporis, quæ guſtu,tactuque & odore percipiuntur: duo in tres diuidimus, eo quòd mentis habitus vitiorum non capiatur illecebris, aut ſi quinque ſenſus acceperimus corporales: vitia iam corporis, & peccata ſe ſeparant. Poſſunt etiam caro videri, atque anima ab odore, tactu, guſtuque luxuriæ ſeparata, fortior enim rationis ſexus velut viriles fertur affectus: hæc molliorem ſtudet tenere rationem. Ex his itaque diuerſarum cupiditatum motus inoleuit. ſed vbi in ſe anima redit degeneres abiurat hæredes. Caro quippe cupiditatibus ſuis, quas ſibi ipſa generauit, tamquàm ſentibus mundi doluit eſſe confixam. Sed velut corporis quædam, atquæ animæ nurus voluptas motui prauæ cupiditatis inubit. Ergo quàmdiu manſit in vna domo conſpirantibus vitijs indiuidua conſenſio,nulla videbatur eſſe diuiſio.vbi vero Chriſtus ignē quo delicta cordis exureret, vel gladium,quo ſecreta penetrantur miſit in terras: tunc caro, atque anima regenerationis innouata miſteriis, copulam poſteritatis eliminat,vt diuidantur parentes in filios, dum intemperans motus intemperantiam abdicat,& anima declinat in conſortium culpæ. Filii quoque in parentes diuiduntur, dum renouati homines vitia vetuſta declinant, voluptateſque adoleſcentior ſerioſæ domus refugit diſciplinam. B E D A. vel aliter: Per tres ſignificantur, qui fidem Trinitatis habent: per duo infideles, qui a fidei vnitate diſſentiunt. Pater autem diabolus eſt, cuius filii imitando eramus: ſed poſtquàm venit ignis ille cœleſtis, nos ab inuicem ſeparauit, & oſtendit alterum patrem, qui eſt in cęlis. Mater Synagoga, filia eſt Eccleſia primitiua, quæ & eamdem, de qua genus ducit Synagogam fidei perſecutricem ſuſtinuit, & ipſa eidem Synagogæ fidei veritate contradixit. ſocrus Synagoga, nurus eccleſia de gentibus, quia ſponſus Eccleſiæ Chriſtus filius eſt Synagogæ ſecundum carnem. Synagoga ergo in nurum,& in filiam eſt diuiſa, quæ credentes de vtroque populo perſequitur,ſed & ille in ſocrum, & in matrem ſunt diuiſæ, quia volunt carnalem circuncifionem ſuſcipere.

o ¶ T H E O. Cum de prædicatione diſceptaſſet, & eam nominaſſet gladium: poterant audientes turbari,neſcientes quid diceret: & ideo dominus ſubdit, quòd ſicut aereas diſpoſitiones per quædam ſigna cognoſcunt,ſic deberēt eius aduentum cognoſcere, & hoc eſt quod dicit: {Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis: Nymbus venit, & ita fit. & cum auſtrum flantem:dicitis, quia æſtus erit: & ita fit. quaſi dicat. Verba mea, & opera mea me indicant contrarium vobis, poteſtis igitur conjectare, quia non veni pacem dare, ſed imbrem, & turbi-

in terram? Non dico vobis, ſed ſeparationē. Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuiſi,tres in duos, & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem ſuum:mater in filiam,& filia in matrem:ſocrus in nurum ſuam,& nurus in ſocrum ſuam.
o Dicebat autem ad turbas:Cū videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis,nymbus venit,& ita fit.& cum auſtrum flātē: dicitis, quia æſtus erit,& ita fit. Hypocritę, faciē cœli & terræ noſtis probare. hoc autem tēpus quomodo nō ꝓbatis? Quid autem & a vobiſipſis non iudicatis,quod iuſtum eſt?
p Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te apud

F nem. Ego enim ſum nubes, & venio ab occaſu, ideſt ab humana natura pridem multa induta peccatorum caligine. Veni etiam ponere ignem, ideſt æſtum incitare. Sum enim auſter ventus calidus, & oppoſitus boreali frigiditati. B E D A: Vel qui ex elementorum immutatione ſtatum aurarum, quia voluerunt, facillime ꝑnoſcere potuerunt. Poſſent etiam ſi vellent tempus aduentus domini, ex dictis intelligere Prophetarum. C Y R I L L. Prophetæ enim multipharię prænunciauerunt Chriſti myſterium. Dicebat ergo ſi prudētes eſſent, ad futura proſpectum intendere, nec ignorare futuras tempeſtates poſt vitam præſentem valerent. erit enim ventus, & pluuia, & ſupplicium futurum per ignem,& hoc ſignificatur, cum dicitur. {Nymbus venit.} decebat etiam ſalutis tempus non ignorare, ſcilicet aduentum Saluatoris, per quem perfecta pietas intrauit mundum. Et hoc ſignificatur, cum dicitur. {Dicitis,quia æſtus erit.} vnde in eorum repræhenſione ſubditur. {Hypocritæ, faciem cęli & terræ noſtis probare. hoc autem tempus quomodo non probatis?} B A S I. Eſt autem notandum,quòd neceſſariæ ſunt humanæ vitæ ſiderum coniecturæ, dummodo quis vltra menſuram nō perquirat eorum indicia. Eſt enim nonnulla de pluuis futuris percipere. pluraquoque de æſtibus & impetu ventorum,vel particularibus, vel vniuerſalibus, vel violentis, vel læuibus. Quanta vero commoditas ex eorum coniectura vitæ præſtetur,quis neſcit? Intereſt enim nautæ pronoſticari procellarum pericula,viatori mutationem aeris, colono fructuum copiam. B E D A. Sed ne aliqui de turba ſe propheticæ lectionis ignaros temporum curſus probare non poſſe cauſarentur, vigilanter adiungit. {Quid autem & a vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?} Oſtendēs eos etſi literas neſciant, naturali tamen ingenio poſſe dinoſcere eum, qui opera fecit, qui nullus alius feciſſet ſupra hominem & Deum eſſe. vnde poſt huius ſæculi iniuſtitias, iuſtum Creatoris iudicium eſſe venturum. O R I G E. Niſi autem eſſet nobis natura inſitum id quod iuſtum eſt iudicare: numquàm Saluator hoc diceret.

Homi.6.

Hom.35.

p ¶ T H E O. Poſtquàm oſtendit dominus laudabilem diſcordiam, ex hinc docet laudabilem pacem, cum dicit. {Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo,} quaſi dicat,cum trahit te aduerſarius ad iudicium, da operam, ideſt omnibus modis excogites, vt abſoluaris ab illo. Vel {da operam,} ideſt etſi nihil habeas, mutuum accipe, vt abſoluaris ab illo, ne te coram iudice conueniat. vnde ſequitur. {Ne forte trahat te apud iudicem, & iudex tradet exactori, & exactor mittat te in carcerem. C Y R I L L V S: In quo anguſtias patieris donec etiam nouiſſimum aſſem exigent. Et hoc eſt quod ſubdit. {Dico tibi, non exibis inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas. C H R Y S O S T O M V S: Videtur mihi de præſentibus iudicibus dicere, & de itinere ad præſens iudicium. & de carcere huius mundi. per hæc enim quæ apparent, & in promptu ſunt,irrationabiles homines ſe corrigere conſueuerunt:frequenter enim non ſolum ex futuris bonis, vel malis commonet, ſed etiam ex præſentibus propter groſſiores auditores. A M B R O S I V S: Vel aduerſarius noſter diabolus eſt, qui ſerit illecebras delictorum, vt habeat in ſupplicio participes. quos habuit in errore conſortes. Aduerſarius etiam nobis eſt omnis vitiorum vſus. Denique aduerſaria eſt nobis mala conſcientia, quæ nos & hic afficit, & in futurum accuſabit, & prodet. Demus igitur operam, vt dum in hoc ſumus vitæ curriculo conſtituti, tamquàm a malo aduerſario: ita ab improbo liberemur actu, ne dum imus cum aduerſario ad magiſtratum,in via noſtrum condemnet errorem. Quis autem eſt magiſtratus, niſi penes quem omnis poteſtas eſt? Hic autem magiſtratus tradit reum iudici, ei ſcilicet cui viuorum, & mortuorum tribuit poteſtatem ſcilicet Ieſu Chriſto, per quem occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mandatur. Ipſe exactori tradit,& in carcerem mittit. dicit enim: Tollite & mittite illum in tenebras exteriores, & exactores ſuos monſtrat eſſe angelos, de quibus dicit: Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Sed ſubditur: {Dico tibi, non exies donec etiam nouiſſimum minutum reddas.} Si enim qui pecuniam ſoluunt non prius euacuant fœnoris nomen, quàm totius ſortis vſque ad minimū quocumque

solutionis

Hom.35. ſolutionis genere quantitas vniuerſa ſoluat,ſic cōpenſatione charitatis actuumque reliquorum,vel ſatisfactione quacumq; pctī pęna diſſoluit. O R I. vel aliter: Quatuor ꝑſonas hic ponit,aduerſarii,principis,exactoris,& iudicis.apud Matthæū vero ꝑſona ꝑtermiſſa eſt principis,& pro exactore miniſter incertus.Diſcrepāt ēt, ꝙ ille quadrantē, iſte minutū poſuit: vterque autem dixit nouiſſimū. Cunctis aūt hoībus duos angelos adeſſe legimus, malū qui aduerſa exhortatur,bonum qui optima ꝑſuadet. Ille autē aduerſari⁹ noſter quotienſcūque peccamus exultat, ſciens qm̄ habet poteſtatem apud principem ſæculi huius,q ſe miſerat exultandi, & gloriandi. In græco autem cum articulo τȣ̃, tu qui ſingularitatis ſignificator eſt, aduerſarium poſuit,vt oſtenderet ſingulis hominibus ſingulos aduerſarios eſſe, qui vbique eos ſequantur. principem vero ſine articulo poſuit,ne certum cum daretur oſtendere,ſed vnum de pluribus. non enim vnuſquiſque noſtrum habet proprium principem, ſed ſuæ genti communem. Da ergo operam vt libereris ab aduerſario tuo, ſiue a principe,ad quem te aduerſarius trahit,habendo ſapientiam,iuſtitiam,fortitudinem,& temperantiam. Si autem dederis operam eſto in eo,qui dicit:Ego ſum via.alioquin trahet te aduerſarius ad iudicem. Dicit autem,Trahit,vt oſtendat nolentes ad condemnationem compelli. Iudicem autem alium neſcio niſi dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui tradit exactori. Singuli exactores proprios habemus:dominantur exactores ſi debuerimus aliquid.ſi omnibus vniuerſa reddidero,nemo exactor eſt,& intrepida mente reſpondeo:Nihil tibi debeo. Quod ſi debitor fuero, mittet me exactor in carcerem, nec patietur exire, niſi debitum omnium perſoluero.non enim habet exactor poteſtatem, vt mihi ſaltem quadrantem concedat,qui donauit debitori quingentos denarios, & alii quinquaginta,dominus erat.iſte qui exactor eſt,dominus non eſt,ſed a domino ad exigenda debita præpoſitus. Nouiſſimum aūt minutū dicit gracile,& tenue: peccata.n.noſtra aut pinguia ſunt, aut tenuia. Beatus igitur eſt qui non peccat. Secundo autem ſi tenue peccatum habeat, inter ipſa quoque tenuia diuerſitas eſt:alioquin non diceret,donec nouiſſimum redderet minutum. Si enim parum debet,non egredietur niſi ſoluat minimum quadrantem. qui autem magno debito fuit obnoxius,infinita ei ad reddendum ſæcula numerabuntur. B E D A,vel aliter. Aduerſarius noſter in via,eſt ſermo Dei contrarius noſtris carnalibus deſideriis in pſenti vita,a quo liberatur,qui præceptis eius ſubditur.alioquin tradetur iudici,quia ſermone domini contempto,peccator reus tenebitur in examine iudicis,quem iudex exactori tradet.i. maligno ſpiritui ad vltionem,qui mittitur in carcerem,ideſt in infernum.vbi quia ſemper ſoluere pœnas patiendo,ſed numquàm perſoluendo, veniam conſequi non poterit numquàm exinde exibit, ſed cum terribiliſſimo ſerpente diabolo,perpertuas pœnas luet.

κατὰ τοῦ ἀντιδίκου ἐπ' ἄρχοντα.

iudicem. & iudex tradat te exactori.& exactor mittat te in carcerem.Dico tibi non exies inde, donec etiam nouiſsimum minutum reddas.

C A P. X I I I.

Derant autem quidam ipſo in tempore nunciātes illi de Galilæis,quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum.Et reſpondens dixit illis:Putatis ꝙ hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt?Non dico vobis,ſed niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimiliter peribitis ſicut illi decem & octo,ſupra quos cecidit turris in Syloa, & occidit eos. Putatis quia & ipſi debitores fuerint, ꝑter omnes homines habitantes in Hieruſalem?Non dico vobis, ſed ſi non pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.
b Dicebat autem & hanc ſimilitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua,& venit quærens fructum in illa,& non inuenit: Dixit autem

C A P. X I I I.

GLOSA. Quia de pœnis peccantium fecerat mentionem, opportune nunciatur quorundam peccantium pœna, ex cuius exemplo etiam aliis peccatoribus pœnam cōminatur. vnde dicitur. {Aderant quidam ipſo in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificiis eorum.} C Y R I L L. Erant enim ſequaces dogmatum Iudæ Galilæi, cuius mentionē Lucas in actibus Apoſtolorum fecit, qui dicebat: non oportet quemquàm vocari dominum. vnde quàmplures eorum, quia Cæſarem non fatebantur dominum, a Pilato puniti ſunt. Dicebant etiam non oportere alias a ſtatutis victimis in lege Moyſi offerre Deo. vnde prohibebant ſtatutas a populo victimas pro ſalute imperatoris, & populi Romani offerre. Pilatus ergo indignatus in Galilæos, iuſſit inter ipſas victimas, quas ritu legis ſe offerre putabant occidi: ita quòd ſanguis offerentium oblatis victimis miſceretur. Credente autem vulgo iuſtiſſime prædictos talia paſſos eſſe, quaſi ſcandala ſeminantes in populo, incitantes principes in odium ſubditorum, narrauerunt hæc Saluatori, volentes percipere quid ei ſuper hoc videretur. Ipſe autem peccatores hos eſſe ponit: non tamen hic aſſerit talia paſſos eſ-

A ſe, tamquàm peiores non patientibus. vnde ſequitur. {Et reſpondens dixit illis, putatis, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerunt, quia talia paſſi ſunt? non dico vobis.} C H R Y S O S T O M V S: Punit enim Deus quoſdam peccatorum, amputans eorum nequitiam, & pœnam illi ſtatuens læuiorem, & plene ſæmouens eos ab aliis, & viuentes in malitia corrigens per horum damnationem. Rurſus alios hic non punit, vt ſi ſibi cauerint pœnitentes, præſentem pœnam effugient, & futurum ſupplicium. Si vero perſeuerauerint, maius patiantur tormentū. T I T V S: Manifeſtat,& hic quia quæcumque ex iudiciis accidunt in reorum ſupplicium, non ſolum iudicantium poteſtate, ſed etiam nutu Dei contingunt. vnde ſiue iuſta conſcientia puniat iudex, ſiue aliud intendens condemnet, commendandum eſt negocium diuinæ cenſuræ. C Y R I L L V S: Remouens ergo populares ab inteſtinis inſidiis occaſione religionis concitatis ſubiungit. {Sed niſi pœnitentiam habueritis,} & niſi ceſſaueritis coſpirare contra principes, quòd nutu diuino non agitis. {Omnes} ſimul, vel ſimiliter peribitis, & veſter ſanguis veſtris victimis coniugentur. C H R Y-
C S O S T O M V S: In hoc autem oſtendit, quòd illos permiſit talia pati, vt viuentes alienis periculis territi fierent regni hæredes. Quid igitur dices vt melior ego fiam? ille punitur: non ideo, ſed punitur quidem propter propria crimina. Fit vero ex hoc videntibus ſalutis materia. B E D A. Sed quia pœnitentiam non habuerunt, quadrageſimo dominicæ paſſionis anno venientes Romani, quos deſignabat Pilatus ad eorum gentes pertinens, & incipientes a Galilæa, vnde dominica prædicatio cœperat, radicitus impiam gentem deleuerunt, & non ſolum atria templi, quo ſacrificia deferri conſueuerant, ſed interiora domus humano ſanguine fœdarunt. C H R Y S O S T O M V S: Iterum autem alii decem & octo obruti fuerant, a quadam turre, de quibus eadem ſubdit, dicens. {Sicut illi decem & octo, ſuper quos cecidit turris in Syloa, & occidit eos, putatis quia & ipſi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Hieruſalem: non
D dico vobis. Non enim hic omnes punit, dans aliis inducias pœnitendi. nec tamen cunctos futuræ punitioni reſeruat, ne plures prouidentiam abnegarent. T I T V S. Vna autem turris comparatur toti ciuitati, vt pars totum perterreat. vnde ſubditur. Sed ſi non pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. quaſi dicat. Tota ciuitas paulopoſt occupabitur,ſi perſeuerauerint indigenę in infidelitate. A M B R O S I V S. Myſtice autem in illis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum figura quædam videtur, eos tangens,qui coactu diabolico non pure offerunt ſacrificium, quorum oratio eſt in peccatum, ſicut de Iuda ſcriptum eſt, qui proditionem ſanguinis domini inter ſacrificia poſitus cogitabat. B E D A. Pilatus enim qui interpretatur os malleatoris, diabolum ſignificat, ſemper cedere paratum. ſanguis peccatum, ſacrificia bonas actiones exprimunt: Pilatus ergo ſanguinem Galilæorum cum
E ſacrificiis eorum miſcet, quando diabolus eleæmoſynam & cætera bona fidelium, vel carnis delectatione vel humanæ laudis ambitione,vel qualibet alia peſte commaculat. illi etiam Hieroſolymitę a ruina turris oppreſſi, ſignificant Iudæos qui pœnitere noluerunt cum mœnibus ſuis eſſe perituros. Non fruſtra decem & octo, qui numerus apud Græcos ex ι, & η. hoc eſt eiſdem literis, quibus nomen Ieſu incipit exprimitur. Significat enim Iudæos hinc maxime perituros,quòd nomen Saluatoris recipere noluerunt,illa turris ſignificat illum, qui eſt turris fortitudinis, quæ merito eſt in Siloa,quæ interpretatur miſſus,ſignificat enim eum qui miſſus a patre,venit in mundum,qui omnes, ſuper quos cecidit conteret.

b ¶ T I T V S: Iactabant ſe Iudæi, ex eo quòd decem & octo perierant. ipſi vero omnes remanſerunt illęſi. vnde proponit eis fici parabolam. Dicit enim. {Dicebat autem hanc ſimilitudinem, arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua.} A M B R O S I V S. Vinea dñi Sabaoth erat, quam dedit in rapinam gentium. Apta autem Synagogæ arboris iſtius

Universidad de Deusto Biblioteca

ad cultorē vineæ. Ecce anni tres sunt,ex quo venio quærēs fructū in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiā terram occupat? At ille respondens dixit illi. Domine,dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et siquidem fecerit fructū: sinautem, in futurū succides eā. c Erat autem docens in Synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infir-

comparatio est,quia sicut arbor redundans foliis fluentibus, spem possessoribus suis cassa speratorum prouentum expectatione destituit: ita etiam in Synagoga dum doctores eius operibus infœcundi: verbis tamen velut foliis redundantibus gloriatur, inanis vmbra legis exuberat. Hæc etiam sola arbor ab initio germinat poma pro floribus,& poma decidūt, vt poma succedant: manent tñ aliqua priorum parata, nec decidunt. Etenim primum Synagogæ popul⁹ velut inutilis decidit fructus, vt de pinguedine religionis antiquę nouus ecclesiæ populus emergeret: primi tamen ex Israel grossi maturescentis exēplo pulcherrimorum gratia fructuum cæteris præstiterunt, quibus dicitur: Sedebitis super duodecim thronos. Nonnulli tamen ficum istam non Synagogæ,sed malitiæ,& improbitatis figuram putant:Hi tamē in nullo distant,nisi ꝙ pro specie genus eligunt. BEDA. Ipse aūt dominus Synagogam per Moysen instituit.in carne natus apparuit, & crebrius in Synagoga docens fructum fidei quæsiuit,sed in Pharisæorum mente non inuenit.vnde sequitur.{Et venit fructū quærens in illa,& non inuenit. AMB. Quærebat autem dominus,nō quia fructum ficulneæ deesse nesciret, sed vt ostenderet in figura, quia fructum Synagoga iam habere deberet. Denique ex sequentibus docet non se ante tempus venisse,qui per triennium venit. Sic enim habes.{Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres sunt,ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac,& non inuenio. Venit ad Abrahā,venit ad Moysen,venit ad Mariam.hoc est, venit in signaculo,venit in lege,venit in corpore. aduentum eius ex beneficiis recognoscimus. Alibi purificatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. Circuncisio purificauit, lex sanctificauit, gratia iustificauit:ergo populus Iudæorum neque purificari potuit, quia circuncisionem corporis non animi habuit,neque sanctificari,quia virtutem legis ignorans, carnalia magis ꝙ̄ spūalia sequebatur.neque iustificari, quia delictorum suorum pœnitentiam non gerens,gratiam nesciebat. Merito ergo nullus fructus in Synagoga inuentus est:& ideo iubeť excidi.Sequitur.n.{succide ergo illā, vt quid etiam terram occupat? Bonus autem cultor,& fortassis ille,in quo ecclesiæ fundamentum est præsagiens,alterum ad gentes: se autem ad eos,qui ex circuncisione sunt,esse mittendum.religiose ne excidatur interuenit,fretus vocatione sua,etiam populum Iudæorum per ecclesiam posse saluari.vnde sequitur. At ille respōdens,dixit illi.Domine,dimitte illam,& hoc anno.Cito duritiam superbiamque Iudæorum causas esse sterilitatis agnouit. Itaque venit excolere,qui nouit vitia reprehendere.vnde subdit.{Vsque dum fodiam circa illam.}Pollicetur dura cordis eorum Apostolicis ligonibus esse fodienda,ne radicem sapientiæ,terrarum aceru⁹ obruat,& abscondat.Subdit autem,{& mittam stercora}.i.humilitatis affectum,per quem in euangelium Christi etiam Iudæus fore existimatur fructuosus.vnde subdit.{Et siquidem fecerit fructum.} bene.f.erit.{Sinautem,in futurum succides illā.} BEDA. Quod quidem per Romanos factum est,a quibus gens Iudæa succisa,& a terra promissionis expulsa est. AVG. de Ver.do.vel aliter:Totum arbor ficulnea genus humanum est. Primus enim homo,qui peccauit foliis ficulneæ pudenda velauit: hoc est membra vnde nati sumus. THEO. Sed & quisque nostrum ficus est in vinea Dei,hoc est in ecclesia,vel in hoc mundo plantata. GREG. in Homi.Tertio autem dominus ad ficulneam venit, quia naturā generis humani ante legem,sub lege,sub gratia,expectando,admonendo,visitando requisiuit. Sed tamen tribus annis fructum se nō inuenisse conqueritur,quia quorundam prauorum mentes,nec inspirata lex naturalis corrigit,nec præcepta erudiunt,nec incarnationis eius miracula conuertunt. THEO. Tertio autem natura nostra fructum petita non tribuit,semel quidem cum in Paradiso præuaricati sumus præceptum: secundo cum in lege vitulum conflauerunt:tertio cum Saluatorem renuerunt. Sed in triennium intelligendum est pro tribus ætatibus, puerili, virili, & senili. GREG. In Homil.Sed cum magno timore audiendum est quod dicitur.{Succi.ergo il.vt quid etiam terram occupat? Vnusquisq; enim iuxta modum suum inquantum locum vitæ præsentis tenet,si fructum bonæ operationis non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat,quia in eo loco,in quo ipse est,& aliis operandi occasionem negat. BASI. Proprium enim est diuinæ propiciationis non silenter pœnas infligere,sed præmittere minas re

Serm.31.

Ho.euā.31.

mitatis annis decem & octo, & erat inclinata,nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus,vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus,& confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondēs autē Archisynagogus indignās, quia sabbatis curasset Iesus,dicebat turbæ,Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite & curamini,& non in die

F uocando ad pœnitentiam,sicut Niniuitis fecit,& nunc cultori dicit.{Succide eam.} prouocans quidem ipsum ad curam eius, suscitans vero sterilem animā ad producendos debitos fructus. GRE. Nazan. Igitur nec nos feriamus subito, sed præualeamus misericordia,ne secemus ficū potentē adhuc fructum facere,quā forsitan curabit periti custodis studium. vnde & hic subditur. {Et ille respondens dixit illi, dimitte illam hoc anno,vsq; dum fodiam circa illam. GREG. in Ho. Per cultorē vineæ ꝓpositorū ordo exprimit, ꝗ præsunt ecclesiæ, dñicæ vineæ curā gerūt. THE. Vel paterfamilias De⁹ pr est, cultor vero Chrs ꝗ ficū amputari vt sterilē non ꝑmittit, quasi ad patrē diceret: Si ꝑ legē, & Prophetas fructum pœnitentiæ non dederunt: meis eos irrigabo passionibus & doctrinis,& forsitan dabunt obedientiæ fructum. AVGV. de Ver.domini. Vel colonus,qui intercedit est omnis sanctus, qui intra ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam dicens. {Domine dimitte illam hoc anno.}idest tempore isto sub gratia { vsque dum fodiam circa illam.} Circumfodere est humilitatem, & patientiam docere. Fossa enim est humilis terra: stercus autem, in bono intelige,sordes sunt,sed fructum dant,sordes cultoris dolor est peccatoris. Qui autem agunt pœnitentiam,in sordibus agant & veraciter agant. GREGO. in Homil. Vel peccata carnis stercora vocantur,ex stercore igitur ad fructum reuiuiscit arbor,quia
H de consideratione peccati,ad bona se opera resuscitat animus. Sed sunt plerique qui increpationes audiunt: & tamen ad pœnitentiam redire contemnunt. propter quod subditur: { Et siquidem fecerit fructum. } AVG. de Ver.do. Bene scilicet,erit.{Sinautē, in futurum succides eam.} quando,scilicet in iudicio venies iudicare viuos & mortuos:interim modo parcitur. GRE.in Ho. Qui aūt nunc nō vult ad fœcunditatem pinguescere,per increpationē illic cadit: vnde iam resurgere per pœnitentiam non valet.

c ¶ AMBRO. Cito quod de Synagoga dixerat indicauit, ad ipsam vtique arborem venisse se monstrat,qui in eadem prædicabat. Vnde dicitur.{Erat autem docens in Synagoga eorum sabbatis.} CHRY. Docet quidem non seorsum, sed in Synagogis secure in nullo dubitans,nec aliquid contra legem Moysi statuens. sabbato autem,quia tunc Iudæi legi vacabant. CYRIL. Ad expugnationem autem corruptionis, & mortis, & inuidiæ diaboli contra nos, prodiit incarnatio verbi. & hic apparet ex ipsis euentibus. Sequitur enim. { Et ecce mulier quæ habebat spiritum
I infirmitatis annis xviij.} Dicit autem spiritum infirmitatis, quia mulier hæc patiebatur atrocitate diaboli,derelicta a Deo propter propria crimina,vel propter transgressionem Adæ, ob quam humana corpora infirmitatem,& mortem incurrerunt. Dat autem super hoc Deus diabolo potestatē, vt homines mole aduersitatis depræssit,velint ad meliora transire. Genus autem infirmitatis ostendit,dcens.{Et erat inclinata,nec omnino poterat sursum respicere.} BASI. Brutorum siquidem caput humi deflexum est: terram cernit. Caput hominis erectum est in cœlum,oculi superna conspiciunt. conuenit enim ei quærere superna, transcendere terrena intuitu. CYRIL. Ostendens aūt dñs aduentum suū in hunc mundū dissolutiuum esse humanarū passionum, mulierē sanauit. vnde sequitur. Quam cū vidisset Iesus, vocauit eā ad se, & ait illi. Mulier,dimissa es ab infirmitate tua.}Vox aptissima Deo, plena maiestate superna. Fugat enim morbum imperatorio mo-
K tu,qui etiam manus illi imponit. Sequitur enim. {Imposuit illi manus & confestim erecta est, & glorificabat Deum} in quo oportet perpendere sacram carnem induisse virtutem diuinam. Erat.n. ipsius Dei caro:non autem alicuius alterius. quasi separatim existente filio hominis a filio Dei,sicut falso aliquibus visum est. Sed ingratæ Synagogæ præsul,postꝗ̄ vidit fœminam humi repentem solo tactu erectam,& diuina referentem magnalia,ardens dñi gloria irretitur inuidia,arguitque miraculum quasi videretur solicitari pro sabbato. vnde sequitur.{Respondens autem Archisynagogus indignans,quia sabbato curasset hominem Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt,in quibus oportet operari: in his venite, & curamini,& non in die sabbati. Hortatur cæteris diebus dispersos & propriis vacantes operibus, nō sabbato videre & mirari prodigia dñi: ne forte credāt sed dic: lex prohibuit ab ope manuali die sabbati abstinere: nūquid ab eo, quod verbo & ore fit? Cesses ergo comedere,& potare,ac loqui,& psallere in sabbato. Et si nec legem

Orōne in sctm̄ lauacrum.

Serm.31.

Serm.31.

sabbati. Respondit autem ad illum dominus & dixit. Hypocritæ, vnusquisque vestrum in sabbato nō soluit bouem suum, aut asinum a præsepio & ducit adaquare? Hāc autem filiā Abrahæ quam alligauit sathanas ecce decem & octo annis: non oportuit solui a uinculo isto die sabbati?

legem legis, cur tibi sabbatum? Cæterum,si manuale opus lex prohibuit, quomodo manuale opus est fœminam verbo erigere? AMBR. Deniq; & deus ab operibus mundi quieuit, nō ab operibus quib⁹ sempiterna & iugis operatio est,sicut filius ait. Pater meus vsque modo operatur,& ego operor,vt ad similitudinem dei sæcularia nostra opera nō religiosa cessarent. vnde dominus specialiter ei respondit. Sequitur enim:{Respondit autem ad illum dominus, & dixit Hypocritę,vnusquisque vestrū in sabbatho non soluit bouem suum, aut asinum a præsepio, & ducit adaquare?} BASIL. Hypocrita est qui in theatro assumit alienā personā, sic & in vita præsenti quidam alia gerunt in corde, & alia superficialiter ostendūt hominibus. CHRY. Bene igitur dicit Hypocritam principē synagogæ,quia faciem habebat legis cultoris. Mens vero eius erat versuti & inuidi,non enim turbatur propter sabbathū,quia violatur,sed propter Christum, quia glorificatur. Tu tamen attende, quòd vbi quidem opus fieri iussit: sicut cum paralytico iussit grabatum tollere transtulit sermonem ad maius,conuincens eos per dignitatem patris cum dicit. Pater meus vsque modo operatur,& ego operor. hic autem vbi totum faciēs verbo, nihil aliud adijcit ex his quæ ipsi faciebant, calumniam soluit. CYRIL. Arguitur autem Archisynagogus vt hypocrita, dum bruta quidem adaquat in sabbato, mulierem vero non magis genere,quàm fide filiā Abrahæ nō dignam putat solui ab ægritudinis vinculo. vnde subdit. {Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit sathanas, ecce 18. annis non oportuit solui a vinculo isto die sabbathi? } Malebat siquidem mulierem tamquam quadrupedia cernere terram: quàm hominum staturam recipere, dummodo Christus non magnificaretur. Non autem erat eis quid responderent,sed ipsi sibiipsis erant irrefragabilis reprehensio, vnde sequitur. { Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, } sed populus quasi commoda ex miraculis consequens lætabatur de signis. vnde sequitur. { Et omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. } Nam claritas operum omnem quæstionem soluebat apud eos,qui non quærebant mētibus peruersis. GRAE. in ho. Mystice autem hoc significat ficulnea infructuosa,quod mulier inclinata. humana enim natura ad peccatum ex volūtate corruens,quia fructum obedientiæ ferre noluit, statum rectitudinis amisit, & hoc significat ficulnea reseruata, quod mulier erecta. AMBR. Vel ficus synagogam figurat. Denique in muliere infirma quasi ecclesiæ figura succedit,quæ cum mensuram legis & resurrectionis impleuerit,in illa quiete perpetua in sublime erecta, fastigium inclinationē nostræ infirmitatis sentire non potuit,nec aliter curari potuisset hæc mulier:nisi quia legem impleuit & gratiam, nam in decem verbis legis perfectio est, in octauo numero resurrectionis plenitudo. GRAEG. in Home. Vel aliter. Sexto die homo factus est: atque eodem sexto die opera cuncta domini perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonū ductus, 18. facit, quia ergo homo, qui sexto die factus est: perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratiæ infirmus extitit, 18. annis curua fuit. AVGVST. de Ver.domini. Quod ergo significauit triennium in arbore, hoc 18. anni in illa muliere, quia ter seni. 18. faciunt. Curua autem erat, sursum aspicere non poterat, quia sursum corda sine causa audiebat. GRAEG. in Hom. Omnis enim peccator terrena cogitans, cœlestia non requirens sursum respicere non valet, quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis suæ rectitudine curuatur, & hoc semper videt & sine intermissione cogitat. Vocauit eam dominus,& erexit: quia illuminauit & audiuit. Vocat enim quandoque,sed non erigit, quia plerumque videmus quæ agenda sunt,sed opera non implemus, vsitata enim culpa obligat mentē: vt nequaquàm surgere possit ad rectitudinē. Conatur & labitur, quia vbi diu sponte perstitit, ibi cum noluerit cadit. AMBR. Opus autem sabbathi signum futuri est, quòd vnusquisque perfunctus lege & gratia, per misericordiam dei corpore fragilitatis molestijs exuetur. Cur autem aliud animal iudicauit,nisi vt ostēderet futurū: vt iudaicus & gentilis populus,sitim corporis ęstusque mundi huius dominici fontis vbertate deponat?& sic per euocationem duorum populorum ecclesiam saluā futurā. BEDA. Filia autem Abrahæ est anima quæcumque fidelis: vel ecclesia de vtroque populo ad fidei vnitatem collecta. Idem ergo mystice est bouem vel asinum solutum a præsepio potum duci,quod est filiam Abrahæ a vinculo nostræ inclinationis erigi.

Et cum hæc diceret erubescebāt omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.
d Dicebat ergo, Cui simile est regnum dei, & cui simile æstimabo illud? Simile est grano synapis, quod acceptum homo, misit in hortum suum & creuit, & fa-

A d ¶ GLO. Erubescentibus aduersarijs & populo gaudēte de his quæ gloriose fiebant a Christo, profectū euangelij consequenter sub quibusdam similitudinibus manifestat. vnde dicitur. {Dicebat ergo: Cui simile est regnum dei:& cui simile æstimabo illud? simile est grano synapis. AMBR. Alio loco granum synapis legitur vbi cōfertur: ergo si regnum cœlorum, sicut granum synapis est,& fides sicut granum synapis,fides est vtique regnum cęlorū, quod intra nos est. Granū quidem synapis res ē vilis & simplex, si teri cœperit, vim suam fundit. Et fides simplex primo videtur,sed si atteratur aduersis: gratiam suę virtutis effundit. Grana synapis martyres sunt. habebant odorem fidei,sed latebat. Venit persecutio, contriti sunt gladio, per totius mundi terminos grana sui sparsere martyrij. Ipse etiā dominus granū est synapis. Teri voluit,vt diceremus, Christi bonus odor sumus,seminari voluit velut granum synapis, quod acceptum homo misit in hortum suum. In horto enim Christus captus & sepultus est. vbi etiam resurrexit & factus est arbor. vnde sequitur: {Et factum est in arborem magnā.} Dominus enim noster granum est cum sepelitur in terra, arbor cum eleuatur in cœlum. Est etiam arbor mundum obumbrans, vnde sequitur: {Et requieuerunt volu.cœlo in ramis eius.} Potestates cœlorū & quicumque spiritualibus factis euolare meruerūt. Ramus est Petrus. Ramus est Paulus, in quorum synus & quosdam disputationum recessus,qui eramus lōge assumptis virtutū remigijs aduolamus.
C ergo semina in horto tuo Christum, hortus vtique locus est plenus florum in quo gratiam tui operis effloreat:& multiplex odor variæ virtutis exalet. Ibi ergo Christus: vbi fructus est seminis. CYR. Vel aliter: Regnū dei est euāgelium ꝑ quod acquirimus posse regnare cū Christo: sicut igitur synapis semē superatur quidem quantitate a seminibus olerum aliorum. Crescit autē adeo vt plurium fiat vmbraculum auium, sic & saluatoris doctrina pœnes paucos erat in principio, sed postea recepit augumentum. BEDA. Homo autem Christus est, hortus est ecclesia: eius disciplinis colenda, qui bene dicitur granum accepisse, quia dona quæ nobis cum patre tribuit ex diuinitate, nobiscum accipit ex humanitate. Creuit autem euangelij prædicatio cunctum dissemi nata per orbem. Crescit & in mente cuiusque credentis: quia nemo repente fit perfectus. Crescendo autem non herbarum quæ velociter arescunt, sed arborum instar exurgit: Rami huius arboris dogmatum sunt diuersitates, in quib⁹ animæ castæ virtutū pen-
D nis ad superna tendentes nidificant & requiescunt. THE. Vel homo quilibet granum synapis, idest euangelicum sermonem accipiens,& in horto animæ suæ serens arborem magnam facit vt & ramos producat,& cœli volatilia, idest qui terrenis supereminent in ramis prædicationis, idest in expansis considerationibus requiescunt. Paulus enim quasi granum modicum accepit Ananiæ rudimentum, sed plantans illud in viridario suo, produxit multas & bonas doctrinas in quibus habitant, qui sunt intellectu excelsi, puta Dionysius Hierothæus & alij quàm plures. Deinde simile dicit fermento regnum dei. Sequitur enim. {Et iterum dixit: Cui simile æstimabo illud? simile est fermento. AMBR. Plerisque fermentum Christum putant: quia fermentum ex farina virtute non specie generi suo præstat, sic & Christus patribus æqualis corpore sed dignitate incomparabilis præeminebat. igitur sancta ecclesia typum mulieris figurat. de qua subditur: {Quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fer-
E mentaretur totum. BEDA. Satum est genus mensuræ iuxta morem prouinciæ Palestinæ: vnū & dimidium modium capiens. AMBR. Farina huius mulieris nos sumus: quæ dominū Iesum in interioribus nostræ mentis abscondit, donec nostra secreta penetralia calor sapientiæ cœlestis obducat. Et quia in tribus mensuris absconditum dicit esse fermentum, congrue visum est vt dei filium crederemus abscōditum in lege, ac opertum in prophetis, euangelicis prędicationibus adimpletum: me tamen sequi iuuat quòd ipse dominus docuit: fermentum esse spiritualem doctrinā ecclesiæ. Ecclesia autem renatum hominem in corpore & anima & spiritu fermēto spirituali sanctificat. cum tria hęc pari quadam cupiditatum lance consentiunt: & æqualis aspirat concordia voluptatum. Itaque si in hac vita tres mensuræ in eodem manserint, donec fermententur & fiant vnum: erit in futurum diligentibus Christum incorrupta communio. THEO. Vel pro fęmina intelligas animam: tria vero sata trinam partem eius: rationabilem, irascibilem & concupiscibilem. Si igitur aliquis in hac trina parte

parte condiderit verbum dei: faciet hoc totum spirituale, vt nec rationale peccet in documentis, nec ira aut cõcupiscentia enormiter ferantur: sed conformentur verbo dei. AVGVS. de Ver. do. Vel tria sata farinæ: genus humanum est: quod de tribus Noe filijs est reparatum. Mulier quæ abscondit fermentum, dei sapientia est. EVSE. Vel aliter. Fermentum domin⁹ nominat spiritum sanctum, quasi virtutem procedentem ex semine, idest Verbo dei. Tria autẽ sata farinæ, significãt notitiam patris & filij, & spiritumsancti, quam mulier, idest diuina sapiẽtia & spiritussanctus largitur. BEDA. Vel fermẽtum dilectionem dicit, quæ feruere facit, & excitat mentem. Abscondit ergo mulier, idest ecclesia, fermentum dilectionis in sata tria: quia præcepit, vt diligamus deum ex toto corde: ex tota anima, & ex tota virtute. Et hoc donec fermentetur totum, idest, donec charitas totam mentem in sui perfectione commuter, quod hic inchoatur: sed in futurum perficietur.

e GLO. Præmissis similitudinibus de multiplicatione euangelicæ doctrinæ, eius diffusioni vbique prædicando intendit. vnde dicitur: {Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens in Hieru.} THEO. Non enim sola parua loca visitabat, sicut faciunt qui H simplices vallere volunt. neque solas ciuitates vt ostentatores faciunt: & gloriam quærentes, sed sicut communis dominus & pater omnibus prouidens omnia circuibat. Non autem visitabat municipia, vitans Hierusalem, ac si timeret legisperitorum reprehensiones, aut mortem, quæ poterat inde contingere. vnde subdit: {Et iter faciens in Hierusalem.} Nam vbi plures erant ægroti, ibi se medicus magis ingerebat. Sequitur: {Ait autem quidam illi, domine si pauci sunt qui saluantur?} GLO. Quæ quidem quæstio ad hoc pertinere videtur, de quo supra agebatur. nam in præmissa similitudine dixerat: quòd requieuerunt volucres cæli in ramis eius, per quod intelligi potest multos esse qui salutis requiem consequerentur. Et quia ille vnus pro omnibus quæsierat: dominus non singulariter ei respondet. vnde sequitur. {Ipse autem dixit ad illos: Contendite intra. per angust. port.} BASI. Sicut enim in via terrena exitus a recto multam latitudinem habet; sic qui egreditur a tramite ducente ad regnum cælorum, in multa latitudine erroris reperitur. Rectum autem iter est angustum qualibet declinatione periculosa existente: tue dextrorsum siue siniſtrorsum, sicut in ponte a quo vtrinque diuertens flumini immergitur. CYRIL. Angusta etiam porta erumnam & patientiam sanctorum significat. Sicut enim pugnarum victoria attestatur militis strenuitati, sic præclarum efficiet valida perpensio laborum & tentationum. CHRYS. Quid est ergo quod dominus alibi dicit. Iugum meum suaue est, & onus meum læue? Non quidem contradicit, sed hoc dictum est propter tentationum naturã, illud vero propter affectum transeuntium. Est enim molestum aliquid naturę facile reputari, quando id affectanter amplectimur. Si etiã via salutis angusta erit in introitu: tamen per eam peruenitur ad latitudinem, econtrario vero lata deducit ad interitum. GRAEG. 11.mo. Dicturus autem angustę portę introitum premisit, contendite, quia nisi mentis contentio fuerit, vnda mundi non vincitur, per quam anima semper ad ima K reuocatur. CYRIL. Non videtur autem dominus satisfacere quærenti vtrum pauci sint qui saluentur: dum declarat viam per quam quisque potest fieri iustus. Sed dicendum: quòd mos erat saluatoris non respondere interrogantibus ſm q̃ eis videbatur quoties inutilia quærebant, sed respiciendo quod vtile audientibus foret: Quid autem commodi perueniret audientibus scire an multi sint qui saluentur, an pauci? Necessarium autem magis erat scire modum quo aliquis peruenit ad salutem. Dispensatiue ergo ad quæstionis vaniloquium nihil dicit, sed transfert suum sermonem ad rem magis necessariam. AVG. de Ver. Serm.32. Dom. Vel aliter: Confirmauit dominus quod audiuit, scilicet, q̃ pauci sunt qui saluantur, quia per angustam portam pauci intrãt. Alio autem loco hoc idem ipse ait: Arcta est via quæ ducit ad vitã, & pauci sunt qui ingrediuntur per illam. vnde subdit. {Quia mul.di.vo. quærunt intrare.} BEDA. Salutis amore prouocati. {Et non poterunt:} itineris asperitate deterriti. BASI. Vacillat enim anima, quandoquidem considerat æterna eligendo virturem, quando præsentia respicit præferendo illecebras. hic intuetur ocia carnis, illic subiectionem ipsius. hic ebrietatem, illic sobrietatem, hic dissolutos risus, illic copiã lachrymarum. hic cho Serm.32. reas: illic orationes. hic fistulas, illic fletus. hic luxuriam, illic castimoniam. AVG. de Ver. Domi. Non autem cõtrarius sibi est dominus qui dixit, quòd pauci sunt qui intrãt per angustam portam; Et alibi dicit. Multi ab Oriente, & Occidente venient. pauci sunt in comparatione perditorum, multi in societate angelorum. Vix videntur grana quando area trituratur, sed tanta massa processura est de area hac, vt impleat horreum cæli. CYR. Quod autem detestabiles sint, qui intrare non possunt per euidens exemplum declarauit subdens: {Cum autem intra. paterfa. & clau. ostium: incipietis fo. sta. & pulsare ostium dicentes. Domine aperi nobis.} Sicut si paterfamilias, qui multos ad conuiuium vocauit, ingresso cum conuiuis, & ostio reclusо postmodum pulsantes aduenant. BEDA. Est autem paterfamilias Christus: qui cum vbique ex diuinitate sit, illis iam intus esse dicitur, quos in cælo præsens sua visione lætificat, sed quasi foris est his quos in hac peregrinatione certantes occultus adiuuat. Intrabit vero, cum totam ecclesiam ad sui contemplationem perducet. Claudet ostium: cum reprobis locum pœnitentiæ toller, qui foris stantes pulsabunt, idest a iustis segregati, misericordiam quam contempserunt frustra implorabunt. vnde sequitur. {Et respondens dicet vobis, nescio vos vnde sitis. GRAE. 2. Mor. Nescire dei improbare est: sicut & nescire mentiri. Vir verax dicitur qui labi per mendacium dedignatur, non quòd si mentiri velit nesciat, sed quòd falsa loqui veritatis amore contemnat. Veritatis igitur lumen tenebras quas reprobat ignorat. Sequitur: {Tunc incipietis dicere, manducauimus coram te: & bibimus, & in plateis nostris docuisti.} CYRIL. Hoc Israelitis conuenit, qui secundum ritum legis offerentes deo victimas edebant & gaudebant. Audiebant quoque in synagogis libros Moysi, qui in suis scriptis non quæ sua sunt, sed quæ dei, tradebat. THEO. Vel simpliciter ad Israelitas dicitur: eo quòd ex eis Christus secundum carnem natus est, & cum eo comedebãt & bibebant, & eum prædicantem audiebant. Sed & Christianis hæc congruent. nos enim comedimus corpus Christi, & bibimus sanguinem eius quotidie, ad mensam mysticam accedentes, docet quę in plateis animarum nostrarum. BEDA. Vel mystice manducat coram domino & bibit, qui verbi pabulum auide suscipit. vnde quasi exponendo subditur. {In plateis nostris docuisti.} Scriptura enim in obscurioribus cibus est, quia quasi exponendo frangitur, & manducando glutitur. potus est in apertioribus: vbi ita forbetur sicut inuenitur. Non autem festiuitatum epulatio iuuat: quem fidei pietas non commendat, non scientia scripturarum notum deo facit, quem operum iniquitas indignum ostendit. vnde subditur. {Et dicet vobis, nescio vos vnde sitis. Discedite a me operarij iniquitatis. BASI. Illis forsitan loquitur, quos deserit Apostolus in propria persona dicens. Si linguis hominum loquar & angelorum, & habeam omnem scientiam, & distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quod enim non sit diuini amoris incuitu, sed ad acquirendam ab hominibus laudem, non inuenit laudem apud deum. THEO. Attende etiam, q̃ detestabiles sunt illi, in quorum plateis dominus docet. vnde si docentem eum audierimus, nõ in plateis sed in angustijs & humilibus cordibus, non erimus detestabiles. BEDA. Duplex autem ostenditur gehennæ pœna, scilicet frigoris & feruoris, vnde sequitur. {Ibi erit fletus & stridor dentium.} Fletus enim de ardore: stridor dentium de frigore solet excitari. Vel stridor dentium prodit indignantis affectum, quòd qui sero pœnitet, sero sibi irascatur. GLOSA. Vel stridebunt dentes qui hic de edacitate gaudebant, flebunt oculi qui hic per concupiscentias vagabantur. Per vtrumque autem veram impiorum resurrectionem designat. THEO. Pertinet etiam hoc ad Israelitas, cum quibus loquebatur, qui ex hoc maxime percelluntur, quòd gentiles cum patribus requiescunt, ipsi vero excluduntur, vnde addidit. {Cum videritis Abrahã, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. & venient ab Oriente, & Occidente, & ab Aquilone, & Austro, & accumbent in regno dei. EVSEB. Prædicti enim patres ante tempora legis, secundum euangelicam formam errorem multorum deorum derelinquentes, assumpserunt sublimis dei notitia, quibus pares facti sunt multi gentilium, ob similem vitam. filij autem eorum alienationę sũt passi ab euangelica disciplina. vnde sequitur. {Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi, & sunt primi, qui erãt nouissimi.} CYRIL. Iudæis enim, qui primum locum tenebant præ latæ sunt gentes. THEOPH. Nos autem vt videtur, primi sumus, qui ab ipsis cunabulis rudimenta accepimus: & forsitan erimus nouissimi respectu gentilium, qui circa finem vitæ crediderunt. BEDA. Multi etiam prius feruentes, postea torpent, multi prius frigidi subito inardescunt, multi in sæculo despecti, in futuro sunt glorificandi. Alij apud homines gloriosi in fine sunt damnandi.

f ¶ CYRIL. Prædicti domini verba, phariſæorum animos prouocauerunt ad iram: videbant enim populos iam contritos fidem eius arripere, itaque quasi perdentes officium populis præsidendi, & deficientes in lucro simulantes se eum diligere, suadent illi vt inde discederet. vnde dicitur. {In ipsa die accesserunt quidam phariſæorum dicentes illi. Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.} Et ait illis. Ite, & dicite vulpi illi. BEDA. Propter dolos & insidias Herodem vulpem appellat, quod plenum fraudis est animal, infouea propter insidias latens, odore fetens, numquam rectis itineribus incedens, quæ omnia hæreticis conueniunt, quorum typum hærodes tenet, qui Christum, idest, humilitatem Christianæ fidei in credentibus conantur extinguere. CYRIL. Vel aliter, videtur hic sermo mutatus esse & non spectare ad personam Herodis, vt aliqui putauerunt, sed magis ad phariſaicas fictiones, pene enim ipsum phariſeum ostendit prope manentem dum dixit. {Ite, & dicite vulpi huic,} sicut in græco habetur, vnde hoc præcepit dicendum, quod poterat vrgere phariſæorum turbam. {Ecce inquit ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, tertia die consumor.} Hoc se promittit operaturum quod Iudæis displicebat, scilicet, q̃ immundis imperaret spiritibus, & erigeret a morbis infirmantes, vsque dum propria sponte sustineret crucis patibulum. Quia vero phariſæi credebant quòd manum trepidaret Herodis, qui dominus erat virtutum, hoc excludit dicens: {Verumtamen oportet me hodie & cras, & sequenti die am bulare.} Quod dicit. {Oportet:} nequaquam sibi necessitatem ingruentem ostendit, sed magis arbitrio propriæ voluntatis pergere quo volebat: quousque finem venerandæ crucis subiret, cuius iam Christus imminere tempus ostendit, cum dixit: {Hodie & cras.} THEO. Ac si dicat, Quid de morte mea cogitatis? ecce fiet post modicum. Quod autem dicitur. {Hodie & cras.} Hoc multos dies significat: sicut & nos in communi sermone soliti sumus dicere. {Hodie & cras,} sit hoc quod fiat in tanta distantia temporis. Et vt euangelicum sermonem euidentius exponatmus, non intelligas quòd oportet me hodie & cras ambulare, sed si stas hodie & cras deinde subiũgas, & sequẽti die ambulare, sicut & pluries numerando consueuimus dicere, die Dominica, & secunda feria & tertia egrediar. q. computando duas, & tertia denotetur, sic & dominus quasi computando dicit: Oportet me hodie & cras, & postea tertio die ire Hierusalem. AVGVS. de Con. Euan. Vel mystice ab illo hæc dicta intelligũtur, vt referantur ad corpus eius quod est ecclesia. Expelluntur enim dæmonia cum relictis illis superstitionibus, credunt in eum gentes & perficiuntur sanitates cum secundum præcepta eius posteaquam fuerit diabolo & huic sæculo renunciatum vsque in finem resurrectionis, qua tamquam tertia consummabitur, hoc est, ad plenitudinem angelicam per corporis etiam immortalitatem perficietur ecclesia. THEO. Sed quia illi dicebant ei: {Exeas hinc, quia Herodes te quærit occidere in Galilea, sed in Hierusalem præordinatum fuerat ei pati. vnde sequitur: {Quia non capit prophetam perire extra Hierusalem.} Cum audis. {Non capit, idest, non decet extra Hierusalem prophetam interimi, non putes vim coactuam Iudæis inductã, sed quantum ad eorum affectum sanguinis auidum conuenienter hoc dicit: velut siquis prædone atrocissimum videns dicat. Non oportet hanc viam in qua prædo insidiatur viatoribꝰ, immunem esse a sanguine: sic & nõ oportebat alibi quam vbi morabantur prædones perire dominum prophetarum, nam & fuerit prophetarum sanguinibus occidẽt & dominum. vnde sequitur. {Hierusalem Hierusalem, quæ occidit prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te.} BEDA. Hierusalem non saxa & ædificia ciuitatis, sed habitatores vocat, quam patris plangit affectu. CHRY. Geminatio enim verbis miserantis est aut nimium diligentis, nam tamquam ad amicam negligentem amatorem & ideo puniendam dominus loquitur. GRAECVS. Sed & nominis geminatio vehementem reprehensionem ostendit. nam quæ nouit deum, quomodo dei ministros persequitur? CYRIL. Quòd autem essent immemores diuinorum bonorum ostendit subdens. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti. Manuduxit eos per sapientissimum Moysen, monuit per prophetas, voluit sub alis, idest sub regmine suæ virtutis illos habere, at illi caruerunt tam desiderabilibus bonis ingrati existentes. AVGVS. in Ench. Dicit autem: Ego volui & tu noluisti, q.d. Illud aggregaui mea voluntate semper efficace, te nolente feci, quia ingrata semper fuisti. BEDA. Pulchre autem qui Herodem de sua nece tractantem vulpem vocauerat, seipsum aui cõparat, quia vulpes fraudulenter semper auibus insidias intendit. BASIL. Filios etiam Hierusalem pullis in nido comparauit, ac si dicat, aues quæ in altum consueuerunt volare exceptæ sunt a nocumentis insidiantium, tu tamen eris vt pullus egens alieno suffragio. Matre igitur auolante auferẽris a nido, quasi impotens ad tutelam, & debilis ad fugam, vnde sequitur. {Ecce relin, do. ve. deserta.} BEDA. Ipsam ciuitatem quam nidum vocauerat, etiam nunc domum Iudæorum appellat. Occiso enim domino venerunt Romani, & quasi nidum vacuum diripientes, tulerunt eorum locum gentem & regnum. THEO Vel {Domus vestra,} idest templum, ac si dicat, quamdiu virtus erat in vobis, templum erat meum, sed postquam fecistis ipsum spelũcam latronum, non est de certo domus mea, sed vestra. Vel {Domum} dicit totam gentem Iudæorum, iuxta illud: Domus Iacob benedicite domino, per quod ostendit, quòd ipse erat qui gubernabat eos, & eripiebat ab hostium manibus. Sequitur: {Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat, cum dicetis. Benedictus qui ve. in no. do. AVGVS. de Con. Euan. Huic narrationi Luce nõ videtur aduersari, quod turbæ dixerunt: Veniente domino in Hierusalẽ, benedictus q venit in nomine domini, quia nondum illuc venerat, & nondũ dictum erat. CYRIL. Discesserat enim dominus a Hierosolymis, tamquam indignos existentes sui præsentia deserens, deinde multis miraculis factis, rursum Hierosolymam redit, vbi ei turba occurrit dicens. Osanna filio Dauid. {Benedictus qui ve. in no. do.} AVGVS. de Cõ. Eua. Sed quia non dicit Lucas quo inde tunc accessit dominus, vt non veniret nisi eo tempore quo iam illud diceretur. perseuerat quippe in itinere suo donec veniat Hierusalem. de illo suo aduentu, quo in claritate venturus est, hoc significat. THEO. Tunc enim & inuiti cõfitebuntur eum saluatorem & dominum, quando nullus erit eis inde profectus. Dicens autem. {Non videbitis me donec veniat, &c.} nõ significat illam horam, sed tempus crucis. q.d. postquam crucifixeritis me, non amplius videbitis me, donec iterum veniam. AVGVS. de Con. Euan. Intelligendus est ergo Lucas velle præoccupasse antequam eius narratio dominum perduceret Hierusalem, aut eidem ciuitati iam appropinquãtem talia respondisse monentibus vt cauerет Herodẽ, qualia Mattheus dicit esse locutum cum iam peruenisset Hierusalem. BEDA. Vel dicit, non me videbitis. q.d. nisi pœnitentiam egeritis, & cõfessi fueritis me filium omnipotentis patris, in secundo aduentu faciem meam non videbitis.

Lib.2.c.75.

Lib.2.c.75.

Matth. 23.

CAP. XIIII.

CYRIL. Quàmuis dominus malitiam phariſæorum cognoſceret, tamen eorum fiebat conuiua vt prodeſſet præſentibus per verba & miracula. vnde ſubditur. {Et factũ eſt cum intra. in do. cu. princip. phar. ſab. mand. pan, & ipſi obſeru. eum.} ſi ſcilicet, reuerentia legis contemneret. & an quicquam prohibitorum faceret in die ſabbati. Itaque hydropico veniente in medium, interrogatione reprehendit inſolentiam phariſæorum, eum arguere volentium. vnde dicitur. {Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus dixit ad legiſperitos, & phariſæos, ſi licet ſabbato curare?} BEDA. Quod dicitur reſpondiſſe Ieſus, ad hoc reſpicit quod præmiſſum eſt. {Et ipſi obſeruabant eum.} Dominus enim nouit cogitationes hominum. THEO. In ſua autem interrogatione detidet eos ſicut amentes, Deo enim benedicente ſabbatum, ipſi prohibẽt operari bona in eo. dies autem quæ bonorum operam non admittit, maledicta eſt. BEDA. Sed merito interrogati tacent, quia contra ſe dictum, quicquid dixerit, vident. Nam ſi licet ſabbato curare, quare ſaluatorem an curet obſeruant? ſi non licet, quare ipſo ſabbato pecora curant? vnde ſequitur. {At illi tacuerunt.} CYRIL. Neglectis igitur Iudæorum inſidijs, liberat a morbo hydropicum, qui metu phariſæorum remedia non poſtulabat propter ſabbatum, ſed ſolum aſtabat, vt ex aſpectu miſertus eius ſaluaret eum. Quod dominus cognoſcens, nõ poſtulat ab eo ſi vellet ſaluus fieri, ſed protinus eum ſanauit. vnde ſequitur. {Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit. THEO. In quo non hoc proſpexit dominus, ne ſcandalizaret phariſæos, ſed vt benefaciat egenti remedijs, decet enim nos cum magna reſultat vtilitas, non curare ſi ſtulti ſcandalizentur. CYRIL. Sed, quia phariſæi inepte tacuerunt, ſoluit Chriſtus inflexibilem eorum imprudentiam conſiderationibus ſerijs ad hoc ytens. vnde ſequitur. {Et reſpondeus ad illos dixit. Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbati? THEOP. q.d. Si prohibuit lex miſereri in ſabbato, ne curam habeas filij tui periclitantis in ſabbato, ſed quid dico I filij, quando nec bouem præteris ſi periclitantem videris? BED. In quo ſic obſeruatores ſuos phariſæos conuincit, vt eoſdem etiã auaritiæ condemnet, qui in liberatione animalis ſuæ auaritiæ con ſulebant. Quanto ergo magis Chriſtus hominem qui multo melior eſt pecore debuit liberare? AVGVS. de Qu. Euan. Con-
Lib. 2. q. 29. gruenter autem hydropicum animali quod cecidit in puteum cõparauit humore enim laborabat, ſicut illam mulierem quam alligatam dixerat & ipſe ſoluebat, comparauit iumento quod ſoluitur vt ad aquam ducatur. BEDA. Competenti ergo exemplo ſoluit quæſtionem, vt oſtendat eos violare ſabbatum in opere cupiditatis, qui eum violare arguerunt in opere charitatis. vnde ſequitur. {Et non poterant ad hoc reſpondere illi.} Myſtice autem hydropicus comparatur ei quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat. hydropicus enim morbus ab aquoſo humore vocabulum trahit. AVGVST. de Quæſt. Euang. Vel
Lib. 2. q. 29. hydropicum rectè comparamus diuiti auaro, ſicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius ſitit, & iſte quanto eſt copioſior diuitijs quibus non bene vtitur, tanto ardentius talia concupiſcit. GRAEG. 14. Mor. Recte ergo hydropicus ante phariſæum curatur, quia per alterius ægritudinem corporis in altero exprimitur languor ſeu ægritudo cordis & mẽtis. BEDA. Bene autem in exemplo bouem & aſinum nominat, vt vel ſapientes & hebetes, vel vtrumque populum ſignificet, ſcilicet Iudæum iugo legis præſſum, & gentilem nullla ratione domitum, omnes enim a puteo concupiſcentiæ demerſos dominus extrahit.

b ¶ AMBR. Prius curatus eſt hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans animæ grauabat officia, ſpiritus extinguebat ardorem. Deinde docetur humilitas, dum in conuiuio nuptiali appetentia loci ſuperioris arcetur. vnde dicitur. {Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, nõ diſcumbas in primo loco. CYRIL. Proſilire enim prompte ad honores, qui nobis non conueniunt, indicat nos temerarios eſſe, & noſtra facta vituperio replet. vnde ſequitur. {Ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi, da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locũ tenere.} CHRY. Et ſic quod concupiuit, nequaquam obtinuit, ambitioſus honoris, ſed paſſus eſt repulſam & ſatagens qualiter abundat honoribus non honoratur, & quia nihil eſt æquipollens modeſtiæ, auditorem ad oppoſitum ducit. Nõ ſolum prohibet ambire primatum, ſed venari vltima. vnde ſequitur: {Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouiſſimo loco.} GRAEG. Si enim aliquis non vult alijs prælocari, nanciſcitur hoc ex diuina ſententia. vnde ſequitur. {Et cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcende ſuperius.} Hæc dicens, non grauiter obiurgat, ſed læniter iniungit. ſufficit enim monitio apud diſcretos, & ſic pro humilitate aliquis coronatur honore. vnde ſequitur. {Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.} BASIL. In quæſt. plan. qſt. 21. Occupare igitur locum vltimum in conuiuijs iuxta mandatum dominicum conueniens eſt, ſed rurſum in hunc contentioſe irruere reprobatum tamquam interemptorium ordinis & cauſtauium tumultus, & de eo mota contentio æquiparabit vos litigantibus de priuatu. Quapropter ſicut hic dominus dicit expedit conuiuium facienti committere accubitus ordinem, ſic & in patientia nos mutuo ſuſtinebimus honeſte, & ſecundum ordinem omnia perſequentes, non ad apparentiam plurium, nec videbimur humilitatem pertractare per vehementem contradictionẽ, magis autem per humilitatem patientiam obtinebimus. Maius eſt enim ex repugnantia ſuperbiæ indicium quàm ex primo accubitu quando eum cum imperio obtinemus: THEOP. Nemo autem putet præmiſſam Chriſti doctrinam modicam eſſe & indignam culminis dei verbi. non enim pium dices eſſe medicum policitum ſanare podagram, iſtum vero digiti, vel dentis dolorem nolentem curare. Porro quomodo parua paſſio vanę gloriæ, qui verſabat primos perquirentes accubitus. Decebat igitur humilitatis magiſtrum omnem ramum prauæ radicis amputare, ſed & illud conſidera, quia præſto cœna & paſſione primatus coram ſaluatore vexante miſeros opportunitatem habebat monitio. CYRIL. Oſtenſo igitur tam modico exemplo ambitioſorum contemptum, & non ambitioſorum exaltationem, adijcit magnum parũ generalem ſententiam proferens, cum ſubditur. {Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.} Quod dicitur ſecundum diuinum iudicium, non ſecundum humanam conſuetudinem, ſecundum quam plures concupiſcentes honorem conſequuntur, alij vero ſe humiliantes inglorij remanent. THE. Porro non finaliter, nec oĩbus hominibus eſt reuerendus, qui ſe honoribus ingerit, ſed dum a quibuſdam honoratur, alij detrahunt ei, & quandoque etiam ipſi honorantes. BEDA. Sed quoniam hanc admonitionem euangeliſta parabolam vocat, breuiter intruendum quid myſtice ſignificet: quiſquis nuptias Chriſti & eccleſiæ inuitatus adierit: membris eccleſiæ per fidem coniunctus non ſe extollat. q. ſublimior cæteris de meritis gloriando. Dabit enim locũ honoratiori poſt inuitato, cum illorum qui ſe in Chriſto ſecuti ſunt agilitate præitur, & cum rubore nouiſſimum locum tenet, quando de alijs meliora cognoſcens, quicquid de ſua opinione celſum ſentiebat humiliat. Sed recumbit aliquis in nouiſſimo loco, ſecundum illud. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Veniens autem dominus quem humilem inuenerit, amici nomine beatificans aſcendere ſuperius præcipiet. Quicumque enim humiliauerit ſe ſicut paruulus, hic eſt maior in regno cælorum, pulchre autem dicitur. {Tunc erit tibi gloria.} ne nunc quærere incipias quod tibi ſeruatur in ſine. Poteſt etiam & hoc in hac vita intelligi, quia quotidie dominus ſuas nuptias intrat, ſuperbos deſpiciens, & humilibus ſæpe tanta ſui ſpiritus onera præſtans, vt diſcumbẽtium, ideſt fidelium cętus

eos admirando glorificet. Ex concluſione vero generali, quæ ſubditur, manifeſte claret præcedentem domini ſermonem typice intelligendum. Neque enim omnis qui ſe coram hominibus exaltat, humiliatur, aut qui ſe in conſpectu hominum humiliat, exaltatur ab eis, ſed qui ſe de meritis eleuat humiliabitur a domino, & qui ſe de beneficijs humiliat, exaltabit ab eo.

d ¶ THEO. Ex duabus partibus cœna compoſita, ſcilicet ex vocantibus & vocatis, partem vocatorũ ad humilitatẽ iam monuerat, conſequenter vocantem monẽdo remunerat, retrahens eũ ne gratia hominum conuiuaret. vnde dicitur. {Dicebat autem ei, qui ſe inuitauerat. Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos diuites. CHRYS. Multæ cauſæ ſunt quibus amicitiæ fedus contrahitur, & illicitas quidem prætermittimus. Proponemus autem naturales, & morales, naturales quidem puta patris ad filium, fratris ad fratrem, & aliorum huiuſmodi, quod ſignificat dicens. {Neque fratres, neque cognatos.} Morales autem ſunt, puta conuiua factus eſt, aut conuicinus eſt, & quantum ad hos dicit. {Neque vicinos.} BEDA. Fratres igitur, & amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare non quaſi ſolus interdicit, ſed ſicut cætera neceſſitatis humanæ commercia, ad promerenda vitæ cæleſtis præmia, nil valere oſtendit. vnde ſubdit. {Ne forte & ipſi te reinuitent, & fiet tibi retributio.} Non ait. Et fiet tibi peccatum. Cui ſimile eſt, id quod alibi dicit. Et ſi bene feceritis his, qui vobis bene faciunt, quę vobis eſt gratia? Sunt tamen quædam mutua fratrum vicinorumque conuiuia, quæ non ſolum in præſenti retributionem, ſed & damnationem percipiunt in futuro, quæ aut collatio ne omnium celebrantur, aut vicibus ſolent a cõtubernalibus exhiberi, in quibus ad hoc conuenit vt fæda gerantur copia vini: & inciterur libidinis diuerſa voluptas. CHRYS. Non igitur hac ſpecie alijs beneficia conferamus, vt nobis retribuant. Hæc enim frigida eſt intentio, vnde talis amicitia cęlerius euaneſcit. Si vero pauperem vocaueris, deum numquam obliuiſcentem habebis debitorem. vnde ſequitur. {Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos.} Quanto enim minor eſt frater, tanto magis per eum Chriſtus accedit & viſitat. Nam qui magnum ſuſcipit, ſæpe propter vanam gloriam facit, ſed vtilitas plurimum quæritur vt promoueatur per illum. Poſſem quidem plures proponere ob hoc celeberrimos ſanctorum colentes, vt illis mediantibus ampliorem gratiam obtineant principum. Non igitur illos quæramus, qui nobis retribuere poſſunt. Sequitur enim. {Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi.} Non ergo turbemur, cum non recipimus beneficij recompenſationem, ſed cum receperimus, quoniam ſi receperimus, non amplius recipiemus illic, ſed ſi minime retribuat homo, tunc tibi deus retribuet. vnde ſequitur. {Retribuetur enim in reſurrectione iuſtorum.} BED. Etſi omnes reſurgunt, iuſtorum tamen reſurrectio dicitur, quia in hac reſurrectione beatos ſe eſſe non dubitant. Ergo qui pauperes ad conuiuium vocant, in futuro præmia recipient. Qui autem amicos, fratres, & diuites vocat, recepit mercedem ſuam. Sed ſi hoc propter deum facit in exemplum filiorum Iob, ſicut cætera fraternę dilectionis officia, ipſe qui iuſſit remunerat. CHRY. Sed dicis, immundus eſt pauper & ſordidus, laua eum, & fac tecum in menſa ſedere. Si veſtes ſordidas habet, mundum indumentum exhibeas. Chriſtus accedit per eum, & tu friuola loqueris? GRAEG. Niſſenus. Non ergo negligas iacentes quaſi nul lo ſint digni, cogita qui ſint, & præciſitatem eorum inuenies. Saluatoris induerunt imaginem, futurorum bonorum hęredes, regni clauigeri, accuſatores & excuſatores idonei, non loquentes, ſed inſpecti a Iudice. CHRY. Decet ergo eos ſurſum in ſolario ſuſcipere, ſi non placet ſaltem deorſum vbi ſunt ſubiugalia & famuli Chriſtum ſuſcipias, fiat ſaltem pauper edituus. vbi enim eſt eleemoſyna, non audet intrare diabolus, & ſi non ſecum conſedeas, mitte ſaltem eis de menſa fercula. ORIG. Myſtice vero qui vanam gloriam vitat, vocat ad ſpirituale cõuiuium pauperes, ideſt imperitos, vt ditet debiles, hoc eſt læſum conſcientiam habentes, ut ſanat claudos, ideſt declinantes a ratione, vt rectas ſemitas faciant. Cæcos, ideſt qui carent contemplatione veritatis, vt veram lucem videant, quod autem dicitur. {Non poſſunt retribuere tibi, ideſt non nouerunt reſponſum proferre.

d ¶ EVSEB. Docuerat, ſupra dominus præparare conuiuium rependere nequeuntibus, cum ſit recompenſandum in reſurrectione iuſtorum, & ideo quidam intelligens vnum & idem eſſe reſurrectionẽ iuſtorum, & regnũ dei, recompẽſationẽ prędictam commendat. Sequit enim. {Hæc cum audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus dixit illi. Beatus, qui manducabit panem in regno dei. CYRIL. Homo iſte animalis erat, nõ diligenter percipiens ea quæ Chriſtus protulerat, putauit enim corporeas eſſe remunerationes ſanctorũ. AVGVS. de Ver. Serm. 33. domini. Vel quia in longinqua iſte ſuſpirabat, & panis iſte quem deſiderabat, ante illum diſcũbebat. Quis enim eſt panis regni dei, niſi qui dicit, Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi? nolite parare fauces ſed cor. BEDA. Sed quia nonnulli hunc panem fidetenus quaſi adorando percipiunt, dulcedinem vero eius attingere veraciter guſtando faſtidiunt. Subiecta parabola dominus talium torporem cęleſtibus epulis dignum non eſſe redarguit. Sequitur enim. {At ille dixit ei: homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. CYRIL. Homo iſte deus pater eſt, ſecundum quòd imagines ad ſimilitudinem veritatis figurantur. CHRYS. Quoties enim punitiuam ſuam virtutem indicare vult deus, vrſa, pardus, leo, & huiuſmodi nuncupatur, quando vero miſericordiam exprimere vult, dicitur homo. CYRIL. Hic ergo conditor omnium atque gloriæ pater parauit cœnam magnam in Chriſto peractam. In nouiſſimis enim temporibus, & quaſi in occaſu noſtri ſeculi illuxit nobis Dei filius, & mortem pro nobis ſuſtinens, dedit nobis proprium corpus comedere, vnde & agnus in veſpere immolabatur iuxta legem Moſaicam, merito igitur cęna dictum eſt paratum in Chriſto conuiuium. GRAEG. in Hom. vel fecit cœnam magnam: Ho. Euã. 36 quia ſacietatem nobis dulcedinis æternæ præparauit, qui vocauit multos, ſed pauci veniunt, quia non numquam ipſi qui ei per fidem ſubiecti ſunt, æterno eius conuiuio viuendo contradicunt. Hoc autem diſtare inter delicias corporis & cordis ſolet, quòd corporales delitiæ cum non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt, cum vero habitæ eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſacietatem vertunt. At contra, ſpiritales delitiæ cum non habentur, in faſtidio ſunt, cum vero habentur, in deſiderio. Sed ſuperna pietas contemptas illas delitias ad memoriæ noſtræ oculos reuocat, atque vt faſtidium noſtrum repellere debeamus inuitat. vnde ſequitur. {Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent.} CYRIL. Iſte ſeruus qui miſſus eſt, ipſe Chriſtus eſt, qui cum eſſet naturaliter deus & verus Dei filius, exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens. Miſſus eſt autem hora cœnæ, non enim a principio verbum patris noſtram naturam ſuſcepit, ſed in nouiſſimo tempore. Subdit autem. {Quia parata ſunt omnia.} Parauit enim pater in Chriſto bona collata mundo per ipſum peccatorum amotionem, ſpirituſſancti participationem, adoptionis ſplendorem, ad hoc vocauit Chriſtus per euangelica documenta. AVGVS. de Verbis Domini. Vel Serm. 33. aliter. Homo iſte mediator eſt dei & hominis Chriſtus Ieſus. Miſit vt venirẽt inuitati, ideſt per miſſos vocati prophetas, qui olim inuitabant ad Cœnam Chriſti, ſæpe miſſi ſunt ad populũ Iſrael: ſæpe vocauerunt vt ad horam cœnæ venirent. Illi inuitantes ac ceperunt, cœnam repudiarunt, prophetas legerunt, & Chriſtum occiderunt, & tunc nobis cœnam neſcientes parauerunt. Parata iam cœna, ideſt immolato Chriſto, miſſi ſunt Apoſtoli ad quos miſſi fuerant ante prophetæ. GRAEG. in Hom. Per hunc ergo ſeruum qui a patrefamilias ad inuitandum mittitur, prædicatorum ordo ſignificatur, ſæpe autem ſolet euenire, vt perſona potens famulum habeat deſpectum, cumque per eum dominus aliquid mandat, non deſpicitur perſona loquentis ſerui, quia ſeruatur in corde mittẽtis reuerentia dñi. Offert ergo deus quod rogari debuit, non rogare. dare vult quod vix ſperari poterat, & tamen ſimul omnes excuſint. Sequitur enim. {Et cœperunt omnes ſimul excuſare.} Ecce homo diues inuitat, & pauperes occurrere feſtinant, ad Dei inuitamur conuiuium, & nos excuſamus. AVGVS. de Verbis Domini. Tres autem fuerunt excuſationes Serm. 33.

Universidad de Deusto Biblioteca

de quibus subditur: Primus dixit ei. {Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te habe me excusatum.} In villa empta dominatio notatur: ergo superbia castigatur vitium primum, primus enim homo dominari voluit, qui dominium habere noluit. GRAEG. in Hom. Vel per villam terrena substantia designatur.

sare. Primus dixit ei. Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et aliter dixit. Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. G Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt gustabunt cœnam meam.

Exit ergo videre illam, qui sola exteriora cogitat ꝑpter substantiam. AMBR. Sic igitur emeritę militiæ viro contemnédarum stipendiũ præscribitur facultatum, quòd neque ille, qui studijs intentus inferioribus. possessiones sibi terrenas coemit, regnum cæli possit adipisci, cum dominus dicat. Vende omnia tua, & sequere me. Sequit. {Et aliter dixit. Iuga boum emi quinq; & eo probare illa.}

Serm.33. AVGVS. de Verbis Domini. Quique iuga boum sensus carnis huius quinque numerantur. In oculis visus est, in auribus auditus, in naribus odoratus, in faucibus gustus, in omnibus membris tactus. Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilius apparet. Duo sunt oculi, duæ aures, geminæ nares. Ecce tria iuga, & faucibus, idest sensu gustandi geminatio quædam inuenitur, quia nihil gustando sapit nisi lingua & palato tangatur, voluptas carnis, quæ ad tactum pertinet occulte geminatur, est & forinsecus & intrinsecus. Dicuntur autem iuga boum, quia per sensus istos carnis terrena requiruntur, Boues enim terram versantur, homines autem remoti a fide terrenis dediti, nolunt credere aliquid nisi ad quod sensu corporis perueniunt quinque partito. Non inquit ego credo, nisi quod video. Si talia cogitaremus quinque illis iugis boum a cœna impediretur, vt noueritis autem istorum quinque sensuum, non delectationem quæ mulcet, & iugerit voluptatem, sed curiositatem quãdam notatam fuisse. Non ait, quinque iuga boum emi, eo pascere illa, sed eo probare illa. GRAEG. in Hom. Corporales etiam sensus, quia interna comprehendere nequeunt, sed sola exteriora agnoscunt, recte per eos curiositas designatur, quæ dum alienam quærit vitam, discutere super sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Sed notandum, quòd is qui propter villam, & is qui propter probanda iuga boum a cœna sui inuitatoris se excusat, humilitatis verba permiscet. dum enim dicit. {Rogo} & venire contemnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Sequitur. {Alius dixit. Vxorem duxi, & ideo non possum venire.} Serm.33. AVGVST. de Verbis Domini. Ista est voluptas carnis, quæ multos impedit, vtinam foris & non intus. Qui enim dixit. {Vxorem duxi.} carnem amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur, a cœna excusatur. obseruet ne fame interna moriatur. BASIL. Dicit autem. Non possum venire, eo quòd intellectus humanus vergẽs ad mundanas illecebras debilis est ad agendum. GRAEG. in Hom. Quamuis autem bonum sit coniugium, atque ad propagandam sobolem diuina prouidentia constitutum, nonnulli tamen per hoc non fœcunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis. Et iccirco per rem iustam significari potest, non congrue res iniusta. AMBR. Vel coniugium non reprehenditur, sed ad maiorem honorem vocatur integritas, quoniam mulier innupta cogitat quæ sunt domini, vt sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi. Serm.33. AVGVS. de Verbis Domini. Ioannes autem dicens: Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est & concupiscentia oculorum & ambitio sæculi: inde cœpit vbi euangelium terminum posuit. Concupiscentia carnis, {vxorem duxi,} concupiscentia oculorum, {quinque iuga boum emi.} Ambitio sæculi: {villam emi.} Aperte autem in totum commemorati sunt quinque sensus per solos oculos, quorum est in quinque sensibus principatus, propterea cum proprie ad oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare. CYRIL. Quos autem intelligemus fuisse eos qui rennuerunt prædictorum causa venire, nisi præsides Iudæorum: quos per totam sacram paginam de his redargutos esse videmus? ORIG. vel aliter: Hi qui villam emerunt & refutant cænam, sunt qui receperunt alia dogmata diuinitatis: nec experti sunt verbum quod possidebant. Is autem qui quinque paria boum emit. est qui naturam intellectualem contemnit, & sensibilia sequitur. vnde incorpoream naturam compræhendere non potest. Qui autem vxorem duxit, est qui coniunctus est carni, uoluptatum magis amator quàm Dei. AMBR. Vel tria genera hominum a consortio istius cœnæ æstimemus excludi, gentilium,

F Iudæorum, & hæreticorum, Iudæi corporali mysterio iuga sibi legis imponunt. {Quinque} autem {iuga} sunt verborum decẽ, vel quinque libri veteris legis. At vero hæresis velut Eua fæmineo rigore fidei tentat affectum. Et Apostolis dicit auaritiam esse fugiendam, ne impediti more gentili ad regnum Christi peruenire nequeamus ergo, & ille qui villam emit alienus a regno est, & ille qui iugum potiꝰ legis quàm gratiæ munus elegit, & ille qui se propter ducendam excusat vxorem. Sequitur. {Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. AVGVST. Cap.19. Quinto super Genesi ad litteram. Non propter inferiorum scientiam deus nuncijs indiget quasi per eos fiet scientior, sed nouit omnia stabiliter, atque incommutabiliter. Habet autem anuncios propter nos, & propter ipsos, quia illo modo deo parere & assistere, vt eum de inferioribus consultant, eiusque supernis iussis obtemperet bonum est eis in ordine proprie naturæ. CYRILVS. Iudæorum autem primatibus vocationem renuentibus, sicut ipsi dicebant. Numquid aliquis principum credidit in eum? indignatus est paterfamilias, quasi eis dignis indignatione & ira. vnde sequitur. {Tunc iratus paterfamilias.} In Psal. 37. BASILIVS. Non quòd iræ passio diuinæ substantiæ accidat, sed talis operatio, quæ in nobis ab ira fit Dei ira, & indignatio dicitur. CYRILVS. Sic ergo indignatus dicitur paterfamilias principes Iudæorum, & vocati sunt loco eorum, qui erant de multitudine Iudæorum fragilem, H & impotentem mentem habentes. Loquente enim petro, primo quidem tria millia, deinde quinque millia crediderunt, & postmodum plurimus populus. vnde dicitur. {Dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc.} AMBR. Inuitat autem pauperes, debiles, & cæcos, vt ostendatur quòd nullum debilitas corporis excludit a regno rariusque delinquat, cui desit illecebra peccandi, vel quòd infirmitas peccatorum per misericordiam domini remittatur. vnde mittit ad plateas, vt de latioribus vitijs ad angustam venirent viam. GRAEG. in Hom. Quia ergo venire superbi renuunt, pauperes eliguntur, dicuntur enim debiles, & qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. nam pauperes, & quasi fortes sunt, qui positi in paupertate superbiunt, cæci sunt qui nullius ingenij lumen habent: claudi sunt, qui rectos gressus in operatione non habent. I Sed dum horum vitia in membrorum debilitate significantur sicut illi peccatores fuerunt, qui vocati venire noluerunt, ita hi quoque qui inuitantur & veniunt, sed peccatores superbi respuuntur, humiles eliguntur. Hos itaque elegit deus quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem reuocat ad semetipsum. Et tanto cælerius vocem dei aliqui audiunt, quanto in hoc mundo non habent vnde delectentur. Cum ergo de vicis & plateis ad cænam quosdam dominus vocat, illum populum designat qui tenere legis vrbanam conuersationem nouerat. Sed multitudo qui ex Israel populo credidit, locum superni conuiuij non impleuit. vnde sequitur. {Et ait seruus. Domine, factum est, & adhuc locus est.} Intrauit enim iam frequentia Iudæorum, sed adhuc locus vacat in regno, vbi suscipi debeat numerositas gentium. vnde subditur. {Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.} Cum conuiuas suos colligi ex vijs & sepibus præcipit, agrestem populum, idest gentilem quærit. K AMBR. Vel mittit ad vias & circa sepes, quia hi apti sunt in regno cælorum, qui nullis præsentium cupiditatibus occupati ad futura festinãt in quodam bono voluntatis tramite constituti, & qui modo sepis qui ab incultis culta secernat, & incursus arceat, bestiarum norit bona malaq; distinguere, & aduersus tentamenta nequitiæ spiritualis fidei munimen prætendere. Serm.33. AVGVS. de Ver. Dom. Venerunt de plateis & vicis gẽtes, veniunt de sepibus hæretici. Nam sepes qui construunt diuisiones quærunt, abstrahantur a sepibus, euellãtur a spinis, sed cogi nolunt, voluntate inquiunt nostra intremus. Nõ hoc dominus imperauit, coge inquit intrare, foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas. GRAEG. in Hom. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti a dei amore redeunt. compelluntur intrare. Sed valde tremenda est sententia quæ subinfertur. {Dico autem vobis, ꝙ nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cænam meam.} Nemo ergo contemnat, nedum vocatus excusat, cum voluntatem habuerit intrare non valeat.

Ho.Euã.37. f ¶ GRE. in Hom. Ad audita cælestia præmia inardescit animus, iamq; illic cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere, sed ad magna præmia perueniri non potest, nisi per magnos labores. vnde dicitur. {Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos. Siquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suã, non potest esse meus discipulus.} THE. Quia enim multi comitantium ipsum nõ ex toto affectu, sed tepide sequebantur, ostendit qualem deceat esse suum discipulum. GREG. in Hom. Sed percontari libet, quomodo parentes, & carnaliter propinquos præcipimur odisse, qui iubemur & inimicos diligere? Sed si vim ꝑcepti perpendimus,

f Ibant autem turbæ multæ cum eo & conuersus dixit ad illos. Siquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

g Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum? ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, B nonne sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo, omnis

vtrumque agere per discretionem valemus, vt eos, qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus, diligamus, & quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. Quasi enim per odium diligitur qui carnaliter sapiens, dum praua nobis ingerit, non auditur. AMBR. Etenim si propter te dominus suæ renunciat matri dicẽs, Quæ est mater mea, & qui fratres mei? cur tu domino tuo cupias anteferri? Sed neque ignorare naturam, neque sæuire dominus iubet, sed ita indulgere naturæ, vt venereris auctorẽ, nec a deo parentum amore desistas. GREGO. in Hom. Vt autem dominus demonstraret hoc erga proximos odium non de affectione procedere, sed de charitate, addidit dicens. {Adhuc autem, & animam suam.} Constat ergo, quia amando debet odisse proximum, qui sic eum odit sicut seipsum: tunc enim bene animam nostram odimus, cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluntatibus reluctamur. Quæ ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur. CYRIL. Non est autem fugienda vita, qua in corpore viuitur, sed seruanda sicut & Paulus seruauit, vt Christum adhuc viuens in corpore prædicaret. Sed vbi oportebat vitam cõtemnere vt cursum consummaret, nec animam præciosam sibi esse fatetur. GREG. in Hom. Hoc autem animæ odium qualiter exhiberi debeat, manifestat subdens. {Qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus.} CHRYS. Non autem hoc dicit D Quæ. Cõp. quæst. 234. vt trabem super humeros apponamus, sed vt semper mortem pre oculis nostris habeamus, sicut & Paulus moriebatur quotidie, & mortem contemnebat. BASIL. Crucem etiam tollens mortem domini annunciabat dicens. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo; quod etiam nos in ipso baptismate anticipamus, vbi vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. GREG. in Hom. Vel quia crux a cruciatu dicitur, duobus modis Crucem domini baiulamus, cum aut per abstinentiam carnem affligimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Sed quia nonnulli carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibẽt, & compassionem non spiritaliter, sed carnaliter impẽdunt, recte additur: {& venit post me.} Baiulare enim crucem & post dominum ire, est vel carnis abstinentiam, vel compassionem proximorum pro studio æternæ intentionis exhibere.

g ¶ GREG. in Hom. Quia sublimia præcepta data sunt, E protinus comparatio ædificandæ sublimitatis adiungitur cum dicitur. {Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum?} Omne enim quod agimus, præuenire per studium considerationis debemus. Si igitur humilitatis turrim construere cupimus, prius nos præparare ad aduersa huius sæculi debemus. BASIL. Vel turris est alta speculatio ad custodiam ciuitatis & perceptionem hostilium occursuum apta, ad huius instar nobis datus est intellectus conseruatiuus bonorum, præmeditatiuus contrariorum. ad huius ædificationem præcipit dominus sedentes ponere calculum, si suppetat facultas ad finem. GREG. Nissenus. Insistendum est enim, vt cuiuslibet ardui propositi terminos attingatur varijs augumentis mandatorum Dei consumendo opus diuinum, nam neque lapis vnus est tota turris fabrica. neque vnicum mandatum ducit ad animæ perfectionem. Sed fundamentum oportet subsistere, & secundum Apo-

A stolum insuper apparatus est auri & argenti, & præciosorum lapidum apponendus. vnde subditur. {Ne posteaquam posuerit fundamentum & non potuerit perficere, omnes qui viderint incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõnsummare. THEO. Nos enim debemus ponere fundamẽtum, idest se qui Christi initium, & finem non imponere, sicut illi de quibus Ioannes dicit, quòd multi ex discipulis eius abierunt retrorsum. Vel fundamentum intellige doctrinalem sermonem, puta de abstinentia. Opus est igitur prædicto fundamento operationis ędificium, vt perficiatur nobis turris fortitudinis a facie inimici. Alioquin deridetur homo a videntibus eum tã hominibus, quàm dæmonibus. GREG. in Home. In bonis enim operationibus intenti nisi contra malignos spiritus solicite vigilemus, ipsos irrisores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed ex minori ad maius similitudo subditur, vt ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur. {Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nonne prius sedens cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cũ viginti millibus venit ad se?} CYRILLVS. C Incumbit enim nobis prælium, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. Vrget autem nos, & aliorum hostium multitudo, carnale flagitium, lex sæuiens in membris nostris, & variæ passiones, hoc est dira hostium multitudo. AVGVSTINVS. de Quæstionibus Euangelicis. Lib.2.q.31. Vel decem millia præliaturi cum rege, qui habet viginti millia, significant simplicitatem Christiani hominis, dimicaturi cum duplicitate diaboli. THEOPHILVS. Est autem rex peccatum regnans in nostro mortali corpore, sed & noster intellectus creatus est rex: ergo si repugnare velit peccato, toto animo cogitet secum. Nam dæmones sunt peccati satellites, qui videntur viginti millium numero præcellere decem millia nostrum, quia cum incorporei sint, nobis comparati corporeis, multo maiorem fortitudinem habere censentur. AVGVS. de Quæ. Euan. Lib.2.q.31. Sicut autem de turri non perfecta per opprobrium deterruit dicentium, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare, sic in rege cum quo dimicandum est ipsam pacem accusauit, cum subdit. {Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt.} Significans etiam minas imminentium tentationum a diabolo nõ sustinere eos, qui renunciant omnibus quæ possident, & pacem cum eo facere, consentiendo illi ad committendum peccata. GREG. Vel aliter. In illo tremendo examine cum rege nostro ex æquo ad iudiciũ non venimus, decem millia quique ad viginti millia simplum ad duplum sunt. Cum duplo ergo exercitu cõtra simplum venit, quia nos vix in solo opere præparatos simul de opere & cogitatione discutit. Dum ergo adhuc longe est, quia adhuc præsens per iudicium non videtur, mittamus ad eum legationem lachrymas nostras, misericordiæ opera, hostias placationis, hæc est nostra legatio, quæ regem venientem placat. AVG. ad Lætum. Epist.38. Quomodo autem pertineant istæ similitudines ipsa conclusione satis aperuit dicens. {Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.} Itaque sumptus ad turrim ædificandam, & valentia decem milliũ aduersus regem, qui viginti millia habet, nihil aliud est, quàm vt renunciet vnusquisque omnibus, quæ sunt eius. Prælocutio autem superior cum extrema locutione concordat, in eo enim, quod adhuc renunciat omnibus, quæ sunt eius, etiam illud continetur, vt oderit patrem suum, aut matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam. Omnia enim hæc propria alicuius sunt, quæ plerumque implicant, & impediunt ab obtinenda non ista propria temporaliter transitura, sed in æternum mansura communia. BASILIVS. Est autem intentio domini per exempla prædicta, non vtique præbere potestatem, eius discipulum fieri, vel non fieri, sicut licet, vel non inchoare fundamentum, vel tractare pacem, sed ostendere impossibilitatem diuini beneplaciti obseruandi inter distrahentia animam, inter quæ periclitatur facta venalis, ab astutijs dæmonis. BEDA. Distat autem inter renunciare omnibus, & relinquere omnia. paucorum

rum

Universidad de Deusto Biblioteca

zum enim perfectorum est relinquere omnia, hoc est curas mundi postponere, cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus. hoc est sic tenere quæ mundi sunt: vt tamen per ea non teneantur inmundo.

h ¶ BEDA. Dixerat superius turrim virtutum non solum consummandam, sed etiam inchoandam, ad quod pertinet qđ dicitur. {Bonum est sal.} Bonum est sale sapientię spiritualis, cordis archana condire, immo cum Apostolis sal terræ fieri. EVSEB. Sal enim secundum substantiã quidem ex aqua constat & spiritu, modicum quid terrestreitatis participans. desiccat autem fluidam naturam corruptorũ corporum, vt mortua corpora conseruet. Merito igitur discipulos suos comparat sali, eo quòd ipsi regenerati sunt per aquam, & spiritum. Cumque toti spiritualiter viuerent, & non secundum carnem ad modum salis corruptam vitam hominum in terra degentiũ conuertebant, & virtuosa vita suos sequaces oblectando condiebant. THEO. Non solum autem eos qui donati sunt magistrali gratia, sed etiam idiotas exposcit ad modum salis fieri vtiles proximis. Si vero qui futurus est vtilis alijs fiat reprobus, iuuari non poterit. vnde sequitur. {Si autem sal euanuerit, in quo condietur?} BEDA. q.d. Si quis semel condimento veritatis illuminatus ad apostasiam redierit quo alio doctore corrigetur? qui, scilicet eam quam ipse gustauit sapientiæ dulcedinem, vel aduersis sæculi perterritus, vel illecebris illectus abiecit. vnde sequitur. {Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur.} Sal enim cum ad condiendos cibos carnesque siccandas valere desierit, nulli iam vsui aptum erit. Neque enim in terram vtile est, cuius iniectu germinare prohibetur, neque in sterquilinium agriculturæ profuturum, sic qui post agnitionem veritatis retrocedit neque ipse fructum boni operis ferre, nec alios excolere valet, sed foras mittendus est, hoc est ab Ecclesiæ vnitate secernendus. THEO. Verum, quia sermo parabolicus, & obscurus erat, excitans dominus auditores ne qualitercumque acciperent quod dictum est de sale, subdit. {Qui habet aures audiendi, audiat.} Hoc est, si cui sapientia inest, intelligat. Aures enim hic cognoscitiuum vim animæ, & aptitudinem intelligendi accipere debemus. BEDA. Audiat etiam non contemnendo, sed obediendo & faciendo, quæ dicit.

ex vobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

h Bonum est sal. Si autem sal euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores vt audirent illum. Et murmurabant pharisæi & scribę, dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit eã, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos, & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente, quàm supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

CAP. XV.

AMBR. Didiceras in superioribus sæcularibus occupationibus non teneri, caduca non præferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto sæculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medicus demonstrauit, spem veniæ iudex misericors non negauit. vnde subditur. {Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores vt audirent eum.} GLOSA. Idest, qui publica exigunt vectigalia vel conducunt, & qui lucra sæculi per negotia sectantur. THEO. Hoc enim exequebatur cuius causa carnem susceperat, admittens peccatores, sicut medicus ægrotantes. Sed pharisæi vere criminosi huic pietati murmurare compensabant. vnde sequitur. {Et murmurabant pharisæi, & scribæ dicentes. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.} GREG. in Hom. ex qua re colligitur, quia vera iustitia compassionem habet, falsa dedignationem: quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari, sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ, quia iusti & si foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Præponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt quod agentes per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra, hi qui de falsa iustitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt. Et quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt, de quorum numero pharisæi erant, qui dijudicantes dominum, quòd peccatores susciperet arenti corde ipsum fontem misericordiæ reprehendebant. Sed quia ægri erant, ita vt ægros se esse nescirent quatenus quod erant agnoscerent, cælestis medicus blandis eos fomentis curat. Sequitur enim. {Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo.} Similitudinem dedit, quam in se homo recognosceret, & tamẽ ad auctorem hominum pertineret. quia enim cẽtenarius perfectus est numerus, ipse centum oues habuit, cum sanctorum angelorum, & hominum naturam possedit. vnde subditur. {Qui habet centum oues.} CYRIL. Hinc percipe latitudinem regni saluatoris nostri. Dicit enim oues esse centum, referens numerum subiectarum sibi rationalium naturarum ad integrã multitudinem, est enim centenarius numerus perfectus ex decem decadibus constitutus. Sed ex his vna oberrauit, scilicet genus humanum quod terram colit. AMBROS. Dives pastor cuius nos omnes centesima portio sumus. vnde sequitur. {Etsi perdiderit vnam ex illis.} GREGOR. Vna ouis tunc perit, quando peccando homo pascua vitæ reliquit. In deserto autem nonagintanouem remanẽrant, quia rationalis creaturæ numerus, angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte homine, erat imminutus. vnde sequitur. {Nonne dimittit nonagintanouem in deserto.} quia scilicet angelorum choros reliquit in cælo. Tunc autem homo cælum deseruit, cum peccauit. Et vt perfecta summa ouium integraretur in cælo, homo perditus quærebatur in terra. vnde sequitur. {Et vadit ad illam, quæ perierat donec inueniat illam.} CYRILLVS. Numquid autem sæuiens in reliquas motus est pietate vnius? nequaquam. Sunt enim illæ in tuto circumsepiente illas potentissima dextera, sed magis oportebat misereri pereuntis, ne imperfecta videretur reliqua multitudo. Vna enim reducta, sortitur centenarius propriam speciem. AVGVSTINVS. de Quæstionibus Euangeliorum. Vel illas nonagintanouem dixit quas reliquit in deserto, superbos significans tamquam solicitudinem gerentes in animo, dum solo se videri voluit, quibus ad perfectionem vnitas deest. cum enim quisque a vera vnitate diuellitur, superbe diuellitur, suæ quippe potestatis esse cupiens, non sequitur vnum quod est deus. vni autem deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos, quæ humilitate obtinetur. GREGOR. Nissenus. Cum autem pastor inuenisset ouem, non puniuit. Non duxit ad gregem vrgendo, sed superponens humero & portans clementer annumeraurit gregi. vnde sequitur. {Et cum inuenerit ouem imponit in humeros suos gaudens.} GREGOR. in Homilia. Ouem humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit. Inuenta autem oue ad domum redit, quia pastor noster reparato homine ad regnum cæleste redijt. vnde sequitur. {Et veniens domum conuocat amicos, & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.} Amicos, & vicinos vocat Angelorum choros, quia amici eius sunt, quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt, quia claritatem visionis illius sua assiduitate perfruuntur. THEOPHILVS. Supernæ igitur virtutes oues dicuntur, in eo quòd omnis natura creata aspectu Dei bestialis est. In eo vero quòd rationalis est, amici & vicini dicuntur. GREGORIVS. in Homil. Et notandum, quòd non dicit. {Congratulamini} inuentę oui, sed. {Mihi.} Quia videlicet eius est gaudium vita nostra, & cum nos ad cælum reducimur, solemnitatem letitiæ illius implemus. AMBROSIVS. Angeli autem quoniam sunt rationales, non immerito hominum redemptione lætantur. vnde sequitur. {Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.} Hoc proficiat ad incentiua probitatis, si vnusquisque conuersionem suam gratam fore credat cætibus angelorum, aut quorum affectare patrocininm, aut vereri debet offensam. GREGORIVS. in Homilia

Homilia. Plus autem de conuersis peccatoribus, quàm de stantibus iustis in cælo gaudium esse fatetur, quia plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitiæ, sed tamen ad cælestem patriam anxie non anhelant, & plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia securi sibi sunt, quòd nulla commiserint mala grauiora. At contra, nonnũquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, ad amorem Dei inardescunt. Et quia erraſse se a Deo confidebant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudiũ fit in cælo, quia & dux in prælio plus cum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quàm cum qui numq̃ terga præbuit, & numq̃ aliquid fortiter fecit. Sic Agricola illam amplius terrã amat, quæ post spinas vberes fructus profert, quàm eam quæ numquam spinas habuit, & numquam fertilem messem producit. Sed inter hæc sciendum est, quia sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, vt eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit. Hinc ergo colligendum quantum Deo gaudium faciat, quando humiliter plangit iustus. si facit in cœlo gaudium, quando hoc quod male gessit, per pœnitentiam damnat iniustus.

b ¶ CYRILLVS. Per præcedentem parabolam in qua genus humanum dicebatur ouis erratica, docebamur nos fore creatura sublimis Dei, qui fecit nos, & non ipsi nos, cuius pascuæ oues sumus, subiungitur secunda parabola, qua genus humanum comparatur drachmæ quæ perijt. Per quam ostendit nos ad similitudinem & imaginem regiam factos esse, scilicet summi Dei. Nam drachma nummus est impressam habens regiam figuram. vnde dicitur. {Aut quæ mulier habens decem drachmas.} GREG. in Hom. Qui significatur per pastorem, ipse per mulierem, ipse enim deus, ipse & Dei sapientia. Angelorum autem & hominum naturam ad cognoscendum se dominus condidit, & ad similitudinem suam creauit. Decem ergo drachmas habuit, quia nouem sunt chori angelorum, sed vt compleretur electorũ numerus, homo decimus est creatus. AVGVSTI. de Quæstionibus Euangeliorum. Vel in nouem drachmis sicut & in nonagintanouẽ ouibus ponit eorum significationem, qui de se præsumentes, peccatoribus ad salutem redeuntibus se præponunt. vnum enim deest a nouem vt decem sint, & a nonagintanouem, vt centum sint, cui vni deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos. GREG. in Hom. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perderat, quando homo, qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando a similitudine sui conditoris recessit. Et hoc est quod subditur. {Si perdiderit drachmã vnam, nonne accendit lucernam.} Accendit mulier lucernam, quia Dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est, lumen vero in testa est diuinitas in carne. accensa autem lucerna. Sequitur. {Et euertit domum.} Quia scilicet mox, vt eius diuinitas per carnem claruit, omni se nostra conscientia concussit, quia euersionis sermo non discrepat in eo, quod in alijs codicibus legitur, Emundat, quia praua mens si non prius præ timore euertitur, ab assuetis vitijs non mundatur. euersa autem domo, inuenitur drachma. Sequitur enim. {Et quærit diligenter donec inueniat.} Quia scilicet cum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris. GREGOR. Nazianzenus. Inuenta autem drachma, cælestes uirtutes facit participes gaudij, quas ministras dispensationis fecit. vnde sequitur. {Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni drachmam, quam perdideram.} GREGOR. in Homilia. Supernæ enim virtutes tanto diuinæ sapientiæ iuxta sunt, quanto ei per gratiam continuæ visionis appropinquant. THEOPH. Vel amicæ sunt, vt exequentes voluntatem ipsius, vicinæ vero, vt incorporeæ, vel forte amicæ ipsius sunt omnes supernæ virtutes, vicinæ vero sunt propinquiores, scilicet Throni, Cherubim, & Seraphim. GREGOR. Nissenus. Vel aliter hoc reor dominum nobis proponere in inquisitione perditæ drachmæ, quia nulla nobis a cæteris virtutibus vtilitas peruenit quas drachmas vocat, quamuis præsto sint omnes vna sola deficiente animæ viduatæ, qua scilicet diuinæ similitudinis nitorem sortitur.

b Aut quæ mulier habẽs drachmas decẽ, & si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, quia gaudium erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

c Ait autem. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia propter quod primo quidem iubet lucernam accendere, scilicet verbum diuinum quod abscondita patefacit. Vel forsan pœnitentiæ lampadem, sed in domo propria, idest in seipso, & in sua conscientia oportet perquirere drachmam perditam, idest regis imaginem, quæ non penitus deperijt, sed est tecta sub limo, qui significat carnis contagia, quibus studiose abstersis, idest dilutis per solertiam vitæ eluceſcit, quod quæritur, vnde oportet ipsam, quæ venit gratulari. Necnon ad participia gaudij vocare vicinas, idest, contubernales virtutes, idest, rationabilem, & concupiscibilem, & innatum iracundiæ affectum. Et siquæ sint tales vires circa animam consideratæ, quas docet gaudere in domino, deinde concludens parabolam subdit. {Ita dico vobis, gaudium erit angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.} GREGORIVS. in Homilia. Pœnitentiam agere est præterita mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, vt tamen illi committat, adhuc pœnitentiam agere, aut ignorat aut dissimulat. Cogitandum est etiam, vt per hoc cõditori suo satisfaciat, vt qui promisit prohibita sibi, abscindere debeat etiam concessa, & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse.

c ¶ AMBROSIVS. Tres ex ordine Lucas parabolas posuit. Ouis quæ perierat, & inuenta est, drachma perierat, & inuenta est, filius qui erat mortuus, & reuixit vt triplici remedio prouocati vulnera nostra curemus. Christus, vt pastor te suo corpore vehit, quærit vt mater ecclesia, recipit Deus pater, prima misericordia, secunda suffragatio, tertia reconciliatio. CHRYSOSTOMVS. Est etiam inter parabolas supradictas ratio distinctionis secundum personas, vel mentes peccantium, vt pater filium recipiat pœnitentem, qui arbitrij sui libertate vtitur, vt cognoscat vnde ceciderit. Pastor vero ouem errantem, & non sapientem reuerti requirat, & humeris suis referat, irrationabili animali imprudentem hominem comparans, qui in alieno dolo circumuentus, errauerat sicut ouis. Presens ergo parabola proponitur, cum dicitur. {Ait autem. Homo quidam habuit duos filios.} Sunt qui dicant de duobus filijs iltis seniorem angelos esse, iuniorem vero hominem ponunt, qui in longinquam peregrinationem abierit, quando in terram, de cælis & paradiso cecidit, & aptant consequentia respicientes ad causam, vel statum Adæ. sed hic sensus pius quidem videtur, nescio tamen si verus sit, quia iunior filius ad pœnitentiam venit sua sponte recordatus præteritæ abundantiæ patris sui. Dominus autem veniens ad pœnitentiam vocauit humanum genus, dum sponte sua regredi, vnde ceciderat non cogitaret. Deinde senior filius in reditu, & salute fratris sui tristatur, cum dominus dicat lætitiam esse apud angelos super vno peccatore pœnitentiam agente. CYRIL. Quidam vero per seniorem filium dicunt significari Israel secundum carnem, per alium vero qui discessit a patre, describitur multitudo gentium. AVGVSTINVS. de Quæstionibus Euangel. Hic ergo homo habens duos filios, deus habens duos populos intelligitur, tamquam duas stirpes generis humani, vnam eorum qui permanserunt in vnius Dei cultu, alteram eorum, qui vsque ad colendum idola deseruerunt Deum. Ab ipso ergo exordio creaturæ mortalium, maior filius ad cultum vnius dei pertinet, minor autem petit vt sibi pars substantiæ, quæ eum tangeret daretur a patre. vnde sequitur. {Et dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.} tamquam anima potestate sua delectata, id quod illi est viuere intelligere meminisse, vel ingenio alacri excellere petit, quę diuina sunt munera. hęc autem in potestate sua accepit per liberum arbitrium. vnde sequitur. {Et diuisit illis substantiam.} THEOPH. Hominis substantia rationalitas est, quam comitatur libertas arbitrij, & similiter quęcumque dominus dedit nobis pro substantia nostra putabitur, vt cælum terra & vniuersa creatura, lex & prophetę. AMBROS. Vides autem, quòd diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpa patris, quòd adolescentiori dedit, nulla Dei regno infirmata ętas, nec fides grauatur annis. Ipse certe se iudicauit idoneum, qui popoſcit, atque vtinam non recessisset a patre: impedimentum nescisset ętatis. Sequitur enim.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam.} CHRY. Minor filius in regionem longinquam profectus est non localiter a Deo decedens qui vbique est, sed affectu: fugit enim Deum peccator vt a longinquo stet. Serm.34. AVG. de Verbis Do. Quisquis enim

consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cæpit egere. Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.

d In se autem reuersus dixit. Quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pero? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens, venit ad patrem suum.

ita vult esse similis Deo vt fortitudinem suam ad illam custodiat, non ab illo recedat ei cohærendo vt custodiat similitudinem & imaginem ad quam factus est. Porro peruersi vult imitari Deum vt quomodo Deus non habet a quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti, vt nullo regente viuat: quid restar, nisi vt recedens ab eius calore torpescat, recedens a veritate vanescat? Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæst.euang. Quod autem non post multos dies dixit factum, vt congregatis omnibus peregre proficisceretur in regionem longinquam, quæ est obliuio Dei, hoc est, quia non multo post institutionem humani generis placuit animæ per liberum arbitrium ferre secum velut quandam potentiam naturæ suæ, & deserere eum a quo condita est fidés de viribus suis, quas vires tanto consumit citius, quanto eum deseruit a quo datæ sunt. vnde sequitur: { Et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.} Luxuriosam vero vel prodigam vitam vocat amantem fundere atque spaciari pompis exterioribus intus inanescentem, cum ea quisque sequitur, quæ ad alia procedunt, & relinquet eum qui sibi est interior. vnde sequitur: {Et postquam consummasset omnia, facta est fames magna in regione illa.} Fames est indigentia verbi veritatis. Sequitur: { Et ipse cæpit egere. AMBRO. Merito egere cæpit, qui thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, diuitiarumque cælestium altitudinem dereliquit. Sequitur: {Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius.} Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæst.euang. Vnus ciuium regionis illius aliquis aereus princeps est ad militiam diaboli pertinens, cuius villa est modus potestatis ipsius. de qua sequitur: {Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos.} Porci sunt immundi spiritus qui sub ipso erant. BEDA. Porcos autem pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudent, operari. Sequitur: {Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant. AMBRO. Siliqua genus leguminis est, intus inanis, foris mollis. quo corpus non reficitur, sed impletur, vt sit magis oneri, quàm vsui. Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæst.euang. Siliquæ ergo quibus porcos pascebat, seculares doctrinæ sunt, steriles, vanitatem personantes, de quibus laudes idolorum fabularumque ad deos gentium pertinentium vario sermone atque carminibus perstrepant quibus dæmonia delectantur. vnde cum iste satiari cupiebat, aliquid solidum & rectum, quod ad beatam vitam pertineret inuenire volebat in talibus, & non poterat. vnde sequitur: {Et nemo illi dabat.} CYRIL. Sed cum Iudæi multipliciter arguantur in sacra scriptura de multis criminibus, quomodo populo illi conuenient verba maioris filij dicentis: {Ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum præteriui.} Est ergo hic sensus parabolæ: Arguentibus eum pharisæis & scribis, quòd reciperet peccatores, proponit præsentem parabolam, in qua hominem vocat Deum, qui pater est duorum fratrum, iustorum, scilicet & peccatorum, quorum primus gradus est iustorum ab initio iustitiam sequentium. secundus gradus est hominum per pænitentiam ad iustitiam reductorum. BASI. Facit etiam ad antiquioris consistentiam magis animus senilis & grauitas, quàm canicies capillorum, nec qui secundum ætatem est iuuenis increpatur, sed iuuenis moribus, qui secundum passiones viuit. TITVS. Abijt ergo adolescentior nondum adultus mente, petitque a patre id quod ei de hæreditate contingit, vt scilicet non ex necessitate seruiat, sumus enim animalia rationalia liberum arbitrium habentia. CHRYSO. Dicit autem scriptura diuidere patrem ex æquo filijs duobus substantiam suã, idest scientiam boni & mali, quæ veræ & perpetuæ sunt opes animæ bene vtenti. Quæ enim ex deo est, in prima natiuitate hominibus substantia rationalis æqualiter cunctis nascentibus datur. De subsequenti autem conuersatione vnusquisque plus, aut minus huius substantiæ possidere inuenitur, dum vnus ea quæ sumpserit patris esse credens, quasi paterna custodit, alius sicut propriæ possessionis licentia dissipandis abutitur. Ostenditur autem libertas arbitrij, quia pater qui neque discedere volentem retinuit, ne liberi arbitrij auferat potestatem, neque manere cupientem cogit abscedere. Abijt autem longe, non locorum trãs-

F latione, sed mentis declinatione. vnde sequitur. { Peregre profectus est in regionem longinquam.} AMBROSIVS. Quid enim longinquins est, quàm a se recedere, nec regionibus, sed moribus separari? etenim qui se a Christo separat, exul est patriæ, & ciuis mundi. Merito ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab ecclesia. TITVS. Vnde & denominatus est prodigus dissipans substantiã suã, idest intellectum rectum, castimoniam; documéta veritatis, notitiam genitoris, memoriam creationis, sensum. AMBROS. Facta est autem in regione illa fames non epularum, sed bonorum operum, atque virtutum, quæ sunt miserabiliora ieiunia, etenim qui recedit a verbo Dei esurit, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei qui recedit a thesauro eget. Egere ergo ideo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ satis est voluntati. abijt itaque & adhesit vni ciuium. Qui enim heret in laqueo est, & videtur ciuis iste princeps esse istius mundi. Denique ad villam eius mittitur quam emit, qui se excusat a regno. BEDA. In villam enim mitti est substantiæ mundialis cupiditate subiugari. AMBR. Pascit autem porcos illos in quos petit diabolus introire, in sordibus ac fetore viuentes. THEOPH. Hos igitur pascit, quia alios præcellit in vitio, vt sunt lenones, archiprædones, archipublicani: qui alijs sunt doctores operationis malæ. CHRY. Vel spiritalibus destitutus operibus quasi prudentia & intellectu porcos pascere dicitur, hoc est sordidas & immundas in anima sua cogitatioues nutrire, & dedit escas irrationabiles prauæ conuersationis, dulces quidem egenti bonorum, quia suaue peruersis videtur omne opus carneæ voluptatis, quæ virtutes animæ penitus eneruat & perimit huiusmodi cibos quasi porcinos & male dulces, idest carnalium delectationum illecebras, siliquarum nomine scriptura designat. AMBROS. Cupiebat autem siliquis ventrem implere suum, nec enim alia est cura luxoriosis nisi vt ventrem suum impleãt. THEOPH. Quibus nullus dat saturitatem malorum, distat enim a Deo qui talibus vescitur. Dæmones autem ad hoc student, ne vnquã saturitas malorum proueniat. GLOS. Vel nemo illi dabat, quia cum diabolus aliquem suum facit, vltra ei abundantiam non procurat, sciens eum esse mortuum.

d ¶ GREG. Nissenus, Contempserat patrem in primo recessu adolescentior filius, & opes paternas profuderat. At vbi lapsu temporis est attritus laboribus, dum mercenarius fieret, & eodem cum porcis pabulo pasceretur, redijt in domum paternam castigatus. vnde dicitur. { In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo?} AMBR. Bene in se reuertitur, quia a se recessit: etenim qui ad deũ regreditur se sibi reddit, & q recedit a Christo se sibi abdicat. Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæst. Euang. In se autem reuersus est ab eis qui forinsecus frustra illiciunt & seducunt, in conscientiæ sue interiora suam intentionem reduxit. GREGORIVS. Nazanzenus. Orone ĩ sanctum lauac. Est autem secũdum tres differentias obedientiæ discretio. aut enim metuenter supplicia declinamus a malo: & sumus in dispositione seruili. aut mercedis lucra venantes exequimur quæ mandantur mercenarijs assimilati, aut ipsius gratia boni & dilectionis ad deum qui dedit legem seruimus, & sic dispositionem redolemus filiorum. AMBR. Filius enim, qui habet sanctispiritus pignus in corde, sæcularis mercedis lucra nõ quærit, sed ius seruat hæredis. Sunt etiam mercenarij boni qui conducuntur ad vineam. Isti non siliquis, sed panibus abundant. Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæstionibus Euangeliorum. Vnde autem hoc scire poterat in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in omnibus idolatris fuit, nisi quia ista recogitatio resipiscentis est, cum euangelium prædicaretur, iam poterat talis anima aduertere multos, prædicare veritatem, inter quos quidam essent non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparandorum sæcularium commodorum, qui tamen non aliud annunciant, sicut hæretici, vnde mercenarij recte appellantur. In eadem quippe domo eundem panem verbi tractantes, non tamen in hæreditatem æterna vocati, sed temporali mercede conducti. CHRYSOSTOMVS. Signanter autem subdit. {Ego autem hic fame pereo?} quasi diceret. Ego non alienus, sed filius boni patris, & frater filij obsequentis. ego liber, & generosus factus sum miserior mercenarius, a summa celsitudine primæ nobilitatis ad infimam humilitatem delapsus. GRE-

GREGOR. Nissenus. Non prius autem redijt ad pristinam fælicitatem, quàm in se rediens sentiret opprimentis erumnæ præsentiam, & meditaretur pænitentiæ verba quæ subduntur. {Surgam.} AVGVSTI. de Quæstionibus Euangeliorum. Quia iacebat. Et ibo: quia longe aberat. ad patrem meum, quia sub principe porcorum erat. Cætera vero sunt pænitentiam meditantis in confessione peccati, nondũ tamen agentis. non enim iam dicit patri, sed dicturum se esse promitrit cum venerit. Intelligas igitur hoc nunc accipiendũ esse venire ad patrem in ecclesia constituti per fidem, vbi peccatorum legitima & fructuosa iam possit esse confessio. dicit ergo dicturum se esse patri {pater.}

Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater, pecccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos B suos. Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annullum in manu eius, & calciamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Et cœ-

AMBROS. Quàm misericors qui offensus, nec paternum nomen dedignatur audire. {Peccaui.} Hæc est prima confessio apud auctorem naturæ, præsulem misericordiæ, arbitrum culpę. Sed & si deus nouit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat. Ore enim confessio fit ad salutem, quia alleuiat pondus erroris quisquis ipse se onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo: frustra velis occultare quem nihil fallit, & sine periculo prodas quod scias esse iam cognitum confitere magis vt interueniat pro te Christus, roget per te ecclesia, illachrymet populus, nec verearis ne non impetres. Aduocatus spondet veniam, patronus promittit reconciliationem tibi paternæ pietatis, pollicetur assertor. Subdit autem {In cælum & coram te.} CHRYS. Dicens coram te, ostendit hunc patrem deũ debere intelligi, Lib.2.q.33. deus enim solus conspector est omnium, a quo nec in corde meditata peccata abscondi possunt. AVGVST. de Quæst. Euangeliorũ Vtrum autem hoc peccatum in cælum quod est coram te, vt cælum appellauerit ipsam summitatem patris. an potius peccaui in cælum coram sanctis animabus, coram te autem in ipso penetrali conscientiæ? CHRYS. Vel cælum hoc loco intelligatur, qui enim in cælum peccat, quod & si supernum, tamen visibile elementum est, ipse est qui peccat in hominem quem suscepit filius Dei pro salute nostra. AMBROS. Vel peccato animæ cælestia significantur dona spiritus imminuta. vel quia ab illius gremio matris Hierusalem, quæ est in cælo non oportuit deuiari. deiectus autem se exaltare non debet. vnde subdit. {iam nõ sum dignus vocari filius tuus. Et vt merito suæ humilitatis possit attolli, subdit. {Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.} BEDA. Ad filij affectum, qui omnia quæ patris sunt, sua esse non ambigit aspirare nequaquam præsumit, sed mercenarij statum iam pro D mercede seruiturus desiderat, verum, nec hunc quidem nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. GREGORIVS Nissenus. Hunc autem filium prodigum spiritussanctus nobis descripsit, vt instruamur nos qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. CHRYSOSTOMVS. Qui postquam dixit. { Ibo ad patrem meum: } quod ei cuncta attulit bona, non mansit, sed totum iter transiuit. Sequitur enim. { Et surgens venit ad patrem suum } sic & nos faciamus, nec pigeat nos longitudinis viæ, quia si voluerimus fiet regressus celer & facilis, dũmodo deseramus peccatum quod nos a domo paterna eduxit. est autem & Lib.2.q.33. pater redeuntibus clemens, nam subditur. {Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater suus. AVGVST. de Quæstionibus Euangeliorum. Ante enim quàm intelligeret deum longe existens, cum tamen iã pie quæreret vidit illũ pater ipsius. Impios enim & superbos conuenienter non videre dicitur tamquam ante E oculos non habens. Ante oculos enim haberi, non nisi qui diliguntur dici solent. CHRYS. Sensit autem pater pænitentiã, non expectauit recipere confessionis verba, sed preuenit petitioné misericorditer agés. vnde subditur. {Et misericordia motus est.} GREG. Nissenus. Confessionis meditatio placauit ei patrem, vt obuiam iret ei, & oscula collo conferret. Sequitur enim. { Et accurrens cecidit super collum eius & osculatus est eum.} Quod significat rationale iugum hominis ori impositum per euangelicã traditionem, quæ abiecit obseruantia legis. CHRYS. Quid enim est aliud, ꝙ occurrit, nisi quia nos peccatis impediétibus nostra virtute ad deum peruenire non poteramus? Ipse autem potés ad inualidos peruenire descendit. osculatur autem os, per quod emissa de corde confessio pænitentis exierat, quam pater lætus excepit. AMBR. Occurrit igitur tibi, quia audit te intra mentis secreta tractantem. Et cum adhuc longe sis, occurrit ne quis impediat, complectitur quoque, in occursu enim præscientia est, in complexu clementia, & quasi quodam patrij amoris affectu su-

A pra collum cadit, vt iacentem erigat, & oneratum peccatis, atque in terrena deflexũ, reflectat ad cælum. malo ergo filius esse, quàm ouis. Ouis enim a pastore reperitur, a patre filius honoratur. AVGVST. de Quæst. Euangel. Vel {occurrens cecidit super Lib.2.q.33. collum eius.} non.n. pater vnigenitum filium suũ deseruit, in quo vsque in nostram lõginquam peregrinationé cucurrit, quia deus erat in Christo mundum reconciliãs sibi. Cadere autem super collum eius, est humiliari in amplexum eius brachium suum, quod est dominus Iesus Christus. Consolari auté verbo gratiæ Dei ad spẽ indulgentiæ peccatorum, hoc est post longa itinera remeantem mereri a patre osculum charitatis. Incipit autem iam constitutus in ecclesia peccata confiteri, nec dicit omnia quæ dicturum se esse promiserat. Sequitur enim. { Dixitque filius ei, Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.} Hoc enim vult fieri per gratiam, quo se indignum per merita fatetur. Non addit quod in illa meditatione dixerat. {Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.} Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat, quod post osculum patris generosissime iã dedignabatur. CHRYS. Pater autem ad filium sermonem non dirigit, sed ministris loquitur, quia qui pænitet orat, sed responsum verbo vere non accipit, misericordiam vero efficaciter in effectu intuetur. Sequitur enim. { Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, & induite illum. THEOPH. C Seruos vel angelos intelligas administratorios spiritus, vel sacerdotes, q baptismate & verbo doctrinæ animã vestiũt in ipso Christo. Quotquot enim in Christo baptizati sumus, Christum induimus. AVGVS. de Quæst.Euang. Vel stola prima est dignitas Lib.2.q.33. quam perdidit Adam. Serui qui eam proferunt sunt reconciliationis prædicatores. AMBR. Vel stola est amictus sapientiæ, quo nuda corporis Apostoli tegunt. accepit autem sapientiã primam. est enim & alia quæ mysterium nescit. Annulus autem est synceræ fidei signaculum, & expressio veritatis, de quo sequitur. { Et date annulum in manu eius. } BEDA. Idest in operatione, vt per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmẽtur. AVGVS. de Quæst. Euang. Vel annulus in manu pignus est Lib.2.q.33. spiritussancti: propter gratiæ participationem quæ digito bene significatur. CHRYS. Vel iubet annulum dari siue signaculi salutaris symbolum, seu magis desponsationis insigne & nuptiarum pignus, quibus Christus ecclesiam sponsat, cum anima resipiscens per annulũ fidei iungitur. AVGVS. de Quæ. Euãg. Lib.2.q.33. Calciamenta autem in pedes præparatio est euangelizandi ad nõ tangenda terrena, de quibus sequitur. {Et calcia. in pedes eius.} CHRYS. Vel mandat calciamenta pedibus imponi, aut propter cooperiẽda vestigia, vt per lubricũ mundi istius iter fixus incedat, aut propter mortificationem membrorum, vitæ enim nostræ cursus in scripturis pes appellatur, & mortificationis species calciamentis imponitur, quia de animalium mortuorum pellibus conficiuntur. Addit & vitulum illi saginatum iugulandum in conuiuij exhibitione. Sequitur enim. { Et adducite vitulum saginatum: } idest dominum Iesum Christum, quem vitulum nominat propter hostiam corporis immaculati. { Saginatum autem dixit, quia pinguis & opimus intantum est, vt pro totius mundi salute sufficiat. Non autem ipse pater vitulum immolauit, sed alijs immolandum tradidit, permittente enim patre consentiens filius ab hominibus crucifixus est. AVGVSTINVS de Quæstionibus Euangeliorum. Vel vitulus saginatus est ip- Lib2.q.33. se dominus, secundum carnem satiatus obprobrijs. Quòd autem imperat vt adducant eum, quid aliud est nisi vt prædicent eum, & annunciando faciant venire in exhausta fame viscera filij esurientis? Nam etiam vt occidant eum iubet, hoc est, vt mortem eius insinuent. tunc enim cuique occiditur, cum credit occisum. Sequitur enim. { Et manducemus.} AMBROSIVS. Bene carnem vituli, quia sacerdotalis est victima, quæ pro peccatis fiebat. Epulantem autem inducit, cum dicit { epulemur:} vt ostenderet quoniam paternus est cibus, salus nostra, & patris est gaudium, nostrorum redemptio peccatorum. CHRYSOSTOMVS. Ipse enim pater gaudet in reditu filij, & conuiuatur in vitulo, quia misericordiæ suæ fructum in immolatione filij sui gaudens creator in acquisitione populi credentis epulatur. vnde sequitur. { Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. AMBROS. Ille perijt, qui fuit, itaque gentes non sunt, Christianus est.

Potest tamen & hic vna species accipi generis humani: fuit Adā F
& in illo fuimus omnes, periit Adam, & in illo omnes perierunt.
Homo igitur in illo homine, qui perierat reformatur. potest & de
agente pœnitentiam dictum videri, quia non moritur, nisi qui ali-
quando vixerit. Et gentes quidem cum crediderint, per gratiam
viuificantur, qui ve-
ro lapsus fuerit, per
pœnitentiam reuiui-
scit. THEOPH.
Quantum ergo ad
vitiorum conditio-
nem mortuus fuerat
desperatus. Sed quan
tum ad humanam na
turam, quæ mutabi-
lis est, & potest a vi-
tio ad virtutem con-
uerti deperditus di-
citur, nam minus est
perdi, quàm mori.

perunt omnes epulari.

e Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret & appro
pinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & vocauit
unum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi.
Frater tuus uenit, & occidit pa-
ter tuus uitulum saginatum, G
quia saluum illum recepit. In-

Quilibet autem reuocatus & mundatus a crimine saginati vituli
particeps causa lætitiæ sit patri, & famulis eius, ideſt angelis, & sa-
cerdotibus. vnde sequitur. {Et cœperunt omnes epulari.}
Lib.2.q.33. AVGVST. de Quæst. euan. Iste epulæ, atque festiuitas nunc
celebrantur per orbem terrarum ecclesia dilatata, atque diffusa: vi
tulus enim ille, in corpore & sanguine Dominico & offertur pa-
tri, & pascit totam domum.

e ¶ BEDA. Murmurantibus de peccatorum susceptione,
scribis & pharisæis, tres per ordinem parabolas saluator posuit.
Duabus primis quantum ipse cum angelis de pœnitentium salu-
te gaudeat, insinuat. In hac vero tertia non suum tantummodo
suorumque gaudium demonstrat, sed & inuidentium murmur re
prehendit. Dicitur enim. {Erat autem filius eius senior in agro.}
Lib.2.q.33. AVGVSTI. de Quæstionibus Euangeliorum. Maior filius H
populus Israel est, non quidem profectus in longinquam regionē,
sed tamen in domo non est. In agro autem est, ideſt in ipsa hære-
ditaria opulentia legis, & prophetarum terrena potius operatur.
Veniens autem de agro domum appropinquare cœpit, ideſt la-
bore seruilis operis improbato ex eisdem scripturis ecclesiæ liber
tatem considerauit. vnde sequitur. {Et cum veniret, & appro-
pinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum.} Ideſt spi-
ritu sancto plenos vocibus consonis euangelium prædicare. Se-
quitur enim. {Et vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid
hoc esset.} Ideſt sumit ad legendum aliquem prophetarum, &
in eo quærens quodammodo interrogat vnde ista festa in eccle-
sia celebrantur in qua se esse non videt. Respondet ei seruus pa
tris propheta. Sequitur enim. {Isque dixit illi. Frater tuus
venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum il-
lum recepit.} q.d. In extremis terræ fuit frater tuus, sed inde ma
ior exultatio cantantium domino canticum nouum, quia laus
eius ab extremis terræ, & propter eum qui absens erat occisus est
vir sciens ferre imbecillitatem, quia quibus non est narratum de I
eo viderunt. AMBROSIVS. Adolescentiori autem filio,
ideſt populo, & gentibus Israel, tamquam maior frater benefi-
cium paternæ benedictionis inuidit, quod faciebant Iudæi, quia
Christus cum gentibus epulabatur. vnde sequitur. {Indigna-
Lib.2.q.33. tus est autem & nolebat introire.} AVGVST. de Quæstio-
nibus Euangeliorum. Indignatur etiam & nunc, & adhuc non
vult intrare. Cum ergo plenitudo gentium introierit, egredie-
tur opportuno tempore pater eius, vt etiam omnis Israel saluus
fiat. vnde sequitur. {Pater ergo illius egressus, cœpit rogare
eum.} Erit enim quandoque aperta vocatio Iudæorum in sa-
lutem euangelij, quam manifestationem vocationis tamquàm
egressum patris appellat ad rogādum maiorē filium. Deinde quæ
respondit maior filius, quæstiones duas habent. Sequitur enim.
{At ille respondens dixit patri suo, ecce tot annis seruio tibi, &
numquam mandatum tuum præteriui.} De mandato non præ- K
tergresso facile illud occurrit, non de omni mandato dictum, sed
vno maxime necessario, quòd nullum alium deum præter vnum
creatorem omnium colere visus est. Neque iste filius in omni-
bus Israelitis, sed in his intelligitur personam habere, qui num-
quam ab vno deo ad simulacra conuersi sunt. Quamquam enim
terrena desideraret, ab vno tamen deo iste desiderabat bona, quā-
uis communia cum pecoribus, vnde & in psalmo dicitur. Vt iu-
mentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Sed quis est hæ
dus quem numquam accepit ad epulandum? Sequitur enim.
{Et numquam dedisti mihi hædum, vt cū amicis meis epularer.}
Peccator hædi nomine significari valet. AMBROSIVS. Iu-
dæum hædum requirit, Christianus agnum, & ideo illis Barrabas
soluitur, nobis agnus immolatur. Quæri etiam in hedo videtur,
Lib.2.q.33. quia Iudæi ritum veteris sacrificij perdiderunt. vel qui hædum
quærunt, expectant Antichristum. AVGVS. de Quæst. Euāg.

Sed non inuenio exitum huius sententiæ. Multum enim absurdū
est eum cui post dicitur. Tu mecum es semper, hoc a patre optas-
se, vt Antichristo crederet. Neque omnino aliquem Iudæorum,
qui Antichristum crediturisunt, istum filiū fas est intelligi. Quo-
modo autem epularetur ex illo hędo, si ipse est Antichristus, qui
ei non crederet? At si
hoc est epulari ex hę
di occisione, quod est
de Antichristi perdi
tione lætari, quomo-
do dicit filius quem
recepit pater, hoc
sibi non fuisse con-
cessum, cum omnes
filij de eius perditione lætaturi sunt? Ip-
sum igitur sibi domi
num negatum ad e-
pulandum conqueri
tur, dum eum pecca-

dignatus est autem, & nole-
bat introire. Pater ergo illius
egressus, cœpit rogare illum.
At ille respondens, dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio tibi,
& numquam mandatum tuum
præteriui, & nūquam dedisti mi
hi hędū ut cū amicis meis epula
rer, Sed postquam filius tuus hic
qui deuorauit substantiam suā

torem putat. cum enim hędus est illi genti, ideſt cum eam sabba-
ti violatorem & prophanatorem æstimet, iucundari epulis illius
non meruit. GREG. Quod autem dicit. {Cum amicis meis.}
aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut ex persona
populi Hierosolymitani cū cæteris populis Iuda. HIER. Vel
dicit. {Numquam dedisti mihi hędum, ideſt nullus sanguis pro-
phetę vel sacerdotis a Romano Imperio nos liberauit. AMBR.
Impudens autem filius similis est publicano iustificanti se, quia le
gem seruabat in litera. impie acculabat fratrem, quòd cum mere
tricibus paternam substantiam prodegisset. Sequitur enim. {Sed
postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cū me-
retricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum.} AVGVS.
Meretrices autem sunt superstitiones gentilium, cum quibus sub
stantiam dissipat, qui relicto vero connubio veri dei, cum dæmo-
ne fœda cupiditate fornicatur. HIERON. In hoc autem, q
dicit. Occidisti illi vitulum saginatum, confitetur venisse Chri- Lib.2.q.33.
stum, sed inuidia non vult saluari. AVGVSTINVS. Non
autem pater eum. q. mentientem redarguit, sed secum perseue-
rantiam eius approbans ad perfectionem potioris, atque iucun-
dioris exultationis inuitat. vnde sequitur. {At ipse dixit illi.
Fili tu semper mecum es.} HIERONIMVS. Vel quod
dixerat, iactantia est non veritas, cui pater non consentit, sed alia
compescit ratione dicens. {Mecum es.} Lege qua stringeris,
non quia non peccauerit, sed quia deus eum semper castigando
retraxit. Nec mirum si patri mentitur, qui fratri inuidet.
AMBROSIVS. Sed bonus pater etiam hunc saluare cu-
piebat dicens. {Tu mecum semper es.} vel quasi Iudæus in le- Lib.2.q.33.
ge, vel quasi iustus in communione. AVGVSTINVS.
Quid autem sibi vult, quòd addidit. {Et omnia mea tua sunt.}
quasi non sint & fratris? sed sic a perfectis, & immortalibus filijs
habentur omnia, vt sint & omnium singula, & omnia singulorū,
vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia cha-
ritas tenet. Sed quomodo omnia? nonne & angelos deus in pos-
sessionem tali filio subiecisse putandus est? si possessionem sic accī-
pias, vt eius possessor ipse sit dominus, non vtique omnia. Non
enim domini erimus, sed consortes potius angelorum. Si vero pos
sessio sic intelligitur, quomodo recte dicimus possidere animas, ve
ritatem non inuenio cur non vere, ac proprie id possimus acci-
pere. Non enim illud loquimur, vt dominas veritatis dicamus
animas. Aut si nomine possessionis ab hoc sensu impedimur,
illud quoque auferatur. non enim ait pater. Omnia possides, sed
omnia mea tua sunt, nec tamen vt ipsius domini. Quod enim
est in nostra pecunia, potest familiæ nostræ, vel alimentum esse,
vel ornamentum, vel aliud huiusmodi. Et certe cum ipsum pa-
trem recte ille possit suum dicere, non video quomodo quæ ip-
sius recte vocari possit, diuersis dumtaxat modis. Cum enim bea
titudinem illam obtinuerimus, nostra erunt ad videndum su-
periora ad conuiuendum æqualia, ad dominandum inferiora.
Congaudeat igitur securissimus maior frater. AMBRO. Si
enim desinat inuidere, omnia sua sunt, vel Iudæus sacramenta ve
teris testamenti, uel baptizatus noua etiam possidens. THEO.
Vel aliter: Totum persona filij, quæ uidetur murmurare, sumitur
pro omnibus quicumque scandalizantur subditis, sicut Dauid
introducit personam passam scandalum in peccatorum pace.
TITVS. Maior igitur filius sicut agricola insistebat agricul-
turæ, non terrestrem, sed animæ agrum fodiens, & salutis arbo-
res inserens, scilicet uirtutes. THEO. Vel erat in agro, hoc est
in mundo colens proprium carnem, vt repleatur panibus, & semi
nans in lachrymis ut in gaudio metat. sed cognitis gestis nolebat
intrare ad commune gaudium. CHRY. Quæritur autem si af
ficitur passione liuoris, dolens in prosperis aliorum. Dicendum est
autem, quòd nullus sanctorum dolet in talibus, immo bona
aliorum

aliorum sua existimat, non autem oportet omnia quæcumque pa A
rabola continet ad litteram pertractare, sed sensum elicientes cu-
ius causa componitur nihil aliud perscrutari. Hæc ergo parabola
ad hoc est composita vt peccatores non diffidant reuerti, scientes
quòd magna consequentur. vnde introducit alios turbatos in eo-
rum bonis, vt induc-
et eos liuore tabe-
scentes, sed tanto de
core honoratos re-
deuntes, vt etiam in-
uidiosi possint alijs
fieri. THEOPH.
Vel pharisæorum in
tentionē corrigit do-
minus per præsentē
parabolam quos ex
hypostasi nominat iu
stos. q.d. Esto, vos ve-
re iustos esse, nec trās
gressos aliquod man-
datorum, numquid
igitur propter hoc
non oportet admitte
re a flagitijs redeun-
tes? HIER. Vel
aliter. Omnis iusti-
tia in comparatione
Dei est iniustitia. vn-
de Paulus. Quis me
liberabit de corpore
mortis huius? vnde
Apostoli indignati
sunt pro petitione matris filiorum Zebedei. CYRIL. Quod C
& nosipsi quandoque patimur, viuunt enim quidam præstantissi-
mam, & optimam vitam, alius autem in ipso senio multoties ad
Deum conuertitur, vel forsitan extremum diem claudere de-
bens ac diluit reatus domino miserante. Hoc quidem aliquan-
do respuunt ex importuna pusillanimitate, non attendentes men
tem saluatoris, qui de salute pereuntium gaudet. THEO.
Dicit ergo filius patri. Gratis duxi in doloribus vitam a pecca-
toribus molestatus. & numquam causa mei decreuisti mactan-
dum esse hedum, ideſt persequentem me peccatorem, vt pau-
lulum recrearer, qualis hedus fuit Achab Heliæ. Qui dice-
bat, Domine prophetas tuos occiderunt. AMBROS. Vel
aliter notatur hic frater vsque adeo, vt de villa venire dicatur,
hoc est terrenis operibus occupatus, ignorans quæ sunt spiritus
Dei, vt denique numquam pro se, vel hedum quæratur occi-
sum, non enim pro inuidia, sed pro venia mundi agnus est im- D
molatus. inuidus hedum quærit, innocens agnum pro se desiderat
immolari. ideo & senior dicitur, eo quòd cito quis per inuidiam
consenescat, ideo & foris stat, eo quòd maliuolentia eum exclu-
dat, ideo chorum & symphoniam audire non potest, hoc est non
nulla theatralis incentiua lasciuię, sed plebis, concordiam conci-
nentis quæ de peccatore saluato dulcem letitiæ suauitatem resul-
tat. qui enim sibi iusti videntur indignantur quando alicui pec-
catum fatenti venia laxatur. Quis tu es qui domino contradicas,
ne videlicet culpam relaxaret, cum tu cui voluerit ignoscas? sed
remittendis post pœnitentiam debemus fauere peccatis, ne dum
veniæ alterius inuidemus, ipsi eam non mereamur a domino, non
inuideamus de longinqua regione remeantibus, quia & nos fui-
mus in regione longinqua.

CAP. XVI.

BEDA. Postquam murmurantes de pœnitentium E
receptione tribus parabolis saluator redarguit, quar-
tam mox quintamque de eleemosyna danda, & par-
simonia sequenda subiungit, quia & ordo prædican-
di aptissimus est, vt post pœnitentiam eleemosyna subiunga-
tur. vnde dicitur. {Dicebat autem ad discipulos suos. Homo
quidam erat dives, qui habebat villicum.} CHRYSOST.
Opinio quædam erronea aggrauata mortalibus auget crimina,
minuit bona. Ea vero est opinari, quòd ea quæcumque possīde-
mus in vsu vitæ possideamus vt domini, & ideo etiam opportu-
ne ea apprehendimus tamquam bona præcipua. Sed contra-
rium est, non enim nos vt domini in vita præsenti collocati su-
mus in propria domo, sed tamquam hospites & aduenæ quo
uolimus, ducimur, & quo tempore non putamus, qui nunc lo-
cuples est in breui sit mendicus: ergo quicumque sis, noueris
te esse dispensatorem alienorum, & transitorij vsus. & bre-
uis tibi iura concessa sunt. Abiecto ergo ab anima dominij fa-
stu, sumas humilitatem, & modestiam villici. BEDA. Vil-
licus quippe villæ gubernator est. vnde & a villa nomen acce-

CAP. XVI.

DIcebat autem, & ad discipulos suos. Homo
quidam erat dives qui habebat villicū, & hic
diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et voca-
uit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem vil
licationis tuæ. Iam enim non po- B
cum meretricibus venit, occi-
disti illi vitulum saginatum. At
ipse dixit illi. Fili, tu semper me
cum es, & omnia mea tua sunt.
Epulari autem & gaudere opor-
tebat, quia frater tuus hic mor-
tuus erat, & reuixit, perierat,
& inuentus est.

pit. Oeconomus autem tam pecuniæ quàm frugum, & om-
nium quæ habet dominus, dispensator est. AMBROSIVS.
Ex hoc ergo discimus non ipsos esse dominos, sed potius villi-
cos alienarum facultatum. THEOPHIL. Deinde, quòd
cum non exercemus dispensationem opum ad libitum domini,
sed ad proprias ille-
cebras, commissis a-
butimur, criminosi
villici sumus. vnde
sequitur. {Et hic
diffamatus est apud
illum, quasi dissipas-
set bona illius.
CHRYSO. In-
terea euulsus a villi-
catione eripitur. Se-
quitur enim. {Et
vocauit illum, & ait
ei. Quid hoc audio
de te? Redde ratio-
nē villicationis tuæ.
Iam enim non pote-
ris villicare.} Quo-
tidie talia nobis per
effectus exclamat do
minus, ostendens no
bis fruentem in me-
ridie sospitate, priusquàm vesperascat ex
animem, & alium in
ter prandia expiran-
tem, & diuersimode
ab hac villicatione discedimus. Sed fidelis dispensator qui de
propria dispensatione confidit, desiderat cum Paulo dissolui, &
esse cum Christo. Is autem cuius sunt vota terrena, anxiatur
in exitu. vnde de hoc villico subditur. {Ait autem villicus in-
tra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villica-
tionem? fodere non valeo, mendicare erubesco.} Impoten-
tem esse in opere crimen est vitæ inertis. Non enim timeret si
consuevisset affectare labores, quòd si secundum allegoriam ac-
cipiamus parabolam post transmigrationem hic factam non est
tempus operandi. Vita præsens habet exercitium mandato-
rum, futura vero solatium. Si nihil operatus es hic: frustra in
futurum curas, sed nec mendicando proficies. Huius inditium
sunt virgines fatuę, quæ imprudenter a prudentibus mendica-
uerunt, sed reuersę sunt vacuæ. quilibet enim suam conuersa-
tionem, vt tunicam induit, non est autem eam exuere, nec
ambire, cum alio. Sed debitorum remissionem ingeniatus
est nequitiæ villicus, statuens sibi malorum remedium in con-
seruis. Sequitur enim. {Scio quid faciam, vt cum amotus fue-
ro a villicatione recipiant me, in domos suas.} Quoties
enim, quis exitum suum percipiens, leuat beneficio sui cinam
peccatorum, vel relaxando debita debitori, vel tribuens inopi-
bus copiam, ea quæ sunt domini largiens, multos amicos con-
ciliat præbituros sibi coram iudice testimonium veritatis non
vocibus, sed bonorum operum ostensione, quin etiam paratu-
ros per testimonium refrigerij mansionem. Nihil autem est no-
strum, sed omnia sunt ditionis dei. vnde sequitur. {Conuo-
catis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. Κάδος
Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados
olei. BEDA. Cados Græcæ est Amphora continens vrnas
tres. Sequitur enim. {Dixitque illi. Accipe cautionem tuam,
& sede, & cito scribæ quinquaginta.} Dimidiani ei partem
dimittens. Sequitur enim. {Deinde alio dixit, tu vero quan-
tum debes? ait. Centum choros tritici.} Chorus modijs tri-
ginta completur. Sequitur, {ait illi. Accipe litteras tuas, &
scribæ octuaginta.} Quintam partem ei dimittens. Simpli-
citer ergo sic potest accipi. Quisquis indigentiam pauperis.
vel ex dimidia, vel ex quinta alleuiat parte, misericordiæ suæ Lib.2.q.34
mercede donandus est. AVGVSTINVS. de Quæ-
stionibus Euangeliorum. Vel quòd de centum cadis olei quin-
quaginta fecit scribi a debitore, & de centum choris tritici octoginta, ad hoc valere arbitror, vt ea quæ in sacerdo-
tes, atque Leuitas Iudæus quisque operatur in Ecclesia Chri-
sti abundent, vt cum illis decimas darent, isti dimidias dent, sicut
de bonis suis fecit Zachæus, aut certe duas decimas dando, ideſt
vnam quintam superent impendia Iudæorum.
b ¶ AVGVSTINVS. de Quæstionibus Euange- Lib.2.q.34.
liorum. Villicum quem dominus eijciebat a villicatu laudā-
uit dominus, eo quòd in futurum sibi prospexerit. vnde dici-
tur. {Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter
egisset.} Non tamen omnia debemus ad imitandum sumere,

Universidad de Deusto Biblioteca

non enim domino noſtro facienda eſt in aliquo fraus, vt de ipſa fraude eleemoſynas faciamus. ORIG. Verum, quia gentiles dicunt prudentiam eſſe virtutem, & diffiniunt eam peritiam bonorum malorum, & neutrorum, vel cognitioné agendorum, & nó agendorum, conſiderandū eſt vtrū hæc dictio plura, aut vnū ſignifi-

ter feciſſet, quia filii huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt minimo, & in maiori G fidelis eſt, & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis, quod verum eſt, quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Nō poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.

cet. dr̄ enim ꝙ de⁹ parauit cęlos prudentia conſtat bonā eſſe prudentiā qua dn̄s cælos parauit. Dicitur ēt in Gen. ſecundum 70. ꝙ ſerpēs prudētiſſimus erat, vbi prudentiam non virtuté dicit, ſed aſtutiam ad mala inclinationem habentem, & ſecundum hoc dicitur, ꝙ dominus laudauit villicum, quia prudēter egiſſet, hoc eſt callide & perperam. Et forſitan quod dixit Laudauit, non ſecundum veram commendationem, ſed abuſiue dictum eſt, vt cum dicimus aliquem commendari in mediocribus, & differentibus Lib.2.q.34. rebus, & quoddammodo mirandos eſſe concurſus & acumen, quibus vigor mentis elicitur. AVGVST. de Quæſtionibus Euangeliorum. Econtrario dicuntur iſtæ ſimilitudines, ut intelligamus ſi laudari potuit ille a domino, qui fraudem faciebat, quanto amplius placeant Deo, qui ſecundum eius præceptum opera illa faciunt? ORIG. Filij quoque huius ſæculi non ſapientiores, ſed prudentiores dicuntur lucis filijs, & hoc non abſolute, & ſimpliciter, ſed in genere ſuo. Sequitur enim. {Quia filij huius ſæculi prudētiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.} H BEDA. Filij lucis, & filij huius ſæculi vocantur, quomodo filij regni, & filij perditionis, cuius enim vnuſquiſque agit opera, eius cognominatur & filius. THEOPH. Filios ergo huius ſæculi vocat cogitationes, quæ ſibi commoda ſunt in terra filios vero lucis ſpirituales opes tractantes intuitu diuini amoris. Inuenimur autem in humauis quidem adminiſtrationibus prudenter omnia diſponentes, & ſummopere ſatagentes, vt ſi deſierimus ab adminiſtratione habeamus vitæ refugium, cum vero diſpenſare debemus diuina, non præmeditamur quæ nobis poſtmodum ſunt profutura. GREGOR. 18. Moral. Vt ergo in ſua manu homines poſt mortem quicquam inueniant, ante mortem diuitias ſuas in pauperum manibus ponant. vnde ſequitur. {Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis.} Serm.35. AVGVST. de Verbis Domini. Quod Hebræi vocant mammona, latine diuitiæ vocantur, ac ſi diceret. Facite vobis amicos dę diuitijs iniquitatis. I Hoc autem quidam male intelligendo rapiunt aliena, & inde aliquid pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt. Intellectus iſte corrigendus eſt. De iuſtis laboribus eleemoſynas facite, non enim corrupturi eſtis iudicem Chriſtum, ſi de præda inopis dares aliquid iudici, vt pro te iudicaret, ſi iudex ille pro te iudicabit, tanta vis eſt iuſtitiæ, vt etiam tibi diſpliceat. Noli tibi pingere talem Deum, fons iuſtitiæ eſt. Noli ergo eleemoſynas facere de fenore & vſuris. fidelibus dico, quibus corpus Chriſti erogamus, ſed ſi pecunias tales habetis, de malo eſt quod habetis. Iam nolite malum facere. Zachæus dixit. Dimidium rerum mearum do pauperibus. Ecce quomodo currit, qui currit facere amicos de mammona iniquitatis, & ne reus aliunde teneretur. Si cui aliquid tuli, quadruplum reddam. Eſt & alius intellectus. Mammonæ iniquitatis diuitiæ ſæculi ſunt omnes, vndecumque ſint. Si enim veras diuitias quæris, aliæ ſunt quibus Iob nudus abundabat, quando in Deum cor plenum habebat. Iſtę autem ab K iniquitate appellantur diuitiæ, quia veræ non ſunt, paupertate enim plenę ſunt, & ſemper obnoxię caſibus. Si enim veræ diui- Lib.2.q.34. tiæ eſſent, ſecuritatem tibi darent. AVGVST. de Quæſtionibus Euangeliorum. Vel diuitiæ iniquitatis dicuntur, quia non ſunt iſtę diuitiæ niſi iniquis, & qui in eis conſtituunt ſpem atque copiam ſuę beatitudinis. A iuſtis vero cū hic poſſidentur, eſt quidem iſta pecunia, ſed non ſunt illis diuitiæ niſi cæleſtes & ſpirituales. AMBR. Vel iniquum mammona dixit, quia varijs diuitiarum illecebris noſtras auaritias tentat affectus, vt velimus ſeruire diuitijs. BASIL. Vel ſi ſucceſſeris patrimonio ab iniuſtis congregata cœpiſti. in pluribus enim prædeceſſoribus neceſſe eſt aliquem reperiri, qui iniuſte vſurpauerit aliena. Ponatur autem, vt nec pater exegerit, ſed aurum vnde habes? Siquidem dicis a me, ignarus dei es, non habens notitiam creatoris. ſi vero a Deo, dic nobis rationem propter quam eas accepiſti, an non dei eſt terra & plenitudo eius? ergo ſi communis domini noſtra ſunt: erunt & conſeruorum noſtrorum. THEOPHILVS. Illę

F ergo dicuntur opes nequitiæ quaſcumque dominus dedit ad impendia neceſſitatis fratrum, ac conſeruorum noſtrorum, nos vero tenemus nobis. Decebat igitur a principio omnia pauperibus tradi. verum, quia iniquitatis fuimus villici, nequiter retinentes quod deputatum eſt ad aliorum opus, non eſt omnino manēdum in hac crudelitate, ſed impartiēdum eſt pauperibus, vt recipiamur ab eis in cæleſtibus tabernaculis. Sequitur enim. {Vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. GREGOR. 21. Moral. Si autem eorum amicitijs æterna tabernacula acquirim⁹ dātes penſare debemus quia patronis potius munera offerimus, Serm.35. quàm egenis dona largimur. AVGVST. de Verbis Domini. Qui ſunt enim qui habebunt tabernacula æterna, niſi ſancti Dei? Et qui ſunt, qui ab ipſis accipiendi ſunt in tabernacula æterna, niſi qui eorum indigentiæ ſeruiunt, & quod eis opus eſt hilariter ſubminiſtrant? Iſti ſunt minimi Chriſti, qui omnia ſua dimiſerunt, & ſecuti ſunt eum. & quicquid habuerunt, pauperibus diſtribuerunt, vt Deo ſine ſęculari compede expediti ſeruirent, & ab oneribus mundi liberatos, velut pennatos ſurſum humeros tollerent. AVGVST. de Quæſtionibus Euangeliorum. Non ergo eos a quibus recipi volumus in tabernacula æterna tamquā debitores dei fas eſt intelligi, cum iuſti & ſancti ſignificentur hoc loco qui eos introducant, qui neceſſitatibus ſuis terrena bona cōmunicauerunt. AMBRO. Vel aliter. {Facite vobis amicos de iniquo mammona.} vt largiendo pauperibus, angelorum cæterorumque ſanctorum gratiam comparemus. CHRYS. Attende etiam, ꝙ non dixit, vt ſuſcipiant vos in ſuis manſionibus, non enim ipſi ſunt qui ſuſcipiunt. vnde cum dixiſſet. {Facite vobis amicos.} addidit. {De mam. iniqui.} oſtendens, ꝙ non ſimpliciter eorum amicitia nobis patrocinabitur, niſi bona opera nos comitentur, niſi euacuemus iuſte diuitias, congeſtas iniuſte. Ars igitur artium peritiſſima eſt eleemoſyna. non enim nobis domos fabricat luteas, ſed vitam perennem impendit. Singularum artium alia alterius adminiculo indiget. cū autem miſereri oportet, nullius alterius, ſed ſolius voluntatis eſt opus. CYRIL. Sic igitur docebat Chriſtus affluentes diuitijs ſummopere diligere amicitiam pauperum, & theſaurizare in cælis. Nouerat autem humanæ mentis deſidiam, quomodo ambientes diuitias nullum charitatiuum opus impendunt ægentibus. ꝙ igitur talibus nullus ſpiritalium donorum fructus proueniat, manifeſtis exemplis oſtēdit ſubdens. {Qui fide. eſt in min. & in maio. fid. eſt & qui in mod. iniquus eſt, & in maio. iniqu. eſt.} Aperit autem nobis dominus oculum cordis exponens quod dixerat, cum ſubdit. {Si ergo in iniquo mam. fide. non fui. quod verum eſt quis crē. vobis?} Eſt igitur minimum iniquis mammona, ideſt terrenæ diuitiæ, quæ ſuperna ſapientibus nihil eſſe videntur. Arbitror ergo aliquem eſſe in modico fidelem, cum de his minimis oppreſsis erumna ſubſidium impertitur. Itaque ſi in modico fuerimus perfidi, quo pacto ab eo obtinebimus verum, ideſt diuinorum chariſmatum vber donū: animæ humanæ imprimens diuinam ſpeciem? Quod autem ad hoc tendat intentio verborum domini, per ſequentia patet. Dicit enim. {Et ſi in alieno non fuiſtis fideles, quod veſtrum eſt, quis dabit vobis?} AMBROSIVS. Alienæ nobis diuitiæ ſunt, quia præter naturam ſunt, neque nobiſcum naſcuntur, neque nobiſcum tranſeunt. Chriſtus autem noſter eſt, quia hominum vita eſt. denique in propria venit. THEOP. Sic igitur hucuſque docuit nos quàm fideliter deceat diſpenſare diuitias, ſed quia opum diſpenſatio ſecundum deum non aliter obtinetur: quàm per impaſſibilitatem animi ad diuitias non affecti ſubiungit. {Nemo ſer. pot. duo. do. ſer.} AMBR. Non quia duo, ſed vnus eſt dominus. nam & ſi ſint qui mammonę ſeruiant, tamē non ille nouit aliqua iura dominatus, ſed ipſi ſibi iugum ſeruitutis imponunt. Vnus eſt dominus, quia vnus eſt deus. vnde patet patris & filij vnum eſſe dominatum. Et huius rationem aſſignat ſubdens. {Aut enim vnum odio habebit & alte. dili. aut vni adhærebit. & alte. contem.} AVGVST. de Quæſtion. Euang. Lib.2.q.39. Hæc autem non paſſim, aut quaſi temere dicta ſunt. Nemo enim interrogatus, vtrum diligat diabolum: reſpondet ſe diligere, ſed potius odiſſe: deum autem ſe diligere omnes ferè proclamant, ergo aut vnum odiet, ſcilicet diabolum, alterum diliget. ſ. deum, aut alteri adhærebit, ſcilicet diabolo, cum quaſi præmia tēporalia ſectatur, & alterum contemnet, ſcilicet deum, ſicut ſolent minas

minas eius poſtponere cupiditatibus ſuis, qui de bonitate eius Io.Euā.37. ad impunitatem ſibi blandiuntur. CYRILLVS. Concluſio autem eſt totius ſermonis quod ſequitur. {Non poteſtis deo ſeruire, & mammonæ.} Totum igitur ſtudium transferamus ad alterum diuitijs abrenunciantes. BEDA. Audiat ergo hoc

c Audiebant autem omnia hæc phariſæi qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis. Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda veſtra. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud deum. Lex & prophetæ vſque ad Ioannem: ex B eo regnum dei euangelizatur,

auarus, non poſſe ſimul diuitijs Chriſtoque ſeruiri, & tamen non dixit. Qui habet diuitias, ſed, Qui ſeruit diuitijs. Qui enim diuitiarū ſeruus eſt, diuitias cuſtodit vt ſeruus, qui autem ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit eas vt dominus, ſed qui ſeruit mammonæ, illi vtique ſeruit, qui rebus iſtis terrenis merito ſuæ peruerſitatis præpoſitus, & princeps huius ſæculi nominatur.

c ¶ BEDA. Monuerat Chriſtus ſcribas & phariſæos de ſua iuſtitia non præſumere, ſed peccatores pœnitentes recipere, & eleemoſynis ſua peccata redimere, ſed illi præceptorem miſericordiæ humilitatis & parſimoniæ deridebant. vnde dicitur. {Audiebant autem omnia hæc phariſæi qui erant auari, & deridebant eum.} Duas ob cauſas, quia vel minus vtilia imperaret, vel a ſe iam facta ſuperflue ingereret. THEOP. At dominus detegens in eis occultam malitiam, oſtendit eos ſimulare iuſtitiā. vnde ſubditur. {Et ait illis. Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus.} Iuſtificant ſe coram hominibus, qui peccatores tamquàm infirmos deſperatoſq; contemnunt: ſe autem ipſos tamquam perfectos eleemoſynarum remedio opus non habere credunt, ſed noxij rumoris altitudo, quàm ſit iuſte damnanda videt ille, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. vnde ſequitur. {Deus autem nouit corda veſtra.} THEOPH. Et ideo abominabiles ei eſtis ob arrogantiam, & ambitum humani fauoris. vnde ſubditur. {Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud deum. BEDA. Diſputantem autem contra auaritiam ſaluatorem, phariſæi deridebant, quaſi contraria legi prophetiſque præciperet, vbi multi ditiſſimi deo placuiſſe leguntur, ſed & ipſe Moyſes populum quem regebat, ſi legem ſequeretur, omnibus terrenis bonis abundaturum prædixit, quibus dominus occurrens oſtendit inter legem & euangelium, ſicut promiſſionum ita & præceptorum non minimam eſſe differentiam. vnde ſubditur. {Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.} AMBR. Non quia lex defecit, ſed quia incępit euangelij prædicatio. videntur enim minora compleri, cum potiora ſuccedant. CHRYS. Per hoc autem reddit eos celeres ad ſui fidem, quia ſi vſque ad tempus Ioannis conſummata ſunt omnia, ego ſum qui veni. Non enim deſtitiſſent prophetæ, niſi veniſſem ego. Sed dices. Qualiter prophetæ vſque ad Ioannem, cum multo plures prophetæ Quæ. Cōp. quæſt. 234. in nouo quàm in veteri teſtamento fuerint? ſed de illis prophetis dicit, qui pronunciauerunt Chriſti aduentum. EVSEB. Nouerunt autem priores prophetæ prædicationem regni cælorum, ſed nullus eorum expreſſe annunciauerat populo Iudæorum, eo quòd puerilem mentem Iudæi habētes, imbecilles erant circa prædicationis immenſitatem. Primus autem Ioannes manifeſte prædicauit appropinquaſſe regnum cælorum, necnon & peccatorum remiſſionem per lauacrum regenerationis. vnde ſequitur. {Ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.} AMBROS. Lex enim multa ſecundum naturam tradidit, vt naturalibus indulgentior deſiderijs ad iuſtitiæ ſtudium nos vocaret. Chriſtus naturam incidit, quia naturales quoque amputat voluptates, ſed ideo vim facimus naturæ, vt non ad terrena demergat, ſed ad ſuperna ſe erigat. EVSEB. Magna enim pugna incumbit mortalibus in aſcenſu cælorum. quòd enim homines carne mortali veſtiti ſubiugent voluptatem, & omnem illicitum appetitum, imitari volentes vitam angelicam, quomodo non ſit violenter? Quis autem videns diuino inſudantes cultui, & pene ſuam carnem mortificantes, non reuera fatebitur illos vim inferre regno cælorum? ſed & ſi quis indagauerit mirandum propoſitum venerandorum martyrum: fatebitur eos vim irrogare in regnum cælorum. AVGVST. de Quæſtionibus Euangeliorum. Vim etiam faciunt in regnum cælorum, vt non ſolum temporalia iſta contemnāt, ſed etiam linguas deridentium ſe talia contemnentes. Hoc enim ſubiunxit euangeliſta, cum dixiſſet. Deriſum fuiſſe Ieſum, cum de contemnendis terrenis diuitijs loqueretur. BEDA. Ne autem putarent in eo quod dixit. {Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.} Legis vel prophetarum ab eo deſtructionem prædicari, hoc excludit ſubdens. {Facilius autem

A eſt cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.} Præterit enim figura huius mundi, de lege autem nec vnius quidem literæ ſummitas, ideſt nec minima quæque a ſacramentis ſpiritualibus vacant. {Et tamen lex & prophetæ vſque ad Ioannem,} quia non potuit vltra venturū prophetizari, quod Ioan-

& omnis in illud vim facit. Facilius eſt autem cœlum, & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mæchatur, & qui dimiſſam a viro ducit, mæchatur.

d Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & æpulabatur quotidie

nis præconio iam veniſſe clarebat. quod autem de lege in perpetuum non violanda prædixerat, vno exempli gratia de illo ſumpto confirmat teſtimonio, dicens. {Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alterā, mæchatur, & qui dimiſſam a viro ducit, mæchatur.} vt ex hoc vno diſcerēt etiam in cæteris, eum non ad ſoluenda, ſed implenda decreta lege veniſſe. THEOP. Quòd enim cum imperfectis lex imperfecte loqueret, ex hoc patet, quòd duris præcordijs Iudæorum ait. Si vir odio habuerit coniugem, dimittet eam, quia cum homicidæ eſſent & gauderent in ſanguine, nec aſtrictorum ſibi miſerebantur: adeo vt filios & filias mactarent dæmonibus, nunc vero perfectioris doctrinæ opus eſt. Ob hoc igitur dico, quòd ſi quis repudiat coniugem, non incumbente cauſa fornicationis, mæchatur. {Et qui aliam duxerit, mæchatur.} AMBROSIVS. Prius autem dicendum arbitror de lege coniugij, ut poſtea de prohibendo diuortio diſputemus. Quidam putant omne coniugium a Deo eſſe, quia ſcriptum eſt. Quos deus coniunxit, homo non ſeparet. Quomodo ergo Apoſtolus dixit. Si infidelis diſcedit, diſcedat? C In quo oſtendit, non a Deo eſſe omne coniugium, neque enim Chriſtiani gentilibus dei iudicio coniunguntur. Noli ergo vxorem dimittere, ne Deum tuæ culpæ diffitearis auctorem. Etenim ſi alienos, multo magis vxoris debes tolerare & emendare mores, quæ cum paruulis fœta dimittitur. Durum ſi excludas Lib.2.q.31. parentem, pignora teneas, vt ad cōtumeliam parentis addas etiam pietatis iniuriam, durius ſi propter matrem etiam filios ſimul pellas, pateris ne liberos tuos viuente te eſſe ſub vitrico? ac incolumi matre eſſe, ſub nouerca? Quàm periculoſum, ſi fragilem adoleſcentiæ ætatem errori offeras, quàm impium, ſi eius deſtituas ſenectutem cuius defloraueris iuuentutem. Pone ſi repudiata non nubat, & hoc tibi debuit diſplicere cui adultero fidem ſeruat. Pone ſi nubat, neceſſitas illius tuum crimen eſt, & quod coniugium putas, adulterium eſt. Hoc moraliter tamen, Lib.2.q.31. quia ſupra propoſuerat regnum Dei euangelizari, & cum dixiſſet de lege vnum apicem non poſſe cadere ſubiecit: D {Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram, mæchatur, &c.} Vir Chriſtus eſt, vxor eccleſia, charitate vxor, integritate virgo, ergo quē deus traxit ad filium, non ſeparet perſecutio, non auertat luxuria, non philoſophia deprædetur, hæreticus non inficiat, Iudæus non ſeparet. Adulteri ſunt omnes, qui adulterare cupiunt fidei & ſapientiæ veritatem.

d ¶ BEDA. Admonuerat ſupra Dominus facere amicos de mammona iniquitatis, Quod audientes phariſæi deridebant, deinde illa quæ propoſuerat, exemplis aſtruit, dicens. {Homo quidam erat diues. CHRYSOSTOMVS. {Erat:} non eſt, quia præterijt quaſi vmbra fugiens. Non autem omnis ſancta paupertas, aut diuitiæ criminoſæ, ſed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat ſanctitas. Sequitur enim. {Et induebatur purpura & byſſo. AMBROSIVS. Epiſt.38. Purpura color regij habitus eſt, & conchis marinis ferro circumciſis emiſſa, byſſus vero genus lini candidi & molliſſimi. E GREGORIVS. in Homilia. Si autem ſubtilium pręcioſarumque veſtium cultus culpa non eſſet, nequaquàm ſermo Dei, hoc tam vigilanter exprimeret. Nemo quippe veſtimenta præcioſa, niſi ad inanem gloriam quærit, ut honoratior cæteris eſſe videatur. nemo enim vult ibi præcioſis veſtibus indui, vbi ab alijs non poſſit videri. CHRYSOSTOMVS. Cinerem & puluerem & terram, purpura & ſerico protegebat, ſecundum veſtimenta eius, ita & æpulæ. Ergo & nobis, quales æpulæ: talia & veſtimenta. vnde ſequitur. {Et æpulabatur quotidie ſplendide.} GREG. primo Mor. vbi ſolerter intuendum eſt, quia celebrari ſine culpa conuiuia vix poſſunt, penè ſemper æpulas concomitatur voluptas. Nam cum corpus in refectionis delectatione reſoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Sequitur. {Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.} AMBROS. Narratio magis quàm parabola videtur quando etiam nomen exprimitur. CHRYSOST. Parabola vero illa eſt, vbi exemplum ponitur, & tacenē nomina. Interpretatur autem Lazarus, qui

qui adiutus est, pauper enim erat, & illum dominus adiuuabat. F
CYRIL. Vel aliter. Potens sermo de diuite & Lazaro, similitudinarie scriptus est in parabola, vt innotescat, quòd qui terrenis affluunt opibus, nisi velint opitulari necessitatibus pauperum, grauem incurrent sententiam. Refert autem traditio Iudæorũ, Lazarum quẽ dam fuisse tunc temporis in Hierosolymis extrema præsũ inopia, & infirmitate, cuius meminit dominus introducés eũ in exemplum ad maiorem sermonis manifestationẽ. GREGOR. in Homil. Notandum etiã est, quia in populo plus solent nomina diuitum, quàm pauperũ sciri. Dominus autem nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, quia Deus humiles nouit, atque approbat, superbos ignorat: vt autem amplius probaretur pauper, simul hunc, & paupertas, & ægritudo tabescit. Sequitur enim. {Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus.}

splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiẽs saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & tanes veniebant, & lingebant vlcera eius.

e Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab G

CHRYSOST. Ideo iacebat ad ianuam ne diues diceret. Non vidi, nemo mihi nunciauit. videbat eum exiens, & reuertens. ideo vlceribus plenus, vt crudelitatem diuitis suo corpore demonstraret. Infelicissime hominum, mortem corporis tui vides iacere ante ianuam, & non misereris? si dei præcepta non consideras, saltem conditionis tuæ miserere, & time ne ipse talis efficiaris. ægrotatio autem habet aliquod solacium, si opes habet. Quanta ergo in isto pœna est, in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, sed famem? Sequitur enim. {Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis.} H
q.d. Quod proijcis de mensa hoc præbe in eleemosynam, fac damna lucrum. AMBROSIVS. Insolentia autem, & tumor diuitum in diuitijs competentibus subinfertur. Sequitur enim. {Et nemo illi dabat.} Ita enim sunt conditionis humanæ immemores, vt tamquam supra naturam sit, de miserijs pauperum incentiua suarum capiant voluptatum, rideant inopem, insultent egenti, & quorum misereri deceat, his auferant.
Serm.25. AVGVSTINVS. de Verbis Domini. Inexplebilis enim auaritia diuitum, nec timet deum, nec hominem veretur, non parcit patri, amico fidem non seruat, viduam opprimit, rem pupilli inuadit. GREGOR. in Homilia. Insuper pauper videbat procedentem diuitem ab obsequentibus circumfulciri, se in infirmitate, & inopia a nullo visitari, nam quia nemo ei ad visitandum aderat, testantur canes, qui licenter volnera eius lingebant. Sequitur enim. {Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.} I
CHRYSOST. Vlcera quæ nullus hominum lauare dignabatur & contractare, ferè mites lambunt. GREGOR. in Homilia. Ex vna ergo re omnipotens deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit, vt & diues impius damnationis sibi augeret vltionem, & tentatus pauper cresceret ad remunerationem, quia conspiciebat ille quotidie cui miseretur, videbat iste de quo probaretur.

c ¶ CHRYSOSTOMVS. Audiuimus quid vtrique in terra passi sunt, videamus quid vtrique patiantur apud inferos. Quod temporale fuit, præterijt, quod sequitur, æternum est. Vterque mortuus est. illum angeli, hunc pœnæ susceperunt. Dicitur enim. {Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur in sinu Abrahæ.} Tantæ pœnæ repente delitijs commutantur. Portatur post tantos labores, quia defecerat, ne saltem ambulans laboraret, & portabatur ab angelis. Non sufficerat ad portandum pauperem vnus angelus, sed propterea plures veniunt, vt chorum letitiæ faciant. gaudet vnusquisque angelus tantum onus tangere, libenter talibus oneribus prægrauantur, vt ducant homines ad regna cælorum. Portatus est autem in sinu Abrahæ, vt illum palparet & refocillaret. {Sinus Abrahæ,} Paradisus est. Ideo autem angeli ministrantes tulerunt pauperem, & locauerunt eum in sinu Abrahæ, quia licet despectus iaceret, non tamen desperauit, nec blasphemauit dicens. Hic diues in nequitia viuens gaudet, & tribulationem non patitur, ego vero nec obtinere valeo necessariam escam. AVGVSTI. de Origine animæ. Quòd autem Abrahæ sinum existimas esse corporeum, vereor ne in re tanta ioculariter non serio agere credaris. Neque enim vsque adeo deciperis, vt arbitreris corporeum sinum hominis vnius ferre tot animas, immo, vt secundum te loquar, tot corpora quot illuc angeli, sicut lazarum perferunt, nisi opineris fortasse illam vnam animam solam, ad eundem sinum
Lib.4. c.16.

Peruenire meruisse. si errare pueriliter non vis, sinum Abrahæ intelligere remotam sedem quietis, atque secretam, vbi est Abraham, & ideo Abrahæ dictam, non quòd ipsius tantum sit, sed quòd ipse multarum gentium pater sit, qui ad imitandum fidei principatum præpositus est. GREGOR. in Homilia. Cum autẽ duo essent inferi, corda pauperis scilicet, & diuitis, vnus desuper erat inspector, qui & pauperem tentando exercebat ad gloriam, & diuitem tolerando expectabat ad pœnã. vnde sequitur. {Mortuus est autem & diues.} CHRYS. Mortuus quidem est tunc corpore, sed erat illi ante anima mortua, nihil enim agebat ex operibus animæ. nam totus seruor eius qui peruenit ex dilectione proximi expirauit, & erat corpore defuncto defunctior. Nullus autem est, qui sepeliendo diuiti ministrasse dicatur vt Lazaro. eo namque quòd in lato itinere delectatus multos habuit obsequentes adulatores, vt peruenit ad finem priuatus est omnibus. Simpliciter enim sequitur. {Et sepultus est in inferno.} Sed etiam anima eius dum viueret sepeliebat Lib.2.q.38.
obruta corpore quasi sepulchro. AVG. de Quæst. euange. Sepultura autem inferni pœnarum profunditas est, quæ superbos & immisericordes post hanc vitam vorat. BASI. Est autem infernus quidam locus communis in intimo terræ obumbratus vndique & opacus, cuius est quoddam orificium in profundum tendens: per quod patet descensus animabus ad mala damnatis. CHRY. Vel sicut regum carceres extra manent, sic & extra mundum foris alicubi est infernꝰ. vnde & exteriores tenebræ dictæ sunt. THEO. Quidam vero dicunt infernum esse transitum ab apparenti ad disparens, & deformitatem animæ. Quamdiu enim anima peccatoris in corpore est, apparet per proprias operationes, vt autem euolat de corpore, fit deformis. CHRYSOSTOMVS. Sicut autem pauperi dum viueret grauiorem pœnam reddebat iacere ante ianuam diuitis, & aliena bona prospicere, sic diuiti mortuo augebat exitium accubitus in gehenna, & prospectus delectationis Lazari: ne solum tormentorum natura, sed & collatione honoris illius intollerabilius sentiret supplicium. vnde sequitur. {Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe.} Eleuauit quidem oculos, vt inspiceret, non ut despiceret. Lazarus enim sursum erat, ille deorsum. illum plures angeli portabant, istum infinita tormenta possidebant. vnde non dicit. Cum esset in tormento sed {In tormentis.} Totus enim in tormentis erat oculos solos liberos habebat, vt alterius lætitiam possit aspicere, vt magis torqueatur, quia non habet quod alius habet. aliorum diuitiæ eorum qui in paupertate sunt, tormenta sunt. GREGORIVS. Si autem Abraham adhuc in imis non esset, hunc diues in tormentis positus non videret. Eos enim, qui cælestis patriæ vias secuti sunt, prius egressum carnis inferni claustra tenuerunt, non vt pœna quasi peccatores plecteret, sed vt illos in locis remotioribus requiescentes, quia necdum intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni reatus primæ culpæ retineret. CHRYSOSTOMVS. Multi autem erant pauperes iusti, sed qui iacuit ad limina eius, aspectui occurrit ad eius tristitiam. Sequitur enim. {Et Lazarum in sinu eius,} Hinc innotescit, quòd omnes qui a nobis offenduntur, obijciuntur nostro conspectui. Diues autem Lazarum non penes alium iustum, sed in sinu Abrahæ videt. erat enim Abraham charitatiuus. hic autem crudelitatis arguitur. Ille sedens ante fores venabatur transeuntes, & in in domum propriã ingerebat, hic vero & manentes intus auertebat. GREGOR. in Hom. Qui nimirum diues eum cuius in hac vita misereri non voluit, in suo iam supplitio positus patronum quærit. THEOPHILVS. Non tamen dirigit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham, quia forsan erubescebat & putabat Lazarum reminisci malorum ex proprijs iudicans de illo. vnde sequitur. {Et ipse clamans dixit.} CHRYS. Magnæ enim pœnæ, magnam vocem reddebat. {Pater Abraham.} q.d. Patrem te voco natura, quomodo filius qui perdidit suam substantiam, licet meo vitio te patrem perderim. {Miserei mei.} Frustra agis pœnitentiam vbi non est pœnitentiæ locus. Tormenta te cogunt, nõ mentis affectus. Quicumque in regno cælorum est: nescio an eius qui in inferno est valeat misereri. Creator creaturæ misereturque suæ. Vnus venit medicus, qui sanaret morbos, alij sanare non poterant. {Mitte Lazarum.} Erras miser. Abraham mittere non potest, sed suscipere potest. {vt intingat extr. digiti sui in aquã.}
Lazarum

Lazarum videre non dignabaris, & nunc digitum eius desideras: hoc quod petis, tu ei debebas facere cũ adhuc viueret. Aquam desideras, qui delicatos cibos ante fastidiebas. Vide conscientiã peccatoris, non totum audet poscere digitum. Instruimur autem quàm sit vtile in diuitijs non confidere: ecce diues indiget paupere qui quandoq; esuriebat.

refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahã? Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autẽ hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatũ

Mutantur res & notificatur omnibus quis esset diues: quis esset pauper: sicut enim in theatris cum adueniunt, exeũtes & amicum deponentes, qui reges & prætores visi fuerant: omnibus vlceribus pleni videntur vt sunt, sic & adueniente morte, & soluto spectaculo, vniuersi laruis egestatis & diuitiarum depositis, ex solis operibus diiudicantur qui nam vere sint diuites: qui pauperes, qui gloriosi, quiue inglorij. GREG. in Hom. Diues enim iste qui vlcerato pauperi mensæ suæ vel minuta dare noluit, in inferno positus vsque ad minima quærenda peruenit. nam guttam aquæ petiuit, qui micas panis negauit. BASI. Condignum autem præmium reddit diuiti illi ignis & infernalis pœna, lingua arefacta, vice liræ sonantis, gemitus: vice potus, desiderium stillæ: vice speculorum enormium, caligo profunda, vice ambitus incessantis peruigil vermis. vnde sequitur. {Vt refrigeret lin.me. quia crucior in hac flamma.} CHRY. Non autem quia diues fuerat torquebatur: sed quia misertus non fuit. GREG. in Hom. Hinc colligendũ est qua pœna mulctandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur qui propria non largitur. AMBRO. Cruciatur etiam, qua luxurioso carere delitijs pœna est, aqua est refectio animæ in doloribus constitutæ. GREG. in Hom. Quid autem est qꝙ in tormentis positus linguam suam refrigerari postulat, nisi qꝙ is qui conuiuando de loquacitate peccauerat, per retributionis iustitiam in lingua atrocius ardebat? Abundare enim in conuiuiis loquacitas solet. CHRY. Multa etiam lingua eius superba locuta est, vbi peccatum, ibi & pœna, & quia plurimum lingua peccauit, amplius torquetur. AVG. de Quæst. euan. Vel qꝙ linguã suam vult refrigerari cum in flamma totus arderet, significat qd scriptum est, Mors & vita in manibus linguæ, & quia ore confessio fit ad salutem, quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti: vel minimam operationem significat, qua per spiritum sanctum subuenitur. AVG. de Origine animæ. Dicis autem, membra hic animæ describuntur, & vis per oculum totum caput intelligi: quia dictus est eleuare oculos suos, per linguam fauces, per digitum manum. Quid autem causæ est, vt nomina ista mẽbrorum in Deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? An vero qũ de creatura dicuntur, proprie accipienda sunt, quando autem de creatore, tropice atque translate? Pennas itaque corporeas daturus es nobis, quoniam non creator sed creatura, idest homo dicit, Si assumpsero pennas meas diluculo. Porro si propterea linguã habuit diues ille corpoream quoniam dixit: {Refrigeret linguam meam.} In nobis quoq; adhuc in carne viuẽtibus manus habet ipsa lingua corporea: quia scriptum est: Mors & vita in manibus linguę. GREGO. Nissenus. Sicut autem præstantissima speculorũ, tales repræsentãt faciẽi imagines, quales & ipse obiectæ facies extant, lætas quidem lætantium, tristium vero tristes, sic & iustũ Dei iudiciũ sine fit dispositionibus nostris. vnde quia diues nõ fuit misertus pauperis iacẽtis ad ianuã, cũ misericordia egeat nõ exaudit. Sequitur enim: {Et dixit. Abra. Fi. recor. qa re. bo. in vi. tua.} CHRY. A spice patriarchæ bonitatẽ, vocat illũ filium, quod man suetudinem eius potest exprimere, nullum tũ præbet auxilium ei qui se remedio priuauerat, vnde dicit: Recordare ideſt animaduertas peccata: ne obliuiscaris qꝙ fueris oblectatus diuitijs, recepisti bona in vita tua, ideſt illa quæ vera bona esse putabas, non potes & in terra regnasse & hic regnare, diuitiæ nõ possunt esse veræ, & in terra & in inferis. Sequit: {Et Laza. similiter mala.} Nõ quòd Lazarus ea mala putauerit: sed ex censura diuitis hoc dicebat, qui inopiam & famem & duram ægritudinem æstimabat mala. Quando igitur infirmitatis & ægrotationis magnitudo præmit Lazarũ cogitemus, & lætanter accipiamus mala in vita nostra. AVG. de Quæst. euan. Hæc igitur ei dicuntur, quia fœlicitatem dilexit sæculi, nec aliam vitam præter illam in qua superbus tumebat adamauit. Lazarum autẽ dicit mala recepisse: quia intellexit huius sæculi mortalitatem, labores, & dolores & erumnas, pœnam esse peccati: quia omnes in Adam morimur, quia factus est trangressione mortalis. CHRY. Dicit etiam: Recepisti bona in vita tua, quasi debita. q.d. Siquid boni fecisti vnde præmium daretur, omnia recepisti in illo mundo, epulans, ditatus, oblectatus, successibꝰ prosperis, hic autem si quid mali commisit, vniuersa recepit pau-

pertate, fame, & extremis oppressus miseriis, & vterque vestrum huc nudus accessit, hic quidem a peccatis propter quod & consolationem sortitur, tu vero a iustitia, propter quod immitigabilem perfers pœnam. vnde sequitur: {Nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris.} GREG. in Hom. Quæcumque ergo in hoc seculo bene habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis per timescite, ne concessa vobis prosperitas eorumdem remuneratio sit bonorum, & cũ quoslibet paupes nõ nulla reprehensibilia perpetrare cõspicitis, quia fortasse quos superfluitas tenuissimæ

est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare.

f Et ait, Rogo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniãt in hunc locum tormentorum. Et

prauitatis coinquinat, caminus paupertatis purgat. CHRY. Sed dices: Nonne est aliquis qui & hic & illic venia perfruatur? Hoc quidem difficile est, & de numero impossibilium. nã & si paupertas non vrgeat, vrget tamen ambitio. Si ægritudo nõ stimulet, ira inflammat: si tentationes non impetunt, emergunt sæpius cogitationes iniquæ. Non est autem paruus labor iracundiam refrenare, compescere illicita desideria, ostẽtationes sedare, desperationem remittere, vitam asperam ducere. Talia vero non agentẽ, impossibile est saluari. GRE. in Hom. Responderi etiam potest, qꝙ mali in hac vita bona recipiunt, quia omne suum gaudium fœlicitatem transitoriam putant. Iusti autem habẽ e hic quidẽ possunt bona, nec tamen in recompensatione reciperi, quia dum meliora, ideſt æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona affuerint, minime videntur. CHRYO. Post misericordiam autem Dei in propriis studiis sperandum est de salute, non numerãdo patres, aut proximos vel amicos. Frater enim non liberat. & ideo subdit: {Et in his omnibus ma. chaos firmatum est inter nos & vos.}
THE. Chasma mega, hoc est hiatus ingens, significat iustorum a peccatoribus distãtiam. nam sicut affectus eorum varii fuerant, sic χάσμα μέγα
etiam mansiones non modicum differunt. CHRY. Quod firmatum dicitur, quia non põt dissolui, agitari, vel cõcuti. AMB. Inter diuitem igitur & pauperem chaos magnũ est, quia possunt mortem nequeunt merita mutari. vnde sequitur: {Vt hi qui volunt hinc ad nos trãsire nõ possint, neq; inde huc transmeare. CHRY. q.d. Videre possumus, transire nõ possumus, & nos videmus quid fugerimus, & vos videtis quid perdideritis, & nostra gaudia cumulant vestra torméta, & vestra tormenta cumulant nostra gaudia.
GREG. in Hom. Sicut enim transire reprobi ad electos cupiũt, ideſt a suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad afflictos, atque in tormentis positos transire iustorum est mẽte ire per misericordiam, eosque velle liberare, sed iustorum animæ quãmuis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, iam tamen auctoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine cõstringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur, nec iniusti, ergo ad beatorum sortem transeunt, quia damnatione perpetua cõstringunt. nec iusti ad reprobos transire possunt, quia erecti iam per iustitiã iudicij, eis nullo modo ex aliqua cõpassione miserentur. THE. Hinc elicias argumentum contra Origenis sequaces qui dicunt: Cum terminus sit imponendus suppliciis, erit tempus quo aggregabuntur peccatores iustis & Deo. AVG. de Quæst. euan. Ostẽdit enim per incommutabilitatem diuinæ sententiæ nullum auxilium misericordiæ posse præberi peccatoribus a iustis, etiam si velint præbere, quo admonet vt in hac vita homines subueniant quibus possunt, ne si postea etiam optime recepti fuerint, eis quos diligunt opitulari non valeant. Illud enim quod scriptum est, vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula, non de superbis & immisericordibus scriptum est, sed de his qui sibi eos amicos de operibus misericordiæ fecerunt, quos iusti nõ velut propria potestate quasi gratificando recipiunt, sed permissione diuina.
Cap.38.l.2. 7.4.

f ¶ GREG. in Hom. Postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad propinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur: {Et ait: Rogo te pater vt mittas eum in domum pa. mei.}
AVG. de Quæst. euan. Lazarum petit mitti, quia sensit se indignum, qui testimonium perhibeat veritati. Et quia non impetra- Lib.2.q.38.
uerat paululum refrigerari, multo minus credit se relaxari posse ab inferis ad prædicationem veritatis. CHRY. Vide autẽ perseuerantem, nec in ipsis pœnis continet veritatẽ. Si pater est Abraham, quomodo dicis: Mitte eum in domum patris mei? sed non es oblitus patris tui, quia ille te perdidit. GRE. in Hom. Reproborum autem mentem pœna sua quandoq; inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos specialiter diligant, qui hic dũ peccata diligerent, nec se amabant. vnde sequitur: {Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. AMBR. Serius autẽ diues iste magister esse incipit, cum iam nec discendi tempus habeatur vel docendi.
Lib.4.ca.16
Lib.2.q.38.

GREG.

Universidad de Deusto Biblioteca

GREG. in Hom. Qua in re notandum est ardenti diuiti quanta supplicia cumulantur, ad pœnam namque suam ei cognitio seruatur memoria: cognouit enim Lazarum, quem despexit: & fratrum suorum meminit, quos reliquit. vt enim peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempserunt, & de illorum pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Petenti autem diuiti, vt Lazarus mitteret ab Abraham protinus rn̄det

> Ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed siquis ex mortuis ierit ad eos: pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credent.

vnde sequit. { Et ait illi Abraham. Ha. Mo. & Prophe. audi. illos. CHRY. q. d. Non sint tibi magis curæ fratres tui q̃ Deo, qui eos creauit, statuitque eis doctores, qui eos commonerent, & solicitarent. Vocat autem hic Moysen & Prophetas scripta Mosaica, & Prophetica. AMBRO. Quo loco euidentissime declarat dominus vetus testamentum esse fidei firmitatem, retundens perfidiam Iudæorum, & excludens nequitias hæreticorum. GREG. in Homil. Sed qui Dei verba despexerat: hoc audire non posse suos sequaces æstimabat. vnde sequitur: { At ille dixit: Non pater Abrahaam, sed siquis ex mortuis ierit ad illos, pœnitentiam agent. } CHRY. Quia enim audiendo scripturas contemnebat, & fabulas esse putabat ex his, quæ passus fuerat, ipse quoque diiudicabat de fratribus. GREG. Nissenus: Sed & aliud quoddam dogma docemur, ꝙ Lazari quidem anima nō est erga præsentia solicita, nec retorquet se ad aliquod relictorum. at diues quasi quodam visco etiam post mortem a vita detinetur carnali. nam siquis omnino carnalis s̄m mentem fiat, nec postquàm corpus exuerit, remouet a passionibus eius. GREG. in Hom. Sed mox diuiti veraci sententia respondetur. Sequitur enim. { Ait autem illi: Si Moysen, & Prophetas non audiunt, neque siquis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Quia qui verba legis despiciunt, Redemptoris præcepta, qui ex mortuis resurrexit, quanto subtiliora sunt, tanto hic difficilius implebunt. CHRY. Quod aūt verum sit, ꝙ qui nō auscultat scripturas, nec mortuis rediuiuis auscultat: ostenderūt Iudæi, qui nunc quidem volebant occidere Lazarum: nunc vero inuadebant Apostolos, cum tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed & illud cōsidera, ꝙ quisque mortuus seruus est. quæcumque vero dicunt scripturæ: dicit dominus, vnde etsi resurgat mortuus, etsi cœlitus descenderit Angelus, omnibus magis sunt dignæ fide scripturæ. nam Angelorum dominus viuorum & mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc Deus, ꝙ mortui resurgentes prodessent viuentibus, non hoc omisisset, qui pro vtilitate nostra singula quæque tractat, sed etsi crebro resurgerent mortui, hoc iterum tempore contemneretur, sed & diabolus facile introduceret peruersa dogmata. Id quoque per organa sua fingens, non quidem suscitans vere defunctos, sed quibusdam fallaciis spectantium frustrans intuitum, vel ingenians quosdam mortem simulare. AVG. de Curis pro mortuis habendis. Diceret autem aliquis si nulla est mortuis cura de viuis, quomodo diues rogauit Abrahā vt mitteret Lazarum ad quinque fratres suos? Sed numquid, quia hoc diues ille dixit: ideo quid fratres agerent, vel quid paterentur in illo tempore sciuit? ita illi cura fuit de viuis, quàmuis quid agerent omnino nesciret, sicut nobis est cura de mortuis, quàmuis quid agant, omnino nesciamus. Sed rursus occurrit quæstio, quomodo hic Abrahā esse sciebat Moysen, & Prophetas. i. libros eorum, vbi etiam nouerat diuitem illum in delitiis: Lazarum vero in doloribus vixisse? Verum non cum hæc agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit qđ ait Propheta: Abraham nesciuit nos. Possunt & ab Angelis qui rebus quæ agūtur hic præsto sunt, audire aliquid: mortui possunt etiam aliqua quæ necessarium est eos nosse, non solum præterita, verum etiam futura spiritu Dei reuelante cognoscere. AVG. de Quæs. euan. Per allegoriam autem hæc sic accipi possunt, vt in diuite intelligantur superbi iudæorum ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Purpura & byssus dignitas regni est, & auferetur, inquit, a vobis regnum Dei. epulatio splendida, iactantia legis est, in qua gloriabantur. plus ad pompam elationis abutentes ea, q̃ ad necessitatem salutis vtentes. Mendicus autem nomine Lazarus, qui interpræatur adiutus: significat indigentem, veluti Gentilem aliquem, aut Publicanum, qui tanto magis adiuuatur, quanto minus de suarum copia facultatum p̄sumit. GRE. in Homi. Lazarus igitur vlceribus plenus Gentilem populum figuraliter exprimit, qui dum ad Deum conuersus peccata sua confiteri non erubuit, huic vulnus in cute fuit. Quid enim est peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis, quæ cadebāt de mensa diuitis, & nemo illi dabat, quia Gentilem quēque ad cognitionem legis admittere, superbus ille populus despiciebat. & quia ea verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebāt de mēsa. AVG. de Quæ. euan. Canes autem qui vlcera pauperis lingebant, nequissimi ho-

In Homil. de diuite. — Cap. 14. & 15. — Lib.2.q.38. — Lib.2.q.38.

F mines sunt, amantes peccata, qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala, quæ in se alius gemens, & confitens detestatur. GREG. in Homi. Nonnumquam etiam solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi, s̄m illud: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canum etiam lingua vulnus dum lingit curat, quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vuln⁹ mentis per linguam tangunt. Diues autē sepultus est in inferno, in sinum vero Abrahæ Lazarus ab Angelis ductus est. i. in secretam requiem. de qua veritas dicit: Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, & Iacob in regno cœlorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. De longinquo
G autem ad videndum Lazarum oculos diues leuat, quia dum per damnationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicii super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Lōge vero est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, quia infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ opere seruare contempsit. ibi ergo amplius ardebit, vbi se amplius ostendit scire quod facere noluit. Abraham autem filium eum vocat, quem tamen a tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi patres, quia multos a sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione a tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. AVG. de Quæstio. euan. Quinque autem fratres, quos habere dicit in domo patris sui, Iudæos significauit, qui appellati sunt quinque, quia sub lege detinebantur quæ per Moysen data est, qui quinque libros conscripsit. CHRY. Vel habuit quinque fratres. i. quinque sensus, quibus ante seruierat: & ideo Lazarum amare non poterat, quia illi fratres non amant paupertatem. Illi te fratres in hæc tormen-
H ta miserunt, saluari non possunt nisi moriantur, alioquin necesse est vt fratres habitent cum fratre suo. Sed quid quæris vt mittam Lazarum? { Habent Moysen & Prophetas. Moyses, Lazarus pauper fuit, maiores diuitias esse arbitratus paupertatē Christi, q̃ diuitias Pharaonis. Hieremias in lacum missus pane tribulationis vescebatur, & omnes Prophetæ istos fratres docent, sed isti fratres saluari non possunt nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Isti enim fratres antequam Christus resurgeret, me ducebant in mortem. ille mortuus est, sed isti fratres resurrexerunt. nunc oculus me⁹ Christum videt, auris eum audit, tactus amplectitur. Ex hoc autem qđ diximus, locū determinamus Marcioni, & Manichæo, qui destruunt vetus testamentum. Vide ergo quid dicat Abrahā, { si Moysen & Prophetas non audiunt }. q. d. Bene facis eum qui resurrecturus est expectando, sed in illis Christus loquitur, si illos audies, & illum auditurus es. GREG. in Hom. Iudaicus autem populus, quia Moysi verba spiritualiter intelligere contempsit, ad eum. de quo Moyses locutus fuerat nō peruenit. AMBRO.
I vel aliter: Lazarus est pauper in sæculo, sed Deo diues. neque. n. omnis sancta paupertas, aut diuitiæ criminosæ, sed sicut luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas. Siue Apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples in fide, qui veram teneat fidem, verborum infulas non requirit. Cui similem illum puto, q̄ cęsus sæpius a Iudæis, vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat. Beati canes, in quos vlcerum talium distillat humor, vt impleat cor, quo custodire domum, seruare gregē, cauere assuescant lupos. & quia panis verbum est: fides autem verbi est. micæ velut quædam dogmata fidei sunt mysteria. s. scripturarum. Arriani autem, qui societatem potentiæ regalis affectant, vt impugnent ecclesiæ veritatem, nonne tibi videntur in quadam purpura, & bysso iacere? qui cum pro veris fucata defendant, diuitibus abundant sermonibus. Diues hæresis euangelia multa composuit, & pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod acce-
K pit. Diues philosophia plures sibi Deos fecit, pauper ecclesia vnū Deum nouit: nonne ille videntur egenæ diuitiæ, & redūdare paupertas? AVG. de Quæst. Euan. Aliter etiam intelligi potest illa narratio, ut Lazarum dominum significare accipiamus iacentem ad ianuam illius diuitis, quia se ad aures superbissimas Iudæorū, incarnationis humilitate deiecit, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis. i. quærens ab eis, vel minima opera iustitiæ, quæ suæ mensę. i. suæ potestati per superbiam non vsurparēt, quæ opera quàmuis minima & sine disciplina perseuerantiæ vitæ bonę, saltem interdum, vel casu facerent, sicut micæ de mēsa cadere solent. Vlcera, passiones sunt domini. Canes qui ea lingebāt, gentes sunt, quos immundos Iudæi dicebant, & tamen passiones domini in sacramentis corporis & sanguinis eius per totum iam orbem suauitate deuotissima lambunt. Sinus Abrahæ intelligit secretum patris quo post pasionem resurgens assumptus est dominus, quo eum portatum ab Angelis: ideo dictum puto, quia ipsam

Lib.2.q.38. — Lib.2.q.38.

ipsam receptionem, qua in secretum patris accessit, angeli annunciauerunt discipulis. Cætera secundum superiorem expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur: vbi etiam ante resurrectionem iustorum animæ viuunt, cum Deo.

CAP. XVII.

> ET ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala. Væ autem illi per quem veniūt. Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciat in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis.
> b Attēdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens. Penitet me, dimitte illi.
> c Et dixerūt Apostoli domino, adauge nobis fidem. Dixit autē dn̄s. Si habueritis fidē sicut granum synapis dicetis huic arbori †moro: eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis.
> B d Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi statim: trāsi, & recumbe, & non dicit, para ꝙ cęnē, & pręcinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibā, & post

†συκαμίνω.

CAP. XVII.

THEO. Quia Pharisæi existētes auari conuitiabant Christo de paupertate prædicanti, induxit parabolam diuitis & Lazari. Deinde cum discipulis cōfert de Pharisæis, indicās eos scismaticos, & diuinæ viæ impeditores esse. vnde dicitur: { Et ait ad discipulos suos. Impossibile est ut nō veniant scandala, }. i. impedimenta bonæ, & Deo placitæ cōuersationis. CHRY. Sunt autē duplicia scandala, quorum hæc quidē diuinæ gloriæ refragantur, hæc vero prodeunt solum ad irrogandum fratribus impedimentum. nam excogitationes heresum & quicunque contra veritatem fit sermo: diuinæ gloriæ refragantur. Non tamen ad præsens memorari videntur huiusmodi scandala: sed magis ea quæ contingunt inter amicos & fratres, sicut iurgia, detractiones, & huiusmodi. vnde postea subdit: Si peccauerit in te frater tuus. THE. Vel dicit, ꝙ necesse
C est emergere multa prædicationis & veritatis obstacula, sicut Pharisæi impediebant Christi prædicationem. Quærunt autem aliqui: Si necesse est vt veniant scandala, cur dominus arguit scandalorum auctorē? Sequitur enim: { Væ autem illi per quem veniūt. } Quicquid enim parit necessitas veniale est. Sed attende ꝙ necessitas ista ex libero arbitrio sortitur originem, videns enim dominus qualiter homines innituntur malo, nec proponunt aliquid boni: dixit ꝙ quantum est ex consequentia eorum quæ videntur, necesse est contingere scandala, sicut si medicus videns quenquam mala dieta vtentem, dicat, necesse est hunc ægrotare, & ideo inducenti scandala vę dicit, & pœnam ei cōminatur dicens: { Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, q̃ ut scandalizet vnum de pusillis istis. BEDA. Secundum morem prouinciæ Palestinæ loquitur, cum maiorum criminum apud veteres Iudæos fuerit pœna, vt in profundum ligato saxo demergerentur, & re uera vtilius est innoxium pœna, quamuis
D atrocissima, temporali tn̄, vitā finire corpoream, quàm fratri nocentem mortem animæ mereri perpetuam. Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur, qui enim magnus est, quodcunque viderit, quodcunque passus fuerit, non declinat a fide. Inquantum ergo sine peccato possumus, euitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur scandalum quàm veritas relinquatur. CHRY. Per scandalizantis autem pœnam brauium saluantis addisce. nisi enim vni⁹ animæ salus esset sibi nimium curæ, non comminaretur scandalizantibus tantam pœnam.

b ¶ AMBRO. Post diuitem qui cruciatur in pœnis, subiacet præceptum veniæ largiendæ his qui se ab errore conuertunt, ne quem desperatio non reuocet a culpa, vnde dicitur, Attendite vobis. THEO. quasi d. Necesse est scandala contingere, nō tamen
E necessarium est vos perire si peccaueritis, sicut non est necesse oues perire Lupo veniente, si vigilet pastor. Et quoniam multæ sunt scādalizantium differentiæ: quidam enim sunt insanabiles, quidam sanabiles. Et ideo subiungit: { Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. AMBRO. Vt neque difficilis venia nec remissa sit indulgentia, neque austera percellat inuectio, vel conniuentia non inuitet ad culpam, vnde & alibi dicitur: Corripe ipsum inter te & ipsum solum: plus enim p̄ficit amica correctio quàm accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet, seruetur potius quod prodi metuat qui monetur. Bonum quippe est vt amicum magis te qui corripitur credat, quàm inimicum. Facilius enim consiliis acquiescitur, quàm iniuriæ succumbitur. Infirmus custos diuturnitatis est timor, pudor autem bonus magister officii: qui enim metuit reprimitur, non emendatur. Pulchre autē posuit. { Si peccauerit in te. } Nō enim est æqua cōditio in Deum hominéque peccare. BEDA. Intuendum est autem, quia non passim peccanti dimittere iubet, sed pœnitentiā agenti, hoc enim ordine scandala declinare possu-

A mus, si nullum lædamus, si peccantem zelo iustitiæ corripimus, si pænitenti misericordiæ viscera pandimus. THEO. Sed quæreret aliquis: Si cum pluries indulserim fratri, iterum fit nociuus, q̄d agendum est secum? Ideo quæstioni huic respondens subdit: { Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pænitet me, dimitte illi. BEDA. Septenario numero non venię dandæ terminus ponit, sed vel omnia peccata dimittenda, vel semper pænitenti dimittendum præcipit. Solet enim sæpe per septem cuiusque rei, aut temporis vniuersitas indicari. AMB. Vel q̄a septima die requieuit Deus ab operibus suis, post hebdomadā istius mundi requies nobis diuturna p̄mittitur, vt quemadmodum mala istius mundi opera cessabūt, ita etiam vindictæ sæueritas conquiescat.

c ¶ THEO. Audientes discipuli dominum de quibusdam arduis differentem, puta de paupertate & scandalis euitādis, petunt sibi fidem augeri, per quam possent paupertatem sequi. nihil enim adeo cultum suggerit paupertatis, sicut credere & sperare in dn̄o, & vt per fidem scandalis valeant resistere. vnde dicitur: { Et dixerunt apostoli domino, adauge nobis fidē. } GREG. xxij. Mora.
C Vtque iam accepta per initium fuerat, quasi per augmentum graduum ad perfectionem veniret. AVG. de Quæst. euang. Potest quidem intelligi hanc fidem sibi augeri postulasse qua creduntur, ea quæ non videntur, sed tamen dicitur etiam fides rerum, quādo non verbis sed ipsis rebus præsentibus creditur, quod futurū est, cum iam per speciem manifestam se cōtemplandum præbebit sanctis ipsa Dei sapientia, per quam facta sunt omnia. THEO. Dominus autem ostendit eis ꝙ bene peterent, & ꝙ credere deberent constanter, ostendens eis ꝙ fides multa potest. vnde sequitur: { Dixit autem dn̄s. Si habueritis fidem sicut granū synapis, dicetis huic arbori Moro, eradicare, & trāsplantare in mare, & obediet vobis. } Duo magna concurrunt in idem, transpositio radicati in terra, & plantatio in mari. quid enim in vndis plantatur? per quæ duo virtutem fidei manifestat. CHRY. Mentionem autem facit synapis, quia eius granum, & si sit paruum quantitate, est tamen potestate virtuosius omnibus. Insinuat igitur ꝙ minimū suæ fidei ma-
D gna potest. Si autem morum non transposuerunt Apostoli, nō calumnieris. non enim dixit transferetis, sed transferre poteritis, sed noluerunt, quia opus non erat, cum maiora fecerint. Quæret autem aliquis: Quomodo Christus dicit minimam partem esse fidei, quæ morum vel montem potest transponere, cum Paulus dicat, hanc esse omnem fidem, quæ montes transfert? Dicendum igitur est, ꝙ Apostolus attribuit toti fidei montem transponere, non tamquam tota fides solum hoc possit, sed quia hoc carnalibus magnum videbatur propter eminentiam corporis. BEDA. Vel fidem perfectam dn̄s hic grano synapis comparat, eo ꝙ sit in facie humilis, & in pectore feruens. Mystice autem per morum, cuius colore sanguineo fructus & virgulta rubent, euangelium crucis exprimitur, quæ per fidem Apostolorum de gēte Iudæorum in qua velut in stirpe generis tenebatur, verbis prædicationis eradicata, & in mare gentiū plantata est. AMBR. Vel hoc dicitur quan-
E do fides spiritum excludit immundum. nam fructus mori primo albet in flore, qui inde iā formatus erutilat, maturitate nigrescit. diabolus quoque ex albenti angelicæ flore naturæ, & potestate rutilanti præuaricatione deiectus, retro inhorruit odore peccati. CHRY. Morum etiam diabolo aptabis. nam sicut mori frondibus vermes aluntur, sic diabolus per cogitationes exortas ab eo, alit nobis vermem perpetuum, sed hanc morū potest fides ab animabus nostris euellere, & in abyssum demergere.

d ¶ THEO. Quia fides proprium possessorem facit diuinorū mandatorum obseruatorem, viuificis eum exornans operibus, exinde videbatur hominem incurrere posse superbiæ vitium. vnde præmonuit dominus Apostolos ne superbiant in virtutibus suis per exemplum conueniens dicens: { Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut bo. pascen. qui regresso de agro dicat illi, statim transi, & recumbe. } AVG. de Quæst. euan. Vel aliter. Hanc ergo fidem præstātissimæ veritatis plerisque non intelligentibus videri potest dominus, discipulis suis non ad id quod petierant respondisse. Difficile autem mihi apparet, nisi intelligamus ex fide

Lib.2.q.39. — Lib.2.q.39.

in

in fidem, ideſt ex fide iſta, qua miniſtratur Deo, in eam fidem ſigni F ficaſſe transferri vbi fruantur Deo. Augebitur enim fides cum primo verbis prædicantibus: deinde rebus apparentibus creditur, ſed illa contemplatio ſummam quietem habet, quæ in æterno Dei regno retribuitur. Summa vero quies illa præmium eſt iuſtorum laborum, qui eccleſiæ adminiſtratione perfunguntur. & ideo quàm uis in agro aret ſeruꝰ, aut paſcat: hoc eſt in vita ſæculari, vel terrena verſet negocia, vel ſtultis hominibus tamquam pecoribus ſeruiat, opꝰ eſt vt poſt illos labores domũ ve niat: hoc eſt eccleſiæ ſocietur. BEDA. Vel ſeruus de agro egredi tur, cum intermiſſo ad tempus opere prædicandi, ad coſcientiã doctorẽ recurrit, ſua ſecum acta, vel dicta retractans, cui non ſtatim dominus dicit: {Tranſi,} de hac vita mortali. ¶ Recumbe}. i. in æterna ſede beatæ vitæ fouere. AMBRO. Intelligitur enim, quia nullus recumbit niſi ante tranſierit. denique & Moyſes ante tranſiuit, vt magnum viſum videret. Sicut ergo tu non ſolum dicis ſeruo tuo. {Recumbe,} ſed exigis ab eo aliud miniſterium: ita nec in te patitur dominus vnius vſum eſſe operis & laboris, quia dum viuimus debemus ſemper operari. vnde ſequitur. {Et non dicat ei, para q̃ cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem & bibam?} BEDA. Iubet parari q̃ cœnet, hoc eſt poſt laborem apertę locutionis humilitatem quoque conſiderationis ꝓ prie exhibere, tali cœna dominus paſci deſiderat. præcingi autem eſt mentem humiliatam ab omnibus fluctuantium cogitationum finibus, quibus operum greſſus impediri ſolet conſtringere. nam qui veſtimenta præcingit, hoc agit ne incedẽs inuoluat ad lapſum. Miniſtrare vero Deo, eſt abſque gratiæ eius auxilio nihil virium habere profiteri. AVG. de Quæſt. Euan. Miniſtrantibus etiam, hoc eſt euangelizantibus ſeruis ſuis, manducat & bibit dominus confeſſionem, & fidem gentium. Sequitur. Et poſt hæc tu mandu cabis & bibes? BEDA. Quaſi dicat. Poſtquã tuæ prædicationis opere delectatus, tuæq; compunctionis epulis fuero refectus: tunc demum tranſies, & æternis meæ ſapientiæ dapibus in æternum reficieris. CYRIL. Docet autem dominus q̃ ius poteſtatis dominicæ, quaſi debitam ſubiectionem requirit a famulis, cum ſubdit: {Numquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ſibi imperauerat? Non puto.} per hoc morbus ſuperbiæ tollitur. Quid ſuperbis? ignoras q̃ ſi non perſoluis debitum, periculum imminet? Si vero perſoluas, nullam gratiam facis, ſecundum illud Pauli. Si euãgelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi eſt: væh mihi ſi non euangelizauero. Conſidera ergo, q̃ qui apud nos dominantur: non referunt gratias, cum aliqui ſubditorum ſtatuta ſibi proſequuntur obſequia, ſed ex beniuolentia ſæpius ſuorum prouocantes affectum, maiorem eis appetitum ſeruiendi aggenerãt. Sic & Deus petit quidem a nobis famulatum iure ſeruitii. verum, qa clemens & bonus eſt, honores laborantibus pollicetur, & ſuperemineꝰ ſudoribus ſubiectorum beniuolentiæ magnitudo. AMB. Non ergo te iactes ſi bene ſeruiſti, quod facere debuiſti. Obſequit Sol, obtemperat Luna, ſeruiunt Angeli, & nos ergo nõ a nobis laudem exigamus. vnde concludens ſubdit. ¶ Sic & vos cum omnia feceritis, dicite: quia ſerui inutiles ſumus, quia quod debuimus facere fecimus. BEDA. Serui quidem, quia precio empti. inutiles, quia dominus bonorum noſtrorum non indiget, vel quia non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Hæc igitur eſt in hominibus fidei perfectio, ſi omnibus quæ ſunt præcepta impletis, imperfectos eſſe ſe nouerint.

c ¶ AMBRO. Poſt prædictam parabolam reprehenduntur ingrati. dicitur enim. {Et factum eſt dum iret Ieſus in Hieru. tranſibat per mediam Samariam & Galilæam. TITVS. Vt oſtendat q̃ Samaritani quidem beniuoli: Iudæi vero prædictis beneficiis ſunt ingrati. erat enim diſcordia inter Samaritanos & Iudæos, quam ipſe quaſi pacificans inter vtroſque tranſit, vt vtroſque copingat in vnum nomen hominis. CYRIL. Deinde ſuam gloriam Saluator manifeſtat, attrahens ad fidem Iſrael. vnde ſequit. {Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi.} ab vrbibus & oppidis expulſi, & quaſi immundi ritu legis Moſaicæ. TITVS. Conuerſabantur autem adinuicem, qa fecerat eos vnanimes communitas paſſionis, & præſtolabantur trã ſitum Ieſu. Soliciti, donec aduenientem Chriſtum viderent. vnde ſequitur. {Qui ſteterunt a longe,} eo q̃ lex Iudæorum leprã immundam iudicat. lex autem euangelica non externam, ſed internam aſſerit eſſe immundam. THEO. A longe ergo ſtant quaſi verecundantes de immunditia quæ eis imputabatur: putabant. n. q̃ Chriſtus eos faſtidiret ad modum aliorum. ſic ergo aſtiterunt loco, ſed facti ſunt ꝓximi deprecando. ꝓpe enim eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. vnde ſequitur. {Et leuauerunt vocem dicentes: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.} TITVS. Dicũt nomen Ieſu, & lucrifaciunt rem. nam Ieſus interprætatur Saluator. dicunt {Miſerere nobis} propter experientiam virtutis eius, neque argẽtum petentes, neque aurũ, ſed vt aſpectum corporis ſanũ obtineãt.

THEO. Nec ſimpliciter obſecrant eum, nec rogant eum vt mortalem· vocant enim eum præceptorem, ideſt dominum quo pene videntur hunc opinari Deum. At ipſe iubet illis vt oſtenderẽt ſe Sacerdotibus. vnde ſequitur. {Quod vt vidit, dixit: Ite, oſtendite vos Sacerdotibus. Ipſi enim experiebantur ſi mundati forent a lepra, vel non. CYRIL. Lex etiam mũdatos a lepra iubebat offerre ſacrificium cauſa purgationis. THEO. Iubere ergo eis vt irent ad ſacerdotes, nihil aliud innuebat, niſi q̃ debebant curari. vnde ſequitur: Et factum eſt dum irent, mundati ſunt.} CYRIL. In quo Iudæorum pontifices æmuli gloriæ eius cognoſcere poterant, q̃ inopinate, & mirifice ſanati ſunt, concedente Chriſto eis ſalutem. THEO. Cum autem decem eſſent, nouem qui Iſraeliticæ erant, ingrati fuerunt, ſed alienigena Samaritanus reuerſus, voces emittebat benignas. vnde ſequitur. {Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum. TITVS. Dedit autem ei appropinquandi fiduciam ſuſcepta purgatio. vnde ſequitur: {Et cecidit in fac. ſu. ante pe. eius gratias agens. Ex procubitu, & ſupplicatione, fidem ſuam ſimul cũ beniuolentia pandens. Sequitur. {Et hic erat Samaritanus.} THEO. Hinc poterit quiſquis conijcere, q̃ nihil impedit quẽquam placere Deo, etſi de genere prophano proceſſerit, dummodo bonum gerat propoſitum. Nullus etiam natus ex ſanctis ſuperbiat: nouem enim qui Iſraelitæ erant, ingrati fuerunt. vnde ſequitur. {Reſpondens autem Ieſus dixit: nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã Deo, niſi hic alienigena. TITVS. Per hoc oſtenditur, q̃ promptiores ad fidem erant alienigenę, lentus enim erat ad fidẽ Iſrael. vnde ſubditur. {Et ait illi: Surge, vade quia fides tua te ſaluum fecit. AVG. de Quæſt. Euan. Myſtice autem leproſi intelligi poſſunt, qui ſcientiam verę fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abſcondunt imperitiam ſuam, ſed pro ſumma peritia proferunt in lucem, & iactantiam ſermonis oſtendunt, coloris quippe vitium lepra eſt. vera ergo falſis inordinate permixta in vna diſputatione, vel narratione hominis tamquam in vnius corporis colore apparentia, ſignificat lepram, tamquam veris falſisque colorum locis, humana corpora variantem, atque maculantem. Hi autem tam vitãdi ſunt eccleſiæ, vt ſi fieri poteſt, longius remoti magno clamore Chriſtum interpellent. q̃ autem præceptorem eum inuocauerunt, ſatis puto vere lepra falſam eſſe doctrinam, quam bonus præceptor abſtergat. Nullum autem eorum, quibus hæc corporalia beneficia dominus præſtitit, inuenit. miſiſſe ad Sacerdotẽ niſi leproſos. Sacerdotium enim Iudæorum figura fuit Sacerdotii quod eſt in eccleſia. Cætera autem vitia q̃ ſeipſum interius in conſcientia dominus ſanat & corrigit. Doctrina vero, vel imbuendi per ſacramenta, vel cathechizandi per ſermonem poteſtas eccleſiæ tributa eſt. {Qui dum irent mundati ſunt, quia Gentiles ad quos venerat Petrus nondum accepto baptiſmatis ſacramento, per quod ſpiritualiter ad Sacerdotes peruenitur, infuſione ſpiritus ſancti mundati declarantur. Quiſquis ergo in eccleſiæ ſocietate doctrinam integram, veramque aſſequatur, eo q̃ manifeſtetur varietate mendaciorum tamquam lepra caruiſſe: hic tamen ingratus Deo mundatori ſuo gratiarum agendarum pia humilitate non proſternitur, ſimilis eſt illis, de quibus dicit Apoſtolus, q̃ cum Deum cognouiſſent, non vt Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt: ideo tales in nouenario numero tamquam imperfecti remanebunt. Nouem enim indigent vno vt quadam vnitatis forma coagulentur, vt decem ſint. Ille autem qui gratias

Lib. 2. q. 39.

Lib. 2. q. 40.

gratias egit: vnicæ eccleſiæ ſignificatione approbatus eſt. Et quia il A li erant Iudæi, amiſiſſe per ſuperbiam declarati ſunt regnum cœlorum, vbi maxime vnitas cuſtoditur. Iſte vero qui erat Samaritanus, quod interpretatur cuſtos, illi a quo accepit tribuens quod ac cepit, ſecundum illud: Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, vnitatem regni humili deuotiõe ſeruauit. BEDA. Cecidit autem in faciem· quia ex malis quæ ſe perpetraſſe meminit, erubeſcit: q̃ ſurgeret & ire præcipitur: quia qui infirmitatem ſuam cognoſcens humiliter iacet, per diuini verbi conſolationem ad fortia opera proficere iubetur, ſi autem fides ſaluum fecit eum qui ſe ad agendas gratias inclinauit: ergo perfidia perdit eos, qui de acceptis beneficiis Deo dare gloriam neglexerunt, quapropter fidẽ per humilitatem augeri debere, ſicut in Parabola ſuperiori decernitur, ita hic ipſis rebus oſtenditur.

f ¶ CIRYL. Cum ſaluator in ſermonibus quos ad alios diri gebat, frequenter regnum Dei meminiſſe, ob hoc Phariſæi eum de ridebant. vnde dicitur: {Interrogatus autem a phariſæis, quando venit regnũ Dei:} quaſi irriſorie dicerent, antequa veniat de quo loqueris, mors crucis te occupabit, dominus autem patientiã oſtẽ dens, increpatus non increpat, ſed potius malos exiſtentes ſuo nõ C dedignatur reſponſo. Sequitur enim. {Reſpondit eis & dixit: Non venit regnum Dei cum obſeruatione.} q. d. non quæratis de temporibus quibus iterum inſtabit tempus regni cælorum. BEDA. Illud enim tempus neque ab hominibus, neque ab angelis poteſt obſeruari, ſicut tempus incarnationis prophetarum, vaticiniis & angelorum eſt manifeſtatũ præconiis. vnde ſubdit: {Neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic.} Vel aliter: Interrogant de tempore regni Dei, quia ſicut infra dicitur: Exiſtimabant q̃ veniente hieroſolymam domino, confeſtim regnum Dei manifeſtaretur. vnde dominus reſponder, quòd regnum Dei non veniet cum obſeruatione. CIRYL. Solum autem ad vtilitatem cuiuslibet hominis eſſe ſtatuit illud quod ſubditur: {Ecce enim regnum Dei intra vos eſt.} ideſt in veſtris affectibus & in poteſtate veſtra id capere. põt enim quilibet homo iuſtificatus per fidem Chriſti, & virtutibus ornatus regnum obtinere cælorum. GREG. Nazan. Vel forſitan re D gnum nobis inſitum dicit, inditam animabus noſtris lætitiam per ſpiritum ſanctum, ea enim eſt velut imago & arra perẽnis lætitiæ, qua in futuro ſeculo ſanctorum animæ gaudent. BEDA. Vel regnum Dei ſeipſum dicit intra illos poſitũ: hoc eſt in cordibus eorum per fidem regnantem.

g ¶ CIRYL. Quia dominus dixerat: Regnũ Dei intra vos eſt, voluit diſcipulos eſſe paratos ad patientiam, vt effecti ſtrennui, intrare valeant regnum Dei. prædicit ergo eis, q̃ antequam de cælo veniat, in fine ſeculi perſecutio irruet ſuper eos. vnde dicitur: {Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies quando deſideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis.} ſignificãs q̃ tanta erit perſecutio, q̃ vnum diem eius videre cupiant, illius ſcilicet temporis, quo adhuc conuerſabantur cum Chriſto, ſanè Iudæi Chriſtum multis anguſtiauerunt improperiis & iniuriis, ſed in comparatione malorum maiorum, minora eligenda videntur. THEO. Tunc enim abſque ſolicitudine viuebant, Chriſto eos procurante & protegente, ſed futurum erat, quando Chriſto abſente traderen E tur periculis, ad reges & principes ducti, & tunc tempus primum cuperent quaſi tranquillum. BEDA. Vel diem Chriſti dicit regnum Dei, quod ſperamus futurum, & bene dicit vnum diẽ, quia in illa beatitudinis gloria tenebrarum interruptio nulla eſt. bonum ergo eſt diem Chriſti deſiderare, nec tamen magnitudine deſiderii nobis ſomnia fingere debemus quaſi inſtet dies domini, vnde ſequitur. {Et dicent vobis: Ecce hic: ecce illic, nolite ire, neque ſectemini.} EVSE. q.d. Si adueniente Antichriſto fama de eo volet quaſi apparuerit Chriſtus, nõ egrediamini, neq; ſequamini: nam impoſſibile eſt eum qui ſemel in terra viſus eſt, iterũ in angulis terræ conuerſari. Erit igitur hic de quo dicitur: non verꝰ Chriſtus: manifeſtum enim ſignum ſecundi aduentus ſaluatoris noſtri, hoc eſt q̃ ſubito totum orbem claritas eius aduentus replebit. vnde requitur. {Nã ſicut fulgur coru. de. cæ. in ea quæ ſub cæ. ſunt fulget, ita erit filius hominis in die ſua.} Non enim apparebit ſuper terram ambulans, ſicut quidam homo communis: ſed vniuerſaliter irradiabit, oſtendens cunctis iubar propriæ deitatis. BEDA. Et pulchre ait. {Coruſcans de ſub cœlo, quia iudicium ſub cælo, hoc eſt in aeris medio geretur, ſecundum illud Apoſtoli: Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera. Si autem de minus in iudicio ſicut fulgur apparebit, nullus tunc in ſua mente latere permittit, quia ipſo iudicis fulgore penetratur, poteſt autem hæc domini reſponſio, & de illo eiꝰ aduẽtu quo quotidie venit in eccſia accipi. Intantum enim ſæpe hæretici turbauerunt eccleſiam, dicendo in ſuo dogmate fidem Chriſti manere, vt fideles illorum tempora deſiderarent dominum, vel vno die ſi fieri poſſet redire ad terras, vt ſeipſũ quomodo ſe habeãt fidei veritas intimaret, {Et non videbitis inquit: quia non eſt opꝰ corporali viſione dñm redire: quia ſemel p vniuerſum mundũ euangelii vigorem exhibuit. CYRIL. Opinabantur autem diſcipuli q̃ vadens hieroſolymam ſtatim oſtenderet regnum Dei. Hãc igitur opinionem reſecans, notum facit eis, q̃ primo decebat eum ſalubrem paſſionem ſufferre, deinde ad patrem aſcendere, & deſuper fulgere, vt orbem terrarũ in iuſtitia iudicet, vnde ſubdit, {Primum autem oportet illum multa pati, & repro. a gene. hac. BE. Generationem non tantum Iudæorum, verum etiam omnium reproborum appellat, a quibus etiam nunc filius hominis in corpore ſuo. hoc eſt in eccleſia multa patitur, & reprobatur. Inſerit autẽ de ſua paſſione loquens de gloria ſui aduẽtus, vt dolorẽ ſuę paſſionis ſpe promiſſę clarificationis mitigarent, ſimulque ſeipſos pararent, ſi gloriam regni diligerent mortis non horrere periculum. h ¶ BEDA. Aduentum domini quem fulguri cito tranſuolanti comparauerat, nunc cõparat diebus Noe & Loth, quando repentinus mortalibus ſuperuenit interius. vnde dicitur, {Et ſicut factum eſt in diebus Noe, ita erit in die filij hominis. CHRY. Quia enim tunc non crediderunt cõminatoriis verbis, paſſi ſunt repente reale iudicium. eorum autem incredulitas ex anima lenta procedebat. nam quæcumque vult aliquis & intendit, ea etiam expectat. vnde ſequitur, {Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias vſque in diem qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes.} AMBRO. Bene cauſam diluuij de noſtris aſſerit proceſſiſſe peccatis, quia Deus malum nõ creauit, ſed noſtra ſibi merita reperierunt, non quia coniugia damnentur, neque enim alimẽta damnantur, cum in iſtis ſucceſſionis, in illis naturæ ſubſidia ſint, ſed in omnibus modus quæritur. quicquid enim abundantius eſt, a malo eſt. BEDA. Myſtice autem Noe arcam ędificat, cum dominus eccleſiam de Chriſti fidelibus quaſi lignis leuigatis adunando conſtruit, quam perfecte conſummatam ingreditur, cum hanc in die iudicij præſentia ſuæ viſionis æternus habitator illuſtrat, ſed cum arca ædificatur, iniqui luxuriantur, cum vero intratur, intereunt, quia qui ſanctis hic certantibus inſultant, eis illic coronatis æterna damnatione plectentur. EVSE. Quia vero vſus eſt dñs exemplo diluuij, ne putaret aliquis futurum diluuium ex aqua, vtitur ſecũdo exemplo Loth, docens modum perditionis impiorum, q̃ igne dimiſſo cælitus ſuper ueniet impiis ira Dei. vnde ſubditur: {Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth. edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. BEDA. Prætermiſſo illo infando ſodomorum ſcelere, ſola ea quæ leuia vel nulla putari poterant delicta cõmemorat. vt intelligas illicita quali pœna feriantur, ſi licita immoderatius acta igne & ſulphure puniũtur. ſequitur enim {Qua die autem exiit Loth a ſodo. pluit ignem & ſulphur de cœlo & omnes perdidit. EVSE. Non prius dixit ignem cælitus decurriſſe ſuper impios ſodomorum q̃ Loth exiſſet ab eis, ſicut & diluuium nõ prius terræ incolas perdidit q̃ Noe arcam intraſſet, quia quãdiu Noe, vel Loth conuerſabantur cum impiis, Deus non irrogabat iram, ne vnà cum peccatoribus deperirent. volens autem eos perdere ſubtraxit iuſtum, ſic & in cõſummatione ſeculi non prius erit finis q̃ omnes iuſti ſint ſemoti ab impiis. vnde ſequitur: {Secundum hoc erit, qua die filius hominis reuelabitur. BEDA. Quia qui interim non apparens omnia videt, tunc apparens omnia iudicabit: apparebit autem iudicaturus eo maxime tempore quo cunctos iudiciorum eius oblitos, huic ſeculo conſpexerit eſſe mancipatos. THEO. Poſtquã enim venerit Antichriſtus, homi

nes

Universidad de Deusto Biblioteca

tes sient lasciui,dediti enormibus vitiis,ſm illud Apoſtoli:Volu- F
ptatum amatores magis q̃ Dei. ſi enim Antichriſtus eſt cuiuſlibet
peccati habitaculum,quid aliud inferet miſero tunc temporis ho-
minum generi niſi ſuã? & hoc dominus innuit per exempla dilu-
uii,& Sodomitarum. BEDA. Myſtice autem Loth qui interpræ
ratur declinans eſt po
pulus electorum, qui
dum in Sodomis.i.in
ter reprobos,vt adue
na moratur, quantũ
valet, eorum ſcelera
declinat. Exeunte aũt
Loth Sodoma perit,
quia in cõſummatio-
ne ſæculi exibunt An
geli,& ſeparabũt ma-
los de medio iuſtorũ,
& mittent eos in ca-
minum ignis. Ignis
tamen & ſulphur, q̃
de cœlo pluiſſe com-
memorat,non ipſam perennis ſupplicii flammam,ſed ſubitaneum
diei illius ſignificat aduentum.

de cœlo, & omnes perdidit. Se-
cundum hoc erit qua die filius
hominis reuelabitur.

i In illa hora qui fuerit in tecto,
& vaſa eius in domo non deſcen
dat tollere illa, & qui in agro ſi-
militer non redeat retro. Me-
mores eſtote vxoris Loth. Qui- G
cumque quæſierit animam ſuã
ſaluam facere, perdet illam. Et
quicumque perdiderit illam, vi-

i ¶ AMBRO. Quia propter improbos neceſſe eſt vt probi in
hoc ſæculo contritionem cordis,animique patiantur, quo vberio
rem mercedẽ accipiant in futurum quibuſdã remediis inſtruũtur,
cum dicitur. {In il.ho.qui fue.in tecto, & vaſa eius in domo, non
deſcender tollere illa.} Hoc eſt,ſiquis ſuperiora iã domus ſuæ emi
nentiumque virtutum culmen aſcendit,ad terrena mundi huius
Lib.2.q.41. & 42. opera non accedat. AVG.de Quæſt.Euan. In tecto enim eſt,qui
excedens carnalia tamq̃ in aura libera ſpiritualiter viuit. vaſa.n.
in domo,ſunt ſenſus carnales,quibus ad inueſtigandum veritatem
quæ intellectu capitur,multi vtentes penitus errauerunt. Caueat
ergo ſpiritualis homo,ne in die tribulationis rurſus vita carnali, H
quæ per ſenſus corporis paſcitur,delectatus ad vaſa huius mundi
tollenda deſcendat. Sequit. {Et qui in agro ſimi.non rede.retro.}
ideſt qui operatur in eccleſia,ſicut Paulus plantans,& ſicut Apol-
lo rigans,non reſpiciat ſpem ſæculare,cui renunciauit. THEO.
Hæc autem omnia Matthæus pro captione Hieroſolymorum a
domino dicta fatetur,vt ſuperuenientibus Romanis, nec domi cõ
ſiſtentes deſcendere deberent pro quocumque neceſſario, ſed pro
tinus arripere fugam,nec in agro manentes redire domum. Et ni-
mirum in captione Hieroſolymorum conſtat hæc eueniſſe,& ite-
rum fore ventura in Antichriſti aduentu:magis autem in ipſo tẽ
pore conſummationis, cum & tunc intolerabilis ſit futura calami
tas. EVSE. Innuit ergo per hoc futuram eſſe perſecutionem a fi
lio perditionis in Chriſti fideles. Diem igitur illam vocat tempus
præcedens finem mundi,in quo qui fugit, non reuertatur,& amit
tens bona non curet,nec imitetur coniugem Loth, quæ poſt fugã I
in exitu de ciuitate Sodomorum reuerſa mortua eſt, & columna
ſalis effecta.vnde ſequitur. {Memores eſtote vxoris Loth. AMB.
Quæ ideo,quia retroſpexit,perdidit naturæ ſuæ munus. Retro.n.
Sathanas: retro enim Sodoma. quapropter fuge intemperãtiam,
declinato luxuriam,recordare quia ille qui ſe veteribus ſtudiis nõ
reflexit. ideo euaſit,quia peruenit ad montem. Illa quoniam ad
poſteriora reſpexit,nec mariti adiuta ſuffragio,ad montem perue
Lib.2.q.43. nire potuit,ſed remanſit. AVG.de Quæſt. Euan. Significat igit
vxor Loth eos,qui in tribulatione retroſpiciunt, & ſe a ſpe diui-
næ promiſſionis auertunt:& ideo ſtatua ſalis facta eſt,vt admonen
do homines ne hoc faciant, tamquam condiat cor eorum, ne ſint
fatui. THEO. Conſequenter ſubiungit ſubſequentia præmiſſo-
rum dicens. {Quicumque quæſi.ſalua.ani.perdet illam.}q.d.Non
quærat aliquis in perſecutionibus Antichriſti curare propriam
animam:nam perdet eam:quiſquis autem cædibus & periculis ſe
dederit,ſaluus erit.vnde ſequitur. {Et quicumque perdiderit illã,
viuiſi.eam.} Nequaquam ſe tyranno ſubiiciens propter vitæ amo K
rem.} CYRIL. Quomodo etiam aliquis perdat propriam ani
mam,vt ſaluam eam faciat:manifeſtat Paulus dicens de quibuſdã,
qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis, la-
bore.ſ.& pietate aggredientes agones.

k ¶ BEDA. Dixerat ſupra dominus eum qui in agro ſit retro
rẽdire nõ debere,qd̃ ne de his tantum qui aperte de agro redituri,
hoc eſt palam dominum negaturi ſunt dictũ putares,pergit often
dere nonnullos eſſe qui cum faciem habere in anteriora videanẽ:
animo tamen retro reſpiciunt. vnde dicitur. {Dico autem vo.In
illa.no.erũt duo in in lecto vno:vnus aſſumetur,& alter relinque
tur.} AMBRO. Bene noctem dicit, quia Antichriſtus hora
tenebrarum eſt,eo q̃ peccatoribus hominum tenebras Antichri-
ſtus infundat,cum dicat ſe eſſe Chriſtum: Chriſtus autem ſicut
fulgur coruſcans fulget,vt in illa nocte reſurrectionis gloriam vi-
dere poſſimus. AVG. de Quæ.Euan.Vel in illa nocte dicit: hoc
Lib.2.q.44. eſt in illa tribulatione. THEO.Vel inopinatum docet eſſe Chri
ſti aduentum,quem futurum eſſe noctu docemur. Cum autem di
xiſſet diuites vix ſaluari,oſtendit q̃ nec omnes diuites pereunt,
nec omnes pauperes ſaluantur. CYRIL. Per duos enim exiſtẽ
tes in vno lecto,videtur deſignare diuites quieſcentes in munda-
nis delitiis: lectus namque ſignum quietis eſt:non aut̃ quicumq;
unificabit eam. diuitiis affluunt ſunt
impii, ſed aliquis eſt
probus,& in fide elec-
tus. hic igitur aſſu-
metur:alter vero qui
talis non exiſtit, di-
mittetur. Deſcendẽs
enim dominus ad iu-
dicium mittet An-
gelos ſuos, qui cæte-
ris in terra derelic-
tis, pœnam paſſuris
ſanctos & iuſtos ei ad
ducent,ſm illud Apo
ſtoli: Rapiemur in
nubibus obuiã Chri-
ſto in aera. AMBRO. Vel ex vno ſtrato infirmitatis humanæ,
vnus relinquitur.i.improbatur,alter vero aſſumitur.i. rapitur ob
uiam Chriſto in aera. Sequitur: {Duæ erunt molen.in vnum:vna
aſſumetur,& altera relinquetur. CYRIL. Per molentes innue-
re videntur pauperes & præſſos laboribus:ad q̃ etiam pertinet qd̃
ſubditur. {Duo in agro,vnus aſſumetur,& alter relinquetur.} In
his enim non modicum differt:nam hi ſarcinam paupertatis viri
liter ſuſtinent,vitam agentes honeſtam & humilem,qui aſſumen-
tur.hi vero ſunt ad prophana promptiſſimi, qui relinquentur.
AMBRO. Vel per molentes ſignificari videntur, qui ex occul-
tis alimenta quærunt,& in apertum ex inferioribus proferunt.
Et fortaſſe mundus iſte piſtrinum eſt: anima autem noſtra velut
quodam carcere includitur corporali. In hoc ergo piſtrino vel ſy-
nagoga,vel anima obnoxia delictis,triticum molendo madefactũ,
& graui humore corruptum,non poteſt interiora ab exterioribus
ſeparare:& ideo relinquitur quia eius ſimilago diſplicuit. At ve-
ro ſancta eccleſia,vel anima nullis maculata cõtagiis delictorum,
quæ tale triticum molit,quod Solis æterni calore torridum bonã
ſimilaginem de penetralibus hominum Deo offert. Qui ſint autẽ
agricolæ, poſſumus reperire,ſi aduertamus duas mentes eſſe in no
bis:vnam exterioris hominis quæ corrumpitur: aliam interioris,
quæ per ſacramentum renouatur. Iſtæ igitur ſunt operantes in
agro noſtro,quarum altera bonum fructum diligentia dat: altera
amittit incuria. Vel duos populos interprætemur in hoc mundo
qui agro comparantur,quorum alter qui fidelis eſt,aſſumitur: al-
ter qui infidelis eſt,relinquitur. AVG. de Quæſt. Euan.Vel tria Lib.2.q.44.
genera hominum hic videntur ſignificari:Vnum eorum,qui ociũ
& quietem eligunt,qui neque negociis ſæcularibus, neque eccle-
ſiaſticis occupati,quæ illoru quies lecti nomine ſignificata eſt. Al-
terum eorum qui in plebibus conſtituti reguntur a doctoribus:
agentes ea quæ ſunt huius ſæculi,quos & fœminarum nomine ſi-
gnificauit,quia conſiliis Prælatorum regi iis expedit, & molentes
dixit,quia temporalium orbem negociorum,atque circuitum ver
tunt. quaſi tamen in vno molentes dixit,inquantum de iſtis rebus
& negociis ſuis præbent vſibus eccleſiæ. Tertium genus eſt eorum
qui operantur in eccleſiæ myſterio,tamq̃ in agro Dei. In his ergo
tribus generibus bina ſunt rurſus genera hominum in,ſingulis,
quorum aliqui in eccleſia permanent qui aſſumuntur: aliqui ca-
dunt qui relinquuntur. AMBR. Non enim iniquus eſt Deus,
vt pares ſtudiis in ſocietate viuendi,atque indiſcreta actuum qua
litate, meritorum remuneratione diſcernat. Non autem merita
hominum copulæ vſus exequatur, quia nõ omnes qd̃ adoriuntur
efficiunt, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
CYRIL. Quia ergo dixit,q̃ quidam aſſumerentur, vtiliter &
bene inquirunt diſcipuli,quo aſſumerentur. vnde ſequitur. {Re-
ſpondentes dicunt illi:Vbi domine?} BEDA. Duo autem Salua
tor interrogatus:vbi.ſ.int boni aſſumendi,& vbi mali relinquen-
di, vnum dixit: aliud ſubintelligendum reliquit. vnde ſequitur.
{Qui dixit eis: Vbicumque fuerit cor.il. congrega.& Aquilæ.}
CYRIL. Quaſi dicat: Sicut deiecto cadauere,aues,quarum pa-
bulum ſunt carnes,ad illud conueniunt:ita cum venerit filius ho-
minis,tunc omnes Aquilæ.i.Sancti concurrent ad eum. AMBR.
Iuſtorum enim animæ Aquilis comparantur, eo q̃ alta petant,hu
milia derelinquant,& longeuam ducere ſeruntur ætatem:de cor-
pore autem dubitare non poſſumus,maxime ſi meminerimus q̃
Pilato Ioſeph corpus acceperit: Nonne tibi videntur Aquilæ circa
corpus,mulieres Apoſtolorumque conuentus circa domini ſepul
turam? Nonne tibi videntur Aquilæ circa corpus quando veniet
in nubibus,& videbit eum omnis oculus? Eſt etiam corpus,de quo
dictũ eſt. Caro mea uere eſt cibus. Circa hoc corpus Aquilæ ſunt,
quæ circũuolant ſpiritalibus alis. Sunt etiã circa corpus aquilæ,q̃
credunt

credunt Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Eſt etiam eccleſia,in A
qua per baptiſmi gratiam ſpiritu renouamur. EVSE. Vel per
aquas mortua animalia depaſcẽts principes huius ſeculi denota
uit,& eos qui tunc tẽporis ſanctos Dei perſequentur penes quos
relinquuntur aſſumptionis indigni,qui corpus vel eadauer dicun
tur,vel punitrices vir
tutes,q̃ facturæ ſunt,
impiorũ hic p̃ aquis
Lib.2.ca.77 denotant. AVG.
de Con.euan. hæc au
tẽ quæ Lucas hic po-
nit:non in eo ſermo-
ne in quo Matthæus
vel recordatur præ-
occupãdo vt prius cõ
memoraret, quæ poſt
a domino dicta ſunt,
vel bis a domino di-
cta facit intelligi.

CAP. XVIII.

HEO. Poſtquam ærumna-
rum & pe
riculorum dominus
meminit,ſubdit horũ
remedium quod eſt,
oõ iugis & præmedi
tata, vnde dicit: {Di-
cebat autem & para.

CAP. XVIII.

Dicebat autem & parabolã ad illos, quoniã oportet ſemper orare & non deficere, dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nõ timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua B autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat per multum tẽpus. Poſt hæc autem dixit intra ſe. Et ſi Deum non timeo nec hominẽ reuereor, tamẽ quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illã, ne in nouiſſimo veniẽs ſugillet me. Ait autem dominus: Audi-
te quid iudex iniquitatis dicit.

ad illos, quoniã oportet ſemper orare,& nõ deficere.} CHRY. C
Qui te redemit,quid te facere voluit demonſtrauit. Non vult te
ceſſare a præcibus,vult te beneficia meditari dum petis:vult te ro-
gando accipere quod benignitas deſiderat impertiri. Nec unquam
oranti beneficia denegat,qui vt orantes non deficiant: ſua pietate
inſtigat,hortamenta domini libenter admitte quod præcepit vel-
le debes,nolle ſi ipſe dominus prohiberet: Denique conſidera quã-
ta eſt tibi conceſſa fœlicitas,orationibus fabulari cum Deo, quod
deſideras poſtulare,qui & ſi verbis ſilet,tamẽ beneficiis reſpondet,
non aſpernatur quod petis,non tedet niſi forte tacueris. BEDA.
Dicendum eſt autẽ eum ſemper orare & non deficere,qui canoni-
cis horis rogare non deſiſtit, aut omnia quæ iuſtus ſecundum deũ
Lib.2.q.45. gerit & ordinem ſunt reputanda. AVG. de Quæſt.
euan. Parabolas autem dominus aut ſecundum ſimilitudinem po
nit,ſicut de fenatore qui cum duobus debitoribus donaſſet qd̃
debebãt, ab eo plus dilectus eſt cui plus donauit, aut de ipſa ſimi-
litudine aliquid probat, veluti eſt illud, quod ſi fœnum agri quod D
hodie eſt, & cras in clibanum mittitur Deus ſic veſtit,quantoma-
gis vos modicæ fidei? Hic ergo iniquus iudex non ex ſimilitudine,
ſed ex diſſimilitudine adhibitus eſt de quo ſubditur: {Iudex qui
erat in qua ci. qui deum non time.& ho.non reue. THEO. Vi
de q̃ impudentem erga homines eſſe, grauioris eſt mali indicium.
Deum enim quãm plures non timent attamen humano cohiben-
tur pudore,& ideo minus peccant. Cum vero ſit aliquis impudens
etiam quo ad homines:tunc excreſcit cumulus vitiorum. Sequi-
tur: {Vidua autem quæ erat in illa ciui.} AVG. Iſta vidua po-
Deſſt.euã. teſt habere ſimilitudinem eccleſiæ quæ deſolata videtur donec ve
Lib.2.q.45. niat dominus,qui nunc in ſecreto curam eius gerit. Sed quia ſequi
tur: {Et venie. ad eum dicens, vindica me de aduer.meo & nole.p
multum tempus. Hic monet curã electi dei ſe vindicare depræcen-
tur,quod etiam in Apocalypſi Ioannis de martyribus dicitur cum
apertiſſime moneamur, vt pro noſtris inimicis & perſecutoribus
oremus. Intelligendum eſt autem eam vindictam eſſe iuſtorum vt E
omnes mali pereant. Pereunt autem duobus modis,aut conuerſio
ne ad iuſtitiam,aut amiſſa per ſupplicium poteſtate. Itaque ſi omne
nes homines conuerterentur ad deum,diabolus tamen remaneret
in ſæculi fine damnandus, quem finem cum iuſti videre deſiderãt,
non abſurde vindictam deſiderare dicuntur. CYRIL. Vel ali
ter. Quoties nobis ab aliquibus irrogantur offenſæ, tunc glorio-
ſam eſſe putabimus obliuionem malorum, quoties vero aliquid
ad ipſam dei gloriam peccant contra dogmatis diuini miniſtros
Lib.2.q.45. bellantes,tunc Deum adimus poſtulantes ſubſidium & exclaman
tes contra impugnantes gloriam eius. AVG. de Quæſt.euan.
Apud iniquiſſimum ergo iudicem, vſque ad effectum implendi de
fiderii valuit trahere perſeuerantia deprecantis. vnde ſequitur.
{Poſt hæc au.di.intra ſe:Etſi deum non timeo,neque ho.reuereor,
Vbi ſupra. tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne in no
uiſ.veni.fugillet me;} Multo igitur certiores eſſe debent,qui deum
perſeuerantem rogant,fontem iuſtitiæ atque miſericordiæ. Vnde
ſequitur: {Ait au.do.Au.quid iu.iniqui.dicat,Deus autem non fa
ciet vindi.ele.ſuo.claman.ad.ſe die ac nocte, & patientiam habe
bit in illis? THEO.q.d.ſi iudicem imbutum quolibet ſcelere de
mulſit aſſiduitas,quanto magis patrem miſericordiæ Deum flecte
mus ad pietatem orando? vnde ſequitur: {Dico autem vobis,quia
faciet vindictã il.} Tentauerunt autem quidam ſubtilius hanc in-
dagare parabolam:di
cunt enim viduã eſſe
qualibet animã, quæ
priſtinum virum, ſci
licet diabolum exclu
dit, ob hoc ei aduer-
ſantẽ, qd̃ accedit ad
Deũ iuſtitiæ iudicẽ,
qui neque Deum ti-
met: nã ipſe ſolus eſt
Deus.ſed nec veretur
hominẽ,non eſt enim
apud Deum perſona-
rum acceptio. Huius
igitur viduæ,ideſt ani
mæ ſupplicantis iugi
ter ſibi contra diabo
lum miſeretur Deus,
demulcente eum in-
ſtantia eius. Poſtquã
dominꝰ docuit quòd
vtendum ſit in tempo
re conſummationis ora
tione pro tũc futuris
periculis,ſubdit. {Ve
rumtamẽ filius homi
nis veni.pu.inue. fidẽ.

Deus autem non faciet vindictã electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?

b Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe confidebant tamquam iuſti & aſpernabãtur cæteros parabolam iſtam dicens: Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent, vnus Phariſæus & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato,

in ter.} AVG. de Ver.do. Dicit autem hoc dominus de fide, quę
perfecta eſt. Ipſa enim vix inuenitur in terra. Ecce plena eſt eccle- Serm.36.
ſia Dei, quis huc accederet, ſi nulla eſſet fides? quis non montes trã
ferret ſi plena eſſet fides? BEDA. Cum autem omnipotens con
ditor in forma filij hominis apparuerit, tanta erit raritas electorũ,
vt non tam ob clamorem fidelium, quàm corporem aliorũ totius
mundi ſit acceleranda ruina, quod autem dominus hic quaſi dubi
tatiue dicit, non dubitat, ſed arguit, nam & nos aliquando de re-
bus quas certas habemus, increpatiue verbum dubitationis ponimus, vt ſi dicat ſeruo. Conſidera, forſitan dominus tuus ſum.
AVG. de Verbis Do. Hoc autem dominus adicit, vt oſtendat q̃ Serm. 36.
ſi fides deficit, oratio perit, ergo vt oremus credamus, vt & ipſa fi-
des non deficiat oremus. Fides fundit orationem, fuſa oratio fidei
impetrat firmitatem.

b ¶ AVG. de Verbis Do. Quia fides non eſt ſuperborum ſed Serm.36.
humilium, præmiſſis ſubiecit parabolam de humilitate, & contra
ſuperbiam. vnde dicitur. {Dixit autem & ad quoſdam, qui in ſe cõ
fidebant tamquam iuſti & aſpernabantur cæte. parabolam iſtam.}
THEO. Quia enim ſuperbia plus q̃ aliæ paſſiones vexat homi
num mentes, ideo crebrius de hac monet. Eſt autem ſuperbia Dei
contemptus, quoties enim aliquis non Deo, ſed ſibi aſcribit bona
quæ facit, quid eſt aliud quàm Dei negatio? cauſa igitur confiden-
tium in ſeipſis, non autem totum attribuentium Deo, ſed ob hoc
etiam cæteros contemnentium, parabolam proponit, oſtendens q̃
iuſtitia quàmuis hominem approximet Deo, ſi tamen aſſumat ſu
perbiam ad infimum deiecit hominem. vnde ſequitur: {Duo ho-
mines aſcen.in templo vt orauit vnus phariſæus & alter publica-
nus. GRAECVS. Diligentia quidem orationis docuit nos p
viduam & iudicem, hic autem per phariſæum & publicanum do-
cet nos, quomodo ſint ei dirigẽda præcamina, ne ſit infructuoſum
orationis negocium. Condemnatus eſt autem phariſæus cum in-
caute oraret. nam ſequitur. {Phariſæus autem ſtans, hæc apud ſe
orabat.} THEO. Per hoc q̃ dicit Stans, elatum eius animum
notat, ipſo enim habitu ſuperbiſſimus videbatur. BASI. Dicit
autem. {Apud ſe orabat} quaſi non apud Deum, quia ad ſeipſum
redibat per peccatum ſuperbiæ. Sequitur enim {Deus gratias ago
tibi. AVG. de Verbis Do. Non reprehenditur, quia Deo gra- Serm.36.
tias agebat, ſed quia nihil ſibi addi cupiebat. Ergo iam plenus es, iã
abundas. nõ eſt quare dicas. Dimitte nobis debita noſtra. Quis eſt
igitur qui impune oppugnat gratiã ſi reprehenditur, qui ſuperbe
agit gratias? Audiant qui dicunt. Deus me hominem fecit, ego me
iuſtum facio. O peior & deteſtabilior Phariſæo, qui ſuperbe iuſtũ
ſe dicebat, ſed tamen inde gratias Deo agebat. THEO. Atten-
de autem ſeriem orationis Phariſæi. Primo namque dixit quæ ei
aberant, deinde ſubiungit quæ habebat. Sequitur enim {Quia nõ
ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri. AVG. de
Verbis Do. Diceret ſaltem ſicut multi homines. Quid eſt cæteri Ser.36.
homines, niſi omnes præter ipſum? Ego inquit iuſtus ſum, cæteri
peccatores. GRE.xxiij.Mo. Quatuor quippe ſunt ſpecies qui- Cap.7.
bus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cum bonum, aut a
ſemetipſis

semetipsis habere se æstimant, aut si sibi datum desuper credunt p F
suis se hoc accepisse meritis putant, aut certe cum iactant se habere quod non habent, aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere quod habent: vnde & Pharisæus hic bonorum sibi operum merita singulariter tribuit. A V G. de Ver.do. Ecce autē ex vicino Publicano

Serm. 36.

maioris erat ei tumoris occasio. Sequitur enim. {Velut etiam hic Publi.} q.d. ego so Ius sum. Iste de cæteris est. C H R Y. Nō enim satiauerat contentum eius tota humana natura, sed & Publicanum aggressus est. moderatius autem peccasset, si Publicanū excepisset. Nunc autem vno verbo, & absentes inuadit, & vulnera præsentis lacessit. Non est autem gratiarum actio inuectiua aliorum. Si regratiaris Deo, ipse tibi tantum sufficias nec te ad homines trasferas, nec proximum condemnes. B A S I. Discrepat autem elatus a conuiciatore sola habitudine. Is enim in alios vtitur conuitiis: hic autē se mentis temeritate extollit. C H R Y. Qui autem aliis conuitiatur, sibi & aliis multa mala facit. primo enim audientem reddit peiorem, quia si sit peccator, fit lætior, criminis inuento collega, si sit iustus extollitur, per aliena crimina inductus de se magna putare. Secundo communitatem ecclesiæ lædit: non enim omnes audientes vituperant eum solum qui peccauit, sed ritu Christiano contumelias inne ctunt. Tertio Dei gloriam blasphemare facit: sicut enim recte agentibus nomen Dei glorificatur, sic nobis peccantibus blasphematur. Quarto eum qui audiuit opprobria confundit, imprudentiorem eum, & aduersarium faciens. Quinto statuit se pœnę obnoxium, rebus prolatis quæ sibi nō conueniūt. H
T H E O. Expedit autem non solum declinare a malo, sed etiam agere bonum. Et ideo cum dixisset. {Non sum sicut adulteri,} subiungit per oppositum. {Ieiuno bis in sabbato.} Sabbatum hi dicebant hebdomadam ab vltima die quietis. Ieiunabant enim Pharisæi secunda, & quinta feria: sic igitur ieiunia obiecit contra passionem adulteriī. nam ex voluptate est lasciuia. Rapacibus vero & iniustis opposuit decimarū solutionem. Sequitur enim. {Decimas do omnium quę possideo:} q.d. Adeo rapinas & nequitias refugio,

Cap. 17.

vt etiam mea contribuam. G R E G. 19. Moral. Ecce ciuitatē cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per ieiunium, & orationem clausit. Incassum munita sunt cętera,

Sermo. 36.

cum locus vnus, de quo hosti patet aditio munitus nō est. A V G. de Ver.do. Quære autem in verbis eius, nihil inuenies qđ Deum rogauerit: ascendit quidem orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, & roganti insultare. Publicanum autem cordis conscientia remouebat, sed pietas applicabat. vnde sequitur. {Et Publicanus a longe stās, nolebat, nec oculos ad cœlum leuare. T H E. Quāuis I
autem Publicanus stetisse dicatur, distabat tamen a Pharisæo tam verbis q̄ habitu: necnon & corde contrito. nam verebatur oculos leuare in cœlum, censens indignos visionis supernæ eos qui malue runt bona terrena spectare & querere: necnon & pectus tundebat. vnde sequitur. {Sed percutiebat pectus suum, cōr quodammodo pungens causa cogitationum prauarum: necnon & excitās vt dor mitans. vnde non aliud q̄ Deum propitiatorem perebat. Sequitur enim: {Dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.} C H R Y. Audiuit quia non sum velut hic Publicanus, nec indignatus est, sed compunctus, detexit ille vulnus, quærit hic medicinam. Nemo igitur illud frigidum proferat verbum. Non audeo: pudorosus sum non possum aperire eos. Talis reuerentia est diabolica.

Sermo. 36.

Vult enim diabolus obserare tibi fores accessus ad Deum. A V G. de Ver.do. Quid igitur miraris si Deus ignoscit, quādo ipse agnoscit? de longinquo stabat: Deo tamen appropinquabat, & eum do K
minus de prope attendebat. Excelsus enim dominus & humilia respicit, nec oculos ad cœlum leuabat vt respiceret, tremebat conscientia, spes subleuabat, percutiebat pectus suū, pœnas de seipso exigebat: propterea dominus confitenti parcebat. Audisti superbum accusatorem, audisti humilem reum. audi nunc iudicem dicentem. {Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in do. suam ab illo. C H R Y. Geminos aurigas, & duas bigas in stadio positas sermo præsens proponit, in altera quidem iustitiā cum superbia. in altera peccatum & humiliatrem. & vides bigam peccati superare iustitiam, non propriis virtutibus, sed humilitatis coniunctæ. illam vero deuictam non fragilitate iustitię, sed mole & tumore superbiæ. nam sicut humilitas per sui eminentiam peccati pondus superat, & saliens attingit Deum, sic superbia ob sui molem de facili iustitiam deprimit. si ergo plura facta strenue geras, putas aūt se posse præsumere, tota caruisti oratione. si vero mille feras in conscientia fasces reatuum, & hoc solum de te credas, q̄ es infimus omnium, multā obtinebis ante Deum siduciam. Et ideo suæ sententiæ causam assignans subdit: {quia omnis qui se exaltat, humi. & qui se humi. exaltā.} Humilitatis nomen multiplex est. Est. n. quædam virtus humilitas, iuxta illud. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Est & humilitas ab erumnis, iuxta illud: Humiliauit in terra vitam meam. Est & humilitas a peccatis, & superbia & insatiabilitate diuitiarum. Quid enim humilius his qui se submittunt in diuitiis & potentatu, & hæc reputāt magna? BASI. Similiter etiā & exal

c Afferebant aūt ad illum infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos dixit: Sinite paruulos venire ad me, & nolite vetare eos. Talium est enim regnū Dei. Amen dico vobis: quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

G

tari laudabiliter contingit: quando. s. non humilia cogitas, sed mēs tua est per magnanimitatem in virtute erecta. Talis autem animi celsitudo est eminēcia in tristitiis, terrenorū contemptus, cōuersatio in cœlis, & videtur huiusmodi mentis sublimitas eandem habere differentiam ad elationem quam arrogantia parit, quam habet corpulentia corporis bene dispositi ad inflationem carnis cum ex hydropoi tumet. C H R Y. Hæc igitur fastus inflatio ab ipsis cœlis potest deprimere non cauentem: humilitas vero & ab ipsa abysso reatuum hoiem sublimare: hæc. n. p Pharisæo publicanum saluauit, latronē ante apostolos in paradisum duxit, illa vero etiā in corpoream ingressa est potestatem. Cæterum, si iuxta delicta humilitas tam facile currit, vt superbiam iustitiæ transeat. si iustitiæ coniunxeris eam, qūo non ibit? assistet ipsa tribunali diuino in medio Angelorum cum fiducia multa. Rursus, si fastus coniunctus iustitiæ eam deprimere potuit si conuictus sit peccato, in quā tam gehennam detrudet? hoc dico, non vt negligamus iustitiam, sed vt fastum vitemus. T H E O. Sed forsitan mirabitur aliquis, quomodo Pharisæus cum pauca verba suæ laudis protulerit condemnatur, Iob vero cum plurima fuderit coronatur: Eo. s. q̄ Pharisæus talia dicebat criminando alios, nulla ratione cogente: Iob vero vrgentibus eum amicis & præsturis præmentibus coactus est proprias virtutes referre ad Dei gloriam, ne homines desisterent a profectu virtutis. B E D A. Typice autem Pharisæus est populus Iudęorum, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua: Publicanus vero Gentilis est, qui longe a Deo positus, confitetur peccata sua, quorum vnus superbiendo recessit humiliatus, alter lamentando appropinquare meruit exaltatus.

c ¶ T H E O. Post prædictam humilitatem dominus docet per ea quæ fecit, non repellens, sed gratanter paruulos admittens. vnde dicitur. {Afferebant autem ad illum infantes, vt eos tangeret.} Sermo. 36.
A V G. de Ver. do. Cui afferuntur tangendi nisi Saluatori? sed si Saluator est, saluandi offeruntur illi qui venit saluum facere quod perierat, vbi isti perierāt, quantum ad ipsos pertinet innocentes. Sed secundum Apostolum per vnum hominem intrauit peccatū in orbem terrarum. Veniant ergo paruuli, vt languidi ad medicū, perditi ad redemptorem. A M B R O. Durum autem aliquibus videri potest, q̄ discipuli dominum infantulos adire prohibebāt. Sequitur enim. {Quod cum vide. disci. increpabant illos. Vbi vel mysterium intelligas, vel affectum. Neque enim hoc inuidiæ, aut in pueros mentis asperitate faciebant, sed sedulæ seruitutis obsequia domino deferebant, ne comprimeretur a turbis. Respuenda quippe est vtilitas nostra, vbi diuinitatis iniuria est. In mysterio autem, quia prius saluari populum Iudæorum ex quo s̄m carnem nati fuerant gestiebant. Sciebant quidem mysterium, q̄ vtrisque populis vocatio deberetur: Nam & pro Chananęa muliere suppli carunt, sed fortasse adhuc ordinem nesciebant. vnde sequitur. {Iesus aūt conuo. eos di. Sini. par. veni. ad me, & nolite vetare eos. Talium est enim re. Dei.} Non ætas pfertur ætati: alioquin obesset adolescere. Cur ergo pueros dicit aptos esse regno cœlorum? fortasse, quia malitiam nesciant, fraudare non nouerint, referre nō audeant, scrutari ignorent, opes, honorem, ambitionem non appetant? sed non ignorare ista virtus est, sed contemnere. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle. Non igit̄ pueritia, sed æmula puerilis simplicitatis bonitas designatur. B E D A. Vnde signāter dixit. {Talium,} non istorum, vt ostenderet non ætatem regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocentiam, & simplicitatem præmia repromitti. A M B. Denique hoc Saluator ex præsit dicens. {Amen di. vo. quicumque non acceperit re. Dei sicut puer, non intrabit in il.} Quis puer imitandus est Apostolis Christi, nisi de quo Isaias dixit: Puer natus est nobis, qui cum maledicēretur, non maledicit? Itaque in pueritia est quædam venerabilis morum senectus, & in senectute innocens pueritia. BASI. Suscipiemus autem regnū Dei, vt puer, si dispositi fuerimus erga doctrinam

doctrinam dāi, vt puer in disciplina nequaquam contra dicēs, nec A
disputans cum magistris, sed credibiliter & obedienter imbibēs documenta. T H E O. Gentilium ergo sapientes quærentes sapientiā in mysterio qđ est regnum Dei, nec volentes hoc absq; fide syllogisticę pbationis admittere: merito excluſi sunt ab hoc regno.

d ¶ B E D A. Audierat princeps quidā a dño tm̄ eos qui puerorum vellent esse similes, regnum Dei intraturos, atque ideo posset sibi non per parabolam, sed palā quibus operū meritis vitam æternam consequatur exponi. vnde dr: {Et inter. eum qui prī. di. Magister bo. qd fac. vi. æ. possidebo?}

d Et interrogauit eum quidam princeps dicens. Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus, Mandata nosti: Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuū, & matrem tuā. Qui B

A M B. Tētator princeps iste magistrum b onum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Nā licet in diuinitate bonitas sit & in bonitate diuinitas tm̄ addendo Magister bone, in portione bonum dixit, non in vniuersitate. nam Deus in vniuersitate bonus, homo ex parte. C Y R I L. Putauit aūt se Christum capere dū vituperaret Mosaycum præceptum, introduceret vero sua statuta: accedit ergo ad Magistrū & bonū eum nuncupans, dicit se velle doceri, quia ergo tentatiue quærebat, qui apprehendit sapientes in astutia sua conuenienter ei respondet. nā sequit. {Dixit aūt ei Iesus, quid me di. bo. ne. bo. nisi so. Deus.} A M B. Non bonū se negat, sed Deum designat: bonus quidem non est, nisi plenus bonitatis, q̄ si quē moueat, quia nemo bonus, moueat & illud nisi Deus. q̄ si a Deo filius non excipitur, vtiq; nec a bono Christus excipit. nā qūo nō bon⁹ ex bono natus? arbor. n. bona, fructus bonos facit. Qūo non bonus, C
cum bonitatis sua substantia ex patre assumpta non degenerauit in filio: qui non degenerauit in spiritu? Spiritus tuus, inquit, bon⁹ deducet me in terram rectā. q̄ si bonus spūs qui excepit a filio, bonus vtique & ille qui tradidit. Itaque quia legis peritus est iste qui tentat, sicut in libro alio demonstrat. Et bene dixit. {Nemo bo. nisi vnus Deus} vt admoneret, q̄a scriptū est. Non tentabis dñm Deū tuū, sed magis confiteret dño qm̄ bonus. C H R Y. Vel aliter. Auarum quidem dicere hunc principē non verebor: nā hoc Christus ei improperat, tentator autem minime. T I T. Ergo cum dicit: {Magister bo. quid fac. &c.} q.d. Bonus es, dignare me responso in eo qđ quæro, doctus sum vetus testamentum, te tm̄ præstantiorem video non promittentē terrā, sed p dicantem regnum cœlorū. Dic ergo mihi {quid fac. vi. æter. pot. possidere?} Intentionem igitur attendens Saluator, quia fides est via ad opera, cū dixisset ille. Quid faciam? hac qūe omissa in notitiā fidei eū ducit. velut si quis inter rogaret medicum quid comedam, ille ostenderet quæ deberent ci D
buna præcedere, & ideo eum ad patrē remittit dicens. {Quid me di. bonum? non q̄ ipse bonus non esset: erat. n. bonum ex bono p̄e germen: bonus boni filius. A V G. de Con. Euan. Pōt aūt videri di stare aliquid, q̄ s̄m Matthæum dr. quid me interrogas de bono? qđ ad illud magis referri pōt, quod ait ille quærens, Quid boni faciā? Ibi. n. & bonum nominauit, & interrogatio est. cōmodissime intelligitur vtrūque dictum quid me dicis bonū, & quid me interrogas de bono, qđ ad illud magis referri pōt. T I T. Denique postq̄ docuit cognitionē fidei subiūgit: {Mandata nosti.} q.d. q̄ prius Deū noueris: tunc optime quæres quid facies. C H R Y. Expectante aūt principe audire Chm dicentē. Recedas a mandatis Mosaycis & meis attende, ad Mosayca eū mittit. vnde sequitur. {Non occides, non mœchaberis.} T H E O. Primo quidem lex ea corrigit ad quæ facilius labimur, vt mœchari, cuius incentiuum est intrinsecum & naturale, & occidere, quia immanis belua furor. Sed furtū, E
& falsi testimonii culpam, raro contingit incurrere, sed & grauiora illa existunt. & ideo secundario furtum, & falsum testimoniū ponit, vt rarius fallentia & leuiora. Sequit. n. {Non furtum facies. non falsum testimonium dices.} B A S I. Non est autem intelligendū fures esse solum bursarum incisores, vel latrocinātes in balneis, sed & si qui duces legionum statuti, vel cōmisso sibi regimine ciuitatum aut gentium, hoc quidem furtim tollunt, hoc vero vi ac publice exigunt. T I T. Sed videas in non agendo præcepta consiste re, quoniam si mœchatus non fueris, castus es. si non fureris, beniuolus. si falso non testeris, veridicus. Attende virtutem iam faciem per bonitatem statuentis. Nam mali fugam ingerit, non boni exercitium, quælibet autem quies quolibet est facilior opere. T H E O. Sed quia in parentes committere quamquam magnū sit crimen, raro tamen accidit. Post omnia ponit. {Honora patrem tuum & matrem.} A M B R O. Est autem honor non solum honorificentiæ, sed etiam largitatis. Honor enim est deferre pro meritis. pasce patrem tuum, pasce matrem, & si paueris, adhuc non reddidisti dolores & cruciatus, quos pro te mater passa est. Illi debes quod habes, cui debes quod es, quantum iudicium si pascat ecclesia, quos tu pascere nolis. Sed dices: Quod eram parentibus collaturus, ecclesiæ mallem conferre. Non quærit Deus donum de fame parentum, sed vt pascendos scriptura dicit parentes: ita propter Deum relinquendos, si impediant deuote mentis affectum. Sequit.

ait: Hæc oīa custodiui a iuuentute mea. Quo audito Iesus, ait ei. Adhuc vnū tibi deest. Oīa quęcūque habes vēde, & da pauperib⁹, & habebis thesaurū in cęlo, & veni sequere me. His ille auditis cō tristatus est, q̄a diues erat valde. e Videns aūt Iesus illum tristē factum, dixit. Quàm difficile qui pecunias habent in regnum

{Qui ait: Hæc omnia custodiui a iuuentute mea. H I E R O. Mentitur adolescens. Si enim quod postpositum est in mandatis: Diliges proximū tuū sicut teipsum, opere complesset, quomodo postea audiens: {Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis abscessit?} B E D A. Vel non est putandus esse mentitus, sed simpliciter vt vixerit, scilicet exterius esse confessus: alioquin nequaquā Marcus diceret, quòd Iesus intuitus eum dilexit eum. T I T. Ostendit autem consequenter dominus, quòd si aliquis vetus testamentum peregerit, perfectus non est, sed deest ei sequi Christum. vnde subditur. {Quo audito Iesus, ait ei: adhuc vnum tibi deest: omnia quæcumque habes vende & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo:} quasi dicat. Quæris quomodo sit possidenda vita æterna, sparge facultates pauperibus, & obtinebis illam. Parua sunt quæ impendis, magna quæ recipis. A T H A N. Non enim mundum despicientes putemus grandia quidem abdicasse, quia tota terra est in comparatione cœli breuissima: quapropter si toti terræ dominaremur, ei abrenunciantes, nihil dignum esset in comparatione regni cęlorum. B E D A. Quicumque ergo perfectus esse voluerit, oportet vendere quæ habet, non ex parte sicut Ananias fecit, & Saphira, sed totum. T H E O. vnde dicens: {Omnia quæ habes.} summam paupertatem suadet. Si quid enim restiterit, illius seruus est. B A S I. Non tamen docet facultates vendere, eo quòd naturaliter sint prauæ: alioquin creatura Dei non essent. vnde eas non tamquàm malas abiicere, sed disponere monuit. & condemnatur aliquis, non quia eas possidet, sed quia eis abusus est, quo sit vt facultatum secundum mandata Dei dispensatio, & crimina deleat, & regnum conferat. vnde subdit: {Et da pauperibus.} C H R Y. Poterat quidem Deus alere pauperes, & sine hoc, quòd nos miseremur eorum, sed vult dantes dilectione astringi accipientibus. B A S I. Dicente autem dominō. {Da pauperibus:} puto non expedire cuiquam negligenter gerere, sed omnia diligenter disponere, præcipue per seipsum, si ex parte se habeat: sin autem per eos, de quibus constat, quòd fideliter, & prudenter disponant, maledictus enim qui negligenter perficit opera domini. C H R Y. Sed illud quæritur quomodo erogare cuncta pauperibus perfectionis esse videtur, Paulus autē absque dilectione hoc asserit esse imperfectum, sed valde consonat quod subiunxit. {Et veni sequere me.} quod ostēditur ex dilectione esse. In hoc enim cognoscent omnes, q̄ mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. T H E O. Cum paupertate. n. cæteras quoque virtutes hominem habere oportet. ob hoc ait. {Et veni sequere me,} id est in cæteris esto me⁹ discipulus, iugiter me sequaris. C Y R I L. Princeps autem ille vini recentis capax non fuit, vetus vter existens, sed tristitia ruptus est. vnde sequitur. {His ille auditis, contristatus est, quia diues erat valde.} B A S I. Mercator non tristatur in nundinis pacisscendo quæ possidet, acquirendo sibi oportuna. Tu vero tristaris pulueren dans, vt acquiras vitam beatam.

e ¶ T H E O. Quoniam diues audita opum abiectione tristatus fuit: dominus admiranter locutus est. Dicitur enim. Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit. Quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrare. Non dicit impossibile est eos intrare, sed {Difficile.} Possunt enim per diuitias adipisci superna, sed difficile est, quia viscosiores sunt visco diuitiæ, & vix euellitur animus occupatus ab eis, sed subsequenter, vt impossibile hoc indicat cum dicit. {Facilius est enim camelum per foramen acus transire quàm diuitem intrare in regnum Dei.} Nam siue per camelū animal intelligas, siue funem nauticum crassum, quocūque modo impossibile est, q̄ foramen acus totum capiat camelum. Si igitur facilius est camelum per foramen acus transire, q̄ diuitem saluari, & hoc quod facilius est, impossibile est, impossibilius ergo est saluari diuitem. Quid igitur dicendum? Equidem quòd vere fic habet, diuitem seruari non posse. Neq; mihi dicas, qđ saluatus sit dives quispiā, qui sua dederit: nō. n. diues saluatus est, sed q̄a pauper factus, vel dispensator existens seruatus est, non diues. Aliud est enim dispensator, aliud diues. Dives est, qui sib i diuitias reseruat. Dispensator vero, cui diuitiæ propter alios concreditæ sunt.

cōp. explic. In Quæst.

In Homil. pśen. loci.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRY. Abraham quidem possidebat opes pauperibus, & qui iuste eas possident. quasi susciptentes a Deo dispensant in diuinis mandatis. qui vero contra Deum acquisierunt, & in expendendo faciunt illud idem, meretricibus & parasitis dantes, vel humi abscondentes, egenis vero nihil impendentes. Non ergo prohibet ditari: sed opibus famulari, vult vt necessariis vtamur eis, non vt custodiamus: nam famuli est custodire: sed domini dispensare, si cõseruari eas vellet, nõ tradidisset eas hominibus, sed sineret in terra iacere.

Lib.2.q.49.

THEO. Porro attedas illud quòd diuitè quidé impossibile dicit saluari, possidentè vero diuitias difficile, quasi dicat, diues q captus est a diuitiis & famulatur eis, non saluabitur: habens vero illas, scilicet q eis dominatur vix saluabitur causa humanæ fragilitatis. Conatur enim nos diabolus supplantare, quoadusque possidemus diuitias, & difficile est aufugere decipulas eius, ideoque bonum est paupertas & quasi tentatione carens. CHRY. Nulla enim est diuitiarum commoditas anima patiente penuriã, nec læsio paupertatis, anima diuitiis affluente. Si autem diescentis indicium est nullius egere, & pauperascentis indigere, palam est quòd magis esse pauperem facit magis ditescere. Facilius est enim quòd quis in paupertate quàm in diuitiis opes contemnat. neque enim talis est ambitus vt per magis habere sedetur. Sed per hoc consueuit magis accendi, sicut ignis quando maiorem suscipit escam, quæ autem mala videntur esse inopiæ cõmunia sunt, quæ vero diuitiarum propria sunt earum. AVG. de Quæst. euan. Diuitem ergo hic appellat cupidum rerum temporalium, & de talibus superbientem, his diuitibus contrarij sunt pauperes spiritu, quorum est regnum cælorum. Mystice autè facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi, quàm dilectores seculi ad Christum posse conuerti. Cameli enim nomine se intelligi voluit, quia sponte humiliatus infirmitatis nostræ onera sustulit, per actum autem punctionis significat, per punctiones dolores in passione susceptos, foramen autem acus dicit angustiam passionis. CHRY. Hic autem sermo quasi grauis transcendebat discipulorum virtutem. vnde sequitur. {Et dixerunt qui hæc audiebant: Et quis potest saluus fieri?} Hoc dixerunt discipulinõ de se,

Lib.2.q.47.

sed de toto mundo timentes. AVG. de Quæst. euan. Cum autè incomparabiliter maior sit turba pauperum, quæ diuitibus perditis potest saluari, intellexerunt omnes qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant in diuitum numero deputari. Sequitur: {Ait illis, quæ impossibilia sunt apud homes, possibilia sunt apud Deũ.} Quod non ita intelligendum est, quasi diues cum cupiditate & superbia in regnum Dei sit intraturus. sed possibile est Deo vt a cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem conuertatur. THEO. Apud homines ergo quorum serpit intentio ad terrena, impossibilis est salus vt dictum est, apud Deum vero possibilis est. Cum enim homo consiliarium habet Deum, & iustificationes & doctrinas paupertatis imbiberit, necnon eius auxilium inuocet hoc fiet possibile. CIRYL. Congrue autem diues cum multa contempserit, recompensationem expectabit, qui vero parua possidens ea abdicauit, quid ei sperandum esset, quærere decebat. vnde sequitur: {Ait autem Petrus, ecce dimisimus omnia.} Matthæus addit, quid ergo erit nobis? BEDA. q.d. Fecimus quod iussisti, quid igitur dabis nobis præmij? Et quia non sufficit dimittere omnia, iungit quod perfectũ est dicens: {Et secuti sumus te.} CIRYL. Illud autem necesse est dicere, q̃ paucis abrenuntiantes quantum spectat ad propositum & obedientiam, pari lance cũ opulentis penduntur, paribus vtentes affectibus, dum rerum quas possident abiectionem vltro inferunt. vnde sequitur: {Amen dico vobis. Nemo est qui reliquerit domum aut parẽtes, aut fratres, aut vxores, aut filios, aut agros propter regnum Dei & non recipiat multo plura in hoc tempore & in sæculo futuro vitam æternam.} Eleuat ad acceptissimam spem omnes audientes, iureiurando promittens, dum apponit sermoni amen. Doctrina enim diuina mundum vocante ad fidem Christi, forsitan aliqui respicientes parentes infideles, noluerunt eos turbare veniẽdo ad fidem, & similis est ratio aliorum germanorum. Deserunt autem quidam patrem & matrem, & totius parentelæ amorem despiciunt propter amorem Christi. BEDA. Sensus igitur iste est, qui propter regnum Dei

Dei intrabunt. Facilius est enim camelum p foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebãt. Et quis potest saluus fieri? Ait illis. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus. Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domũ aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios aut agros propter regnũ Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo futuro vitam æternam.

f Assumpsit autem Iesus duodecim & ait illis. Ecce ascẽdimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur & cõspuetur. & postquàm flagellauerint occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, & nõ intelligebant quæ dicebantur.

inquirendum omnes affectus contempserit, omnes sæculi diuitias delitias risusque calcauerit, multo plura in præsenti recipiet. cuius sententiæ occasione, quidam iudaicam mille annorum fabulã post resurrectionem iustorum ædificant, qñ omnia quæ propter Deũ dimittimus, multiplici nobis sint fœnore reddenda, & insuper vita æterna donanda. Nec vident inexperti q̃ si in cæteris digna sit repromissio, i vxorib⁹ tamẽ iuxta alios euãgelistas centenis, appareat turpitudo, præsertim cum dominus in resurrectione non esse nubendũ testetur. Et iuxta Marcũ, ea quæ dimissa fuerint, in hoc tempore cum persecutionibus accipienda cõfirmet, quasi illis mille annis abesse dogmatizant. CIRY. Hoc ergo dicimus, quòd omissis tẽporalibus & carnalibus, multo maiora sibi aliquis vendicabit, qñ & Apostoli cum pauca dimiserint, obtinuerunt multiplicia dona charismatum, & celebres reputati sunt vbique. Erimus ergo similes illis, si donum quis dimittat, recipiet mansiones supernas, si patrem, patrem habebit cælestem. Si a germanis recesserit, in fratrem hunc recipiat Christus. Cum dimiserit coniugem, inueniet diuinam sapientiam a qua procreabit spiritales fructus, inueniet Hierusalem cælestẽ, quæ est mater nra. A fratribus ẽt & a sororibus sui propositi glutino spirituali colligatis, multo in hac vita gratiosiorem recipiet charitatem.

f THEO. Præuidens saluator ex passione sua discipulorũ animos turbandos, eis longe ante & passionis suæ pœnam, & resurrectionis suæ gloriam prædicit. vnde dicitur: {Assumpsit autem Ie sus duodecim & ait illis. Ecce ascen. Hiero. & consum. omnia quæ scrip. sunt per prophe. de filio hominis. BEDA. Præuidẽs enim quosdam hereticos futuros, qui Christum dicerent legi prophetisque docuisse contraria, ostendit q̃ per prophetarum præsagia suæ passionis & posterioris gloriæ sit celebrata præfatio. CHRY. Seorsum autẽ de passione cum discipulis confert. Non enim oportebat hunc sermonem pluribus diuulgari, ne turbarẽtur. Ob hoc autem prædicabat discipulis, vt exercitati per expectationem facilius sustinerent. CIRYL. Et vt sciant, quoniam passionem prænouit, & spontaneus ad eam accesit ne dicerent, qualiter in manus hostium incidit, qui nos promittebat saluare? vnde seriatim ordinem passionis enarrat subdens: {Tradetur enim gentibus, & illudetur & flagellabitur & conspuetur. CHRY. Hoc Isaias prædixerat dicens: Obtuli scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meam non diuerti a sputorum dedecore. Sed & crucis patibulum prædixit propheta cum ait. Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. vnde & hic subditur: {Et postquam flagellauerint occident eum.} Sed & resurrectionem eius Dauid prædixit dicens. Non derelinques animam meam in inferno. vnde hic subditur: {Et tertia die resurget.} ISIDO. Admiror autem dementiam quærentium cur Christus ante triduũ resurrexit. si enim resurgeret tardius quàm prædixerat, impotentiæ esset, celerius vero est summæ virtutis indicium. Si quem enim cum spoponderit suo creditori post triduum persoluere debitum, eadem die satisfacientem viderimus, non fallacem, sed potius vt veridicum eum mirabimur. Dicam etiam quòd non dixit se post tres dies resurrecturum, sed die tertia. Habes parasceuen, habes sabbatum vsque ad Solis occasum, & post sabbatum resurrexit. CIRYL. Discipuli autem nondum nouerant exquisite, quod prophetæ prædixerant, sed postquam resurrexit, aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. vnde sequitur: {Et ipsi nihil horũ intellexerunt.} BEDA. Quia enim discipuli eius vitam maxime desiderabant eius, mortem audire non poterant. Et quoniam non solum hominem innocentem, sed & Deum verum sciebant, hunc nullatenus mori posse putabant. Et quia parabolas eum sæpe loquentem audire consueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegorice referendum esse credebant. vnde sequitur: {Erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.} Iudæi vero quia in eius necem conspirauerant, quòd de passione sua loquererẽtur dicens in Ioanne, Oportet exaltari filium hominis, intelligebant. vnde dixerũt: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis?

g ¶ GREGO. in Hom. Quia carnales adhuc discipuli non valebãt capere verba mysterii, venitur ad miraculum, ante eorum oculos cæcus lumen recipit, vt eos ad fidem cœlestia facta solidarent, vnde dicitur, {Factum est autem cũ appropinquaret Hierico, cæcus quidã sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbã prætereũtem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei q̃ Iesus nazarenus trãsiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibãt, increpabãt eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili Dauid, miserere mei. Stans autẽ Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illũ

Lib.2.q.48.

g Factum est autem cum appropinquaret Hierico, cęcus quidã sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbã prætereũtem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei q̃ Iesus nazarenus trãsiret. Et clamauit dicens. Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibãt, increpabãt eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili Dauid, miserere mei. Stans autẽ Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illũ dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et Iesus dixit ei: Respice. Fides tua te saluum fecit, & confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus pambulabat hierico. Et ecce vir noĩe Zachæus, & hic princeps erat publicanorũ, & ipse diues.

Lib.2.q.48. de Quæst. Euan. Possem⁹ de appropinquãtibus hierichо sic intelligere, vt iam inde egressi, prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem: quod quidem minus vsitate dicitur. Sed tamen videri posset hoc dictum, quoniam Matthæus, egredientibus eis ab hierichо dicit illumi

natos duos cæcos, quiiuxta viã sedebant: De numero quidem nulla esset quæstio si alter euangelistarum de vno tacuisset, vnius, reminiscens, nam & Marcus unum commemorat: cum & egredientibus eis ab hierichо dicit illuminatum, cuius & nomen dixit & patrem, vt intelligamus eum fuisse potissimum, alterum ignotum, vt merito ille notus etiam solus decenter commemoraretur. Sed quoniam quæ sequuntur in euangelio secundum Lucam, aptissime ostendunt illud quod ipse narrat, adhuc venientibus ipsis hierichо factum esse, nihil aliud restat intelligere, nisi bis esse factum hoc miraculum, semel in vno cæco, cum adhuc veniret in illam ciuitatem, iterum in duobus, cum inde egrederetur. vt illud vnũ Lucas, alterum Matthęus enarrat. CHRY. Multus autem erat populus circa Christum, & cæcus eum quidem non nouerat: sentiebat autem effectum, & rapiebat per affectum, quod non hausit aspectu, vnde subditur: {Et cum audiret. pte. inter quid hoc esset.} Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur. Sequitur {Dixe. autem ei. quòd Ie. naza. transiret.} Cæcus vero vera clamabat, alia docetur: & alia prædicat. Nam sequitur: {Et clamauit. Ie. fi. da. mi. mei.} Quis te docuit hæc o homo? num perlegisti libros priuatus luminibus? Vnde igitur nosti luminare mundi? vere dominus illuminat cæcos. CYRIL. In iudaismo autem nutritus non ignorauit q̃ de progenie Dauid Deus ẽm carnem nasceretur, & ideo ei vt Deo loquitur dicens, {Miserere mei:} hunc imitens qui in duo diuidunt Christum hic enim Chm tanquam Deum audit & filiũ Dauid eum nominat. Mirentur autem instantiam confessionis eiº. Quidam enim eum confitentem fidem compescebant. Sequitur, {Et qui prei. increpa. eum vt tace.} Sed per inhibitiones huiusmodi non impediebatur eius audacia. Nouit enim fides omnibus repugnare, & omnia triumphare. vtile enim est pro cultu diuino pudorem deponere, nam si causa pecuniæ sunt impudentes non nulli, pro animæ salute non decet bonam induere impudentiam, vnde sequitur. {Ipse vero multo ma. cla. fi. Da. mi. mei. Sistit autem Christum vox inuocantis in fide, & inuocantes in fide respicit, & ideo merito vocat cæcum & accedere iussit, vnde sequitur: {Stãs autem Iesus iussit illum adduci ad se,} vt scilicet qui prius fide eũ tetigerat, appropinquaret & corpore. Appropinquantem cæcum dominus interrogat. Nam sequitur: {Et cum appropinquaret inte. il. di. Quid tibi vis faciam?} Dispensatiue interrogat, non quasi ignorans, sed vt scirent astantes quòd non peterat pecuniam, sed diuinam efficaciam, vt a Deo. vnde sequitur: {At il. di. Do. vt vide.} CHRY. Vel quia calumniatores veritatis Iudæi possent dicere: vt in cæco nato, non est hic, sed similis eius, voluit vt cæcus prius ostenderet defectum naturæ, & tunc cognoscat gratiæ maiestatem: at vbi petitionis modum cæcus explicuit, tunc cum summa maiestate præcepit ei vt videret. vnde sequitur {Et dixit il. Ie. Respice:} quod redundabat in crimen perfidiæ Iudæorum: quis enim Prophetarum talia dixit? Aspice tamen quid assumat medicus ab eo cui collata est sanitas. Sequitur enim. {Fides tua te saluum fecit.} Pro fide enim venduntur beneficia, diffunditur enim gratia quam suscepit fides. Et sicut ab aliquo fonte hi quidem paruis vasis modicum aquæ hauriunt, hi vero maioribus multum, fonte non distinguente mensuras, & secundum fenestras quæ aperiuntur magis vel minus splendor solis infunditur, ita secundum capacitatem intentionis hauritur gratia: vertitur autem vox Christi in lucem languentis, erat enim verbum veræ lucis. vnde sequitur. {Et cõfestim vidit,} At cæcus & ante beneficium fidem ostendit feruidam, & post beneficium beniuolentiam obseruauit. Sequitur: {Et seque. magnifi. Deum. CYRIL. Ex quo patet quòd a duplici cęcitate liberabatur, corporali, scilicet & intellectuali. neque enim glorificasset vt Deum nisi vere vidisset, sed & aliis factus est occasio glorificandi Deum. Sequitur: {Et omnis plebs vt vi. de lau. Deo:} BEDA. Non solum pro impetrato munere lucis, sed & merito fidei impetrantis. CHRY. Hic autem necesse est quærere, cur Christus dæmoniacũ quidem curatum sequi volentem prohibet, cæcum autem illuminatum sequentẽ nõ prohibet? sed neutrum irrationale puto, illum enim mittit præconem, vt ex sua cõsistentia benefactorem prædicet: erat. n. excellẽs miraculum, videre furiosum sanæ mentis effectum. Cæcũ vero permittit sequi, quando Hierosolymam ascendebat p crucẽ perfecturus altum mysterium, vt recentem habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitate potius quàm misericordia pati. AMB. In hoc autem cæco typus populi gẽtilis est, qui sacramento dñico recepit amissi luminis claritatem. Nihil autem interest, vtrum in vno cæco medicinam, an in duobus accipiat: qñ ex Cham & Japhet Noe filiis originem ducens in duobus cæcis, duos generis sui prætendebat auctores. GREG. in Hom. Vel cæcum est genus humanum, qđ in parente primo claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur. Hierico autem interpretatur Luna, quæ dũ menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Hierichо, cæcus ad lumen redit, quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit, humanum genus lumen quod amiserat recepit. Qui ergo æternæ lucis claritatem nescit cæcus est. Si autem tñ redemptorem credidit qui dixit: Ego sum via, iuxta viam sedet. Si vero credidit & exorat vt æternum lumen recipiat, iuxta viam sedet & mendicat. Illi autem qui Iesum venientem præcedunt, designant carnalium desideriorum turbas, tumultusque vitiorum, qui priusquam Iesus ad cor nostrum perueniat, dissipant cogitationem nostram, & in ipsa nos nostra oratione conturbant. {Ipse vero magis clamabat, quia quanto grauiori tumultu cogitationum præmimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Cum autem adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi, vehementer insistimus, Deus in corde figitur, & lux amissa reparatur, vel transire humanitatis est, stare diuinitatis. Cæcum igitur clamãtem dominus transiens audiuit, stans illuminauit, quia per humanitatem suam vocibus nostræ cæcitatis compatiendo misertus est, sed lumen nos bis gratiæ per diuinitatis potentiam infudit. Ad hoc autem requirit quid velit, vt cor ad orationem exciret, peti enim hoc vult, qđ & nos petere, & se concedere prænoscit. AMB. Vel interrogauit cæcum, vt crederemus nisi confitentem non posse saluari. GREG. in Hom. Cæcus autem a domino non aurum, sed lucẽ quærit. Et nos non falsas diuitias, sed lucem quæramus, quam vide re cum solis angelis possimus, ad quam lucem via fides est. vnde re cte cæco dicitur {Respice, fides tua te saluum fecit.} Qui videt & sequitur, quia bonũ quod intelligit operatur. AVG. de Quæst. euang. Si autem Hierichо Lunam & ob hoc mortalitatem interpretamur, morti propinquans dominus Iudæis solis, lumen euangelij iusserat prædicari, quos significauit ille vnus cæcus, quem Lucas commemorat, a morte autem resurgens atque descendens, & Iudæis & gentibus, quos duos populos significare videntur duo cæci commemorati a Matthæo.

Lib.2.q.48.

CAP. XIX.

AMBRO. Zachæus in Sicomoro, cæcus in via, quorũ alterum dominus miseratus expectat, alterũ suæ mansionis claritate nobilitat. de quo dicitur: {Et ingressus Iesus perambulabat Hierichо. & ecce vir nomine Zachæus, & hic erat princeps publica, & ipse diues.} Et bene princeps inducitur publicanorum. Quis enim de se desperet, qñ iste peruenit ad gratiam, cui census ex fraude? & ipse quidem diues, vt scias omnes diuites auaros. CIRY. Sed Zachæus in his moram non traxit, sed factus est dignus propitiatione Dei, qui cæcos illuminat, & longinquos vocat. TYTVS. Pullulauerat aũt in eo semẽ salutis, qa cupiebat Iesum videre. vñ sequit: {Et quærebat videre Iesum qs eẽt. Vtpote q. nũq eũ viderat, qa si vidisset, dudũ

Universidad de Deusto Biblioteca

iam recepisset a nequitia publicana. Siquis enim Iesum videt: non potest nequitijs immorari. Duo autem erant impedimenta huic visioni, nam retardabat eum populus, non tam virorũ quàm peccatorum, erat autem paruus statura, vnde sequitur: {Et non poterat præ turba: quia sta. pusillus erat. AMBRO. Quid sibi vult quòd nullius alterius staturã quàm huius expressit? vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide. nondũ enim pronus erat cũ ascenderet: nondum viderat Christũ. TYT. Sed ille bonum adinuenit ingenium, nam prȩcurrens in arborẽ sicomorum ascendit, & transeuntem Iesũ desideratum videbat, vnde sequitur: {Et pcurrens, ascendit in arborem sicomorum, vt videret illum, quia inde erat transiturus. Hic ergo solam visionem desiderauit: sed qui nouit plus facere quàm quærimus, dedit ei supra id quod expectabat, vnde sequitur: { Et cum venisset ad locum suspiciens Iesus vidit illum. CYRIL. Vidit quidem hominis animam promptissime nitentem ad sancte viuendum, & eum ad pietatem conuertit. AMB. Capit eum, se nõ inuitatus inuitat. vnde sequitur: {Et dixit ad eũ: Zacheæ festinans descẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Sciebat enim vberem hospitis sui esse mercedem: sed tamen & si non vocẽ, inuitantis audierat affectum. BEDA. Ecce autem camelus deposita ibi sarcina per foramen acus transit, hoc est, diues & publicanus, relicto amore diuitiarum, contempto censu fraudum, benedictionem dominicæ susceptionis accepit. Sequitur: { Et festinans descendit, & accepit illum gaudens. AMBRO. Discant diuites non in facultatibus crimen habere: sed in his qui vti nesciunt facultatibus. Nam diuitiæ sicut impedimenta sunt improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. CHRY. Sed considera nimiam saluatoris bonitatem: Insons cum sontibus conuersatur. Fons iustitiæ cum auaritia quæ est materia prauitatis, ingressus domum publicani nullam ex auaritiæ nebula iniuriam patitur: sed fulgore iustitiæ auaritiam delet: sed mordaces & criminationis amatores inuehi tentant in his quæ ab eo fiebant. Sequitur enim: { Et cũ vide. om. murmu. dicent. quia ad ho. pec. diuertisset.} Ipse vero incusatus vt epulo & publicanorum amicus, spernebat hæc, vt consummaret propositum: quia & medicus nisi patiatur saniem ægrotorum, non liberat a morbo: quod & tunc contigit, quoniam conuersus est publicanus & factus est melior. Sequitur: { Stans autem Zachæus dixit ad Iesum: Ecce dimi. bo. meo. domine do. pau. & siquid ali. defrauda. red. quadruplum.} Audi mirabile: Nondum didicit, & obedit: Et sicut sol per radios infusus in domum non illustrat verbo: sed opere: ita Saluator radijs iustitiæ nequitiæ fugauit caliginem, nam lux in tenebris lucet. Quodlibet aũt vnitum est validum, diuisum autem debile, & ideo bipartit substantiam. Est autem diligentius attendendum, quòd opes Zachæi non solũ erant iniustæ: sed etiam ex patrimonio fuerunt congregatæ, alioqn quomodo poterat extorta inique restituere in quadruplũ? Sciebat enim legem iubentem restituere in quadruplum male ablata, vt si lex non terreat: dãna mitigent, non ergo expectat Zachæus legis censuram, ipse sibi iudex effectus. THEO. Sed si subtilius indagare velimus, nihil de propriis restabat facultatibus. Data.n. mediate bonorum pauperibus ex residuo reddebat læsis in quadruplo, nec solum hoc promittebat: sed faciebat. Non enim ait, Dabo medietatem & restituam quadruptum: sed do & reddo At Christus illi salutem annunciat. Sequitur: { Ait Iesus ad eum, quia ho. sa. huic do. facta est.} ipsum Zachæum significans assecutum fuisse salutem: per domum habitatorem significans. Sequitur, { Eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.} Non enim vocasset abrahæ filium inanimatam fabricam. BEDA. Filius autẽ Abrahę Zachæus dicitur, non quia de eius stirpe genitus: sed quia eius est fidem imitatus, vt sicut ille terram domumque paternam deseruit, ita istę bona sua partiendo pauperibus relinqueret. Pulchre autem dicit: Et ipse vt non solum eos qui iuste vixerant. sed & eos qui ab iniustitia resipiscunt, ad filios promissionis pertinere declaret. THEO. Nõ aut dixit ꝙ filius Abrahæ, sed quoniã nunc est. nam prius quando erat publicanorum princeps, nullã similitudinẽ habẽs ad Abrahã iustum: nõ erat Abrahæ filius. Sed quia murmurabant quidam, eo ꝙ moraretur cum viro peccatore, ad compescendos illos subdit {Venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. CHRY. q.d. Quid me criminamini si rectifico peccatores? tam enim procul est a me odium peccatorum, quòd eorum cã ad-

Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et prȩcurrens, ascendit in arborem Sicomorum vt videret eum, quia inde erat transiturus. & cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum. Zachee festinãs descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. & cum viderent omnes murmurabant dicentes, ꝙ ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum. Ecce dimidiũ bonorum meorum do pauperibus, & siquid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eum: quia hodie salus domui huic facta est, eo ꝙ & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat.

F uenerim. nam medicus veni, non iudex, ob hoc conuiua fio languentium, patiorque fœtorem, vt præstem remedia. Quæret autem aliquis, quomodo Paulus iubet, siquis frater fuerit procax, aut auarus, cum huiusmodi nec cibum esse sumendum? Christus autem erat publicanorum conuiua, sed nondum prouecti erant isti vt fierent fratres, sed & tunc vitare præcepit Paulus fratres. cum perstãt in malo, hi vero erent mutati. BEDA. Mystice autem Zachȩus, qui interpræctatur iustificatus, credentem ex gẽtibus populum significat, qui per occupationẽ temporaliũ depressus erat & minimus, sed a Deo sanctificatus, qui intrantem Hierico saluatorẽ videre voluit, dum fidẽ quam mundo attulit, participare quæsiuit: CIRYL. Turba autem est imperitę confusio multitudinis, quæ verticem nequiuit videre sapientiæ. ergo Zachęus quamdiu in turba est, nõ vidit Christum: sed plebeiam transgressus inscitiam, meruit quẽ desiderabat aspicere. BEDA. Vel turba.i. vitiorum consuetudo, quæ cæcũ clamantem increpabat, etiam hunc suscipientem tardat, sed sicut amplius clamãdo cæcus turbã vicit, ita pusillus terrena relinquendo & arborem crucis ascendendo, turbã obstantem trãscendit. Sicomorus namque quæ est arbor foliis moro similis, sed altitudine præstans, vnde & latinis Celsa nuncupatur. Ficus fatua dicitur, & eadem dñica crux, credẽtes alit vt ficus, ab incredulis irridetur vt fatua. Quam arborem pusillus statura Zachęus, vt coexaltari possit ascendit, cum quilibet humilis & proprię conscius infirmitatis clamat. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. AMB. Pulchre autẽ addidit, quia illa parte erat transiturus dñs, vel vbi sicomorus vel vbi crediturus vt mysteriũ seruaret, & gratiam seminaret. sic enim venerat, vt per Iudæos veniret ad gẽtes. Vidit itaque Zachæum sursum, iã enim sublimitas fidei inter fructus bonorũ operum, inter fœcundæ altitudinem arboris eminebat. Zachæus autem supra arborẽ est, quia est supra legẽ. BEDA. Perambulans autem dñs venit ad locum vbi Zacheus sicomorum ascenderat, quia missis per mundũ prædicatoribus in quibus ipse loquebatur & ibat. Venit ad populum nationũ qui passionis eius fide iam sublimis erat, quẽ suspiciens vidit, quia per gratiã elegit. Manebat autem aliqñ dñs in domo principis pharisæorum, sed eũ opera digna Deo facientem lingua venenata carpebant, vnde eorum perosus facinora discessit dicens: Relinquetur domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zachæi oportet illum manere, i. nouæ legis gratia coruscantẽ in humilium nationum corde quiescere. Quòd autem descendere de sicomoro & sic mansionem in domo parare iubetur, hoc est quod ait Apostolus. Etsi cognouimus ẽm carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Etsi enim mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Manifestum est autẽ Iudæos gentium semper odisse salutẽ, sed salus quæ olim Iudæorum domos implebat, hodie populum nationum illuxit, eo ꝙ & ipse populus filius sit Abrahæ credendo in Deum. THEO. Sed & facile est hoc ad moralem vtilitatem retorquere. Quisquis enim in malitia pluribus præest, paruus est statura spirituali, & nõ potest videre Iesum præ turbã. Nã perplexus a passionibus & sæcularibus rebus, nõ aspicit Iesum ambulautem.i. in nobis operantẽ, nullum opus eius cognoscens. Ascendit autẽ super sicomorum.i. voluptatis dulcedinẽ, quæ significatur per ficũ, deprimens eã, & sic sublimior factus, videt & vr a Christo. GRE. xxvij. Mor. Cap. 26. Vel quia sicomorus ficus fatua dr, pusillus Zachæus sicomorũ subiit & dñm vidit, quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Quid enim in hoc mundo stultius, q̃ amissa non quærere? possessa rapientibus relaxare, nullam pro acceptis iniuriis iniuriam reddere? Per hanc autem sapientem stultitiam, & si nondum solide vt est, iam tamen per cõtemplationis lumen Dei sapientia videtur. THEO. Dicit autem ei dñs: { Festinans descende,} hoc est: Ascendisti per pœnitentiam ad altiorem locũ, descende per humilitatem, ne te supplantet elatio, oportet enim me in humilis domo manere. Geminis autem bonis in nobis existẽtibus, corporalibus.s. & spiritualibus, cuncta corporalia derelinquit iustus pauperibus, sed spiritalia nõ deserit bona, sed siquid exegit ab aliquo, reddit quadruplum, significans per hoc ꝙ siquis per pœnitentiam pergit in contrario tramite priscæ prauitatis, per multiplices virtutes sanat omnia pristina delicta, ac sic promeretur salutem, vocaturque filius Abrahæ, eo ꝙ a propria cognatione exierit.s. ab antiqua nequitia.

b ¶ EVSE. Aestimabant quidam in primo Saluatoris aduentu regnum eius venire, & hoc putabant mox tunc fieri cum ascensurus erat Hierosolymam: adeo obstupefecerant eos miracula diuina quæ fecerat. Et ideo instruit eos non prius se recipere regnum a patre, quàm ab hominibus iret ad patrem. Et ideo dicit { Hæc illis audientibus adiiciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierusalem, quia æstimarent, quòd confestim regnum Dei manifestaretur. THEO. Sed dominus ostendit eis quòd vana q̃dam æstimarent: non enim est sensibile regnum Dei. Ostendit etiam, ꝙ quasi Deus nouit cogitationes eorum, proponens eis subsequentem parabolam. vnde sequitur. { Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. CYRIL. Describit autem sensus huius parabolæ mysteria Christi a primo vsque ad vltimum. Homo enim factus est Deus verbum existens, & quàmuis seruus factus sit, est tamen nobilis ẽm ineffabilem ortum a patre. BASI. Necnon solum secundum deitatem domin⁹ nobilis est, sed etiam secundum genus humanum ex semine Dauid secundum carnem exortus. Abiit autem in regionem longinquam, non tam locali distantia separatam q̃ rerũ conditione. Ipse enim Deus prope est vnicuique nostrum, cum nostra bona opera nos ei astringunt, & distat quoties nos hærendo perditioni elongamur ab eo. Ad hanc igitur terrenam regionem accessit longinquam a Deo, vt Gentium acciperet ẽm illud: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Lib.2.To.4. Cap. 46. AVG. de Quæst. Euang. Vel regio longinqua ecclesia Gentium est, vsque ad fines terræ. abiit.n. vt plenitudo Gentium intraret, reuertetur vt omnis Israel saluus fiat. EVSE. Vel per hoc ꝙ profectus est ad regionem longinquã, ascensum proprium a terra in cœlos designat. Cum vero subdit. { Accipere sibi regnum & redire,} secundam sui apparitionem gloriosam & regiam ostendit. Et primo quidem hominem se vocat propter natiuitatem in carne: deinde nobilem, nondum autem se Regem appellat, quia nondum in prima apparitione regia fungebatur maiestate. Sed & bene dicitur obtinere sibi regnum: nam dante sibi patre illud obtinuit, ẽm illud Danielis: Ecce filius hominis veniebat in nubibus, & datum est ei regnum. CYRILL. Ascendens enim ad cœlos, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, ascendens autem dispensauit credentibus in eum diuinorum charismatum differentiam, sicut seruis committuntur dominicæ facultates, vt aliquid lucrantes famulatus sui ferant præconia. vnde sequitur: {Voca. autẽ decem ser. de il. de. mnas.} Consueuit sacra scriptura in signum perfectionis vti numero denario, quem siquis numerando excedere velit ab vnitate iterum inchoabit, quasi denario perducto ad metam, & ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit diuini officii: decem ait mnas recepisse. Ibidem. AVG. de Quæst. Euang. Vel p decem mnas legem significat pp Decalogum: decem aũt seruos hos, quibus sub illa positis gratia p dicata est. Sic enim intelligendum est eis datas mnas ad vsum cum intellexerunt legem remoto velamine ad euangelium pertinere. μνᾶν. BEDA. Mina nãque quam Græci mnan vocant, centũ dragmis appendit. Et oĩs scripturæ sermo, quia vitæ cœlestis perfectionem suggerit, quasi numeri centenarii pondere fulgescit. EVSE. Significat ergo p eos qui mnas recipiunt suos discipulos, quib⁹ mnas exhibens singulas parem cunctis dispensationem committens negociari iussit. Sequitur. {Et ait ad il. nego. dum venio.} Nullũ aũt aliud negocium erat nisi dogma regni sui intentis mortalibus pdicatum p suos discipulos. Idem aũt est oĩum documentũ, eadẽq; fides: vnum baptisma & ob hoc mna vna singulis datur. CYRIL. Multa autem est horum differentia ad illos qui inficiati sunt regnũ Dei. De quibus subditur: { Ciues aũt eius ode. il. & mise. lega. post illũ di. No. hunc reg. sup nos.} hoc est quod Christus improperauit Iudæis dicens: Nunc vero viderũt & oderunt me & patrẽ. renuerunt aũt regnũ eius dicentes Pilato: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. EVSE. Per hoc.n. quod dicit: Ciues eius. Iudæos

b Hȩc illis audientibus adiiciẽs dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierusalem, quia existimarent quòd cõfestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negociamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factũ est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue, quia ĩ modico fuisti fidelis eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et tertius venit dicens: Domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es, tollis qđ non posuisti, & metis quod non seminasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas enim quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens qđ non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illã. Et

A significat ortos ex eadem progenie ẽm carnem, & qm̃ ritu legis cũ illis pariter vtebat. AVG. de Quæst. Euan. Miserunt aũt legationem post eũ, quia ẽt post resurrectionẽ eius immiserunt psecutiones Apl̃is, & pdicationẽ euangelii respuerunt. Lib.2. q.45 EVSE. Postq̃ aũt Saluator hæc docuit pertinentia ad primum eius aduentũ, consequenter gloriosum & regium eius reditum ostendit dicẽs. {Et fa. est vt redi. acce. re. & iussit vocari seruos, quibus dedit pe. vt sciret quantum quisque negociatus esset.} CHRY. Duo regna Dei nouit sacra scriptura: alterum quidẽ ex creatiõe, ẽm qđ est Rex oĩum creationis iure: alterũ aũt ex approbatione, ẽm qđ iustis dñatur: ppria spõte eis subiectis, & hoc regnũ hic dr accepisse. AVG. de Quæst. Euan. Lib.2. q.46. Redit ẽt accepto regno, qa in manifestissima claritate vẽtur⁹ est, qui eis humilis apparuit cum diceret: {Regnum meum non est de hoc mũdo. CYRIL. Redeunte aũt Chr̃o sumpto regno merebunt pconia, & delectabuntur verbi ministri in supernis honorib⁹, qa multiplicauerũt talentũ plurib⁹ acquisitis. vnde subdit: {Ve. aũt pri. di. Dñe mna tua de. mnas acq.} C BEDA. Primus seruus ordo doctorũ est in circuncisione missorũ, qui vnã mnã negociatur⁹ accepit, qa vnã fidẽ pdicare iussus est. Sed hæc mna decem mnas acquisiuit, quia populum sub lege constitutum sibimet docendo sociauit. Sequitur. {Et ait illi: Euge ser. bo. quia in mo. fui. fi. eris pote. habens super decem ciuitates.} In modico seruus est fidelis, quia non adulterat verbum Dei. Quicquid enim in præsenti percipimus donorum, in comparatione futurorum paucum est. GRAECVS. Sed quia mercedem propriorũ bonorum accipit, decem dicitur ciuitatibus præesse. de his pmissis quidam infime coniectantes existimant se præturis, & præfecturis donari in terrena Hierusalem reparata lapidibus præciosis, si honeste in Christo fuerunt conuersati, ambitum potestatis & prælationis ab anima minime deponentes. AMBRO. Sed ciuitates decem sunt animæ, quibus iure præponitur, quia pecuniam domini, & eloquia casta probata sicut argentum mentibus hominum fœnerauerit: D nam sicut Hierusalem dicitur ædificata vt ciuitas: ita sunt animæ pacificæ. Et sicut Angeli præsunt: ita hi qui vitam meruerunt Angelorum. Sequitur. { Et alter venit dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas.} BEDA. Seruus ille cœtus est eorum, qui præputio euangelizare missi sunt, cuius mina, idest euangelica fides quinque minas fecit, quia gentes corporis sensibus antea mancipatas ad fidei euangelicæ grãm conuertit. Sequitur. {& huic ait: Et tu esto su. quin. ci.} hoc est ex earũ, quas imbueras aĩarũ fide, & conuersatione sublimis fulgeas. AMB. vel aliter fortasse. Iste qui quinque mnas acquisiuit, moralia habet, quia quinque sunt corporis sensus. Ille qui decẽ duplicia.i. mistica legis, & moralia probitatis. Possumus & hic decem mnas, decẽ verba intelligere.i. legis doctrinã quinq; mnas magisteria disciplinæ, sed legisperitum in omnibus volo esse perfectũ. E Bene autem quia de Iudæis dicit. Duo soli multiplicatam pecuniam deferunt, non vtique æris, sed disputationis vsuris. CHRY. Alia est enim pecunia fœnoris, alia doctrinæ cælestis vsura. In terrenis enim opibus non euenit vnum fieri diuitem, nisi alter depauperetur, sed in spiritualibus non euenit quemquam ditari, nisi faciat & alium locupletem. In corporeis enim participatio minuit, sed in spiritualibus auget. AVG. de Quæst. Euang. vel Lib.2. q.46. aliter: Quòd vnus eorum qui bene vsi sunt decem acquisiuit: & alter quinque significat eos esse acquisitos in gregem domini, a quibus iam lex p gratiã intellecta est, siue pp decem legis pcepta, siue quia ille p quem lex lata est, quinque libros conscripsit, ad hoc pertinent decẽ & quinque ciuitates, quibus eos pponit, multiplicationẽ.s. intelligentiæ in ipsa veritate, q̃ de vnoquoq; præcepto, vel de vno quolibet libro pullulat, & ad vnum reducta, quasi ciuitatem facit viuentium rationum æternarũ. Est enim ciuitas non quorumlibet animantium, sed rationaliũ multitudo, legis vnius societate deuincta. ꝙ ergo serui reddentes rationem ex eo qđ acceperãt, laudantur qui lucrati sunt, significat eos bonam reddere ra-

tionem qui bene vsi sunt, quod acceperunt ad augendas diuitias domini per eos qui credunt in eum. Quod qui facere nolunt.in illo signati qui mnam suam in sudario seruauit. De quo sequitur, {Et tertius venit dicens: Domine ecce mna tua quam ha.repo.in sudaris.} Sunt enim homines hac sibi peruersitate blandientes, vt dicãt. Sufficit vt de se vnusquisque ratione reddat quid opus est aliis prædicare & ministrare? vt etiam rationem de ipsis quisque reddere cogatur, cum apud dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est, neq; ẽt qui audito euangelio nõ obediuerunt: quia p creaturam poterant, cognoscere creatorẽ, vnde sequit. {Timui enim te: quia homines tol.quod non po.& me.quod non seminasti. Hoc est enim quasi metere vbi non seminauit.i.eos impietatis reos tenere, quibus verbum legis aut euangelii ministratum non est. Hoc autem veluti iudicii periculum deuitantes pigro labore a verbi ministratione cõquieſcũt, & hoc est quasi in sudario ligare qđ acceperunt. THE. Sudario enim mortuorum facies velatur: merito ergo hic piger dicitur mnam in sudario inuoluisse, quia eam mortificans & ociosã dimittens, non tractauit nec auxit. BEDA. Vel pecuniam in sudario ligare, est præcepta dona sub ocio lenti corporis absconderе. Quod autem putauerat se per excusationem diuisse, in culpam propriam vertitur, vnde sequitur. {Dicit ei: De ore tuo te.iud.ser, nequã. Seruus nequam vocatur quasi piger ad exercendum negocium, & superbus ad accusandum domini iudicium. {Sciebas quòd ego austerus homo sum tollens quod non posui, & mentes quod non seminaui, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? q.d. Si durum me esse noueras & aliena sectari, quare non tibi hæc cogitatio incussit timorẽ, vt scires me mea diligentius quæsiturũ? Pecunia autem vel argentum prædicatio euangelii est & sermo diuinus, quia eloquia dñi, eloqa casta, argentũ igne examinatum, qui sermo domini dari debuit ad mensam, hoc est promptis paratisq; cordibus intimari. AVG. de Quæst. Euan. Vel mensa ad quam danda erat pecunia professionem ipsam religionis accipimus quæ tamq̃ publice proponitur ad vsum necessarium saluti. CHRY. In sensibilibus autem diuitiis debitores solius obseruationis obnoxii sunt, quantum enim recipiunt tantum eos reddere necesse est, & nihil plus ab eis quæritur. In diuinis autem eloquis non solũ ad custodiam obligamur: sed etiam multiplicare monemur, vnde sequitur: {Et ego veni cum vsu. vtique exegissem illam.} BEDA. Qui enim verbi pecuniã a doctore percipit credendo, necesse est eam cum vsuris soluat operando, vel vt ex eo quod audiuit, etiam alia studeat intelligere, quæ necdum ex prædicatoris ore didicit. CYRIL. Doctorum enim est inserere auditoribus salutarem & proficuum sermonem, opus autem diuinæ virtutis est attrahere obedientes ad audientiam, & fertilem eorum reddere intellectum. Non est aut hic seruus laudatus, neque honorem promeruit: sed potius tanq̃ iners est condemnatus, vnde sequitur: {Et astãti. dixit. Auferte ab eo mnam, & da il.qui. decem mnas habet.} AVGV. de Auser. ab eo mnam, & da il.qui. decem mnas habet. {Quæst. Euan. Per quod significatur & illum posse amittere munus Dei, qui habens non habet. i. eo non vtitur, & eo augeri qui habẽs habet. i. bene vtitur. BEDA. Mystice aũt hoc vt reor, indicat intrante plenitudine gentiũ oẽm Israel saluum futurum, & tũc abũdantiã gratiæ spiritualis quam modo nos tepide exercemus, illius populi doctoribus esse conferendã. CHRY. Ideo aũt dicit astãtibus. Auferte ei mnam: quia non est prudentiæ animi punire: sed alio quodam. s. ministro eget ad puniendũ officio iudicis, nam & Deus nõ ipsemet pœnas irrogat, sed mediãtibus angelis. AM. De aliis seruis siletur, qui quasi prodigi debitores quæ acceperant perdiderunt. In duobus seruis illis qui lucrati sunt, pauci signati sunt qui per duas vices ad cultores vineæ sunt destinati, in reliquis oẽs Iudæi. Sequitur: {Et dixe.il. Domine habet.x.mnas.} Et ne hoc in iustum videretur subdit: Di. aute vo. quia om. ha. dabit. THEO. Quia cum decem auxerit deculpando, palam est quòd & plura de cuplans pluris lucrifiet occasio domino. A deside vero & ocioso, qui non satagit augere quod acceperat, ipsum quoque quod possidet auferetur, vnde sequitur: {Ab eo autem qui non habet & qđ habet aufe.ab eo.} Ne vacet sensus dominicus, cũ posset dare aliis & multiplicari. Hæc autem non solum ad sermonem & doctrinã referẽda sunt, sed etiã ad morales virtutes, qm̃ & in his dat nobis Deus sua charismata, hunc dotans ieiunio illũ oratione, aliũ mansuetudine vel humilitate, quibus si inuigilauerimus, multiplicamus ea, si vero tepeamus, extinguemus. Deinde de aduersariis subdit: {Verumtamen ini.me.il. qui no.me regna.su.se: adduc.& interfi.ante me.} AVG. de Quæst. Euan. Per quod designat impietatem Iudæorum: quia ad eum noluerunt cõuerti. THEO. Quos tradidit morti mittẽs eos in ignẽ exteriorem: sed & in hoc mũdo mactati sunt flebiliter ab exercitu Romanorum. CHRY. Hæc contra Marcionistas, cõpetunt: nã & Christus dicit, Adducite hostes meos & occidite coram me, cum tamen illi bonum dicãt Christum, Deũ vero veteris testamenti malum. Patet autem q̃ pater & filius eadem facit: nã pater ad vineam destinat exercitum, filius autem hostes coram se trucidari facit. Hæc autem quæ in Luca scribitur parabola, alia est ab ea quæ in Matthæo narratur de talentis. nam hic quidem ex vno capitali accepto, varij fuere prouentus, quia ex vna mna accepta, hic quinque talenta, ille obtulit decem. Sed apud Matthæum contrarium: nam qui duo accepit, duo superaddidit, & qui quinque tantumdem, vnde & præmiis donantur imparibus.

Lib.2.q.46.

astantibus dixit. Auferte ab illo mnã & date illi qui decẽ mnas habet: & dixerunt ei, Domine habet decem mnas. Dico autẽ vobis, quia omni habenti dabitur & abundabit, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerũt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me.

G

c Et his dictis, præcedebat ascẽdens Hierosolymam. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam ad montẽ qui vocatur Olueti, misit duos discipulos suos dicens? Ite in castellum quod contra vos est. In quod introeũtes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit, soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit quare soluitis? sic dicetis ei. Quia dominus

Lib.2.q.46.

c ¶ TYTVS. Quia dominus dixerat: Appropinquauit regnum Dei, videntes illum in Hierusalem ascendentem, putabant ideo ascendere, vt regnum Dei inchoaret. Consumata ergo parabola in qua errorem prædictum correxit. Et ostenso q̃ nondum insidiantem sibi mortem deuicerat, procedebat ad passionem ascẽdens Hierosolymam. vnde dicitur: {Et his dictis præce.ascen.hie.} BEDA. Ostendens etiam de eiusdem ciuitatis euentu parabolam fuisse præmissam, quæ & ipsum erat occisura & hostili clade peritura. Sequitur: {Et fa.est cum appa.ad Bet.& Betha. ad montẽ qui vocatur Olueti, misit duos disci.suos. {Bethphage erat locus sacerdotum in monte olueti. Bethania quoque ciuitas siue villula ex latere montis eiusdem quasi stadiis quindecim a Hierusalẽ. CHRY. Et quidem in exordiis indifferenter se dominus ingerebat Iudæis, sed vbi sufficienter edidit suæ potestatis experimentũ, auctorirate multa singula quæque pertractat. Multa igitur fiunt miracula, prædixit, quoniam inuenietis pullum indomitũ. & hoc est quod subditur dicens. {Ite in castellum quod contra vos est, in quod introeun. inuenietis pullum asinæ allig. cui ne. vnquam hominũ sedit.} Prædicit etiam q̃ nemo prohibebit, sed cum audierint silebunt., vnde sequitur: {Soluite illum & adducite. Siquis vos interrogauerit: Quare soluitis, sic dicetis ei: Quia dominus operã eius desiderat.} TYTVS. In hoc autem diuinam fore vocationem patuit, nõ enim potest aliquis resistere Deo, quæ sua sunt euocãti. Discipuli autem iussi ducere pullum non refutauerunt hoc officium vt paruum, sed abierunt vt adducerent eum. vnde sequitur: {Abierunt autem qui iussi erant, & inuenerunt sicut dixit, pullũ stantem.} BABI. Sic quoque docet nos & infima opera plurimo cum affectu & studio aggredi, scientes q̃ quicquid intuitu Dei fit, non est paruum, sed dignũ in regno cœlorum. TITVS. Obmurescunt autem ob excellentiam fortis virtutis, nequeuntes resistere saluatoris eloquuiis qui ligauerunt asinum. Sequitur enim: {Soluentibus autem illis dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, quia dominus eum necessarium habet.} Maiestatiuum enim nomen est dominus. Rex enim erat venturus in conspectu multitudinis. AVG. de Con.euan. Nec mouear q̃ Matthæus asinam & pullum dicit, cæteri autem de asina tacent. vbi enim vtrumque factum potest intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius alia commemoraret, quanto minus vbi alius vnum, & alius vtrumque? GLO. Nec solum discipuli obsecuti sunt Christo in pullo alieno, sed etiam in propriis vestimentis, quæ partim asino imposuerunt, partim sternebant in via. unde sequitur: {Et duxerunt illum ad Iesum, & iacientes uestimenta sua supra pullum imposuerunt Iesum. Exeunte autem illo substernebant uestimenta sua in uia. BEDA. Iuxta alios euangelistas, non discipuli tantum, sed etiam plurimi de turba uestimenta sternebant in uia. AMBR. Mystice autem dominus uenit ad montem olueti, ut nouellas oleas in sublimi uirtute plantaret, & fortasse ipse mons Christus est: quis enim alius tales fructus ferret olearum spiritu sancto fœcundarum? ORIG. Pulchre autem ciuitates positę in monte olueti referuntur, hoc est in ipso dominо, qui vnctionem spiritalium charismatum & scientiæ, pietatisque luce refouet. BEDA. Bethania autem interpretatur domus obedientiæ: Betphage vero domus maxillarum, sacerdotalis quidem locus: maxillæ enim sacerdotibus dabantur, sicut in lege præcipitur. Illuc vero vbi obedientia, ibi locus Sacerdotibus mancipatur, mittit Saluator discipulos suos vt soluant asinæ pullum. AMBRO. In castello enim erant, & erat ligatus pullus cũ asina, nec poterat solui nisi iussu domini. Soluit eum manus Apostolica, talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis vt ligatos possis soluere, in asina quidem Matthæus Euã quasi matrem figurauit erroris: hic autem in pullo generalitatẽ populi Gentilis expressit. Et bene. {In quo nemo sedit,} quia nullus antequã Christus nationum populos vocauit ad ecclesiam. Alligatus autem perfidiæ vinculis tenebatur, in quo adductus domino erroris famulatu, sed dominatum vendicare sibi nõ poterat quem dominum fecerat non natura, sed culpa. Et ideo cũ dominus dicitur: vnus agnoscitur. Misera seruitus cui vagum ius est. plures enim habet dominos, qui vnum non habet. Alieni alligant vt possideant, iste soluit vt teneat, vehementiora enim dona nouit esse q̃ vincula. ORI. Multi ergo erant domini huius pulli, antequam Saluator eum haberet necessarium. postquàm vero ille cœpit esse dominus, plures esse domini cessauerunt: nemo enim potest Deo seruire & Mammonę. Quando malitiæ seruimus, multis simus passionibus vitiisque subiecti. Necessarium autem habet dominus pullum, quia cupit nos solui vinculis peccatorum. ORI. super Ioannem. Ego autẽ opinor non fruſtra castellum esse hunc locum, vbi stabat asina ligata, & pullus: quasi castellum enim respectu totius orbis cœlestis tota terra despicitur absque adiectione alterius nominis nuncupatum. AM. Nec illud est ociosum, q̃ duo discipuli diriguntur: Petrus ad Corn. Paulus ad reliquos. & ió non pſonas destinauit, sed numerũ diffiniuit: tũ si quis est q̃ pſonas exigat põt æstimare de Philippo, quę spũsctũs misit in Gazã, qñ Cãdacis Reginæ baptizauit Eunuchũ. THEO. Vel duo missi hoc innuunt, q̃ ad introductionẽ Genti lis ppli, & subiectionẽ eius ad Chm̃, duos faciũt gradus Prophetę & Apostoli. Ducunt autem eum a quodam castello, vt innotescat nobis, quòd hic populus rusticanus erat & indoctus. AMBRO. Illi ergo directi cum soluerent pullum, non suis verbis sunt vsi, sed dixerunt sicut dixerat illis Iesus, vt agnoscas, quòd non suo sermone, sed verbo Dei, nec proprio, sed Christi nomine fidem populis infudere Gentilibus, atque aduersariæ potestates, quæ sibi nationum obsequia vendicabant: mandato cessere diuino. ORI. Deinde mittunt discipuli vestes suas super asinum, & sedere faciunt Saluatorem dum assumunt sermonem Dei, & imponunt eũ super animas audientium. Vestibus exuuntur, & substernunt eas in via, quia vestimenta Apostolorum, opera eorum bona sunt, & reuera solutus a discipulis asinus, & portans Iesum incedit super vestimenta Apostolorum, quando doctrinam eorum imitantur & vitam. Quis nostrum ita beatus est, vt sedeat super illum Iesus? AMBRO. Non enim mundi dominum gestari super dorsum asinæ delectauit, sed vt latente mysterio in secretis animarum interiore consensu, mysticus rector insideret regens mentis vestigia, lasciuiam carnis infrenans, sermo eius habena est, stimulus est.

Lib.2.c.66.

Homil. 37.

d ¶ ORIGE. Quamdiu in monte fuit dominus, cum solis Apostolis morabatur, quando autem vicinus cœpit esse descensui: tunc occurrit ei turba populorum. vnde dicitur. {Et cum iam appropinquaret ad descensum montis Olueti, cœperunt omnes turbæ descendentium discipulorum gaudentes laudare Deũ voce magna.} THEO. Discipulos vocat non solum duodecim, aut septuaginta, sed omnes qui Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquã delectationẽ doctrinæ, quibus ingeri pueri potuerunt, vt narrant alii Euangelistæ. vnde sequitur. {Super omnibus quas viderant virtutibus.} BEDA. Multas quidẽ virtutes domini viderant, sed maxime Lazari resurrectionem stupebant. nam vt Ioannes ait: Propterea obuiam venit ei turba, qa audierunt eum fecisse hoc signum. Notandum enim est, non tunc primum Saluatorem Hierusalem adisse, sed multoties antea sicut Ioannes commemorat. AMBRO. Turba igitur agnoscens Deum Regem appellat, prophetiam repetit, expectatum quoque secundum carnem Dauid filium venisse declarat. vnde sequitur. {Dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini.} BEDA: Idest in nomine Dei patris, quàmuis possit intelligi, & in nomine suo, quia & ipse dominus est, sed melius verba eius nostrum dirigunt intellectum. quibus ait: Ego veni in nomine patris mei, humilitatis enim magister est Christus. Non autem Rex Christus dicitur ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hosteſque visibiliter debellandos, sed quòd mentes regat, & in regnum cœlorum credentes perducat, quòd enim Rex esse voluit Israel, misericordiæ indicium est, non potestatis augmentum. verum, quia Christus in carne totius mundi propitiatio illuxit, pulchre sibi inuicem in laude eius cœlestia simul & terrena concinunt. Eo enim nascente, cœlestium agmina cantant: eodem autem cœlis se rediturо, mortales vicem laudis rependunt. vnde sequitur. {Pax in cœlo.} THEO. Hoc est bellum antiquum quo Deo aduersabamur euanuit. {Et gloria in excelsis.} laudantibus, scilicet Angelis Deum in tali reconciliatione. nam hoc ipsum, quòd Deus visibiliter ambulat in territorio inimicorum suorum, significat ipsum nobiscum habere concordiam. Sed Pharisæi hoc audientes murmurabant, eo quòd turba eum Regem vocabat & laudabat vt Deum, referentes nomen Regis ad seditionem: nomen vero domini ad blasphemiam. vnde sequitur. {Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.} BEDA. Mira inuidorum dementia, quem magistrum appellandum non dubitant, quia vera docentem nouerant, huius discipulos quasi melius edocti redarguendos æstimant. CYRILLVS. Sed dominus non compescuit laudantes eum vt Deum, sed magis reprehensores compescens: attestatur sibi super gloria deitatis. vnde sequitur. {Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.} THEO. Quasi dicat: Non sine causa, vt homines me taliter laudant, sed commoniti virtutibus, quas viderunt. BEDA. Crucifixo etiam domino, notis eius tacentibus præ timore, lapides & saxa canebant, dum postquàm emisit spiritum terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt. AMBROSIVS. Neque etiam mirum est si laudes domini contra naturam suam saxa respondeant, quem scopulis duriores prædicant peremptores, scilicet turba post exiguum crucifixura Deum negans affectibus, quem vocibus confitetur. Aut fortasse, quia obmutescentibus Iudæis post domini passionem, viui erant secundum Petrum lapides clamaturi. ORIGENES: Quando etiam nos tacemus, ideſt refrigescit charitas multorum, lapides clamant, potest enim Deus suscitare de lapidibus filios Abrahæ. Pulchre autem turbas laudantes Deum ad descensionem montis occurrisse legimus, vt operatorem mysterii spiritualis significarent sibi venisse de cœlo. BEDA. Descendente etiam domino de monte Oliuarum, turbæ descendunt, quia humiliato misericordiæ auctore, necesse est eos, qui misericordia indigent eius, vestigia imitari.

Hom.37.

e ¶ ORIGENES: Omnes beatitudines quas locutus est Iesus in euangelio suo firmat exemplo, sicut quòd dixerat: Beati mites, probat dicens: Discite a me, quia mitis sum. Et quia dixerat: Beati flentes, ipse quoque fleuit ciuitatem. vnde dicitur. {Et cum appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam. CYRILLVS. Miserebatur enim eorum Christus, qui omnes homines vult saluari, quod nobis non patuisset, nisi p̃ aliq̃ humanum fieret euidens. Effusæ enim lachrymæ sunt signa tristitiæ. GREGORIVS in Homil. Fleuit igitur pius redemptor ruinam perfidæ ciuitatis, quam ipsa ciuitas sibi non cognoscebat esse venturam. vnde subditur: {Dicens. Quia si cognouisses & tu.} subaudi fleres, quæ modo, quia nescis quod imminet, exultas. vnde subditur. {Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.} Cum enim carnis se uoluptatibus daret in die sua, quæ ad pacem ei esse poterant habebat. Cur uero bona præsentia ad pacem habuerit, manifestatur cum subditur: {Nunc autem absconditа sunt ab oculis tuis.} Si enim a cordis eius oculis mala quæ imminerent, absconditа non essent, læta in præsentibus prosperis non fuissent. unde mox eius pœna, quæ imminebat adiuncta est, cum sequitur {Quia uenient dies in te.} CYRIL. Vel aliter: {Quia si co-

Hom.38.

Ho.cuã.39.

gnouisses & tu. Non enim erant digni percipere diuinitus inspiratas scripturas quæ narrant Christi mysterium, quoties enim legitur Moyses velamen obnubilat cor eorum. Et quia non sunt intuiti veritatem indignos se fecerunt salute quæ manat a Christo, vnde sequitur. {Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.}

EVSE. Vbi notat suum aduẽtum ad pacem totius mundi factũ fuisse, venit enim ad hoc, vt pacem prædicaret, ppinquis & lõginqs: sed qa annunciatá sibi pacẽ recipere noluerunt, hoc eos latebat, vñ subdit {Nũc autem abscondita sũt ab oculis tuis.} Et iõ obsidionem, quæ in breui erat ei superuẽtura expressissime prænunciat subdens: {Quia veni.di.in te: & circunda.te ini.tui vallo.} GRE. Vbi Romani principes denunciantur. Illa enim hierosolymorum subuersio describitur, quæ a Vespesiano & Tyto Romanis principibus facta est. vnde subditur: {Et circundabunt te, & coangust.te vndi. & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. EVSE. Quomodo autem hæc completa sint, ex his quæ tradita sunt a Iosepho colligere possumus, qui cum esset Iudæus, singula quoque gesta narrauit consone his quæ sunt a Christo prædicta. GREGO. Hoc quoque quod additur: {Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Et ipsa iam eiusdem ciuitatis transmigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, vbi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa vt dicitur hierusalem funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis pœna fuerit illata subiungitur: {Eo qp nõ cognouistem. visitationis tuæ. THEO. idest mei aduẽtus. veni enim visurus & saluaturus te. Quod si cognosceres, & in me crederes, esses pacata Romanis, & ex omnibus exempta periculis, sicut omnes qui crediderunt in Christum euaserunt. ORI. Non nego igitur & illam hierusalem propter habitatorum scelera fuisse destructam: sed quæro ne forte ad hanc hierusalem fletus iste pertineat. Si enim post mysteria veritatis aliquis peccauerit plangetur. Nemo enim gentilis fletur: sed ille qui fuit de hierusalem, & esse cessauit. GRE. Redemptor enim noster per electos suos plangere non cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat, qui si damnationem suam quæ eis imminet agnouissent, semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Suã autem diem hic habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore, Cui ea quæ adsunt: ad pacem sunt, dum ex rebus temporalibus lætatur, hæc prouidere futura refugit, quæ præsentem læti tiam perturbent. vnde dicitur. {Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.} ORI. Fletur autem & nra hierusalem qp post pecata circundant eam inimici, idest, spũs nequã, & immittunt in circuitum eius vallum, vt obsideant eam, & lapidem super lapidem non relinquant, maxime si post multam continentiam, si post aliquot annos castitatis victus quis fuerit & blandimentis carnis illectus, patientiã pudicitiamq; amiserit, si fuerit fornicatus, lapidem super lapidem non relinquent in eo secundum illud: Non recorda bor primarum iustitiarum eius. GRE. Vel aliter, Maligni spiritus animam a corpore exeunte obsident, quam in carnis amore positam deceptoriis delectationibus fouent, qui vallo circundant: quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc societate suæ damnationis coartant, vt in ipsa extremita te vitæ deprehensã, a quibus hostibus circunclusa sit videat, & tamen euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam nõ licet bona, quæ cum licuit agere contempsit. vndique etiam animã coangustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque cogitationis iniquitates replicant, vt quæ prius se per multa dilatauit in scelere, in extremum de omnibus angustetur in retributione. Tunc autem anima per conditionem reatus sui ad terram consternitur, cum caro quam vitam suam credidit, redire ad puluerem vrgetur. Tunc in morte filii illius cadunt, cum cogitationes illicitæ quę modo ex illa prodeunt in extrema vitæ vltione disipãtur, quæ etiam cogitationes per lapides significari valent. Peruersa enim mens, cum peruersæ cogitationi peruersionem adiicit, quasi lapidem supra lapidem ponit, sed cum ad vltionem suam anima ducitur, omnis cogitationum constructio disipatur. Prauam autem animam Deus assidue visitat præcepto, aliquando flagello, aliquando autem miraculo, vt vera quæ nesciebat audiat, & ea contemnens a dolore compuncta redeat, aut beneficiis deuicta, malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suę tempus non cognouit in extremo vitæ traditur suis inimicis.

ad pacem tibi, nunc aũt abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabũt te inimici tui uallo, & circunda bunt te, & coanguſtabunt te vndique & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis, tuæ.

f Et ingressus in templum cœpit eiicere vendentes in illo & ementes, dicens illis, Scriptum est, quia domus mea dom⁹ orationis est: vos autem fecistis eã speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribæ & principes plebis quęrebãt illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

f ¶ GRE. in Hom. Qui narrauerat mala ventura protinus tẽplum ingressus est, vt de illo vendentes & ementes eiiceret, ostendens qp ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. vnde dicitur: {Et ingressus in templum, cæpit eiicere ven. in illo & ementes.} AMB. Deus enim templum sunm nõ mercatoris vult esse diuersorium, sed domicilium sanctitatis, nec vendibili religionis officio, sed obsequio gratuito vsum ministerij sacerdotalis informat. CYR. Erat autem in tẽplo multitudo mercatorũ, qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hostiis, sed iam aderat tẽpus desinendi vmbram, refulgendi vero Christi veritatem. ob hoc Christus qui cum patre simul colebatur in templo, iussit ritus corrigi legis, fieri vero templum orationis domum. vnde subditur: {Dicens illis: Scriptũ est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eã speluncam latronum. GRE. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, quia quibusdã non dantibus lesiones exquirerent, dubium non erat. THEO. Hoc etiã dns fecit in principio prædicationis suę, vt narrat Ioannes, & nunc iterum illud fecit, quia ad maius crimen Iudæorum redundat, qui non fuerunt ex priori admonitione castigati. AVG. de Quæst. euang. Mystice autem templum ipsum hominem Christum intelligas, vel etiam adiuncto corpore eius qp est ecclesia. secundum autem id quod est caput ecclesiæ dictũ est. Soluite templũ hoc, & in triduo suscitabo illud. secundum id vero qp est adiuncta ecclesia, intelligitur templum de quo videtur dixisse: Auferte ista hinc. significauit enim futuros in ecclesia, qui sua negocia potius agerent, vel receptacula ibi haberent ad occultanda scelera sua, quàm vt charitatem Christi sequerentur, & peccatorum confessione, accepta venia corrigerentur. GRE. in Hom. Redemptor vero noster prædicationis verba, nec indignis nec ingratis subtrahit. vnde postquàm rigorem disciplinæ eiiciendo peruersos tenuit, donum his gratiæ ostendit. nã subditur: {Et erat docens quotidie in templo. CYRIL. Decebat autem ex his, quæ Christus dixerat & fecerat, eũ adorare vt Deũ. sed ipsi nequaquam hoc facientes, quærebant eum occidere. Sequitur enim: {Principes autem sacerdotum & scribę & principes plebis quęre. illum perdere. BEDA. Vel quia quotidie docebat in templo, vel quia latrones eiecerat de templo, vel quia veniens illuc quasi rex & dominus a credentium turba laudem hymni cœlestis accepit. CYRIL. Sed populus grauiorem æstimationem accepit de Christo quàm scribę & pharisæi & principes Iudæorũ, qui fidem Christi non acceptantes alios increpabãt, vnde sequit: Et non inueniebãt, quid facerent illi. {Omnis enim populus suspẽsus erat audiens illum. BEDA. Quod duobus modis intelligi potest, quia vel timentes populi tumultum, & non inueniebant quid facerent de Iesu quẽ perdere dispposuerunt, vel ideo Iesum perdere quærebant, quia suo magisterio neglecto, plures ad eũ audiendum confluere cernebãt. GRE. in Hom. Mystice autem sicut templũ Dei in ciuitate est, ita in plebe fideli vita religiosorũ. Et sæpe nonnulli religionis habitũ sumunt, & dum sacrorũ ordinum locũ percipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrenæ negociationis trahunt. Vendétes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iustitiam enim vendere est, hanc pro præmij acceptione seruare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persoluere proximo quod iustũ est nolunt, dumq; rem iure debitã facere contemnũt, dato patronis præmio emunt peccatum. ORI. Siquis ergo vendidit eiicietur, & præcipue si vendit columbas. Si enim ea quæ mihi a spiritu sancto sunt reuelata & credita, aut in vulgus præcio vendidero, aut absq; mercede non docuero, quid aliud facio nisi colũbam. i. spiritum sanctũ vendo? AMB. Generaliter itaq; dns dobam. i. spiritum sanctũ vendo? AMB. Generaliter itaq; dns docet seculares a Dei templo abesse debere cõtractus. Spiritaliter autem nummularios repulit, qui de pecunia domini. i. scriptura diuina lucrũ quærunt, nec bona malaq; discernunt. GRE. in Hom. Qui domum Dei speluncam latronum faciũt, quia dum peruersi homines locum religionis tenent, ibi malitiæ suæ gladiis occidũt, vbi viuificare proximos orationis suæ intercessione debuerunt. Templum quoque est ipsa mens fidelium, quæ si in læsione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones residet. Cum autem mentem fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit, quotidie veritas in templo docet.

CAP.

CAP. XX.

Lib.2. q.69. AVGVST. de Con. Euang. Cum memorasset Lucas eiectos de templo ementes, & vendentes, prætermisit quod exibat in Bethaniam, & regrediebatur in ciuitatem, & quid de ficulnea factum est, & quod mirãtibus discipulis de fidei virtute responsum est. Atque his prætermissis, nõ qua si ex ordine dies prosequẽs sicut Marcus, intulit dicens. {Et factum est in vna die rum docente illo populũ in tẽplo, & euãgelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cũ senioribus.} Quod dicit factum in vna dierum, ea dies intelligitur, in qua id gestum Matthæus, & Marcus retulerunt. EVSEB. Cum autem principes mirari deberent docentem cælestia dogmata, & cognoscere per dicta & facta hunc esse Christum quem prophetæ præcinerant, incumbentes subuersioni populi, Christũ prohibebant. Sequitur enim. {Et aiunt dicentes ad illum. Die nobis in qua potestate hæc facis? Aut quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? CYRIL. Quasi dicat. Secundum legem Mosaicam solis exorcistis ex Leuitico sanguine, data est auctoritas docẽdi, necnõ sacrorum atriorum potestas, at tu ortus ex Iuda commissos nobis fasces vsurpas. Sed si nouisses, o pharisæ scripturas, recoleres, quòd hic est sacerdos, qui secundum ordinem Melchisedech offert Deo in se credentes per cultum qui legem transcendit. Quid igitur anxiaris, eiectis ab atrijs sacris, quæ opportuna videbantur legalibus victimis, eo vocante ad veram iustificationem per fidem. BEDA. Vel quando dicunt. {In qua potestate hæc facis?} de Dei dubitant potestate, & subintelligi volunt diaboli esse quod facit. Addentes quoque. {Aut quis est, qui dedit tibi hanc potestatem:} manifestissime Dei filium negant quem putant non suis, sed alienis viribus signa facere. Poterat autem dominus aperta responsione tentatorum calumniam confutare, sed prudenter interrogat, vt suo silentio, vel sententia condemnentur. Sequitur enim. {Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo & ego vos vnum verbum, respondete mihi. Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus?} THEOPH. Vt enim ostenderet eos semper fuisse spiritui sancto rebelles, & ne dum Isaiæ, cuius non erat memoria, sed nuper viso Ioanni credere noluerunt. Ob hoc versa vice opponit eis hanc quæstionem, ostendens, quòd si tanto prophetæ Ioanni, qui apud eos maior videbatur minime crediderũt, perhibenti testimonium eius, qualiter ei crederent respondenti qua auctoritate hoc faceret? EVSEB. Quærit autem de Ioanne Baptista, non vnde erat oriundus, sed vnde legem suscepisset baptismatis. CYRIL. Sed illi fugere veritatem non horruerunt. Deus enim misit Ioannem sicut vocem clamantem. Parate viam domino. Timuerunt autem dicere veritatem, ne diceretur eis. Cur non credidistis? & cauent reprehendere præcursorem, non metu diuino, sed populi. vnde sequitur. {At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de cælo, dicet. Quare ergo non credidistis?} BEDA. q.d. Quem confitemini de cælo habuisse prophetam, mihi testimoninm perhibuit. Et ab illo audistis, in qua potestate hæc faciam. Sequitur enim. {Si autem dixerimus: Ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Ioannem prophetam esse.} viderunt ergo quomodolibet respondissent, in laqueum se casuros timentes lapidationem, sed magis veritatis confessionem. vnde sequitur. {Et responderunt se nescire vnde esset.} Quia ergo nolunt fateri hoc quod sciunt, repulsi sunt, vt eis dominus non diceret quod sciebat. vnde sequitur. {Et ait illis Iesus. Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.} Ob duas enim causas maxime scientia veritatis est occultanda quærentibus, cum scilicet, is qui quærit minus capax est ad intelligendum ea quæ quærit, aut odio, vel contemptu veritatis indignus est, cui debeat aperiri quod quærit.

A b ¶ EVSEB. Congregatis in vnum principibus populi Iudæorum in ipso templo, ea quæ contra ipsum facturi erant & superuentutum eis exterminium figurate parabolam protulit. Dicitur enim. {Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantauit vineam. AVGVST. de Con. Euang. Tacuit Matthæus breuitatis causa, quod Lucas non tacet, parabolam istã nõ ad solos principes dictã, qui de potestate interrogauerant, sed ad plebem. AMB. Plerique autem varie significationes de vineæ appellatione deriuant, sed euidenter Isaias vineam domini sabaoth domũ Israel esse memorat. Hanc vineam quis alius nisi deus condidit? BEDA. Homo ergo qui plantauit vineam ipse est, qui iuxta aliam parabolam cõduxit operarios in vineam suam. EVSE. Sed parabola, quã Isaias dicit vineam reprehendit. Saluatoris vero parabola non est contra vineam dicta, sed de cultoribus vineæ de quibus subditur. {Et locauit eam colonis,} idest senioribus populi, & principibus sacerdotum, & doctoribus, & optimatibus cunctis. THEOPH. Vel quilibet de populo est vinea, idest est etiam cultor, quilibet enim nostrum seipsum colit. Hac igitur vinea commissa cultoribus, abijt, idest dimisit illos progredi suo arbitrio. vnde sequitur. {Et ipse peregre fuit multis temporibus.} AMBROS. Non quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui vbique semper præsens est, sed quia præsentior est diligentibus, negligentibus abest. Multis autem temporibus abfuit, ne propera videretur exactio, nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia, CYRIL. Vel deus absentauit se a vinea plurium annorum curriculis, quia postquam visus est in specie ignis descendisse in montem syna, non amplius visibiliter præbuit eis suam præsentiam. Nulla tamen interpolatio contigit qua non mitteret Deus prophetas, & iustos commonẽtes. vnde sequitur. {Et in tpe vindemię, illo misit ad cultores seruũ, vt de fructu vineæ darent illi.} THEO. Dicit autem de fructu vineæ, quia non totum fructum, sed aliquid de fructu volebat accipere. Nam quid lucratur Deus a nobis nisi suam notitiam, quæ etiam est nostra vtilitas? BEDA. Bene autem fructum posuit non prouentum, nullus enim huius vineæ prouentus inuentus est. Seruus ergo primus missus est Moyses, qui per quadraginta annos fructum aliquem legis quam dederat a cultoribus requirebat, sed vexatus est propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. vnde sequitur. {Qui cæsum dimiserunt eum inanem. AMBROS. Factum est autem, vt plures alios destinaret quos} Iudæi inhonores, & inanes sibi de quibus nihil potuerunt proficere dimiserunt. vnde sequitur. {Et addidit alterum seruum mittere.} BEDA. Seruus alter Dauid significatur, qui missus est, vt post ædicta legalia cultores vineæ psalmodiæ modulamine ad exercitium boni operis excitaret. Sed & contra hunc dixerunt. Quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hereditas in filio Isai? vnde sequitur. {Illi autem hunc cędentes, & afficientes contumelia dimiserunt inanem.} Sed nec sic destitit. Sequitur enim. {Et addidit tertium mittere.} Per quem prophetarum chorum intellige, qui continuis attestationibus populum conuenerunt. Sed quem prophetarum non sunt persecuti? vnde sequitur. {Qui & illum vulnerantes eiecerunt.} His autem tribus seruorum gradibus omnium sub lege doctorum figuram posse comprehendi, dominus alibi manifestat dicens. Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me. THEO. Prophetis igitur talia passis filius destinatur. Sequitur enim. {Dixit autem dominus vineæ, quid faciam?} BEDA. Quod dominus vineæ dubitatiue loquitur, non de ignorantia venit, quid enim nesciat Deus pater? sed ambigere dicitur, vt libera voluntas hominis seruetur. CYRIL. Deliberat etiam secum dominus vineæ quid agat, non quasi carens ministris, sed quia pertractato quolibet ingenio salutis humanæ, populo vero nequaquam adiuto, aliud

maius adiungit. vnde consequenter dicit. {Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint verebuntur. THEOP. Dixit autem hoc,non tamquam ignorans, quòd peius eum essent tractaturi quàm prophetas, sed quia oportebat filium eis fieri reuerendum. Quòd si contumaces fuerint occidendo, hoc cumulat eorum crimẽ. Ne ergo dicerent aliqui diuinam præscientiã necessario fuisse,inobedientiæ causam,id eo sic figurat sermonem. AMBR. Filium igitur vnigenitum sibi missum perfidi Iudæi quasi hæredem remouere cupiétes, occiderunt crucifigendo, & eiecerunt negando. vnde sequitur. {Quem cum vidissent coloni,cogitauerunt intra se dicétes. Hic est hæres. Occidamus eum, vt nostra fiat hæreditas.} Hæres Christus est, idemque testator.hæres,quia morti propriæ superuiuit, & testamentorum quæ ipse contulit, tamquam hæreditaria in nostris profectibus emolumẽta consequitur. BED. Manifestissime autem dominus probat Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidentiam crucifixisse filium Dei.Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Sequitur enim. {Et eiectum extra vineam occiderunt.} Quia Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum,extra portam passus est. THEOPH. Sed quia superius populum non Hierusalem loco vineæ sumpsimus, forsan magis proprie dici potest,quòd occidit quidem eum populus extra vineam, idest extra populi manus passus est dominus, quia sci licet populus ei non proprijs manibus necem intulit, sed tradens hunc Pilato & gentibus. Quidam autem per vineam scripturam intellexerunt, cui non credentes dominum necauerunt, vnde extra vineam, idest extra scripturam dicitur dominus passus. BEDA. Siue eiectus extra vineam & occisus est, quia prius est ab infidelium corde repulsus,ac deinde cruci addictus est. CHRY. Dispensationis autem non negligentiæ est post prophetas Christum venisse.Non enim deus omnia repente prosequitur,sed condescendit propter sui pietatem, quia si post seruos venientem filium contempserunt,multo magis nec antea eum audirent. Qui enim non audiebant minora præcepta,quomodo audiuissent maiora? AMBROS. Pulchre autem interrogat, vt sua seipsi damnent sententia. Sequitur enim. {Quid ergo faciet illis dominus vineæ? BASIL. Hoc autem fit quasi his, qui damnantur nihil habentibus opponere euidentiæ iuris. Proprium autem est diuinę miserationis non infigere pœnas silentio,sed prædicere minis,reuocando eos ad pœnitentiam. vnde & hic sequitur. {veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs.} AMBROS. Venturum dominum dicit vineæ, quòd in filio adsit etiam paterna maiestas,vel quòd vltimis tẽporibus præsentior humanis aspiret affectibus. CYRIL. Exclusi sunt igitur Iudæorum primates quasi Dominicæ voluntati repugnantes,& sterilem reddétes vineam sibi commissam. Est autem datus cultus vineæ sacerdotibus noui testamenti. cum autem virtutem enigmatis sensérunt, recusant illud pati.vnde sequitur. {Quo audito, dixerunt illi. Absit.} Nec tamen euaserunt ob sui pertinaciam, & inobedientiam erga fidem Christi. THEOP. Aliter autem videtur Matthæus dicere, dominum scilicet quæsiuisse. Quid faciet illis cultoribus dominus vineæ?Iudæos vero respondisse. Malos male perdet. Non est autem repugnantia, nam vtrumque factum est. primo enim ipsi promulgauerunt illam sententiam, postea sentiẽtes quo tendebat parabola,dixerunt. {Absit.} Vt Lucas hic narrat. AVGVST. de Con.Euang. Vel aliter. In illa de qua loquimur turba erant qui dolose dominum interrogauerãt: in qua potestate faceret. Erant etiam qui non dolosè, sed fideliter acclamauerunt. Benedictus qui venit in nomine domini. ac per hoc erant,qui dicerent,perdet illos & vineam suam dabit alijs. Quæ vox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter membrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent. {Absit.} quia intelligebant in seipsos hanc parabolam dictam. Sequitur enim. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptũ est. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? BEDA. q.d. quomodo implebitur hæc prophetia, nisi quia Christus a vobis reprobatus & occisus,creditur is est gẽtibus prædicandus? vt quasi lapis angularis ex vtroque populo vos sibi templum ædificet? EVSE. Lapis autem dicitur Christus propter terrestre corpus,abscissus sine manibus secundum visionem Danielis propter ortum ex Virgine.Lapis autem non argenteus,aut aureus,quia non rex aliquis gloriosus,sed homo humilis & abiectus,propter quod ædificantes eum reprobauerunt. THEO. Reprobauerunt enim eum principes populi cum dixerunt. Hic a Deo non est. Ille vero tã vtilis fuit, tam electus, vt in capite anguli poneret. CYRIL. Angulo vero cõparat sacra scriptura concursum vtriusq; populi,Israeliti scilicet, & gentilis in vnam fidem. Compegit enim saluator vtrumque populum in vnum nouum hominem,conciliãs eos in vno corpore patri. Salubris ergo est lapis angulo facto ab eo. Detrimentum autem infert Iudæis impugnantibus hunc spiritualem concursum. THEOP. Duas autem condemnationes commemorat. vnam quidem animarum suarum,quam passi sunt scandalizati in Christo. Et hoc tangit cum dicit. {Omnis qui ceciderit super illum lapidem,conquassabitur. Aliam vero captiuitatis & exterminij, quam intulit eis lapis ab ipsis contemptus. Et hoc tangit cum subdit. {Supra quem autem ipse ceciderit,comminuet illum.} vel ventilabit eũ. Sic enim ventilati sunt Iudæi a Iudæa per vniuersum orbem, vt ab area paleæ. Et attende ordinem, nam præambulum est scelus in eum cõmissum,sequitur autem iusta dei vindicta. BEDA. Vel aliter. Qui peccator est,& tamen illi credit,cadit quidem super lapidem,& conquassatur, reseruatur enim per patientiam ad salutem. Supra quem vero ille ceciderit,hoc est,cui lapis ipse irruerit,quia ipsum negauit,comminuet eum, vt nec testa quidem remaneat,in qua hauriatur aquæ pusillum.Siue de his dicit,quòd cadunt super eum, qui illum modo contemnunt, ideo nondum penitus intereunt,sed conquassantur,vt non recti ambulent. Super quos autem cadit, veniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis, ideo comminuet eos, vt sint tamquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. AMBRO. Vinea etiam typus noster est, Agricola quippe omnipotens pater, vitis Christus, at vero nos palmites. Recte vinea Christi populus nominatur, vel quòd crucis in fronte prætexat indicium, vel quòd fructus ex postrema anni legatur ætate, vel quòd omnibus, vt ordinibus vinearum, ita pauperibus, atque diuitibus seruis,& Dominis in ecclesia æqua dimensio nulla discretio sit. Et vt vitis maritatur arboribus,ita corpus animæ, hanc vineam diligens Agricola fodere, & tondere consuevit, ne luxuriet vmbra foliorum verborumque infructuosa iactantia maturitatem indolis naturalis impediat, decet totius orbis hic esse vindemiam, vbi totius orbis est vinea. BEDA. Vel morali intellectu cuique fidelium vinea quam excolat locatur, dum mysterium baptismi quod exerceat sibi committitur. Mittitur seruus vnus, alter, tertius, cum lex, psalmodia, & prophetia legitur. Sed missus seruus contumelijs affectus, vel cæsus dicitur cum sermo auditus contemnitur, vel blasphematur. Missum heredem quantum in se est occidit, qui filium dei peccando conculcat, perdito malo cultore, vinea datur alteri, cum dono gratię, quod superbus spreuit, humilis ditatur.

c ¶ CYRIL. Decebat quidem principes Iudæorum intelligentes, quòd de ipsis parabola diceretur, a malo sic discedere, quasi de futuris instructos,sed hoc non considerantes, occasionem suorum colligunt criminum.vnde dicitur. {Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus in illa hora.} Nec refrenauit eos legis præceptum quod dicit. Innocentem & iustum non occides, sed compescuit eorum nefandum propositum plebis timor. Sequitur enim. {Et timuerunt populum.} Præferunt enim diuinæ reuerentiæ humanum timorem. Quæ autem huius propositi fuerit occasio,subditur. {Et cognouerunt enim,quòd ad ipsos dixerit similitudinem istam.} BEDA. Et ita quærendo ipsum occidere,docebant vera esse, quæ in parabola dixerat. Ipse enim est hæres cuius iniustam necem dicebant esse vindicandam,illi nequam coloni qui dei filium quærebant occidere. Hoc etiam quotidie geritur in ecclesia,cum quilibet solo nomine frater, eam quam non diligit ecclesiasticæ fidei, ac pacis vnitatem propter bonorum multitudinem, vel erubescit, vel timet impugnare. Et quia principes quærentes dominum comprehendere,quod per se non poterant, præsidis manibus efficere tentabant. vnde sequitur. {Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent.} CYRIL. Videbantur enim esse læues. erant autem graues,obliti Dei dicentis. Quis hic, qui mihi abscondit consilium? Adeunt enim Christum omnium saluatorem quasi hominem communem. vnde sequitur. {Vt caperent eum in sermone,& traderent eum principatui, & potestati præsidis.}

THEO. Parauerunt autem domino laqueos, illaqueati sunt tamen in eis pedes eorum. Audi nãque astutiam. Et interrogauerunt illum dicentes. {Magister scimus quia recte dicis & doces.} BED. Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem vt magis Deum quàm Cæsarem timeat. Sequif enim. {Et non accipis personam hominis, sed in veritate viam Dei doces.} Et hoc dicũt ad hoc, vt dicat non debere tributa solui, vt statim audientes ministri præsidis,qui iuxta alios euangelistas assuisse legũtur, seditionis eum contra Romanos auctorem teneant. vnde consequenter quærunt. {Licet nobis dare tributum Cæsari, an non?} Erat enim in populo magna seditio,dicentibus alijs pro securitate qua Romani pro omnibus militabant,debere tributa persolui: phariseis contradicentibus non debere populum Dei, qui decimas & primitias daret,humanis legibus subiacere. THEOP. Intendebant ergo, quòd si diceret oportere dari censum Cæsari, criminaretur a populo quasi seruituti subijciens gentem. Si vero prohiberet censum reddere, eum repræsentarent vt scismaticum præsidi. Ipse vero laqueos eorum effugit. Sequitur enim. {Considerans autem dolum eorum dixit ad eos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium,cuius habet imaginem & superscriptionem? AMBRO. Docet hic loco dominus circumspectos nos in respondendo aduersus hæreticos, vel Iudeos esse debere, sicut alibi dixit. Estote astuti sicut serpentes. BEDA. Qui autem putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, discant ex præsenti loco,quòd potuerit scire Iesus cuius imago esset in nummo,sed interrogat,vt ad sermonẽ eorũ competenter respondeat. Sequitur enim. {Respondentes dixerunt,Cæsaris.} Non putemus Cæsarem Augustum,sed Tyberium significari.Omnes enim Romani reges a primo. C. Cæsare. Cæsares appellati sunt. Ex eorum autem responsione conuenienter dominus quæstionem soluit. Sequitur enim. {Et ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.} TITVS. q. dicat verbis tentatis. operibus obedite. subijstis Cæsaris seruitutem,suscepistis, quæ eius sunt. Date ergo illi censum, Deo timorem. Non enim exigit Deus denarium,sed fidem. BEDA. Reddite etiam Deo quæ Dei sunt decimas, scilicet primitias,oblationes, & victimas. THEO. Et attende quòd non dixit, Date sed reddite, de bitum enim est, tuetur enim te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam reddit tranquillam.pro his ergo teneris ei in censu. Sed & hoc ipsum quod offers,nummisma, scilicet ab eo habes. Reddas ergo nummismа regium regi. Deus etiam tibi tradidit intellectũ & rationem, restituas hoc ei non comparatus bestijs, fed in omni bus rationabiliter procedens. AMBR. Tu ergo si vis non esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ mundi sunt. Et bene prius quæ Cæsaris sunt reddenda decernit. neque enim potest quis esse domini,nisi prius renunciauerit mundo, quàm grauia vincula promittere deo & non soluere. maior est contractus fidei, quàm pæcunię. ORIGENES. Habet autem locus iste aliquid mystici. Duæ enim sunt imagines in homine. vna quam accepit a Deo, altera inimici. Sicut enim denarius habet imaginem imperatorum mundi, sic qui facit opera tenebrarum portat imaginem eius cuius habet opera. Dicit ergo. Reddite,quæ sunt Cęsari. hoc est. Abijcite terrenam imaginem,vt possitis vobis imaginem cælestem imponentes reddere quæ Dei sunt Deo, vt scilicet Deum diligamus,&c. quæ vt Moyses dicit Deus requirit a nobis. Postulat autem a nobis Deus, non quia necessarium habet vt ei aliquid tribuamus, sed vt postquam ei dederimus, hoc ipsum nobis tribuat in salutem. BEDA. Qui autem credere debuerant ad tantam sapientiam mirati sunt,quòd calliditas eorum insidiandi non inuenisset locum. vnde sequitur. {Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe & mirati in responso eius tacuerunt. THEO. Hoc enim erat quod præcipue intendebant, increpareeum coram populo, quod obtinere nequierunt propter sapientissimam eius responsionem.

d ¶ BED. Duæ erant hæreses in Iudæis,vna phariſæorũ qui traditiouum, & obseruationum sibi iustitiam præferebãt: vnde, & diuisi vocabantur a populo. Altera Sadducęorũ qui interprætantur iusti, vendicantes sibi quod non erant. Illis ergo abeũtibus, hi ad tentandum accedũt. vnde dicitur. {Accesserunt autem quidam sadducæorũ qui negant esse resurrectionem.ORIG. Sadducæorum hæresis non solum resurrectionem mortuorum negat, sed etiã putat animãinterire cum corpore. Hi ergo verbis saluatoris insidiantes, eo tempore quæstionem proposuerunt quo eũ viderunt de resurrectione docere discipulos. vnde sequitur. {Et interrogauerunt eum dicentes. Magister scripsit nobis Moyses. Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine filijs fuerit, vt accipiat eam frater eius in vxorem & suscitet semen fratri suo.} AMBROS. Secundum legis litteram,nubere cogitur etiam inuita, vt defuncti semen excitet frater. spiritus autem magister est castitatis.

THEO. Sadducæi autem fragile fundamentum substituentes, non credebant resurrectionis sermonem. Opinantes enim carnalem esse futuram vitam in resurrectione merito fallebantur. & ideo tamquam impossibile calumniantes dogma resurrectionis, fingunt hanc narrationẽm dicentes. {Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem & mortuus est sine filijs.& sequens accepit illam,& mortuus est sine filio. & tertius accepit illam, & similiter omnes septem. & non reliquerunt semen,& mortui sunt. Nouissime autem omnium mortua est,& mulier. BEDA. Hanc fabulam confingunt, quæ deliramenti arguat eos,qui resurrectionem asserunt mortuorum. Turpitudinem ergo fabulæ opponunt, vt resurrectionis denegent veritatem. vnde subditur. {In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerũt eam vxorem. AMBR. Mystice hæc mulier Synagoga est, quæ septem viros habuit, sicut dicitur Samaritanæ, quinque viros habuisti, quia Samaritana tantum quinque libros Moysi, Synagoga septem sequitur principaliter, & de nullo propter perfidiã suam hæreditariæ potestatis semen accepit. & ideo partem cum viris suis in resurrectione habere non potuit, quia spiritale præceptum secundum sensum carnis inuertit:non enim frater carnalis aliquis denunciatus est, qui semen fratris suscitaret defuncti, sed ille de mortuo populo Iudæorum, sapientiam sibi diuini cultus asscisceret in vxorem, atque ex ea semen in Apostolis suscitaret,q quasi defunctorũ reliquię Iudæorũ, informes adhuc in synagogę vtero derelicti, secundum electionem gratiæ reseruari noui seminis admixtione meruerunt. BEDA. Siue septem hi fratres reprobis congruunt,qui per totam huius sæculi vitam, quæ septem diebus voluitur,a bonis operibus steriles existunt,quibus iunctim morte præreptis,ad vltimum & ipsa mundana conuersatio quasi vxor infecunda transibit. THEO. Dominus autem ostendens resurrectionem non esse futuram conuersationem carnalem,eorum dogma euulsit simul cum fragili fundamento. vnde sequitur. {Et ait illis Iesus.Filij huius sæculi nubunt,& traduntur ad nuptias. AVGVST. de Quæst. euang. Quia connubia propter filios, filij propter successionem, successio propter mortem: vbi ergo mors non est,neque connubia. vnde sequitur. {Illi vero qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis,neque nubunt, neque ducunt vxores. neque enim vltra mori poterunt. BEDA. Quod non ita intelligendum est,quasi soli digni vel resurrecturi, vel sine nuptijs futuri sint, sed omnes etiam peccatores resurrecturi, & absque nuptijs sunt in sæculo illo mansuri. Dominus autem vt ad resurrectionis gloriam inqui-

Lib.2.c.70.

Lib.2.q.49.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Lib.2. q.49.

rendam animos incitaret,de electis tãtum voluit facere sermoné. F AVGVST. de Quæst. Euang. Sicut autem nunc sermo noster decedentibus & succedentibus syllabis peragitur, atque perficitur,ita & ipsi homines quorum sermo est, decedendo & succedendo peragunt, atque perficiunt ordinem huius sæculi qui tem porali rerum pulchri tudine contexitur.

In illa autẽ vita quã do verbum Dei, quo fruemur, nulla decessione,atque successio ne syllabarum cõpletur, sed omnia quæ habet semper manendo, simul habet, ita particeps eius quib⁹ ipsum solum erit vita, neque moriendo decedent, neque nascendo succedent, sicut nunc est in angelis. vnde sequitur.

{ Aequales enĩ angelis sunt. CYRIL. Sicut enim multitudo angelorum plurima quidem est, non autem propagata per generationem,sed ex creatione consistens, ita & his qui resurgunt non est opus vl terius nuptijs. vnde sequitur. { Et filij Dei sunt,cum sint filij resurrectionis.} THEOPH. q.d. Quia Deus est, qui operatur H in resurrectione,merito dicuntur dei filij,qui per resurrectionem regenerantur. non enim aliquid carnale in resurgentium generatione conspicitur, non coitus, non matrix, non partus. BEDA. Vel { æquales angelis & filijs sunt Dei.} Quia gloria resurrectionis innouati, sine vllo mortis mætu,sine vlla labe corruptionis, sine vllo terreni status actu, perpetua Dei visione fruimur. ORIG. Sed quia dominus in Matthæo dicit quod hic prætermittitur. Erratis, nescientes scripturas,propono scripturam,vbi scriptum sit.Neque nubent,neque nubentur.Quantum enim ego æstimo,neque in veteri,neque in nouo testamento quicquam tale reperitur. sed omnis eorum error de scriptura lectione quam non intelligunt surrepsit.Dicitur enim in Isaia. Electi mei bibent. & putant hæc & similia futura esse in resurrectione. Paulus autem omnes has benedictiones spiritaliter interpretãs, & sciens non esse carnales, ad Ephesios dicit. Benedixisti nos in I omni benedictione spirituali. THEO. Vel dominus rationis suprapositæ scripturæ testimonium addit subdens. { Quia vero resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum sicut dicit dominum Deum Abraham, & Deum Isaac,& Deum Iacob.} q. d. Semel redierunt in nihilum patriarchæ ne viuerent apud Deum, in spe resurrectionis non dixisset. Ego sum, sed fueram. Consueuimus enim de rebus corruptis & præteritis dicere. Eram dominus illius rei. nunc vero quoniam dixit. Ego sum. ostendit quòd viuentium est deus & dominus. & hoc est quod subditur. { Deus autem non est mortuorum,sed viuorum,omnes enim viuunt ei.} Quamuis enim ex animes sunt, viuunt tamen apud Deum in spe resurgendi. BEDA. Vel hoc dicit, vt cum probauerit animas permanere post mortem,quod sadducæi negabãt, consequens introduceretur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona malaue gesserunt. Est autem vera vita qua iusti Deo viuunt,etiam quando corpore moriuntur. Ad comprobandam autem resurrectionis veritatem,multo manifestioribus exẽ- K plis ex prophetis vti valuit, sed sadducæi quinque tantum libros Moysi recipiebant, prophetarũ vaticinia respuentes. CHRY. Sicut autem sancti communem orbis dominum sibi appropriant, non derogantes eius dominio, sed proprium affectum pandentes secundum morem amantium, qui non patiuntur cum multis diligere, sed volunt præcipuam & specialem quamdam dilectionem exprimere, sic & Deus specialiter se horum Deum dicebat, non coarctãdo suum dominum, sed ampliando. Non enim sic multitudo subditorum, sicut virtus famulantium pandit eius dominium. vnde non sic gaudet dici Deus cœli & terræ, sicut cum dicitur. {Deus Abraham,Deus Isaac, & Deus Iacob.} Et apud mortales quidem a dominis denominãtur famuli.Dicimus enim. Villicus talis Ducis. econtrario autem Deus dicitur Abrahæ. THEO. Confutatis autem sadducæis,fauent Iesu scribæ tamquam sadducæorum oppositi. vnde sequitur. {Respondentes autem quidam scribarũ dixerunt.Magister,bene dixisti.} BEDA.

relinquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omnium mortua est & mulier. In resurrectio ne ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eã vxorem. Et ait illis Iesus. Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi vero qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubunt,neque ducunt vxores, neque vltra mori poterunt. æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Quia vero resurgant mortui: & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei. Respondẽtes autem quidam scribarum dixerũt ei.Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

e Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid? & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum vocat, & quomodo filius eius est?

f Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis. Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs. Qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

REspiciens autem, vidit eos qui mittebant munera sua in Gazophylatium diuites. Vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abũ

LOSA. Postquam dominus redarguit Scribarum auaritiam, qui domos viduarum deuorabant, commendat viduæ eleemosynam. vnde dicitur. {Respiciens autem ,vidit eos qui mittebant munera sua in Gazophilatium diuites.} BEDA. Quia sermone Græco Phylattin seruare dicitur, & gazaligua persica, diuitiæ vocantur. gazophilatium locus appellari solet quo diuitiæ seruantur. Erat autem archa foramen habens desuper posita iuxta altare ad dextram ingredientibus domum domini in quam mittebant sacerdotes,qui custodiebant hostias omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum domini. dominus autem, sicut operantes in domo sua discutit, ita & dona ferentes respicit, & quem dignum viderit,laudat, quem reprobum,damat. vnde sequitur. { Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. CYRIL. Duos obolos offerebat quos cum sudoribus ad diurnum victum acquisierat, vel quæ quotidie per aliena poscit suffragia Deo donat,ostendens ei suam paupertatem fructiferam. vincit igitur alios & iusta censura coronatur a Deo. vnde sequitur. {Et ait illis. Vere dico vobis quia vidua hæc pauper plusquam omnes misit. BEDA. Acceptabile enim est Deo quicquid bono animo obtulerimus, qui cor & non substantiam ponsat, nec perpendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. vnde sequitur. { Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera. Hæc autem ex eo quod illi deest, omnem victũ quem habuit misit. CHRY. Non enim paucitatem oblati,sed copiam affectus intuitus est Deus. Non est eleemosyna ex pluribus pauca impendere, sed illud viduæ, quæ totam sibi euacuauit substantiam. quòd si nequis tantum offerre sicut & vidua, offer saltem totum superfluum. BEDA. Mystice autem, diuites qui in gazophylatium munera mittebant, significant Iudæos de iustitia legis elatos, vidua pauper ecclesiæ simplicitatem,quæ paucula vocatur,quia vel superbiæ spiritum, vel peccata tamquã mundi diuitias abiecit, vidua vero, quia vir eius pro ea mortem pertulit. hæc in gazophylatium duo æra minuta mittit, quia in coaspectu Dei apud quem nostri operis oblationes conseruantur,munera sua defert, siue dilectionem Dei, & proximi, siue fidei & orationis, quæ cunctis superborum Iudæorum operibus præstant. Ex abundanti enim in munera Dei immittunt Iudæi, qui de iustitia sua præsumunt. Ecclesia autem omnem victum suum mittunt, quia omne quod viuit, Dei esse muneris intelligit. THEOP. Vel vidua potest intelligi quælibet anima, or-

indebite amant docet esse cauendos, animum vel gradum redarguens, quamuis & hoc culpa non careat. si ijdem in foro litibus velint interesse,qui in synagoga magistri desiderant appellari. Duplici autem ratione a vanæ gloriæ cupidis attendere iubemur, ne vel eorum simulatione ducamur æstimantes bona esse quæ faciũt, vel emulatione inflã memur, frustra gaudentes in bonis laudari quæ simulant. Non solum autem laudes ab hominib⁹, sed & pecunias quærunt.Sequitur enim. { Qui deuorant domos viduarum simulantes longam orationẽ.} Iustos enim & magni meriti apud Deum se simulãtes.ab infirmis & peccatorum suorum cõscientia turbatis quasi patroni pro eis in iudicio futuri, pecunias accipere non dubitant. CHRYS. Ingurgitantes etiam se viduarum bonis paupertatẽ atterunt, nõ qualitercumque comedentes, sed deuorantes,& ad prauitatem orationẽ vtentes, quod grauiori pæna facit eos obnoxios. vnde sequitur. { Hi accipient maiorem C damnationem. THEOP. Quia non solum mala faciunt, sed orationes prætendunt, & virtutem faciunt prauitatis excusationem. Viduas etiam depauperant,quarũ portebat misereri. dura ob sui præsentiã eas cogunt exponere. BEDA. Vel quia laudes ab hominibus, & pecunias quærũt,maiori damnatione plectunt.

CAP. XXI.

A bata quasi primo viro pristina lege, & nõ digna copulæ verbi Dei, quæ loco arræ offert Deo fidem & conscientiam bonam plus videtur offerre diuitibus in sermone, & superfluentibus moralibus gentilium virtutibus.

b ¶ EVSEB. Quòd spectanda forent, quæ pertinebant ad templi structuram manifestãt hystorię, & hucusque quædã conseruantur reliquiæ, quibus præcipiuntur, quæ dudũ erant fabricarum vestigia. Sed dominus mirantibus templi fabricas, promulgauit, quòd in eo lapis super lapidem non maneret. Dicitur enim. { Et quibusdam dicentibus de templo, quòd lapidibus bonis & donis exornatum esset, dixit. Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes. Peæceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient? Qui dixit. Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum & tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos.

danti sibi miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, omnẽ victum suũ quem habuit misit.

b Et quibusdam dicentibus de templo, quòd lapidibus bonis & donis exornatum esset, dixit. Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes. Peæceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient? Qui dixit. Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum & tempus appropinquabit. Nolite ergo ire post illos.

solationem pati. BEDA. Diuina etiam dispensatio procurauit, vt ciuitas ipsa & templum subuerteretur, ne quis forte ad huc parulus in fide videns illa constare, dum sacrificiorum ritum attonitus stuperet, raperetur intuitu. AMBRO. Verum igitur dictum est de templo manufacto, quòd esset subuertendũ. Nihil enim est manufactum, quod non aut vetustas conficiat, aut vis subruat, aut ignis exurat. Tamen est & aliud templum, scilicet synagoga, cuius structura vetus, ecclesia surgente dissoluitur. Est etiam templum in vnoquoque, quòd deficiente fide labitur, & maxime si quis falso Christi nomine obtendat quo interiorem expugner affectum. CYRIL. Nequaquam autem discipuli aduerterant vim dictorum, sed arbitrabantur de consummatione sæculi dictum esse. Et ideo quærebant quo tempore deberent accidere. vnde sequitur. {Interrogauerunt autem illum dicentes. Præceptor,quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipiẽt? AMBROS. Matthæus tertiam interrogationem addidit, vt & templi tempora destruendi,& signum aduentus & consummatio sæculi a discipulis quæreretur. Interrogatus autem dominus quando templi futura esset destructio. & quod signum esset eius aduentus,de signis docet,de tempore non curat intimandum. Sequitur enim. { Qui dixit,videte ne seducamini.} ATHAN. Cum enim sint nobis a Deo charismata & dogmata,quæ sunt super hominem tradita, scilicet cælestis conuersationis forma, virtus contra dæmones, & adoptio & notitia patris,& verbi, & spiritussancti donum. Aduersarius noster diabolus circuit, quærens nobis surripere insita semina verbi. Dominus autem tamquam sua præciosa dona in nobis sua documenta concludens monet ne seducamur. Magnum autem quoddam donum tribuit nobis Dei verbum, vt non solum ex apparentibus non decipiamur, sed etiã siqua latentia sint diiudicemus per spiritus gratiam. Cum enim sit odiosus diabolus inuentor malitiæ,hoc quod ipse est,occultat, nomen vero cunctis cupitum simulat callide, puta siquis subijcere sibi volens filios alienos, parentibus absentibus fingat eorũ vultus,& filios desiderantes seducat. Ergo in vnaquaque hæresum diabolus figuratus dicit. Ego sum Christus, & apud me veritas est. vnde sequitur. { Multi enim venient in nomine meo dicentes. quia ego sum,& tempus appropinquabit. CYRIL. Ante suũ enim descensum de cælo prouenient aliqui, quibus acquiescere non oportet.voluit enim vnigenitum verbum Dei cum venit, vt mundũ saluaret latere,vt crucẽ sustineret pro nobis. Sed secũdus eius aduentus nõ erit clãculo vt ante, sed terribilis & manifestus. descendet enim in gloria Dei patris ministrantibus angelis vt mũdum in iustitia iudicet.vnde concludit. { Nolite ergo ire post illos.} TITVS. Vel forsitan non dicit pseudo Christos ante cõ summationem venientes, sed eos qui fuere tempore apostolorũ. BEDA. Multi enim imminente Hierosolymorum excidio principes exti tere,qui se dicerent esse Christos, tempusque libertatis appropinquare. Multi etiam in ecclesia hæresiarchę diem domini instare prædicarunt,quos Apostolus ad Thess. damnat. Multi etiã in nomine Christi venere Antichristi,quorum primus est Simon Magus,cui dicebant,Hic est virtus Dei,quæ vocatur magna.

¶ GREGOR. in Homilia. Perituri mundi præcurrentia mala denunciat dominus, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Minus enim iacula feriunt, quæ præuidentur. vnde dicit. {Cum autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.} Bella ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Vt ergo nos indicet exterius interiusq; turbari, aliud nos fateturab hostibus, aliud a fratribus perpeti. AMBROS. Verborum autem cælestium nulli magis quàm nos testes sumus, quos mundi finis inuenit, quanta prælia, & quas opiniones accepim⁹ præliorum? GREG. in Hom. Sed his malis præuenientibus, quia non statim finis sequatur, adiungitur. {Oportet hęc primum fieri.} Vltima enim tribulatio multis tribulationibus prouenitur, quia multa debent mala præcurrere, vt malũ valeant sine fine nunciare. vnde sequitur. {Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.} Quia necesse est, vt alia ex cælo, alia ex terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur, hic ergo signatur perturbatio hominum. Sequitur enim. {Et terræmotus magni erunt per loca.} Ecce respectus iræ desuper. CHRY. Terræmotus enim quandoque iræ signum est. nam & quando crucifixus est dominus, mota est terra. Quandoque vero prouisionis indicium, sicut orantibus Apostolis commotus est locus in quo erant congregati. Sequitur enim. {Et pestilentiæ.} GREG. in Hom. Ecce inæqualitas corporum. {Et fames,} ecce sterilitas terræ. {Terroresque de cælo, & signa magna erunt.} Ecce inæqualitas aeris, quod ad eas tempestates referendum est, quæ nequaquam ordinem temporum seruant, quæ enim ordinate veniunt, signum non sunt. Omnia enim quę ad vsum vitæ accepimus, ad vsum conuertimus culpæ. Sed cuncta quæ ad vsum prauitatis infleximus, ad vsum nobis vertuntur vltionis. AMBR. Occasum ergo sæculi præcedunt quædam ægritudines mundi, scilicet fames, pestilentia & persecutio. THEO. Quidam autem hæc non solum in consummatione futura, sed & tempore captionis Hierusalem fuisse impleta voluerunt. Auctore namque pacis perempto, merito in eis seditiones & bella locum habuerunt. Ex bellis autem pestis & fames consequitur. hęc quidem aere cadaueribus infecto, illa incultis manentibus agris. Sed & Iosephus intollerabiles ærumnas euenisse recitat propter famem, & tempore Claudij Cæsaris fames inualuit, vt in Actibus legitur, & plurima terribilia contigerunt captionem Hierusalem indicantia, vt Iosephus narrat. CHRY. Dicit autem quòd non statim finis ciuitatis eueniet, vt scilicet Hierosolyma capiatur, sed post prælia multa. BEDA. Admonentur etiam Apostoli, ne terreantur his præcurrentibus, ne Hierosolymam Iudæamque deserant. Potest autem regnum contra regnum, & pestilentia eorum quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbi Dei, & commotio vniuersæ terræ, & a vera fide separatio etiam in hæreticis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesię victoriam faciunt. AMBR. Sunt autem & alia bella, quæ vir sustinet Christianus, diuersarum quoq; prælia cupiditatum studiorumque conflictus. Multo etiam graviores sunt domestici hostes quàm extranei.

¶ GREGOR. in Homilia. Quia cuncta quæ prædicta sunt non de iniustitia ferientis sunt, sed de merito mundi patientis, facta prauorum hominum prænunciantur, cum dicitur. {Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.} Ac si dicat. Prius corda hominum post elementa turbabuntur, vt cum rerum ordo confunditur, ex qua tribulatione veniat demonstretur. Nam quamuis finis mundi ex ipso suo ordine pendeat, peruersiores tamẽ quosque inueniens, quia digne ruinis illorum opprimantur, innotescit. CYRIL. Vel hoc dicit. Quia priusquam a Romanis Hierusalem caperetur, passi persecutiones a Iudæis discipuli incarcerati sunt, & præsentati principibus. Missus est Paulus Romam ad Cæsarem, astititque Festo, & Agrippæ. Sequitur enim.

{Contiget autem vobis in testimonium.} GRAECVS. In martyrium, idest, in martyrij gloriam. GREGOR. in Homilia. Vel in testimonium, videlicet eorum, quia vos persequendo mortes inferunt, aut videndo non imitantur. vt inde peruersi sine excusatione pereant. vnde electi exemplum capiunt vt viuant, sed auditis tot terroribus, turbari poterant auditorum corda. vnde ad eorum consolationẽ subdit. {Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodũ respõdeatis. THEO. Quia enim idiotę erant & imperiti, hoc eis dominus dicit, ne conturbarentur reddituri sapientibus rationẽ, & causam subdit. {Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.} q.d. Statim a me sortiemini facundiam & sapiẽtiã, vt nec omnes aduersarij vestri si in vnum conueniant resistere valeant vobis, nec in sapientia, idest speculationum vita, nec in eloquentia & sermonis lepore. Sæpe enim multi sapientiam quidem habent in mente, sed cum sint prouocabiles ad turbationem totum confundunt, cum tempus fuerit proponendi. non autem tales fuerunt Apostoli, sed vtrinque gratiosi fuerunt. GREGOR. Ac si dominus suis dicat. Nolite terreri. vos ad certamen accedetis, ego prælior. vos verba æditis, sed ego sum qui loquor. AMBRO. Alibi autem Christus in discipulis, alibi pater, alibi spiritus loquitur patris. non discordant ista, sed congruunt. quod vnus loquitur, tres loquuntur, quia vox est vna trinitatis. THEO. His autem dictis, & propulso imperitię timore, subdit & aliud quiddam necessarium, quod eorum animos poterat commouere, ne subito irruens eos turbaret. Sequitur enim. {Tradimini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & morte afficient ex vobis. GREGOR. in Homilia. Plus in nobis ea tormenta ęquiunt, quæ ab illis patimur, de quorum moribus præsumebamus, quia cum damno corporis mala nos cruciant amisse charitatis. GREGOR. Nissenus. Consideremus autem statum, qui tunc temporis erat omnibus suspectis, adinuicem diuidebantur cognationes inuicem disgregatę per cultus, & filius gentilis proditor fiebat parentum fidelium, & in filium qui crediderat, pater in insidiatore obstinatus accusator fiebat. Omnis ætas erat exposita persequentibus fidem, nec mulieribus succurrebat naturalis sexus fragilitas. THEOPH. His autem dictis, & de odio subiungit quod ab omnibus patientur. Sequitur enim. {Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.} GREGOR. in Homilia. Sed quia dura sunt quæ prædicuntur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur. {Et capillus de capite vestro non peribit.} q.d. martyribus suis. Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum nõ dolet? BEDA. Vel aliter. Capillus de capite discipulorum domini non peribit, quia non solum fortia facta, vel dicta sanctorum, sed & tenuissima cogitatio digna mercede donabitur. GREG. 5. Moral. Qui autem patientiã in aduersis tenet. inde contra aduersa omnia fortis efficitur. vnde sibi & seipsum vincendo dominatur. vnde sequitur. {In patientia vestra possidebitis animas vestras.} Quid enim est animas possidere, nisi perfecte in omnibus viuere, cunctisque mentis motibus quasi ex arce virtutis dominari? GREGOR. in Homilia. Per patientiam igitur animas nostras possidemus, quia dum nobismetipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Iccirco autem possessio animæ in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium custosque virtutum patientia est. Patientia vero est aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum quoque qui mala irrogat nullo dolore morderi,

¶ BED. Hactenus ea quæ per 40. annos, necdum fine aduenięte futura erant, dicta sunt, hinc ipse finis desolationis quę a Romano exercitu facta est domini verbis, exponitur cũ dicitur. {Cũ autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. EVSEB. Desolationem Hierusalem vocat non amplius eam a suis, nec secundum ritum legalem constituti, ita quòd nullus expectet post futuram obsidionem aliam innouationem fieri, sicut accidit tempore regis Persarum, & illustris Antiochi, & iterum tempore Pompei. AVGVS. ad Hæsichium. Hæc autem domini verba ideo Lucas hoc loco cõmemorauit, vt ostendat tunc factam fuisse abominationem desolationis, quæ a Daniele prędicta est, de qua Matthæus, & Marcus locuti sunt, quãdo expugnata est Hierusalem. AMBRO. Iudæi enim putauerunt abominationem desolationis tunc factam, eo q̃ caput porci in templo iecerunt, illudentes & qui in medio eius sunt, discedant, & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. Veh autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Erit enim præssura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur Romani Iudaicæ ritum obseruantiæ. EVSEB. Dominus autem futuram in ciuitatem prævidens famem, monebat discipulos ne in futura obsidione in ciuitatem confugerent, tamquam ad locum tutum, & a Deo protectum, sed magis inde discederent, & ad montes confugerent. vnde sequitur. {Tunc q̃ in Iudæa sunt, fugiant in montes.} BEDA. Ecclesiastica narrat historia, cunctos, qui in Iudæa erant Christianos, imminente Hierosolymorum excidio, commonitos a domino loco discessisse, & trans Iordanem habitasse in ciuitate quadam Pellą nomine, donec desolatio Iudeæ compleretur. AVGVST. ad Hæsitium. Pro hoc autem Matthæus, & Marcus dixerunt. Et qui supra tectum est, non descendat in domum. addidit autem. Nec introeat, vt tollat aliquid de domo. Pro quo Lucas subdit. Et qui in medio eius sunt discedant. BEDA. Sed quõ ab exercitu ciuitate iã circũdata, q̃ in medio eius sunt discedẽt, nisi forte q̃d promisit tũc, nõ ad ipsum tẽpus obsidionis referatur, sed ad proximũ ante obsidionẽ tẽps, cum se primum miles Romanus per Galileæ, vel Samariæ fines cœpit diffundere. AVGVST. ad Hæsitium. Pro eo autem quòd Matthæus, & Marcus posuerunt, Et qui in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum, apertius iste subdit. {Et qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt.} BEDA. Dies autem vltionis hi sunt, dies videlicet dominici sanguinis vltionẽ petentes. AVGVST. ad Hæsitium. Deinde similiter Lucas prosequitur sicut & alij duo. {Veh autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.} Et sic ergo Lucas patefecit quod poterat esse incertum, scilicet id quod dictum est de abominatione desolationis, non ad sæculi finem, sed ad expugnationem Hierusalem pertinere. BEDA. Dicit ergo. {Veh prægnantibus:} præsentę captiuitate. {Et nutrientibus,} siue mammantibus, vt quidam interpretantur, quarum, vel vteri, vel manus filiorum farcina prægrauatę, fugę necessitatem non minimum impediunt. THEO. Quidam vero dicunt dominum per hoc significare filiorum esum, quem & Iosephus narrat. CHRYS. Deinde prædictorum assignat causam dicens. {Erit enim præssura magna super terram, & ira populo huic.} Talia enim mala eos occupauerunt, vt nulla deinceps erumna possit eorum calamitatibus adæquari, vt Iosephus narrauit. EVSEB. Qualiter scilicet aduenientibus Romanis & vrbem capientibus, multæ cæteruę Iudaici populi in ore gladij periere. vnde sequitur. {Et cadent in ore gladij.} Sed & plures necati sunt fame. Hæc vero accidebant. primo quidem sub Tyto & Vespasiano, post hos autem tempore Hadriani principis Romanorum, quando natale solum Iudæis inaccessibile est factum. vnde sequitur. {Et captiui ducentur in omnes gentes.} Totũ enim orbem Iudæi repleuerunt, & vsque ad fines terræ peruenerunt. & cum eorum terra ab alienigenis inhabitetur, solis ipsis est inaccessibilis facta. vnde sequitur. {Et Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.} BEDA. Quæ scilicet Apostolus cõmemorat dicens. Cęcitas ex parte facta est in Israel, & sic omnis Israel saluus fiet. Qui cũ promissa salute fuerit potitus, ad patriũ solum rediturus non temere speratur. AMBR. Mystice abominatio desolationis aduentus Antichristi est, eo quòd sacrilegijs in faustis mentium interiora contaminet, sedens iuxta historiã in templo, vt sibi vendicet diuinæ solium potestatis. Iuxta interpretationem autem spiritalem pulchre inducitur, eo quòd in affectibus singulorum vestigium perfidiæ suæ confirmare desideret, & scripturis disputans se esse Christum, tunc appropinquabit desolatio, quoniam a vera religione plerique lapsi desistent, tunc erit domini dies, quoniam sicut primus aduentus domini fuit propter redimenda peccata, ita & secundus erit propter reprimenda delicta, ne plures perfidię error labantur. Est & alius Antichristus, idest diabolus, qui Hierusalem, idest animam pacificam obsidere nitatur suæ legis exercitu. Ergo quando in medio templi est diabolus, desolatio abominationis est. Cum autem vnicuique laboranti Christi præsentia spiritalis illuxerit, tollitur iniquus ex medio, & incipit regnare iustitia, Est etiam tertius Antichristus, vt Arrius, & Sabellius, & omnes q̃ nos praua intẽtione seducunt. Hæ autem sunt prægnantes quibus vę dicitur, quæ ad ruinam suæ carnis extendũt, & quibus intimorũ gressus pigrescat animorum, & efferę virtutum, feteque vitiorum. Sed nec illę prægnantes condemnationis expertes sunt, quæ in bonorum actuum molimine cõstitutę, necdum aliquos susceptí operis dedere processus. Sunt quæ Dei timore concipiunt, sed non omnes pariunt, sunt enim quæ abortiuum excludunt verbum antequam pariant. sunt etiã quę in vtero Christum habeant, sed nondum formauerunt. ergo quæ parit iustitiam, Christum parit. Nos etiam paruulos nostros ablactare properemus, ne nos quasi imperfectorum parentes, aut iudicij dies, aut mortis iueniat. Quod ita fiet, si omnia dicta iustitiæ in corde custodias, nec senectutis tempus expectes, sed in prima ętate sapientiã, sine corruptela corporis tui cito concipias, cito nutrias. In fine autem Iudæa omnis a nationibus credituris subijcietur in ore gladij spiritalis, qui est sermo bis acutus.

¶ BEDA. Quid impletis nationum temporibus sequatur, ex ordine manifestat dicens. {Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis.} AMBROS. Quæ quidem signa secundum Matthæum æuidentius exprimuntur, tunc inquit, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suũ, & Stellę cadent de cœlo. EVSE. Tunc enim cum vitę corruptibilis consummatio agetur, & secundum Apostolum species huius mundi transibit, & nouum succederet sæculum, in quo vice sensibilium luminarium ipse Christus fulgebit. q. iubar & rex noui sæculi, cuius erit tanta numinis virtus & gloria, vt Sol qui nunc radiat, atque Luna & cętera sidera, aduentu maioris luminis occultentur. CHRYS. Sicut enim in hoc sæculo Luna, & sidera mox obfuscantur orto Sole, sic in gloriosa Christi apparitione sol obtenebrescet, & Luna non dabit proprium iubar & Stellę cadent de cęlo, priore spoliatę amictu, vt potioris lucis amictu potiantur. EVSEB. Quę autem euenient ordi post luminarium obtenebrationem ex quibus tiet angustia gentium, consequenter exprimit dicens. {Et in terris præssura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuũ.} Vbi videtur docere principium transmutationis vniuersi futurum, ex defectu substantię humidę. Hac enim prima deuorata, vel congelata: vt non amplius audiatur sonitus maris, nec contingant arenam fluctus eius causa exuberantis siccitatis, cæteræ mundi partes non amplius obtinentes vaporem solitum, emissum ex substantia humida, transmutationem patientur: & sic cum apparitio saluatoris confutare debeat repugnantia deo prodigia exordium sument furoris proemia ex siccitatibus: vt nec tempestas nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo facto, subsequetur angustia superstitum hominum. vnde sequitur: {Arescentibus} idest tabescentibus {hominibus præ ti. expe.} eorum scilicet, {quæ super. vni. orbi.} Quæ autem tunc ingruant mundo, consequenter ostendit subdens. {Nam virtutes cęlorum mouebuntur.} THEO. vel aliter. Cum alterabitur superior orbis: & elementa inferiora merito patientur iacturam. vnde sequitur: {Et in terris præssura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum.} q.d. Mare terribiliter fremet: & littus maris agitabitur tẽpestate: ira vt sit populo terræ præssura, idest communis miseria: & tabescant timore & expectatione malorum irruentium mundo. vnde sequitur: {Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi.} AVGVST. ad Hesitium: Sed dices: Confiteri vos pena vestra compellit adesse iam finem, dum impletur quod pronũciatum est. Nullam enim patriam, nullum locum, nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est. Sed si ista mala quæ nunc patitur genus humanum certa sunt indicia iam dominum esse venturum, quid est quod dicit Apostolus: Cum dixerint, pax & securitas? Videamus ergo ne forte melius intelligatur non eo modo impleri quæ prædicta sunt his verbis: sed tunc potius esse ventura, quando sic erit tribulatio vniuerso orbi, vt ad ecclesiam pertineat, quæ vniuerso orbe tribulabitur, non ad eos qui tribulabunt eam ipsi enim sunt dicturi: Pax & securitas. Nũc autem ista mala quæ tanquam summa extremaque creduntur vtrique regno, Christi scilicet, & diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his boni affligun

Universidad de Deusto Biblioteca

tar & mali, interque tam mala adhuc vsquequaque frequentantur luxuriosa cõuiuia. Hoccine est arescere præ timore, an potius inardescere præ libidine? THEO. Non solum autem mortales fluctuabunt cum alterabitur mundus, sed etiam angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi. vnde sequitur: {Nam virtutes cęlorum mouebuntur.} GREG. in Hom. Quid enim virtutes cælorũ, nisi angelos, dominationes & principatus, & potestates appellat? q in aduẽtu districti iudicis, nostris tũc oculis visibiliter apparebũt, vt districte tũc a nobis exigãt hoc qđ nos modo inuisibilis conditor equanimiter portat.

uenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate.

g His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita uestra, quoniam appropinquat

EVSE. Cũ etiam dei filius sit venturus in gloria, & confutaturus elatam tyrannidem filij peccati ministrantibus angelis cæli fores a seculo clausę patebunt, vt spectentur excelsa. CHRY. Vel {virtutes celicę} mouebuntur, quàmuis sibi conscię non sint. videntes enim infinitas multitudines condemnari, non intrepide stabunt illic. BEDA. Et in Iob dicitur. Columnę cęli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Quid ergo faciant tabulę, quando tremunt columnę? quid virgula deserti patitur: cum cedrus paradisi concutitur? EVSEB. Vel {virtutes cælorum} sunt quę præsunt sensibilibus partibus vniuersi, quæ quidem tunc mouebuntur, vt potiorem statum attingant. Absoluentur enim in sęculo nouo a ministerio, quo deo seruiunt circa sensibilia corpora secundum corruptionis statum. AVGVST. ad Hesychium. Sed ne dominus propinquante secundo aduentu suo, ea pro magno prædixisse videatur quæ huic mundo etiam ante primum eius aduentum fieri consueuerant, & rideamur ab eis qui plura in historia gentium & maiora legerunt. Hæc quæ dicta sunt melius in ecclesia existimo intelligi. Ecclesia enim est sol & luna & stellæ, cui dictum est. Pulchra vt luna, electa vt sol. quæ tunc non apparebit persecutoribus vltra modum seuientibus. AMBRO. Plurimis etiam a religione deficientibus, clara fides oscurabitur nube perfidię, quia sol cælestis fide in ea minuitur vel augetur, & sicut menstruis, idest, mensium defectibus luna vel terræ opposita cum fuerit ex regione solis vanescit, sic & sancta ecclesia cum lumini cælesti vitia carnis obsistũt, fulgorem diuini luminis de Christi radiis non potest mutari. nã in persecutionibus lucem diuini solis plerunque amor vitę huius excludit. Cadunt etiam stellæ, idest gloria micantes viri si persecutionis acerbitas conualescat, quæ oportet fieri donec ecclesiæ multitudo cumuletur. sic enim probantur boni, sic produntur infirmi. AVGVS. ad Hesichium. Quod autem dictum est. {Et in terris præssura gentium} gentes voluit intelligi, non quæ in semine Abrahæ benedicentur: sed quæ ad sinistram stabunt. AMBRO. Ergo varij animorum estus ita graues erunt, vt delictorum multitudine male conscijs futuri iudicij metu sacri nobis ros fontis arescat. Quemadmodum autem domini expectatur aduentus, vt eius præsentia in toto fiat, vel hominis orbe, vel mundi, quæ fit in singulis cum omnibus affectibus receperis Christum, sic virtutes cælorum in aduentu domini augumentum gratiæ consequentur, & plenitudine diuinitatis propius se infundente mouebuntur. Sunt etiam virtutes cælorum, quæ enarrant gloriam Dei, quæ pleniore Christi infusione mouebuntur, vt videant Christum. AVGVST. ad Hæsichium. Vel virtutes cælorum mouebuntur, quia impijs persequentibus quidam fideles fortissimi turbabuntur. Sequitur enim. {Et tunc videbunt filium hominis.} THEOP. Tam fideles, quàm infideles. Radiabit enim amplius sole tam ipse quàm crux eius, vnde ab omnibus cognoscetur. AVG. Quod autem dicit. {Venientem in nube} duobus modis accipi potest, siue in ecclesia sua tamquam in nube venientem, sicut nunc venire non cessat, sed ideo tunc cum potestate magna & maiestate, quia maior maiestas, & potestas illius apparebit sanctis quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persecutione vincantur, siue in corpore suo in quo sedet ad dexteram patris, merito credendus est non solum in eodem corpore, verum etiam in nube venturus, quoniam sic veniet sicut abijt, nubes autem suscepit enm ab oculis eorum. CHRYS. Semper enim deus in nube apparet, secundum illud. Nubes & caligo in circuitu eius. vnde & filius hominis in nubibus veniet, vt Deus & dominus, non latenter, sed in gloria digna Deo. Et ideo subdit. {Cum potestate magna, & maiestate. CYRILLVS. Intelligendum est similiter magna. Primam enim apparitionem prosecutus est cum infirmitate & humilitate nostra, sed secundam celebrabit cum propria potestate, & magna maiestate. GREGO. in Homilia. In potestate enim, & maiestate visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, vt virtutem eius tanto

F tunc districtius sentiant, quanto ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant.

g ¶ GREGOR. in Homilia. Quia præmissa contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam subditur. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.} Ac si dicat. cum plagę mundi crebrescunt, leuate capita, idest exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cuius amici non estis prope fit redemptio quã quæsistis. In scriptu-

redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote, quia prope est regnũ Dei. Amẽ dico vobis, quoniam

G ra enim sacra sæpe caput pro mente ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Capita itaque leuare, est mentes nostras ad gaudia patris cælestis erigere. EVSEB. Vel aliter. Transactis corporalibus aderunt intelligibilia cælestia, scilicet regnum sęculi non amplius transituri, & tũc dignis salubria promissa tribuẽtur. vnde dicitur. {His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.} Acceptis enim Dei promissis, quæ speramus erigemur, qui ante curui fueramus, & eleuabimus capita nostra, humiliati quondam, eo quòd redemptio nostra quam sperabamus aderit, illa scilicet quam tota creatura expectat. THEOP. Idest, perfecta libertas corporis & animæ. Sicut enim primus aduentus domini fuit ad reformationem animarum nostrarum. sic secundus ad reformationem corporum celebrabitur. EVSEB. Dicit autem hæc ad discipulos suos, non tamquam ad eos, qui durare deberent in vita ista vsq; ad terminum mundi, sed quasi vno corpore existente ipsis & nobis & posteris vsque ad consummationem mundi credituris in
H Christum. GREGOR. in Homilia. Quòd autem calcari mundus, atque despici debeat, prouida comparatione manifestat, cum subdit. {Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas, ita & vos cũ videritis hæc fieri, scitote quoniã prope est regnum Dei.} q.d. Sicut ex fructu arboris vicina æstas agnoscitur, ita ex ruina mundi prope cognoscitur esse regnum Dei. Et ex hoc ostenditur, quia fructus mundi ruina est. Ad hoc enim germinat, vt quemcumque germine aluit, cladibus consummat. Bene autem regnum Dei æstati comparatur, quia tunc meroris nostri nebulæ transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. AMBROS. Matthæus autem de sola dixit ficulnea, hic de arboribus omnibus. Duplicem autem habet figuram ficulnea, vel cum dura mitescunt, vel cum peccata luxuriant. Siue ergo cum fru-
I ctus omnibus virescit arboribus, & ficulnea fæcunda iam floret, idest cum omnis lingua confitetur Deo, confitente etiam populo Iudæorum, sperare domini debemus aduentum, quo tamquam temporibus æstiuis resurrectionis fructus metentur. Siue cum leuem fragilemque iactantiam tamquam folia synagogæ homo iniquitatis induerit, conijcere debemus appropinquare iudicium, nam remunerare fidem dominus, & delinquendi finem afferre festinat. AVGVS. ad Hesichium. Cum autem dicit. {Cum videritis hæc fieri,} quæ intelligere poterimus nisi ea, quę supra memorata sunt? In his autem est quod ait. Et tunc videbunt filium hominis venientem. Proinde cum hoc visum fuerit, non iam erit regnum Dei, sed prope erit. An dicendum est non omnia, quæ supra commemorata sunt esse intelligenda, vbi ait. {Cum videritis, hęc fieri,} sed aliqua eorum, hoc scilicet excepto quod dictum est. Et tunc videbunt filium hominis. Sed Matthæus aperuit nullis exceptis esse accipiendum dicens.
K Ita & vos cum videritis hęc omnia. Inter quę est quod videbitur filius hominis veniens, vt intelligatur de aduentu quo nunc venit in membris suis tamquam in nubibus, vel in ecclesia tamquam in nube magna. TITVS. Vel aliter dicit. {Prope est regnum Dei,} quia dum hęc fient nondum vltimus finis rerum eueniet, sed iam in finem tendunt. nam & ipse aduentus domini eliminans omnium principatum, & potestatem pręparat regno Dei. EVSEB. Sicut enim in hac vita sol hieme recedente, ac succedente verę, radium calidum mittens fouet, ac viuificat humi condita semina, exuentia priscam figuram, pullulant autem noua varium virorem habentia, sic & gloriosus vnigeniti Dei aduentus viuificatiuis radijs illustrans nouum sæculum, dudum condita per totum mundum semina, scilicet dormientes in puluere terræ potioribus corporibus, quam prius producet in lucem, ac confutata morte regnabit deinceps vita sæculi noui. GREGOR. in Homilia. Omnia autem prædicta sub magna certitudine confirmantur, cum subditur. {Amen dico

dico vobis quia non prçteribit generatio hæc, donec omnia fiãt.} BEDA. Multum commendat quod ita prænunciat. Et si dicere fas est, iuratio eius est quod dicit. {Amen dico vobis.} Amen quippe interpretatur verum. Igitur veritas dicit. Verum dico vobis, quod si non diceret: mentiri omnino non posset. Generationẽ autẽ, aut oẽ genus humanum dicit, aut specialiter iudæorũ. EVS. Vel generationẽ dicit nouã gñationẽ ecclesiæ sanctæ suæ, ostẽdẽs duraturũ populũ fidelium vsq; ad id tempus quo visurus sit omnia, & euentus verborum saluatoris oculis appræhẽdet. THEO. Quia enim turbationes &

nõ preteribit generatio hęc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

h Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitę, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquàm laqueus enim superueniet in omnes qui

bella, & alterationes tam elementorũ q̃ cæterarum rerum futurum esse prædixerat, ne quis suspicaretur quòd & ipsa Christianitas peritura foret, subiungit. {Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.} quasi d. Et si cuncta commoueantur, fides tamen mea non deficiet. Ex quo innuit Ecclesiam præferre toti creaturæ: sed creatura patietur alterationem, fidelium vero Ecclesia & sermones euangelij permanebunt. GREGORIVS. in Homilia. Vel aliter. {Cœlum & terra transibunt &c.} quasi dicat. Omne quod apud nos durabile est sine mutatione durabile ad æternitatem non est, & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate manentes sententias exprimit sermo meus qui transit. BEDA. Cœlum autem quod transibit, non ęthereum siue sidereum, siue aereum a quo aues cęli nominantur intelligere debemus. Si autem terra transibit, quomodo Ecclesiastes dicit. Terra in æternum stat? sed aperta ratione cœlum & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine subsistunt.

h ¶ THEOPHI. Posuit supra dominus terribilia & sensibilia malorum indicia quæ occupabunt peccatores: sed contra hæc mala remedium est cautela & oratio. vnde dicitur. {Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. BASILIVS. Singulum animalium a conditore omnium Deo habet intrinsecus causas facientes ad tutelam consistentiæ propriæ. propter quod & Christus nobis dedit hanc monitionem vt quæ illis a natura, hæc nobis auxilio rationis & cautela contingat. Fugientibus quidem peccatum, vt irrationabilia fugiunt mortifera pabula, inquirentibus vero iustitiam sicut illa herbas nutritiuas requirunt, & ideo dicit. {Attendite vobis} vt scilicet, discernere possitis a salubri nociuum. Sed quoniam dupliciter contingit attendere: hinc quidem corporis oculis: illinc vero per intellectiuam virtutem: oculus corporis virtutem non attingit. Restat igitur dictum esse de opere intellectus. Attendite, hoc est vndique circunspicite vos, peruigil habentes ad vestram custodiam animæ lumen. Neque autem dixit. {Attendite vestris, aut eis quæ circa vos sunt: sed vobis} vos enim estis intellectus & anima, vestrum autem corpus est sensus. Circa vos autem opes artes & reliqua vitæ suppellex, quibus non monet attendendum. sed animæ cuius præcipua cura habenda. Eadem vero admonitio ægrotantes sanat: & sanos perficit, seruatores præsentium, prouisores futurorum, non alienorum censores: sed suorum scrutatores, non dimittentes intellectum seruum fieri passionum: sed irrationale animæ subijcientes rationali. Cur autem sit attendendum subiungit dicens. {Ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ.} TYTVS. q.d. Cauete ne lumina mentis vestræ grauentur. Cura namque præsentis vitæ & crapula & ebrietas fugant prudentiam, quassant fidem, operantur naufragia. BASILIVS. Est autem ebrietas nimius vsus vini, crapula vero anxietas & nausea quę est in ebrietate, a motione capitis Græco vocabulo dicta. Sicut igitur cibis vt ne esuriamus, sic & potibus ne sitim patiamur vtendum est, vitando diligentius lapsum. Fallax enim est vini ingestio, anima autem vino libera prudentissima erit & optima, sed humecta vini vaporibus quasi quadam nube velatur. Curiositas autem huius vitæ quàmuis nihil inhibitorum continere videatur, si tamen ad cultum diuinum non coadiuuet, vitanda est, & quare hoc dixerit ostendit subdens. {Et superueniat in vos repentina dies illa.} THEOPHILVS. Non enim cum deliberatione veniet dies illa: sed ex improuiso & furtim capiens tanquam laqueus non cauentes. vnde sequitur. {Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ.} Quod diligentius discuti

In Sermo. de super illud, Attende tibi.

A potest. Capiet enim dies illa sedentes in superficie terræ quasi impræmeditatos & inertes. Quotquot vero sunt solertes & agiles ad bonum, non sedentes & ociantes in terrenis: sed surgentes ab eis sibi dicentes. Surge, vade, quoniam non est hic tibi requies, talibus non est illa dies vt laqueus & discrimen: sed vt dies festiuus. EVSEB. Prædicta igitur docuit esse attendẽda ad cauendam grauedinẽ inde prouenientem. vnde sequitur. {Vigilate itaque omni tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt. THEOPHILVS. scilicet, famen, pestem, & cætera huiusmodi quæ

sedẽt super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.

i Erat aũt diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in mõte qui vocatur Olioueti. Et oĩs populus manicabat
B ad eum in templo audire eum.

temporaliter electis & alijs imminent, & ea quæ postmodum accidunt eis perenniter. Illa enim aliter capere non possumus nisi per vigilias & orationes. AVGVSTINVS. de Consensu euangel. Lib.2.c.77. Hæc intelligitur illa fuga quam Matthæus commemorat, quæ non debet fieri in hyeme vel sabbato. Ad hyemem pertinent curæ huius vitæ, quæ tristes sunt velut hyemis. Ad sabbatum vero crapula & ebrietas, quæ carnali lætitia luxuriaque cor submergit atque obruit, quod malum sabbati nomine significatur: quia illo die iudæi delitijs affluunt, dum spiritale sabbatum ignorant. THEOPHILVS. Et quia Christianum decet non solum fugere mala: sed etiam niti ad gloriam exequendam, subdit. {Et stare ante filium hominis.} Hæc est enim angelica gloria stare ante filium hominis deum nostrum, & faciem eius iugiter cernere. BEDA. Et certe si quis sapiens medicus pręciperet attendere a succo alicuius herbæ, ne repentinus
C interitus superueniat, magno studio medici mandata seruaremus. Nunc autem saluatore admonente ebrietatem & crapulam, & curas sæculi esse cauendas, his sauciari & consumi non timent: quia fidem quam medici dictis præbent, domini verbis præbere contemnunt.

i ¶ BEDA. Quæ verbis præceperat dominus suis, confirmat exemplis. nam qui nos ante iudicis aduentum & incertum singulorum exitum ad vigilandum hortatus est & orandum, & ipse imminente tempore passionis suæ, doctrinæ, vigilijs & precibus instat. vnde dicitur. {Erat autem diebus docens in templo.} In quo suo exemplo insinuat hoc esse digne Deo vigilare. vel dicto vel facto proximis viam veritatis ostendere. CYRILLVS. Quę autem erant quæ docebat, nisi transcendentia cultum legis? instabat enim tempus quo debebat vmbra in veritatem transformari. THEOPHILVS. Tacuerunt autem Euangelistę
D pleraque documentorum Christi, qui cum per triennium ferè prædicauerit, documenta eius quæ conscripserunt, dicet aliquis vix ad vnius diei sermonem sufficere. Ex pluribus ergo pauca describentes, dederunt nobis quędam gustum dulcedinis doctrinæ ipsius. Ostendit autem nobis dominus quòd oporteat noctu & quiete alloqui Deum, & in die prodesse hominibus, & colligere quidem in nocte, distribuere vero collecta in die. vnde subditur. {Noctibus vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Olioueti.} Non quasi opus habens oratione, sed ad exemplum dandum hoc egit. CYRILLVS. Quia vero eloquium eius in potestate erat, & potestatiue transferebat in spiritalem cultum quæ per Moysen & Prophetas tradita fuerant in figuris, populus eum auidius audiebat. vnde sequitur. {Et omnis populus manicabat} idest, mane venire accelerabat {ad eum in templo, audire eum.} Populo autem ante lucanum venienti ad eum, congruum erat dicere. Deus deus meus, ad te de luce vigilo. BEDA. My-
E stice autem & nos cum inter prospera sobrie & pie & iuste conuersamur, diebus in templo docemus, quia formam boni operis fidelibus præbentes, noctibus vero in monte Olìueti moramur, quia in tenebris angustiarum spiritali consolatione respiramus, & ad nos quoque populus manicat, cum vel discussis operibus tenebrarum, vel cunctis nebulis præssurarum nos imitatur.

CAPVT XXII.

HRY. Vmbra nostrorum fuerunt festa Iudaica, & ideo si quæsieris a Iudæo de Pascha & azimis, nil magni proferet, commemorans liberationem ab ægypto. Siquis autem, a me quæsierit, non audiet ægyptum nec Pharaonem, sed absolutionem erroris & tenebrarum diaboli, non per Moysen: sed per filium Dei. GLO. Ad cuius passionem enarrandam accedés euangelista, præmittit de figura dicens: {Appropinquabat autē dies festus azimorum qui dicitur pascha. BEDA. Pascha quidem Hebraice dicitur Phase. non a passione: sed a trāsitu nominatur, eo quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarū pertransierit, nec percusserit primogenita eorum. Vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autem inter Pascha & azima distat, q̄ Pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad vesperam, hoc est decima quarta Luna primi mensis: decima quinta autem Luna quando egressus est de ægypto, succedebat festiuitas azimorum septem diebus vsque ad vigesimam primam diem eiusdem mensis, vnde euangelij scriptura indifferenter vnum pro alio ponere solet, vnde hic dicitur: {dies azimorū qui dicitur Pascha.} Significatur autem per mysterium quòd Christus semel pro nobis passus, per totum tempus huius sæculi quod septem diebus agitur in azimis synceritatis, & veritatis præcepit esse viuendum. CHRYSOSTO. Principes autem sacerdotum nefarias res tractant in festo, vnde sequitur: {Et quærebant Principes sacerdotum, & scribæ, quomodo Iesum interficerent:} Moyses quidem vnum præcepit esse Principem sacerdotum & illo defuncto creari alium. Tunc vero cum inciperent Iudaici ritus dissolui, multi erant Principes sacerdotum annuatim creati. Hi ergo volentes Iesum occidere, non metuunt diuina, ne scilicet ex tempore sacro maius incurrant peccati contagium: sed vbique timent humana. vnde sequitur. {Timebant vero plebem. BEDA. Non quidem seditionem metuentes, sed cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Hæc autem ante biduum Paschæ cōgregatis eis in atrio Cayphæ Matheus acta attestatur.

b ¶ THEO. Quia dictum est quòd Principes sacerdotum quærebant modum quo interficientes Iesum, nullum incurrerent periculum, consequenter modus qui eis occurrit narratur cum dicitur: {Intrauit autem Sathanas in Iudam. TYTVS. In Iudam Sathanas intrauit, non impellens: sed patulum inueniens hostium. nam oblitus omnium quæ viderat, ad solam auaritiam dirigebat intuitum. CHRYSOSTOMVS. Ponit autem eius cognomen subdens. {Qui cognominabatur scarioth.} Erat enim alius Iudas. TYTVS. Subdit autem, {Vnus de duodecim.} Nam numerum adimplebat, non autem vere fungebatur Apostolica dignitate. CHRYSOSTOMVS. Vel hoc addit Euangelista velut absonum quidem, ac si diceret, erat de primo choro diligentius electorum. BEDA. Non est autem huic contrarium quod Ioannes dicit: Post bucellam intrasse in eum Sathanam: quia nunc intrauit, vt quasi alienum tentaret, tunc autem quasi proprium ad quæcumque vellet agenda attraheret. CHRYSOSTOMVS. Attende autem magnam Iudæ nequitiam, tum quia per se proficiscitur, tum quia pro præcio hoc facit. {Sequitur enim: {Et abiit & locutus est cum Principibus sacerdotum, & magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt.} THEOPHYL. Magistratus hic appellantur Præpositi constructionum templi, vel etiam illi quos Romani populo præfecerant, ne prorueret in tumultus, erant enim seditiosi. CHRYSOSTOMVS. Propter auaritiam autem Iudas factus est talis. Sequitur enim: {Et pacti sunt pecuniam illi dare.} Tales enim auaritia generat passiones, reddit impios, & Deum ignorare compellit: & si millies benefactum sit eis, ad nocendum impellit. vnde & hic sequitur: {Et spopondit. THEOPHI. Ideſt, pepigit & promisit: & quærebat opportunitatem vt eum traderet sine turbis, ideſt, quærebat eum tradere quando videret eum seorsum existentem sine turbis. BEDA. Multi autem Iudæ scelus exhorrent, nec tamen cauent: qui enim charitatis & veritatis iura spernit, Christum qui est veritas & charitas prodit, maxime cum non infirmitate vel ignorantia peccet: sed ad similitudinem Iudæ quærat oportunitatem: vt arbitris absentibus: veritatem mendacio, virtutem crimine immutet.

CAP. XXII.

APpropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur Pascha, & quærebant principes sacerdotū & scribæ quomodo Iesum interficerent, timebāt vero plebem.

b Intrauit autem sathanas in Iudā qui cognominbatur scharioth, vnum de duodecim. & abiit & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopōdit. Et quærebat oportunitatem, vt traderet illū sine turbis.

c Venit autem dies azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit Petrum & Ioannem dicens. Euntes parate nobis Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam Amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis māducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem, inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt Pascha.

d Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc nō manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat.

e Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem.

Universidad de Deusto Biblioteca

consilio ac diffinitione sancitum, qui licet die sequenti, hoc est xv. Luna sit crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur a iudæis tentus ac ligatus immolationis, hoc est, passionis suæ sacrauit exordium. THEOPHI. Intelligamus autem diem quidem azimorum totam conuersationem quæ est in luce, spirituali, nullam redolentem vetustatem primæ præuaricationis Adæ, in qua viuentes nō decet delectari in Christi mysterijs. Hæc autem mysteria Petrus & Ioannes parant, ideſt actio & cōtemplatio, feruor zæli, & mansuetudo pacifica. His autem paratoribus occurrit homo: quia per prædicta reperimus statum hominis qui creatus est ad imaginem dei, qui portat Amphorā aquæ, quæ significat gratiam spiritussancti. Amphora autem est humilitas cordis, humilibus enim dat gratiam, qui se cognoscunt esse terram & pulverem. AMBROSIVS. Vel Amphora est mensura perfectior, aqua autem est quæ sacramentum Christi esse meruit, quæ lauare meruit non lauari. BEDA. Parant autem Pascha vbi aquæ infertur Amphora, quia tempus adest quo veri Paschæ cultoribus, typicus de limine auferatur cruor, & ad tollenda crimina viuifici fontis baptisma consecratur. ORIG. super Mat. Ego autem puto quòd homo qui ingredientibus discipulis in ciuitatem occurrit Amphoram aquæ portans, erat quidam minister patrisfamilias, portans mundatoriam aut potabilem aquam in vase fictili, quē puto esse Moysen spiritalem doctrinā portantem in corporalibus historijs. Qui autem non consequuntur spiritaliter eum, non celebrant Pascha cum Iesu. Attendamus ergo ipso domino constituto nobiscum ad superiorem locum in quo est diuersorium, quod demonstratur ab intellectu qui est in vnoquoque homine paterfamilias, discipulis Christi. Hæc autem domus superior sit nobis magna, vt capiat Iesum verbum dei, quod non capitur nisi a magnis sensu. Et sit domus hæc a patrefamilias, ideſt intellectu præparata filio dei, & mundata nullo modo habens malitiæ sordes. Sit etiam domus illius princeps, non qualibuscunque cognitum habens nomen. Vnde mystice dicit secundum Matthæum. Ite ad quendam. AMBROSIVS. In superioribus autem magnum habet stratum, vt magnum meritum eius aduertas, in quo dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectatione requiesceret. ORIG. super Matth. Scire autem debemus, quoniam qui in epulationibus & solicitudinibus sæcularibus sunt, non ascendunt in domum illam superiorem, & propterea non celebrant cum Iesu Pascha. Post sermones enim discipulorum quibus catechizauerunt patremfamilias, ideſt intellectum, venit & diuinitas coepulans discipulis in domo prædicta.

d ¶ CYRILLVS. Postquam discipuli Pascha parauerant, agitur de Paschæ commestione. vnde dicitur. {Et cum facta esset hora, discubuit & duodecim Apostoli cum eo.} BEDA. Hora manducandi Paschæ designat quartamdecimā diem primi mensis perductam ad vesperam quintamdecimæ Lunæ iam terris apparente. THEO. Sed qualiter dominus discumbere dicitur, cum iudæi stantes Pascha manducarent? Dicunt ergo quòd cum nondum ducauissent legale Pascha, accubuerunt secundum communem vsum manducantes quosdam alios cibos. Sequitur. {Et ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. CYRIL. Quod ideo dicit: quia discipulus auarus proditionis tempus explorabat: sed ne traderet eum ante festum Paschæ, nō explicauerat dominus domum vel virum penes quem Pascha pageret, cuius causam per hæc verba ostendit. THEO. Vel dicit {Desiderio desideraui} q.d. Hæc vltima mihi cœna vobiscum est, propter quod & amabilis est mihi, sicut & qui peregre profecturi sunt, vltima verba suis dulcius proferunt. CHRYS. Vel hoc dicit: quia post illud Pascha crux imminebat. Inuenimus autem plures eum prædicantem suam passionem & eam cupientem euenire. BEDA. Desiderat ergo primo typicum Pascha cum discipulis māducare, & sic passionis suæ mūdo mysteria declarare. EVS. Vel aliter. Cum dominus nouum Pascha celebraret, oportune dixit. {Desiderio desiderauihoc Pascha} ideſt, nouum mysteriū nouī testamenti quod tradebat discipulis, quod plures ante eum prophetę & iusti cupierunt. Sed & ipse sitiens communem salutem, hoc tradebat mysterium quod toti mundo competeret. Pascha vero Moysi statutū erat in vno loco, scilicet in Hierusalem celebrari. vnde non congruebat omnibus gentibus. & ideo non erat desideratum. EVSE. Ex hoc Hæbionitarum dementia de carnis esu redargui poterat, domino manducante Pascha iudæorum. vnde signanter dixit. {Hoc Pascha.} ne quis ad aliud inuertere posset. BEDA. Sic ergo dominus legalis Paschę approbator extitit, & hoc ad suæ dispensationis figuram docendo pertinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi, vnde subdit. {Dico enim vobis, q̄a ex hoc non manducabo illud donec impleatur i regno dei, ideſt nequaquam vltra mosaicū Pascha celebrabo, donec in ecclesia spiritaliter intellectū cōpleatur. ipsa enim est regnum dei, secundum illud. Regnum dei intra vos est. Ad vetus autem illud Pascha cui finem desiderabat imponere pertinet etiam illud quod subditur. {Et accepto calice, gratias egit & dixit, Accipite & diuidite inter vos.} Ob hoc gratias egit, quia vetera transitura & ventura fuerant omnia noua. CHRYS. Memento ergo cum ad mensam sederis, q̄ post mensam oportet te orare, atq; ideo ventrem impleas sobrie, ne grauatus nequeas genuflectere ac supplicare deo. Non igitur post escas ad lectum: sed ad orationem vertamur. Euidenter enim hoc Christus significauit: quòd post escas non somnus, non cubile: sed oratio & sacrarum lectio scripturarum succedere debeat. Sequitur. {Dico enim vobis, quòd non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat.} BEDA. Potest quidem hoc & simpliciter accipi, quòd ab hac hora cœnæ vsque ad tempus resurrectionis quo in regno dei erat venturus, vinum bibiturus non esset postea namque cibum potumque sumpsisse eum testatur Petrus dicens. Qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. THE. Dicitur autem resurrectio regnum dei: quia mortem exterminauit. vnde & Dauid ait. Dominus regnauit decorem indutus est, scilicet, formosi amictus, secundum Isaiam, exuta corporis corruptela. Resurrectione aūt adueniente iterum cū discipulis bibit, vt probaret q̄ resurrectio nō erat phātastica. BEDA. Sed multo consequentius est, vt sicut supra typicū agni ęsum, sic & potū Paschæ neget se gustaturū, donec ostensa gloria regni dei, fides mūdi adueniat vt per duo maxima legis edicta, escam scilicet & potum Paschalem spiritaliter immutata, disceres omnia legis sacramenta ad spiritalem obseruantiam fuisse transferenda.

e ¶ BEDA. Finitis Paschę vetereis sollēnijs, transijt ad nouū q̄d in suæ redemptionis memoriā ecclesiam frequentare desiderat, pro carne agni & sanguine, suæ carnis sanguinisq; sacramentū in panis ac vini figura substituēs, sacerdos in æternū factus s̄m ordinem Melchisedech. vnde dr. {Et acce. pane, gras egit.} sicut & de veteribus terminandis gras egerat, nobis exēplum tribuens in omni bono operis inchoatione & perfectione deū esse glorificandū. Sequitur. {Et fregit.} Frangit ipse panē quem porrigit, vt ostēdat corporis sui fractionē, nō sine sua spōte futurā. {Et dedit eis dicēs. Hoc est corpus meū q̄ pro vobis tradetur. GREG. Nissenus. Panis enim ante cōsecrationē cōis panis est, sed vbi cōsecrat mysterio fit, & dr corpus Christi. CIR. Nec dubites an hoc verū sit eo manifeste dicēte. {Hoc est corpus meū.} sed potius suscipe verba saluatoris in fide. Cū enim sit veritas, nō mentitur. Infanīt igitur dicētes mysticam benedictionem sanctificatione cessare, siquę reliquię remanserint eius in diē subsequentē. Non enim mutabitur sacrosanctū corpus Christi, sed virtus benedictionis & viuificatiua gratia iugis in eo est. Virtus enim viuificatiua dei patris vnigenitum verbū est quod caro factū est, non desinēs esse verbū sed efficiēs carnē viuificatiuā. Si enim in aliquo liquore modicū panis immiseris: reperies hūc inbibitū qualitati illius. Igitur viuificatiuū dei verbū vniens seipsum proprię carni: fecit eam viuificatiuā. Nunquid ergo & quoniam in nobis vita dei est, dei verbo existēte in nobis viuificatiuum erit nostrū corpus? Sed aliud est s̄m participatiōis habitudinē nos habere in nobis dei filiū, aliud ipsum fuisse factū carnē, ideſt, corpus sumptū ex alma virgine proprium corpus effecisse. Decebat ergo eum nostris quodammodo vniri corporibus per sacram eius carnem & preciosum sanguinem, quæ accipimus in benedictione viuificatiua in pane & vino. Ne enim horre-

In Creatione catechetica.

remus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus, condescendens Deus nostris fragilitatibus influit oblatis vim vitæ. Conuertens ea in veritatem propriæ carnis, vt corpus vitæ quasi quod dam semen viuificatiuum inueniatur in nobis. vnde subdit: {Hoc facite in meam commemorationem.} CHRY. super Ioannem. Hoc fecit Christus ducés nos ad ma ius amicitiæ fœdus, suamq; caritatem declarans erga nos, præstans se non solum videri desiderantibus, sed & palpare & comedere & amplecti & totum affectū explere. Igitur vt leones flammam spirātes, sic ab illa mensa discedimus terribiles facti diabolo. BASILIVS. Discе autem quo pacto decet edere corpus Christi, in memoriam, scilicet obedientiæ Christi vsque ad mortem, vt qui viuunt non amplius in se viuant: sed in eo qui pro eis mortuus est & resurrexit. THEO. Duos autem calices Lucas commemorat. de altero quidem supradixit. Accipite & diuidite inter vos, quem dicet aliquis esse typum veteris testamenti, alterum vero post panis fractionem & distributionem ipse partitur discipulis. vnde subditur. {Similiter & calicem postquam cenauit. BEDA. Subauditur. dedit eis, vt sit plena constructio. AVGVST. de Conſ. euange.
Lib.3. ca.1. Vel quod Lucas bis de calice commemorauit, prius antequam panem daret, inde postquam panem dedit, illud quod superius dixit præoccupauit, vt solet, illud vero quod ordine suo posuit, non commemorauerat superius. Vtrumque autem coniunctum eandem sententiam facit, quæ illorum est, scilicet Matthæi, & Marci. THEO. Nominat autem dominus hunc calicem noui testamenti. vnde sequitur. {Dicens, hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. significans nouum testamentum in suo sanguine exordium sumere, nam in veteri testamento sanguis animalium affuit, cum data fuit lex, nunc vero sanguis verbi Dei significat nobis nouum testamentum. Cum autem dicit: {Pro vobis:} non significat pro solis Apostolis corpus Christi datum & sanguinem effusum fuisse: sed causa totius humanæ naturæ. Et vetus quidem Pascha ad remouendam seruitutem Aegypti fiebat, sanguis autem agni ad primogenitorum custodiam, nouum vero Pascha ad peccatorum remissionem, sanguis autem Christi ad conseruationem eorum, qui dedicati sunt Deo. CHRYSOST. Hic enim sanguis operatur in nobis imaginem regiam, nobilitatem animæ non permittit marcescere, protinus irrigans animam, magnamque inspirans virtutem. Hic sanguis fugat dæmones, aduocat angelos & dominum angelorum. Hic sanguis effusus lauit orbem & adibile fecit cælum. Huius participes sanguinis, sunt supernis virtutibus amicti regio pallio, magis autem ipso rege induti. Et sicut si mundus accesseris, salubriter accessisti, sic si impurus conscientia prau, damnose accedis in pœnam & supplicia. Nam si qui imperatoriam coinquinant purpuram, pari pœna plectuntur cum eis qui diuellunt, absurdum non est, si & qui obscena mente corpus Christi recipiunt, pari pena plectuntur cum his qui illud clauis transfoderunt. BEDA. Quia vero panis confirmat, vinum vero sanguinem operatur in carne, hoc ad corpus Christi, illud refertur ad sanguinem. Verum, quia & nos in Christo & in nobis Christum manere oportet, vinum dominici calicis aqua miscetur, teste enim Ioanne, Aquæ multæ populi sunt. THEO. Primo autem datur panis, secundario calix, prior enim est in spiritalibus laboriosus actus velut panis, non solum quia in vultus sudore laboratus: sed etiam quia dum comeditur, non est facilis ad glutiendum. Deinde post labores sequitur exultatio diuinæ gratiæ, quæ est calix. BEDA. Ideo autem tunc cænati communicarunt Apostoli, quia necesse erat Pascha typicum ante consummari, & sic ad veri Paschæ sacramenta transiri. nunc autem in honorem tanti sacramenti placuit magistris ecclesiæ, prius nos spiritualibus epulis refici, ac deinde terrenis. GRAECVS. Totum autem corpus & sanguinem domini suscipit etiam si mysteriorum partem accipiat. Sicut enim vnum sigillum diuersis totam suam figuram impartitur, & integrum manet post distributionem, & sicut vna vox penetrat ad multorum auditus, sic nulli dubium sit, corpus & sanguinem domini totum in omnibus reperiri. Fractio autem panis venerandi passionem significat.

{ AVGVST. de Concor. euangel. Cum tradidisset do-
Lib 3. ca.1. minus discipulis calicem, rursus de traditore suo locutus est dicens. Verūtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.

Similiter & calicem postq̄ cena uit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

f Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum q̄ diffinitū est, vadit. Verū tamen, væ homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperunt quæ rere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset.

g Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent sup̄ eos, benefici vocantur.

F THEOPH. Quod dixit, non solum vt ostendat se scire futura: sed etiam vt ostendat nobis propriam bonitatem, secundū quam non prætermisit quin persequeretur ea quæ spectabant ad deum. Dat enim nobis exemplum, vt vsque ad finem satagamus lucrari peccatores, & vt ostendat proditoris nequitiam, qui & conuiua fieri non erubuit. CHRYSOSTO. Et particeps existens mysteriorum conuersus non est: sit enim scelus eius vtique immanius, tum quia tali proposito imbutus adijt mysteria, tum quia adiens melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore. BEDA. Et tamen non designat specialiter, ne manifestius correptus impudentior fieret. Mittit autem crimen in numero, vt agat conscius pœnitentiam. Prædicit autem & penam, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia. vnde sequitur. {Et quidem filius hominis secundum quòd diffinitum est, vadit.} THEOPHI. Non quasi non valens tueri seipsum: sed sicut desiniens sibi mortem, propter humanam salutem. CHRYSOSTOMVS. Sed quia Iudas ea quæ sunt scripta praua intentione agebat, ne quis putet eum innoxium tanquam dispensationis ministrum, subdit. {Veruntamen, veh homini illi per quem tradetur.} BEDA. Sed & veh homini illi, qui ad mensam domini indignus accedens in exemplum Iudæ filium hominis tradit, non quidem iudæis: sed peccatoribus membris suis. Et quamuis scirent vndecim Apostoli, quòd nihil contra dominum cogitarent: quia tamen plus credunt magistro quàm sibi, timentes fragilitatem suam, quærunt de peccato cuius conscientiam non habebant. Sequitur enim. {Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset.} BASI. Sicut enim in corporalibus passionibus sunt multæ quas non sentiunt patientes, porrò magis adhibent fidē coniecturæ medicorū q̄ propriā insensibilitatē attendāt, sic & aīæ passionibus siquis in se peccatū nō sentiat, credere tñ debet his qui plus pñt cognoscere sua peccata. g ¶ THEO. Cum inter se quærerent quis esset dominum traditurus, consequens erat adinuicem sibi dicere. Tu proditurus es, & ex hoc coacti sunt dicere ego potior, ego maior, & similia. vnde dicitur. {Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.} GRAE. Vel hæc cōtentio vt habuisse motiuum, quòd cum dominus ab hominibus transmigraret, oportebat aliquem eorū fieri aliorum principem, quasi domini vicem gerentem. BEDA. Sicut autem boni in scripturis exempla patrum quibus proficiant & humilientur requirunt, sic reprobi siquidforte in electis reprehensibile repererint, quasi suas ex eo nequitias obtecturi libenter solent amplecti. Ideo multi ardentius legunt, quòd facta est contentio inter discipulos Christi. AMBROSIVS. Si enim contendebant Apostoli non excusationi obtenditur: sed cautioni proponitur. Caueamus ergo ne in proditione aliqua inter nos de prælatione possit esse contentio. BEDA. Potius autem videamus, non quid carnales adhuc discipuli gesserint: sed quid insserit spiritalis magister. Sequitur enim, dixit autem eis. {Reges gentium dominantur eorum.} CHRISOSTOMVS. Gentilium meminit, vt ex hoc tem vituperandam ostendat. Gentilitū enim est ambire primatū. CYRILLVS. Sed & blandi sermones eis offeruntur a subditis. vnde sequitur. {Et qui potestatem habent super eos benefici vocantur.} Sed illi quidem quasi extorres a sacris legibus huiusmodi subiacent morbis, vestrum autem culmen est in humilitate. vnde sequitur. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. BASILIVS. Non ergo extollat præsidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autem nouerit quòd humilitas vera ministerium pluriū est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis & abstergit cuiuslibet vulneris saniem, non sumit ministerium in causam elationis, sic multo magis cui cōmissæ sunt curę fraternorū lāguorū vt omnium minister redditurus pro omnibus ratione, cogitare debet. & esse sollicitus. & sic {qui maior est, fiat sicut minor. Decet autem & corporale obsequium ab his qui præsident offerri, exemplo domini lauantis pedes discipulorum. vnde sequitur. {qui præcessor est, sicut ministrator. Non est autem timendum ne in subdito soluatur humilitatis propositum, dum ei a maiori seruitur: sed in imitatione panditur humilitas. AMBROSIVS. Contuendum est autem, quia non omnis honorificentiæ studio humilitas definitur. Potest enim deferre alicui propter sæculi gratiam potentiæ metum, vtilitatisq; contuitum: tua ædificatio

quæritur

quæritur non alterius honor, & ideo vna datur omnibus forma sententiæ vt non de prælatione iactantia sit sed de humilitate contentio. BEDA. In hac tamen forma a domino tradita maiores non minima discretione opus habent, ne scilicet, ad instar regum gentium dominari subiectis, seque ab eis gaudeant laudibus attolli. & tamen contra deliquentium vitia per zelum iustitiæ sint erecti. Ad verba autem exhortationis suimet adiungit exemplum. vnde sequitur. {Nam quis maior est qui recumbit, an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrū sum, sicut qui ministrat.} CHRYSOSTOMVS. q.d. Non putes discipulum tui egere, te vero non illius. Ego enim qui nullo egeo, quo vniuersa egent cælestia & terrestria, ad ministerialem gradum condescendi. THEOPHILVS. Ostendit autem se ministrantem eis cum panem & calicem distribuit, cuius ministerij mentionem facit rememorans eos si de eodem pane comederunt, & de eodem calice biberunt, si ipse Christus omnibus ministrauit; vnum debent omnes sentire. BEDA. Vel loquitur de misterio quo secundum Ioannem eorum pedes lauit dominus & magister, quamuis etiam verbo ministrandi possint omnia quæ in carne gessit intelligi: sed & suum sanguinem se pro nobis effundere ministrando significat.

A BEDA. Ab eius ergo sublimitate promissi iudas excipitur. Nam & antequam hæc dominus diceret exijsse credendus est. excipiuntur & illi quicunque auditis incomprehensibilis sacramenti verbis, abierunt retro.

i ¶ BEDA. Negloriarentur vndecim Apostoli, & suis viribus tribuerent, quòd soli pene inter tot millia iudæorum dicerentur in tentationibus permansisse cū domino, ostendit eos si non iuuantis se domini essent opitulatione protecti, eadem procella cum cæteris potuisse conteri. vnde sequitur. {Ait autem dominus Simoni. Simon, ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquando

Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

h Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut

B

h ¶ THEO. Sicut dominus proditori pronunciauerat veh, sic discipulis remanentibus econtrario bona pronunciat dicens. {Vos autem estis qui permāsistis mecum in tentationibus meis.} BEDA. Non enim inchoatio patientis: sed perseuerantia quæ constantia cælestis regni gloria donatur: quia perseuerantiam quæ constantia seu fortitudo mentis vocatur, dicimus esse cunctarum columnam virtutum. Filius ergo dei secum permanentes in tentationibus æternum ducit ad regnum. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. vnde sequitur. {Et ego dispono vobis sicut dispositit mihi pater meus regnum.} BEDA. Regnum dei non est de hoc mundo. Non autem æqualitas ad dominum, sed similitudinis æmulatio est, solus enim Christus plena imago dei est, propter ex pressam in se paternæ gratitudinis vnitatem. Iustus autem homo ad imaginem dei est, si propter imitandam diuinæ conuersationis similitudinem mundum hunc dei cognitione concernat, vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ eternæ possimus esse participes propter quod sequitur. {Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.} Non enim victus & potus nobis præmijs loco spondetur: sed communicatio gratiæ cælestis & vitæ. BEDA. Vel mensa proposita omnibus sanctis ad fruendum cælestis est gloria vitæ, qua qui esuriunt & sciunt iustitia saturabuntur fruendo desiderato gaudio veri boni. THEOPH. Non autem hoc dixit quasi futuris illic corporalibus escis, & quasi regno suo sensibil i futuro, erit enim illic angelica conuersatio sicut Saduceis prædixit. Sed & Paulus dicit non esse regnum dei escam & potum. CYRILIVS. Sed ex his quæ sunt apud nos spiritalia designat. nam prærogatiua quadam funguntur apud reges terrenos, qui eis quasi conuiuę consident. Ex humano ergo iudicio ostendit, qui apud eum in primis honoribus statuentur. BEDA. Hæc est enim immutatio dextræ excelsi, vt qui nunc humiles gaudent ministrare conseruis, tunc super domini mensam sublimes, vitæ perpetuæ dapibus alantur. Et qui hic in tentationibus iniuste iudicati cum domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant. vnde sequitur. {Et sedeatis super thronos duodecim iudicātes, duodecim tribus Israel. THEOPHILVS. Hoc est coudemnantes ex duodecim tribus infideles. AMBROSIVS. Non autem duodecim throni tanquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis: sed quia secundum diuinam similitudinem iudicat Christus cognitione cordium, non interrogatione factorum, virtutem remunerans, impietatem condemnans: ita apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei, exercitione perfidię, v irtute errorem redarguentes, sacrilegos odio persequentes. CHRYSOSTOMVS. Nunquid autem illic sedebit & Iudas? Sed considera quòd lex est data a deo per Hieremiam. Siquid boni promisero si censearis indignus, mulcta bo te. Et ideo loquens cum discipulis, non simpliciter promisit, sed addidit. {Qui permansistis mecum in tentationibus.}

C

D

E

dispositit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

i Ait autem dominus Simoni. Simon, ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquando

cum,} ideſt expetiuit vos tentare, velut qui triticum purgat ventilando concutere. in quo docet nullius fidem a diabolo, nisi deo permittente tentari. THEO. Hoc autem Petro dixit, eo quòd fortior alijs erat & superbire poterat in his quæ promissa erant a Christo. CYRILLVS. Vel vt ostendat quòd homines nihil existentes quātū pertinet ad humanam naturam & lubricum mentis nostræ non decet, vt præsse cæteris velint, & ideo omissis cæteris venit ad Petrum cæteris prælatum. vnde sequitur. {Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua.} CHRYS. Non autem dixit. {Ego} permisi: sed {oraui,} humiliter enim loquitur tendens ad passionem: vt humilitatem demonstret. nam qui non deprecatione sed imperio dixerat. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. & tibi dabo claues regni cælorum, quomodo opus habebat oratione vt cōcitatam vnius hominis animam coerceret? Non autem dixit. Rogaui. vt non neges: sed ne deseras fidem. THEO. Nam & si paululum agitandus sis, habes tamen recondi tum semen fidei, quamuis deiecerit folia spiritus tentatoris, viget tamen radix. perit ergo sathanas te ledere tanquam inuidens tibi de mea dilectione, sed quamuis egomet pro te sim deprecatus, tu tamen delinques. vnde sequitur. {Et tu aliquādo cōuer. confir. fratuos. q.d. Postquam me negato ploraueris ac pœnitueris, corrobora cęteros, cum te principem apostolorum deputauerim. Hoc enim decet te qui mecum robur es & petra ecclesiæ. Hoc autem intelligendum est non solum de apostolis qui tunc erant, vt roborarentur a Petro, sed & de omnibus qui vsque ad finem mundi futuri sunt fidelibus, ne scilicet, aliquis credentiū diffidat, videns eum qui cum esset apostolus denegauit, ac iterum per pœnitentiam obtinuit prerogatiuam, vt esset antistes mundi. Admirare igitur exuberantiam diuinæ patientiæ, ne diffidere discipulum faceret, nondum patrato crimine largitus est veniam, ac iterum ipsum in apostolico gradu restituit dicens. {Confirma fratres tuos.} BEDA. q.d. Sicut ego tuam fidem ne deficiat orando protexi, ita tu infirmiores fratres, ne de venia desperent, confortare memento. AMBROS. Caue ergo iactantiam, caue sęculum. Ille iubetur confirmare fratres suos qui dixit. Omnia reliquimus & secuti sumus te. BEDA. Quia vero se dominus dixerat pro fide Petri rogasse conscius ille præsentis affectus fideique feruentis: sed futuri casus nescius non credit se vllatenus ab eo posse deficere. vnde sequit. {Qui dixit ei. Domine te. para. sum & in car. & in mor. ire.} THEO. Præ nimia quidem dilectione flammescit & impossibilia sibi pollicetur. Decebat autē audito semel a veritate quòd tentandus esset, non amplius contēdere. Sed dominus videns eum præsumptuose loquētem, promit tentationis speciem scilicet, q̄ negaturus esset. vnde sequitur. {Et ille dixit, dico tibi Petre non cātabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. AMBROS. Petrus quidem & si spiritu prōptus, corporis tamen adhuc infirmus affectu denunciatur dominum negaturus. Neque enim poterat diuinæ constantiam intentionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares non habet. THEO. Hinc aūt magnam doctrinam haurimus, quòd non sufficit humanum propositum absq; diuino subsidio. Petrus enim quamuis feruens esset, derelictus tñ a deo supplātatus fuit ab hoste. BE. Sciendū aūt, q̄ deo permittente timorati lapsum patiuntur q̄nq; ad fastus præcedentis remediū. Sed quāuis idē videatur esse delictum timorati & aliorū, refert non modicū, nā timoratus ex quibusdā insidijs & pene prout voluit peccauit. Alij vero nullā gerendo curā neq; sui neq; dei, peccant, non distinguentes inter peccare & agere virtuose. vnde reor & iussionis modum in eis debere fore diuersum: nā timoratus quodam inuamine indigens, & circa eandem rem erga quam peccauit iussa debet proferre. Alij vero cum totum bonum animæ destruxerint, affligi

& moneri & præceptis subijci debent, quousq; ratum sit illis deum iustum iudicem esse, & contremiscant. AVGVSTINVS. de Con. euange. Hoc autem quod hic dicitur de Petri negatione prædicta omnes quidem euangelistæ commemorant: sed non omnes ex vna eademque occasione sermones ad eam commemorandā veniunt. nam Matthæus & Marcus eam subnectunt postea q̄ dominus egressus est ex illa domo vbi mādūcauerant pasca. Lucas vero & Ioānes antequā inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulando posuisse, aut istos præoccupādo, nisi magis moueret q̄ tam diuersa non tantum verba: sed etiam sententias domini præmittunt quibus permotus Petrus illam præsumptionem præferret, vel pro domino vel cum domino moriendi vt magis cogant intelligi ter eum ex præsisse præsumptionem suam diuersis locis sermonis Christi, & ter illi a domino responsum, quòd eum ante gallicantum ter esset negaturus.

k ¶ CYRILLVS. Prædixerat autem dominus Petro q̄ eum esset negaturus, tempore, scilicet suæ captionis. Sed quia semel facta est mentio de captione eius, consequenter nunciat superuenientem contra iudæos conflictum. vnde dicitur. {Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis?} Miserat enim saluator sanctos apostolos prædicare ciuitatibus & oppidis regnum cælorum, præcipiens vt eunte nullius corporalium cutam gererent: sed in eo totam spem viuendi reponerent. CHRYSOSTOMVS. Sicut autem qui docent natare circa principium quidem manus suas supponentes, attentius sustentant suos discipulos, postea plerumque manum abstrahentes iubent vt sibi opitulentur, quinimmo & paululum emergi permittunt, ita & Christus fecit discipulis. In exordijs quidem præsto in cunctis eis aderat, parans eis vberrime affluentiam omnium. vnde sequitur. {At illi dixerunt: Nihil.} At vbi oportebat & proprias vires ostendere, subtraxit eis aliquantulum gratiam, iubens eis ex se nonnulla peragere. vnde sequitur. {Dixit ergo eis: sed nunc qui habet sacculum} quo scilicet, portatur pecunia. {Tollat similiter & peram.} qua scilicet, portantur cibaria. Et quidem quando nec calciamenta, nec zonam habebant, nec baculum, nec æs, nullius passi sunt penuriam, vt autem marsupium concessit eis & peram, esurire videntur & sitire & nuditatem pati: ac si eis diceret. Hactenus cuncta vobis vberrime affluebant, nunc autem volo vos & inopiam experiri: ideoque non addico necessitati pristinæ legis: sed mando & loculum habere & peram. Poterat autem & deus vsque in finem eos in tanta constituere copia: sed noluit ob multas causas. primo quidem vt nihil sibi tribuerent: sed recognoscerent totum emanasse diuinitus. secundo vt moderari sibi sciant. tertio ne maiora de se opinentur. Horum igitur causa permittens eos incurrere multa inopinatorum relaxauit prioris legis rigorem, ne grauis & intolerabilis fieret eis vita. BEDA. Non enim eadem viuendi regula persecutionis qua pacis tempore discipulos informat: missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepit: ordinans scilicet, vt qui euangelium nunciat, de euangelio viuat. Instante vero mortis articulo, & tota illa gente pastorem simul & gregem persequente, congruam tempori regulam decernit, permittens vt tollant victui necessaria, donec sopita insania persecutorum tempus euangelizandi redeat. vbi nobis quoque dat exemplum, iusta nonnunquam causa instante: quædam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti. AVGVSTINVS. Contra Faustum. Nulla ergo instantia præcipientis: sed ratione dispensantis pro temporum diuersitate præcepta vel consilia vel permissa mutantur. AMBROSIVS. Qui autem ferite prohibet, cur emere gladium iubet? nisi forte vt sit parata defensio, non vltio necessaria, & videre potuisse vindicari, sed noluisse. vnde sequitur. {Et qui non habet,} scilicet, sacculum. {Vendat tunicam suam & emat gladium.} CHRYSOSTOMVS. Quid est hoc? qui dixerat. Si quis te percusserit in dextera gena, verte ei & aliam: nunc armat discipulos, & solo gladio, nam si penitus armare decebat, non solum oportebat gladium possidere: sed & scuta & galeas. Sed & si mille huiusmodi possiderent arma, pro tot insultibus & insidijs populorum, tirannorum, vrbium, nationum, qualiter xj. comparerent, & ex solo aspectu agminum non contremiscerent, nutriti in stagnis & fluuijs? Non ergo putemus eum iussisse vt gladios possiderent: sed per gladios innuit imminentes insidias iudæorum. vnde sequitur. {Dico enim vobis quoniā adhuc hoc quod scriptū est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est.} THEOP. Cum enim ipsi inter se supra de prærogatiuis contenderint. nō est inquit tempus prærogatiuarum immo periculorum excidium. nam ego magister vester ducor ad mortem non honorabilem cum impijs deputandus. {Etenim ea quæ sunt de me} scilicet, prædicta {finem habent} idest impletionem. Volens ergo violentum insultum innuere, meminit gladij, nec prorsus reuelauit, ne tangerentur accidia, nec prorsus obticuit, ne repentinis aggressibus fluctuarent: sed postea recolentes mirarentur, quomodo se ipsum precium exhibuit passioni pro salute humana. BASILIVS. Vel dominus non iubet portare marsupium & peram & emere gladium: sed prædicit futurum, quòd scilicet, Apostoli obliti temporis passionis, donorū, & legis domini auderent sumere gladios. sæpius enim scriptura vtitur imperatiua sermonis specie loco prophetiæ. In pluribus tamen libris non inuenitur, accipiat, tollat, vel emat: sed tollet & emet.

THEOPHI. Vel per hoc prænunciat eis quòd incurrerent famem & sitim, quod innuit per peram, & aduersitates nonnullas, quod innuit per gladium. Vel aliter, quod dominus dicit. {Qui habet sacculum tollat similiter & peram.} videtur sermo ad discipulos fieri: sed reuera respicit quamlibet iudæi personam: quasi dicat. Si quis iudæorum abundat facultatibus congestis omnibus fugiat. Si autem quis vltima oppressus penuria colit regionem, hic etiam amictum vendat & gladium emat. Inuadet enim eos intolerabilis impetus pugnę vt nihil ad resistendum sufficiat. Deinde pandit horum malorum causam: quia scilicet, passus est penam prophanis debitam cum latronibus crucifixus. Et cum ad hoc peruentum fuerit, sumet finem verbum dispensationis. Persecutoribus autem accident quæ a prophetis sunt prædicta. Hæc igitur dominus prædixit de futuris regioni iudæorum, sed discipuli non intelligebant profunditatem dictorum, putantes obsuturum proditoris insultum gladijs opus esse. vnde sequitur. {At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est.} CHRYSOSTOMVS. Et quidem si humano eos volebat vti auxilio, nec centum sufficerent gladij, quòd si nolebat eos vti humano subsidio, etiam duo superuacui sunt. THEOPHI. Noluit ergo dominus eos reprehendere quasi non intelligentes: sed dicens satis est, eos dimisit. Quidam autem dicunt dominū ironice dixisse. {Satis est} q.d. ex quo duo sunt gladij sufficiant nobis ad tantam multitudinem, quanta nos debet inuadere. BEDA. Vel duo gladij sufficiunt ad testimonium sponte passi saluatoris, vnus qui & apostolis audaciam pro domino certandi, & domino virtutem medicandi doceret in esse, alter qui nequaquam vagina exemptus, ostenderet eos nec totum quod potuere pro eius facere defensione permissos. AMBROSIVS. Vel quia lex referre non vetat, fortasse Petro duos gladios offerenti satis esse dicit, quasi licuerit vsque ad euangelium, vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Est etiam gladius spiritalis vt vendas patrimonium, & emas verbum quo mentis penetralia vestiuntur. Est etiā gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuijs ematur tibi sacra corona martyrij. Mouet adhuc quòd duos gladios discipuli protulerunt, ne forte vnum noui, vnum veteris testamenti sit, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Deinde dicit dominus. {Satis est,} quasi nil desit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit.

l ¶ BEDA. Tradendus a discipulo dominus cōsueti secessus locum quo facilime reperiri possit adit. vnde sequitur. {Et egressus ibat secundum consuet. in mon. Oliue.} CYRIL. De die namque conuersabatur Hierosolymis, obscura vero nocte succedente in montē Oliuarū cum suis cōuersabatur discipulis. vnde subdit. Secu. sunt aūt il. & di. BE. Pulchre autē sui corporis mysterijs imbutos in mōtē Oliuarū discipulos educit, vt omnes in morte sua bapti-

Lib. 3. c. 2.

Li. 22. c. 77.

conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum & in carcerē, & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi Petre, nō cātabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. K Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo & pera & calciamētis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suā & emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est.

l Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oli

baptizatos sanctispiritus charismate confirmandos esse designet. A THEO. Post cænam autem nequaquam inertia & locus & tempus occupant dominum: sed oratio & doctrina. vnde sequitur. {Et cum perue. ad lo. di. illis. Orate ne intretis in tenta.} BEDA. Impossibile quidem est humanam animam non tentari, vnde non ait. Orate ne tētemini: sed orate ne intretis in tentationē, hoc est ne tentatio vos superet vltima. CYRIL. Sed ne solis verbis eis proderet, procedens paululum orabat. vnde sequit. {Et ipse auul. est ab eis quātum iactus est lapidis,} vbique inuenies eū remotū orantē, vt discas quòd animo attento & corde quieto colloquēdum est cum deo sublimi.

Non autem quasi egens alieni suffragij precibus insistebat, qui est omnipotentissima virtus patris: sed vt discamus non esse in tentationibus dormitandum: sed magis orationibus insistendum. BEDA. Solus etiam orat pro omnibus, qui solus erat passurus pro omnibus, significans tantum orationem suam quantum & passionem a nostra distare. AVGVST. De que. euan. {Aulsus est autē ab eis quantū iactus est lapidis} tāquam typice admonuerit, vt in eum dirigerent lapidem idest, vsque ad ipsum perducerent intentionem legis quæ scripta erat in lapide. GREGOR. Nisenus. Quid autem sibi vult flexus genuum de quo dicitur. {Et posi. geni. ora.} humanus quidem vsus est pronos terræ supplicare maioribus, facto ostendentes fortiores esse qui rogantur. Palàm est aūt humanam naturam nihil habere deo condignum. Et ideo honorifica signa quæ inuicem exhibemus, fatentes nos humiliores esse respectu excellentiæ proximi, trāsumpsimus ad obsequia incomparabilis naturæ. vnde ille qui nostros languores portauit, ac pro nobis interc ssit per hominem quem sumpsit genu flectit orando, faciens non esse superbiendum orationis tempore: sed per omnia humilitati conformandum: quia deus superbis resistit, dat autem humilibus gratiam. CHRYS. Quælibet autem ars verbis & operibus ostenditur ab eo qui docet: quia ergo dominus venerat docturus nos quamlibet virtutem, ob hoc eadem dicit & facit. vnde quia iusserat verbis orare, ne intrent in tentationē, hoc etiam opere docet. Sequitur enim. {Dicens. Pater si vis transfer. istum a me.} Non dicit. Si vis, quasi ignorans an patri placeret. neque enim magis ardua cognitio est, ac cognitione paternę substantiæ quam ipse solus perspicaciter nouit secundum illud. Sicut novit me pater, & ego noui patrem, neq; hoc dicit quasi respuens passionem. Qui enim comminatus est discipulo volenti eius passionem impedire vt sathanam eū vocaret post multa præconia, quali ter crucifigi nolebat? Cur igitur ita dictum est, considereis quātum erat audire, quòd deus ineffabilis, qui quemlibet intellectum transcendit voluit vterum subire virgineum, lac sugere & humana queque pati. Quoniam ergo fere incredibile erat quod erat futurum, primo quidem misit prophetas hoc nunciantes, postea ipse indutus carne veniens vt non phantasma putaretur, permittit carnem ferre naturales defectus, esurire, sitire, & dormire, laborare, affici, & anxiari, ob hoc & recusat mortem veram humanitatem demonstrans. AMBROS. Dicit ergo. {Si vis, transfer a me calicem istum} quasi homo mortem recusans, quasi deus sententiam suam seruans. BEDA. Vel transferri a se calicem postulat. non quidem timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatū. vnde & signanter non dicit. Transfer a me calicem: sed calicem istum, hoc est populi iudæorum, qui excusatione ignorantiæ habere non potest, qui me quotidie vaticinantur. DIONY. Alexandrinus. Vel quòd dicit. {Transfer calicem istū a me} non est hoc, non aduenit mihi, nisi enim aduenerit transferri non poterit. Igitur vt sensit iam præsentem, cepit affici & tristari & quasi iam propinquante, hoc dicit. {Transfer calicem hunc.} Sicut enim quòd præterit, nec intactū est nec permanens, sic & salvator leuiter inuadentem tētationem flagitat pelli, & hoc est non intrare in tētationem, quod consulit esse orandum, perfectissimus autem modus tētationes euitandi manifestatur cum dicitur. {Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.} deus enim inexpertus est malorum. Vult autem nobis bona largiri supra id quod petimus vel intelligimus. ergo perfectam voluntatem patris quam ipse nouerat, petit sortiri effectum, quæ eadem est & sua secundum deitatem. Renuit autem impleri humanam voluntatem quam dicit suam: paterna volūtate minorem. ATHA. Geminum enim hic velle ostendit, alterum quidem humanum quod est carnis, alterum vero diuinum: humanitas enim ob carnis fragilitatem recusat passionem: sed diuinus eius affectus affectanter eam subijt, eo quòd non esset possibile eum detineri a morte. GREGOR. Nissenus. Apollinaris autem asserit quòd Christus non habuit secundum terrenam naturam propriam voluntatem: sed solum in Christo est voluntas dei, qui de cælo descēdit. Dicat ergo, quam volūtatem vult dominus nequaquā euenire? Neque enim deitas aufert propriam voluntatem. BEDA. Appropinquās etiam passioni saluator, infirmantium in se vocem sumpsit, vt cum hoc imminet qđ fieri nolumus, sic per infirmitatē petamus, vt non fiat quatenus per fortitudinem parati simus, vt voluntas conditoris nostri, etiam contra nostram voluntatem fiat.

m ¶ THEOPHILVS. Vt nobis innotesceret orationis virtus, quatenus eam in aduersis præponamus orans dominus, ab angelo confortatur, vnde dicitur. {Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite, & orate, ne intretis in tentationem.

m Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite, & orate, ne intretis in tentationem.

rati simus, vt voluntas conditoris nostri, etiam contra nostram voluntatem fiat.

m ¶ THEOPHILVS. Vt nobis innotesceret orationis virtus, quatenus eam in aduersis præponamus orans dominus, ab angelo confortatur, vnde dicitur. {Apparuit autem illi angelus de cælo confortans eum. BEDA. Alibi legimus quia angeli accesserunt & ministrabant ei. In documento ergo vtriusque naturæ angeli. & ei ministrasse, & eum confortasse dicuntur. Creator enim creaturæ suæ non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur. THEO. Quidam autem dicunt, quoniam apparuit ei angelus glorificans eum & dicens. Domine tua est virtus. tu namque potes contra mortem & infirmum genus humanum liberare. CHRYSO. Et quia non phantastice, sed vere nostram carnem suscepit, vt approbet dispensationis veritatem, & opitet hæreticorum ora, queque humana sustinet. Sequitur enim. {Et fa. in agonia prolixius orabat. AMBROS. Horrent plerique hoc loco, qui tristitiam saluatoris ad argumentum inolitę potius a principio quam susceptę ad tempus infirmitatis inclinant. Ego autem non solum excusandum non puto: sed nusquam magis pietatem eius maiestatemque demiror. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Suscepit enim tristitiam meam, vt mihi suam letitiam largiretur. Confidenter tristitiam nomino: quia crucem prædico. Debuit ergo dolorem suscipere, vt vinceret. Neque enim habent fortitudinis laudem qui stuporem magis vulnerum tulerint quàm dolorem. Nos ergo voluit erudire, quemadmodum mortem, & quod est amplius, futuræ mortis mœstitiam vinceremus. Doles ergo domine non mea: sed tua vulnera. Infirmatus est enim propter delicta nostra, & fortasse tristis est ideo quia post Adæ lapsum, tali transitu nobis erat ex hoc sæculo recedendum vt mori esset necesse. Nec illud distat a vero. Sed tristis erat pro persecutoribus suis quos sciebat in malis sacrilegij penas daturos. GREGORIVS. xxiij. mo- Cap. 17.
ra. Appropinquante etiam morte nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quandam terroris ac formidinis patimur: cum per solutionem carnis æterno iudicio propinquamus, nec immerito, quoniam anima post pusillum hoc inuenit quod in æternum mutare non possit. THEOPHILVS. Quod autem humanæ naturæ foret præmissa oratio, non autem diuinæ vt dicunt Arriani. patet etiam ex eo quod subdit. Sequitur enim. {Et fa. est su. eius, sicut guttæ sang. decurrentis in terram. BEDA. Nemo sudorem hunc infirmitati deputet, quia contra naturam est sudare sanguinem: sed potius intelligat per hoc nobis declaratum quòd effectum iam suæ præcis obtineret, vt scilicet, fidem discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret. PROSPER. In libro sententiarum Augustini. Orans Sent. 68.
etiam cum sudore sanguineo dominus significabat de corpore suo toto quod est ecclesia manatura martyria. THEOPHILVS. Vel hoc prouerbialiter dicitur de eo qui vehementer sudauit, quòd sudauit sanguinem. Volens igitur euangelista innuere, quòd grossis sudorum guttis madebat, sumit guttas sanguinis ad exemplum. Post hoc autem inueniens discipulos dormientes præ tristitia, improperat eis, simul admonens, vt orarent. Sequitur enim. {Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.} CHRYSOST. Erat enim intempestum noctis, & discipulorum oculi præangustia præmebantur, & erat somnus non torporis, sed mœroris. AVGVST. de Consen. Euangelistarum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Non autem expressit hic Lucas, quota oratione dominus ad discipulos venerit, nihil tamen hoc Matthæo, & Marco repugnauit. BED. Demonstrat autem dominus consequenter, quia prodiscipulis orauerit, quos monet orationum suarum vigilando, & orando existere participes, Sequitur enim. {Et ait illis. Quid dormitis? surgite & orate, ne intretis in tentationē. THEO. Hoc est, ne a tentatione superentur. Hoc enim est non induci in tentationem, non demergi ab ea. vel simpliciter nos iubet orare, vt tranquilla sit nostra vita, nec immergamur in aliquod molestorum. Diabolicū enim est, & superbum quemquam se in tentationem præcipitare, vnde & Iacobus non dixit. Injcite vos in tentationes, sed cum inciderit is, omne gaudium æstimate, de inuito voluntarium facientes.

n ¶ GLO. Præmissa oratione Christi, subijcitur de eius prodition̄e, qua a discipulo proditur. Dicitur. n. {Adhuc eo loquēte, ecce turba, & qui vocabatur Iudas vnus de duodecim antecedebat eos.} CYRIL. Dicit autem. {Qui vocabatur Iudas.} quasi nomen eius habens exosum, addit autem {vnus de duodecim,} ad significantiam nequitiæ proditoris. Nam qui honoratus fuerat eque Apostolis, factus est occisionis causa in Christū. CHRYSOS. Sicut enim insanabilia vulnerum, nec austeris medicamentis obediunt, nec demulcentibus, sic anima, vbi semel est captiuata, & si ipsam dederit cuicumque peccato, nullum emolumentum ex admonitionibus consequetur, & quod Iudæ accidit a proditione non cessanti, quamuis omnimodo doctrinæ esset a Christo cohibitus. vnde sequitur. {Et appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum.} CYRIL. Immemor enim gloriæ Christi, putauit forsitan posse latenter agere, ausus præcipuum dilectionis signum, organum efficere doli. CHRYS. Non autem discedendum est a fratrum admonitione, quamquam nihil propter nostra verba eueniat, nam & riuuli & si nullus hauriat, fluunt, & si forsan non persuaseris hodie, poteris forsan cras. Piscator enim per totam diem vacua trahens rethia, circa sero piscem capit. vnde dominus, & si sciret Iudam non conuertendū, non destitit facere, quæ sua intererat. Sequitur enim. {Iesus autem dixit illi. Iuda, osculo filium hominis tradis? AMBR. Per interrogationem pronunciandum puto, quasi amantis affectu corripiat proditorem. CHRYSOS. Proprium autem nomen ponit, quod magis dolentis erat & reuocantis, quàm prouocati ad iram. AMBROS. Dicit autem. {Osculo tradis?} hoc est amoris pignore vulnus infligis? & pacis instrumento mortem irrogas? Seruus dominum, discipulus prodis magistrum, electus auctorem. CHRYS. Non autem dicit. Tradis magistrum tuum, dominum tuum benefactorem, sed {Filium hominis.} Hoc est, mansuetum & mitem, qui si non esset magister & dominus, quia tamen tam suauiter erga te gessit, non esset a te prodendus. AMBROS. Magna o domine significatio potestatis, magna disciplina virtutis, & consilium proditionis aperitur, & adhuc patientia non negatur. Ostendit Deum quem proderet, dum occulta manifestat. ostendit quem traderet, dum dicit. {Filium hominis,} quia caro non diuinitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat ingratum quòd eum tradiderit, qui cum esset Dei filius, propter nos filius hominis esse voluisset. q.d. propter te suscepi ingrate, quod tradis Hypocrita. AVGVST. Hocergo dominus cum traderetur primo dixit quod ait Lucas. {Iuda, osculo filium hominis tradis.} Deinde, quod Matthæus. Amice ad quid venisti? Deinde, id quod Ioannes commemorat. Quem quæritis? AMBR. Osculatus est autem eum dominus, non quo simulare nos doceat, sed vt neque proditorem refugere videretur, & plus afficeret proditorem cui amoris officia non negaret. THEO. Zelantur autem discipuli & gladios euaginant. vnde sequitur. {Videntes autem hi, qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei. Domine, si percutimus in gladio?} Sed qualiter habent gladios? quia mactauerant agnum, & a mensa discesserant. Alij autem discipuli quærunt an percuterent, sed Petrus vbique seruens pro domino persuasionem non expectat, sed percutit seruum pontificis. vnde sequitur. {Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.

F AVGVST. de Concord. Euangel. Qui percussit, secundum Ioannem Petrus erat, quem autem percussit, Malchus vocabatur. AMBROS. Eruditus enim in lege Petrus promptus affectu, qui sciret Phineæs reputatum ad iustitiam, quòd sacrilegos permisset, percussit principis seruum. AVGVST. de Concord. Euangel. Dein de Lucas dicit. Respondens autem Iesus ait. {Sinite vsque huc.} Et hoc est quod Matthæus commemorat. Conuerte gladium tuum in locum suum. Nec moueat quasi contrarium sit, quod Lucas hic dicit dominū respondisse. {Sinite vsque huc.} quasi post illam percussionem, ita dictum fuerit, vt placuerit ei, vsque huc factum, sed amplius fieri noluerit, cum in verbis, quæ Matthæus posuit, intelligatur potius totum factum quo vsus est gladio Petrus domino displicuisse. Illud enim verum est, quòd cum interrogassent dicentes, Domine, si percutimus in gladio? tunc respondit. {Sinite vsquè huc.} Idest, non vos moueat quod futurum est, permittendi sunt hucusque progredi, hoc est, vt me apprehendant, & impleantur quæ de me scripta sunt. Non enim diceret. Respondens autem Iesus, nisi ad interrogationem eorum responderet, non facto Petri. Sed inter moras verborum interrogantium dominum, & illius respondentis, Petrus auiditare defensionis percussit. Sed non potuit simul dici, quæ simul fieri potuerunt tunc, sicut dicit Lucas sanauit eum, qui percussus erat. Sequitur enim. {Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.} BEDA. Numquam enim pietatis suæ dominus obliuiscitur. Illi iusto mortem inferunt, iste persequentium vulnera sanat. AMBROS. Sed cum dominus vulnere cruentum detersit, mysteria diuina subiecit, vt seruus principis mundi, non naturæ conditione, sed culpæ, auris vulnus exciperet, qui non audisset verba sapientiæ. Aut si Petrus volens percussit aurem, docuit quòd aurem in spem habere non deberet, quam in mysterio non haberet. Sed quare Petrus? quia ipse ligandi & soluendi adeptus est potestatem. & ideo tollit gladio spiritali aurem interiorem male intelligentis. Sed dominus ipse refundit auditum, demonstrans & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in passione domini vulnerati sunt, eo quòd omne peccatum fidei mysteriis abluatur. BEDA. Vel seruus iste populus est iudæorum, principibus sacerdotum indebito mancipatus officio, qui in passione domini dexteram auriculam, idest spiritalem legis intelligentiam perdidit, quæ scilicet auris, Petri gladio deciditur, non quod ille sensum intelligendi audientibus tollat, sed diuino ablatum iudicio negligentibus pandat. Verum eadem dextera auris in his qui in eodem populo crediderunt, diuina dignatione pristino est restituta officio. Sequitur. {Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus.} CHRYSO. Accesserunt enim nocte timentes multitudinis impetum, & ideo dicit, quid vobis opus erat his armis in eum, qui vobiscum est semper? & hoc est quod sequitur. {Cum quotidie vobiscum fuerim in templo non extendistis manus in me.} CIRYL. Vbi non inculpat dominus præsides iudæorum quòd non sibi mature parauerant insidias mortis: sed arguit eos qui temere opinabantur eum se inuasisse ipso inuito, ac si dicat. Tunc nō cepistis me, quia nolebā, & nec nunc possetis, nisi me sponte vestris subijcerem manibus. vnde sequitur. {Sed hæc est hora vestra, idest paruum tempus concessum est vobis exercendæ in me vestræ superbiæ, patre votis meis fauente. Dicit etiam quòd hæc potestas est tenebris data, idest diabolo, & iudæis insurgendi in Christū. Et hoc est quod subditur. {Et potestas tenebrarum. BEDA. quasi d. Ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra quasi contra lucem mundi armamini, in tenebris est. Quæritur autem, quomodo Iesus principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores, qui ad se venerunt alloqui dicatur, cum apud alios euangelistas non ipsos venisse, verum in atrio Cayphæ expectantes, ministros misisse perhibeantur. Sed huic contrarietati respondetur, quòd illi non per seipsos, sed per eos quos miserunt ad adprehendendum Christum in suæ iussionis potestatem venerunt.

o ¶ AMBRO. Non intellexerunt infelices mysterium, nec veneraci sunt tam clementem pietatis affectum q̄ etiam hostes suos non passus est vulnerari. Dicitur enim: {Comprehēdentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum.} Cum legimus teneri Iesum, caueamus ne putemus eum teneri ſm diuinitatem, & inuitum quasi infirmū, tenetur enim & ligatur ſm corporis veritatē. BEDA. Princeps autem sacerdotum Caypham significat, qui ſm Ioannem erat pontifex anni illius. AVG. de Con.euā. Sed primo ad Annam ductus est socerum Cayphæ, sicut Ioannes dicit, q̄ ad Caypham, vt Matthæus dicit. Marcus autem & Lucas nomē non dicūt pontificis. CHRY. Ideo autē ducitur ad domū pontificis, vt de consensu principis sacerdotum singula quæque facerent. illuc enim omnes conuenerant Christum præstolantes, magnus autem seruor Petri ostenditur qui non aufugit, cum alios fugientes vidisset. Sequitur enim {Petrus vero sequebatur eum a longe. AMBRO. Bene a longe sequebatur iam proximus negatur: neque enim negare potuisset, si Christo ꝓximus adhæsisset. Sed in hoc fit reuerendus, quòd dominum nō reliquit etiam cū timeret, metus naturæ est cura pietatis. BEDA. Quod autem ad passionem euntem dominum a longe sequitur Petrus, significat ecclesiam secuturam quod est imitatura passionem domini: sed longe differenter, ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. AMBRO. Iam autem in domo principis sacerdotum ignis ardebat, vnde sequitur: {Accen.autem igne in medio atrii & circū.il.erat Pe.in me.eorum.} Accesit Petrus vt calefaceret se: qa clauso domino, calor mētis iā in eo refrigerat. CHRY. Traditæ enim erant Petro claues regni cœlorum: credenda erat ei populorū innumera multitudo, quæ esset inuoluta peccatis. Erat autem Petrus Paulo durior, sicut truncata serui principis sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus tamque seuerus, si donum non peccandi fuisset adeptus, quæ venia commissis populis donaretur? quem diuina prouidentia permisit, quòd primo ipse laberetur in peccatum: quo erga peccantes duriorem sententiam proprij casus intuitu tēperaret, & cum se calefacere vellet ad prunas, accessit ad eum puella de qua sequitur: {Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit:} Et hic cum illo erat. AMBRO. Quid sibi vult q̄ primo eum prodit ancilla, cum viri vtique magis potuerint eum recognoscere, nisi vt iste sexus peccare in nece domini videretur, vt & iste sexus redimeretur per domini passionem? Petrus autem proditꝰ negat, malo enim negasse Petrum q̄ dominum fefellisse, vnde sequitur. {At il.nega.di. Mulier non noui illum. CHRY. Quid ais o Petre? Vox tua repente mutata est, os enim plenum fidei & amoris, in odium perfidiamque conuersum est, non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta: qui te interrogat, nullus est eorū qui auctoritate sui possit formidinem incutere confitenti mulier te simplici voce interrogat, & forte nec proditura confessum, nec tamen mulier, sed puella ostiaria, vile mancipium. AMBRO. Sed ideo negauit Petrus quia promisit incaute, non negat in mōte: non in templo, non in sua domo. sed in prætorio Iudæorum. Ibi negat, vbi Iesus ligatus est, vbi veritas non est. Negans autē dicit: {Non noui illum.} temerarium quippe erat, vt diceret, q̄ nouerat eum, quem mens humana non potest comprehendere, nemo enim nouit filium nisi pater. Rursum secunda vice negat Christū. Sequitur enim {Et post pusillum, alius videns eum dixit. Et tu de illis.} AVGV. De Concor.euan. Intelligitur autem q̄ in hac secunda negatione, a duobus est compellatus, ab ancilla scilicet quā commemorant Matthæus & Marcus, & ab alio quem commemorat Lucas. Hoc ergo quod hic Lucas dicit, & post pusillum, ia egressus ianuam Petrus & primum gallus cantauerat vt Marcus dicit, iam redierat, vt quemadmodum dicit Ioannes, ad focum stans iterum negaret, De qua negatione sequitur. {Petrus vero ait: o homo, non sum. AMBRO. Maluit enim se negare, quam Christum, aut quia videbatur negare Christi societatem, vtique se negauit. BEDA. In hac autem negatione Petri dicimus non solum ab eo negari Christum qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse christianum. AMBRO. Tertio quoque interrogatur. Sequitur enim. {Et inter.fa.qua.ho.

A vnius, alius qui.affir.di. Vere & hic cum illo erat.} AVGV. de Concor.euangel. Quod Matthæus & Marcus dicunt post pusillū: quantum esset hoc temporis manifestat hic Lucas dicendo: {Et interuallo facto quasi horæ vnius: de hoc autem interuallo tacet Ioannes: Item quod Matthæus & Marcus non singulari sed plurali numero enunciāt eos qui cum Petro agebant, cum Lucas & Ioannes vnum dicant, facile est intelligere: aut pluralem numerum pro singulari vsitata locutiōne vsurpasse Matthæum & Marcum, aut q̄ vnus maxime tāquam qui eum videret affirmabat, cæteri autem secuti eius fidem Petrū simul vrgebant. Iam vero illud quod Matthæus ipsi Petro dictum asseuerat. Nonne te vidi i orto. Marcus autē & Lucas inter se illos de Petro locutos, aut sententiam intelligimus tenuisse eos, qui compellatū dicunt Petrum: tantum enim valet quod de illo coram illo dicebatur, quantum si illi diceretur, aut vtiq; modo dictum, & alios hunc, alios illum modum commemorasse. BEDA. Subdit autem. {Nam & galilæus est.} non q̄ alia lingua galilæi, atque alia loquerentur Hierosolymitæ, qui vtrique fuerunt Hebræi, sed q̄ vnaquæque prouincia & regio suas habendo proprietates, vsitatū loquendi sonum vitare nō possit: Sequitur {Et ait Petrus, o homo nescio quid dicis.} AMB. Hoc est, sacrilegia vestra nescio, sed nos excusamus, ipse non excusauit. Non enim satis est inuoluta responsio confitentis Iesum, sed aperta confessio. & ideo Petrus non de industria respondisse sic inducitur, quia postea recordatus est & tamen fleuit. BEDA. Solet autem sacra scriptura sæpe meritum cacodarum per meritum designare temporum. vnde Petrus, qui media nocte peccauit, ad gallicātum pœnituit. Sequitur enim {Et continuo illo adhoc loquente gallus cantauit.} Quia quod in tenebris obliuiōis errauit, veræ lucis rememoratione correxit. AVG. de Concor.euan. Galli autem cantum post trinam negationē Petri intelligimus, sicut Marcus expresit. BEDA. Hunc gallum mystice opinor aliquem doctorum intelligendum, qui iacentes & somnolentos increpat dicens: Euigilate iusti, & nolite peccare. CHRY. Admirare autem curam magistri, quia cum vinctus esset, multa vtebatur prouisione erga discipulum, quem nutu erigens ad lachrymas prouocauit. Sequitur enim. {Et conuersus dominus respexit Petrum. AVG. de Concor.euange. Quod quomodo accipiendum sit, diligentius considerandum est. Dicit enim Matthæus. Petrus enim sedebat foris in atrio, quod non diceret, nisi illa cum domino intus agerentur. Similiter & in eo quod dixit Marcus. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, ostendit nō solum in interioribus, sed etiam in superioribus gesta, quæ dixerat. Quomodo ergo respicit dominus Petrū facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinitus facta. Et sicut dictum est. Respice & exaudi me, & conuertere domine, libera animam meam, ita dictum arbitror. {Conuersus dominus respexit Petrum. BEDA. Respicere namque eius, misereri est, quia non solum cum agitur pœnitentia, verum etiam vt agatur Dei misericordia necessaria est. AMBRO. Denique quos Iesus respicit, plorant delictum. vnde sequitur. {Et recordatus est Petrus verbi domini quod dixerat, Quia prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Quare fleuit? quia erauit vt homo, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri. Negauit primo & secundo & non fleuit, quia adhuc non respexerat dominus. Negauit tertio, respexit eum Iesus, & amarissime fleuit, & tu si veniam vis mereri, dilue lachrymis culpam tuam. CHRY. Non autem audebat Petrus palam flere, ne a lachrymis deprehenderetur: sed foras exiens lachrymabatur. Flebat autem non propter pœnam: sed quia dilectum negauerat, quod molestius erat ei quolibet supplicio.

p ¶ AVG. de Con.euā. De Petri tentatione, qui inter domini contumelias facta est, non eodem ordine omnes narrant. Nam illas primo commemorat Matthæus, & Marcus, deinde Petri tentationem. Lucas vero explicauit prius tentationem Petri, deinde dñi contumelias dicens: {Et viri qui tenebant eum, illudebant ei, cedentes. CHRY. Cæli & terræ dominus cæsus sustinet, & patitur impiorum ridicula, formam nobis patientiæ præbens.

THEO.

Lib.3.c.6.

Lib.3.c.6.

Lib.3.c.6.

Lib.3.c.6.

Universidad de Deusto Biblioteca

THEO. Necnon dominus Prophetarum, vt pseudo Propheta deluditur. Sequitur. {Et vela. eum, & percu. fa. eius, & inter. eum di. Prophe. no. quis est qui te percussit?} BEDA. Hæc quasi in contumeliam faciebant eius, qui se a populis Prophetam voluit haberi. Sed tunc qui cæsus est colaphis Iudæorum, ceditur etiam nunc blasphemiis falsorum Christianorū. Velauerunt autē eū, non vt eorum illa scelera nō videat, sed vt a se ipsi faciem eius abscondant. Hæretici autem & Iudæi, & mali catholici eum reprobis actibus exacerbantes, quasi illudentes dicunt: {Quis est qui te percussit? dum ab illo suas cogitationes, & opera tenebrarum cognosci nō æstimant. Lib.3.c.6 AVG. de Cō. Euan. Hæc autem intelligitur passus dominus vsque mane i domo Principis Sacerdotum, quo prius adductus est. vnde sequitur. {Et vt fa. est dies conue. Senio. ple. & Prin. Sacer. & Scri. & dux. eum in consi. su. di. Si tu es Christus dic nobis.} BEDA. Non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Si quidem Christū hominem tantummodo de stirpe Dauid venturum sperantes: hoc ab eo quærebant, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniarētur, ꝙ sibi arroget regiam potestatem. THEO. Ipse vero sciebat eorum præcordia, ꝙ qui nō crediderant operibus, multominus sermonibus crederent. vnde sequitur. {Et ait illis: {Si vobis dixe. non cre. mihi.} BEDA. Sæpe enim dixerat se Christum esse: puta cum dicebat: Ego & pater vnum sumus, & cætera talia. {Si autem interro. non respon. mi: neque dimittetis.} Interrogauerat enim eos, qūo dicerent Christū filium esse Dauid, cum Dauid in spiritu dominum suū illum vocauerit: verum illi neque dicenti credere, neque interroganti respondere voluerunt, quia autem semen Dauid calumniari quærebant plus est quod audiūt. Sequitur. {Ex hoc autem erit fi. ho. se. a dex. vir. Dei.} THEO. q. d. Non est vobis de cætero tempus sermonum, & doctrinæ, sed deinceps iudicii tempus erit, cum videbitis me filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. CYRIL. Cum autem de Deo sessio dicitur atque thronus, regia & vniuersis principans dignitas designatur. Non enim putabamus tribunal quoddam positum esse, cui credamus inniti dominum omnium, sed nec omnino dextrum, vel sinistrum esse pœnes diuinam naturam. proprium enim est corporum figura, & locus, & sessio: Qualiter autem paris honoris: paris quoque consessus filius videbitur esse, si non est secundum naturam filius, naturalem in se proprietatem habens patris. THEO. Hoc igitur audientes timere debebant, sed illi post hæc verba magis insaniunt. vnde sequitur. {Di. autem omnes. Tu ergo es fi. Dei?} BEDA. quòd se filium Dei dixerat, acceperunt in eo quod ait. {Erit fi. ho. se ad dex. vir. Dei.} AMBRO. Dominus autem maluit se regem probare, quàm dicere, vt condemnandi causam habere non possint, qui quod obiiciunt hoc fatentur. Sequitur. {Qui ait: Vos di. quia ego sum.} CYRIL. Hoc autem dicente Christo, succensuit Pharisæorū cohors vsurpans ignominiæ vocem. vnde sequitur. {At il. dixe. Quid adhuc desi. testi. ipsi enim audi. de ore eius.} THEO. Ex quo patet, ꝙ inobedientes nulla commoda ferunt reuelatis sibi secretioribus, sed maiorem pœnam acquirunt, propter quod talia oportet eis esse occulta.

Prophetiza. Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemātes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt Seniores plebis & principes Sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, non credetis mihi: si autē & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius Dei? Qui ait: Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore ei⁹.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum, duxerūt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regē esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens: Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens ait: G Tu dicis. Ait autem Pilatus ad Principes Sacerdotū & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes. commouit populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens a Galilæa vsque huc.

b Pilatus autem audiens Galilæā, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. H Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem

CAP. XXIII.

Lib.3.c.7. AVG. de Con. Euan. Postquàm compleuit Lucas narrando Petri negationem, recapitulauit quę cum domino gesta sunt circa mane, cōmemorans quædam quæ alii tacuerunt, atque ita contexuit narrationem, similia aliis narrans cum dicit. {Et sur. omnis mul. eo. duxe. il. ad Pila- F tum.} BEDA. Vt impleretur sermo Iesu quem de sua morte ꝑdixit: Tradetur Gentibus. s. Romanis. nā Pilatus Romanus erat, eumque Romani in Iudæam Præsidem miserant. Lib.3.c.8. AVG. de Cō. Euan. Deinde apud Pilatum gesta sic narrat. Cœperunt autem eū accusa dicentes: Hunc inue. subuer. gen. no. & prohi. tri. da. Cæsa. & di. se Chri. re. esse. Hoc Matthæus, & Marcus non dixerūt, cum tamen dicerent, ꝙ eum accusabāt, sed iste etiam ipsa crimina, quæ falso obiecerunt aperuit. THE. Euidenter autem aduersant veritati. Non enim Dominus prohibuit dare censum, sed magis dare iussit. Qualiter autem populum subuertebat, an vt regnum aggrederetur? sed hoc est incredibile cunctis, qa volente multitudine tota eum in Regem eligere, sciens fugit. BEDA. Duobus autē domino obiectis, scilicet ꝙ & tributa Cæsari dari ꝓhibuerit, & se Christū Regem diceret, potuit fieri vt illud quod dominus ait. Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, etiam Pilatum audisse contigerit. Ideoque causam hāc quasi apertū Iudæorum mendacium paruipendens, solum quod nesciebat, de regni verbo interrogandum putauit. Sequitur. {Pila. autem inter. eum di. Tu es Rex Iudæorum?} THEO. Mihi videtur, ꝙ hoc a Christo quæsierit contemptum obiecti criminis subsanando. q. d. Tu pauper humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quod opus est multorū adiutoriū, & sumptuū. BEDA. Eodem autem verbo præsidi, quo & principibus Sacerdotum respondet, vt propria sententia condemnetur. Sequitur. {At il. resp. ait: Tu dicis.} THEO. Illi autem cum nihil aliud faueret eorū I calumniæ, recurrunt ad clamorum subsidia. Sequitur. {At il. inua. dicentes: Cō. popo. do. per vni. Iudæ. inci. a Gali. vsque huc. q. d. Peruertit populum, nec in vna parte tantum, sed a Galilæa incępit, & hucusque peruenit transiens per Iudæam: puto autem eos non absque causa meminisse Galileæ, sed volentes incutere timorem Pilato. Galilæi enim scismatici fuerunt, & noua tentantes, qualis fuit Iudas Galilæus, cuius in actibus Apostolorum fit mentio. BEDA. His autem verbis non illum, sed se accusant. Docuisse enim populum & a pristini temporis ignauia docendo commouisse, talique actu totam terram promissionis pertransisse non criminis, sed indicium est virtutis. AMBR. Accusatur autem dominus & tacet, quia defensione non indiget, ambiant defendi q̄ timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Quid ergo timeret, qui non ambit salutē? solus vim suam prodit, vt acquirat omnium.

h ¶ BEDA Pilatus de præmissa accusatione non interrogandum dominum ratus, sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo K iudicando liberum reddere. vnde dicitur. {Pilatus autem audi. Galilæam, interro. si homo Gali. esset. Et ne contra eum quem insontem, & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiā dare cogeretur, Herodi eum misit audiendum, vt ipse potius eum q. eius patriæ Tetrarcha existebat, vel absolueret, vel puniret. Sequitur. {Et vt cogno. ꝙ de Hero. potestate esset remi. eum ad Hero. qui & ipse Hiero. erat illis diebus.} THEO. In hoc sequitur legem Romanam, quæ iubebat quemlibet a principe suæ iurisdictionis condemnari. Cap.30. GREG. 10. Mor. Christi autem famam Herodes explorare voluit, cum eius miracula videre concupiuit. Sequitur. {Hero. autem vi. Ie. gaui. est val. Erat enim cu. ex mul. tem. vi. illum.} THEO. Non tamquam lucraturus quicquam vtilitatis ex eius aspectu, sed patiens nouorum cupidinem, credebat videre quendam extraneum hominem, de quo audierat, ꝙ sapiens, & mirificus esset. vnde sequitur. {Eo ꝙ audi. mul. de il. & spe. sig. ali. vi. ab eo fieri.} Volebat etiā audire ab eo quid diceret: & ideo interrogat eum quasi derisoriē se habens ad ipsum, & eum subsannans.

sannans.

eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabāt autem principes sacerdotum & scribæ cōstanter accusantes eū. Spreuit autē illum Herodes cū exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nā antea inimici erant ad inuicem.

c Pilatus autem cōuocatis principibus sacerdotū, & magistratibus & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hūc hominē quasi auertentē populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullā causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignū morte actum est ei. Emēdatum ergo illum dimittā. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabā. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidiū missus in carcerem. Iterū autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabāt dicētes. Crucifige, crucifige eū. Ille autem tertio dixit ad illos. B Quid enim mali fecit iste? Nullam causā mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabāt vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, & inualescebāt voces eorū. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autē illis eū, qui propter homicidiū & seditionē missus fuerat in carcerem quem petebant. Iesum vero tradidit voluntati eorum.

C d Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenēsem venientem de villa, & imposuerunt illi crucem por

sannans. Sequitur: {Interro. autem illum multis sermonibus.} Iesus qui cuncta ratione peregit, & qui teste Dauid suos sermones in iudicio disponit, pium esse iudicauit in talibus habere silentiū. Sermo enim prolatus ei cui nihil proficit: condemnationis fit causa. vnde sequitur: {Et ipse nihil ei respōdebat.} AMBRO. Tacuit & nihil fecit, qa nec illius credulitas merebatur videre diuina. Et Dominus iactantiam declinabat, & forte typice in Herode omnes impij significantur, qui si legi non crediderint & prophetis, mirabilia Christi opera in euāgelio videre nō possunt. GRE. xxij. Mo. Hoc etiam audiētes nos oportet addiscere, vt quoties auditores nostri nostra volunt quasi laudando cognoscere, non autem sua peruersa mutare, oīno taceamus, ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, & illorum quæ erat culpa esse non desinat, & nostra quæ non erat, fiat. Multa autem sūt quæ audiētis animū perdunt, maxime si auditores nostri & semper laudāt quod audiunt, & nūquam Cap.30. quod laudant sequuntur. GRE. x. Mora. Inquisitus ergo redēptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempsit, seseq; apud se in occultis retinens eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit, magis eligens aperte a superbientibus despici, q̄ a non credentibus vacua voce laudari. vnde sequitur: {Sta. autem prin. sacer. & scri. con. accu. eum spre. autem il. Hero. cum exer. suo: & illu. indu. veste alba, & remi. ad Pilatum.} AMBRO. Non ociosum ꝙ veste alba induitur ab Herode: immaculata tribuens, indicia passionis, ꝙ agnus Dei sine macula cum gloria mundi peccata susciperet. THEO. Tu tamen considera ꝙ per ea quæ facit diabolus impeditur, congerit derisiones & opprobria in Christum ex quibus declaratur quòd dominus seditiosus non sit, alioquin non derideretur plebe reddita suspecta, & nouitatibus gaudente. Missio autem Christi a Pilato ad Herodem fit amicitię cōmunis exordium, quasi Pilato non vsurpante sibi subditos ditioni Herodis. vnde subditur. {Et fa. sunt ami. He. & Pi. in ipsa die: nam ante ini. erant adinuicem.} Attende diabolum vbique coniungentem disiuncta, vt Christi peragat necem. Erubescamus ergo nos, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio federe conseruemus. AMBRO. In typo etiam Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, & plebis Israelis & populi gentilis figura seruatur, ꝙ per domini passionem vtriusque sit futura concordia, ita tamen vt prius populus nationū capiat Dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi quod ante despexerat. BEDA. Vel hoc Herodis & Pilati fedus significat, ꝙ gentiles & Iudæi genere & religione & mente diffidentes, in Christianis persequendis consentiunt.

Lib.3.c.8. c ¶ AVG. de Con. euan. Rediens Lucas ad ea quæ apud præsidem gerebantur. vnde digressus erat vt narraret quod apud Herodem actum est, ita dicit: {Pilatus autem conuo. prin. sacer. & ma. & ple. di. ad eos: obtu. mi. hunc ho. quasi auer. po. & ec. ego co. vo. inter. nul. cau. inue. in ho. isto ex his in qui. eum accusatis.} Hic intelligimus eum prætermisisse quemadmodum a domino quæsierit: quid accusatoribus respōderet. AMBRO. Hic Pilatus Christum absoluit iudicio, crucifigit ministerio, ad Herodem mittitur: ad Pilatum remittitur. vnde sequitur. {Sed neque He. nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.} Et si vterque reum non pronunciat, ob metum tamen alienæ crudelitatis studiis Pilatus obsequitur. THEO. Duorum ergo virorum testimonio Iesus insons ostenditur, Iudæi vero qui accusabant nullum testem obtulerunt, cui credere oporteret. Vide ergo quomodo superet veritas: Iesus tacet, & testantur inimici, proclamant Iudæi, & nullus eorum attestatur clamoribus. BEDA. Pereant A ergo scripta quæ tanto post tempore contra Christum composita non illum apud Pilatum magicæ artis accusatum: sed componētes apud dominum perfidiæ & falsitatis accusandos esse demonstrant. THEO. Lentus ergo Pilatus nec satis apud veritatem seuerus, quia timebat accusationes subiungit. {Emendatum ergo illum dimittam. BEDA. q. d. Flagris illum & ludibrijs quantum iubetis afficiam, dūmodo innoxium sanguinē non sitiatis. Sequitur. {Necesse autem habe. dimit. eis ꝑ diē festum vnū.} Necesse habebat non imperialis legis sanctione: sed annua gentis cōsuetudine deuictus, cui per talia gaudebat placere. THEO. Romani enim Iudæis cōcesserāt secundum leges & ritus proprios conuersari. Mos autē patrius erat Iudæis petere damnatos a principe, sicut a Saule Ionathan petiuerūt. vnde & de eorū petitione nūc subditur. {Exclama. aūt si. vni. tur. di. Tolle hunc & dimit. no. Bar. qui erat ꝑꝑ sedi. quandā factā in ciui. & homi. mis. in carcerem.} AMB. Non immerito homicidæ absolutionē petunt, qui flagitabant innocentis exitium, tales leges habet iniquitas, vt qđ oderit innocentia, scelus diligat. In quo tamen nominis interpraetatio speciem dat figuræ, Barrabas enim patris filius latine dicitur. Illi ergo quibus dicitur. Vos ex patre diabolo estis, vero Dei filio, patris sui filium, idest Antichristum prælaturi esse ꝓduntur. BEDA. Heret autem Iudæis vsque hodie sua petitio: quia enim data sibi optione, pro Iesu latronē, pro saluatore interfectorem elegerunt, merito salutem vitamque perdiderunt, & latrocinijs se ac seditionibus intantum subiecerunt vt & patriam & regnum suum perdiderint. THEO. Sic ergo gens olim sancta D furit ad cędendum, Pilatus gentilis cædem prohibet. Sequitur. n. {Iterum aut Pila. locu. est ad il. vo. di. Iesum. At il. succla. di. Cru. cru. eum. BEDA. Pessimo enim genere mortis occidere innocentem, hoc est crucifigere desiderant. Pendētes enim in ligno crucifixi clauis ad lignum pedibus manibusq; confixis producta morte necabantur, ne dolor citius fineretur. Verum a domino electa erat mors crucis, quam diabolo superato, tamquam tropheum in frontibus fidelium erat positurus. THEO. Tertio autem Pilatus Christum absoluit. Sequitur enim {Ille autē ter. dixit ad il. Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. Cor. ergo il. & dimittam.} BEDA. Hanc correptionem qua populo satisfaceret, ne vsque ad crucifigendum Saluatorem sæuirēt, Pilatus quærebat non solum obtulisse, sed etiam deridendo & flagellando exhibuisse, verba Ioannis testantur. Quia vero totā accusationem quā aduersus dominum detulerūt, solicita Pilati interrogatione videbāt euacuatā, tandem ad solas se preces conuertūt. E vnde sequitur: {At illi insta. vo. ma. postu. vt cru. & inua. vo. eorū.} THEO. Tertio clamant contra Christum, vt per trinam hanc vocem, suam esse occisionem Christi approbent, quam petendo extorserunt. Sequitur enim: {Et Pilatus adiu. fieri peti. eorum, dimi. autem eum il. qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in car. Iesum vero tradi. volun. eorū. CHRY. Putabant enim hoc se posse astruere ꝙ Iesus deterior esset latrone, & adeo nequam, vt neque pro pietate, neque pro festi prærogatiua deberet liberari.

d ¶ GLO. Posita condemnatione Christi, conuenienter agit de eius crucifixione cum dicitur. {Et cum ducerēt eum, apprehenderunt Simonem quēdam Cyrenensem venientem de villa, & imposuerunt ei crucem portare post Iesum.} AVG. de Con. euā. Lib.3.ca.10 Ioannes autem narrat ꝙ Iesus baiulabat sibi crucem. vnde intelligitur ꝙ ipse sibi portabat crucem cum exiret in eum qui dicitur caluariæ locum. Simon autē in itinere angariatus est. cui data est portanda crux vsque ad locum. nullus enim aliorum acceptabat crucem baiulare, eo ꝙ lignū detestabile putabatur, & ideo Simoni

Cyreneo

Universidad de Deusto Biblioteca

Cyreneo quaſi in quandam iacturam impoſuerunt crucem portare, quam alii recuſabant. Hic adimplet illud Iſaiæ: Cuius principatus ſuper humerum eius: principatus enim Chriſti eſt crux eiꝰ propter quam ſecundum Apoſtolum Deus eum exaltauit. Et ſicut in ſignum dignitatis alii baltheum, alii mitram portant. ſic & dominus crucem. Etſi inquires, inuenies nō aliter in nobis regnare Ieſum, niſi per aſperitates, quo fit vt delicioſi inimici ſint Chriſti crucis. AMBR. Chriſtus ergo crucē baiulās: iam tropheū ſuum victor attulit, crux ſuper humeros imponitur, quia ſiue Simon, ſiue ipſe portauerit, & Chriſtus ī homine, & homo portauit in Chriſto. Nec

tare poſt Ieſum. Sequebatur autem illū multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas, dixit Ieſus: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſup me: ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lacta-

diſcordant Euangeliſtarum ſententiæ, quoniā concordat myſterium. Et bonus ordo noſtri profectus eſt, vt prius crucis ſuæ trophea ipſe erigeret: deinde martyribus traderet erigendum. Non Iudæus eſt, qui crucem portat, ſed alienigena, atque peregrinus, nec præcedit, ſed ſequitur, iuxta hoc quod ſcriptum eſt: Tollat crucem ſuam & ſequatur me. BEDA. Simon autem obediens Cyrene hæres interpretatur. vnde per eum populi gentium deſignātur, qui quondam peregrini & hoſpites teſtamentorum nunc obediendo facti ſunt Dei hæredes. De villa autem Simon egrediens, crucem portat poſt Ieſum, cum Paganis ritibus derelictis, veſtigia
πάγος dominicæ paſſionis obedienter amplectitur. Villa enim græce pagos vocatur, a qua Pagani nomen trahunt. THEO. Vel ille tollit crucem Chriſti, qui venit a villa, id eſt dimittit hunc mundum & opera eius: in Hieruſalem .i. in ſupernam libertatem tendens. Ex hoc etiam non modicum ſumitur documentum. Qui enim admodum Chriſti magiſter eſt, debet ipſe prius tollere crucem, & timore Dei propriam carnem configere, & ſic ſubditis, & obedientibus eam imponere. Sequitur autem Chriſtum etiam multitudo plebis, & mulierum. nam ſubditur. {Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.} BEDA. Multa quidem turba crucem domini, ſed nō vna eademque mente ſequebatur. Nam populus, qui eius mortem impetrauerat, vt morientem lætus aſpiceret, mulieres vero, vt moriturum plorarent. Non autem ideo ſolus mulierum planctus ſequebatur, quia non etiam innumerus virorum cætus de eius erat paſſione mœſtiſſimus, ſed quia fęmineus quaſi contemptibilior ſexus liberius poterat quod ſenſerat oſtentare. CYRILL. Amans etiam lachrymarum eſt ſemper ſexus fęmineus, & mentē habens flexibilem ad pietatem. THEO. Per hoc etiam ſignificabatur, ꝙ multitudo magna Iudæorum eſſet poſt crucem itura credens in Ieſum. Sed & mens infirma quæ ſignificatur per fęminam, ſi ſumpta cordis cōtritione per pęnitentiam fleat, ſequitur Ieſum propter noſtram ſalutem afflictum. Flebant igitur mulieres per compaſſionem. Eum autem qui vltro patitur flere non oportet, ſed magis ei applaudere: & ideo eas flere vetat. Sequit̄ enim. {Conuerſus autem Ieſus ad illas dixit. Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me.} BEDA. Cuius. ſ. cita reſurrectio mortem ſoluere poteſt, cuius mors & omnem mortem & ipſum mortis deſtructura eſt auctorem. Notandum autem cum filias Hieruſalem appellat, ꝙ non ſolæ, quæ cum eo venerant a Galilæa, ſed & eiuſdem vrbis ciues et mulieres adhæſerunt. THEO. Mandat de plorantibus eum in futura mala proſpectum intendere, & ſuper illis flere. Sequitur enim {ſup voſipſas flete, & ſup filios veſtros.} CYRIL. Significans in futuro mulieres liberis eſſe orbandas: nam irruente bello in terra Iudæorum, cuncti ſimul peribunt magni & parui. vnde ſequitur. {Quia ecce veniēt dies, in quibus dicent: beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerūt. THEO. Cum enim fęminæ crudeliter ſuos aſſabunt filios & vētrem, qui produxerat flebiliter: iterato recipiet genitum. BEDA. In quo die venturæ a Romanis obſidionis & captiuitatis tempus ſignificat, de quibus ſupra dixerat. Væh prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Naturale eſt autem imminente captiuitate hoſtili, alta, vel abdita, quibus abſcondantur homines refugia quærere. vnde ſequitur. {Tunc incipient montibus dicere. Cadite ſuper nos, & collibus: operite nos.} Refert enim Ioſephus inſiſtētibus ſibi Romanis: certatim Iudæos cauernas montium, colliumq; petiſſe ſpeluncas: poteſt autem & ex ſuperfluo, ꝙ beatificandas dicit ſteriles de his intelligi, qui vtrolibet ſexu ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum montibus, collibuſq; dici, cadite ſuper nos, & operite nos, cum quilibet ſuæ fragilitatis memores, ingruente tentationum articulo, ſublimium quorumcumque virorum quę

F ſierint exemplis monitis & precibus defendi. Sequitur. {Quia ſi in vi. li. hæc fa. in ari. quid fiet?} GREG. 12. Mora. Se lignum viride, & nos lignum aridum dixit, quia ipſe in ſe vim diuinitatis habuit: nos vero, qui puri homines ſumus, lignum aridum appellamur. THEO. q. d. Iudæis: Si ergo in me lignum fructiferum iugiter virens taliter ſeuierunt Romani, qd non attentabunt erga vos? populum dico quaſi lignū aridū, priuatum qualibet viuificante virtute, nec vllum fructum ferentē. BEDA. vel quaſi omnibus diceret. Si ego, qui peccatum nō feci, lignū vitæ appellatus ſine igne paſſionis a mundo nō exeo, quid putas eis manere tormenti, qui ſunt fructibus vacui? THEO. Malam autem opinionem de domino innuere volēs diabolus, etiam latrones faciebat crucifigi cum eo: vnde ſequitur. {Duce. autem & alii duo nequam cum eo vt interficereutur.

Cap.4.

uerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos. Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur.
e Et poſtquàm venerunt in locum, G qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerūt eū, & latrones, vnū a dextris, & alterum a ſiniſtris.

e ¶ ATHANA. vbi corruptum eſt genus humanū, ibi Chriſtus proprium corpus expoſuit, vt vbi ſeminata eſt corruptio, ibidem incorruptio oriatur, propter quod in loco Caluariæ crucifigitur. Dicitur enim {Et poſtquàm vene in lo. qui vo. cal. ibi cruci. eum. Quem locum doctores Iudæorum aiunt eſſe ſepulchrum Adæ. BEDA. vel aliter: Foris portam loca erant, in quibus trūcabantur capita damnatorum, & Caluariæ .i. decollatorum ſumpſerunt nomen: Et ſic pro omnium ſalute quaſi noxius, inter noxios crucifigitur, vt vbi abundauit peccatum, ſuperabunder & gratia. H CYRIL. Non autem ipſe vnigenitus Dei filius in propria natura qua Deus eſt, paſſus eſt, quæ ſunt corporis, ſed magis in natura terrena. Decet enim vtrumque de vno & eodem filio dici. ſ. & non pati diuinæ, & paſſum eſſe humanitus. EVSE. Si autem aliter poſt conuerſationem cum hominibus euaneſcens ſubito euolaret fugiens mortem ab hominibus compararetur phantaſmati, & quemadmodum ſiquis incombuſtibile quoddam nobis vas, & præualens ignis naturæ vellet oſtendere, flammæ illud traderet, & conſequenter a flamma illud illęſum extraheret. Sic Dei verbum volens oſtendere inſtrumentum, quo vſus eſt ad humanam ſalutē eſſe præualens morti, mortale morti expoſuit ad demonſtrandam eius naturam: deinde poſt modicum a morte illud eripuit in ſignū diuinæ virtutis. Et prima quidem cauſa mortis Chriſti hæc eſt, ſecunda vero diuinæ poteſtatis oſtenſio, corpus Chriſti inhabitantis: cum enim antiquitus deificarent homines, communem exitum mortis ſortitos, quos heroas & diuos nominabant, docuit illum ſolum mortuum verum Deum eſſe fatendum, quem brauia I victoriæ morte proſtrata decorant. Tertia ratio eſt victima pro toto genere hominum mactanda, qua oblata, tota poteſtas dæmonum periit, & error quilibet eſt ſedatus. Eſt & alia cauſa ſalutiferæ mortis, vt diſcipuli oculata fide conſpicerent reſurrectionem poſt mortem, ad quam propriamſpem erigere docebantur, vt mortem contemnentes: agonem contra errores inirent alacriter. CHRY. Non autem ſui mortem quam non habebat, cum ſit vita, ſed hominum venit conſumpturus Saluator. vnde non propria morte corpus depoſuit, ſed ab hominibus illatam ſuſtinuit, ſed & ſi ægrotauiſſet corpus eius, & in conſpectu omnium ſolueretur, inconueniens erat eum, qui ſanare aliorum languores habere proprium corpus affectum languoribus: ſed etſi abſque aliquo morbo ſeorſum alicubi corpus depoſuiſſet, ac deinde rurſus ſe offerret non crederetur ei de reſurrectione differenti: oportet enim mortem reſurrectionem præcedere. Cur ergo reſurrectionem palam qui- K dem prædicaret: clanculo vero moreretur? nimirum ſi latēter hęc eueniſſent, quod excogitarent homines incredulitatis calumnias, quomodo pateret Chriſti in mortem victoria, niſi coram omnibꝰ eam patiens per incorruptionem curporis probaſſet extinctam? Sed dices, decebat ſaltem glorioſam mortem ſibi excogitare, vt euitaret ignominiam crucis, ſed etſi hoc feciſſet, ſuſpectum ſe reddidiſſet, quaſi non habens virtutem contra quamlibet mortem. Sicut ergo pugil proſternens illum quem hoſtes obtulerint oſtenditur excellentior omnibus, ſic omnium vita ab hoſtibus illatam, quam putabant eſſe diram, & infamem, & deteſtabilem mortem in cruce ſuſcepit, vt hac interempta, dominium mortis totaliter deſtruatur, propter quod non caput ei amputatur vt Ioanni, neq; ſectus eſt vt Iſaias, vt corpꝰ integrum & indiuiſibile morti ſeruet, & non fiat occaſio volentibus eccleſiam diuidere. Volebat etiam ſupportare quam incurreramus maledictionem, maledictam mortem. ſ. crucis ſuſcipiendo, ſecundum illud, Maledictus homo, qui pendet

pendet in ligno. In cruce etiam expanſis manibus moritur, vt altera quidem manu veterem populum, altera eos, qui ſunt ex gentibus trahat, vtroſque ſibi coniungens. Moriens etiam in cruce a dæmonibus expiat aerem, & aſcenſum nobis parat in cœlum. THEO. Quia etiam per lignum mors intrauerat, neceſſe erat vt per lignum exterminaretur, & vt dominus per ligni dolores inuictus tranſiens cōfutaret delectationē prouenientem ex ligno. GREG. Nyſſenus: Sed & figura crucis a medio contactu in quatuor extrema partita, ſignificat virtutem & prouidentiā eius, qui in ea pependit vbique diffuſam. AVG. de quæſt. no. & ve. teſtamenti: Nō fruſtra etiam tale genus mortis elegit, vt latitudinis, & altitudinis, & longitudinis & profunditatis, de quibus Apoſtolus loquitur magiſter exiſteret. Nam latitudo eſt in eo ligno, quod traſuerſum deſuper figitur: hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quòd ab ipſo ligno vſque ad terram conſpicuum eſt. ibi enim quodammodo ſtatur. i. perſiſtitur, & perſeueratur quod longanimitati tribuitur. Altitudo eſt in ea ligni parte quæ ab illo quod tranſuerſum figitur, ſurſum verſus relinquitur: hoc eſt ad caput crucifixi, quia bene ſperantium ſuperna expectatio eſt. Iam vero illud ex ligno quod fixum occultatur: vnde totum illud exurget: profunditatem ſignificat gratuitæ gratiæ. CHRY. Duos ēt latrones vtrinque crucifixerunt, vt eorum ſuſpitionis fieret particeps: vnde ſequitur. {Et latro. vnū a dextris, alterū a ſiniſtris:} ſed non ita euenit: nam de illis nil dicitur, huius autem crux vbique honoratur. reges diademata deponentes aſſumunt crucem, in purpuris, in diadematibus, in armis, in menſa ſacrata vbique terrarū crux emicat, non talia ſunt humana. Viuentibus enim iſtis, qui egerunt ſtrenue arrident propria geſta, his autem pereuntibus pereunt, ſed in Chriſto totum contrarium. Nam ante crucem omnia mæſta, vt aūt crucifixus eſt, omnia clariora facta ſunt, vt noſcas non purum hominem eſſe crucifixum. BEDA. Duo autem latrones cum Chriſto crucifixi, ſignificant eos, qui ſub fide Chriſti, vel agone martyrii, vel continētiæ arctioris inſtituta ſubeunt, ſed qui hæc pro æterna gloria faciunt dexteri latronis, qui autem humanæ laudis intuiti, ſiniſtri latronis actus imitantur.

f Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis. Non enim ſciūt quid faciunt. Diuidentes vero veſtimenta eius miſerūt ſortes, & ſtabat populus expectans, & deridebant eum principes cum eis dicentes. Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluū faciat: ſi hic eſt Chrs Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei dicentes. Si tu es rex Iudæorum, ſaluum te fac.

f CHRY. Quia dominus dixerat. Orate pro perſequentibus vos: hoc etiam crucem aſcendens fecit. vnde ſequitur: {Ieſus autē di. Pater. di. illis.} Non quia non poſſet ipſe relaxare, ſed vt nos ꝓ perſequentibus orare doceret, non ſolum verbo, ſed & opere. Dicit aūt: {dimitte eis:} ſi & pænituerint. Fauet enim pœnitentibus ſi vellent poſt tantam nequitiam reatus per fidē diluere. BEDA. Neque putandum eſt hic eum fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt eiꝰ paſſionem crediderunt, quod orabat, impetraſſe. Notandum ſane, ꝙ non pro eis orauit, qui filium Dei intellexerūt crucifigere, nec confiteri voluerunt, ſed pro eis, qui neſciebant quid facerent, zęlum Dei habentes, ſed non ſecundum ſcientiam. vnde ſubdit. {Nō enim ſciunt quid faciunt.} GRAECVS. Permanentes vero poſt crucem in infidelitate nullus per ignorantiam iuuari putabit dignis miraculis, ſonora voce ea prædicantibus eſſe Deum. AMBRO. Refert ergo conſiderare qualis crucem aſcendat, nudum enim video: talis ergo aſcendat, qui ſæculum vincere parat, vt ſæculi adiumenta non quærat, victus eſt autem Adam qui veſtimenta quæſiuit, vicit ille qui tegumenta depoſuit, & talis aſcēdit, quales nos auctore Deo natura formauit, talis in paradiſo primus homo habitauerat: talis in paradiſo homo ſecundus intrauit. Pulchre autem aſcenſurus crucem regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias quaſi hominem paſſum eſſe: non quaſi Deum regē, & ſi vtrūque Chriſtus. In Serm. de paſſ. & cru. ATHANA. Qui etiam cunctas conditiones noſtras cauſa noſtri ſuſcepit, induit veſtimenta noſtra ſigna mortificationis Adæ, vt exuat illa, & horum vice induat nos vitam & incorruptionem. Sequitur: {Diuidentes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes:} THEO. Forſitan enim plures eorum egebant, vel forte magis ad opprobrium hoc faciebant, & ex quadam laſciuia: quid enim præcioſum inueniebant in veſtibus? BEDA. In ſorte autem gratia Dei commendata eſt, quia cum ſors mittitur non perſonæ cuiuſquam vel meritis, ſed occulto Dei iudicio ceditur. Lib. 3. c. 12. Tom. 4. AVG. de Con. Euan. Hoc quidem breuiter dictum eſt a tribus Euangeliſtis, Ioannes diſtinctius hic explicat, quemadmodū hoc geſtum ſit. THEO. Deludentes igitur hoc agebant. Nam vbi principes ſubſannabant quid dicere oportet de vulgo? Sequit̄

A enim. {Et ſtabat populus,} qui. ſ. petierat eū crucifigi. {expectās,} ſcilicet finem. Et deridebant eum principes cum eis. AVG. de Concor. Euan. Quia principes dixit, nec addidit Sacerdotum, omnes primates generali nomine complexus eſt, vt ibi poſſent intelligi Scribæ & Seniores. BEDA. Qui etiā nolentes confitent. ꝙ alios ſaluos fecit. Sequitur enim dicentes. Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluum faciat. ſi hic eſt Chriſtꝰ Dei electus. ATHA. Dominus autem vere Saluator non ſaluando ſeipſum, ſed creaturam liberando volebat cognoſci Saluator. Neq; enim medicus, quia ſibi medetur, medicus eſſe cognoſcitur, niſi erga lāguidos artem probet, ſic dominus Saluator exiſtens: non habebat opus ſalutis, neque deſcēdendo de cruce volebat cognoſci Saluator, ſed morando. multo namque maiorem ſalutem mors Saluatoris affert hominibus, quàm deſcenſus de cruce. GRAECVS. Videns autem diabolus nullum eſſe ſibi defenſaculum titubabat, & quaſi aliud non valens, tentauit vlterius propinari Saluatori acetum ad bibendum. Sequitur enim. {Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi.} quod contra ſeipſum facere diabolus ignorabat. Nam amaritudinem iræ ex præuaricatione legis factam qua cunctos detinebat Saluatori præbebat, quam ille ſumens conſummebat, vt vice aceti vinum der nobis in potum, quod ſapientia miſcuit. THEO. Obtulerunt autem milites Chriſto acetum quaſi Regi ſubminiſtrātes. C Sequitur enim {Dicentes. Si tu es Rex Iudæorum, ſaluum te fac.} BEDA. Et notandum, ꝙ Iudæi vocabulum Chriſti ſcripturæ ſibi auctoritate creditum blaſphemantes irrident. Milites vero, vt pote ſcripturarū neſcii, non Chriſto, ſed Regi Iudæorū inſultāt.

Lib.3.c.15.

In Serm.de paſſ. & cru.

g Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eū literis græcis: & latinis, & hebraicis, Hic eſt rex Iudæorum. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blaſphemabat eum, dicens. Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum & nos, Reſpondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu B times Deum, quia in eadem dānatione es. Et nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus. Hic

g ¶ THEO. Aliam attende ſagacitatem dæmonis agitatam in Chriſtum: triplici enim literarum figura promulgabat accuſationem Ieſu, ne. ſ. quemquam tranſeuntem lateat, ꝙ ob hoc ſuſpenſus fuerat, quia ſe Regem faciebat: Dicitur enim {erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper illum literis græcis, latinis, & hebraicis. Hic eſt Rex Iudæorum,} per quod ſignificabatur potentiſſimas Gentium quales erant Romani, prudentiſſimas quales Græci, maxime Deum colentes quale fuit Iudæorum genus, ſubiici debere imperio Chriſti. AMBRO. Merito autem ſupra crucem ponitur titulus, quia non humani corporis, ſed diuinæ poteſtatis eſt regnum quod habet Chriſtus. Lego titulum Regis Iudæorum, cum D lego. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Lego cauſam Chriſti ſuper caput eius ſcriptam, cum lego. Et Deus erat verbum: caput enim Chriſti. Deus. CYRIL. Alter autem latronum eadē cum Iudæis eructabat. Sequitur enim. {Vnus autem de his, qui pēdebant latronibus blaſphemabat eum dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac teipſum & nos.} Alter vero refrenabat voces ipſius. Sequitur enim. {Reſpondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione es.} Sed & ꝓprium reatum confeſſus eſt ſubdens. Et nos quidem iuſte: nam digna factis recipimus.} CHRY. Hic fungitur vice iudicis condēnatus, & incipit de veritate cenſere, qui coram Pilato poſt multa tormenta confeſſus eſt ſcelera. Quia aliud eſt homo cenſor, quem latent intima, & aliud Deus, qui mentes penetrat. Et ibi quidem poſt confeſſionem pœna ſubſequitur, hic autem confeſſio fit ad ſalutem, ſed ad Chriſtum pronunciat innocentem. cum ſubdit E {Hic vero nihil mali fecit.} q. d. Nouam vide iniuriam, honeſtatem damnari cum ſcelere. Nos viuentes cecidimus, hic mortuos ſuſcitauit, nos aliena ſumus furati, hic & ſua iubet tribuere. Beatus igitur latro, aſtantes docebat talia diſſerens, quibus alterū increpabat. Sed ut uidet extinctos auditus aſtantium, redit conſequēter ad eum, qui nouit præcordia. Sequitur enim. {Et dicebat ad Ieſum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.} Crucifixum aſpicis, & dominum profiteris. condemnati vides figuram & Regis prædicans dignitatem. Mille malis imbutus, poſtulas iuſtitiæ fontem reminiſci tuæ nequitiæ, ſed dices: video quidem apparens opprobrium, ſed intueor latens regnum, & tu auertis mea publica ſcelera, & acceptas fidem intentionis occultæ: Diſcipulum veritatis vſurpauit nequitia, diſcipulum nequitiæ non commutabit veritas? GREG. 18. Mora. In cruce claui manus eius, pedeſque ligauerant, nihilque a pœnis in eo liberum, niſi cor & lingua remanſerunt. Inſpirante Deo totū illud ei obtulit, quod in ſe liberū inuenit, vt iuxta hoc quod ſcriptum eſt: Corde crederet ad iuſtitiam, ore cōfiteretur ad ſalutem. Tres autem virtutes,

Cap.25.

quas

quas Apostolus memorat, subito repletus gratia, & accepit latro, & seruauit in cruce. Fidem namque habuit, qui regnaturum Deū credidit, quem secum pariter morientem vidit, spem habuit, qui regni eius aditum postulauit, qui charitatem quoq; in morte sua viuaciter tenuit, qui fratrem & collatronem pro simili scelere morientem de iniquitate sua redarguit. AM. Pulcherrimum autē datur affectandæ conuersionis exemplum, q̄ tam cito latroni venia relaxatur. Cito ignoscit dominus, qa cito ille conuertitur, & vberior est gratia q̄ præcatio: semper. n. domin⁹ plus tribuit quàm rogatur, ille rogabat, vt memor sui esset. De domino autē sequitur. {Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso.} Vita est enim esse cum Christo, & vbi Christus, ibi regnum. THEO. Et quemadmodū quisque Rex victoriosus rediens ex triumpho optima prædarum fert secum, sic & dominus prædatus portionem diabolicarum prædarum. s. latronem ducit secum in paradisum. CHRY. Erat ergo videre Saluatorem in medio latronum, trutinam iustitiæ trutinantem fidem & infidelitatē. Expulit diabolus de paradiso Adā, Christus latronem impulit ante totum orbem, & ante Apostolos. nudo verbo sola fide in paradisum introiuit, ne quis post errores introitum desperaret. Attende celeritatem a cruce in cælos, a condemnatione in paradisum, vt noueris non ad beniuolentiam illius, sed ad clementiam dominum totum fecisse. Si autem iam facta est bonorum retributio, numquid superuacua erit resurrectio? Si enim introduxit latronem in paradisum, corpus autem eius corruptum remansit foris, liquet non esse resurrectionem corporum: hæc dicunt illi. Sed caro quæ fuit laborum participes, numquid priuabitur præmiis? audi Paulum dicentem. Oportet corruptibile hoc incorruptionem induere. Sed si dominus pollicitus est regnum cælorum: introduxit autem latronem in paradisum, nondum ei retribuit præmia. Sed dicunt nomine paradisi regnum cælorum nominauit, vsitato nomine vtens dum alloqueretur latronem, qui nihil audierat de arduis documētis. Quidam autem non sic legunt. {Hodie mecum eris in paradiso. sed sic: Dico tibi hodie, & consequenter: Mecum eris in paradiso. Sed adhuc euidentiorem solutionem subiungemus. nam medici cum vident aliquem desperatum, dicunt, iam mortuus est. Sic & latro, quoniam non amplius timebatur eius regressus ad perditionem, dicitur paradisum intrasse. THEO. Hoc tamen est verius omnibus, q̄ quàmuis omnia promissa fortiti sunt, & latro & alii sanctⁱ, ne sine nobis consumeretur, vt dicitur in Epistola ad Hebræos, sunt tamen in regno cælorum & in paradiso. GREGO. Nyssenus. Hoc iterum oportet discutere quomodo latro censeat dignus paradiso, cum sanctis flammea framea prohibeat introitū? Sed attende, q̄ sermo diuinus eam versatilem dicit vt indignis quidem obuiet, dignis vero liberum ad vitam patefaciat aditum.

Cap.7. GREG. 12. Moral. Vel illa romphæa flammea versatilis dicitur, pro eo quòd sciſſet quandoque venire tempus vt etiam remoueri debuisset, quando scilicet veniret, qui suæ incarnationis mysterio paradisi nobis iter aperiret. AMBRO. Sed & illud solvendum est, quia alii, scilicet Matthæus & Marcus duos cōuitiantes inducunt latrones, iste vnum conuitiātem, vnum regnantem, fortasse & iste prius conuitiatus est, sed repente conuersus est. Potuit etiam de vno pluraliter dici, sicut est illud: In caprinis pellibus ambulabant. Secti sunt, cum solus Helyas melotidem habuisse: Isaias sectus esse doceatur. Mystice autem duo latrones populos peccatores significant per baptismum crucifigendos esse cum Christo, quorum dissensio diuersitatem pariter credentium significat. BEDA. Quicumque enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, per baptismum autem cum peccatores essemus abluimur, sed alii dum Deum in carne passum laudant. coronantur, alii dum aut fidem, aut opera baptismi habere renuerunt, dono quod accepere priuantur.

h CYRIL. Postquam cruci tradiderunt dominum omnium, mundi machina lugebat proprium dominum, & obtenebrata est lux in meridie, s̄m Amos. vñ dicitur. {Erat ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersa terra vsque in horam nonā.} Quod erat manifestum indicium, q̄ forent passuræ caliginem crucifigen-
Lib.3.c.17. tium animæ. AVG. de Concor. Euangelistarum. Hoc autem q̄ de tenebris dictum est, etiam alii duo Matthæus, & Marcus contestantur: Addit autem Lucas: Vnde factæ sunt tenebræ, cum sub-
Cap.15. dit. {Et obscuratus est Sol. AVG. Tertio de ciuitate Dei. Quā Solis obscurationem non canonico cursō syderum accidisse satis ostendit, quòd tunc erat pasca Iudæorum, quod plena Luna solen-
Epist.7. niter agitur. Regularis autem Solis defectio, non nisi fine Lunæ contingit. DIONY. in Epistola ad Policarpum. Cum ambo apud Heliopolim essemus, ambo simul incidentem mirabiliter solī Lunam uotabamus (non enim eiusdē coniunctionis tunc aderat tempus) ipsamq; rursus, ab hora nona vsque in vesperā ad Solis diametrum, supra naturæ vires restitutam. Insuper & eā Lunæ incidentiā obseruauimus ab oriente cepisse, & vsque ad solaris corporis fine peruenisse, ac tum demum resiliſſe, nec ex ea, vt assolet, parte luminis defectum, & restitutionem contigisse, sed ex aduerso diametri. GRAECVS. Hoc igitur prodigium factum est, vt pateret, q̄ qui mortem susceperat gubernator esset totius creaturæ. AMBRO. Sol etiam occidit sacrilegis, vt funesti spectaculum sceleris obumbraret, tenebræ effusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resurgeret.

BEDA. Volens autem Lucas miraculum miraculo adiungere, subiungit. {Et velum templi scissum est medium.} Hoc expirante domino factum est, sicut Matthæus, & Marcus contestantur, sed Lucas præoccupando narrauit. THEO. Per hoc autem dominus ostendebat, q̄ non erunt vlterius sanctasanctorum inaccessibilia, sed tradita in manus Romanorum inquinarentur & eorum aditus pateret. AMBRO. Velum etiam scinditur, quo duorū populorum diuisio synagogæ prophanatio declaratur. Scinditur velum vetus, vt ecclesia noua fidei suæ vela suspendat. Synagogæ velamen suspenditur, vt religionis interna mysteria reuelata, mētis cernamus intuitu. THEO. Per hoc etiam ostenditur, q̄ velum quod sequestrabat nos a sacris quæ sunt in cælo distrumpitur, idest Dei inimicitia & peccatum. AMBRO. Deinde etiam vbi assumptæ mortalitatis impletum est omne mysterium & immortalitas sola remansit, vnde sequitur. {Et clamans voce magna ait Iesus: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.} BEDA. Patrem inuocando, filium Dei se esse declarat, spiritum vero commendando, non defectum suæ virturis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat. AMBRO. Caro moritur, vt resurgat spiritus. Patri commendatur, vt cælestia quoque ab iniquitatis vinculo soluerentur, & pax fieret in cælo, quam terrena sequerentur. CYRIL. Hæc aut vox edocet, q̄ animæ sanctorum non deinceps in inferno clauduntur vt prius, sed apud Deū sunt, huius rei facto Christo principio. ATHA. Commendat enim patri per se vniuersos mortales in se viuificatos: nam sumus membra eius, secundum illud Apostoli ad Galath. Omnes vnum estis
I in Christo. GREG. Nyssenus, Decet autem quærere qualiter in eodem tempore dominus tripartitur seipsum in viscera terræ, vt dixerat Pharisæis. In paradisum Dei, vt dixit latroni, in manus paternas, vt nunc dicitur. Sed recte considerantibus hoc nec quæstione dignum videtur: nam qui vbique est per diuinam potentiam quolibet loco adest. AMBRO. Commendatur ergo patri spiritus, sed cum sit in superioribus, illuminat & inferna, vt vniuersa redimantur: Etenim Christus omnia, & in Christo omnia. GREG. Nyssenus: Alia solutio est, q̄ tempore passionis neutrā partem humanitatis semel vnita diuinitas dimisit, sed animam de corpore sponte disiunxit, se tamen in vtroque permanentem ostendit. nam per corpus, in quo mortem suscepit, confutauit mortis potentiam: per animam vero latroni paradisi introitum paradisi. Dicit autem Isaias de superna Hierusalem, quæ a paradiso nō est
K alia: Super manus meas depinxi mœnia tua. vnde palam est, q̄ existens in paradiso manus patris inhabitabat. DAMA. Vel expressius loquendo, in sepulchro erat secundum corpus, in inferno secundum animam, sed sicut Deus in paradiso cū latrone, & in throno erat cum patre & spiritu sancto. THEO. Clamans vero alta voce expirat, quia inerat ei potestas ponendi animam suam, & eā resumendi. vnde sequitur. {Et hæc dicens, expirauit.} AMBR. q.d. Tradidit spiritum, quia non inuitus amisit. quod enim emitti
i tur, voluntarium est, quod amittitur, necessarium.

Cap.13. ¶ AVG. 4. de Trini. Cum post illam vocem continuo tradidit spiritum: hoc maxime qui aderant sunt mirati: longa enim morte cruciabantur ligno suspensi. vnde dicitur. {Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum dicēs: Vere hic
Lib.3.c.20. homo iustus erat.} AVG. de Concor. Euange. Non est autem cōtrarium, q̄ Matthæus viso terremotu, dicit admiratum Centurionem, cum Lucas dicat hoc eum admiratum fuisse, q̄ emissa illa voce expirasset, ostendens quam potestatem habuit quando moreretur. In eo autem quod Matthæus dixit, non solum viso terremotu, sed addidit & his quæ fiebant, integrum locum fuisse demō-
A uit Lucæ, vt diceret ipsum domini morte fuisse miratum. Quod autem Lucas etiam ipse dixit: Videns autem Centurio quod factum erat, in eo genere inclusit omnia quæ facta erant in illa hora mirabiliter, tamquam vnum mirabile factū commemorans, cuius quasi membra & partes erant omnia illa miracula. Quod autē alius dixit Centurionem dixisse, Vere filius Dei erat ille: Lucas autem ait, q̄ iust⁹ erat: putari potest diuersū, sed vel vtrūq; dictum a Centurione debemus intelligere, & aliud illum, aliud istū cō memoralle, vel fortasse Lucam exprimere voluisse sententia Centurionis, quo modo dixerit Iesum filiū Dei. forte enim non eum vnigenitum æqualem patri Centurio intellexerat. Sed ideo filium Dei dixerat, quia iustū crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filii Dei. Iam vero quia Matthæus addidit eos, qui cum Centurione erant: Lucas vero hoc tacuit, non est contrarium, cū aliis dicit quod alius tacet, & Matthæus dixit, Timuerunt valde. Lucas autem non dixit, Timuit, sed glorificauit Deum, quis non intelligat Deum timendo glorificasse? THEO. Nunc autem videtur effectum fortiri quod dominus dixerat: Cum exaltatus fuero, omnia ad me trahā. Exaltatus namque in cruce attraxit latronem & Centurionem, sed & quosdam Iudæorum, de quibus C sequitur. {Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.} BEDA. Quòd percutiebant pectora, quia pœniten tiæ & luctus iudicium est, potest dupliciter intelligi. siue enim eū cuius vitam dilexerunt iniuste occisum dolebant, siue cuius mortem se impetrasse meminerant: hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Notandum autem, q̄ Gentiles Deum timentes, aperte confessionis voce glorificant: Iudæi percutientes solum pectora, silentes domum redeunt. AMBRO. O duriora saxis pectora, Iudæorum. Iudex arguit, credit minister, proditor seclus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reseruntur: Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concusso. BEDA. Vnde merito per Centurionem fides ecclesię designatur, quæ Dei filium tacente synagoga confirmat. Impletur autem quod dominus patri conqueritur dicens. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. vnde sequit. D {Stabant autem omnes noti eius a longe. THEO. Sed feminarum genus olim maledictum, manet & videt hæc omnia. Sequit enim. {Et mulieres quæ secutæ erant eum a Galilæa hæc videtes.} Et sic primæ refocillantur iustificatione, aut benedictione a passione profluente sicut & resurrectione.

k ¶ GRAECVS. Fuerat quandoque Ioseph occultus Christi discipulus denique vinculum timoris rumpens, feruentior factus, dominicum corpus turpiter pendens a ligno deposiit, cōparans præciosam margaritam verborū modestia. vñ dr {Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio.} BEDA. Decurio vocatur, q̄ sit de ordine curiæ, & officia curiæ administret, qui etiam curialis a procurando munera ciuilia solet appellari. Magnæ ergo Ioseph dignitatis apud sęculum, sed maioris apud Deū meriti fuisse laudatur. vnde sequitur. {Vir bonus & iustus, hic non consen. consi. & acti. eorum, ab Arimathia ciuitate Iudeæ. Arimathia ipsa est
Lib.2.c.22. Ramatha ciuitas Helcanæ, & Samuelis. AVG. de Concor. Euan Dicit autem Ioannes, q̄ erat discipulus Iesu. vnde & hic subditur. E {Qui expecta. & ipse regnum Dei.} Merito autem mouet: Cur. ille, qui propter timorem occultus erat discipulus, ausus sit petere corpus eius, quod nullus eorum qui eum palam sequebātur auderet? Sequitur enim: {Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.} Sed intelligendum est istum fiducia dignitatis hoc fecisse, qua prædītus poterat familiariter intrare ad Pilatum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo minus videtur curasse de Iudæis, quàmuis soleret in domino audiendo eorū inimicitias detitare. BEDA. Sic igitur per iustitiam meritorum sepeliendo corpori dominico dignus fuit per nobilitatem potentiæ secularis illud impetrare. vnde sequitur. {Et depositum inuoluit in syndone.} Ex simplici sepultura domini ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis quidem possint carere diuitiis. ATHA. Iniquiter etiam agunt, qui condiunt corpora mortuorum, & ea non sepeliunt, etiam si sancta sint: quid enim sanctius, aut maius domini corpore? quod tamen in monumento positum est, donec

die tertia resurrexit. Sequitur enim. {Et posuit eum in monumento exciso.} BEDA. Scilicet de petra, nesi ex multis lapidibus ædificatum esset: post resurrectionem sussossis tumuli fundamentis, ablatus furto diceretur. In nouo etiam ponit monumento. Nā sequitur. {In quo nondum quisquam positus fuerat.} ne post resurrectionem cæteris corporibus remanentibus, surrexisse alius suspicaret. Quia vero sexta die homo factus est, recte domin⁹ sexta die crucifixus humanæ reparationis impleuit arcanū. vnde sequitur. {Et erat dies Parasceues} quod præparatio interpretatur, quo nomine sextam feriam appellabant, quia ea die quæ in sabbatum forent necessaria præparabant, quia vero septimo die requieuit conditor ab opere suo, Sabbato dominus i sepulchro requieuit. vnde sequitur. {Et sabba. illucescebat.} Supra autem legimus, quia stabant omnes noti eius a longe, & mulieres quæ secutæ erant eum. his ergo notis Iesu post depositum eius cadauer ad sua remeantibus, solę mulieres quæ arctius amabat funus subsecutæ, quo poneretur inspicere cupiebant. Sequitur. n. {Subsecutæ autem mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa viderunt monumentum, & quemadmodum posi. erat cor. eius.} vt. s. ei tempore congruo munus possent suæ deuotionis offerre. THEO. Neque tamen fidem debitam adhuc habebant, sed quasi puro homini aromata, & vnguenta parabant more Iudæorum, q̄ talia exhibebant defunctis. vnde sequitur. {Et reuer. parauc. aroma. & vnguenta. BEDA. Sepulto enim domino quamdiu licebat operari, idest vsque ad Solis occasum vnguentis præparandis erant occupatæ. Mandatum autem erat, vt sabbati silentium, idest quies a vesperā vsque ad vesperam seruaretur. Sequitur enim. {Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. AMBR. Mystice autem iustus Christi corpus sepelit. Talis enim est Christi sepultura, quæ fraudem, iniquitatemque non habeat. Merito autē Matthæus hunc diuitem dixit: susciptendo enim diuitem nesciuit fidei paupertatem, iustus corpus Christi operit syndone, vesti & tu domini corpus gloria sua, vt & ipse sis iustus, & si mortuum credis: operi tamen diuinitatis plenitudine suæ, sed & vestitur ecclesia innocentiæ gratia. BEDA. Ille etiam in syndone munda inuoluit Iesum, qui pura eum mente susceperit. AMB. Nec ociose alius Euangelista monumentum nouum dixit: alius monumentum Ioseph: etenim tumulus his paratur, qui sub lege sunt mortis. victor mortis tumulum suum non habet. Quæ enim communicatio tumulo & Deo? solus enim tumulo includitur, quia mors Christi & si sit communis secundum naturam, specialis est secundum virtutem. Bene autem Christus in monumento conditur iusti, vt iustitiæ habitatione requiescat: monumentum enim hoc in duriciæ Gentilis petra iustus excidit penetrali verbi, vt prætenderet in nationibus virtus Christi. Cui pulcherrime amotus est lapis. Quicumque in se bene humauerit Christum, diligenter cu stodiat, ne eum perdat, ne ve perfidiæ sit ingressus. BEDA. Quòd autem dominus sexta die crucifigitur, septima in sepulchro quiescit, significat quòd in sexta mundi ętate nos pro domino pati, & velut mundo crucifigi necesse est: in septima vero, idest post mortem corpora quidem in tumulis, animę vero cum domino requiescunt, vsque huc & mulieres sanctę, idest animę humiles dilectione feruentes passioni Christi diligenter obseruantur. etsi forte valeant imitari, sedula curiositate, quo ordine sit eadem passio completa perpendunt, qua lecta, audita, recordata, mox ad paranda se opera virtutum, quibus Christus delectetur conuertunt, vt futura presentis vitę Parasceue, & requie beata, tempore resurrectionis occurrere Christo valeant cum aromatibus spiritualium actionū.

CAP.

CAP. XXIIII.

BEDA. Religiosę mulieres non solum in die Paraseue, sed etiam sabbato transacto, idest Sole occidente, mox vt operandi licentia remeauit emerunt aromata, vt venientes vngerent corpus Iesu sicut Marc' testatur, præoccupante iam noctis articulo monumentum adire non valuerunt: Et ideo dicitur.{Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes,quæ parauerũt aromata.} Vna sabbati,siue prima sabbati prima est a sabbato quam diem dominicã pp dñi resurrectionẽ mos Christianus appellat. Quòd autem valde diluculo mulieres venere ad monumentũ: magnus quęrendi,& inueniendi dominũ feruor charitatis ostenditur. AMB. Sed magna oritur hoc loco plerisq; dubitatio, siquidem hic valde diluculo: Matthæus vespere sabbati mulieres ad monumẽtum venisse dixerunt. sed Euãgelistas de diuersis putes dixisse tẽporibus, vt primas alias mulierum,& alias coniicias visiones. Quod autem scriptum est. Vespere sabbati quæ lucescit in prima sabbati resurrexisse dominum:sic temperandum est, vt neque mane dominica, quæ est prima post sabbatum,neque sabbato resurrectio facta creditur: nam quomodo triduum completur? Non ergo vesperascẽte die,sed vespere noctis resurrexit. Denique Græcus sero dixit. Sero autem & horam significat in occasu diei & rei cuiuslibet tarditatem,quomodo si dicas: Sero mihi suggestum est. Est ergo & sero tempus noctis profundum,vnde & mulieres ad monumentũ accedendi habent facultatem custodibus quiescẽtibus. Et vt scias nocte factum mulieres aliæ sciunt,aliæ nesciunt. sciunt quæ obseruant noctibus & diebus,nesciunt quæ recesserunt. Nescit Maria Magdalene secundum Ioannem,nam eadem,& ante scire & postea nescire non potuit. ergo si plures Mariæ,plures etiam fortasse Mariæ Magdalene,cum illud nomen personæ sit,hoc sumatur a loco.

Lib.3.c.24. AVGVST. de Consen. Euange. Vel Matthæus a prima parte noctis quod est vespere,ipsam voluit noctem significare,cuius noctis fine venerunt ad monumentum. & hoc ea de causa, quia iam a vespere parauerant,& licebat afferre aromata transacto sabbato. EVSE. Iacebat autem organum verbi extinctum, magnus vero lapis claudebat sepulchrum,quasi mors eum duxisset captiuũ, sed nondum lapso triduo vita se promit iterum post sufficientẽ mortis coniunctionem. vnde sequitur.{Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. THEO. Nam Angelus reuoluerat eum,vt testatur Matthæus. ORI. Amotus est autem lapis post resurrectionem propter mulieres, vt credant resurrexisse dominum videntes monumentum vacuum corpore. vnde sequitur.{Et ingressæ non inuenerunt corpus.iesu.} CYRIL. Cum igitur non inuenissent corpus christi quod resurrexerat: ducebantur diuersis cogitationibus & propter amorem Christi,& adhibitam solicitudinem meruerunt visionem angelicam. Sequitur enim. {Et factum est dum mente consternatę essent de isto,ecce duo viri steterũt iuxta illas in veste fulgenti.} EVSE. Iocunditatis & gaudii indicia salutiferę resurrectionis & fulgentes amictus præstantes. Moyses enim plagas egiptiis preparans in flamma ignis angelum perspexit,sed nõ tales visi sunt mulieribus in sepulchro,sed mites, & hilares,quales decebat conspici in regno,& gaudio domini. Et sicut in passione eclipsatus est sol,męroris, & angustiæ signa promens crucifigentibus filium Dei,ita angeli vitæ,ac resurrectionis præconis habitum salutiferi festi candidati designabant. AMB. Sed quomodo Marcus vnum iuuenẽ in albis sedentem,Mattheus vnũ, Ioannes,& Lucas duos Angelos in albis sedentes visos esse memorauerunt? AVG. de Consen.euangelista. Possumus intelligere vnum Angelum visum a mulieribus, & secundum Marcum,& secundum Mattheum,vt eas ingressas in monumẽtum accipiamus, scilicet in aliquod spacium,quod erat aliqua materia communitũ ante illum saxei sepulchri locum,atq; ibi vidisse angelum sedentẽ a dextris,quod dicit Marcus,deinde intus ab eis dum inspicerent locum in quo iacebat corpus domini,visos duos alios Angelos stãtes,sicut dixit Lucas,locutos ad earundem exhortandum animum & ædificandam fidẽ,vnde sequitur. {Cum time.au.& declina.vul.

Lib.3.c.24.

GAP. XXIIII.

VNa autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento,& ingresse non in uenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente consternatę essent de isto,ecce duo viri steteruut secus illas in veste refulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram dixerunt ad illas. Quid queritis?vi uentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset dicens. oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi,& die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius, & regresse a monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim,& cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalenæ,& Ioanna,& Maria Iacobi,& cæteræ, quæ cum eis erant,quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut delyramentum verba ista,& nõ crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum,& procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat.

F in ter.} BEDA. Sanctæ mulieres astantibus sibi angelis non in terram cecidisse, sed vultum dicuntur in terram declinasse: nec quempiam sanctorum legimus tempore dominicę resurrectionis vel ipsi domino, vel Angelis sibi visis terræ prostratum adorasse, vnde mos obtinuit ecclesiasticus, vt vel in memoriam dominicæ, vel in nostræ spem resurrectionis omnibus dominicis diebus, & toto quinquagesimo tempore non flexis genibus, sed declinatis in terram vultibus oremus. Non erat autem in monumẽto qui locus est mortuorũ quærendus,ille qui ad vitam resurrexit a mortuis. Et ideo subdit. {Dixerũt ad illas.} .i. angeli ad mulieres. {Quid q̃ritis? Viuẽ. cum mor.non est hic, sed resurrexit.} Die autẽ tertia sicut ipse inter discipulos tam viros quàm fœminas prędixit,resurrectionis suæ triunphum celebrauit,vnde sequitur. {Recor.quali. locu.est vo.cum adhuc in galilea esset dicens. Quia opor.filium homi.tra.in manus homi.pecca.&cruci.& tertia die resurgere.} Die nãque paraseue hora.ix. spiritum tradens vespere sepultus, mane prima sabbati resurrexit. ATHANASIVS. Poterat siquidem statim suscitare corpus a morte. Sed dixisset aliquis eum nequaquam fuisse mortuum vel non plene mortem ei inhesisse. Forsitan quoque si eodem momento mors & resurrectio contigisset,gloria incorruptibilitatis in incerto hæsisset. Quapropter vt corpus verè extinctum ostenderetur, ipsa meridie mortem sustinuit, & tertia die illud incorruptibile redhibuit. BEDA. Vno etiam die in sepulchro, & duabus noctibus iacuit, quia lucẽ suæ simplę mortis:tenebris duplæ nostræ mortis adiunxit. CIRYL. Instructæ autem mulieres Angelorum affatibus accelerã te ea retulerunt discipulis,vnde sequitur. {Et recordatę sunt verborum eius. Et egressæ a monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim,& cæteris omnibus.} Nãque fœmina quæ quondam mortis fuit ministra, venerandum resurrectionis mysterium prima percepit,& nunciat. Adeptum est igitur fœmineum genus, ad ignominiæ absolutionem,& maledictionis repudium. AM. Mulieribus autem docere in ecclesia non permittitur,sed domi viros suos interrogãt. Ad eos ergo fœmina mittitur qui,domestici sunt. Quæ autem fuerint hæ mulieres ostendit subdens. {Erat autem Maria Magdalene.} BEDA. Ipsa est soror lazari. {Et Ioanna.} vxor Cusæ procuratoris Herodis. Et Maria Iacobi.i.mater Iacobi minoris,& Ioseph. Et communiter de aliis subditur.{Et cæteræ,quæ cum eis erant,quæ dicebant ad Apostolos hæc.} Vt enim perpetui reatus apud viros mulier opprobrium non sustineret,quæ culpam viro transfuderat,transfudit & gratiã THEO. Est autem naturaliter incredibile mortalibus resurrectionis miraculum.vnde sequitur. {Et visa sunt ante illos,sicut delyramentum verba ista,& non credebant illis. GREG. Quod non tam illorum infirmitas,q̃ nostra, vt ita dicam,futura firmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta mõstrata est,quæ dum nos legentes agnoscimus,de eorum dubitatione solidamur. THEO. Petrus autem hoc audiens tollit moras, & vadit ad monumentum,quia nec ignis nouit moras in gestu materiæ,vnde sequitur.{Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum. EVSE. Solus enim ipse credit fœminis dicentibus se Angelos vidisse,& cum esset eximii affectus præ cæteris,sedulum se promebat passim circumspiciens dominum.vnde sequitur.{Et procumbens vidit sola linteamina posita. THEO. Cum autem ad monumentum fuisset: hoc primo consecutus est, vt miraretur quæ prius ab ipso, vel ab aliis deridebantur. vnde sequitur. {Et abiit secum,mirans quod factum fuerat, idest apud se mirans rei euẽtum,qualiter sola linteamina derelicta fuere, corpore mirrha peruncto, quel quantam opportunitatem habuisse fur, vt semotim inuoluta dimittens circunstantibus militibus corpus auferret. AVG. de Consen.Euan. Intelligitur autem hoc Lucas recapitulando posuisse de Petro:tunc enim cucurrit Petrus ad monumentum quando & Ioannes cum tantũmodo mulieribus præcipue a Maria Magdalenę nunciatum eis fuerat de corpore ablato. postea autem facta sunt hæc de visione Angelorum. Ideo autem Lucas Petrum solum commemorauit, quia illi primitus Maria nunciauerat. Item potest mouere,qp Petrum non intrantem, sed procumbentem dicit Lucas sola linteamina vidisse, & discessisse mirantem, cum Ioannes dicat ita se linteamina vidisse posita,& seipsum post Petrum intrasse. Sed intelligendum est, Petrum primo procumbentem vidisse, quod Lucas commemorat, Ioannes tacet. post autem ingressus est antequam Ioannes intraret. BEDA. Iuxta intellectum vero mystícum, per hoc quòd mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum,datur nobis exemplum,discussis vitiorum tenebris ad domini corpus accedere. nam & sepulchrum illud figuram dominici habebat altaris,in quo corporis Ghristi mysteria non in serico,non in panno tincto, sed instar sydonis., quo eum Ioseph inuoluit in lintheo puro debent consecrari, vt sicut ipse veram terrenæ naturæ substantiam pro nobis mortí obtulit · ita & nos in commemoratione ipsius purum de terræ germine , candidumque, & multimodo quasi mortificationis genere castigatum altari linum imponamus. Aromata autem,quæ mulieres deferunt significant odorem virtutum & orationum suauitatem, quibus altari appropinquare debemus. Reuolutio autem lapidis insinuat referationem sacramentorum,quæ tegebantur velamine literæ legis,quæ in lapide scripta est,cuius ablato tegmine, corpus domini mortuum non inuenitur, sed viuum euangelizatur, quia etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. quomodo autem posito in sepulchro corpore domini Angeli astitisse leguntur : ita etiam tempore consecrationis mysterii corporis Christi assistere sunt credendi. Nos ergo , exemplo deuotarum mulierum, quoties mysteriis cœlestibus appropinquamus , propter Angelicam præsentiam, seu propter reuerentiam sacræ oblationis, cum omni humilitate vultum declinemus in terram : nos cinerem, & terram esse recolentes.

De humani tate ver. cir ca medium.

Hom.29.

Lib.3.ca.25.

b ¶ GLO. Post manifestationem resurrection is Christi per Angelos mulieribus factam, manifestatur vlterius eadem resurrectio, per ipsius Christi apparitionem discipulis. vnde dicitur. {Et ecce, duo ex illis ibant ipsa die in castellũ.

THEOPHILACTVS: Quidam alterum horum duorum Lucam inquiunt esse,& ob hoc suum nomen occultasse. AMBROSIVS. Vel duobus discipulis seorsum dominus iam se vespere demonstrat, scilicet Ammaoni, & Cleophæ. AVG. de Consensu Euange. Castellum autem illud non absurde accipimus etiam villam secundum Marcum potuisse appellari. Deinde castellum describit dicens: {Quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus.} BEDA. Ipsa est Nicopolis ciuitas insignis Palestinæ , quæ post expugnationem Iudeæ sub Marco Aurelio Antonio principe restaurata, cum statu mutauit & nomen. Stadium autem quod Græci auctores vt dicunt, Hercule viarum spacia mensurat, octaua est pars miliarii. Et ideo sexaginta stadia, septem milia passuum, & quinquaginta significat, quod spacium itineris eis congruit, qui de morte, & sepultura domini certi gradiebantur, de resurrectione domini dubii. nam resurrectionem, quæ post septimam sabbati facta est, octauo numero contineri nullus ambigit. Discipuli ergo , qui de domino loquentes incedunt : sextum miliarium cepti itineris compleuerant , quia illum sine quærela viuentem vsque ad mortem, quam in sexta sabbati subiit, peruenisse dolebant. Compleuerant & septimum, quia hunc in sepulchro non dubitabant quieuisse. Sed de octauo dimidium tantum peregerant, quia gloriam iam celebratæ resurrectionis non credebant perfecte.

THEOPHILACTVS. Prædicti autem discipuli loquebantur de his adinuicem quæ acciderant, non quasi credentes , sed sicut stupentes in rebus extraneis. vnde sequitur. {Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus , quæ acciderant.} BEDA. Loquentes autem de se , dominus appropinquans comitatur , vt & fidem resurrectionis mentibus eorum incendat , & quod se facturum promiserat impleat,

scilicet vt vbi sunt duo, vel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum. vnde sequitur. {Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans, ibat cum illis. THEOPHILACTVS: Obtento enim iam spirituali corpore, non obstat loci distantia quin adesset quibus volebat, nec vlrerius naturalibus legibus corpus suum regebat,sed spiritualiter , & supra naturam . vnde vt Marcus dicit, sub alia forma eis vt debatur , in qua non concedebatur eis ei' cognitio . Sequitur enim : { Oculi autem eorum tenebantur, ne illum agnoscerent.} vt scilicet totam suam dubiam intentionem reuelẽt, & vulnus detegentes recipiant medicinam, & vt cognoscerent, quòd quamuis corpus ipsum qđ passum fuerat resurrexerit,nõ tamen amplius tale erat, vt esset omnibus visibile, sed tantum his, a quibus vellet videri, & vt non dubitent quare de cætero non conuersatur inter plebem, quia scilicet, post-resurrectionem conuersatio eius non esset digna hominibus , sed diuina magis, quod etiam est forma resurrectionis futuræ , in qua sicut Angeli conuersabimur, & filii Dei. GREGORIVS in Homilia. Conuenienter etiam, eis speciem quam recognoscerent non ostendit , hoc agens foris in oculis corporis , quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis . ipsi namque, apud seipsos intus & amabant, & dubitabant. De se ergo loquentibus, præsentiam exhibuit . sed de se dubitantibus, cognitionis suæ speciem abscondit , verba quidem eis contulit . Nam sequitur : { Et ait ad illos : Qui sunt hi sermones, quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? GRAECVS. Conferebant quidem inter se quasi non amplius expectantes Christum viuentem , sed doloroſi, quasi perempto Saluatore . vnde sequitur: { Et respondens vnus, cui nomen Cleophas: dixit ei : Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta suntin illa his diebus? THEOPHILACTVS, quasi dicat: Tu solus peregrinus es , & extra confinia Hierusalem habitans , & expers es eorum , quæ in medio eius contigerunt, et hæc ignoras? BEDA. Vel hoc dicit , quia peregrinum putabant eum , cuius vultum non agnoscebant. sed reuera peregrinus erat eis , a quorum naturæ fragilitate percepta , iam resurrectionis gloria longe distabat , & a quorum fide vtpote resurrectionis eius nescia manebat extraneus . Sed adhuc dominus interrogat: nam sequitur. { Quibus ille dixit : Quæ ? } Et ponitur eorum responsio , cum subditur. { Et dixerunt ei : De Iesu Nazareno , qui fuit vir propheta. } Prophetam fatentur, filium Dei tacent : Vel nondum perfecte credentes , vel solliciti , ne inciderent in manus Iudæorum persequentium , quia nesciebant quis esset, quod verum credebant celantes . Ad cuius commendationem subditur . { Potens in opere, & sermone. THEOPHILACTVS: Primo quidem est opus : secundo sermo. Nullus enim doctrinæ sermo approbatur , nisi prius is, qui docet, se ostendat auctorem : præcedit enim opus aspectum. Nam nisi mundaueris intellectus speculum per opera , non emicat decor optatus . Adhuc autem subditur : { Coram Deo , & omni populo. } Nam primo complacendum est Deo : deinde curandum quantum possibile est, de innocentia apud homines , vt præcedente diuino cultu viuamus sine scandalo plurimorum . GRAECVS: Deinde assignatur causa tristitiæ , traditio , & passio Christi , cum sequitur : { Et quomodo tradiderunt eum summi Sacerdotes , & Principes nostri in damnationem mortis , & crucifixerunt eum . } Subditur autem desperantium vox , cum dicitur : { Nos autem sperabamus , quòd ipse esset redempturus Israel . } Sperabamus (inquiunt) non speramus , ac si mors domini , similis esset morribus aliorum :

THEO. Expectabant enim Christum saluaturum & redem- F
pturum populum Israel ab ingruentibus malis & a seruitute
Romanorum, ipsum quoque credebant terrenum regem fieri,
quem putabant promulgatam in se mortis sententiam cauere
potuisse. BEDA. Merito ergo tristes incedebant, quia & se-
ipsos quodammodo arguebant, quòd in illo redemptionē spe
rauerint, quem iam mortuum viderant, nec resurrecturū cre-
debant, & maxime do lebant eum sine cau-
sa occisum, quem no-
uerant innocentem.
THEO. Videntur
tamen hi viri nō om
nino increduli esse
per hoc quod subdi-
tur: {Et nunc super
hæc omnia tertia di-
es ē hodie, quòd hęc
facta sunt.} In quo
videntur habere me-
moriā eius, quòd eis
dominus dixerat se
tertia die resurrectu-
rum. GRAECVS. Porro relatam a mulieribus resurrectio-
nis famam commemorant, cum subditur: {Sed & mulieres quæ-
dam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad mo-
numentum, & non inuento corpore, eius venerunt dicentes se
etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.}
Dicunt quidem hoc quasi non credentes, propter quod refe-
runt se territos, ideſt stupefactos. non enim quod erat eis rela-
tum firmum æstimabant, aut angelicam illuminationem fuisse:
sed stuporis & turbinis causam inde sumebant. Testimonium H
quoque Petri non certum æstimabant dum diceret, se non vi-
disse dominum: sed resurrectionem eius coniicere ex eo quòd
corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vnde sequitur: {Et abie-
runt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut
Lib.3.c.25. mulieres dixerunt. ipsum vero non inuenerunt. AVGVST.
de Consensu euangelistarum. Cum autem Lucas dixerit Pe-
trum accurrisse ad monumentum, & Cleopham dixisse, ipse
retulerit, quòd quidam eorum ierant ad monumentum, intel-
ligitur attestari Ioanni, quòd duo ierint ad monumentum: sed
Petrum primo solum commemorauit, quia illi primitus Ma-
ria nunciauerat.

c ¶ THEOPHI. Quia prædicti discipuli nimia dubietate
laborabant, dominus eos redarguit. vnde dicitur: {Et ipse dixit
ad eos: O stulti.} Fere enim eadem dixerant, quæ & astantes
cruci. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. {Et tar
di corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ.}
Contingit enim credere, quæ locuti sunt prophetæ. particula-
riter quædam, & non vniuersaliter omnia puta si aliquis credat,
quæ de cruce Christi dicuntur a prophetis sicut est illud. Fode-
runt manus meas & pedes meos. quæ vero spectant ad resurre-
ctionem non credant, sicut est illud: Non dabis sanctum tuum
videre corruptionem. Decet autem in omnibus fidem adhibere
prophetis tam in gloriosis, quæ de Christo prædixerunt, quàm
in ingloriis, quia ex passione malorum est ingressus in gloriam.
vnde sequitur: {Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita
intrare in gloriam suam? Et incipiens a
Moyse & omnibus prophetis,
interpretabatur illis in omni-
bus scripturis, quæ de ipso erāt.

centes se etiam visionem An-
gelorum vidisse, qui dicunt
eum viuere. Et abierunt qui-
dam ex nostris ad monumen-
tum & ita inuenerunt sicut mu-
lieres dixerunt, ipsum vero non
inuenerunt.
c Et ipse dixit ad eos. O stulti
& tardi corde ad credendum in G
omnibus quæ locuti sunt pro-
phetæ. Nonne hæc oportuit
pati Christum & ita intrare in
gloriam suam? Et incipiens a
Moyse & omnibus prophetis,
interpretabatur illis in omni-
bus scripturis, quæ de ipso erāt.

Et appropinquauerunt castello
quo ibant, & ipse se finxit lon-
gius ire. Et coegerunt illum
dicentes. Mane nobiscum, quo-
niam aduesperascit & inclina-
ta est iam dies. Et intrauit
cum illis. Et factum est dum
recumberet cum eis, accepit pa
nem & benedixit, ac fregit &
porrigebat illis. Et aperti sunt
oculi eorum & cognouerūt eū.
Et ipse euanuit ex oculis eorū.
Et dixerunt ad inuicem. Non-
ne cor nostrum ardens erat in
nobis dum loqueretur in via,
& aperiret nobis scripturas?

Et appropinquauerunt castello
quo ibant, & ipse se finxit lon-
gius ire. Et coegerunt illum
dicentes. Mane nobiscum, quo-
niam aduesperascit & inclina-
ta est iam dies. Et intrauit
cum illis. Et factum est dum
recumberet cum eis, accepit pa
nem & benedixit, ac fregit &
porrigebat illis. Et aperti sunt
oculi eorum & cognouerūt eū.
Et ipse euanuit ex oculis eorū.
Et dixerunt ad inuicem. Non-
ne cor nostrum ardens erat in
nobis dum loqueretur in via,
& aperiret nobis scripturas?

dixit euangelista: {Tenebantur oculi eorum ne eum agnosce-
rent:} donec sermo Domini mentem eorum moueret ad fidem,
conuenienter opportunum aspectum sui auditui subiungit. vn-
de sequitur: {Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse
finxit se longius ire. AVGV. de Quæstionibus euange. Quod Lib.2.q.51.
non ad mendacium
pertinet. non enim
omne quod fingimus
mendacium est: sed
quando id fingimus,
quod nihil significat,
tunc mendacium est.
cum autem fictio no-
stra refertur ad ali-
quam significationē,
non est mendacium,
sed aliqua figura ve-
ritatis, alioquin om-
nia, quæ a sapientibus & sanctis viris,
vel etiam ab ipso do-
mino figuratæ dicta
sunt, mendacia depu-
tabuntur, quia secun
dum vsitatum intel-
lectum non consistit
veritas in talibus di-
ctis. Sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio
ad aliquam rem significandam. GREGO. in Hom. Quia er- Ho.euā.24.
go adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius
finxit. Fingere namque componere dicimus. vnde & compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per du-
plicitatem fecit, sed talem se exhibuit in corpore, qualis apud il-
los erat in mente. Sed quia esse extranei a charitate non pote-
rant, hi cum quibus charitas gradiebatur: eum ad hospitium
quasi peregrinum vocant. vnde sequitur. {Et coegerunt illum.}
Ex quo exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non so
lum inuitandi sunt, sed etiam trahendi. GLO. Nec solum
factis eum cogunt, sed etiam verbis inducunt. Sequitur enim:
{Dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies,} scilicet ad occasum. GREGO. in Homil.
Ecce autem cum per membra sua Christus suscipitur, susceptores suos etiam per semetipsum requirit. Sequitur enim. {Et in-
trauit cum illis.} Mensam ponunt, cibos afferunt, & Deum, quem
in scripturæ sacræ expositione non cognouerant in panis fractio-
ne cognoscunt. Sequitur enim. {Et factum est dum recumbe-
ret cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrige-
bat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.}
CHRY. Quod non de sensibilibus oculis dictum est, sed de sen Lib.3.c.25.
su mentali. AVG. de Consen. Euangeli. Neque enim clausis
oculis ambulabant, sed inerat aliquid, quo non finerentur agno-
scere quod videbant, quod scilicet caligo, & aliquis humor effi-
cere solet, non quia dominus non poterat transformare carnem
suam, vt alia re uera esset effigies, quam solebant intueri, quan-
doquidem & ante passionem transformatus est in monte, vt fa-
cies eius clarescet sicut Sol. Sed non ita nunc factum est. nō
enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eo-
rum a Sathana fuisse ne agnosceretur Iesus: sed tantum a Chri
sto facta est permissio vsque ad sacramentum panis, vt veri-
tate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedi-
mentum inimici, vt Christus possit agnosci. THEO. Sed &
aliud innuit, quòd scilicet sumentibus sacrum panem aperiuntur
oculi, vt eum agnoscant: magnā enim & ineffabilem vim habebat Lib.2.q.51.
domini caro. AVG. de Quæstio. Euange. Vel quòd dominus se
ire longius finxit, cum comitaretur discipulis exponēs sacras scri
pturas: vtrum ipse esset ignorantibus, significat quia hospitalita-
tis officio ad suam cognitionem peruenire posse homines intima- K
uit, vt cum longius ipse ab hominibus abscesserit super om-
nes cœlos cum eis transit, qui hæc exhibent seruis eius. Tenet
ergo Christum ne longius ab eo eat quisquis cathechizatur ver-
bo in omnibus bonis ei, qui se cathechizat communicat. Ete-
nim isti cathechizati erant verbo, cum exponeret eis scriptu-
ras. Et quia hospitalitatem sectati sunt: eum quem in ipsa ex-
positione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione
cognoscunt. non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed
factores legis iustificabuntur. GREGORIVS in Homil.
Quisquis ergo audita vult intelligere, festinat ea, quæ iam
intelligere potuit, opere implere. Ecce dominus non est co-
gnitus dum loqueretur, & dignatus est cognosci dum pasci-
tur. Sequitur enim: {Et ipse euanuit ex oculis eorum.
THEO. Non enim tale corpus habebat, vt diutius cum eis com
morari deberet, & hoc pariter augeret affectū eorum. vnde sequit.
{Et di-

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in no- A
bis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? ORI.
Per quod innuit, q̄ prolati sermones a Saluatore accendebant au
dientium cor ad amorem diuinum. GREGO. in Hom. Pente
co. Ex audito enim sermone inardescit animus, torporis frigus re
cedit, mens in super-
no desiderio fit an-
xia. Audire libet præ
cepta cęlestia, & quot
mandatis instruitur,
quasi tot facibus in-
flammatur. THEO.
Ardebat ergo cor eo-
rum, vel igne verbo-
rum domini, quibus
intendebant tāquām
veris. Vel quia eo
differente scripturas,

Et surgentes eadem hora regres
si sunt in Hierusalem, & inuene-
runt cōgregatos vndecim & eos
qui cum illis erant dicentes, q̄
surrexit dominus vere, & appa-
ruit Simoni. Et ipsi narrabant
quæ gesta erant in via, & quomo
do cognouerunt eum in fractio-
ne panis. B

præcellebatur intrinsecus cor eorum, quòd ille qui differebat do
minus esset. Adeo ergo lætati sunt, vt nullam moram passi, mox
reuerti sint in Hierusalem. & hoc est quod sequitur. {Et surgen-
tes eadem hora regressi sunt in Hierusalem.} Surrexerunt quidē
Lib.3.c.25. eadem hora, peruenerunt autem per plures horas, sicut oporte-
bat sexaginta stadia transeuntes. AVG. de Concor. Euange. Iam
autem fama erat, quòd surrexerat Iesus, a mulieribus facta & a Si
mone Petro, cui iam apparuerat. Etenim isti duo hæc inuenerunt
loquentes illos ad quos in Hierusalem venerunt. Sequitur enim.
{Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant
dicentes, quòd surrexit dominus vere, & apparuit Simoni.}
BEDA. Omnium enim virorum primo dominus apparuisse
videtur Petro ex his, quos Euangelistæ quatuor, & Paulus Apo-
stolus commemorauerunt. CHRY. Non enim simul omnibus
se manifestabat, vt fereret fidei semina. nam qui primo viderat, &
certus erat: aliis referebat. Deinde sermo prodiens præparabat
animum auditoris visioni: & ideo primo digniori, & fideliori om-
nibus apparuit. Erat enim opus animæ fidelissimæ, quæ prius ac-
ciperet hunc aspectum, vt minime turbaretur inopinata visione.
Et ideo primo videtur a Petro, vt qui primo confessus est eum
Christum, primo resurrectionem videre mereatur, & etiam quia
eum negauerat, prius ei voluit apparere, consolans eum ne despe
raret. Post Petrum vero aliis apparuit, quandoque pauciori-
bus, quandoque pluribus, quòd duo discipuli confitentur. Sequi-
Lib.3.c.25. tur enim: {Et ipsi narrauerunt quæ gesta erant in via, & quo-
modo cognouerunt eum in fractione panis. AVG. de Concor.
Euange. Quod autem ait Marcus: annunciauerunt cæteris, nec
illis crediderunt, cum Lucas dicat, quòd iam inde loquebantur
vere resurrexisse dominum, quid intelligendum est, nisi aliquos
ibi fuisse, qui hoc credere nollent?
d ¶ CYRIL. Vndique resurrectionis fama per Apostolos di
uulgata, & affectu discipulorum erecto ad Christi visionem ve- D
nit desideratus & quærentibus, & expectantibus reuelatur,
nec disceptat vt de alio, sed euidenter se offert. unde dicitur.
Lib.3.c.25. Dum hæc autem loquuntur, {stetit Iesus in medio eorum.}
AVGVSTINVS de Concordantia Euangelista-
rum. Hanc ostensionem domini post resurrectionem, Ioan-
nes commemorat. Sed quod dicit Ioannes. Non cum illis
fuisse Apostolum Thomam, cum secundum Lucam duo illi re-
gressi in Hierusalem, inuenerunt congregatos vndecim, procul
dubio intelligendum est, quòd inde Thomas exierit, antequam
dominus hæc loquentibus appareret. Dat enim Lucas locum in
sua narratione quomodo possit intelligi, dum hæc loquerentur,
prius inde exisse Thomam, & postea dominum intrasse, nisi quis
dicat, non illos vndecim, qui iam tunc Apostoli vocabantur, sed
discipulos illos vndecim fuisse ex multo numero discipulorum.
Sed cum adiunxit Lucas: Et eos qui cum ipsis erant. Satis vtique E
declarauit euidentius illos vndecim Apostolos, qui vocabantur
Apostoli, cum quibus cæteri erant. Sed videamus cuius mysterii
gratia secundum Matthæum, & Marcum resurgens ita mandaue-
rit: Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis: Quod etsi com
pletum est: tamen post multa completum est, cum sic mandatum
fuit, vt aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur fieri debuisse.
AMBRO. Vnde hoc conuenientius arbitror, quòd dominus
quidem mandauerit discipulis vt in Galilæa eum viderent, sed
illis ob metum intra conclaue residentibus primum se obtulisse.
GRAECVS. Nec hoc est promissi transgressio, sed potius fe-
stinata ex benignitate impletio propter pusillanimitatem disci-
pulorum. AMBRO. Postea vero confirmatis animis vnde-
cim illos Galilæam petisse. Vel nihil obstat si dicantur pauci-
res intra conclaue, & in monte quamplures fuisse. EVSE. Duo
enim Euangelistæ, scilicet Lucas, & Ioannes solis vndecim hunc
scribunt apparuisse in Hierusalem: cæteri vero duo in Galilæam
properare, non solum vndecim, sed etiam vniuersis discipulis &
fratribus dixerunt, Angelum & Saluatorem vidisse, de quibus A
Paulus meminit dicens: Deinde apparuit plusquām quingentis
fratribus simul. Est autem verior solutio, quòd prius, quàm in Hie
rusalem lætantibus, semel aut bis visus est ad eorum consola-
tionem, in Galilæa vero non in conclaui, aut semel, aut bis, sed
cum multa potestate ostensionem sui fe-
cit, præbens se eis vi-
uentem post passio-
nem in signis multis,
vt Lucas testatur in
Actibus. AVG. de Lib.3.c.25.
Concor. Euange. Vel
quod ab Angelo, hoc
est a domino dictum
est, prophetice acci-
piendum est. In Ga-
lilæa enim secundum
transmigrationis significationem intelligendum occurrit, quia
de populo Israel transmigraturi erant ad gentes, quibus Apostо
li prædicantes non crederent, nisi ipse dominus viam in cordi-
bus hominum præpararet, & hoc intelligitur: Præcedet vos in
Galilæam. Secundum autem illud, quòd Galilæa interpretatur
reuelatio, non iam in forma serui intelligendum est, sed in qua est
æqualis patri, quam promisit electis suis, illa erit reuelatio tam-
quam vera Galilæa, cum videbimus eum sicuti est. Ipsa etiam
erit beatior transmigratio ex isto sæculo in illam æternitatem.
vnde ad nos veniens non recessit, & quo nos præcedens non de-
seruit. THEO. Primo igitur dominus in medio discipu-
lorum stans solito pacis affatu eorum turbinem sedat: ostendens
quòd ipse idem est magister eorum, qui hoc verbo gaudebat,
quo etiam eos muniuit cum ad prædicandum misit. vnde sequi-
tur. {Et dixit eis. Pax vobis: ego sum, nolite timere.
C CYRILLVS. Pudeat ergo nos pacis munus deserere,
quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax & res, &
nomen dulce, quam & Dei esse accepimus, iuxta illud: Pax Dei.
& eius esse Deum, iuxta illud: Deus pacis ipsum esse Deum
iuxta illud: Ipse est pax nostra. Pax bonum commendatum ab
omnibus, obseruatum autem a paucis. Quæ autem est causa? For
tasis ambitio dominij, aut facultatum, aut liuor, aut odium, aut
contemptus, aut aliquid huiusmodi, ex his quæ Dei ignaros vi-
demus incurrere. Dei quippe præcipue pax est, quæ confede-
rat omnia, cuius nihil est adeo proprium, sicut vnitas naturæ
& pacificus status. Transumitur vero ab Angelis, & diuinis po
testatibus, quæ ad Deum, & ad inuicem pacifice se habent. Dis-
funditur vero per totam creaturam cuius est decor, tranquilli-
tas in nobis autem manat, secundum animam quidem per inue-
stigationem virtutum, & communicationem, secundum cor-
pus vero in membrorum, & elementorum commensuratione,
quorum alterum pulchritudo, alterum sanitas; appellatur.
BEDA. Discipuli autem nouerant Christum verum homi-
nem, cum quo tanto tempore fuerant conuersati, sed post-
quām mortuus est, non credunt tertia die potuisse veram car-
nem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritum,
quem emisit in passione. vnde sequitur. {Conturbati vero &
conterriti: existimabant se spiritum videre.} Error ille Apo
stolorum secta est Manichæorum. AMBROSIVS:
Adducti autem virtutum exemplis, Petrum & Ioannem non cre
dimus potuisse dubitare. Cur ergo Lucas inducit fuisse turba-
tos, Primo omnium, quia paucorum opinionem sententia ma-
ioris partis includit. Deinde quia & si Petrus de resurrectione
crediderat: turbari tamen potuit, quòd se dominus cum cor-
pore vestibus obseratis, improuisus infunderet. THEO.
Verum, quia per verbum pacis non est sedatus turbo in anima- E
bus discipulorum. aliunde indicat eis se filium Dei esse, qui
mentis cognoscebat archana. vnde sequitur. {Et dixit eis:
{Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda ve-
stra? BEDA. Quales vtique cogitationes, nisi falsæ & per-
niciosæ? Perdidit enim Christus fructum passionis, si non es-
set veritas resurrectionis tamquām bonus agricola diceret, quod
ibi plantaui, inueniam, ideſt fidem, quæ in cor descendit, quia
desuper est. Cogitationes autem istæ non desuper descende-
runt: sed de imo in cor sicut herba mala ascenderunt. CY-
RILLVS. Hoc autem fuit euidentissimum signum, quòd
non alius est qui uidetur, sed ille idem, quem uiderant in
ligno mortuum, & positum in sepulchro, quem non latebat
aliquid eorum, quæ erant in homine. AMBROSIVS.
Consideremus autem qua gratia secundum Ioannem Apostо-
li crediderunt, qui gausi sunt: secundum Lucam, qui incre-
duli redarguuntur. Et uidetur mihi Ioannes quasi Apostо-
lus maiora, & altiora tetigisse hæc sequentia, & humanis pro-
xima, hic historico vsus circuitu, ille compendio, quia & de illo

Universidad de Deusto Biblioteca

quia ego ipſe ſum: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere. Et cum hæc dixiſſet oſtendit eis manus, & pedes.

e Adhuc autem illis non credẽtibus, & mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſsi, & fauũ mellis. Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hęc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.

f Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſsionem pecca-

dubitari non poteſt, quia teſti monium perhibet de his, quibus ipſe interfuit: & ideo vtrumque verum putamus. Nam & ſi in primo Lucas eos non crediſſe dicat: poſtea tamen crediſſe demonſtrat. CYRIL. Comprobans autem dominus deuictã eſſe mortem, & humanam naturam iam in Chriſto corruptionem exuiſſe: primo oſtendit eius manus & pedes, & clauorũ foramina. vnde ſubdit. { Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum.} THE. Sed & aliud ſubiungit, palpationem ſcilicet manuum, atque pedum, cũ dicit. {Palpate & videte q͂a ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.} quaſi diceret: Vos putatis me eſſe ſpiritum, ideſt phantaſma, ſicut plures defunctorum circa ſepulchra videri ſunt ſoliti. Sed ſcitote, quòd ſpiritus neque carnem habet, neque oſſa: ego autem carnem & oſſa habeo. AMBRO. Hoc autem dominus ideo dixit, ut ſpeciem nobis ſuæ reſurrectionis oſtenderet: nam quod palpatur corpus eſt. In corpore autem reſurgemus, ſed illud ſubtilius: hoc craſſius, vtpote adhuc terrenæ labis qualitate concretũ. Non ergo per incorpoream naturam, ſed per reſurrectionis corporeæ qualitatem Chriſtus clauſa penetrauit. (Cap.21.) GREG.13.Mor. Non enim in illa reſurrectionis gloria corpus noſtrum erit impalpabile, & ventis, aereq́ue ſubtilius, ut Euticius dixit, ſed ſubtile quidem per effectum ſpiritualis potentiæ, palpabile autem per veritatem naturæ. Sequitur. { Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes.} BEDA. Quibus ſcilicet indicata clauorum veſtigia claruere, ſed ſecundum Ioannem etiam latus eis oſtendit, cum fuerit lancea perforatum, vt ſcilicet oſtenſa vulnerum cicatrice, dubietatis eorum vulnus ſanaret. Solent autem in hoc loco Gentiles calumniam ſtruere, quaſi non valuerit dominus vulnera ſibi inflicta curare. Quibus reſpondendum eſt, quia non eſt conſequens, vt qui maiora feciſſe probatur, minora facere nequiuerit, ſed certe diſpenſationis gratia, qui mortem deſtruxit, ſigna mortis delere noluit. primo quidem, vt per hoc diſcipulis fidem ſuæ reſurrectionis aſtrueret: deinde vt patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, ſemper oſtendat: tertio vt ſua morte redemptis quàm miſericorditer ſint adiuti: propoſitis eiuſdem mortis indiciis, inſinuet: poſtremo, vt in iudicio quàm iuſte damnentur impii, denunciet.

e ¶ CYRIL. Oſtenderat dominus diſcipulis manus & pedes, vt certificaret diſcipulos, quòd corpus quod paſſum fuerat reſurrexit. Vt adhuc autem magis certificaret, aliquid manducabile petiit. vnde dicitur. { Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gau. dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur?} GREGO. Nyſſenus: Et iuſſu quidem legis paſcha cum amarizantibus edebatur, quia adhuc amaritudo manebat, poſt reſurrectionem vero cibus fauo mellis dulcoratur. vnde ſequitur. {At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis.} BEDA. Ad inſinuandum ergo reſurrectionis ſuæ veritatem non ſolum tangi a diſcipulis, ſed etiam conueſci cum illis dignatur, ne arbitrentur eum non ſolide, ſed imaginabiliter ſibi apparere. vnde ſequitur. { Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis.} Manducauit quidem poteſtate, non ex neceſſitate. aliter enim abſorbet aquam terra ſitiens, aliter Sol calens, illa indigentia, iſte potentia. GRAECVS. Si damus dominum vere comediſſe, demus & omnes homines poſt reſurrectionem vti ciborum fomentis. Sed quæ ex quadam diſpenſatione fiunt a Saluatore, non ſunt regula & norma naturæ, quoniam in quibuſdã aliis diſpenſauit. Reſuſcitabit enim noſtra corpora incorrupta, qui tamen dereliquit proprii corporis foramina, quæ claui forauerant, & lateris cicatricem, vt oſtendat, quòd manſit poſt reſurrectionem natura corporis, nec eſt in aliam mutatus ſubſtantiam. BEDA. Manducauit ergo poſt reſurrectionem, nõ quaſi cibo indigens, nec quaſi in reſurrectione quam expectamus cibis egere ſignificans, ſed vt eo modo naturam corporis reſurgentis aſtrueret. Myſtice autem piſcis aſſus, quem Chriſtus comedit, ſignificat Chriſtum paſſum: ipſe enim latere dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis noſtræ, & quaſi tribulatione aſſatus eſt tempore paſſionis ſuæ, ſed fauus mellis nobis extitit in reſurrectione. In fauo quidem mellis vtramque naturam exprimere voluit perſonæ ſuæ. Fauus quippe mellis in cera eſt: mel vero in cera eſt diuinitas in humanitate. THEO. Videntur autem & comeſta aliud habere myſterium. quòd enim manducauit partem piſcis aſſi, ſignificauit, quòd naturam noſtram in huius vitæ mari natantem, aſſans eam igne propriæ deitatis, & exiccans eius humiditatem, quam a profundis vndis contraxerat, eſcam fecit diuinam, & eam quæ prius erat abominabilis præparauit Deo cibum ſuauem, quod ſignificat fauus mellis. vel per piſcem aſſum ſignificat vitam actiuam conſumentẽ noſtrã humiditatem laborum prunis. contẽplationem vero ſignificat per fauum mellis, propter dulcedinem eloquiorũ Dei. BEDA. Poſtquàm autem viſus eſt & tactus, manducauit, ne in aliquo ſenſus humanos ludificaſſe videretur, miſit manus ad ſcripturas. vnde ſequitur. { Et dixit ad illos: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vobiſcũ,} ideſt, cum adhuc eſſem in carne mortali, in qua eſtis & vos. tunc quidem in eadem carne reſuſcitatus erat: ſed cum illis in eadem mortalitate non erat. & ſubdit: { Quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. AVG. de Con. Euan. (Lib.1.c.11.) Illud attendant, qui magicis artibus Chriſtum tanta potuiſſe, & nomen ſuum ad Apoſtolos in ſe conuertendos arte ipſa conſecraſſe delyrant: vtrum potuit magicis artibus Prophetas diuina ſpiritu antequàm in terra naſceretur implere. Neque enim ſi magicis artibus fecit vt coleretur & mortuus, magnus erat antequàm natus, cui prophetando venturo gens vna deputata eſt.

f ¶ BEDA. Poſtquàm præbuit ſe videndum oculis, manibus contrectandum, legis, commemorauit ſcripturas conſequenter aperuit ſenſum, vt intelligatur quod legitur. vnde dicitur. {Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.} THEO. Alioquin quomodo eorum anima turbata, & vacillans circa Chriſti myſterium ſtuduiſſet? ſed & verbis eos docuit. Sequitur enim: { Et dixit eis, quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, } ſcilicet per lignum crucis. BEDA. Perdidit autem Chriſtus fructum paſſionis: ſi non eſſet veritas reſurrectionis. vnde ſubdit. { Et reſurgere a mortuis die tertia.} Deinde poſt commendatam ſui corporis veritatem, commendat eccleſiæ vnitatem cum ſubdit: { Et prædicari in nomine ei⁹ pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. EVSE. Dictum enim erat: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Oportebat autem conuerſos ex gentibus expiari a quolibet contagio & macula per ipſius virtutem, quaſi contaminatos ab errore dæmonum idolatriæ, & nuper quaſi conuerſos a vita execrabili, & impudica. & ideo dicit, quòd oportet prædicari prius quidem pœnitentiam, conſequenter remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Eis enim qui prius quàm veram oſtenderunt malorum pęnitentiam ſalubri gratia veniam commiſſorum donauit, pro quibus & mortem ſubiit. THE. In hoc vero, q͂d dicit. {Pęnitentiam & remiſſionẽ peccatorũ.} etiã de baptiſmate meminit, in quo per depoſitionem priorum ſcelerum ſubſequitur venia peccatorum. Sed quo pacto intelligetur in ſolo Chriſti nomini baptiſma fieri, cum alibi mandet hoc fieri in nomine patris, & filii, & ſpirituſſancti? Et primo quidem dicimus, quòd non intelligitur, quòd in ſolo Chriſti nomine fiat baptiſma, ſed quòd Chriſti baptiſmate aliquis baptizetur, ideſt ſpiritualiter non iudaice, nec tali, quali Ioannes baptizabat ad ſolam pęnitentiam, ſed ad ſpiritus almi participationem, ſicut & Chriſtus in Iordane baptizatus oſtendit ſpiritumſanctum in ſpecie columbina. Porro baptiſma in Chriſti nomine, ideſt morte Chriſti intelligas. ſicut enim ipſe poſt mortem triduo reſurrexit, ſic & nos ter in aquam mergimur, & conuenienter emergimur, incorruptibilitatis ſpiritus arram recipientes. Hoc etiam Chriſtus nomen continet in ſe, & patrem quaſi vnctorem, & ſpiritum quaſi vnctionem, & filium quaſi vnctum, ſcilicet ſecundum humanam naturam. Non autem decebat amplius bipartitum eſſe humanum genus in Iudæos, & Gentiles. Et ideo, vt omnes in vnum uniret, mandauit incipere ſermonem a Hieruſalem, & ad Gẽtes terminari. vnde ſequitur. {Incipi. ab Hieruſalem.} BEDA. Non ſolum quia credita ſunt illis eloquia Dei, & eorum eſt adoptio filiorũ & gloria. verũ etiam vt gentes variis erroribus implicatæ, hoc maxime indicio diuinæ pietatis, ad ſpem

torum in omnes gentes, incipiẽtibus ab Hieroſolyma. Vos autẽ teſtes eſtis horum, & ego mittã promiſſum patris mei in vos. Vos autẽ ſedete in ciuitate quoadſque induamini virtute ex alto.

g Eduxit autem eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis, & factum eſt, dum benediceret illis, receſsit ab eis, & ferebatur in cœlũ & ipſi adorantes regreſsi ſunt in Hieruſalẽ cũ gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

ſpem uenię prouocentur, q͂ eis qui filium Dei crucifixerũt venia concedetur. CHRY. Inſuper ne dicerent aliqui, q͂ omiſſis notis iuerunt ſe oſtentaturos ad extraneos. Ideo prius apud ipſos occiſores paudunt reſurrectionis ſigna in eadem ciuitate, in qua prorupit temerarius auſus. Vbi enim crucifixores credere videntur, reſurrectio plurimũ demõſtratur. EVSE. q͂ ſi ea, quæ Chriſtus prædixit iam ſortiuntur effectum, & verbũ eius viuax, & efficax per vniuerſum mundum oculata fide perſpicitur, tempus eſt non incredulos eſſe erga eum, qui protulit verbum. Cum enim neceſſe eſt diuinam vitam ducere, cuius opera viuida verbis conſona oſtẽduntur, quæ quidem miniſterio Apoſtolorũ impleta ſunt. vnde ſubdit. {Vos autem eſtis teſtes horum mortis}. ſ. & reſurrectionis. THEO. Conſequenter ne turbati cogitarent, quomodo nos homines idiotę teſtimonium perhibebimus Gentibus & Iudæis, qui te occiderunt, ſubiungit. {Et ego mittã promiſ. pa. mei in vos} quod. ſ. per Ioelem promiſerat dicens: Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem. CHRY. Sicut autem milites inuaſuros multos nemo dux exire ſinit donec armati ſint, & ſic diſcipulos ante ſpiritus deſcenſum, ad conflictum egredi non permittit. vnde ſubdit: { Vos autem ſedebitis in ciui. quoadvſque indua. vir. ex alto.} THEO. i. virtute non humana, ſed cœleſti, nec dixit. Suſcipiatis, ſed induamini, integram tutelam ſpũalis velaminis indicans. BEDA. de hac autem virtute. i. ſpiritu ſancto dicit etiam Angelus Mariæ: Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. & ipſe dominus alibi: Nam & ego noui virtutem de me exiſſe. THEO. Cur autem non Chriſto præſente, vel eo diſcedente ſtatim ſpiritus venit? Decebat enim eos fieri cupidos rei, & demum recipere gratiã. tunc enim magis ad Deum erigimur, cum incumbit neceſſitas. oportebat enim interim noſtram comparere naturam in cœlo, & fędera conſummari, ac deinde ſpiritum aduenire, & gaudia celebrari ſerena. Attende etiam quantam eis neceſſitatem impoſuit Hieroſolymis eſſe: in eo, q͂ illic ſpiritum promiſit largiri. Ne. n. rurſus poſt eius reſurrectionẽ aufugerent, hac expectatione quaſi quodam vinculo omnes ſimul eos ibi detinuit. dicit autem. {Donec induamini virtute ex alto.} Nec expreſſit quando, vt ſint iugiter vigiles. Quid ergo miraris, ſi diem nobis nouiſſimum nõ pãdit, cum diem hunc propinquum pandere noluit? GREG. in Paſtora. Admonendi ſunt ergo quos a prædicationis officio imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit nedum ſibi tantum onus officii præcipitatione arrogant, viam ſibi ſubſequentis meliorationis abſcindant. Ipſa enim veritas, quæ repẽte quos vellet roborare potuiſſet, vt exemplum ſequentibus daret, ne imperfecti prædicare præſumerent: poſtquàm plene diſcipulos de virtute prædicationis inſtruxit, mandauit eis, vt in ciuitate ſederent, donec induerentur virtute ex alto. Iu ciuitate quippe ſedemus, ſi intra mentium noſtrarum nos clauſtra conſtringimus, ne loquendo exterius auagemur, vt cum virtute diuina perfecte induimur, tunc quaſi a nobiſmetipſis foras etiam alios inſtruentes exeamus. AMBRO. Conſideremus autem quomodo ſecundũ Ioannem acceperint ſpiritumſanctum: hic autem in ciuitate iubentur ſędere, quoaduſque induantur virtute ex alto, ſed ſpiritumſanctum, vel illis. xi. quaſi perfectioribus inſufflauit, & reliquis poſtea tribuendum promittit, vel eiſdem ibi inſufflauit, hic ſpopondit. Nec videtur eſſe cõtrarium, cum diuiſiones ſint gratiarũ. ergo aliam inſufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittẽdorum gratia tributa eſt peccatorum, quod videtur eſſe anguſtius. & ideo inſufflatur a Chriſto, vt credas ſpiritumſanctum Chriſti, & credas de Deo ſpiritum. Deus enim ſolus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam deſcribit effuſam. CHRY. vel dicit. Accipite ſpiritum ſanctum, vt eos idoneos faceret ad receptionem, aut quod futurum eſt, vt præſens indicauit. (Cap.26.) AVG. 15. de Trini. Vel dominus poſt reſurrectionem ſuam bis dedit ſpiritumſanctum, ſemel in terra propter dilectionem proximorum, & iterum de cęlo propter dilectionem Dei.

g ¶ BEDA. Prætermiſſis omnibus quæ per quadragintaquatuor dies agi a domino cum diſcipulis potuerunt, primo diei reſurrectionis eius coniungit tacite nouiſſimum diem, quo aſcendit in cęlum dicens. {Eduxit autem eos foras in Bethaniam.} Primo quidem propter nomen ciuitatis, quæ domus obedientiæ dicitur. qui enim propter inobedientiam peruerſorum deſcendit, propter obedientiam conuerſorũ aſcẽdit. deinde propter ſitum eiuſdem villæ, quæ in latere montis oliuarum poſita eſſe narratur, quia videlicet obedientis eccleſiæ domus in ipſius ſummi montis, ideſt in Chriſti latere, fidei, ſpei, dilectioniſque ſuę fundamento locauit. Eos autem benedicit, quibus præcepta docendi tradiderat. vnde ſequitur: {Et eleuatis manibus ſuis benedixit eis.} THEO. Forſan vim conſeruatiuam influens eis vſque ad aduentum ſpiritus, & fortaſſis inſtruens nos, vt quoties recedimus, benedictionibus ſubditos Deo commendemus. ORI. Quòd autem eleuatis manibus benedixit eos, ſignificat, q͂ deceat benedicentẽ cui quã ornatũ eſſe variis operibus, & arduis reſpectu aliorum: ſic enim manus tolluntur in altum. CHRY. Attende autem, quòd dominus brauia repromiſſa aſpectui ſubiicit. promiſerat quidem corporum reſurrectionem, a mortuis reſurrexit, & per quadraginta dies diſcipulos certificat. promittitur etiam, quòd in nubibus rapiemur in aere, & hoc ipſe patefecit per opera. Sequitur enim. {Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cęlum.} THEO. Et Helias quidem videbatur quaſi aſſumi in cęlum, ſed Saluator ipſe præcurſor omnium aſcendit in cęlum: appariturus diuino coaſpectui in ſacro ſuo corpore, & iam noſtra natura in Chriſto honoratur, a qualibet virtute angelica. CHRY. Sed dices, quid intereſt mea? quia & tu in nubibus ſuſcipieris ſimiliter: nam corpus tuum connaturale eſt illi corpori. Erit igitur & corpus tuum tam agile, vt poſſit tranſire per aera. nam ſicut caput, ſic & corpus, ſicut principium ſic & finis. Aſpice autem quomodo honoratus es per hoc principium. Infirma pars rationalis creaturæ homo erat, ſed pedes effecti ſunt caput, ſublimati in regiam ſedem in ſuo capite. BEDA. Aſcendente autem in cęlum domino, diſcipuli adorantes vbi ſteterunt nouiſſime pedes eius, confeſtim Hieroſolymam redeunt, vbi promiſſionem patris ſunt expectare præcepti. Sequitur enim. {Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno.} Gaudia magna agunt, quia Deum ac dominum ſuũ poſt triumphum reſurrectionis etiam cęlos penetraſſe lætantur. GRAECVS. Et erant vigilantes non degentes in propriis laboribus, ſed expectantes ſupernam gratiam conuerſantur in templo, inter cætera etiam loci honeſtatem addiſcentes. vnde dicitur. {Et erant ſemper in templo.} THEO. Nondum aderat ſpiritus, & iam ſpiritualiter conuerſantur: prius erant recluſi: iam ſtãt in medio principum Sacerdotum, nec aliquo diſtrahuntur mundano, ſed omnibus contemptis iugiter Deum laudant. Sequitur enim. {Laudantes & benedicentes Deum.} BEDA. Et attende, quòd Lucas inter quatuor animalia cęli deſignatus accipitur per vitulum, cuius victima qui in Sacerdotium eligebantur initiari ſunt iuſsi, eo quòd ipſum Sacerdotium Chriſti cæteris amplius exponendum ſuſcepit. & euangelium ſuum quod a miniſterio tẽpli per Sacerdotium Zachariæ cępit, in templi deuotione compleuit: & Apoſtolos ibi miniſtros noui Sacerdotii futuros non in victimarum ſanguine, ſed in laude Dei, & in benedictione concluſit, vt in loco orationis, & inter laudum deuotiones promiſſum ſpirituſſancti aduentum paratis cordibus expectent. THEO. Quos nos imitantes in ſacra vita ſemper degamus, laudantes & benedicentes Deum, cui eſt gloria, & benedictio, & virtus in ſæcula: Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS
IN CATENAM EXPLANATIONVM SVPER IOAN. EVAN. CONTEXTAM.
PRAEFATIO.

Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius, & ea quę sub ipso erant replebant templum. Esa.cap.6.

Cap.6. GLOSSA. Diuinæ visionis sublimitate illustratus Isaias Propheta dixit. {Vidi dominum sedentẽ,&c.} HIERO. super Isaiam. Quis sit iste dñs qui videt, in Euangelista Ioanne plenius discimus, qui ait: Hæc dixit Isaias,qñ vidit gloriã Dei,& locutus est de eo,haud dubium quin Christum significet. GLO. Vnde ex verbis istis materia huius euãgelii qđ ẜm Ioannẽ describit, designatur. EX ECCLE. historia. Quia.n.natiuitatẽ Saluatoris ẜm carnẽ, vel Matthę⁹,vel Lucas descripserãt,reticuit hic Ioãnes,& a theologia,atq; ab ipsa eius diuinitate sumit exordium,quæ pars sine dubio ipsi velut eximio ꝑ spm̃scm̃ reseruata est. ALCVI. Vnde cum oibus G diuinæ scripturæ paginis euãgeliũ excellat,quia quod lex, & Prophetæ futurũ ꝓdixerunt, hoc cõpletũ dicit euangeliũ. Inter ipsos aũt euangeliorũ scriptores Ioannes eminet in diuinorũ mysteriorum profunditate,qui a tpe dñicæ Ascensionis ꝑ annos lxv. verbũ Dei absque adminiculo scribendi vsque ad vltima Domiciani tpa ꝓdicauit,sed post occisionẽ Domiciani cũ,(Nerua permittẽte,)de exilio redisset Ephesum,cõpulsus ab Epis Asiæ de coæterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hæreticos,qui Chrm̃ ante Mariã fuisse negabant. vnde merito in figura quatuor aĩalium aquilæ volanti cõparatur,quæ volat altius cunctis auibus,& Solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Tract.1. in euang. Ioã. AVG. super Ioan. Transcendit enim Ioannes oĩa cacumina terrarum, transcẽdit oẽs cãpos aeris, transcendit oẽs altitudines siderum, transcendit oẽs choros,& legiones Angelorũ:nisi.n.transcenderet ista oĩa quæ creata sunt, nõ H perueniret ad eũ,ꝑ quem facta sunt oĩa. Lib.1.ca.5. AVG. de Con. Euan. Ex quo intelligi datur si diligenter aduertas, tres Euangelistas tꝑalia facta dñi,& dicta quæ ad informandos mores vitæ ꝓsentis maxime valerent,circa actiuã virtutẽ fuisse versatos. Ioannẽ vero facta dñi multo pauciora narrantẽ,dicta vero eius ꝓsertim q̃ Trinitatis vnitatem,& vitæ eternæ fœlicitatem insinuarent diligentius & vberius conscribentem,in virtute contẽplatiua cõmendandã suam intentionem,prædicationemq; tenuisse. Lib.1.c.6. vnde animalia tria,per quæ tres alii Euangelistæ designantur,siue leo, siue homo,siue vitulus

F in terra gradiuntur,qa tres Euangelistæ in his maxime occupati sunt q̃ Chrs in carne opatus est,& q̃ præcepta mortalis vitæ exercendæ carnem portantibus tradidit. At vero Ioãnes supra nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat,& lucẽ incõmutabilis veritatis acutissimis,atq; firmissimis oculis cordis intuetur:ipsam.n. Lib.1.c.4. maxime diuinitatem dñi, qua pri est æqualis intẽdit,eamq; ꝓcipue suo euangelio quantum inter hoĩes sufficere credidit,commendare curauit. GLO. Pôt igitur Euãgelista Ioannes cum Isaia Propheta dicere. {Vidi dñm sedentem super solium excelsum & eleuatum:}inquantũ acumine visus sui, Chrm̃ in diuinitatis maiestate regnantem inspexit,quæ quidem etiam sua natura excelsa est,& super oĩa alia eleuata. Dicat etiam Euangelista Ioannes.{Et plena erat domus a maiestate eius,}quia ꝑ ipsum narrat oĩa esse facta,& suo lumine oẽs hoĩes in hunc mundum veniẽtes illustrari. Dicat etiã,ꝙ{ ea quæ sub ipso erant replebãt templũ,}quia dicit, verbum caro factum est,& vidimus gloriam eius,gloriã quasi vnigeniti a patre,plenũ gratiæ & veritatis,ẜm ꝙ de plenitudine eius nos oẽs accepimus. Sic igitur præmissa verba materiam huius euãgelii continent, in quo ipse Ioannes dñm super solium excelsum sedentem insinuat, diuinitatem Christi ostendens. & terram ab eius maiestate impleri ostendit,dum omnia per eius virtutem in esse producta ostendit,& propriis perfectionibus repleta, & inferiora eius,idest humanitatis mysteria,templum,idest ecclesiam replere docet,dum in sacramentis humanitatis Christi, & gratiam, & gloriam fidelibus repromittit. Ho.1.in Io. CHRY. Quando igitur Barbarus hic & indisciplinatus talia loquitur,quæ nullus eorum,qui in terra sunt hominum nouit vnquam,si hic solus esset, miraculũ magnum esset. Nunc autem cum his & aliud isto maius tribuit argumentũ,ꝙ a Deo inspirata sunt ei quæ dicuntur hic.s.ꝙ omnes audiunt,& suadet omnibus per omne tempus. Quis ergo non admirabitur habitantem in eo virtutem? Ho.2.in di uer.locos. ORI. in Ho. Ioannes interpretatur gratia Dei, siue in quo est gratia, vel cui donata est. Cui autem Theologorum donatum est ita abscondita summi boni penetrare mysteria,& sic humanis mentibus intimare?

DIVI THOMAE AQVINATIS
IN EVANG. SECVNDVM IOANNEM, CATENA
CAPVT PRIMVM.

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM
CAPVT PRIMVM.

IN principio erat verbum.

Ho.3.in Io. CHRY. Omnibus aliis Euangelistis ab incarnatione incipientibus,Ioannes transcurrens conceptionem, natiuitatem,educationem,augmentationem,mox de æterna nobis generatione narrat dicens: {In principio erat verbum. Quæst.63. AVG. 83. Quæst. Quod græce logos dicitur, latine & rationẽ & verbum significat, sed hoc loco melius verbum interpretatur,vt significetur non solum ad patrem respectus,sed ad illa etiã quæ per verbum facta sunt operatiua potentia. Ratio aũt etsi nihil per eam fiat, recte ratio dicit. Trac.1.ĩ Io. AVG. super Ioan. Quotidie aũt dicendo verba viluerunt nobis, quia sonando & transeundo viluerunt. Est verbum & in ipso homine quod manet intus. nam sonus procedit ex ore. Est verbum quod vere specialiter dr̃ illud quod intelligis de sono,non ipse sonus. Cap.10. AVG. 15. de Trini. Quisquis aũt pôt intelligere verbũ,non solum antequam sonet, verum etiam antequam sonorũ eius imagines cogitatione voluantur:iam potest videre per hoc speculum, atque in hoc enigmate aliquã verbi similitudinem, de quo dictũ est {In principio erat verbum.} Necesse est enim cum id quod scimus loquimur,ex ipsa scientia quam memoria tenemus nascatur

I verbum. quod eiusmodi sit oĩno,cuiusmodi est illa scientia,de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus verbum est,quod in corde dicimus,quod nec græcum est,nec latinum,nec linguæ alicuius. Sed cum id opus est in eorum quibus loquimur proferre notitiam,aliquod signũ quo significetur assumitur. Ibidẽ c.11. Proinde verbum quod foris sonat, signum est uerbi quod intus latet,cui magis uerbi cõpetit nomen. nã illud quod profertur carnis ore,uox uerbi est, uerbumque & ipsum dicitur propter illud a quo ut foris appareat sumptũ est. Ho.in prin. Ioannis. BAS. K in Ho. Hoc aũt uerbũ non est humanũ uerbũ. Qũo.n.erat in principio humanum uerbum,ultimo loco accipiente hoĩe generationis principium?non igitur in principio uerbum erat humanũ:sed nec Angelorum. Oĩs.n.creatura infra sæculorum terminos est, a creatore essendi sumens principiũ. Sed audi euangeliũ decenter. Ipsum enim unigenitum uerbum dixit. Hom.1. CHRY. Si autem quis dixerit,cur patrem dimittens, mox nobis de filio loquitur? Quoniam ille quidem manifestus omnibus erat,& si non ut pater, sed vt Deus, unigenitus autem ignorabatur,ideo decenter eam quæ de isto est cognitionem confestim in initio studuit imponere his

re his,qui nesciebant eum, sed neque patrem in his, quę de filio A sunt sermonibus tacuit. Propter hoc autem & verbum eum vocauit. Quia enim docturus erat,ꝙ hoc verbum vnigenitus est filius Dei,vt non passibilem æstimet quis generationẽ præueniens verbi nuncupatione,destruit perniciosam suspitionem esse ex Deo,filium impassibiliter ostendens. Secunda vero rõ est,quia ea q̃ sunt patris nobis annunciare debebat, non simpliciter vero eum verbũ Hom.3. dixit,sed cum articuli adiectione a reliquis ipsum separans. Consuetudo enim est scripturæ verba vocare leges Dei, & præcepta: Ho.in prin. Ioan. hoc autem verbum substantia quædam est hypostasis ens, ex ipso. prouenieus impassibiliter patre. BASI. Quare igitur verbum? quia impassibiliter natum est,quia est generantis imago,totum in seipso generantem demonstrans,nihil inde separans, sed in seipso Cap.13. perfectum existens. AVG. 15. de Trinita. Sicut enim scientia nostra illi scientię Dei,sic & nostrum verbum quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei,quod natum est de patris essentia. Tale est autem,ac si dicerem de patris scientia,de patris sa B pientia,vel quod est expressius de patre scientia,de patre sapiẽtia. Lib.15. de Trin.ca.14. Verbum ergo Dei patris vnigenitus filius,per omnia patri similis & æqualis:hoc enim est omnino quod pater:non tamen pater, qa iste filius,ille pater:ac per hoc nouit omnia quæ nouit pater, sed ei nosse de patre,est sicut esse:nosse.n.& esse,ibi vnũ est,& ideo pri, sicut esse non est a filio,ita nec nosse. Proinde tamq̃ seipsum dicẽs, pater genuit verbum sibi æquale ꝑ oĩa:non.n.seipsum integre,perfecteq; dixisset,si aliquid minus,aut amplius esset in eius verbo, in seipso. Li.15.c.15. Nostrum aũt verbum interius quod inuenimus esse vtcumque illi simile,quantum sit etiam dissimile,non pigeat intueri. Est enim verbum mentis nostræ qñq; formabile nõdum formatum quidem mentis nostræ,quod hac atq; hac volubili quadã motione iactamus,cum a nobis nunc id,nunc illud,sicut inuentũ fuerit,vel occurrerit,cogitatur, & tunc fit verum verbum, qñ illud quod nos diximus volubili motione iactare ad id quod scimus ꝑuenit,atque inde formatur, eius omnimodam similitudinem ca- C piens,vt quomodo res queq; scit,sic etiam cogitetur. Quis nõ videat quãta sit hæc dissimilitudo ab illo Dei verbo, quod in forma Dei sic est,vt non ante fuerit formabile postquàm formatum, nõ aliquando possit esse informe,sed sit forma simplex & simpliciter æqualis ei,de quo est? Quapropter, ita dicitur illud Dei verbum, vt Dei cogitatio non dicatur,ne aliquid esse quasi volubile dicatur in Deo,quod nunc habeat,nunc accipiat formam, vt verbum sit, eamque possit amittere,atque informiter quodammodo voluari. Serm.38. AVG. de Ver. dñi. Est enim verbum Dei forma quædam nõ formata,sed forma omnium formarum forma incommutabilis, sine lapsu,sine defectu,sine tempore,sine loco,superans omnia, existẽs in omnibus,fundamentum quoddam,in quo sunt, & fastigiũ sub Ho.in prin. Ioan. quo sunt. BASI. Habet autem & verbum nostrum exterius diuini verbi similitudinem quandam:nam nostrum verbum totam declarat mentis conceptionem,quæ namque mente concipimus, ea verbo proferimus. Et quidem cor nostrum quasi fons quidam est. D verbum vero prolatum quasi quidam riuulus manans ex ipso. Homil.1. CHRY. Considera etiam in Euangelista prudentiam spũalem, nouerat homines id quod antiquius est,& quod est ante oĩa maxime honorantes,& ponentes Deum,propter hoc primũ dicit principium. To.1.in Io. {In principio,inquit,erat verbũ.} ORI. Plura aũt sunt signata ab hoc nomine principium. Est enim principium,sicut itineris,& longitudinis,ẜm illud:Initium boni itineris iustorũ exercitium. est aũt principium & generationis, iuxta illud: Hoc est principium creaturæ dñi,sed etiam Deum non enormiter asseret aliquis omnium principium. Illud etiam ex quo sicut ex præiacẽte materia alia fiunt,principium est penes eos qui credunt illam ingenitam. Est etiam principium ẜm spẽm,sicut Christus principium eorum est,qui ẜm imaginem Dei formati sunt:est etiã principium disciplinæ,ẜm illud: Cum deberetis esse magistri ꝑꝑ tempus,rursus indigetis vt doceamini,quæ sunt elementa exordii sermonum Dei. Duplex.n.est documenti principium, hoc quidẽ natura:hoc vero quo ad nos,ut si dicatur initium sapientiæ fore. Natura quidem Christum inquantum sapientia & verbum Dei est, E quo ad nos vero,inquantum verbum caro factum est. tot igitur significatis ad præsens nobis de principio occurrentibus potest accipi illud,ex quo qđ est agens. Conditor.n. Christus est velut principium,ẜm quod sapientia est vt verbum in principio,quasi in sapientia sit. Plura .n. bona de Saluatore dicuntur. velut igitur vita in verbo est,sic verbum in principio.i.in sapĩa erat. Considera vero si possibile est ẜm hoc significatum accipere nos principium, prout ẜm sapĩam,& exempla quæ in ea sunt,fiunt omnia,vel quia principium filii pater est,& principium creaturarum & oĩum entium ꝑ illud.{In principio erat verbũ,}uerbum filium intelligas Cap.2. in principio.i.in pře dictum fore. AVG. 6. de Tri. Aut in principio Ho.in prin. Ioan. sicut dictum est,ac si diceret,ante oĩa. BASI. Præuidit.n.spũsanct⁹ futuros quosdam inuidentes gloriæ vnigeniti, qui præferrent sophismata ad subuersionẽ auditorum, quia si genitus est,non erat,

& antequàm genitus esset,nõ erat,ne igiť talia garrire præsumãt: spũssanctus ait:{In principio erat uerbum.} Li.2.cir.me. HILA.2.de Tri. Trãseunt tpa,transeunt sæcula,tollunť ætates, pone aliquod qđ voles tuæ opinioni principium,nõ tenes tpe:erat.n. vnde tractatur. Hom.1 CHRY. Sicut aũt quis cũ stat in naui secus littus,uidet ciuitates & portus.cũ uero eũ aliquis in mediũ pelagi duxerit a prioribus quidem desistere facit,non tamen alicubi defigit ei oculũ;ita Euãgelista hic super oẽm nos ducens creaturam, suspensum dimittit oculum,non dans suscipere aliquem finem ad superiora:hoc.n.in principio erat,semper & infinite essendi significatiuum est. Serm.38. AVG. de Ver.dñi. Sed dicunt: Si filius est,natus est.hoc fatemur. adiungunt deinde,si natus est patri filius,erat pater antequàm ei filius nasceretur,hoc respuit fides:ergo ait. Rationem mihi redde, qũo & filius nasci potuit patri,& coeuus esset ei,a quo natus est? Post patrem enim nascitur filius,utique patri morituro successurus. similitudines adhibent de creaturis, & nobis laborandum est ut & nos inueniamus similitudines earum rerum, quas astruimus. Sed quid possumus in creatura inuenire coæternum, qñ in creatura nil inuenimus æternum? Sed si possunt inueniri hæc duo coeua generans & generatum,ibi intelligimus coæterna. Ipsa quidem sapientia dicta est in scripturis candor lucis æternæ, dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinem, ut inueniamus coeua, ex quibus intelligamus coæterna. Nemo autem dubitat,ꝙ splendor de igne exit. ponamus ergo ignem patrem illius splendoris, mox quidem ut lucernam accendo, simul cum igne & splendor existit. Da mihi hic ignem sine splendore,& credo tibi patrem sine filio fuisse. Imago existit de speculo,hominis intuentis speculum existit imago mox ut aspector extiterit,sed ille qui inspicit erat antequam accederet ad speculum. Ponamus ergo aliquid natum super aquam,ut uirgultum,aut herbam, nonne cum imagine sua nascitur? Si ergo semper esset uirgultum,semper esset & imago de uirgulto,quod autem de alio est,utique natum est. Potest ergo semper esse generans,& semper cum illo quod de eo natum est. Sed dicet aliquis,ecce intellexi æternum patrem,coæternum filium,tamen sicut effusum splendorem minus igne lucentẽ, aut sicut effusam imaginem minus quàm uirgultum existentẽ, dicimus non,sed æqualitas oĩmodo est,non credo ait,quia non inuenisti similitudinem. Fortassis aũt inuenimus in creatura qũo intelligam⁹ filium & coæternum patri,& nequaquam minorem, sed non illud possumus inuenire in uno genere similitudinum. Iungam⁹ ambo genera:unũ unde ipsi dant similitudines. & alterũ unde nos dedimus. dederũt.n.illi similitudines ex his quæ præcedũtur tẽpore ab his, a quibus nascũtur,sicut homo de hoĩe,sed tamẽ homo:& homo eiusdem substantiæ. Laudamus ergo in ista natiuitate æqualitatem naturæ, deest æqualitas temporis. In illo autem genere similitudinum quod nos dedimus de splendore ignis, & de imagine uirgulti æqualitatem naturæ non inuenis, inuenis coeuitatem. Totum ergo ibi quod hic ex partibus singulis,& rebus singulis inuenitur,& non hoc solum quod in creaturis totum inuenio ibi,sed tamquam in creatore. Ex gestis Concilii Ephesini. Propterea alicubi quidem filium appellat patris,alicubi autẽ uerbum nominat,alicubi autem splendorem uocat scriptura diuina,singula horum nominum de ipso dicens,ut intelligas ea quę de Christo dicuntur esse circa blasphemiam, quia enim tuus filius eiusdem tibi naturæ sit,uolens sermo ostendere unam substãtiam patris & filii,dicit filium patris,qui ex eo natus est vnigenitus. Deinde quoniam natiuitas & filius apud nos ostentationem præbent passionis: ideoque hunc filium appellat & uerbum impassibilitatem natiuitatis eius nomine isto demonstrans. Sed qm̃ pater quispiam factus vt homo indubitanter senior filio suo demonstratur,ne hoc ipsum etiam de diuina natura putares,splẽdorem vocat vnigenitum patris. Splendor enim nascitur quidem ex Sole: non autem intelligitur Sole posterior. Coexistere ergo semper patri filium splendor tibi denunciet,impassibilitatem natiuitatis ostendat verbum,consubstantialitatem filii nomen insinuet. Hom.2 CHRY. Sed dicunt illi,qm̃ hoc.i.in principio, non æternitatem ostendit,simpliciter. Etenim & de cœlo istud,& de terra dictum est. In principio inquit,fecit Deus cœlum & terram. sed qđ cõmune habet erat ad fecit? sicut enim quod est, cum de homine quidem dicitur, tps præsens significat tm̃: cum autem de Deo id quod est semp & æternaliter,ita & erat. De nostra quidem cum dr̃ natura,præteritum significat tps:cum aũt de Deo,æternitatẽ ostẽdit. Ho.2.ĩ d.lo. ORI. in Ho. Sum enim verbum,duplicem habet significationem:aliqñ.n.temporales motus ẜm analogiam aliorũ verborũ declarat: aliqñ substantiam vniuscuiusque rei, de qua prædicatur sine temporali motu vllo designat:ideo & substantiuum vocatur. Circa med. HILA.2.de Trinita. Respice igitur ad mundum, intellige quid de eo scriptum est: In principio fecit Deus cęlum & terrã. Fit ergo in principio qđ creatur,& ætates continet qđ in principio continet vt fieret. Piscator aũt illiteratus indoctus, liber a tẽpore,solutus a sæculis est,vicit omne principium: erat.n.quod est, neque

in tempore aliquo concluditur, vt cœperit quod erat potius in principio q̃ fiebat. ALCVI. Contra eos ergo qui pp temporalẽ natiuitatem dicebant Christum non semper fuisse, incipit Euangelista de æternitate verbi dicens. {In principio erat verbum.}

Hom.2. b ¶ CHRY. Quia maxime Dei hoc est proprium æternum, & sine principio esse, hoc primum posuit: deinde ne qs audiẽs. In principio erat verbum. ingenitum verbum dicat, confestim hoc remouit dicens. {Et verbum erat apud Deum.}

b Et verbum erat apud Deum.

c Et Deus erat verbum.

Circa prin. HIL. 2. de Trini. Sine principio enim est apud Deum, & qui abest a tempore, non abest ab auctore. Ho.in prin. Ioan. BASI. Rursus hoc dicit propter blaspemantes quod non erat, vbi ergo erat verbum, non in loco incircumscriptibilia continentur, sed vbi erat apud Deum, neque pater loco, neque filius circumscriptione aliqua cõtinentur. Ho.2.in Io. ORI. Vtile est etiam inducere, ꝙ verbum dicitur ad aliquos fieri, puta ad Oseæ, vel Isaiam, aut Hieremiam, ad Deum autem non fit, quasi prius non ens apud ipsum. ex eo igitur, quòd iugiter est in eo dicitur. {Et verbum erat apud Deum,} quia nec a principio a patre separatus est. Homi. 21. CHRY. Non etiam dixit: In Deo erat, sed apud Deũ erat, eam quæ ẽm hypostasim eius est æternitatem nobis ostendens. THEO. Videtur autem mihi, ꝙ Sabellius ex hoc dicto subuersus est. Ipse enim dicebat ꝙ pater, & filius, & spiritussanctus vna est persona, quæ aliquando vt pater apparuit, aliquando vt filius, aliquando vt spiritussanctus. Manifeste vero confunditur ex hoc verbo. {Et verbum erat apud Deum.} Hic enim Euangelista alium declarat esse filium, aliũ Deum, scilicet patrem.

Circa med. c ¶ HILA. 2. de Trini. Dicẽs verbum sonus vocis, est enunciatio negociorum, & elocutio cogitationum: hoc verbo in principio apud Deum erat, quia sermo cogitationis æternus est, cum qui cogitat sit æternus, sed quomodo in principio erat, quod neq; ante tempus, neque post tempus est? Et nescio an ipsum possit esse in tempore. Loquentium enim sermo, neque est antequam loquantur, & cum locuti erunt, non erit. In eo enim ipso quòd loquuntur, dum finiunt iam non erit id vnde cęperunt. Sed si primam sententiam rudis auditor admiseras: In principio erat verbum, de sequenti quid quæris? Et verbum erat apud Deum? Numquid audieras de Deo, vt sermonem reconditæ cogitationis acciperes, aut fefellerat Ioannem quid esset momenti inter inesse & adesse? Id enim quod in principio erat: non in altero esse, sed cũ altero prædicatur. statum igitur verbi & nomen expecta. dicit nãque: {Et Deus erat verbum.} Cessat sonus vocis, & cogitationis eloquium. Verbum hic res est non sonus: natura non sermo, Deꝰ non inanitas est. Ante med. HIL. 7. de Trini. Simplex autem nuncupatio est & caret offendiculo affectionis alienæ. ad Moysen dictum est: Dedi te Deum Pharaoni, sed numquid non adiecta nominis causa est, cum dicitur Pharaoni? Moyses enim Pharaoni Deus datus est: dum timetur, dum oratur, dum punit, dum medetur. Et aliud est Deum dari, & aliud Deum esse. Memini quoque & alterius nuncupationis, vbi dicitur. Ego dixi dii estis, sed in eo indulti nominis significatio est. Et vbi refertur ego dixi, loquẽtis potius sermo est, quàm rei nomen. cum autem audio. {Et Deus erat verbũ.} non dictum solum audio verbum, sed demonstratum esse intelligo quod Deus est. Ho.in prin. Ioan. BASI. Sic igitur excludens accusationẽ blasphemantium quærentium quid est verbum, respondet. {Et Deus erat verbum.} THEO. vel aliter continua: Postquàm verbum erat apud Deum, manifestum est ꝙ duæ personæ erant, quàmuis vna natura duabus existat. vnde dicitur. {Et Deus erat verbum:} ita vt vna natura sit patri & filio, cum sit vna deitas. To.2.in Io. ORI. Adiiciendum etiam, ꝙ verbum in eo ꝙ fit ad Prophetas illustrat Prophetas sapientiæ lumine. apud Deum vero est verbum obtinens ab eo ꝙ sit Deus. vnde prælocauit hoc quod est: Verbũ erat apud Deum, ei quod est, Deus erat verbum. ho.j.cir.me. CHRY. Et non vt Plato hic quidem intellectum quendam: hic vero animam mundi esse dicens. hæc enim procul sunt a diuina natura. Sed dicunt: Pater cũ articuli adiectione dictus est Deus filius autem sine hac. ho.3.cir.me Quid ergo? cum Apostolus dicat. Magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. & rursus. Qui est super omnia Deus? sed & Romanis scribens dicit: Gratia vobis, & pax a Deo patre nostro, sine adiectione articuli: Sed & superfluũ erat hic apponere superius cõtinue adiectum. Non igitur etsi non est adiectus filio articulus, propter hoc filius minor est Deus. (ὁ λόγος τῦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸ τῦν ὁ λόγος.)

Cir.med. d ¶ HIL. 2. de Trini. Quia dixerat: Deus erat verbum, trepido in dicto, & me insolens sermo commouit, cum vnum Deum Prophetæ nunciauerunt, sed ne quo vltra trepidatio mea progredi possit reddit sacramenti tanti piscator dispensationem, & refert ad vnum omnia, sine contumelia, sine abolitione, sine tempore dicens: {Hoc erat in principio apud Deum,} apud vnum ingenitum Deum, ex quo ipse vnus ingenitus Deus est, prædicatur.

F THEO. Et rursus ne suspitio diabolica aliquos conturbaret, ne forte cum verbum Deus sit, insurrexerit contra patrem, vt ali qui fabulantur Gentilium, & separatus a patre fuerit ipsi patri cõtrarius dicit: {Hoc erat in principio apud Deum,} quasi dicat hoc dei verbum numquam a Deo extitit separatum. Ho.3. paulo post prin. CHRY. Vel ne audiens: In principio erat verbum, cui ternum quidem æstimes: seniorem vero spacio aliquo patris vitam suscipias induxit: {Hoc erat in principio apud Deum.} nõ enim fuit vnquam solitarius ab illo, sed semper Deus apud Deum erat, vel quia dixerat: Deus erat verbum, vt non æstimet quis minorem esse deitatem filii, confestim cognoscitiua propriæ deitatis ponit, & æternitatem assumens, cum dicit. {Hoc erat in principio apud Deum,} & qđ factum est adiiciens. Omnia per ipsum facta sunt.

d Hoc erat ĩ prĩcipio apud Deũ.

e Omnia per ipsum facta sunt.

Ibi. cir. me. To.2.ĩ Ioã. ORIG. vel aliter. Postquàm præmiserat tres propositiones Euangelista resumit tria in vnum dicens: {Hoc erat in principio apud Deũ.} In primo enim trium didicimus, in quo erat verbum, quia in principio erat: in secundo apud quem, quia apud Deum: in tertio quia erat verbum, quia Deus velut ergo demonstrans verbum prædictum Deum: per hoc quòd dicit hoc, & colligens in propositionem quartam, hoc quod est: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, ait: {Hoc erat in principio apud Deum.} Quærat autem aliquis. cur non est dictum: In principio erat verbum Dei, & verbum Dei erat apud Deum, & Deus erat verbum Dei? Quisquis autem vnicam veritatem fatebitur esse: palam est, quoniam & demonstratio eius, quæ est sapientia, vna est. Sed si veritas vna & sapientia vna: verbum quoque quod ueritatem enunciat sapientiam expandit in his, qui susceptibiles sunt, unum siquidem erit. nec hoc dicimus inficiantes uerbum Dei fore: sed ostendentes utilitatem omissionis huius uocabuli Dei. Ipse quoque Ioannes in Apocalypsis dicit: Et nomen eius uerbum Dei. ALCVI. Qualiter autem ponit substantiuum uerbum erat, ut intelligeres omnia tempora præuenisse coæternum Deo patri uerbum.

e ¶ ALCVI. Postquàm dixit de natura filii, de operatione eius subiungit dicens. {Omnia per ipsum facta sunt,} idest quicquid est siue in substantia, siue in aliqua proprietate. Circa med. HILA. 2. de Trini. uel aliter: Erat quidem uerbum in principio, sed potuit non esse ante principium. sed quid ille? {Omnia per ipsum facta sunt. Infinitum est per quod fit omne quod factum est. & cum ab eo sint omnia, & tempus ab eo est. Homil. 4. CHRY. Moyses quidem incipiens scripturam ueteris testamenti de sensibilibus nobis loquitur, & hoc enumerat per multa. In principio enim, ait, fecit Deus cęlum & terram. deinde inducit, quoniam & lux facta est, & firmamentum, & stellarum naturæ, & genera animalium. Euangelista vero hæc omnia excedens uno uerbo comprehendit, ut cognita auditoribus ad altiorem festinans materiam, totum hunc librum instituens non de operibus, sed de conditore. Lib.1.c.1. AVGVSTINVS 1. super Genesim ad literam: Cum enim dicitur: {Omnia per ipsum facta sunt. satis ostenditur & lux per ipsum facta, cum dixit Deus. Fiat lux. & similiter de aliis, quod si ita est, æternum est, quod ait Deus, fiat lux, quia uerbum Dei, Deꝰ apud Deum patri coæternus est, quàmuis creatura temporalis facta sit. Cum enim uerba sint temporis, cum dicimus, quando & aliquando, æternum tamen est in uerbo Dei, quando aliquid fieri debeat, & tunc fit quando fieri debuisse in illo uerbo est, in quo nõ est quando & aliquando, quoniam totum illud uerbum æternum est. Trac. 1. AVGV. super Ioan. Quomodo ergo potest fieri ut uerbum Dei factum sit, quando Deus per uerbum fecit omnia, si & uerbum ipsum factum est per quod aliud uerbum factum est? Si hoc dicis, quia est uerbum uerbi, per quod factum est illud, ipsum dico ego unigenitum filium Dei. si autem non dicis uerbum Dei, concede non factum uerbum per quod facta sunt omnia. Cap. 6. AVG. 1. de Tri. Et si factum non est, creatura non est: si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiæ est: omnis enim substantia quæ Deus non est, creatura est, & quæ creatura non est, Deus est. THEO. Solent autem Arriani dicere, quòd sicut per serram ostium fieri dicimus, quasi per organum, sic & per filium omnia facta fuisse dicuntur, non quòd ipse sit factor, sed organum, & sic facturam aiunt filium tamquàm factum ad hoc ut per eum omnia fierent. Nos autem ad huiusmodi fictores mendacii simpliciter respondemus. si enim ut dicitis pater creasset ad hoc filium, ut eo tamquàm organo uteretur: uideretur quòd inhonorabilior sit filius, q̃ quæ facta sunt, sicut ea quæ per serram sunt facta, ipso organo nobiliora existunt. nam serra propter ipsa facta est: sic & propter ipsa quæ facta sunt, ut aiũt pater creauit filium, tãquam si non deberet Deus cuncta creare, nequaquam filium produxisset. quid his uerbis insanius? sed aiunt, quare non dixit, quòd omnia uerbum

verbum fecit: sed vsus est hac præpositione Per, ne filium ingenitũ intelligeres & sine principio & Dei conditorem. Hom.4. CHRY. Sed si præpositio Per, conturbat te, & quæris in scriptura ꝙ ipsum verbum omnia faceret. audi Dauid: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Quòd autem hoc de vnigenito dixerit, addisces ab Apostolo vtente hoc verbo in Epistola ad Hebręos de filio. Si vero de patre hoc prophetam dixisse dicis: Paulum vero filium adoptasse, idem fit rursus. Neque enim id filio conuenire dixisset, nisi vehementer consideraret, quoniam quæ sunt dignitatis, cohonorabilia sunt vtrique. Si rursus, per præpositio aliquã subiectionem tibi videtur inducere, cur Paulus eam de patre ponit? Fidelis inquit dominus, per quem vocati sumus in societatem filij eius. Et iterum: Paulus Apostolus per voluntatẽ Dei. Tomo 2. ORIG. Errauit etiam in hoc Valentinus, dicens verbum esse ꝙ mundanæ creationis præstitit causam creatori: sed si sic se habet veritas rerũ prout ipse intelligit, oportebat scriptum fore per creationem vniuersa consistere a verbo, non autem econtra per verbũ a creatore.

f Et sine ipso factum est nihil.

Hom.4. f ¶ CHRY. Vt non ęstimes cum dicis: Omnia per ipsum facta sunt, illa omnia solum dicere eum, quæ a Moyse dicta sunt, conuenienter inducit. Et sine ipso factum est nihil, siue visibile quid, siue intelligibile. Vel aliter. Ne hoc quod dixit: Omnia per ipsum facta sunt, de signis suspiceris nunc dici, de quibus reliqui euangelistæ locuti sunt, inducit. {Et sine ipso factũ est nihil.} Li.2.de Tri. circa med. HYL. vel aliter dicitur hoc quod dicitur: Omnia per ipsum facta sunt. non habet modum, est ingenitus qui factus a nemine est, est & ipse genitus ab innato, reddidit auctorem cum sociũ professus est dicens. sine ipso factum est nihil, cum enim nihil sine eo intelligo, nõ esse solum, quia alius est per quẽ, alius sine quo non. Homil.3.in diuer. loco. ORI. in Hom. vel aliter. Ne existimares ea quæ per verbum facta sunt per se existentia non contenta a verbo, ait: Et sine ipso factum est nihil. hoc est, nihil factum est extra ipsum, quia ipse ambit omnia, conseruãs ea. Quæst. 97. AVG. de Quæst. no. & ve. testa. vel dicens: Sine ipso factum est nihil, nullo modo ipsum facturã esse suspicari debere edocuit. Quomodo enim potest dici. Ipse est factura, cum nihil dicatur Deus sine ipso fecisse? Tomo.2. ORIG. super Ioan. vel aliter: Si omnia per verbum facta sunt, de numero vero omnium est malitia & totus fluxus peccati, & hæc per verbum facta sunt, & hoc est falsum. quantum igitur ad significata. Nihil & non ens, vnum sunt. Videt autem Apostolus non entia praua dicere. Vocat inquit Deus ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt. Totaque prauitas nihil dicitur, dum absque verbo facta est. Tract.1. AVG. super Ioan. Peccatum enim non per ipsum factum est, & manifestum est quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per verbum factum est, habet quidem formam quandam humanam: sed ipse homo per verbum factus est. Nã forma hominis in idolo non per verbum facta est. scriptũ est enim. Scimus ꝙ nihil est idolum, ergo ista non sunt facta per verbum. sed quæcumq; facta sunt naturaliter, vniuersa natura rerum, omnis omnino creatura ab angelo vsque ad vermiculum. Tomo.2. ORIG. Valentinus autem excludit ab omnibus per verbum factis, quæ sunt in sęculis facta quæ credit ante verbum extitisse, præter euidentiam loquens. siquidẽ quę putantur ab eo diuina, remouẽtur ab omnibus, quæ autem velut ipse putat, pęnitus destruuntur, vere dicuntur omnia. quidã enim falso, dicunt diabolum non esse creaturam Dei, inquantum enim diabolus est, creatura Dei non est. Is autem cui accidit esse diabolum, diuina est creatura, ac si diceremus, homicidã creaturam Dei non esse, qui tamen in eo qđ homo est, creatura Dei est. Cap.25. AVG. de Natura boni. Non autem sunt audienda delyramẽta hominũ, qui nihil hoc loco aliquid intelligendum esse putant, quia ipsum nihil in fine sententiæ positum est, nec intelligunt nihil interesse, vtrum dicatur: Sine ipso nihil factum est, an sine ipso factum est nihil. Tomo.2. ORIG. Si accipiatur verbum pro eo quod in quolibet hominum est, quia & ipsum insitũ est cuilibet ab eo quòd in principio erat verbum, etiam sine hoc verbo nihil committimus simpliciter accipiẽdo quod dicitur. Nihil. Ait enim Apostolus ꝙ sine lege peccatum mortuum erat. adueniente vero mandato peccatũ reuixit, non enim reputatur peccatum lege non existente, sed nec peccatum erat non existente verbo, quia dominus dicit. Si non venissem & essem illis locutus, peccatum non haberent. quælibet. n. excusatio deficit volenti dare responsum de crimine, dum verbo præsente ac iudicante quid est agendum, non obedit quis illi, nec propter hoc inculpandum est verbũ, sicut nec magister per cuius disciplinam non remanet locus excusationis discipulo delinquẽti velut de ignorãtia. Omnia ergo per verbum facta sunt, non solum naturalia, sed etiam quæ ab irrationalibus fiunt.

In j.ca.Ioã. g ¶ BEDA. Quia Euangelista dixit omnem creaturam factã esse per verbum, ne quis forte crederet mutabilem eius voluntatẽ, quasi qui subito vellet facere creaturam quam ab æterno numquã ante fecisset, ideo docere curauit. factam quidem creaturã in tempore: sed in æterna creatoris sapientia, quãdo & quos crearet semper fuisse dispositum. vnde dicit. Quod factũ est in ipso, vita erat. Tracta.1. AVGVST. super Ioannem. Potest autem sic punctari. Quod factum est in ipso. & postea dicatur. Vita erat. ergo totum vita est, si sic pronunciauerimus. quid enim non in illo factum est? ipse est enim sapientia Dei, vt dicitur in Psalmo. Omnia in sapiẽtia fecisti, omnia igitur sicut per illum, ita & in illo facta sunt. si ergo quod in illo factũ est, vita est, ergo & terra vita est, & lapis vita est. inhonestũ est sic intelligere, ne nobis subrepat secta Manichæorum & dicat, quia habet vitam lapis, & habet vitam paries. solent enim ista delyrantes dicere, & cum reprehensi fuerint ac repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes, vt quid dictum est. Quod factũ est in ipso, vita erat? Pronuncia ergo sic. Quod factũ est, hic subdistingue, & deinde infer. In ipso vita erat. Facta est enim terra: sed ipsa terra quæ facta est, non est vita. est aũt in ipsa Dei sapiẽtia spiritualiter ratio quędam qua terra facta est. hæc vita est. sicut arca in omni opere nõ est vita, arca in arte vita est, quia viuit anima artificis. sic ergo quia sapientia dei per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia quæ fiunt per ipsam artem, non hæc cõtinuo sunt vita: sed quicquid factum est, vita est in illo. Hom. 2. in diu. locos. ORIG. in Homilia. Potest autem & sic distingui sine errore. Quod factum est in ipso. & postea dicatur. Vita erat, vt sit sensus. Omnia quæ per ipsum, & in ipso facta sunt, in ipso vita sunt, & vnum sunt. Erãt enim, hoc est in ipso subsistũt causaliter, priusq; sint in seipsis effectiue. Sed si quæris, quomodo & qua ratione omnia quæ per verbum facta sunt, in ipso vita vitaliter, & vniformiter, & causaliter subsistũt? accipe exempla ex creaturarum natura. Conspice quomodo omnium rerum quas mundi huius sensibilis globositas comprehendit, causæ simul & vniformiter in isto Sole qui est maximum mũdi luminare subsistunt, quomodo numerositas herbarum & fructuum in singulis seminibus simul continetur, quomodo multiplices regulę in arte artificis vnum sunt, & in animo disponentis viuunt, quomodo infinitus linearum numerus in vno puncto vnum subsistit. & huius naturalia perspice exempla, ex quibus velut Physicæ theoriæ pennis poteris arcana verbi mentis acie inspicere, & quantum datur humanis rationibus, videre quomodo omnia quæ per verbum sunt facta, in ipso viuunt & facta sunt. 2. lib. de Trinitate. HYL. Vel aliter potest legi. In eo quod dixerat. Sine ipso factum est nihil, posset aliquis perturbatus dicere, est ergo aliquid per alterũ factum quod tamen non sit sine eo factum, & si aliquid per alterum, licet non sine eo, iam nõ per eum omnia, quia aliud est fecisse, aliud est interuenisse facienti. Enarrat ergo Euangelista quid non sine eo factũ sit, dicens. Quod factum est in eo. hoc igitur non sine eo quod factum est. nam id quod in eo factũ est, etiam per eum factum est: omnia enim per ipsum & in ipso creata sunt. In ipso autem creata, quia nascebatur creator Deus: sed ex hoc sine eo nihil factum est, quod tñ in eo factũ est, quia nascẽs Deus vita erat, & qui vita erat, non posteaq̃ natus erat, factus est vita. nihil ergo sine eo fiebat ex his quæ in eo fiebant, quia vita est, in quo fiebãt, & Deus qui ab eo natus est, non posteaquàm natus est: sed nascendo quoque extitit. Hom.4. CHRY. Vel aliter. Non apponemus finale pũctum, vbi dicitur. Sine ipso factum est nihil, secundum hæreticos. Illi enim volentes spiritumsanctum creatum dicere, aiũt. Quod factum est in ipso, vita erat. sed ita non potest intelligi. primum quidem neque tempus erat hic spiritussancti meminisse: sed si de sancto spiritu hoc dictum est, age. secundũ eorũ interim legamus modũ, ita enim nobis hoc inconueniens erit. cum enim dicitur. Quod factum est in ipso, vita erat: spiritumsanctum dicunt dictum esse vitam: sed vita hæc & lux inuenitur esse. Inducit enim. Vita erat lux hominum, quo circa, secũdum eos lucem omnium hunc spiritum dicit. quod autem superius verbum dixit, hic cõsequenter & Deum & vitam & lucem nominat. Verbum autem caro factum est. erit igitur spiritussanctus incarnatus, non filius, ideo dimittentes hunc modum legendi, ad decẽtem veniamus lectionem & expositionem, hoc autem est cum dicitur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factum est. ibi quiescere fac sermonem. deinde ab ea quæ deinceps est dictione incipe, quæ dicit. In ipso vita erat. ac si dicat. Sine eo factum est nihil quod factũ est, idest factibilium. Vides qualiter hac breui adiectione omnia correxit superuenientia inconuenientia. Inducens enim: sine eo factũ est nihil, & adijciens. Quod factum est, & intelligibilia comprehendit, & spiritumsanctum excepit. Spiritus enim sanctus factibilis non est. hæc igitur quæ dicta sunt, de conditione rerum dixit Ioãnes. Inducit autem & eum qui est de prouidentia sermonem, dicens. In ipso vita erat, quemadmodum in fonte qui generat abyssos, & in nullo minoratur fons, ita & in operatione vnigeniti quæcunq; credas per eum facta esse, non minor ipse factus est. nomen autem vitæ hic non solum conditionis est: sed & prouidentiæ rerum, quæ est secundum permanẽtiam earum: cum autem audis, quoniam in ipso vita erat, ne

g Quod factũ in ipso, vita erat.

Universidad de Deusto Biblioteca

ne compositum estimes: sicut enim pater habet vitam in seipso, ita dedit & filio vitam habere. ergo sicut patrem non vtiq; dices compositum esse, ita nec filium. ORI. Vel aliter. Oportet scire quòd saluator quædam dicit non sibi esse, sed alijs, quædam vero & sibi & alijs. In hoc ergo quòd dicitur. Quod factum est in verbo, vita erat. scrutandũ est, an sibi & alijs vita est, vel alijs tãtum. etsi alijs, quibus alijs? idem autem est vita & lux. Lux autem hominũ est. sit itaque hominum vita quorum est lux, & sic in eo quòd dicitur vita, saluator non sibi sed alijs. hæc quidem vita verbo præexistenti aderit, ex eo quòd expiata a peccatis anima fit serena: vita inseratur ei, qui verbi dei se susceptibilem statuit. vnde verbum quidem in principio nõ dixit factum. non enim erat quando principium verbo careret. Vita autem hominum non semper erat in verbo: sed hæc vita hominum facta est, eo quòd vita est lux hominum: cum enim homo nõ erat, nec lux hominum erat, luce secundum habitudinem ad homines intellecta. & ideo dicit. Quod factum est in verbo, vita erat, non autem quod erat in verbo, vita erat. Inuenitur autem alia litera non incongrue habẽs. Quod factum est in eo, vita est. Si autem intelligamus vitam hominum quę in verbo sit, eum esse qui dixit. Ego sum vita. fatebimur neminem infidelium Christi viuere: sed cunctos esse mortuos qui non viuunt in Deo.

h ¶ THEO. Dixerat. In ipso vita erat, ne putares quòd absque vita sit verbum: sed vita sit spiritalis & lux rationalibus cunctis, vnde dicitur. {Et vita erat lux hominũ} q.d, lux ista nõ est sensibilis, sed intellectualis illuminans ipsam animam. AVG. super Ioannem. Ex ipsa enim vita illuminantur homines, pecora non illuminantur: quia non habent rationales mentes: quæ possint videre sapientiam. homo autem factus ad imaginem Dei, habet rationalem mentem per quam possit percipere sapientiam, ergo illa vita per quam facta sunt omnia, lux est, & non quorumcunq; animalium, sed hominum. THEO. Non autem dixit lux est solum Iudæis: sed omnium hominum. Omnes enim homines inquãtum intellectum & rationem recepimus ab eo quod nos condidit verbo, intantum ab eo illuminari dicimur, nã ratio nobis tradita per quam rationales dicimur, lux est ad operanda nos dirigens & non operanda. ORIG. Non est autem prætermittendum qꝫ vitam præmittit luci hominum, inconsequens enim erat illuminari non viuentem, & aduenire illuminationi vitam. si autem idem est. Vita erat lux hominum, quòd solum hominum erit Christus lux atque vita solorum hominum, hoc autem opinari hæreticum est. Non igitur quicquid dicitur aliquorum illorum solum est. Scriptum est enim de Deo, quòd sit Deus Abrahã, Isaac, & Iacob, nõ tamen istorum tantum patrum dictus est Deus, nõ ergo ex eo quòd dicitur. Lux hominum. excluditur quin sit aliorum: alios vero cõtinens, eo quod est. Faciamus hominem ad imaginem nostrã, quic quid ad imaginem ac similitudinem Dei factum est intelligi debet per hominem. Sic igitur lux hominum lux cuiuslibet rationalis creaturę est.

i ¶ AVGVST. super Ioannem. Quia vita illa est lux hominum, sed stulta corda capere istam lucem non possunt: quia peccatis suis aggrauantur, vt eam videre non possint, ne ideo cogitent quasi absentem esse lucem: quia eam videre non possunt. Sequitur. {Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eam nõ comprehenderunt.} Quomodo enim homo positus in Sole cęcus, præsens est illi sol? sed ipse soli absistens est, sic omnis stultus cęcus est, & præsens est illi sapiẽtia. Sed cum cęco præsens est, oculis eius absistens est, non quia illa ipsi absistens est: sed quia ipse absistens est ab illa. ORI. Tenebrę autem huiusmodi hominum non natura sunt, secundum illud Pauli. Eramus aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino. ORIG. in Homilia. Vel aliter. Lux in tenebris fidelium animarum lucet a fide inchoans, ad spem trahens. Imperitorum vero cordium perfidia & ignorantia lucem verbi Dei in carne fulgẽtis non comprehenderunt: sed iste sensus moralis est. Physica vero horum verborum theoria talis est, humana natura etsi non peccaret, suis proprijs viribus lucere non posset. Non enim naturaliter lux est: sed particeps lucis: capax siquidem sapientiæ est, non ipsa sapientia. Sicut ergo aer per semetipsum non lucet: sed tenebrarum vocabulo nuncupatur: ita nostra natura dum per seipsam, consideratur, quædam tenebrosa substantia est, capax ac particeps lucis sapientiæ, & sicut aer dum solares radios participat, non dicitur per se lucere, sed Solis splendor in eo apparere, ita rationabilis nostræ naturæ pars, dum præsentiam verbi Dei possidet, non per se res intelligibiles & Deum suum, sed per insitum sibi diuinũ lumen cognoscit. Lux itaque in tenebris lucet: quia Dei verbum vita, & lux hominum in nostra natura quę per se inuestigata & cõsiderata informis quædam tenebrositas inuenitur, lucere non desinit. & quoniam ipsa lux omni creaturæ est incomprehensibilis. {Tenebrę eam non comprehenderunt.} CHRY. Vel aliter. Totum ab illo loco, Et vita erat lux hominum, primum nos deconditione docuerat, deinde dicit, & quæ secundum animam bona præbuit nobis veniens verbum, vnde dicit. {Et vita erat lux hominũ} Non dicit lux Iudæorum: sed vniuersaliter hominum. non enim Iudæi solum: sed & Gentiles ad hanc uenerunt cognitionem. Nõ autem adiecit, et Angelorum: quoniam ei de natura humana sermo est, quibus uerbũ uenit euãgelizans bona. ORIG. Quæruntautem, quare nõ

h Et vita erat lux hominum.

i Lux in tenebris lucet & tenebrę eam nõ compræhenderunt.

K Fuit homo missus a Deo cui nomẽ erat Ioannes Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.

uerbum lux hominum dictum est: sed uita quæ in uerbo fit, quibus respondemus quia uita quæ ad præsens, non ea quæ communis est rationalium & irrationalũ dicitur, sed quæ adiungitur uerbo quod in nobis fit per participationem uerbi primarij ad discernendum apparentem uitam, & non ueram & cupiẽdam ueram uitam. Prius ergo participamus uitam quæ apud quosdam quidem est potentia actu lux, scilicet, non sunt audi perquirere quæ ad scientiam petinent, apud quosdam uero & actu lux efficitur, qui secundum Apostolum emulantur dona meliora, scilicet, uerbum sapientiæ. si tamen & tunc idem est uita & lux hominum, nullus manẽs in tenebris perfecte uiuere comprobatur, nec quisquam uidentium consistit in tenebris. CHRISO. Vita enim adueniente nobis solutum est mortis imperium, & luce lucente nobis non vltra sunt tenebrę: sed semper manet uita quã mors superare non potest: nec tenebrę lucẽ unde sequitur. {Et lux in tenebris lucet.} Tenebras mortem & errorem dicit. nam lux quidem sensibilis nõ in tenebris lucet: sed sine illis. Prædicatio uero Christi in medio erroris regnãtis sulsit, & eum disparere fecit, & in uitam mortem fecit mortuus Christus, ita eam superans, ut eos qui detinebantur reduceret. Quia igitur neque mors eam superauit, neque error: sed fulgida est eius prædicatio ubique, & lucet cum propria fortitudine: propterea subdit. Et tenebrę eam non comprehenderũt. ORIGEN. Est etiam sciendum, quòd sicut lux hominum nomen est duarum spiritualium rerum: sic & tenebrę. Dicimus enim hominum lucem possidentem opera lucis perficere, & etiam cognoscere quasi illustratum lumine scientiæ. & ecõtrario tenebras dicimus illicitos actus, & eam quæ uidetur scientia, non est autem. Sicut autem pater lux est, & in eo tenebrę non sunt ullę, sic & saluator. Sed quia similitudinem carnis peccati subijt, non incongrue de eo dicitur quòd tenebræ in eo sunt aliquę, ipso in se susciepiente nostras tenebras ut eas dissiparet. Hæc igitur lux quæ facta est vita hoium: radiat in tenebris animarum nostrarum, & uenit ubi princeps tenebrarum harum cum genere bellat humano. Hanc lucem persecutę sunt tenebræ, quod patet ex his quæ saluator & eius filij sustinent, pugnantibus tenebris contra filios lucis. Verum, quia Deus patrocinatur, non inualescunt. unde non apprehendunt lucem, uel quia celeritatem cursus lucis subsequi nõ ualent propter propriam tarditatem, uel quia si superuenientem expectant, tugantur luce appropinquante. Oportet autem id considerare quòd non semper tenebræ in sinistra parte sumuntur: sed quandoque in bona, secundum illud Psalmi. Posuit tenebras latibulum suum, dum ea quæ sunt erga Deum, ignota & inperceptibilia sunt. De hac ergo laudata caligine dicam, quoniam uersus lucem pergit, illamque apprehẽdit, quia quod erat caligo dum ignorabatur, in lucem cognitam uertitur ei qui didicit. AVGVST. decimo de Ciuitate Dei. Hoc autem initium sancti euangelij quidam Platonicus aureis literis perscribendum, & per omnes ecclesias in locis eminentissimis præponendum esse dicebat. BEDA. Nam alij Euangelistæ Christum in tempore natum describunt, Ioannes uero eundem in principio testatur fuisse dicens. In principio erat uerbum. Alij inter homines eum subito apparuisse commemorant, ille ipsum apud deum semper fuisse testat dicens. Et uerbum erat apud deum. Alij eum uerum hominem, ille uerum confirmat Deum dicens. Et Deus erat uerbum. Alij hominem apud homines cum temporaliter conuersatum, ille Deum apud Deum in principio manentem ostendit dicens. Hoc erat in principio apud deum Alij magualia quæ in homine gessit perhibent, ille quòd omnem creaturam per ipsum Deus pater fecerit, docet dicens. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

k ¶ AVGVSTI. Ea quæ dicta sunt superius, de diuinitate Christi dicta sunt, qui sic uenit ad nos, secundũ quòd apparuit homo. Quia igitur sic erat homo, ut lateret in illo Deus, missus est ante illum magnus homo, per cuius testimoniũ inueniretur plusquam homo: & quis est hic? Fuit homo. THEO. Non Angelus ut suspitionem multorum destrueret. AVG. Et quomodo posset iste uerum de Deo dicere nisi Missus a Deo? CHRY. Nihil de reliquo humanum esse estimo eorum quæ dicũtur ab illo, non enim quæ eius sunt: sed quæ mittentis omnia loquitur: ideo & Angelus nuncupatus est a Propheta dicente. Ego mitto Angelum meum. Angeli enim uirtus est nihil proprium dicere. Hoc autem quod dicit. Fuit missus non eius qui ad esse processus ostensuum est. Sicut autem Isaias missus fuit, nõ aliunde: quam a mundo: sed a statu quo uidit dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum ad plebem, sic & Ioannes a deserto ad baptizandum mittitur. Ait enim, Qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quẽ videris &c. AVG. Quid vocabatur? Cui nomen erat Ioannes. ALCVI. idest gratia Dei, vel in quo est gratia, qui gratiam noui testamenti, idest Christũ suo testimonio primum mundo innotuit. Vel Ioannes interpretatur cui donatum est, quia per gratiam dei donatum est illi, regem regum non solum præcurrere: sed etiam baptizare. AVG. Quare venit? {Hic venit in testimoniũ, vt testimoniũ perhiberet de lumine.} ORI. Quidã improbare nituntur edita de Christo testimonia prophetarum dicentes. Non egere testibus Dei filium habentem credulitatis sufficiẽtiam, tum in his quæ protulit salubribus verbis, tum in mirabilibus operibus suis. Siquidem & Moyses credi meruit per verbum & virtutes, non egens præuijs testibus. Ad hoc dicendum est, quòd multis existentibus causis inducentibus ad credendum, plerumque quidam ex hac demonstratione nõ admirantur, ex alia vero habent causam vt credant. Deus autem est qui procunctis hominibus homo factus est. Constat igitur quosdam ex dictis propheticis ad Christi admirationem coactos, mirantes tot prophetarum ante eius aduentum vocem, constituentes natiuitatis eius locum, & alia huiusmodi. Illud quoq; aduertendum, quòd prodigiosæ virtutes ad credendum prouocare poterant eos qui tempore Christi erant, non autem post longa tempora non fabulosa quædam estimata fuerunt, plus enim peractis virtutibus facit ad credulitatem, quæ cum virtutibus quæritur prophetia. Est autem & tale quid dicere, quòd quidam in hoc quòd testimoniũ præbent Deo, honorati sunt. Priuare vult ergo chorum prophetarum ingenti gratia, qui dicit illos non oportere de Christo testimonium exhibere. Accessit autem his Ioannes, vt testimonium de luce perhibeat. CHRISOSTO. Non ea indigente testimonio: sed propter quid ipse Ioannes docet, dicens. {Vt omnes crederent per illũ.} Sicut enim carnẽ induit ne omnes perderet, ita & præconem hominem misit, vt cognatam audientes vocem, facilius aduenirent. BEDA. Non autem ait: Vt omnes crederent in illum. Maledictus enim homo qui confidit in homine, sed vt omnes crederent per illum, hoc est per illius testimonium crederent in lucem. THEO. Si vero aliqui non crediderint, excusabilis permanet ipse. Nam etsi aliquis includẽs se in domo caliginis, & ipsum Solis radius non illustret, ipse causam tribuit & non sol, sic Ioannes, vt omnes crederent missus fuit, sed si minime consecutum est, ipse huius rei causa non extitit. CHRYSOSTO. Quia vero multum apud nos maior qui testatur, eo qui testimonium perhibet & dignior fide esse videtur, ne quis & de Ioanne hoc suspicetur, hanc suspitionem destruit dicens. {Non erat ille lux: sed vt testimonium perberet de lumine.} Si vero non huic instans opinioni hoc resumpsit, vt testimonium perhiberet de lumine, superfluum esset quod dicitur, & magis iteratio sermonis quàm explanatio doctrinæ. THEO. Sed dicet aliquis, ergo neque Ioannẽ neque sanctorum quempiam lucem esse vel fuisse dicemus: sed si sanctorum aliquem lucem velimus dicere, ponemus lucem absque articulo, vt si interrogatus fueris, vtrum Ioannes est lux sine articulo, secure concedas: si vero cum articulo, non concedas. Non enim est ipsa lux principalior: sed lux dicitur, quia secundum participationem lucem habeat a vero lumine.

l ¶ AVGVST. De quo lumine Ioannes testimonium perhibeat, ostendit dicens. {Erat lux vera. CHRYSOS. Vel aliter. Quia superius de Ioanne dixerat quòd venit, & missus est, vt testetur de luce, ne quis hoc audiens propter testantis recentem præsentiam, & de eo cui testimonium perhibetur, talem quandam suspitionem accipiat, reduxit mentem, & ad eam quæ supra omne principium est, transmisit existentiam dicens. {Erat lux vera.} AVGV. Quare additum est, vera? quia & homo illuminatus dicitur lux: sed vera lux illa est quæ illuminat. nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem sol exeat, lumina illa sine causa patent, vnde subdit. {Quæ illuminat omnẽ hominem.} Si omnem hominẽ ergo & ipsum Ioãnem. Ipse ergo illuminabat, a quo se demonstrari volebat. Quomodo enim plerumque sit vt in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol, quẽ oculis videre non possumus, quia qui sautios habent oculos, idonei non sunt videre paritẽ illuminatũ aut aliquid huiusmodi, sic omnes ad quos venerat Christus, minus erant idonei eum videre. Radiauit Ioannem, & per illum consitentem se illuminatum, cognitus est ille qui illuminat: dicit autẽ: {Venientem in hunc muudum.} nam si illinc non recederet, non esset illuminandus: sed ideo hic illuminandus: quia illinc recessit, vbi homo poterat esse illuminatus. THE. Erubescat Manichæus qui conditor maligni & tenebrosi nos asserit creaturas. Non enim illuminaremur, si veri luminis creaturæ non essemus. CHRY. Vbi sunt etiam qui nõ dicunt eum verum Deum, hic enim lux vera dicitur. Sed si illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, qualiter tot sine lumine permanserũt? Non enim omnes cognouerũt Christi culturam. Illuminat igitur omnem hominem quantum ad eum pertinet, si autem quidã mentis oculos claudentes noluerunt recipere lucis huius radios, non a lucis natura obtenebratio est eis: sed a malitia eorum qui eorum qui voluntarie priuant seipsos gratiæ dono, nam gratia quidem ad omnes effusa est. Qui vero nolunt dono hoc frui, sibiipsis hanc imputent cecitatem. AVG. Vel quod dicitur, qꝫ illuminat omnem hominem, sic intelligimus, non quia nullus est hominum qui non illuminetur: sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. BEDA. Siue naturali ingenio, siue sapientia diuina, sicut enim nemo a seipso esse, sic etiam nemo a seipso sapiens esse potest. ORI. In Hom. Vel aliter. Non de his qui de occultis seminum causis in specie corporales procedũt, debemus intelligere qꝫ illuminat hominem venientem in hunc mundum: sed de his qui spiritualiter per regenerationem gratiæ quæ datur in baptismate in mundum veniunt inuisibilem. Eos itaque vera lux illuminat qui in mundum virtutum veniunt, non eos qui in mundum vitiorum ruunt. THEO. Vel aliter. Intellectus nobis traditus ac nos dirigens, qui & naturalis ratio nominatur, dicitur lux tradita nobis a Deo. Sed quidam male ratione vtentes, seipsos obscurauerunt.

m ¶ AVG. Lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, huc venit per carnem: quia dum hic esset per diuinitatem a stultis, cæcis, & iniquis videri non poterat, de quibus supra dictum est: Tenebræ eam non comprehenderunt, & ideo dicitur: {In mũdo erat.} ORI. In Hom. Vt enim qui loquitur, dũ loqui cessat, vox eius esse desinit & euanescit, sic cœlestis pater si verbum suum loqui cessauerit: effectus verbi, hoc est, vniuersitas verbo condita non subsistet, non autem putes. quia sic erat in mundo, quo in mũdo est terra, pecora, & homines: sed quo artifex regẽs quod fecit, vnde sequit: {Et mundus p ipsum factus est. Non enim sic fecit quo facit faber: q enim fabricat, extrinsecus est ad illud qđ fabricat Deus autẽ infusus mũdo, fabricat vbiq; positus, & nõ recedit ab aliquo, præsentia maiestatis facit quod facit, & gubernat qđ facit: sic ergo erat in mundo, quomodo per quem factus est mundus. CHRY. Et iterum, quia in mundo erat, sed non vt mundi contemporaneus, propter hoc induxit: Et mundus per ipsum factus est, per hoc & rursus te deducens ad æternam existentiam vnigeniti, qui enim audierit quoniam opus eius hoc totum, & si valde insensibiliter fuerit, cogetur concedere ante opera esse factorẽ. THEO. Simul autem hic & Manichæi subuertit rabiem, qui magnum conditorem cũcta produxisse dicebat, nec nõ & Arrij qui filium Dei dicebat creaturam. AVG. Quid est autem: mundus per ipsum factus est? Cœlum terra, mare, & omnia quæ in eis sunt, mundus dicitur. Iterum in alia significatione, dilectores mundi, mundus dicuntur, de quo sequitur: Et mundus eum non cognouit. Num enim cœli aut angeli, aut sydera non cognouerunt creatorem, quem confitentur dæmonia, omnia vndique testimonium perhibuerunt. Sed qui non cognouerunt eum qui amando mundũ dicti sunt mundus. Amando enim mundum, habitamus corde in mundo. Nam qui non diligunt mundum, carne versantur in mundo: sed corde inhabitant cœlum, sicut Apostolus dicit: Nostra conuersatio in cœlis est, amando igitur mundum, hoc appellari meruerunt vbi habitant. Quomodo enim cum dicimus mala est illa domus aut bona, non parietes incusamus aut laudamus: sed inhabitantes, sic & mundum dicimus qui inhabitant mundum amando. CHRY. Qui autem Dei erant amici, eum cognouerunt, etiam ante corporalem præsentiam, vnde & Christus ait: Quoniam Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum. Cũ ergo nos interpellant Gentiles dicentes: Quid est quòd in vltimo tempore venit nostram operaturus salutem, tanto tempore negligens nos? dicimus quoniam & ante hoc in mundo erat & prouidebat operibus suis, & omnibus dignis cognitus erat, & si eum mundus non cognouit, hi tamen quibus mundus non erat dignus, eũ cognouerunt. Dicens autem. {Mundus eum non cognouit,} breuiter causam ignorantiæ præbuit. Mundum enim vocat homines, qui soli mundo affixi sunt, & quæ mundi sunt, sapiunt. Nihil autem ita turbat mentem, vt liquefieri amore præsentium.

m ¶ CHRY.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hom.8. a ¶ CHRY. Dixit ꝙ mundus eum non cognouit de supe-
rioribus loquens temporibus:sed de reliquo sermoné induxit ad
Trac.2. prædicationis tempora,& ait.{In propria venit.} AVG. Quia sci
licet omnia per ipsum facta sunt. THEO. Vt per propria mun-
dum intelligas, siue Iudeam quam pro hæreditate elegerat.
Homil.9. CHRY. In propria
ergo venit, nō gratia
suæ necessitatis: sed
gratia beneficij suo-
rum. Sed vnde venit
qui omnia implet &
vbique adest? Ea qui-
dem quæ ad nos de-

n In propria venit & sui eũ non
receperunt. Quotquot autem
receperunt eum, dedit eis po-
testatem filios Dei fieri his qui
credunt in nomine eius. Qui

scensione hic operatus est, quia enim in mundo existens, non pu-
tabatur adesse, eo ꝙ nondum cognoscebatur, dignatus est induere
carnem. Manifestationem vero hanc & condescensionem aduen-
tum vocat. Misericors autem existens Deus omnia facit, vt nos se
cundum virtutem splédeamus, & propter hoc quidem nullum ne
cessitate, suasione vero & beneficijs volẽtes ad se attrahit, & prop-
terea venienté eum hi quidem susceperunt, alij vero non recepe-
runt. Nullum enim vult inuitum neque coactum habere famula-
tum, inuitum enim trahi par est cum eo qui totaliter non seruit.
Homil. 8. vnde sequitur. {Et sui eũ non receperunt.} Iudęos nunc suos di-
cit, vt populum peculiarem: sed & omnes homines vt ab ipso fa-
ctos. & sicut superius pro communi verecundatus natura dicebat,
quoniam mundus per ipsum factus conditorem non cognouit, ita
& hic rursus pro Iudæorum anxius in deuotione grauius ponit
Tract.2. accusationem dicens. {Et sui eum non receperunt.} AVG. Si au
tem omnino nullus recepit, nullus ergo saluus factus est. Nemo
enim saluus fiet, nisi qui Christum recepit venientem. & ideo ad-
Hom.9. dit. {Quotquot auté receperunt eum.} CHRY. Siue sint serui
siue liberi, siue Græci, siue Barbari, siue insipientes, siue sapientes,
siue mulieres, siue viri, siue pueri, siue senes, omnes eodem digni fa
cti sunt honore. de quo sequitur. {Dedit eis potestaté filios dei fie
ri.} AMBRO. Magna beniuolentia vnicus natus est, & noluit
Homil.9. manere vnus, non timuit habere cohæredes, quia hæreditas eius
non fit angusta si eũ multi possederint. CHRY. Non auté dixit,
quoniam fecit eos filios dei fieri: sed dedit eis potestatem filios dei
fieri, ostendens quoniam multo opus est studio, vt eam quę in bap
tismo adoptionis formata est imaginem incontaminatam semper
custodiamus. Simul aũt ostendens quoniam potestatem hanc nul-
lus nobis vel auferre poterit, nisi nosipsi auferamus. Si enim qui ab
hominibus dominium aliquarum rerum suscipiunt tantũ habét
robur quantum fere hi qui dederunt, multomagis nos qui a Deo
potimur hoc honore. Simul autem ostendere vult, quoniam hæc
gratia aduenit volentibus & studentibus. Etenim in potestate est
liberi arbitrij, & gratiæ operatione filios Dei fieri. THEO. Vel
quia in resurrectione filiationem perfectissimam consequemur, se
cundum ꝙ Apostolus dicit, adoptionem filiorum Dei, expectãtes
redemptionem corporis nostri. Dedit ergo potestatem filios Dei
fieri, idest, hanc gratiam in futura gratia consequendi. CHRY.
Et quia in hisipsis ineffabilibus bonis, hoc quidem est Dei scilicet
dare gratiam, illud vero hominis, idest, præbere fidem, subiun-
git. {His qui credunt in nomine eius.} Quid igitur non dicis no
bis o Ioannes, quod eorum sit suplicium qui eum non recepe-
runt? quia nunquid isto supplicio fiet maius quando præ iacente
eis potestate filios Dei fieri non fiant, sed volẽtes seipsos tanto pri
uant honore? sed etiã inextinguibilis eos suscipiet ignis, quod po
Tract.2. stea manifestius reuelabit. AVG. Credentes ergo quia filij Dei
fiunt, & fratres Christi vtique nascuntur. Nam si non nascuntur, fi
lij quomodo esse possunt? Sed filij hominũ nascuntur vnũ ex san-
guine & ex voluntate viri & complexu coniugij. Illi auté quomo
do nascuntur subdit. {Qui non ex sanguinibus,} tanq̃ ex maris
& fęminæ. Sanguina vel sanguines non est latinum: sed quia Gre
ce positum est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic pone
re, & quasi minus latine loqui secundum grammaticos, & tamen
explicare veritatem secundum auditum infirmorum. Ex sanguini
bus enim maris & fęminæ homines nascuntur. BEDA. Sciendũ
etiam est, quia in scripturis sanctis sanguis cũ dicitur pluraliter,
peccatum significare solet. vnde. Libera me de sanguinibus. AV-
Tract.2. GVST. In eo autem quod sequitur. Neque ex voluntate carnis,
neque ex voluntate viri, carnem pro fęmina posuit, quia de costa
facta cum esset, Adam dixit. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro
de carne mea. Ponitur ergo caro pro vxore, quomodo aliquando
spiritus pro marito: quia ille imperare debet, ista seruire. Quid e-
nim peius est domo, vbi fęmina habet imperium super virum? Hi
ergo neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex
Deo nati sunt. BEDA. Carnalis enim figulorũ generatio a com
plexu coniugij duxit originé. at vero spiritualis spiritussancti gra
Hom.9. tia ministratur. CHRY. Hoc aũt narrat Euangelista, vt vilitaté
& humilitaté prioris partus qui est per sanguiné & voluntaté car
nis addiscẽtes, & altitudiné secundi, qui p gratiã & nobilitaté ęst

F cognoscẽtes, magnã quandã hic suscipiamus intelligentiam & di
gnã dono ipsius q genuit, & multũ post hoc studiũ demonstrem⁹.
o ¶ AVGV. Cum dixisset. Ex Deo nati sunt, quasi ne mirare Tract.2.
mur & horreremus tantam gratiam & nobis incredibile videre-
tur: quia homines ex Deo nati sunt, quasi securitatem faciens, ait.

non ex sanguinibus, neque ex
voluntate carnis, neque ex vo-
lũtate viri, sed ex deo nati sunt.
o Et verbum caro factum est,
& habitauit in nobis.

{Et verbum caro fa-
ctum est.} Quid ergo
miraris quia homi-
nes ex deo nascũtur?
attende ipsum deum
ex hominibus natũ. Tract.2.
CHRY. Vel aliter.
Cum dixisset, quoniã
ex Deo nati sunt qui susceperunt eum, huius honoris posuit cau-
sam, hoc scilicet verbum fieri carné. factus est enim proprius filius
Dei hominis filius, vt filios hominum faciat filios Dei. Cum au-
tem audieris. Quoniam verbum caro factum est: ne turberis, neq;
G enim substãtiam conuertit in carnem. hoc enim vere impium est
intelligere: sed manens quod est, serui formam assumpsit. Quia e-
nim sunt qui dicunt, quoniam fantasmata quędam fuerint omnia
quæ incarnationis sunt eorum blasphemiã destruens, hanc dictio
nem. Factum est, posuit. non transmutationem substantiæ: sed car-
nis verę assumptionem reprędsentare volens. Si vero dixerint, quo
niam Deus omnipotens est, quare & in carnem transmutari non
potuit? Dicemus quòd transmutari ab illa incommutabili natu-
ra omnino procul est. AVGVS. 15. de Tri. Sicut autem verbum Cap.11.
nostrum vox quodammodo corporis fit assumẽdo eam in qua ma
nifestatur sensibus hominum, sic verbum Dei caro factum est, as-
sumendo eam in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum.
Et sicut verbum nostrum fit vox nec mutatur in vocem, ita ver-
bum Dei caro quidem factum est, sed absit vt mutaretur in carné,
assumendo quippe illam nõ in eam se cõsumendo, & hoc nostrum
vox fit: & illud caro factum est. EX gestis concilij ephesini. Ser-
mo etiam quem proferimus quo in alterutris locutionibus vti-
mur sermo est incorporeus, non aspectui subiectus, non tactu tra
H ctabilis: sed cum sermo induerit litteras & elementa, visibilis fit, a-
spectu comprehenditur, tactu tractatur: sic & verbum Dei quod
naturaliter inuisibile & visibile fit & quod natura incorporeum
est, inuenitur esse tractabile. ALCVI. Cum etiam credamus
animam incorpoream corpori coniungi: vt ex his duobus fiat v-
nus homo: facilius possumus credere diuinam substantiam incor-
poream animæ in corpore coniungi in vnionem personæ, ita vt
verbum in carnem non sit conuersum, nec caro in verbum, cum
nec corpus in animam, nec anima conuertatur in corpus.
THEOPHI. Appollinarius autem Laodicensis in hoc verbo
hæresim statuit: dicebat enim quòd Christus animam rationalem
non habuit, sed tantum carnem habens, diuinitatem pro anima
quæ corpus dirigit & gubernat. AVGVST. contra Ser. Arria- Cap.9.
ni. Si autem mouentur in eo quod scriptum est, quòd verbum ca-
ro factum est, nec ibi anima nominatur, intelligant carnem pro ho
I mine positam, a parte totum figuratę locutionis modo, sicuti est,
Ad te omnis caro veniet. Item ex operibus legis, quòd non iu-
stificabitur omnis caro, quod apertius alio loco dicitur, Non iu-
stificabitur homo ex operibus legis. Sic itaque dictum est. Ver-
bum caro factum est. ac si diceret. Verbum homo factum est.
THEOPHIL. Euangelista volens ostendere inenarrabilem
dei condescensum, carnem commemorat, vt illius admiremur mi
sericordiam, quoniam propter nostram salutem quod omnino re
motũ, & distans est ab eius natura, assumpsit. s. carnem, anima nãq;
habet aliquam propinquitatem ad Deum. Si autem verbum in-
carnatum est, & humanam animam non assumpsit, sequeretur ꝙ
adhuc animæ nostrę curatæ non essent, quod enim non assumpsit,
non sanctificauit. Et qualis derisio, cum anima prius peccauerit, vt
carnem assumendo sanctificauerit, id quod est principalius infir-
mum relinqueret? Subuertitur ex hoc dicto Nestorius, qui dice
K bat quòd nõ Deus verbum ipse idem factus est homo ex sacro con
ceptus sanguine virginis: sed verbo peperit hominem, qui oĩs vir
tutis donatus erat specie, & dei verbum illi erat coniunctum, &
ex hoc duos filio asserebat, vnum natum de virgine scilicet homi-
nem, alterum de Deo scilicet Dei filium homini illi coniunctum
secundum gratiæ, habitudinem & amorem. Contra quem Euan
gelista dixit, quòd ipsum verbum factum est homo, non quòd ver-
bum inueniens hominem virtuosum se sibi coniunxerit. CIRY. Epist.8.
ad Nestorium. Carnem enim animatam anima rationali vniens
verbum sibi secundum subsistentiam ineffabiliterque & intelligi-
biliter factus est homo, & appellatus est filius hominis, non secun
dum voluntatem solam aut beneplacitum: sed neque in assumptio
ne personæ solius diuersæ quidem quo ad vnionem collatæ natu
ræ, vnus autem ex ambobus Christus & filius, non quasi differen-
tia naturarum interempta propter adunationem. THEO. Ad-
discimus ergo per hoc qđ dicitur. {Verbum caro factum est:} quia
ipsum verbum est homo, & filius Dei existens factus est filius mu-
lieris:

lieris: quæ principaliter Dei genitrix nuncupatur, tanquam Deũ A
Ante med. in carne genuerit. HYLA. x. de Tri. quidam autem volentes vni
genitum Deum qui in principio apud Deum erat Deus verbum,
non substantiuum Deum esse, sed sermonem vocis emissæ, vt quod
loquentibus verbum suum, hoc sit patri Deo filius, argute subri-
pere volunt: ne subsi-
stens verbum Deus,
& manẽs i forma Dei
Christus homo nat⁹
sit, vt cum hominem
illum humanæ poti⁹
originis causa q̃ spiri
tualis cõceptionis sa-

p Et vidimus gloriam eius glo
riam quasi vnigeniti a patre, ple
num gratiæ & veritatis.
q Ioannes testimonium perhi-
bet de ipso, & clamat dicens.

cramentum animauerit, non Deus verbum hominem se ex partu
Virginis efficiẽs extiterit: sed vt in Prophetis spiritus Prophetiæ,
ita in Iesu verbum Dei fuerit. Et arguere nos solent, ꝙ Christum
dicamus esse natum non nostri corporis atque animæ hominé, cũ B
nos uerbum carné factum, nostræ similitudinis natũ hominé præ-
dicemus, ut uere Dei filius vere filius hoĩs natus sit, & ut p se sibi
assumpsit ex uirgine corpus, ita ex se sibi animã assumpsit, quæ uti
que ab homine nunquam gignentium originibus præbetur, & cũ
ipse ille filius hominis sit, q̃ ridicule pręter Dei filium qui uerbum
caro factum est, alium nescio quem tanquàm Prophetam uerbo
Hom.10. Dei animatum prædicabimus, cũ dominus Iesus Christus & Dei
filius & hominis filius sit. CHRY. Ne autem ab eo quod di-
ctum est: Verbum caro factum est, inconuenienter suspiceris uer-
sioné illius incorruptibilis naturæ subdit: {Et habitauit in nobis.}
Quod enim habitat, non idem est cum habitaculo: sed aliud, aliud
autem dico secundum naturam, unione uero & copulatione unũ
est Deus uerbum caro, neque confusione facta neque destructione
substantiarum. ALCVINVS. Vel habitauit in nobis, idest, in
Homi.11. ter homines conuersatus est.
p ¶ CHRY. Cum dixisset, filii Dei facti sumus, & non aliter C
q̃ per hoc, uerbum caro factum est, rursus ipsius dicit & aliud lu-
crum: {Et uidimus gloriã eius,} quam utique non uidissemus, nisi
per consortium humanitatis uisus esset nobis. Si enim Moysi non
sustinuerunt faciem glorificatam uidere: sed uelamine opus fuit,
qualiter diuinitatem nudam existentem, inaccessibilem etiam ip-
sis superioribus uirtutibus, nos lutei & terrestres sufferre possem⁹?
Tract.2. AVG. Vel aliter: Quia uerbum caro factum est & habitauit in
nobis. Ista natiuitate collyrium fecit, unde tergerentur oculi cor-
dis nostri, ut possimus uidere maiestatem eius per eius humanita-
tem, & ideo dicitur: {Et uidimus gloriã eius.} Gloriam eius nemo
posset uidere, nisi humilitate carnis sanaretur. Irruerat enim homi
ni quasi puluis in oculum de terra, oculus iste sauciatus erat, & ter
ra illuc mittitur ut sanetur, caro te obcęcauerat, caro te sanat. Car
nalis enim anima facta erat, consentiendo carnalibus affectibus, in
de fuerat oculus cordis cæcatus, medicus fecit tibi collyrium, quo-
Hom.11. niam sic uenit ut de carne uitia carnis extingueret. Verbum enim D
caro factum est, ut possis dicere: Vidimus gloriam eius. CHRY.
Subdit, autem: Quasi unigeniti a patre: quia multi Prophetarum
glorificati sunt, puta Moyses, Helias, Hæliseus, & alii multi qui-
cumque miracula ostenderunt: sed & angeli hominibus appa-
rentes, & eam quæ est propriæ naturæ coruscantem lucem mani-
festantes, sed Cherubin & Seraphin cum multa gloria uisa sunt à
Propheta. Ab omnibus his nos adducens Euangelista, & supra om
nem naturam, & conseruorum nostrorum claritatem erigens mé-
tem, ad ipsum nos perducit uerticé. q. d. Non ut Prophetæ aut al-
terius hominis uel angeli aut archãgeli, aut alicuius superiorũ uir
Di.18.Mo. cap.4. tutum est gloria quã uidimus: sed quasi ipsius dñatoris, ipsi⁹ regis,
ipsius naturalis filii unigeniti. GRE. In sacro enim eloq̃o, Sicut
& Quasi, aliquãdo non pro similitudine ponitur, sed pro ueritate,
unde & istud. {Quasi unigeniti a patre.} CHRY. Ac si diceret,
Vidimus gloriam qualem decebat & conueniens est habere unige
nitum & naturalem filium. Consuetudo enim multorum, regem
ualde ornatum uidentium, ubi cum aliis enumerantes non pos-
sunt uniuersam repræsentare claritatem, hoc inducũt, Quid opor E
tet multa dicere? quasi rex ibat: sic & Ioannes dicit. Vidimus glo-
riam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Angeli enim apparen-
tes ut serui & dominum habentes omnia agebant, ipse uero ut do
minus cum humili forma apparens: sed & creaturæ dominum co-
gnouerunt, stella magos uocans, angeli pastores, puer exultans in
utero, sed & pater testatus est de cælis, & paraclitus super ipsum
aduenit, sed & ipsa rerum natura omni tuba clarius clamauit, quo
niam rex cœlorũ aduenerat. Etenim dæmones fugiebãt, infirmita-
Hom.2.in diu.locos. tis species soluebantur, mortuos dimittebant sepulchra, & animas
a malitia ad uirtutis uerticem agebat. Quid utique quis dicat p̃-
ceptorum Philosophiam, cælestium legum uirtutem, angelicę urba
nitatis bonam ordinationem? ORI. In Hom. Eius autem qđ
sequitur, Plenum gratiæ & ueritatis, duplex intellectus est. Potest
enim de humanitate ac diuinitate incarnati uerbi accipi, ita ut
plenitudo gratiæ referatur ad humanitatem, secundũ quam Chri

stus caput est Ecclesiæ, & primogenitus creaturæ vniuersæ, quo-
niam maximum & principale gratiæ exemplum, qua nullis præ-
cedẽtibus meritis homo efficitur Deus, in ipso primordialiter ma
nifestum est. Potest etiam plenitudo gratiæ Christi de spirituſan-
cto intelligi, cuius septiformis operatio humanitatem Christi im

Hic erat quem dixi, qui post me
venit, ante me factus est, quia
prior me erat.
r Et de plenitudine ei⁹ nos om-
nes accepimus, & gratiam pro

pleuit. Plenitudo ve-
ro veritatis ad diuini
tatem refertur. Si ve- To.2.in Io
ro plenitudinem gra
tiæ & veritatis de no
uo testamento mauis
intelligere, nõ incon-
grue pronũciabis ple
nitudinem gratiæ noui testamenti esse per Christum donatam, &
legalium simbolorum veritatem in ipso esse impletam. THEO.
Vel Plenum gratia, prout eius verbum gratiosum erat, dicente Da
B uid. Diffusa est gratia in labijs tuis. Et veritate secundum quòd
Moyses & Prophetæ loquebantur, aut operabantur in figura,
Christus autem cum veritate.
q ¶ ALCVIN. Dixerat superius fuisse missum hominem ad Homi.13.
perhibendum testimonium, hic determinat testimonium suum,
quod manifeste præcessor pronũciauit, vnde dicitur. {Ioãnes per-
hibet testimonium de ipso. CHRY. Vel aliter hoc inducit, ac si Hom.12. sparsim.
dicat. Non estimetis quòd nos qui fuimus cum eo multo tempo-
re & mensę ipsius communicauimus, propter gratiam hoc testa-
mur, quia Ioannes qui antea eum non viderat, nec ei commora-
tus fuerat, ei testimonium perhibebat. Multoties autem Euange
lista reuoluit eius testimonium: quia multam admirationem hu-
ius viri habebant Iudæi. Et alij quidem Euangelistæ antiquorum
meminerunt Prophetarum dicentes. Hoc factum est vt impleatur
quod dictum est per Prophetam. Hic autem altiorem & recentio
rem testem inducit, non intendens a seruo dominatorem facere si
C de dignum: sed auditorum imbecillitati condescendens. Quemad
modum enim nisi serui formam assumpsisset, non ita facile suscep
tibilis factus esset, ita nisi serui voce auditum cõseruorum præex-
citasset, nequaquam multi Iudæorũ verbum Christi suscepissent.
Sequitur. {Et clamat} idest, cũ propalatione, cũ libertate, sine sub-
tractione omnia prædicat. Non autem a principio dixit, quoniam
hic est filius Dei vnigenitus nauralis: sed clamat dicens. {Hic erat
quem dixi, qui post me venit, ante me factus est, quia prior me e-
rat.} Quemadmodum enim matres auium, non confestim pullos
suos volationem docent: sed primo quidem extra nidum educũt,
postea vero aliam multo velociorem volationem apponunt: sic &
Ioannes, non confestim Iudæos ad alta duxit: sed interim paululũ
a terra eos euolare docuit dicẽs, quòd Christus melior eo erat qđ
non paruum interim erat. Et vide qualiter sapienter inducit testi-
stimonium. non enim solum apparentem Christum mõstrat, sed
& antequam apparuisset eum prædicat. Quod significatur in hoc
D quod dicit. Hic erat de quo dixi. Hoc autem fecit vt facile suscep-
tibilis esset Christus hominum méte iã præ ce detenta, vt ab alijs
quæ de eo dicta erant, & nihil ad hoc humilitas habitus noceret.
Ita enim humili & communi omnibus forma Christus vtebatur,
ut si simul & verba hæc audissent de eo, & eum cõsiderassent, Ioan
nis testimonium derisissent. THEO. Dicit autem. Qui post me
venit, videlicet secundum tempora natiuitatis, sex enim mensibus Hom.13.
prior Christo Ioannes erat secundum humanitatem. CHRY.
Vel hoc non dicit de ea generatione quæ est ex Maria. Iam enim
natus erat Christus quando hæc a Ioãne dicebantur: sed de aduen
tu eius ad prædicationem. Dicit auté. Ante me factus est, idest cla-
rior est & honorabilior, ac si dicat. Non quia prior veni ad prædi-
candum, ex hoc maiorem me esse illo existimetis esse. THEO.
Arriani vero hanc literam sic exponunt, volentes ostendere quòd
Dei filius nõ est a patre genitus: sed factus, sicut vna alia creatura.
AVGVST. Non ergo intelligitur, factus est antequam ego es- Tract.3.
sem factus: sed antepositus est mihi. CHRY. Si autem quod di-
citur. Ante me factus est, de productione ad esse intelligeretur, su-
E perfluum esset quod additur. Quia prior me erat. Quis enim est
ita insipiens vt ignoret, quoniam ex quo ante eum factus est, prior
eo erat? quia ante me factus est, ergo quod dicit. Ante me factus
est, de honore intelligitur. hoc enim quod futurum erat, factum
dicit: quia consuetudo erat antiquorum Prophetarũ, de futuris,
quasi de iam præteritis loqui.
r ¶ ORIG. Sermo iste in persona Baptistæ de Christo testan Tom.6.in Ioan.
tis prolatus est, quod plurimos fallit, ex hinc vsque illuc ille enar-
rauit, credẽtes in persona Ioannis Apostoli recitari. Inconsequés
autem est putare subito & quasi intempestiue interrumpi Bapti-
stæ sermonem ex verbo discipuli & cuiq; scienti percipere dicto-
rum collationé, & in propatulo constat series dicti. Dixerat enim
ob hoc {Ante me factus est:} quia prior me erat. Ex hoc auté con
iecto priorem me fore, quòd ex eius plenitudine, ego quidé & an-
te me Prophetę accepimus gratiam secundam pro prima. Pertige
runt enim & illi post figuras, per spiritum ad veritatis speculatio-
nem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem: hinc etiam perpendimus ex plenitudine eius accipientes le- F
gem quidem per Moysen fore datam,gratiam autem & veritatem
per Iesum Christum,nedum fore datam sed factam,patre quidem
legem dante per Moysen:gratiam & veritatem faciēte per Iesum.
Sed si Iesus est qui dicit,Ego sum veritas,quomodo veritas fit per
Iesum?Sed intelligen
dum est quòd ipsa ve
ritas substantialis ex
prima veritate & eius
imagine sculptæ sunt
multę veritates in his

gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

qui veritatem tractant, nequaquam per Iesum Christū facta est,
nec prorsus per aliquem: sed veritas,puta quæ consistit in Paulo,
Hom.13. & Apostolis,per Iesum Christum facta est. CHRY. Vel aliter.
Coniungit hic testimonio Ioannis Baptistæ suum testimonium
Ioannes Euangelista dicens,& de plenitudine eius &c. Non præ-
cursoris est verbum:sed discipuli q.d. Etiam nos omnes duodecim
& omnis plenitudo fidelium & qui nunc sunt & futurorū,de ple-
Trac.3.spar sim. nitudine eius accepimus. AVGVST. Quid autem accepistis?
Et gratiam pro gratia, nescio vt quid nos voluerit intelligere de
plenitudine eius accepisse,& insuper gratiam pro gratia? Accepi-
mus enim de plenitudine eius primo gratiam, & rursus accepi-
mus gratiam pro gratia. Quam gratiam primo accepimus?fidem.
Vocatur enim gratia,quia gratis datur.hanc ergo accepit gratiam
primam peccator,vt eius peccata dimitterētur. & iterum gratiam
pro gratia,idest pro hac gratia in qua ex fide viuimus,recepturi su
mus aliam idest vitam ęternam,vita enim ęterna quasi merces est
fidei:sed quia ipsa fides gratia est, vita æterna gratia est pro gratia.
Non erat ista gratia in veteri testamento:quia lex minabitur:non
opitulabatur,iubebat,non sanabat,languorem ostendebat,non au
ferebat:sed præparabat medico venturo cum gratia & veritate,vn
de sequitur. {Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per
Iesum Christum facta est.} Mortem enim temporalem & æternā
occidit mors domini tui.ipsa est gratia quæ promissa & nō habita H
Homil. 13. sparsim. erat in lege. CHRYSOST. Vel accepimus gratiam pro gra-
tia,idest pro veteri nouam.Sicut enim est iustitia & iustitia, adop
tio & adoptio,circuncisio & circuncisio, ita gratia & gratia:sed il-
la quidem vt typus,hæc vero vt veritas.Hoc autem induxit,osten
dens quoniam & Iudæi gratia saluabantur: sed & nos omnes gra-
tia salui sumus:misericordiæ autem & gratiæ fuit legem suscipe-
re.Propterea cum dixisset. Gratiam pro gratia,ostendens magni-
tudinem eorum quæ data sunt,subdit. {Quia lex per Moysen da
ta est,gratia & veritas per Iesum Christum facta est.}Et supra qui
dem Ioānes ad seipsum comparans Christum,ait. Ante me factus
est.Hic autem Euangelista ad eum qui illo tempore magis in ad-
miratione apud Iudæos erat quàm Ioannes, Christi comparatio-
nem facit,scilicet ad Moysen.Et considera prudentiam, non perso
narum,sed rerum comparationem facit,gratiam & veritatem legi
opponēs.& huic addit. Data est,quod ministrantis erat,huic aūt. I
Facta est,quod est regis cum potestate omnia operātis. cum gratia
quidem:quia cum potestate omnia dimittebat peccata.& gratiam
quidem eius baptismatis donum, & adoptio quæ per spiritum no
bis datur, & alia multa ostendūt.veritatem aut plenius sciemus,si
figuras veteris legis didicerimus.Ea.n.quæ in nouo testamēto per
ficiēda erant,in veteri testamēto figuris præscripserunt,quas Chri
stus veniēs adimpleuit.Vnde figura data est per Moysen,veritas p
Cap.19. Christū facta est.AVG.13.de Tri.Vel gratiā referamus ad scien-
tiam,veritatē ad sapiētiā:in rebus enim per tempus ortis,illa sum
ma gratia est,ꝙ homo in vnitate personæ coniunctus est Deo. In
rebus vero æternis, summa veritas recte tribuitur Dei verbo.
f ¶ ORIG. Incongrue Heracleon asserit hoc promulgatum
Tomo 6. fuisse non a Baptista,sed a discipulo.nam si illud:de plenitudine e-
ius nos omnes accepimus, a Baptista prolatum est,quomodo non
est sequens ipsum de gratia Christi suscipientem & secūdam pro
prima gratia, confitentemq; legem per Moysen fore traditam,gra
tiam vero & veritatem per Iesum Christum prodisse,intellexisse K
qualiter Deum nemo vidit vnquam quanquàm vnigenitus cum
in patris gremio requiescat interpretationem ipsi Ioanni,nec non
omnibus his qui de perfectione gustauerint,cōcesserit?Non enim
nunc primitus annunciauit, nam priusquàm Abraham fieret,do-
cet nos Abraham exultasse, vt videat eius gloriā. CHRYSO.
Hom.14. Vel aliter. Euangelista ostendens multam eminentiam donorum
Christi ad ea quæ per Moysen dispēsata sunt:vult de reliquo cau
sam rationalē differētiæ dicere. nam ille quidem famulus existēs,
minorū rerū factus est minister,hic vero dominator,& regis filius
existens,multo maiora nobis attulit coexistēs semp patri & vidēs
eum.propter hoc ita intulit dicens. {Deū nemo vidit vnquam.}
Epist.12. AVGV. ad Paulinam. Quid ergo est quod Iacob dicit,Vidi do
minum facie ad faciem.& quod de Moyse scriptum. Quia loque-
batur cum Deo facie ad faciem, & illud quod Propheta Isaias lo-
quens de seipso ait, Vidi dominum sabaoth sedentem in throno?
Cap. 37. GREG. 18. Mora. Sed patenter datur intelligi quòd quandiu

hic moraliter viuitur, videri per quasdam imagines potest deus:
sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest,vt anima gratia spi
ritus afflata, per figuras quasdam Deum videat: sed ad ipsam vim
eius essentiæ non pertingat. hinc est enim quòd Iacob qui Deum
se vidisse testatur,non nisi angelū vidit:hinc est quòd Moyses qui

f Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

cum Deo facie ad fa-
ciem loquitur, dicit.
Ostende mihi temet-
ipsum manifeste vt vi
deam te.Ex qua eius
petitione colligitur,
quia eum sitiebat per incircunscriptę naturæ suę claritatē cerne-
re,quē iam cœperat per quasdam imagines videre. CHRYS. Hom.14.
Si autem antiqui patres ipsam viderunt naturam,nequaquam dif
ferenter considerassent.simplex enim quædam est & infigurabilis,
G non sedet,neque stat,neq; ambulat,hæc enim corporum sunt.vn- Osea 12.
de & per prophetam dicit.Ego visionem multiplicaui eis & in ma
nibus prophetarum assimilatus sum,hoc est,condescendi eis, non
quod eram apparui,quia enim filius Dei per veram carnem appa-
riturus erat nobis,primo excitauit eos videre Deum,sicut possi-
bile erat eis videre.AVGV. ad Paulinam.Sed cum scriptum sit. Epist.12. sparsim.
Beati mundo corde,quoniam ipsi Deum videbunt.& iterum.Cū
apparuerit, similes ei erimus,quoniā videbimus eū sicuti est,quid
est quòd hic dicitur. Deum nemo vidit vnquam? An fortasse re-
spondetur,quòd illa testimonia de vidēdo Deo,sunt non de viso,
ipsi enim Deum videbunt, dictum est,non viderunt, & non vidi-
mus sed videbimus eum sicuti est, Deum enim nemo vidit vnq̄.
Vel in hac vita sicuti ipse est,vel etiam in angelorū vita, sicuti vi-
sibilia ista quæ corporali visione cernuntur. GREG.18. Mora. Cap.38.
Si vero a quibusdam potest in hac corruptibili carne viuentibus,
sed tamen inestimabili virtute crescentibus quodam contempla-
tionis acumine æterna claritas Dei videri, hoc ab hac sententia
non abhorret, quoniam quisquis sapientiam quæ Deus est videt,
H huic vitæ funditus moritur.ne iam eius amore teneatur. AVG. Cap.27.
12. super Genesim ad literam.Nisi enim ab hac vita quisque quo-
dammodo moriatur,siue omnino exiens de corpore,siue ita auer
sus & alienatus a carnalibus sensibus, vt merito nesciat,sicut Apo
stolus ait,vtrum in corpore an extra corpus sit, non in illam rapi
tur & subuehitur visionem. GREG.18. Mora. Sciendum vero Cap.38.
est quòd fuere nonnulli qui Deum dicerent in illa regione beati-
tudinis in claritate sua cōspici:sed in natura minime videri, quos
nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit.neq; enim illi sim
plici & incommutabili essentiæ aliud est claritas, aliud natura.
AVGV. ad Paulinam.Si autem dicitur,in hoc quòd scriptum Cap.4.c.
est.Deum nemo vidit vnquam,homines tantummodo intelligen
dos.nam hoc Apostolus planius explicās.Quem nemo inquit ho
minum vidit:sed nec videre potest,vt ita dictum sit. Deum nemo
vidit vnquam,ac si diceretur.Nullus hominum.quæstio illa solui
I videbitur,vt non sit huic sententiæ cōtrarium quod dominus ait:
Angeli eorum semper vident faciem patris mei,vt scilicet Ange-
los Deum videre credamus, quem nemo vidit vnquam, scilicet,
hominum GREG.18. Mora. Sunt tamen nonnulli qui nequa- Cap.39. Hom.14.
quam Deum videre,nec Angelos suspicantur. CHRY. Dicentes
ꝙ ipsum qđ Deus est,non solum Prophetæ sed nec Angeli vide-
runt neque Archangeli. Sed si interrogaueris eos,audies de sub-
stantia nihil respondētes. Gloria vero in excelsis Deo non solum
cantātes:sed & in terra pax hominibus bonę volūtatis.Et si a Che
rubin & Seraphin concupiueris aliquid discere, mysticam sancti-
monij melodiam audies, & quoniam plenum est cœlum & terra
gloria eius. AVGV. ad Paulinam, quod quidem in tantum ve- Epist.12.
rum est, quia Dei plenitudinem nullus non solū oculis corporis,
sed vel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim vide
re,aliud totum videndo comprehendere, quandoquidem id vide
tur quod præsens vtcunque sentitur, totum autem comprehendi
tur vidēdo,quod ita videtur vt nihil eius lateat videntem, aut cu
K ius fines circunspici possunt CHRY. Sic igitur solus patrem vi Hom.14
det filius & spiritussanctus.Quod.n.creabilis est naturæ,qualiter
poterit videre quod increabile est? Ita igitur nullus nouit Deū,
vt filius.vnde sequitur.{Vnigenitus filius qui est in sinu patris,ip
se enarrauit,ne propter nominis communionem vnum quendam
eorum qui gratia facti sunt filiorū esse existimes eum,primo qui-
dem adiectus est articulus.Si vero hoc non sufficit tibi,audi aliud
nomen vnigenitus. HYLA. 6.de Trinita. Naturæ quidem fides Vltra med.
non satis explicata videbatur ex nomine filij,nisi proprietatis vir
tus per exceptionis significantiam aderetur:præter filium enim &
vnigenitum nihil cognouimus, suspitionem penitus adoptionis
exclusit, cum veritatem nominis vnigeniti natura præstaret.
CHRYSOST. Sed & aliud posuit dicens. Qui est in sinu pa Hom.14
tris.Etenim in sinu conuersari nullo plus est q̄ simpliciter videre.
nam qui simpliciter videt,non oīno eius quod videt cognitionem
habet,qui vero in sinu conuersatur, nihil ignorabit. Cum igitur au
dieris ꝙ nullus cognoscit patrem nisi filius, nequaquam dicas,quo
niam

niam & si plus omnibus nouit patrē, sed nō quantus est nouit eū: A
propterea euangelista in sinu patris eum morari dicit, vt non ęsti-
Trac.3. memus per id aliud significatum q̄ familiaritatem vnigeniti & coe
ternitatē ad patrē. AVG. In sinu enim patris idest in secreto pa
tris. Non enim Deus habet sinum,quemadmodum nos habemus
in vestibus, aut cogi-
tandus est sic sedere:
quomodo nos,aut for
te cinctus est, vt sinū
haberet: sed quia sin⁹
noster intus est,secre-
tū patris sinus patris
vocatur. Qui ergo in
secreto patris nouit
patrē, ipse enarrauit
Homi.14. quod vidit.CHRY.
Sed quid enarrauit?

t Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eū vt interrogarent eū. Tu quis es? Et confessus est, & nō negauit,& confessus est quia non sum ego Christus.Et interrogauerunt eum. Quid ergo?

quoniam vnus est Deus: sed & hoc reliqui Prophetæ & Moy- B
ses clamant. quid ergo plus didicimus a filio in sinibus paternali-
bus existente? Primum quidem ipsa hæc quæ alii narrauerunt,sūt
enarrata ex operatione vnigeniti. Deinde qm̄ multo maiorem su-
scipim⁹ doctrinā per vnigenitū, & cognouimus qm̄ spirit⁹ est De⁹,
& eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet,&
quoniam Deus pater est vnigeniti. BEDA. Præterea sciendū
quia si ad præteritū referatur, qđ ait,Enarrauit,homo factus enar-
rauit,quid de trinitatis vnitate sentiendum, qualiter ad eius con-
templationem properandum,quibus actibus sit perueniendum? Si
Tract.3. vero referatur ad futurum, tunc enarrabit cum electos suos ad vi-
sionem claritatis suæ inducet. AVG. Fuerunt autem homines
qui dicerent vanitate cordis sui decepti. Pater inuisibilis est, filius
autem visibilis est.Si ergo propter carnem filius visibilis dicitur,&
nos concedimus & est catholica fides. Si autem vt ipsi dicunt,ante
quàm incarnaretur,multum delyrant si Christus sapientia Dei &
virtus Dei est.Sapientia enim Dei videri oculis non potest,si ver- C
bum hominis oculis non videtur, verbum Dei sic videri potest?
Homil. 14. CHRY. Non igitur soli ipsi proprium est, Deum nemo vidit
vnquam,sed & filio:quia vt Paulus dicit,est imago Dei inuisibilis,
qui vero inuisibilis imago est,& ipse inuisibilis est.
Tom.6. in Ioan. t ¶ ORI. Secundum legitur hoc testimonium a Ioanne Ba-
ptista de Christo prolatum,incipiente primo illic. Hic est de quo
dixit,& desinente ibi:Ipse enarrauit. THEO. vel aliter. Postq̄
superius dixit euangelista ꝙ Ioannes testabatur de Christo: An-
te me factus est, nunc subiungit quando præmissum testimonium
reddiderit Christo Ioannes.vnde dicit:{Et hoc est testimoniū Io-
annis quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leui-
Tom.6.i Io. tas ad Ioannem.} ORIGE. Iudæi quidem ab Hierosolymis,vt
cognati existentes baptistæ de stirpe sacerdotali existentis,sacerdo
tes & leuitas destinant,sciscitaturos quis esset Ioannes, eos scilicet
qui reputati sunt secundum electionem ab aliis differre & ab ele- D
cto Hierosolymorū loco. Ioannem itaque quærunt cum tanta ve-
neratione, erga Christum autem nihil huiusmodi factum legitur
a Iudæis:sed quod erga Ioannem Iudæi, hoc Ioannes erga Chri-
Homil. 15. stum prosequitur per proprios discipulos interrogans.{Tu es qui
venturus es an alium expectamus?} CHRY. Sic autem fide di-
Tract.4. gnum æstimauerunt esse Ioānem, vt ei de seipso dicenti crederēt,
vnde dicitur. Vt interrogarent eum,Tu quis es? AVG.Non au-
tem mitterent nisi mouerunt excellentia auctoritatis eius, quia
To.6.i Ioā. ausus est baptizare. ORI.Ioannes autem vt videtur discernebat
ex quæstione sacerdotum & leuitarum dubitationē,ne forte Chri
stus esset baptizans:apertius tamen illud profiteri cauebant ne te-
merarii putarentur. Quapropter merito vt eorum opinio fallax
de eo primitus aboleretur, ac subinde veritas propalaret ꝙ non
sit Christus ante omnia manifestat.vnde sequitur, Et confessus est
& non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus, Hic
etiam adiiciamus:quia tempus aduentus Christi populum recrea E
bat quodammodo iam præsens existens legisperitis ex sacris scri-
pturis illius tempus speratum colligentibus:propter quod Theo-
das non modicam multitudinem quasi Christus congregauit, &
post illum Iudas galileus in diebus professionis. Cum ergo feruen
tius Christi expectaretur aduentus,Iudæi transmittunt ad Ioan-
nem per hoc quod est: Tu quis es?cōiicere volentes si ipse se Chri
stum fateretur. Non autem ex eo qđ dicit,Non sum ego Christus
Ho.euan.7. negauit:ex hoc enim ipso confessus est veritatem. GREGO.
Negauit plane quod non erat, sed non negauit quod erat,vt veri-
tatem loquens eius membrum fieret, cuius sibi nomen fallaciter
Ho.15.sparsim. non vsurparet. CHRY. Vel aliter: Passi erant Iudæi quandam
humanam passionem ad Ioannem. Indignum enim æstimabant,
subiici eum Christo propter multa quæ Ioannis claritatem demō
strabant,quorum primum erat genus illustre. Principis enim sa-
cerdotum filius erat,deinde dura educatio, humanorū despectio.
In Christo autem contrarium videbatur genus humile, quod ei
exprobrabant dicentes, Nonne hic est fabri filius? dieta com-

munis & vestimenta:nihil plus multis habentia: quia igitur Ioan
nes continue ad Christum mittebat,volentes magis Ioannem ha
bere magistrum mittunt ad eum,opinantes per blanditias eum al
licere ad confitendum se Christum esse. non ergo quosdam con-
temptibiles mittunt, vt ad Christum ministros & Herodianos,

Helias es tu?Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei. Quis es vt responsum demus his qui miserūt nos? Quid dicis de teipso? Ait.Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini, sicut dixit Isaias propheta.

sed sacerdotes & leui
tas, & non quoscun-
que:sed eos qui erant
ex Hierosolymis,
hoc est honorabilio-
res.Et ad hoc mittūt,
vt interrogarent, Tu
quis es? non quasi i-
gnorantes:sed volen-
tes eum inducere ad
hoc quod dixi: vnde
Ioannes ad mentē &
non ad interrogationem eis respōdit.{Et cōfessus est & non nega
uit,& confessus est: quia nō sum ego Christus.} Et vide sapientiā
Euangelistæ.tertio quasi idem dicit,& virtutem Baptistæ indicās,
& malitiam & amentiam Iudæorum. Deuoti enim famuli est, nō
solum nō rapere gloriam domini:sed oblatam a multis respuere.
Turbæ enim ex ignorantia ad hanc venerunt suspitionem,vt Io-
annem Christum estimarent: hi vero a maligna mente ex qua in-
terrogabant eum: estimātes per blanditias attrahere ad hoc quod
volebant eum:nisi enim excogitassent hoc respondenti, Non sum
ego Christus, dixissent, non hoc suspicati sumus, non hoc veni-
mus interrogaturi: sed capti & manifesti effecti ad aliud veniunt.
vnde sequiturr. { Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias
es tu?} AVG. Nouerant enim ꝙ præcessurus erat Helias Chri Tract.4.
stum. non enim alicui ignotum erat nomen Christi apud Hæbre-
os,sed non putabant illum esse Christum,nec tamen omnino pu-
tauerunt Christum non esse venturum, & cum sperarent futu-
rum,offenderunt in præsentē.Sequitur.Et dixit non sum. GRE. Hom.7.
in Homilia.Ex his verbis nobis quęstio valde implexa generatur.
Alio quippe in loco inquisitus a discipulis dominus de Heliæ ad-
uentu respōdit.Si vultis scire,Ioannes ipse est Helias. Requisitus
autem Ioannes dicit.Non sum Helias.Quomodo ergo Propheta
veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est?
ORI. Dicet autem aliquis,ꝙ si ignorabat Ioannes esse Heliam, In Io.to.6.
& hoc nimirum vtentur documēto, qui assistūt iteratæ in corpo
rationis rationi tanquā anima denuo induente corpora.Quærūt
enim Iudæi per Leuitas ac Sacerdotes,an esset Helias cum iteratę
corporis assumptionis documentum verax arbitrantur quasi pa-
ternum existens, nec alienum ab archanorum suorum doctrina,
ob hoc itaque dicit Ioannes.Helias non sum.nam nescit primeuā
vitam propriam, qualiter autem videtur rationabile,si tanquam
Propheta spiritu illuminatus est,& de Deo in vnigenito tāta nar
rauit, ignorasse de seipso an vnquam eius anima fuerit in Helia?
GREGO. in Homilia.Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, Hom. 7.
hoc quidem quod inter se contrarium sonat,quomodo contrariū
non sit inuenitur.Ad Zachariam namque de Ioanne Angelus di-
xit.Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ:quia sci-
licet sicut Helias secundum domini aduentum pręueniet,ita Io-
annes præuenit primum. Sicut ille præcursor vēturus est iudicis,
ita iste præcursor factus est redemptoris. Ioannes igitur in spiri-
tu Helias erat,in persona Helias non erat.Quod autem dominus
fatetur de spiritu,hoc Ioannes denegat de persona:quia & iustum
sic erat vt discipulis dominus spiritualem de Ioanne sentētiam di
ceret,& Ioannes turbis carnalibus non de suo spiritu, sed de cor-
pore responderet. ORI.Respondit ergo leuitis & Sacerdotibus
Non sum,coniectans propositum quæstionis eorum.non enim sa- In Io. to.6.
piebat præmissa examinatio,si idem spiritus esset in vtroque, sed
si Ioānes esset ipse Helias qui assumptus est,nunc apparens secun-
dum quòd a iudæis expectabatur absq; natiuitate. primus autem
arbitrans resumptionem corporum dicet,quòd inconsequens est,
filium Zachariæ tanti sacerdotis i senio natum,super omnem hu-
manam expectationē ignorari a sacerdotibus & Leuitis ipsum na
tum fuisse, maxime Luca testante,quòd factus est timor in omni-
bus habitantibus circa eos.Sed forsan quoniam prope finem He-
liam expectabant ante Christum, quasi tropice sciscitari videtur,
an es tu qui prenuncians Christum venturum?& caute respōdit.
Non sum.Sed & nihil mirabile,sicut in saluatore pluribus scienti
bus ex Maria natiuitatem eius,quidam fallebantur putantes eum
Ionnnem Baptistam vel Heliam aut aliquem prophetarum,sic &
in Ioanne quosdam ortus eius ex Zacharia non latebat, & quidā
dubitabāt, si forsan qui expectabatur Helias apparuit in Ioanne.
Quoniam vero cum plures in Israel editi fuerint Prophetę,vnus
de quo Moyses prophetauerat præsertim expectabatur. iuxta il-
lud. Prophetam vobis suscitabit Deus ex fratribus vestris sicut mi
hi,illi parebitis. Tertio sciscitantur,non si foret propheta simplici
ter sed cum articulo in Greco ponitur.vnde sequitur.{Propheta
es tu.}

es tu.} Per singulos enim propheras nouerat populus Israel neminem eorum fore hunc quem Moyses prophetauerat, qui sicut Moyses medius staret inter Deum & homines, & accepto testamẽto a Deo traderet discipulis. Hoc autem illis nomen non Christo attribuentibus: sed arbitrantibus alium a Christo ipsum fore. Ioannes sciuit quoniam

& Christus ille Propheta esset. vnde subditur. {Et respondit, non.} AVGV. Vel quia Ioannes maior erat quàm propheta: quia prophetæ longe prænunciauerunt, Ioannes præsentem demõstrabat. Sequitur.

Tract.4.

u Et qui missi fuerant, erant ex phariſæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es Christus neque Helias, neque propheta? Respondit eis Ioannes dicens. Ego baptizo in aqua, medius autem

Hom. 15.

{ Dixerunt ergo ei: quis es, ut respõsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso? CHRY. Vides hic vehementius insistentes & interrogantes. Hunc autem cum mansuetudine eas quæ non erant veræ suspitionis destruentem, & eam quæ est vera ponentem. vnde sequitur. {Ait. Ego vox clamantis in deserto.}

Tract.4. Hom.4.

AVGVST. Isaias illud dixit. In Ioanne prophetia ista completa est. GREGO. Scitis autem quòd vnigenitus filius verbum patris vocatur. Ex ipsa autem nostra locutione cognoscimus, quia prius vox sonat vt verbum possit audiri. Ioannes ergo vocem se asserit esse, quia verbũ præcedit, & per eius ministerium, patris verbum ab hominibus auditur. ORIGEN. Ineleganter autem Heraclion de Ioãne & prophetis considerans ait. Quoniam verbum quidem saluator est, vox autem per Ioannem intelligitur: solus enim sonus est omnis gradus propheticus. Cui dicendum, quòd si non significatiuam vocem dederit tuba, nemo se accinget ad prælium. Si ergo nil aliud quàm sonus est vox prophetica, quomodo transmittit nos ad illam saluator? Scrutamini inquit scripturas. Dicit autem Ioannes se esse vocem nõ clamantem in deserto: sed clamantis in deserto, eius scilicet, qui stabat & clamabat. Siquis sitit veniat ad me & bibat. Clamat enim vt distantes auditu percipiant & grauem habentes auditum sentiant immensitatem eorum, quæ dicuntur. THEO. Vel quia veritatem manifeste annunciat, omnes enim qui in lege erant obscure loquebantur. GREGO. Vel in deserto Ioannes clamat, quia

Homi.7.

quasi derelictæ, ac destitutæ Iudææ, solatium redemptoris annunciat. ORIG. Opus autem vocis in deserto clamantis est, vt anima Deo destituta, ad rectam faciendam viam domini reuocetur, nequaquam prauitatem serpentini gressus prosequendo, secundum cõtemplationem quidem sublimatam in veritate absq; permixtione mendacij, & secundum actionem post congruam speculationem licitum opus referentem. vnde sequitur. {Dirigite viã

To.6.in Io.

Ibidem.

domini, sicut dixit Isaias propheta.} GREGO. Via domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Via domini ad cor dirigitur, cum ad præceptum vita præparatur.

To.6.in Io.

u ¶ ORIG. Facta responsione versus sacerdotes & leuitas, de nuo missum est a phariſæis. vnde dicitur. {Et qui missi fuerant erant ex phariſæis. Quantum enim ex ipso sermone coniecturari cõtingit, dico tertium hoc esse testimonium. vnde tamen quomodo iuxta sacerdotalem & leuiticam personam est cum mansuetudine prolatum illud. Tu quis es? Nihil enim arrogans vel proteruum in eorũ quæstione continetur: sed cuncta decentia veros Dei ministros. Sed phariſæi secundum suum nomen diuiſi & importuni ex discordia contumeliosas voces prætendunt Baptistæ. vnde sequitur. {Et dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus neque Helias neque propheta?} Non quasi scire volentes, sed prohibere eum a baptismo. Deinde vero nescio quo pacto proni ad baptismum iuerunt ad Ioannem. Huius autẽ solutio est, quia phariſæi non credentes accedunt ad baptisma: sed ex hypocrisi cũ timerent populum. CHRY. Vel ipsi iidem sacerdotes & leuitę

Hom.15.

ex phariſæis erant. Et quia blanditiis eum non valuerunt supplantare, accusationem ei immittere tentant, cogentes eũ dicere, quod non erat. vnde sequitur: {Et interrogauerunt eum & dixerunt: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque propheta, quasi audacię videbatur esse baptizare, si Christus non erat, nec præcursor illius, nec præco, idest propheta. GREG.

Hom. 7.

Sed sanctus quisque etiam cum peruersa mente requiritur a bonitatis suæ studio non mutatur. Vnde Ioannes quoque ad verba inuidiæ prædicamenta respondit vitæ. vnde sequitur: {Respondit eis dicens: Ego baptizo in aqua.} ORIG. Ad illud enim. Quid

To.6.in Io.

ergo baptizas, quid aliud afferri decebat, nisi proprium baptismũ

Hom.7.

carnale prætendere? GRE. Ioannes enim non spiritu sed aqua baptizat: quia peccata soluere non valebat, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed tamen animas per veniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat? nisi vt præcursionis suæ ordinem seruans, scilicet, qui nasciturum nascendo præueneraret, baptizaturum quoque dominum baptizando præ-

F niret. & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti, qui inter hæc mysterium redemptionis nostræ annuncians, hunc in medio hominum & stetisse asserit & nesciri. Sequitur enim. Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis, quia per carnem dominus apparens & visibilis extitit

vestrum stetit quẽ vos nescitis. Ipse est qui post me venit qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiã calciamenti. Hęc in Bethania facta sunt trãs Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

corpore & inuisibilis maiestate. CHRY. Hoc autẽ dixit, quoniam decẽs erat Christum commixtum esse populo, vt vnum multorum se vbique humilem esse doceretur. Cum autem dixit. Quem vos nesci-

Tract.4.

tis. Scientiam hic cognitionem certissimã dicit puta quis est & vnde? AVGVST. Humilis enim non videbatur, & propterea lucerna accensa est. THEO. Vel medius erat phariſæorum dominus: sed ignorabant eũ, quia ipsi scripturas se scire putabant, & inquãtum in illis prænunciabatur dominus, medius eorum erat, scilicet in cordibus eorum: sed nesciebãt eum, eo quòd scripturas non intelligebant. Vel aliter. Medius quidem erat inquantum mediator Dei existens & hominum Christus Iesus medius phariſęorum extitit, volens illos Deo iungere: sed ipsi nesciebant eum.

Tom. 6. in Ioan.

ORI. Vel aliter. Hoc edito, ego baptizo in aqua: ad illud. Quid ergo baptizas? Ad secundum: si tu non es Christus? præconium de præcedenti Christi substantia proponit, quòd tanta sit ei virtus quòd inuisibilis sit sua deitate, cum sit præsens cuilibet & totum per orbem diffusus, quod notatur ex illo. Medius vestrum stetit. Hic enim per totam orbis machinã effluxit, sic vt quæ creantur, per ipsum creentur: omnia enim p ipsum facta sunt, vnde palàm est quòd inquirentibus a Ioãne, Quid ergo baptizas? ipse medius erat. Vel quod dicitur. In medio vestrum stetit, intelligẽdum est de nobis hominibus. Cum enim simus rationales, in medio nostrum extitit, ex eo quòd principale, scilicet cor, in medio totius corporis insitum est. Qui ergo verbum in medio gerunt, non autem cognoscunt de illius natura, nec de quo fonte manauit, nec quomodo cõsistit in eis, hi verbum in medio sui obtinentes ignorant, quod tamen Ioannes agnouit. vnde exprobrando dicit ad phariſæos. {Quẽ vos nescitis.} Quia expectantes phariſæi Christi aduentum, nihil tam arduum de eo contẽplabantur, solum hominem sanctum existimantes eum esse. Dicit autem. Stetit. Nam stat pater inuariabilis existens & impermutabilis stat quoque verbum eius ad saluandum continuo quamuis carnem susciperit, quãuis medium hominum stet inuisibile. Ne vero putet aliquis aliũ esse inuisibilem ad omnes homines venientem, vel ad vniuersum orbem ab eo qui humanatus est in terra comparuit, subdit. Qui

Hom.15.

post me venit. hic est qui post me apparituru est. Non autem idẽ denotatur hoc, per hoc, quod dicit. Post, & cum Iesus nos post se inuitat. Illic enim sequi post ipsum præcipitur nobis vt eius indagando vestigia, perueniamus ad patrem, hic autem vt pateat, quid sequatur ex Ioannis dogmatibus. venit enim vt cuncti credant p eum præparati ad perfectum verbum per minora. Dicit ergo. Ipse est qui post me venit. CHRY. Ac si diceret. Ne extimetis tantum in meo consistere baptismate. si enim meum baptisma perfectum esset, alius non veniret post me, aliud baptisma daturus: sed hæc præparatio est illius & transibit in proximo, vt vmbra & imago: sed oportet eum qui veritatẽ imponet venire post me. si enim hoc esset perfectum, nequaquam secũdi locus quæreretur. Et ideo subdit. {Qui ante me factus est. hic est honorabilior & clarior.}

Hom.7.

GREG. Sic namque dicitur. Ante me factus est, ac si dicatur, antepositus est mihi. Post me ergo venit, quia postmodum natus, ante me autem factus est, quia mihi prælatus. CHRY. Ne autem existimes comparabilem esse excellentiam hanc, incomparabilitatem ostendere volens subiungit. {Cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti, q. d. intantum est ante me, vt ego

Hom.15.

neque in vltimis ministrorum vocari dignus sim. Calciamentum enim soluere ultimi ministerij res est. AVGV. Vnde etsi dignũ se diceret tantummodo corrigiam calciamẽti soluere, multum se humiliasset. GRE. Vel aliter. Mos apud ueteres fuit, vt si quis eam quæ sibi competeret accipere uxorem nollet, ille ei calciamentum solueret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines Christus nisi sanctæ ecclesiæ sponsus apparuit? Recte ergo Ioannes se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calciamenti denunciat, ac si aperte dicat: redemptoris uestigia non denudare ualeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non usurpo quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat quòd calciamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus uero dominus ueniens, quasi calciatus apparuit qui in diuinitate sua morticina nostrę corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calciamenti est ligatura mysterij. Ioannes ergo soluere corrigiam calciamenti

ciamenti eius non valet, quia incarnationis mysterium, nec ipse inuestigare sufficit, ac si patenter dicat. Quid mirum si mihi ille prælatus est quem post me quidem natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non comprehendo? ORIG. Quidam vero non inepte dixit, hoc sic intelligendum. Non sum ego tanti vt

To.6.in Io.

causa mei descendat a magnalibus, ac carnẽ quasi calciamentũ suscipiat. CHRYS. Et quia Ioannes cum decenti libertate ea quæ de Christo sunt omnibus prædicabat, propterea euãgelista & locum designat dicens. {Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Non enim in domo, neque in angulo Christum prædicabat, sed Iordanem transiens in media

Hom.16.

multitudine presentibus omnibus qui ab eo baptizabãtur. Quędam vero exemplariorum certius habent in Bethabora. Bethania enim non vltra Iordanem, neque in deserto erat, sed prope Hierosolymam. GLO. Vel duæ sunt Bethaniæ, vna trans Iordanem, altera citra non longe a Ierusalem vbi Lazarus fuit suscitatus.

CHRYSOST. Hoc autem & propter aliam causam designat, quia enim res non antiquas narrabat, sed ante paruũ tempus contingentes præsentes & videntes testes facit eorum quę dicuntur, demonstrationem a locis tribuens. ALCVINVS. Bethania vero domus obedientiæ interpretatur per quam innuitur, quia per obedientiam fidei omnes ad baptisma debent peruenire.

In Ioan.

ORIG. Bethabora vero interpretatur domus præparationis, & conuenit cum baptismo præparantis domino plebem perfectã. Iordanis autem interpretatur descensus eorum. Quis autẽ erit hic fluuius, nisi saluator noster per quem ingredientem in hunc mundum mundari conuenit? non suum descendentẽ descensum, sed humani generis, hic segregat donatas a Moyse ab his quæ per Iesum donantur sortes, huius riuuli lætificant ciuitatem dei. Sicut autẽ draco latitat in ægyptiaco fluuio, ita deus in isto. Pater enim est in filio, & qui proficiscuntur illuc vbi se lauent, opprobrium ægypti deponunt, ac apti ad perceptionem hæreditatis parantur, necnon a lepra mundantur, & duplicis capaces sunt gratiæ, ac prompti fiunt ad susceptionem spiritus almi. In aliud flumen nequaquam descendente spiritali columba. Trans Iordanem vero Ioannes baptizat vt præcursor venientis, non innocentes, sed peccatores vocare.

To.6.in Io.

x ¶ ORIG. Post testimonium Ioannis, iam videtur Iesus veniens ad eum, non solum adhuc perseuerantem, sed & potiorem effectum quod per diem secũdariam designatur, vnde dicitur. {Altera die vidit Ioãnes Iesum veniẽtem ad se.} Pridem autem Iesu mater protinus vt illum concepit, ad matrem Ioannis prægnante proficiscitur, & per vocem peruenientem ad aures Elisabeth ex Mariæ salutatione exultat Ioannes cõceptus in vtero. Hic autem post Ioãnis testimonium ipse videtur a Baptista, accedens ad eũ, prius autem auditu aliorum instruitur aliquis, ac deinde oculate inspicit illa. Per hoc autem qp Maria ad Elisabeth venit minorẽ, & filius dei ad Baptistam, ad seruorem opitulandi minoribus, & ad modestiam admonemur. Verũ vnde ad Baptistam venit saluator, non hic dicitur, sed ex dictis Matthæi colligimus dicentis.

Tunc venit Iesus a Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. CHRYSOT. Vel aliter, Matthæus aduentum Christi ad baptismum præsentialiter dicit. Ioãnes autẽ & rursus eum iuisse ad Ioannem ostendit post baptisma, & hoc manifestat quod postea dicit. {Quia vidi spiritum descendentem &c. Partiti enim sunt sibi euangelistæ tempora narrationis. Matthæus enim ea quę antequam ligaretur Ioannes baptista præteriẽs, festinat ad ea quæ deinceps sunt tempora. Sed Ioãnes his maxime immoratur, quæ. s. ante incarnationem Ioannis fuerunt, vnde hic dicitur. {Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se.} Cuius igitur gratia secundo post baptismum ad eum veniebat, quia ipsum baptizauerat cum multis, vt nullus suspicetur quoniam ex eadem causa ex qua ad Ioannem, & alii ad Ioãnem veniret, puta peccata confessurus, aut in pœnitentiam abluendus in flumine. Propterea ergo accedit, dans Ioãni occasionem corrigẽdi hanc suspitionem, quam Ioannes per verba correxit, vnde sequit & ait. {Ecce aguus dei, ecce qui tollit peccata mundi.} Qui igitur ita purus erat vt aliorum peccata absoluere posset, manifestum est qm̃ non vt confiteretur peccata accedit, sed vt occasionem det Ioanni loquẽdo de ipso. Venit etiam secundo, vt hi qui priora audierant, certius recipiant quæ prædicta sunt, & alia rursus audiant. Dicit autem. Ecce agnus dei. Innuens qphic est qui olim quærebatur, rememorans Prophetiæ Isaiæ, & vmbræ quæ secundum Moysen erat, ut a figura facilius eos ducat ad veritatem. AGVSTINVS. Si autẽ agnus dei est innocens, & Ioannes agnus: an non & ipse est innocens? sed omnes ex illa propagine veniunt, de qua cantat gemes

Tract.4.

A Dauid. Ego in iniquitatibus conceptus sum. Solus ergo ille agnus qui non sic venit: non enim in iniquitate cõceptus est, nec in peccatis mater eius eum in vtero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia fide concepit, & fide suscepit. ORIG. Sed cum

To.6.i Ioã.

quinque offerantur animalia in tẽplo, tria terrestria, vitulus, ouis, & capra: volatilia vero duo, turtur & columba, & de ouibus tria adducant, Aries, ouis, agnus, de genere ouium agnum memorauit. Agnum enim in oblationibus quotidianis offerri videmus, vnum quidem mane, alterum vero vespere. Quænam autem oblatio alia potest esse quotidiana a rationali natura comprehendenda, nisi verbum ingens agnus typice nuncupatum? Hæc nempe censebitur oblatio matutina ad frequentiam intellectus in diuinis relatum, neque enim anima pati potest vt summis iugiter insistat, eo q corporis terrestris & grauis coniugium est sortita. Ex hoc etiam verbo quod Christus est, coniectare de pluribus poterimus, & quodãmodo vespere pertingemus ad corporalia procedentes. Qui autem hunc obtulit agnũ ad immolandum, deus fuit in homine reconditus, magnus sacerdos qui dixit. Nemo tollit animã meam a me, sed ego pono eam, vnde dicitur. {Agnus dei.} Ipse enim nostros languores accipiens, totius mundi tollẽs peccata, mortem quasi baptismum suscepit. A pud deum enim nõ pertransit incorrectũ quicquid agimus quod disciplina indigeat, quæ per difficilia exercetur. THE. Vel dicitur, Christus agnus dei, inquãtum deus pater mortem Christi acceptauit pro nostra salute, vel inquantum eum pro nobis tradidit morti. Sicut enim dicere consueuimus. Hæc oblatio est talis hominis, idest, quam talis homo obtulit, sic & Christus dicitur agnus dei, dantis scilicet filium suum pro nostra salute in mortem, & ille quidem agn̄ typicus nullius omnino peccatũ sustulit, hic vero peccatum vniuersi orbis terrarum, periclitantem enim mũdum eruit ab ira dei, vnde subdit. {Ecce qui tollit peccata mundi.} Non autem dixit, qui tollet, sed qui tollit peccata mundi, quasi semper hoc faciente ipso: non enim tunc solum tulit cum passus est, sed ex illo tempore vsque ad præsens tollit, non semper crucifixus, vnam enim pro peccatis obtulit oblationẽ, sed semper purgans per illam. GRE.

Cap.22.

GORIVS. 8. Mora. Tunc autem ab humano genere plene peccatum tolletur, cum per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutabitur. Esse namque a culpa liberi non possumus, quousque in corporis morte tenemur. THEO. Sed quare nõ dixit Peccata mundi, sed peccatum? ut videlicet per hoc qp dixit peccatum, vniuersaliter peccatum videretur innuere, sicut consueuimus dicere, quòd homo eiectus est de paradiso, idest, omne genus humanum. BEDA. Vel peccatum mundi dicitur originale peccatum, quod est commune totius mundi, quod quidem peccatum originale & singulorum superaddita, Christus per gratiam relaxat. AVGVSTINVS. Qui enim de nostra natu-

Tract. 4.

ra peccatum assumpsit, ipse est qui tollit nostrum peccatum. Nostis, quia quidam homines dicunt: nos tollimus peccata ab hominibus, quia sancti sumus, si enim non fuerit sanctus qui baptizat, quomodo tollit peccatum alterius, cum sit ipse homo plenus peccato? Contra istas disputationes hinc legamus, Ecce qui tollit peccata mundi, ut non sit præsumptio hominibus in homines.

ORIG. Sicut tamen iugi oblationi agni cognatę sunt reliquæ

In Io. to.6.

oblationes legales, sic huius agni oblationi cognatæ oblationes videntur mihi effusiones sanguinis martyrum, quorum patiẽtia, & confessione & promptitudine ad bonum obtunduntur machinationes impiorum. THEO. Quia vero superius illis qui ex phariſęis venerant Ioannes dixerat, quòd medius vestrum stat quem vos nescitis, hic ignorantibus demonstrat dicens. Hic est de quo dixi. {Post me venit vir, qui ante me factus est.} Vir dominus dicitur propter ætatis perfectionem. Nam triginta annorum baptizatus est, vel quia spiritalis animæ vir est, & ecclesiæ sponsus, vnde Paulus. Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. AVGVSTINVS. Post me autem venit, quia posterior natus est. Ante me factus est, quia prælatus est mihi. GREGORIVS. Prælationis autem eius causas aperuit, cum subiungit. Quia prior me erat, ac si aperte dicat. Inde me etiam posti natus superat quo eum natiuitatis suæ tempora non anguſtant. nam qui per matrem in tempore nascitur, sine tempore est a patre generatus. THEO. Ausculta o Arrie, non dixit. Quia prior me creatus est, sed quia prior me erat. Audiat hoc Pauli Samosateni abusio, quòd non ex Maria sumpsit primordium, quia si essendi principium sumpsit ex virgine, qualiter prior extitit præcursore? Nam manifestum est, quòd præcursor Christum in sex mensibus superabat secundum humanam generationem. CHRYSOSTOMVS. Vtautẽ

Hom.16.

non videatur ex amicitia propter cognationem ei testimonium perhibere: quia cognatus eius erat secundum carnem, propterea dicit: Ego nesciebam eum, & secundum rationem hoc contingit. Etenim in deserto conuersatus est Ioannes. Miracula vero quæcũque Christo puero existente facta sunt, puta quæ circa Magos, &

y Et testimonium perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi spiritum descẽdentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua,

quæcunque añ multũ contigerant tempus, Ioanne & ipso valde puero exñte. In medio vero tempore ignotus omnibus existebat pp quod subdit: {Sed vt mani. ĩ Israel ppea veni. ego in aqua baptizãs.} Hinc enim manifestum est, qm̃ & illa signa quæ quidã dicunt a Christo in pueritia facta, mendacia & fictiones sunt. Si enim a prima ætate miracula fecisset Iesus, nequaquam neque Ioãnes eum ignorasset, nec reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandum eũ. Non igitur ipse Christus baptismate indigebat neque aliquam aliam causam habebat illud lauacrum, q̃ præmonstrationem facere eius fidei quæ est in Christum. Non enim dixit: Vt mundẽ eos qui baptizantur, neq; vt liberem a peccatis veni baptizans: sed ut manifestetur in Israel. Sed nunquid sine baptismate non licebat prædicare & inducere turbas? sed facilius ita factum est. Nequaquam enim cucurrissent omnes si sine baptismate prædicatio facta esset.

Tract.5. AVGV. Vbi ergo cognitus est dominus superfluo ei via parabatur, quia cognoscentibus se, ipse factus est via. Itaque non durauit diu baptisma Ioannis: sed quoadusque demonstratus est dominus humilis. Ergo vt daretur nobis a domino humilitatis exemplum ad percipiendã salutem baptismi, suscepit baptismũ serui, & ne præponeretur baptismus serui baptismo domini, baptizati sunt alii baptismo conserui: sed qui baptizati sunt baptismo conserui, oportebat ut baptizarentur baptismo domini: Qui autem baptizabantur baptismo domini, non opus habent baptismo conserui.

Tomo.16. y ¶ CHRY. Quia Ioannes testatus est ita magnum quid qđ sufficiens erat auditores omnes stupefacere, puta quòd totius orbis terrarum solus ipse peccata tolleret, volens credibilius id facere, reduxit hoc ad Deum & spiritumsanctum. Posset enim aliquis dicere Ioanni: Qualiter igitur tu cognouisti eum? Respondet, quòd per descensum spiritussancti. vnde sequitur: {Et testi. perhi. Io. di. qa vidi. spi. descen. quasi colum. de cœlo & ma. super eum. Cap.27. AVG. xv. de Trini. Non aũt tunc vnctus est Christus spiritusancto, quando super eum baptizatum velut columba descendit. Tunc enim corpus suum, scilicet ecclesiam suam præfigurare dignatus ẽ in qua præcipue baptizati accipiunt spiritumsanctũ. Absurdissimũ enim est, vt credamus eum cum iam triginta esset annorum (eius enim ætatis a Ioanne baptizatus est) accepisse spiritumsanctum: sed venisse ad illud baptisma, sicut sine vllo omnino peccato ita non sine spiritusancto. Si enim de famulo eius & præcursore ipso Ioãne scriptum est. Spiritusancto replebitur ab vtero matris suæ, qui quãuis seminatus a patre, tamen spiritumsanctũ in vtero format9 accepit. quid de homine Christo intelligendum est vel credendum, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis: sed spiritualis fuit? Cap.22. AVG. De Agone Christiano, Non autem dicimus solum Christum verum corpus habuisse, spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum. Sicut enim non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic nec spiritussanctus: sed omnipotenti Deo qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verum corpus in vtero virginis sine virili semine fabricare. Tract.6. AVGVSTINVS. super Ioan. Duobus autem modis ostendit visibiliter dominus spiritumsanctum per columbam super dominum baptizatum, per ignem vero super discipulos congregatos, ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratum est, & ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratum est, nec moueat, quia linguæ diuisæ sunt. Noli dissipationem timere, vnitatẽ in columba cognosce. Sic ergo oportebat demonstrari spiritũsanctum venientem super dominum, vt cognoscat vnusquisque si habeat spiritumsanctum, simplicem se esse debere sicut columbam, & habere cum fratribus veram pacem quã significant oscula columbarum. Osculant̃ & corui: sed laniant. A laniatu innocens est natura columbarũ. nam corui de morte pascuntur: colũba non nisi de frugibus terræ viuit. Si etiam gemunt columbæ in amore, nolite mirari, quia in columbæ specie voluit demonstrari spiritussanctus. Ipse enim interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non aũt spiritussanctus in semetipso, sed in nobis gemit, qa gemere nos facit. Qui enim nouit in pressura se esse mortalitatis huius, peregrinari se a domino, quamdiu propter hoc gemit, bene gemit: spiritus illũ docuit gemere. Multi aũt gemũt infælicitate terrena, vel quassati dãnis, vel ægritudine corporis pergrauati, sed nõ colũbæ

F gemitu gemunt. Vnde ergo debuit demonstrari spiritussanctus vnitatem quandam designans, nisi per columbam, vt pacatæ ecclesiæ diceretur. Vna est columba mea? Vnde debuit humilitas figurari, nisi per auem simplicem & gemẽtem? Apparuit ibi sancta & vera Trinitas, pater in voce dicente. Tu es filius meus dilectus,

ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Et ego vidi & testimoniũ perhibui, quia hic est filius Dei.

Spiritussanctus in columba. in ista Trinitate missi sunt Apostoli baptizare. In nomine patris, & filij, & spiritussancti. Cap.41. GREGOR. 2. Mora. Dicit autem. Manentem super eum. In cunctis namque fidelibus spiritussanctus venit: sed in solo mediatore semper singulariter per-G manet, quia eius humanitatem nunquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit. Sed cum de eodẽ spiritu discipulis dicatur. Apud vos manebit, quomodo singulare signum erit, quòd in Christo permanet? Quod citius cognoscemus, si dona spiritus discernamus. In his enim donis sine quibus ad vitam perueniri nõ potest. spiritussanctus in electis omnibus semper permanet, vt sunt mansuetudo, humilitas, fides, spes, charitas. In illis autem quibus per ostensionem spiritus non nostra seruatur vita, sed aliorum quæritur, non semper manet, sed aliquando se a signorum ostensionibus subtrahit, vt humilius eius virtutes habeant. Christus autem in cunctis eum semper & continue habuit præsentem. Homil.16. CHRYS. Ne autem aliquis æstimet spiritus Christum indiguisse sicut & nos, hanc etiam destruit suspitionem, ostendens quòd spritussancti descensio solum pro manifestando Christo facta est. vnde sequitur. {Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.} Tract.5. AVGV-H STINVS. Quis autem misit Ioannem? Si dicamus Pater: verum dicimus. Si dicamus Filius, verum dicimus. Manifestius autem est, vt dicamus Pater & Filius. Quomodo ergo nesciebat eũ a quo missus est? Si enim non nouerat eum a quo voluit baptizari, temere dicebat. Ego a te debeo baptizari, nouerat ergo eum. Quid ergo est quod dicit. {Et ego nesciebam eum?} Hom.16. CHRYSOTOMVS. Sed cum dicit, nesciebam eum, anterius tempus dicit, non tempus quod est prope baptismum, cum prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari. Trac.4.5.& 9 sparsim. AVGVSTINVS. Sed legantur alij Euangelistæ qui planius illud dixerunt, & inueniemus apertissime tunc descendisse columbam cum dominus ab aqua ascendit. Si ergo post baptisma descendit columba, & anteq̃ baptizaretur dixit illi Ioannes. Ego a te debeo baptizari, ante baptismum illum nouerat, qũo ergo dixit. Ego nesciebã eum, sed qui misit me baptizare, &c. Hoc audiuit Ioannes, vt nosceret eũ quẽ non nouerat, an forte vt plenius nosset, quẽ iam nouerat? I Nouerat quidẽ dñm, nouerat filiũ Dei, nouerat quia ipse baptizaret in spiritu sancto. Ante enim q̃ veniret ad fluuiũ Christus, cu multi ad Ioannẽ cõcurrerent, ait illis. {Qui post me venit, maior me est, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne. Sed qd nõ nouerat: potestatẽ baptismi ipsum dominũ habiturum & sibi retenturũ, & ne Paulus aut Petrus diceret, Baptismus meus, sicut inuenis dixisse Euangelium meum, sed ministeriũ plane transiturum in bonos & malos? Quid tibi faciat malus minister, vbi bonus est dominus? Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum, quia Ioannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi, quod sacramentum tàm sanctũ est, ut nec homicida ministrante polluatur. Potuit autẽ dominus si vellet potestatẽ dare alicui seruo suo, ut daret baptismum suum tamquàm vice sua, & constitueret tãtam vim in baptismate translato in seruum, quantam vim haberet baptisma datum a domino. Hoc noluit, vt in illo esset spes baptizatorum, a quo bapti-K zatos se agnoscerẽt, & noluit seruum ponere spem in seruo. Si autem daret hanc potestatẽ seruis, tot essent baptismata quot essent serui, vt quomodo dictum est, baptisma Ioannis, sic diceretur, baptisma Petri, vel Pauli. p hanc ergo potestatẽ quã solũ sibi Christus retinuit, stat vnitas ecclesiæ, de qua dictum est. Vna est columba mea: potest autem fieri ut aliquis habeat baptismum præter columbam, vt prosit ei baptismus præter columbam, non potest. Hom.20. CHRYSOSTOMVS. Et quia pater vocem emisit prædicans filium, superuenit spiritussanctus vocem trahens super caput Christi, ne quis præsentiam existimaret dici de Ioanne, quod dictum est de Christo. Sed dicet aliquis, qualiter non crediderunt Iudæi, si viderunt spiritum? Sed talia non solum indigent oculis corporis, sed magis visione mentis. Si namque miracula facientem uidentes intantum ebrii erant a liuore, ut contraria his quæ videbantur enunciarent, qualiter solo aduentu spiritussancti in specie columbæ expulissent incredulitatem? Quidam vero dicunt, non omnes vidisse spiritum,

sed solum Ioannem, & eos qui deuotius dispositi erant. Et si enim sensibilibus oculis possibile erat videre in specie columbæ spiritum descendentem, non tamen propter hoc necesse est omnibus hoc fuisse manifestum. Etenim Zacharias in specie sensibili multa considerauit, & Daniel & Ezechiel. sed & Moyses multa vidit,

z Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem dixit. Ecce agnus Dei. a Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus & videns eos sequentes se, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? Dicit eis. Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis B Petri, vnus ex duobus qui audierant a Ioanne & secuti fuerant eum.

qualia aliorum nullus. vnde subdit Ioannes. {Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. agnum quidem eum vocauerat, & quoniã in spiritu baptizare debebat, dixit. Filium autem ante hoc nusquam.} Tract.7. AVGVST. Oportebat enim vt ille baptizaret qui est filius Dei vnicus non adoptatus. Adoptati filij ministri sunt vnici, vnicus autem habet potestatem: adoptati ministerium.

Hom.17. z ¶ CHRY. Quia multi his quæ a principio Ioannes dicebat non attendebant, secunda rursus eos excitat voce. vnde dicitur. {Altera die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo.} In Ho. vig. S. Andreæ. BEDA. Stabat quidem Ioannes quia illam virtutum arcem conscenderat, a qua nullis tentationũ posset improbationibus deijci. Stabant cum illo discipuli, quia magisterium illius corde sequebantur immobili. Hom.17 CHRYSOT. Sed quare non totum mundum circuiuit in omni loco iudeæ prædicans eum: sed stabat circa flumen expectans eum venire & ostendere venientem? quia scilicet per opera Christi hoc fieri volebat. Vide etiam qualiter hoc maioris ædificationis fuit. quia enim paruam immisit scintillam, repente flamma in altum eleuata est. Aliter autem etsi circũiens hoc dixisset, videretur ex studio quodam humano fieri quæ fiebant, & suspitione plenum esset eius præconium. igitur prophetæ quidem & Apostolii omnes, absentem Christum prædicauerunt, hic quidem ante præsentiam secundum carnem, illi vero post assumptionem. vnde vt ostendatur quòd non voce solum, sed & oculis eum ostendebat subditur. {Et respiciens Iesum ambulantem dixit. Ecce agnus Dei.} THEO. Respiciens inquit, quasi oculis innuens gratiam & admirationem quam habebat in Christo. Tract.7. AVGVSTIN. Ioannes quidem amicus sponsi erat, non quærebat gloriam suam: sed testimonium perhibebat veritati. Non enim voluit apud se remanere discipulos suos vt non sequerentur dominum: sed magis ostendit quem sequerentur dicens. {Ecce agnus Dei.} Tract.7. spar. CRYSOSTO. Non longum facit sermonem, quoniam vnum solum in studio habebat adducere eos & coniungere Christo, sciebat enim quoniam de reliquo non indigerent eo testante. Non autem singulariter discipulis loquitur de his Ioannes: sed eis publice cum omnibus, quia ex communi doctrina suscipiẽtes sequelã Christi, firmi de reliquo permãserũt, non propter gratiã Christi sequẽtes: sed propter suũ lucrũ & non facit sermonẽ suum deprecatiuũ: sed admiratur solũ præsentem & demõstrat eis præparationẽ propter quem venit, & modum præparationis. Tract.7. Agnus enim vtrunque insinuat, & dicit agnus cum articuli adiectione, excellentiam eius ostendens. AVGVSTI. Iste enim singulariter dicitur agnus solus sine macula, sine peccato, non cuius maculæ abstersæ sunt, sed cuius macula nulla fuerit. singulariter hic est agnus Dei, quia singulariter huius agni sanguine solo homines redimi potuerunt. hic est agnus quem lupi timent, qui leonem occisus occidit. BEDA. Ideo etiam agnum vocat, quia dona sui velleris sponte largiturum, ex quo vestem nobis nuptialem facere possumus idest exempla viuendi nobis relicturum præuidit, quibus in dilectione calefieri deberemus. ALCVINVS. Mystice autem stat Ioannes, cessat lex, & venit Iesus, idest gratia Euangelij, cui ipsa lex perhibet testimonium. Ambulat Iesus discipulos collecturus. BEDA. Ambulatio etiam Iesu dispensationem incarnationis qua ad nos venire ac nobis exempla viuendi præbere dignatus est, insinuat.

a ¶ ALCVINVS. Ioanne perhibente testimonium quia Iesus esset agnus Dei, discipuli qui prius erant cum Ioanne magistri imperium implentes secuti suut Iesum. vnde dicitur. {Et audierunt eum duo discipuli loquentem & secuti sunt Iesum.} Ho.17 spar. CHRYSOTO. Considera autem quia quando dixit. Post me veniens ante me factus est, & quoniam non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius, nullum cæpit. Sed quando de dispensatione locutus & humilius sermonem duxit dicens. Ecce agnus Dei. tunc secuti sunt eum discipuli. Multi enim non ita adducuntur cum aliquid magnum & excelsum de Deo dicatur, sicut cum benignum & amicum hominem audiunt, & aliquid ad salutem hominum pertinens. Considerandum autem quòd Io-

A annes dicit. {Ecce agnus Dei, & Christus nihil loquitur. nam & sponsus cum silentio adest, alij eum inducunt & sponsam in manu eius ponunt, quam cum acceperit de ea disponit, ita Christus venit copulaturus sibi ecclesiam nihil ipse dixit: sed accessit solum amicus eius Ioannes dexterã ei sponsæ imposuit p sermones suos, animas hominum in manus ei ponens quos accipiẽs ita disposuit vt vltra ad Ioannem non redirent. Sed aliud hic obseruandum, sicut enim in nuptijs, non puella ad spõsum vadit: sed ipse ad eam festinat, ita hic contingit. Non enim in cœlum ascendit hominum natura: sed ad eam fili9 Dei accessit, & ad domum duxit paternam. & quidam alij discipuli Ioannis erant, qui non solum secuti non sunt: sed & zelotipe ad Christum dispositi erant. qui autem meliores erant simul audierunt, & secuti sunt non quasi magistrum priorem contemnentes: sed ab eo persuasi, promittente quòd baptizaret in spiritu sancto Christus, & vide discipulorum studium cum verecundia fieri. Neque enim mox ascendentes interrogauerunt Iesum de necessarijs & maximis rebus, neque publice sed singulariter ei loqui studuerunt. vnde sequitur. {Conuersus autem Iesus & videns eos sequentes se, dicit eis, quid quæritis?} Hinc erudimur quia cum nos bene velle incepimus, tunc Deus dat nobis multas salutis occasiones. Interrogat autem non vt discat: sed vt per interrogationem magis C eos familiares faciat & ampliorem fiduciam det, & ostendat eos auditione dignos. THEO. Vide autem quòd sequentibus se dominus conuertit faciem & respexit, quia nisi per bonam operationem ipsum secutus fueris, ad visionem faciei eius nunquam pertinges, neque ad domum eius poteris peruenire. ALCVI. Ergo illi discipuli tergum ipsius sequebantur vt viderent, & faciem domini videre nõ poterant: ideo conuertit se, & quodãmodo de sua maiestate descendit, vt possint faciem discipuli illius cõtemplari. ORIGE. Forte autem non frustra post sextum testimonium desinit Ioannes eos contestari, & Iesus secundum septimum dicit. {Quid quæritis?} CHRY. Sed illi non solum sequendo, sed interrogando amorem suum ad Christum manifestauerunt. Ibidẽ spar. vnde sequitur. {Qui dixerunt ei.} Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? Nõdum ab eo aliquid discentes, magistrum eum vocant ad discipulatum se impellentes & causam D ostendentes propter quid sequebantur. ORI. Congrua vero prouectis ex Ioannis testimonio prolatio depromens Christũ doctorem ac exprimens desiderare habitaculum filij Dei contueri. ALCV. Nolunt enim transitorie vti eius magisterio, sed inquirunt vbi maneat, vt & tunc in secreto verbis illius imbui, & exinde sæpius possent eum visitare, & plenius instrui. Mystice autem volunt sibi ostendi, in quibus Christus habitet, vt eorum exemplo se tales exibeant in quibus velit habitare, vel quòd Iesum ambulantẽ vident, & statim vbi maneat quærunt, nos monet, vt cum incarnationem eius ad mentem reducimus, solicito corde eum rogemus, vt mãsionem æterni habitaculi nobis ostendat, vnde quia videt bene petentes, libere eis sua reserat archana. vnde sequitur. {Dicit eis, venite & videte} q. d. habitaculum meum explicari non potest sermone, sed opere demonstratur, venite ergo credendo & operando, & videte intelligendo. ORI. Vel per hoc quòd dicit. {Venite: ad actionẽ inuitat, per hoc autem quòd dicit. Videte: ad contemplationem.} CHRY. Christus autem non dicit eis signa domus neque locum: sed attrahit eos ad sequendum. Non dixit. Hom.17. E Non est tempus nunc, audietis cras, si quid vultis discere, sed vt ad amicos & familiares loquitur, qualiter alibi ait. Filius hominis nõ habet vbi caput reclinet. hic autem dicit. Venite & videte vbi habito. Sed per hoc quòd dixit. Non habet vbi caput suum reclinet, demonstrauit quòd habitaculum proprium non habebat, non ꝙ in domo nõ maneret. Sequitur enim. {Venerunt & viderũt vbi maneret, & manserunt ibi die illo.} Cuius aũt gratia manserunt, non adiungit Euangelista, quia manifestum erat ꝙ propter doctrinam. AVG. Quàm beatum autem diem duxerunt, q̃ beatam noctẽ? Trac.7. Edificemus ergo & nosmetipsi in corde nostro & faciamus domum, quo veniat ille & doceat nos. THEO. Non frustra autem & tempus notauit Euãgelista cum subdit. {Hora autem erat quasi decima. vt tam doctores quàm discipulos erudiret quòd doctrina propter tempus non est prætermittenda. CHRY. Multum enim studium demonstrabant ad audiendum, in eo quia neque ab hora auersi sunt, cum sol esset ad occasum, & multis quidem carni seruientibus, tempus quod est post escas, nõ est aptum ad quip- Hom.17.

Universidad de Deusto Biblioteca

piam necessariorum, eo ꝙ corpus escis grauatur. Ioannes vero cu-
ius isti erant discipuli, non erat talis: sed cum multo maiori sobrie
Tract.7. tate vespere degens quàm nos mane. A V G. Numerus etiam
iste legem significat: quia in decem præceptis data est lex. Venerat
autem tempus vt impleretur lex per dilectionem quæ a Iudęis im
pleri non poterat per
timorem, vnde & de-
cima hora dominus
audiuit: Rabbi. Magi-
ster enim legis nō est
nisi dator legis: Sequi
tur: {Erat autem An-
dreas frater Simonis
Petri vnus ex duobꝰ
qui audierant a Ioan
ne & secuti fuerāt eū.
Homil. 17. CHRY. Cuius au
tē gratia alterius no-
men nō ponit? quidā
dicūt propterea quia
hic qui scribit est qui secutus est eum. Quidam vero dicunt ꝙ ille
alius non insignis erat, quæ igitur vtilitas si didicerimus nomen il
lius? neque enim septuaginta duorum discipulorū nomina euan
gelista posuit. A L C V. Vel duo discipuli qui secuti sunt Iesum
sunt Andreas & Philippus.

b Inuenit hic primum fratrem
suum Simonem, & dicit ei. Inue
nimus Messiam, quod est inter-
pretatum Christus. Et adduxit
eum ad Iesum. Intuitus autē eū
Iesus, dixit. Tu es Simon filius Io
anna: tu vocaberis Cephas, qđ
interpretatur Petrus.
c In crastinum voluit exire in
Galilæā & inuenit Philippum.

Hom.18. & 19. b ¶ CHRY. Andreas qui a Iesu didicit, non detinuit apud
seipsum: sed festinat & currit cito ad fratrem, traditurus ei bona
quæ susceperit. vnde dicitur. {Inuenit hic primum fratrem suum Si
monem, & dixit ei: Inuenimus Messiam quod est interpretatum
In homil. 1. de sanc. tēp. hiem. Christus. B E D A. Hoc est enim vere dominum inuenire, vera
illius dilectione feruere, fraternæ quoque salutis curam gerere.
CHRY. Et quidem non dixerat euangelista quę Christus fue-
Hom.18. rat sequentibus se locutus: sed ex his, quę hic dn̄r licet addiscere.
Quæcunque enim Andreas didicit, in breui ostendit magistri vir-
tutem, qui persuaserat eis. & eorum desiderium quod prius habue
rant, repręsentās, hoc enim verbum inuenimus, est patientis præs-
suram propter absentiam, & exultantis postq̄ apparuit quod expe
Tract.7. ctabatur. A V G. Messias autem Hebraice, Græce Christus, lati
ne vnctus dr̄. Chrysma enim vnctio est, ille autem singulariter vn-
ctus est. vn̄ oēs Christiani vnguntur, secundum ꝙ in Psal. dr̄. Vnxit
te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Parti
cipes enim eius sunt omnes sancti: sed ille est singulariter sanctus
Ibi. spar. & singulariter vnctus. C H R Y. Et ideo non dixit Messiam sim
τὸν μεσίαν, pliciter, sed cum adiectione articuli. Considera vero ex ipso prin-
ton Mesian, cipio obedientem Petri mentem, confestim. n. cucurrit nihil tar-
hoc est Mes dans. vn̄ sequitur: Et adduxit eum ad Iesum. Sed nullus facilitatē
siam illum. ei imponat, si non prius multa perquirens ita sermonem suscepit
Conueniens enim est, & fratrem diligentius ei dixisse hoc, & per
longa verba, sed euāgelistæ vbique multa intermittūt: breuiloq̄j
curā habētes. Aliter aūt neque dictum est: qm̄ credidit simpliciter,
sed quoniam duxit eum ad Iesum, illum ei de quo dixerat traditu
rus vt omnia ab illo discat. Ipse autem dn̄s incipit reuelare ea quę
deitatis sunt, & paulatim ea aperire prædicationibus. Non enim
minus quàm signa Prophetiæ adducunt: hoc enim est maxime opꝰ
Dei, quod neque imitari dæmones possunt. Nam in miraculis qui
dem & phantasia fit vtique. Futura autem prædicere cum certitu-
dine, illius solius incorruptibilis est naturæ. vnde sequitur: {Intui
tus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioanna. Tu vocabe-
Hom.1. tēp. hiem. ris cephas, quod interpretatur Petrus. B E D A. Intuitus autē
est eum non exterioribus oculis solum, sed & æterno diuinitatis
intuitu vidit cordis eius simplicitatem, animi sublimitatem, cuius
merito cunctę esset præferendus ecclesiæ. Neque autem in Petri vo
cabulo, quasi hæbreo vel syro aliam interprætationem quærere o-
portet, quia idē est Græce & Latine Petrus, quod syriace Cephas:
& in vtraque lingua nomen a Petra deriuatur. Vocatur autem Pe
trus ob firmitatem fidei, qua illi Petræ adhesit, de qua Apostolus
ait, Petra autem erat Christus, qui sperantes in se ab hostis insi-
diis reddit tutos, & spiritualium charysmatum fluenta ministrat.
Tract. 7. A V G V S T I N V S. Non est autem magnum, quia dominus
dixit cuius filius esset iste omnia enim nomina sanctorū suorum
sciebat quos ante constitutionem mundi pręde stinauit. Illud au-
tem magnum, quia mutauit ei nomen & fecit de Simone Petrum.
Petrus autem a Petra: Petra vero ecclesia, ergo in Petri nomine fi
gurata est ecclesia. Et quis securus est, nisi qui edificat supra petrā?
Intentum autem te fecit dominus. nam si antea Petrus vocaretur,
nō ita videres mysterium Petræ, & putares casu eum sic vocari, nō
prouidentia Dei. Ideo eum voluit aliud prius vocari, vt ex ipsa cō
mutatione nominis, sacramenti viuacitas commendaretur.
Hom.18. CHRY. Ideo etiam nomen mutauit, vt ostendat quia ipse est
qui vetus testamentū dedit, & nomina transmutauit: qui Abram,
Abraham vocauit, & sarai, saram, & Iacob Israelem. Igitur multis
quidem & a natiuitate nomina imposuit, vt Isaac & Samson, alijs

F autem post eam quæ a progenitoribus est nuncupationem, vt Pe-
tro & filijs Zebedei. nam quibus quidem a prima ætate debebat
virtus clarescere, ex tunc nomina susceperunt, quibus aut postea
debebat augeri, postea nuncupatio posita est. A V G V S T I N. Lib.2.c.17.
de Consensu Euange. Non autem parua repugnātia potest puta
ri si iuxta Iordanem
antequam Iesus isset
in Galileam, ad testi-
monium Ioānis Bap-
tistę secuti sunt eum
duo. quorum vnus e-
rat Andreas qui fra-
trem suum Simonem
adduxit ad Iesum,
quando & nomen vt
Petrus nominaretur
accepit, cum ab alijs
Euangelistis dicatur,
quòd eos in Galilea
piscantes inuenerit,

Et dicit ei Iesus. Sequere me.
Erat autem Philippus a Bethsai
da ciuitate Andreæ & Petri. In-
uenit Philippus Nathanael &
dicit ei. Quem scripsit Moy-
ses in lege & prophetæ, inueni-
mus Iesum filium Ioseph a Na-
zaret. Et dixit ei Nathanael. A
G Nazareth pōt aliquid boni esse,
Dicit ei Philippus. Veni & vide.

atque ad discipulatum vocauerit, nisi quia intelligendum est, non
sic eos vidisse dominum iuxta Iordanem, vt ei iam inseparabili-
ter inhærerēt, sed tantum cognouisse quis esset, eumque miratos
ad propria remeasse. Non autem quis arbitretur quòd tunc Pe-
trus nomen accepit, vbi ait illi dominus. Tu es Petrus & super
hanc petram ædificabo ecclesiam meam: sed vbi commemoratur
ei dictum esse. Tu vocaberis Cæphas, quod interpretatur Petrus.
A L C V I. Vel aliter. Nondum imponit ei nomen: sed præsignat
quòd postea fuit ei impositum, quādo dixit ei Iesus. Tu es Petrus
& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Mutaturus au-
tem nomen Christus, voluit ostendere etiam nomen illud, quod
a parentibus datum erat, nō carere virtutis significatione. Simon
enim, obediens interprætatur. Ioanna gratia. Iona columba q.d.
Tu es obediēs, filius gratiæ, vel filius columbæ, idest spritussancti:
quia humilitatem de spiritu sancto accepisti, vt vocante Andrea
H videre me desiderares. Non enim dedignatus est maior minorem
sequi, quia non est ordo ætatis, vbi est meritum fidei.
c ¶ CHRY. Postq̄ accepit Christus hos discipulos, venit de re Homil. 19.
liquo ad alios conuertēdum, scilicet Philippum & Nathanaelem.
vnde dicitur. {In crastinum autem voluit exire in Galileā. ALC.
A Iudęa scilicet vbi erat Ioannes baptizans, deferens honorē Bap
tistæ, ne videatur magisteriū eius minuere, dum adhuc statum
habet. Vocaturus etiam discipulum ad sequendum, voluit exire
in Galileam idest in transmigrationem factam vel reuelationē, vt
sicut ipse proficiebat sapientia & ętate & gratia apud Deum & ho
mines, & sicut passus est & resurrexit, & ita intrauit in gloriam
suam, sic etiam suos sequaces ostenderet, & exire & proficere in
virtutibus, & per passiones ad gaudia transmigrare debere. vn-
de sequitur. {Et inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: sequere me.}
Sequitur qui imitatur humilitatem & passionem eius, vt sit so-
I cius resurrectionis & ascensionis. C H R Y S O S T O. Et vide Hom.19.
quòd antequam aliquis ei adhæreret, nullum vocauit. nā siqui-
dem nullo iam spōte adueniente attraxisset, fortassis resiliissent,
nunc autem a seipsis eligentes sequi dominum, firmi de reliquo
permanserunt. Philippum autem vocat, magis notum ei existen-
tem, quia in Galilea nutritus erat. Sed vnde Philippus secutus
est Christum? nam Andreas quidem audiens a Ioanne Baptista,
Petrus autem ab Andrea, hic autem a nullo aliquid discens, solum
dicente Christo ad eum, sequere me, confestim persuasus est. Con
ueniens est autem Philippum a Ioanne audiētem sequi Christū,
vel etiam vocem Christi hoc operatam esse. T H E O. Non enim
simpliciter omnibus vox Christi dicebatur: sed fidelium interio-
ra ad eius inflammabat amorem, deinde quia in corde Philippi de
Christo cogitatio inerat, & in libris Moysi assidua lectio, vt expe
ctaret Christum, statim cum vidit, credidit. Forte autem ab An-
drea & Petro de Christo aliquid didicit, quia ex eadem patria e-
K rant, quod Euāgelista videtur innuere per hoc quòd subdit. {Erat
aūt Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.} C H R Y-
S O S T O. Christus etiam hinc suam virtutem ostendit, quòd a Ibidem
terra nullum ferente fructum. nam a Galilea propheta non sur-
git, inclytos discipulos elegit. A L C V I N. Bethsaida etiam do-
mus venatorū interpretatur quo nomine ciuitatis curauit euan-
gelista ostendere, quales tunc iam animo erant Philippus, Petrus
& Andreas, & quales officio erant futuri, idest capiendis ad vitam
animabus intenti. C H R Y S O. Non solum autem Philippus a Hom.19.
Christo persuasus est, sed præco alijs fit. vnde sequitur. {Inuenit
Philippus Nathanael & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege
& prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Vide
qualiter solicitam mētem habebat, & continue meditabatur, quæ
sunt Moysi & expectabat aduentū Christi, & quidem ꝙ Christus
debebat venire, nouerat prius, qm̄ autē hic Christus erat, ignora
bat. Dicit aūt. {Quē scripsit Moyses & prophetę, credibilē faciens
suam

suam prædicationem, & exhinc persuadens auditorem quòd cir-
ca legem & prophetas solicitus erat, & omnia perscrutans cum ve
Tract. 7. ritate vt & Christus testatus est. Si vero dicit filiū Ioseph. ne tur-
beris, eius enim filius æstimabatur esse. A V G V. Cui scilicet de-
sponsata erat mater eius, nam quòd ea intacta conceptus & natus
sit, bene nouerunt ex
euāgelio omnes Chri
stiani, addit autem &
locum. {A Nazareth.
T H E O. Non quia
in ea natꝰ erat: sed nu
tritꝰ. Generatio enim
eius multis erat inco
gnita: sed quòd in Na
zareth esset nutritus,
cognitum erat, & di-
xi ei Nathanael a Na

d Vidit Iesus Nathanael venie-
tem ad se, & dicit de eo, Ecce ve
re Israelita, in quo dolus nō est.
Dicit ei Nathanael. Vnde me
nosti? Respondit Iesus, & dixit.
ei. Priusquam te Philippus voca
ret cum esses sub ficu vidi te. Re
spōdit ei Nathanael & ait. Rab-

Ibidem zareth potest aliquid boni esse? A V G V. Ambas pronunciationes
potest cōsequens vox Philippi sequi, siue sic pronuncies tanq̄ con
firmans. A Nazareth potest aliquid boni esse, & ille dicat. Veni &
vide. siue sicut dubitans & totū interrogās. A Nazareth potest ali
quid boni esse? Veni & vide. Cū ergo siue illo modo siue isto pro-
nuncietur, non repugnant verba sequentia, nostrum est quærere
quid potius intelligamus in his verbis Nathanael enim doctissi-
mus legis cum audisset Philippū dicentem. Inuenimus Iesum, au
dito a Nazareth erectus est in spem, & dixit. A Nazareth potest
aliquid boni esse? Scrutatus enim erat scripturas. & sciebat quòd
non facile alij scribę & pharisæi nouerant, quia inde erat expectan
dus saluator. A L C V. Qui singulariter sanctus est, innocens, im
pollutus, de quo propheta. Exiet virga de radice iesse, & Nazareus
idest flos de radice eius ascendet. vel potest hic versiculus sub du-
Homil. 19. sparsim. bitatione interrogatiue proferri. C H R Y. Audiuerat enim Na
thanael a scripturis quòd a Bethleem oporteret Christum veni-
re. sm̄ illud. Et tu Bethleem terra Iuda, ex te exiet dux qui
regat populum meum Israel. Cum igitur audiuit. A Nazareth.
Dubitauit, non inueniens conuenire enunciationem Philippi cū
prophetica prædicatione. Nazareum autem vocant prophetæ ab
educatione & conuersatione, considera vero eius inquirendo pru
dentiam & mansuetudinem, non enim dixit. Decipis me Philip-
pe: sed interrogat dicens. A Nazareth potest aliquid boni esse: Val
de autem & Philippus prudēs erat. Nō. n. interrogatus frangitur
sed immoratur, virū volens ducere ad Christū. vnde sequitur. {Di
cit ei Philippꝰ: veni & vide.} Trahit quidē eū ad Christū, sciēs de
reliquo eū non cōtradictutū si verba & doctrinā illiꝰ gustauerit.
Hom. 19. sparsim. d ¶ C H R Y. Nathanael non suscipiendo ex Nazareth Chri
stum esse, eam quæ illi erat circa scripturas diligentiam ostendit.
In non respuendo vero eum qui annunciauerat multum deside-
derium quod habebat circa Christi præsentiam monstrauit. Scie-
bat enim quòd poterat Philippꝰ circa locum falli. vnde sequitur.
{Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo. Ecce vere
Israelita in quo dolus non est.} Nequaquam enim eum accusare
Ibidem oportebat, licet verba non credentis protulerit, magis inuestigans
prophetias quàm Philippus, dicit autem vere Israelita, in quo do
lus non est, quia nihil ad gratiam vel odium loquebatur. A V G.
Vel aliter. Quid est in quo dolꝰ nō est? forte nō habebat peccatū?
forte illi medicus non erat necessarius? absit. Nemo sic natus est vt
medico illo non egeret. Dolus enim est cum aliud agitur, & aliud
fingitur, quomodo ergo in illo dolus non erat si peccator est? fa-
tetur se peccatorem. Si enim peccator est, & iustum se dicit, dolus
est in ore ipsius, ergo in Nathanaele confessionem peccati lauda-
uit, non iudicauit non esse peccatorem. T H E O. Sed Nathanael
laudatus nō acquieuit ex templo: sed expectauit, adhuc volens ali
Hom. 19. sparsim. quid manifestius discere, & interrogat. Sequitur enim. {Dicit ei
Nathanael, vnde me nosti?} C H R Y. Ipse quidem igitur vt ho-
mo inuestigat. Iesus autem vt Deus respondebat. Sequitur enim.
{Respōdit Iesus & dixit ei, priusquam te Philippus vocaret, cum
esses sub ficu vidi te.} Non vt homo eum intuens: sed vt Deus de-
super cognoscens. {Vidi inquit te, idest morum tuorum mansuetu
dinem. dicit autem. {Cū esses sub ficu.} quoniam nullus ibi erat,
sed soli Philippus & Nathanael singulariter loquebantur: & prop
ter hoc dictum est quòd videns eum a lōge dixit. {Ecce vere Israe
lita. vt scires quoniam antequam appropinquaret Philippus, hæc
loquebatur Christus, & insuspicabile fiat Christi testimonium.
Noluit autem Christus dicere. {Non sum ex Nazareth. vt annun
Ibidem ciauit tibi Philippus: sed ex Bethleem, vt nō faceret altercabilem
sermonem, neque etiam per hoc dedisset argumentum sufficiens
quòd ipse esset Christus: sed ostendit se Christum per hoc ꝙ præ-
sens erat loquentibus illis. A V G. Quærendum est enim an ali-
quid significet arbor fici. Inuenimꝰ arborem fici maledictam, quia
sola folia habuit, & fructu caruit. In origine humani generis Adā
& Eua cum peccauissent, de folijs ficus subcinctoria sibi fecerunt.
Folia ergo ficulneæ intelliguntur peccata. Erat autem Nathanael

A sub arbore fici, tanquam sub vmbra mortis, ac si dominus ei dicat.
{O Israel, sine dolo quisquis es.} O popule Iudæus ex fide, ante-
quam te per Apostolos meos vocarem, & cū esses sub vmbra mor-
tis & tu me non videres, ego te vidi. G R E G. 18. Mora. Vel cum
esses sub ficu vidi te, idest positum te sub vmbra legis elegi. A V- Cap. 23.
G V S T. de Verbis Serm.40.
domini. Recordatus
est autem Nathanael
se fuisse sub ficu, vbi
nō erat Christus præ
sentia corporali: sed
scientia spirituali, &
quia sciebat se solum
fuisse sub ficu, agnouit
in illo diuinitatem.
C H R Y. Sic ergo ab Homil. 19.
hac prædicatiōe & ab sparsim.

bi tu es filius Dei, tu es Rex Isra
el. Respondit Iesus & dixit ei.
Quia dixi tibi vidi te sub ficu,
credis, maius his videbis. Et di-
cit ei. Amen amē dico vobis, vi
debitis cęlum apertum, & ange
los Dei ascendentes & descen-
dentes supra filium hominis.

B eo quòd mentem scrutatus est eius, quia cum aduersus eum dice-
re videretur, non culpauit, sed laudauit: cognouit quoniam vere
est Christus. vnde sequitur. {Respondit ei Nathanael & ait. Rab-
bi. Tu es filius Dei, tu es Rex Israel?} q.d. Tu es qui expectabaris,
tu es qui quærebaris: quia enim argumentum inaltercabile susce-
pit, venit ad confessionem & in mora priori diligentiā ostendens,
& in posteriori confessione deuotionem. Multi autem legentium Hom. 20.
sermonem hunc anxiantur. Petrus enim qui post miracula & do-
ctrinam confessus est quoniam filius est Dei, beatificatur, vt a pa-
tre reuelationem iam suscipiens. Nathanael autem ante signa &
doctrinam hoc dicēs, nihil tale audiuit. Est igitur huius causa, quo
niam verba quidem eadem locutus est Petrus & Nathanael, non
autem eadem mente: sed Petrus quidem confessus est filium Dei
vt Deum verum, hic autem vt hominem nudum, dicens ei. Tu es
filius Dei. induxit. {Tu es Rex Israel. Dei autem filius non Israe-
litis est Rex solum: sed & orbis terrarum vniuersi. Hoc etiam ma-
C nifestum est ex his quæ consequuntur. nam Petro nihil postea ad
didit Christus: sed quasi perfecta eius existente fide, ecclesiam se di
xit in confessione illius fabricaturum esse. Nathanael autem quasi
multa parte & maiori confessionis deficiente, ad maiora educitur.
nam sequitur. {Et dixit ei, quia dixi tibi, vidi te sub ficu credis, ma
ius his videbis q.d. Magnum tibi visum est hoc esse quod dixi, &
propterea me regem Israelis confessus es, quid igitur dices cū ma-
ius videbis? & quid sit istud maius ostendit subdens, & dicit eis.
{Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum & Angelos
Dei ascendentes & descendētes super filium hominis.} Vide qua
liter paulatim eum a terra abducit, & facit quòd nō vltra æstimet
Christum esse hominem solum. cui enim Angeli ministrant, qua-
liter hic hō purꝰ esset? ꝑ hoc igitur suadet Angelorū se esse domi
natorē, sicut enim in propriū regis filiū descenderūt & ascēderūt
in eum ministri regales, hoc quidem in tempore crucis, hoc vero
in tempore resurrectionis & ascensionis: sed & ante hoc quando
D accesserunt & ministrabant ei, & quando euangelizabant eius na-
tiuitatem. Futurū vero a præterito probauit, qui .n. in præteritis
virtutem eius agnouerat, & de futuris audiens facilius suscepit.
A V G V. de Ver. domini. Recolamus autem veterem historiam, Serm. 40.
quando Iacob in somnis vidit scalam a terra pertingentem vsque
in cœlum, & dominus incumbebat super eam, & Angeli ascende-
bant & descendebant per eam. Denique ipse Iacob quia intellexit
quid viderit, posuit lapidem & fudit oleum. dum vnxit lapidem
Iacob, nunquid idolum fecit? significauit, non adorauit. agnoscitis
chrisma, agnoscite & Christum. Ipse est lapis quem reprobauerūt
ædificantes. si ergo Iacob vidit scalam, qui est Israel appellatus, &
Nathanael iste vere Israelita erat, conuenienter somnium Iacob
dominus dixit ei. q.d. cuius nomine te appellaui, ipsius somnium
in te apparuit. Videbis enim cœlum apertum, & Angelos Dei a-
scendentes & descēdentes super filium hominis, si autem ad illum
E descendunt & ad illum ascendunt, & sursum est, hic est sursum in
se, deorsum in suis. A V G V. super Ioannem. Sunt autem Ange Tract. 7.
li Dei boni prædicatores prædicantes Christum, hoc est, super fi-
lium hominis ascendunt & descendunt, sicut Paulus qui ascende-
rat vsque ad tertium cœlum, descendit vsque ad lac potum paruu-
lis dādum, dixit autem. {Maius his videbis, quia plus est quòd nos
dominus vocatos iustificauit, quàm quòd vidit iacētes sub vmbra
mortis.} Quid enim nobis proderat si ibi mansissemus, vbi nos vi
dit? Quæritur autem, quare Nathanael cui tantum testimonium
perhibuit filius Dei, inter duodecim Apostolos non inuenitur? In
telligere autem debemus ipsum eruditū fuisse & peritum legis,
propterea noluit illum dominus inter discipulos ponere, quia
idiotas elegit, vnde confunderet mundum. Volens enim superbo-
rum frangere ceruices, nō quæsiuit per oratorem piscatorem: sed
de piscatore lucratus est Imperatorem. Magnus Cyprianus ora-
tor: sed prius Petrus piscator, per quem postea crederet non tantū
orator, sed etiam Imperator.

CAPVT II.

Hom.20. CHRY. Quoniam in galilæa notus erat dominus, vocant eum ad nuptias. vnde sequitur: {Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana galilææ. ALCVI. Galilæa est prouincia in qua ē Chana viculus.

Ibidē spar. CHRY. Vocant autem ad nuptias domi num, nō tamquā magnificum aliquē: sed simpliciter tamquam notum, & vnum multorum. vnde hoc euāgelista declarans ait: {Et erat mater Iesu ibi.} sicut enim matrē vocauerant, ita & filium. vnde sequitur: {Vocatus est autem Iesus & discipuli ei⁹ ad nuptias,} & accedit. } Neque enim ad dignitatē respiciebat suā, sed ad beneficium nostrum. Qui enim non dedignatus est formam serui accipere, neque dedignatus est ad nuptias venire seruorum

Ser.41. in prin. AVGV. de Verbis Domini: Erubescat igitur homo esse superbus, quoniam factus est humilis Deus. Ecce inter cętera filius virginis venit ad nuptias, qui cum apud patrem esset instituit nuptias. BEDA. Quòd etiam ad nuptias venire dignatus est, iuxta literam fidem rectę credentiū confirmat. Porro Tatiani & Marcionis cęterorumq;, qui nuptiis detrahunt, perfidia quàm sit damnabilis insinuat. Si enim toro immaculato & nuptiis debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam dominus ad has venire voluisset. Nunc autem quia bona est castitas coniugalis, melior ē tinentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad probandam omnium electionem graduum discernendum tamen meritum singulorum ex intemerato Mariæ virginis vtero nasci dignatus est, a prophetico vidue Annæ ore mox natus benedicitur, a nuptiarū celebratoribus iam iuuenis inuitatus, hos præsentia suæ virtutis honorat. AVGV. Quid autem mirum, si in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Habet enim hic sponsam quam redemit sanguine suo, & cui pignus dedit spiritum sanctum, quam sibi coniunxerat in vtero Virginis. Verbum enim est sponsus & sponsa caro humana, & vtrumque vnus filius Dei, & idē filius hominis. Ille vterus virginis Mariæ thalamus ei⁹ est: vnde processit tamquam sponsus de thalamo suo. BEDA. Nec vacat a mysterio quòd die tertia nuptiæ factæ referuntur, primum quidem sęculi tempus ante legem patriarcharum exemplo. secundum sub lege prophetarum scriptis. tertium sub gratia præconiis euangelistarum quasi tertiæ diei luce mūdo refulsit, in quo dñs in carne natus apparuit: sed & hoc quod in Chana galileæ. i. in zelo transmigrationis eędem nuptiæ factæ perhibentur. Typice denunciat eos maxime gratia Christi dignos existere, qui zelo feruere piæ deuotionis, ac de vitiis ad virtutes, de terrenis ad æterna norunt transmigrare: discumbente autem ad nuptias domino, vinum defecit vt vino meliore per ipsum facto, manifestaretur gloria latentis in homine Dei. vnde sequitur: {Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent.} CHRY. Dignum autem est quærere, vnde venit in mentem matri magnū quid imaginari de filio, neq; enim ante miraculum fecerat. Sequitur enim: {Hoc fecit initium signorū Iesus:} sed reuelari incipiebat & a Ioanne, & ab his, quæ ad discipulos dixerat: sed ante hæc omnia ipsa conceptio & ea quæ post natiuitatem facta sunt, maximam ei de puero imposuerunt ęstimationem. vnde Lucas dicit. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Cuius igitur gratia nō ante miraculum eum incitauit? nam antea vt vnus multorum ita conseruabaē. vnde non præsumebat ei mater tale quid diceret quia vero audiuit, quòd Ioannes ei testificatus est, & quòd discipulos iam haberet, de reliquo confidenter rogat. ALCVI. Significat etiam in hoc loco synagogam, quæ Christum prouocat ad faciendum miraculum, familiare enim est Iudæis, miracula inquirere. Sequitur: {Et dicit ei Iesus, quid mihi & tibi mulier?}

Tra.8. spar. AVGVST. Quidam derogantes euangelio & dicentes quòd Iesus non fuit natus de Maria virgine, hinc argumentum sumere conantur erroris sui, vt dicant quomodo erat mater eius cui dixit: {Quid mihi & tibi mulier?} Sed quis hoc narrauit, vt credamus quia hoc dominus dixit? Nempe Ioannes euangelista. At ipse dixit: Et erat ibi mater Iesu, quare hoc, nisi quia vtrumque verum est? Sed numquid ideo venit ad nuptias, ut doceret matres cō

Ibidem. temni? CHRY. Sed quòd valde uenerabatur matrem, audi Lucam enarrantem, qualiter subditus parentibus erat. Nam ubi quidem parentes nihil impediunt eorum, quæ sunt ℔m Deum, debitum est subiici eis. Quando autem non tpe debito aliquid quærunt, & abscindunt nos a spiritualibus, non ex hoc fallaris. AVG. Cap.4. de Symbolo. Vt ergo distingueret inter Deum & hominem, quia secūdum hominem minor & subditus erat, secundum autem Deum supra omnes erat, dixit. {Quid mihi & tibi ē mulier?} CHR. Hom.20. Sed & propter aliam causam vt non suspecta essent miracula quæ fiebant: ab his.n. qui indigebant, rogari oportuerat non a matre, voluit ostendere quoniam omnia decēti tempore operatur non simul omnia faciēs, quia cōfusio quæ dā esset, & ideo sequitur. {Nondum venit Hom.21. hora mea} idest, nōdū cognitus sum his qui adsunt: sed neq; sciūt quoniā defecit vinū, sine eos primum hoc sentire. Qui enim necessitatem non præsentit, neque beneficij grandem suscipiet sensum. AVG. Vel ideo quia dominus noster, secundum quòd Deus erat, matrem nō habebat. secundum quòd homo erat, habebat matrem. Miraculum autem quod facturus erat, secundum diuinitatem facturus erat, non secundum infirmitatem humanam. Miraculum tamen exigebat mater. At ille tamquam non agnoscens vicera humana, operaturus facta diuina dixit. {Quid mihi & tibi est mulier?} tanquam dicat. Quod in me facit miraculum, non tu genuisti deitatem meam. Dicitur autem mulier secundum fœmineum sexum, non secundum corruptionem integritatis: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam cum ipsa infirmitas pendebit in cruce. vnde subdit. {Nōdum venit hora mea} q.d. ibi te agnoscā cū pendere in cruce infirmitas cęperit, cuius & mater es. Commendauit enim matrem discipulo, prius matre moriturus, & ante mortem matris resurrecturus. Videte autem ne forte quomodo inuenerunt Manichæi occasionem perfidię suæ, quia dixit dominus. {Quid mihi & tibi est mulier.} sic inueniant Mathematici occasionem fallaciæ, quia dixit. {Nondum venit hora mea.} Dicunt enim, vides quia sub fato erat Christus: quia dixit. {Nōdum venit hora mea.} Credant aūt Deo dicenti. Potestatem habeo ponendi animā meā, & iterum sumendi eā, & quærant quare sit dictum. {Nondū venit hora mea.} Nec ideo iam sub fato ponant conditorē cæli, quia si esset fatum de sideribus, nō poterat esse sub necessitate siderū conditor siderū, quod nō solum Christus nō habuit, qđ appellas fatū: sed nec tu aut ille aut quisquā hominū: quare ergo dixit. {Nondū venit hora mea?} quia in potestate habebat quādo moreretur: sed nōdum videbat esse opportunum vt illa potestate vteretur. vocandi erant discipuli, annunciādum erat regnū cælorū, faciendæ erāt virtutes, cōmendanda erat diuinitas dñi in miraculis, cōmēdāda erat humanitas dñi in ipsa cōpassione mortalitatis. At vbi tm̄ fecit quātū sufficere iudicauit, venit hora, non necessitatis sed voluntatis, non conditionis sed potestatis. Ibidem.

b ¶ CHRYSOT. Quamuis dixerit. Nondum venit hora mea, postmodum fecit quod mater dixerat, vt etiam ex hoc sufficiens esset demonstratio, quòd non subiectus est horæ. Si enim horæ subijciebatur, qualiter debita hora nondum facta hoc fecit? deinde & propter honorem matris, vt non finaliter ei contradicere videretur. neque eam tot præsentibus erubescere faceret. Adduxerat enim ad eum ministros, vt a pluribus fieret petitio. vnde sequitur. {Dicit mater eius ministris: quodcunque dixerit vobis facite.} BEDA. quasi dicat. Licet abnegare videatur tamen faciet, nouerat enim eū mater pium & misericordē. Sequitur. {Erant autem ibi lapideæ Hydriæ sex positæ secundum purificationem iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel trinas. Hydriæ vocantur vasa aquarum receptui parata. Grece enim aqua Hydor dicitur. ALCVIN. Vasa autem aquarum receptui parata erant secundum purificationem iudæorum, quia Ibidem. inter alias pharisæorum traditiones, etiam hoc obseruabant, vt crebro se lauarent. CHRYSOSTO. Quia vero inaquosa est palestina, & non erat multis in locis fontes & puteos inuenire: replebant Hydrias aqua, vt non currerent ad flumina si quando immundi fierent: sed de prope haberent purgationis modum. Ne autem quidam infidelium suspicarentur, quoniam fece intus remanente, deinde aqua immissa, vinum subtilissimum factum esset, propterea ait secundum purificationem iudæorum, ostendens Trac.9.spar sim. quòd illa vasa nunquā vini receptacula facta erant. AVGVST. Metretas enim dicit mēsuras quasdam, tanquam si diceret vrnas, amphoras, vel aliud huiusmodi. Metron enim, mensuram dicunt Græci, inde appellatæ metretæ. Quod autem ait binas vel trinas, non ita accipiendum est, quòd aliæ binas aliæ trinas: sed eædem ipsæ caperent binas, quæ etiam trinas. Sequitur,

Ibidem. tur, dixit eis Iesus. {Implete Hydrias aqua, & impleuerunt eas vsque ad summum. CHRY. Sed quare ante quàm impleuissent Hydrias aqua, non fecit signum? quod multo mirabilis esset: quia scilicet aliud est substantiam in aliam qualitatem transmutare, & ipsam substātiam ex nihilo facere, quod quidem mirabilius est, sed non ita videtur credibile multis. Propterea enim multoties a miraculorum magnitudine abstinet, volens magis credibile esse quod fiebat, cū hoc & peruersa dogmata euertit. Quia enim sunt quidam qui mūdi conditorem alium esse dicunt, plura miraculorū ex subiectis substantijs facit: si enim contrarius ei esset qui conditor est mundi, non vtiq; alienis vteretur ad propriæ virtutis demonstrationem. non autem ipse aquam hausit & tunc vinum ostendit: sed hoc iubet ministris vt eos testes habeat eius quod fiebat. vnde sequitur. {Et dicit eis Iesus Haurite nunc & ferte architriclino.} ALCV. Triclinium ordo trium lectorum cli non lectū significat. Architriclinus princeps triclinij, idest primus inter cōuiuas qui more antiquo in lectis discumbebant. vnde quidam architriclinum intelligunt aliquem ex sacerdotibus Iudæorum qui nuptijs interesse poterāt vt illos instrueret qualiter nuptijs vti deberent. CHRY. Vel aliter: quia aliqui possent dicere quòd conuiuę ebrij erant, & sensus iudicantium corruptus vt nescirent vtrum aqua vel vinum esset, hi autem quibus ministratio conuiuiorum credita est, maxime vigiles sunt vnum opus habentes, vt ornate & ordinate omnia disponantur: ideo in testimonium eorum quæ fiebant dixit dominus. Ferte architriclino propter euigilantem eius sensum, & nō dixit, Propinate discumbentibus. HYLA. 3. de Trini. Aqua igitur Hydrijs infunditur, vinum calicibus hauritur, infundentis scientiæ sensus non cōuenit haurientis. Qui infuderunt hauriri aquam existimant, qui hauriunt vinū infusum arbitrantur. vnde sequitur. {Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factā, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebāt qui hauserāt aquam, vocat sponsum architriclinus.} Non autē aquæ simplicitas defecit, & vini sapor natus est, non per transfusionem potioris obtinetur quod infirmius est: sed aboletur quod erat, & quod non erat cępit. CHRY. Paulatim autem dominus volebat cognosci suorum signorum virtutem: & ideo neque ipse reuelabat quod factum est, neque ministros architriclinus vocauit. Non esset eis creditum puro homine existimato, tale testimonium reddentibus: sed vocat sponsum qui maxime poterat conspicere quod fiebat. non simpliciter autem Christus vinum, sed vinum optimum fecit. vnde sequitur. {Et dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit &c.} Talia enim sunt Christi miracula, vt multo his quæ per naturam fiunt, speciosiora & vtiliora fiant. igitur aqua vinum facta ministros testes habuit, boni vero vini facti architriclinum & sponsum, probabile autem & sponsum aliquid respondisse: sed euangelista hoc prætermittit, tangens solum id quod necessarium est scire, scilicet, quoniam vinum aquam fecit. vnde statim subdit. {Hoc fecit initium signorū Iesus Chana in Galilææ.} Tūc.n. signa maxime necessarium erat facere, quando discipuli iam congregati erant deuoti, & attendentes his quæ fiebant, manifeste aderant. Si vero dixerit quis non esse argumentum sufficiens, vt hoc sit principium signorum: quia additur. {In Chana Galilææ,} quasi contingat alibi prius esse facta. Dicemus quod & antea diximus: quia Ioannes dicit, Vt manifestetur Israeli propterea veni baptizans. Si vero secundum primam ætatem miracula fecit, nequaquam indigebant Israelitę alio manifestante eum. Qui enim in breui tempore ita per miraculorum multitudinem claruit, vt eius nomen manifestum fieret omnibus, multo magis si puer existens a prima ęta te miracula fecisset. Nam & ea quæ fierent inopinabiliora existimarentur ab infante facta, & tempus amplius esset. Decenter autem non incepit signa facere ex prima ętate, existimassent enim phantasiam esse incarnationem & ante opportunum tempus crucī eū tradidissent liuore liquefacti. AVG. Hoc aūt miraculū domini quod de aqua vinū fecit, nō est mirū eis qui nouerūt quia Deus fecit. Ipse enim fecit vinū illo die in Hydrijs, qui oī anno hoc facit in vitibus, sed hoc assiduitate amisit, admiratione itaq; seruauit sibi Deus inusitata quædā quæ faceret, vt tanq̄ dormientes homines ad se colendū mirabiliter excitaret, propter quod sequitur. {Et manifestauit gloriam suam.} ALCVINVS. Quia ipse est rex gloriæ qui sicut dominus elemenra mutabat. CHRYS. Et hoc quantum ex parte sua. Si vero & tunc multi non cognouerunt: sed tamen omnes postea erant miraculum audituri. Sequitur. {& crediderunt in eum discipuli eius.} Hi enim debebant credere, & facilius, & cum diligentia attendere his quæ fiebant. AVGVST. de Consensuange. Sed si tunc in eum credide runt, nondum erant discipuli cum ad nuptias vocati sunt: sed illo more locutionis hoc dictum est quo loquimur, cum dicimus Apostolum Paulum in Tharso Cilitiæ natum, neque enim tunc iam erat Apostolus, ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cum audimus, non iā discipulos sed qui futuri erāt discipuli intelligere debemus. AGVSTIN. Illa aūt mysteria quæ in isto miraculo dominī latent videte, oportebat impleri in Christo quæ de illo scripta erant, illa erat aqua, fecit autem de aqua vinum cum aperuit eis sensum & exposuit scripturas, sic enim sapit quod non sapiebat, & inebriat quod non inebriabat. BEDA. Apparente enim domino in carne, vinosa legalis sensus euacuatas paulatim cęperat ob carnalem pharisæorum interpretationem a prisca sua virtute deficere. AVGVS. Si autem iussisset aquam effundi & ipse mitteret vinum ex occultis creaturæ finibus, videretur scripturas veteres improbasse. Cum autem ipsam aquam conuertit in vinum, ostendit nobis quòd & scriptura vetus ab ipso est, nam iussu ipsius implete sunt Hydriæ: sed nihil sapit illa scriptura, si nō ibi Christus intelligatur. nouimus autem legem ex quibus temporibus narret, idest ab exordio mundi. Inde vsque ad hoc tempus quod nunc agimus sexta ętas est, nam prima ętas computatur ab Adam vsque ad Noe: secnnda a Noe vsque ad Abraham: tertia ab Abrahā vsque ad Dauid: quarta a Dauid vsque ad transmigrationem babylonis, quinta vsque ad Ioannem Baptistam: sexta inde vsque ad finem sæculi. Sex ergo illæ Hydriæ sex ętates significant, quibus non defuit prophetia. Implete sunt prophetiæ, plenæ sunt Hydriç. Quid est autem q̄ capiebāt metretas binas vel trinas? Si trinas tantum diceret, non curreret animus noster nisi ad mysterium Trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde sensum auertere: quia dixit binas vel trinas: quia nominato patre & filio, consequenter & spiritus sanctus intelligendus est. Oportet enim intelligi charitatem inuicem patris & filij, quod est spiritus sanctus. Sed est & alius intellectus non prætermittendus, binę enim metretę intelliguntur in duobus generibus hominum, idest Iudæis & Grecis, tres autem propter Noe tres filios significatos. ALCV. Ministri autem sunt doctores noui testamenti, qui scripturas alijs sactas spiritualiter interpretantur. Architriclinus aurem est aliquis legisperitus vt Nicodemus, Gamaliel, Saulus. Dum ergo talibus euangelij verbum committitur, quod in litera legis occultabatur, quasi vinum de aqua factum architriclino propinatur. Et bene in domo nuptiarum tres ordines discumbentium describuntur, quia ecclesia tribus ordinibus fidelium constat, coniugatorum, continentium, & doctorum. Optimum autem vinum Christus vsque ad huc seruauit, idest euangelium, vsque ad sextam ętatem distulit.

c ¶ CHRYSOSTOMVS. Quoniam autem Paulo post Ibidem. dominus Hierosolymam ascensurus erat, Capharnaum adijt, vt non vbique fratres & matrem secum trahat. vnde dicitur. {Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi mansserunt non multis diebus.} AVGVSTINVS. Hic est autem dominus deus noster excelsus, Tract. 10. vt nos faceret, humilis: vt nos reficeret, ambulans inter homines, patiens humana, abscondens diuina. Ecce habet matrem, habet fratres, habet & discipulos, inde fratres vnde matrem. Fratres enim scriptura nostra appellare consueuit, non eos solos qui nascuntur ex eodem vtero, aut ex eodem patre: sed ex eodem gradu: velut compatrueles aut consobrinos. Vnde ergo fratres domino? Non enim Maria iterum peperit, absit. Inde cępit dignitas virginum. Abraham patruus erat Loth, & Iacob, Laban, Syrum habebat auunculum, & vtrique dicti sunt fratres. ALCVINVS. Fratres ergo domini dicuntur cognati Mariæ vel Ioseph, non filij Mariæ vel Ioseph, quia non solum beata virgo: sed etiam Ioseph testis castitatis eius ab omni actione coniugali immunis permansit. AVGVSTIN. Lib.2.c.17. de Consen. Euange. Quod vero dicit. Et discipuli eius, incertum est, vtrum iam illi adheserant etiam Petrus & Andreas & filij Zebedei. Matthæus enim primo narrat quòd venerit & habitauerit in Capharnaum, & postea quòd eos de nauibus piscantes vocauerit, an forte Matthæus quod prætermiserat recapitulauit, quia sine vlla consequentis temporis differentia dixit. Ambulans iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, an potius alij discipuli fuerunt. Scriptura enim euangelica & apostolica, non solum illos duodenos appellat discipulos eius: sed omnes qui in

Deũ credentes ad regnum cœlorum magisterio eius eruditebãtur.
Ibidem.18. Illud etiam requirendum est quomodo hic dicit. Antequam Ioannes Baptista missus esset in carcerẽ, Iesum venisse in Galilea, cũ Matthæus dicat, Cum autem audisset quòd Ioanes traditus esset, secessit in Galileam, similiter etiam & Marcus. Lucas etiam nihil quidem dicit de traditione Ioanne: sed post Baptismum & tentationem Christi dicit eum isse in Galileam, sicut illi duo: vnde intelligitur tres Euangelistas, non Ioanni Euangelistæ cõtraria narrasse: sed prætermisisse primum domini aduentum in Galileam posteaq̃ baptizatus
Lib.3.c.24. est, quando illic aquam conuertit in vinum. EVSEB. in ecclesiastica historia. Cum enim trium Euangeliorũ ad Ioannem Euangelistam notitiam peruenisset, probasse quidẽ dicitur fidem & veritatem dictorum, deesse tamen vidit aliqua & ea maxime quæ primo prædicationis suæ tempore dominus gesserat. Certũ est enim, quòd in superioribus tribus Euangelijs hæc videntur sola contineri quæ in eo gesta sunt anno quo Ioannes Baptista vel inclusus
Homil.22. est in carcere, vel punitus: & ideo rogatus dicitur Ioannes Apostolus, vt ea quæ præterierant priores ante traditionem Ioannis, Saluatoris gesta conscriberet, vnde siquis diligenter considerat, inuenit euangelia non dissonare: sed alterius temporis gesta esse quæ scribit Ioannes, alterius vero quæ cæteri. CHRY. Neque enim in Capharnaum miraculum vllum tunc operatus est, qui enim ciuitatem habitabant illam, non sane se habebant ad Christum, sed erant valde corrupti: ideo tamen accedit, & parum ibi trahit tempus propter eũ qui ad matrẽ erat honorem. BEDA. Ideo etiam non multis diebus ibi mansserunt propter festum Paschæ quod iã
To.10.i Io. appropinquabat. vnde sequitur. {Et prope erat Pascha iudæorũ. ORIG. Sed quid intendit ibi appositio iudæorum? nõ enim nationis alterius Paschę sollemnitas fuerat. Forsan vero quia quoddam est Pascha humanum eorum qui procul a proposito scripturæ celebrant illud quoddam vero diuinum & verum quod in spiritu & veritate perficitur, ad distinctionem ergo diuini dicitur iudæorum. Sequitur. {Et ascendit Hierosolymam. ALCVIN. Bis in euangelijs legitur Iesum ascendisse Hierosolymam, semel in primo anno prædicationis dum adhuc Ioannes non erat missus in carcerem, de hoc ascẽsu nũc agitur, & iterum illo anno quo erat passus, dedit autem nobis exemplum dominus quãta cura diuinis subdi debeamus imperijs. Si enim ipse Dei filius decreta legis a se data implebat, celebrans sollemnitates cum cæteris hominibus, quanto studio bonorum operum serui debent sollemnitates & præuenire & celebrare? ORIG. Mistice autem cum facta
Tomo.6.in Ioan. est nuptiarum præparatio in Chana Galileæ descendit vna cum matre, fratribus & discipulis in Capharnaum, quæ interpretatur ager consolationis. Oportebat enim post vini alacritatem, ad agrũ consolationis vnà cum matre & discipulis ascendere saluatorem, consolaturum in futuris fructibus, in agrorum multitudine susci-
pientes disciplinam eius, & animam quæ illum spiritu sancto concepit & iuuandos ibi. Sunt enim quidam fructificãtes ad quos dominus ipse descendit vna cum verbi ministris atque discipulis, adiuuans huiusmodi præsente matre sua. Videntur autem qui Capharnaum ducti sunt, non capere diuturnam apud se Iesu præsentiam, quoniam illuminationem quæ de pluribus dogmatibus est, inferioris consolationis agellus non capit cum paucorum capax existat. ALCVIN. Vel Capharnaum villa pulcherrima est & significat mundum, in quem verbum patris descendit. BEDA. Non multis autem diebus ibi mãsit, quia paruo in hoc mun-
Tom.10. in Ioan. do tempore cum hominibus conuersatus est. ORIG. Est autem Hierosolyma ciuitas regis magni, velut ipse saluator ait, ad quam nullus eorum qui manent in terris conscendit nec ingreditur. Sed quælibet anima quæ naturalẽ obtinet celsitudinem & acumen intelligibilium perspicuum eius ciuitatis est incola, ad quã solus Iesus ascendisse dicitur. Videntur tamen post discipuli fore præ-
tentes dum recolunt. Zelus domus tuæ comedit me: sed quasi in quolibet discipulorum Iesus ascendit.

d ¶ BEDA. Dominus Hierusalẽ adueniens, continuo templũ oraturus adijt, nobis dans exemplum vt quocunq; properamus domũ Dei primo ingrediamur dominũ depræcaturi: vnde dicit.
Tract.10. Et inuenit in tẽplo vẽdentes boues & oues & columbas. AVG. Sacrificia enim illi populo pro eius carnalitate talia data sunt, quibus teneretur ne ad idola deflueret, & immolabãt boues & oues & columbas. BEDA. Sed quia de longinquo properantes quæ iussa sunt immolari domino, secum ferre non poterant, eorum precia deferebant, vnde nacta occasione hæc animalia in templo scribæ & pharisæi vendi instituerunt, vt venientes emerent & offerrent. Eademque oblata ipsi alijs venderent, & sic sua lucra accumularent. Vnde & nummularii ad hoc sedebant ad mensam, vt inter emptores venditoresque hostiarum prompta esset pecunia, vnde subditur. {Et nummularios sedentes. Dominus autem nolens aliquid in domo sua terrenæ esse negociationis, neque eius
Tract.10. quæ honesta putaretur, negociatores omnes expulit foras. AVG. Et qui flagellandus erat ab eis, prior illos flagellauit, vnde sequi. {Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. THEO. Neque solum eos eiecit qui vendebãt & emebãt: sed etiam res eorum, vnde subditur. {Oues quoque & boues & nummulariorum
Tho.10.in Ioan. effudit ęs & mensas euertit scilicet nummularias, quæ erant quasi vasa denariorum. ORI. Consideremus autem, ne forte enorme videatur q̃ Dei filius captis funiculis parat sibi flagellum ad eiiciendum de templo. Vnum tamen refugium ad horum responsionem relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum volebat posset iracundiam hostium suffocare quamuis essent innumeri, & sedare mentium turbines. Dominus enim dissipat cogitationes gentium. Præsens autem historia in nullo minorem potestatem prætendit, his quæ ab eo miraculosius edita sunt, quinimo constat hanc maiorem demonstrare potentiam miraculo, quo aqua conuersa est in
Cap.67. vinum, eo q̃ illic inanimata subsistit materia, hic vero tot milium hominum domantur ingenia. AVG. de Con. Euan. Manifestũ est autem non semel, sed iterato hoc factum esse a domino. Sed illud primum commemoratur hic a Ioanne, istud vltimum cæteris tribus. ORI. Et Ioannes quidem hic dicit q̃ expulit vendentes de templo. Matthæus autem ait, Quoniam expulit vendentes & ementes. Multo autem maior erat numerus ementium quàm vendentium, quorum expulso transcendebat dignitatem eius qui reputabatur filius carpentarii, nisi q̃ diuina potestate sibi omnes subiecit vt dictum est. BEDA. Commendatur autem in hac lectione vtraque Christi natura, humana quidem in hoc q̃ matrẽ comitẽ habuisse perhibetur, diuina vero in hoc q̃ verus Dei filius demonstratur. Sequitur enim. {Et his qui vendebant columbas dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum
Ho.22.in 10.cap. negociationis. CHRY. Ecce patrẽ vocat, & non irascũtur, æstimant enim simpliciter eũ dicere: sed quia postea apertius loquebatur vt solam repræsentaret parilitatis intelligentiam, propterea sęuiebant. Et Matthęus quidem dicit q̃ eiiciens eos dicebat. Nolite facere domum meam speluncam latronum. Illud enim fecit ad passionem veniens, ideo durioribus sermonibus vtebatur. Hoc autẽ in principio signorum fecit, vnde non ita aspera: sed remissa quodammodo increpatione vtitur. AVGVSTINVS. Ecce templum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus omnes qui
I ad nundinas venerant, & quæ ibi vendebant quæ opus habebant homines in sacrificio illius temporis. Quid si ibi ebriosos inueniret? si negociationis non debet fieri domus Dei, potationis fieri debet? CHRY. Sed cuius gratia tali vehementia Christus vsus ẽ? quia enim in sabbato curaturus erat & multa facturus quæ videbantur ab eis esse legis transgressio, vt non videatur Deo contrarius hoc cum periculo fecit, dans intelligere, quòd qui periculis se exponit pro bono ornatu domus, dominum domus non contẽnit, & ideo vt ostenderet sui consonantiam ad Deum, non dixit. Domum sanctam: sed Domum patris mei. Et propter hoc etiam subditur: Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptum est, Zelus domus tuæ cõmedit me. BEDA. Discipuli enim videntes in eo hunc feruentissimum zelum, recordati sunt quia zelo dom⁹ patris saluator eiecit impios de templo. ALCV. Zelus cum in bono accipitur, est quidam feruor animi, quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. AVG. Comeditur ergo zelo domus Dei, qui omnia quę videt ibi peruersa cupit emendare, & si emendare non potest, tolerat & gemit: si ergo in
K domo tua ne quid puersum fiat satagis, in domo Dei vbi salus proposita est, debes pati quãtum in te est, siquid peruersi videris? Amicus est, admoneatur leniter, vxor est, sęuerissime frenetur, ancilla est, etiam verberibus compescatur, fac quicquid potes pro persona quam portas. ALCV. Mystice autem quotidie Deus spiritualiter suam ecclesiam intrat, & qualiter ibi vnusquisque conuersetur attendit. Caueamus ergo, ne in ecclesia Dei fabulis vel risibus vel odijs vel cupiditatibus vacemus, ne in prouisus veniens nos flagellet & de ecclesia sua eiiciat. ORI. Possibile enim est Hierosolymitanum quoq; delicto subiacere & capacissimos deuiare, qui nisi post delictum citissime conuertantur, capacitatem amittunt. Inuenit igitur in templo, idest, in sacris vel in enũciatione ecclesiastici sermonis quosdam qui patris domum, domum negociationis constituebant, qui scilicet venales exponunt boues,
Thomo in Ioan. quos oportet obseruare ad aratrum ne retrocedentes non dispo-

nantur ad regnum Dei. Qui etiam præferunt mammonam iniquitatis ouibus, ex quibus habent ornatus materiam, qui etiam solertiam columbarum priuata qualibet amaritudine vilipendũt. Cũ ergo hos inueniret Saluator in domo sacrata, facto de funiculis flagello fugat illos, vna cum venalibus ouibus, & bobus suis. Expargit æris pondera velut indigna in domo Dei retineri, subuertitq̃ constitutas tabulas in animabus auarorum, & mãdat ne vlterius in domo Dei columbæ vendantur. Arbitror autem, & exemplum ipsum statuisse per p̃dicta secretius, vt intelligamus per hoc siquid agi debet erga sacram illam oblationẽ a
B sacerdotibus non debere ritu sensibilium oblationum agi, nec legem obseruari debere, vt carnales Iudæi volebant: nam Iesu propellente boues, & oues, iubente auferri columbas, quæ plurimum offerebantur iuxta consuetudinem Iudæorum, & subuertente mensas materialium nummorum non expresse, sed figuraliter cõtinentium diuinas impressiones, ea. s. quæ ẽm legis scripturam vi debantur honesta, & vtente eo in plebem flagellis, dissoluenda, & dispergenda hæc erant, translato regno ad eos, qui ex gentibus
Ibidem crediderunt. AVG. Vel vendentes in ecclesia sunt, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Venale habent totum, quia volunt redimi. Simon ideo volebat emere spiritum sanctum, q̃ vendere volebat: erat enim de illis, qui columbas vendunt: etenim in columba apparuit spiritus sanctus: columba autem nõ est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. BEDA. Vendunt igitur columbas, qui accepta spirituali gratiam non gratis, vt præceptum est, sed ad præmium dant. Qui manuum impositionem qua spiritus sanctus accipitur, etsi non in quæstum pecuniæ,
C ad vulgi tamen fauorem tribuunt, qui sacros ordines non ad vitę
Ibidem meritum, sed ad gratiam largiuntur. AVG. Boues autem intelliguntur Apostoli, & Prophetæ, qui nobis scripturas sacras dispensauerunt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos, a quibus quærunt honores, vendunt boues, vendunt & oues, idest ipsas ples bes, & cui vendunt, nisi diabolo? Quicquid enim de vnica ecclesia præciditur, quis tollit nisi leo rugiens? BEDA. Vel oues sunt opera munditiæ, & pietatis. Vendunt ergo oues, qui humanæ gratiæ laudis opera pietatis exercent. Nummos mutuo dant in templo, qui aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt: domum etiam domini faciunt domum negociationis, non solum hi qui propter sacros ordines precium pecuniæ, vel laudis, vel honoris quærunt: verum etiã hi qui gradum, vel gratiam spiritualem, quã in ecclesia domino largiente perceperunt, non simplici intentio-
Ibidem ne, sed cura humanæ retributionis exercent. AVG. Signum au
D tem quoddam nobis ostendit dominus, q̃ fecit flagellum de resticulis & negotiationem in templo facientes flagellauit. Etenim vnusquisque in peccatis suis restem sibi texit, dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines propter iniquitates suas a gnoscant, quia dominus facit flagellum de resticulis, & adhuc admonet eos, vt mutent se nam si se non mutauerint, audient in fine. Ligate illi manus & pedes. BEDA. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo, quia de parte sortis sanctorum eiiciuntur, qui inter sanctos positi, vel ficte, vel aperte faciunt opera mala. Oues quoque, & boues eiecit, quia talium vitã pariter & doctrinam ostendit esse reprobam. Nummulariorum quoque effudit ęs, & mensas subuertit, quia damnatis in fine reprobis etiam ipsarum, quas dilexerunt rerum tollet figuram, ven-
To.10.i Io. ditionem columbarum de templo auferri præcepit, quia gratia spi
E ritus, quæ gratis accipitur, gratis dari debet. ORI. Potest etiam per templum intelligi anima studiosi, propter inhabitans verbum Dei, in qua ante doctrinam Iesu constiterant terrestres, & bestiales motus, Signũ autẽ terrestriũ motuum bos est, q̃m est agricultor. Insensatorũ autẽ motuũ ouis, quod est pluribus animalibus irrationalius. Leuium vero, atque inconstantiũ mentium signũ est colũba. Eorũ vero qui bona vidẽtur signa sunt æra, quæ Chs verbo doctrinæ expellit, vt nõ vltra domus patris eius sit forum.
c ¶ THEO. Quia Iudæi videbant Iesum talia facere cum potestate multa, & dicentem. Nolite facere domum patris mei, domum negociationis, signum ab eo petunt, vnde dicitur. Respon-
Homil.23. derunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? CHRY. Sed numquid signa opus erant, vt ea quæ male fiebant cessare faceret? Nonne zelum talem accipere p̃ domo Dei maximum signum virtutis erat? Non autem illius p̃phetiæ meminerant: sed signum petebant, simul quidem de suo turpi lucro impedito dolentes: simul autem & per hoc prohibere eum volentes, opinantur enim eum aut prouocare ad miracula, aut cessare ab his, quæ fiebant: propterea non dat eis signum, sicut & post petentibus signum respondit dicens. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sed tunc quidem manifestius: nunc autem obscurius respondet idem. Non autem vtique qui non petentes præ oc
cupat, & signa dat his petentes aduertisset, nisi mentem eorum cognouisset dolosam. Sequitur enim. {Et dixit eis: Soluite templum hoc, & in trib⁹ die⁹ excitabo illud. } BEDA. Quia enim signum quærebant a domino quare solita commertia proiicere
debuerit ex templo. Respondit. Quia ipsum templum significabat templum corporis sui, in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati, quasi dicat. Sicut inanimatum templum a vestris cõmertiis, sceleribusque mea expio potestate: ita & hoc corporis mei templum, cuius istud gestat figuram, vestris manibus dissolutum, tertia die resuscitabo. THEO. Nequaquam tamen illos ad homicidium prouocat dicens: {Soluite, } sed hoc eis affectantibus, nõ sibi esse absconditum demonstrat. Audiant autem Arriani, quomodo dominus mortis destructor dixit: {Excitabo, } virtute vide
Tract.10. licet propria. AVG. Resuscitauit eum quidem & pater, cui dicit in Psalmis: Excita me, & reddam illis. Sed quid fecit pater sine verbo? quomodo ergo eum pater resuscitat, sic & filius resuscitauit, quia filius dixit: Ego & pater vnum sumus. CHRY. Propter Ibidem quid autem signum resurrectionis dat eis? qm̃. s. hoc maxime erat, quod ostendebat eum non esse hominem purum, posse aduersus mortem statuere triumphum, & tyrannidem eius longam veloci
To.10.i Io. ter dissoluere. ORI. Vtraque autem. s. & corpus Iesu, & templum exemplar mihi fore videntur ecclesiæ, eo q̃ ex viuis lapidibus construitur in domum spiritualem in Sacerdotium sanctum, & propter illud: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Quàmuis autem dissolui lapidum videatur structura, ac dissipari omnia ossa Christi aduersitatibus tribulationum, instauratur tamen templum, ac resuscitabitur die tertia, quæ in nouo cælo, & noua terra præsens erit. Sicut enim illud Christi corpus sensibile crucifixum est, ac sepultum, & postea resurrexit, sic & totale sanctorum Christi corpus concrucifixum est Christo. Quilibet. n. eorum in nullo alio gloriatur, nisi in cruce Christi, per quam ipse crucifixus est mundo. Sed & consepultus est Christo, & resurrexit cum eo, quia in quadam nouitate vitæ ambulat, sed ẽm beatã resurrectionem nondum surrexit: vnde non scriptum est, Tertia die restaurabo illud, sed, in tribus diebus: perficitur enim eius erectio in omnibus tribus diebus. THEO. Iudæi enim de inanima to templo putantes eum hoc dicere, deridebant eum: vnde sequit. {Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? } ALCVI. Et notandum, q̃ non de prima ædificatione, quæ a Salomone septem annis perfecta est, sed de reædificatione, quæ facta est sub Zorobabel per quadraginta, & sex annos impedientibus inimicis re-
Ibidem spondebant. ORI. Vel dicit aliquis, quadraginta & sex annorũ exurgere cõpositum, ex quo Dauid allocutus est Nathan Prophetam consulens de constructione templi: extunc satagens ad congregandam materiam templi. Animaduerte vero si possibile est quadragenarium numerum statui erga tẽplum propter quatuor elementa mundi, ac senarium propter hoc, q̃ homo sexto die creatus est. AVG. 4. de Trini. Vel hic numerus perfectioni dominici Cap.5. corporis apte congruit, quadragesies enim sexies seni, fiunt ducenta sexaginta sex, qui numerus dierum complet nouem menses, & sex dies. Ipsa autem perfectio corporis domini, tot diebus ad partum producta comperitur sicut a maioribus traditum suscipiens ecclesiæ custodit auctoritas. Octauo enim kalendas Aprilis conceptus creditur, quo & passus. Natus autem traditur octauo kalẽdas Ianuarii. Ab illo ergo die vsque ad istum computati ducenti sexagintasex reperiuntur dies, qui senarium numerum quadragesies sexies habent. AVG. 83. Quæst. Dicitur etiam conceptio Quæst.36. humana sic procedere, & perfici primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem diebus conuertatur in sanguinem: deinde duodecim diebus soliditur, reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta lineamenta omnium mẽbrorum, & in reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augetur. Sex autem, & nouem, & duodecim, & decẽ & octo in vnum coacti, fiunt quadragintaquinque. addito ergo vno, fiunt quadragintasex, qui si fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuagintasex, idest nouem menses, & sex dies. Non ergo absurde quadragintasex annis dicitur fabricatum esse templum quod corpus

Universidad de Deusto Biblioteca

pus eius significabat, vt quot anni fuerint in fabricatione templi: tot dies fuerunt in corporis dominici perfectione. AVGVST. super Ioannem, vel aliter: Quia dominus noster de Adam corpꝰ accepit, non de Adam peccatum traxit, templum corporeum inde sumpsit, non iniquitatem, quæ de templo pellenda est. Si auté facias quatuor nomina græca anatoli, qđ est oriens, dysis, quod est occidens, arctos, quod est septentrio, mesembria, quod est meridies, capita verborum Adam habét. A quatuor enim ventis dominus collecturum se dicit electos suos cum venerit ad iudicium. Habent autem literæ nominis Adam numerum secundum Græcos, & ibi inuenitur quadragintasex annis ædificatum téplū. Habet enim Adam alpha, quod est vnū, & delta, quod quatuor, & alpha, qđ est vnū, & m. quod est quadraginta, & sic hēt quadragintasex. Sed Iudæi, quia caro erant, carnalia sapiebant ille spiritualiter loquebatur, & de quo templo diceret per Euangelistam nobis aperuit. Sequitur enim. {Ille autem dicebat de templo corporis sui.

ἀνατολὴ δύσις ἄρκτος μεσημβρία

plo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat de corpore suo, & crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.

f Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

THEO. Ex hoc autem Apollinarius contradictionem sumit, volens ostendere, quòd caro Christi esset inanimata, eo quòd templum sit inanimatum. ergo carnem Christi, & lapidem, & lignum facies, quia ex his templum consistit. Si autem quod dicitur. Anima mea turbata est, & potestatem habeo ponendi animam meam, nequaquam dici dixeris: vbi pones illud, In manus tuas domine commendo spiritum meum? non enim de anima irrationali intelligere poteris. Neque quod dicitur. Non derelinques animam meam in inferno. Tom.10. in Ioan. ORIGE. Ideo autem corpus domini templum intelligitur, quia sicut templum gloriā Dei continebat habitantem in ipso, sic corpus Christi repræsentans ecclesiam vnigenitum continet, qui est imago Dei, & gloria. Ibidem CHRYSOSTOMVS. Duo autem erant, quæ obstabant discipulis ne interim intelligerent, vnum ipsa resurrectio, alterum vero quod maius erat.s. quòd Deus erat, qui in illo corpore habitabat, quod dominus occulte ostenderat dicens: Soluite templum hoc, &c. Et ideo subditur: Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo, & crediderunt scripturæ, & sermoni. quem dixit Iesus. ALCVI. Ante resurrectionem enim non intelligebant scripturas, quia nondum acceperant spiritumsanctum. Sed in die resurrectionis apparens dominus aperuit discipulis sensum, vt intelligerent, quæ de ipso scripta erant in lege, & Prophetis, & tunc crediderunt scripturæ Prophetarum, qui prædixerunt Christum tertia die resurrecturum, & sermoni, quem dixit Iesus. Soluite templum hoc. Tom.10. ORI. Secundum anagogem vero complementum fidei attingemus in magna corporum resurrectione totius corporis Iesu, idest ecclesiæ eius, cum fides, quæ est ex specie, multum differat ab ea, quæ est per speculum in enigmate.

f ¶ BEDA. Superius euangelista narrauit quid dominus Hierusalem adueniens gesserit, nunc vero eodem Hierosolymis commorante quid ab aliis erga eum actum fuerit refert. vnde dicitur. {Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius vidétes signa, quæ faciebat:} ORI. Respiciendum autem quomodo ex signis eius plerique videntes credebant in eum. Non enim dicitur prodigia fecisse Hierosolymis, nisi forte cum facta sint in scripturis non habentur. Animaduerte vero si possibile est in miraculis deputari, ꝙ fecerit flagellum ex funiculis, & cunctos ex templo protulerit. Hom. 23. CHRY. Prudentiores autem fuerant discipuli, qui ad Christum accesserant, non pp signa, sed propter doctrinam. nam grossiores quidem per signa trahuntur: rationabiliores vero per prophetias, seu doctrinam. vnde Trac.11. subditur: {Ipse autem Iesus nō credebat semetipsum eis. AVG. Quid sibi vult hoc, Illi credebant in nomine eius, & ipse Iesus non credebat semetipsum eis? An forte non credebant ei, & fingebant se credidisse? Sed non diceret Euangelista: Multi crediderūt in nomine eius. Magna ergo res, & mira: Credunt homines in Christum, & Christus non se credit hominibus, præsertim quia filius Dei est, & vtique volens passus est, etsi nollet numquam pateretur, sed tales sunt omnes cathecumeni. Si dixerimus cathecumeno, credis Christo? respondet: Credo & signat se. Si interrogemus eum: Manducas carnem filii hominis? nescit quid dicimus, Tom.10. quia Iesus non se credidit ei. ORI. Vel dicendum, ꝙ Iesus non

F non se credidit credentibus in nomine eius, & non in illum. In illum enim credunt, qui angustam viam vadunt ducentem ad vitam. qui autem credunt signis: non in eum, sed in nomine eius Hom.23. credunt. CHRY. Vel hoc dicit, quia non confidebat in eis, vt in discipulis perfectis. neque committebat eis omnia dogmata, vt iam firmiter fidelibus fratribus. Non enim intendebat exterioribus verbis, ad menté eorum intrans, & tépus opportunum manifeste sciens. vnde sequitur: {Eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Scire enim ea, quæ sunt in corde hominum est Dei, qui solus corda plasmauit. non indigebat ergo testibus, vt propriorū plasmatum mentem addiscat. Ibidem AVG. Plus etiam nouerat artifex quid esset in opere suo, q̄ ipsum opus quid esset in semetipso. Nam & Petrus non nouerat quid in ipso esset quādo dixit: Tecum ero vsque ad mortem: sed dominus nouerat quid esset in homine dicens, priusquā gallus cantet ter, me negabis. BEDA. Quapropter monemur, vt numquam de conscientia nostra securi simus, sed semper soliciti formidemus, quia quod nos latet, æternum arbitrium latere non valet.

CAP. III.

G Erat auté homo ex Phariseis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister. Nemo.n. potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus & dixit ei: Amé amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum Dei.

CAP. III.

H Tracta.11. AVG. Superius dixerat, quòd cum esset Hierosolymis multi crediderunt in nomine eius videntes signa & prodigia, quæ faciebat. Ex his autem erat Nicodemus, de quo dicitur: {Erat autem homo ex Pharisæis Nicodemus nomine. BEDA. Cuius etiam dignitatis officium ostendit, cum subditur {Princeps Iudæorum.} Deinde qđ egerit cum subiecit: Hic venit ad Iesum nocte, cupiens scilicet secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei, cuius aperta ostensione signorum iam rudimenta perceperat. Hom.23. CHRY. Adhuc tamen a Iudaica detinebatur infirmitate: propterea & nocte venit, trepidans in die hoc facere. vnde & euangelista alibi dicit: Quoniam ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Iudæos non confitebantur, vt non extra Synagogam fierent expulsi. Ibidem AVG. Nicodemus etiam ex illo numero erat, qui crediderunt: sed nondum renati sunt. vnde hoc ad rem pertinet, quòd in nocte venit: Renati autem ex aqua & spiritusancto, audiunt ab I Apostolo: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ho in octa. Pentecost. AIMO. Vel pulchre in nocte venisse dicitur, quia tenebris ignorantiæ obnubilatus, ad tantam lucem nondum peruenerat, vt perfecte Deum verum crederet. Nox enim in sacro eloquio ꝓ ignorantia ponitur. vnde subditur: Et dixit ei: {Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magister. Quod autem hebraice Rabbi latine dr̄ magister. Magistrum ergo appellat & Deū tacet, quia credebat eum a Deo missum, sed tamen vt dictum est, Deum non agnoscebat. Ibidem AVG. Vnde autem iste crediderat, patet per id quod subdit: {Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.} Sic ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderant in nomine eius, uidentes signa, quæ faciebat. Hom.23 CHRY. Sed tamé neque a signis aliquid magnum existimabat de eo, sed adhuc humanam habens de eo mentem, vt de propheta loquitur, ad operationem eum missum dicens, et alieno auxilio indigentem hæc K agere, quæ agebat. cum tamen pater perfectum eum genuerit, & sufficientem sibiipsi, & nihil habentem imperfectum, quia vero Christi studium erat interim non ita dignitatem suam reuelare, sicut persuadere, quòd nihil ex aduerso agebat patri: propterea in verbis multoties humiliter loquens videtur, in rebus autem cū potestate omnia operatur. Ideoque & Nicodemus nunc manifeste quidem nihil excelsum loquitur de ipso: occulte autem ab humili eum opinione reducit, docens, quòd sufficiens sibiipse est in miraculorum operatione, vnde subditur. {Respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Ibi.spar. AVG. Isti sunt ergo, quibus se credit Iesus, qui nati fuerint denuo, qui non in nocte veniunt ad Iesum, sicut Nicodemus. tales enim iam etiam profitentur. Dicit ergo: {Nisi quis renatus fuerit, &c.} q d. Quia nondum es natus denuo, idest ex Deo. Spirituali generatione, notitia, quam habes de me spiritualis non est, sed animalis & humana. Ego autem dico tibi, quòd siue tu, siue alius quicūque, nisi ex Deo denuo natus fuerit, non

non poterit appræhendere gloriam, quæ circa me est, sed extra regnum erit. nā generatio quæ p baptismū fit, illuminationē aīæ tribuit. Hom.23. CHRY. Vel litera talis est. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus, hoc est, si tu non natus fueris desuper, & dogmatū susceperis certitudinem alicubi, extra erras, & longe es a regno cœlorū

b Dicit ad eum Nicodemus: Quõ potest homo nasci cū sit senex? Numquid potest in vētrem matris suę iterato introire, & renasci? Respōdit Iesus: Amé amé dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Qđ natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocé eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Sic est omnis, qui natus est ex spiritu.

B c Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei:

seipsum hic osténdens, & indicans, qm̄ nó est hoc tm̄ qđ vr̄, sed aliis oculis opus est ad videndum eum. Hoc autem quod dicit: Desuper. hi quidé .i. de cęlo exponunt: alii vero a principio. Igitur Iudæi quidé si hoc audissent, deridentes vtiq; discessissent, hic vero & in hoc amoré discipuli ostédit, ꝙ a Chro vlterius interrogat.

Hom.23. b ¶ CHRY. Veniens Nicodemus ad Iesum, vt ad hoiem audiés maiora quam ab hoie, erigitur ad altitudiné eorū quæ dñr, nó quidem excidens a fide, sed infert hanc impossibilitaté, vt in aperțioré prouocet doctrina. Duo aūt erant quæ admirabat.s. natiuitas talis, & regnū, neque.n. audita erant apud Iudæos. Sed interim circa priꝰ insistat. & quod maxime eius mentem concutiebat. Vnde dr̄. {Dicit ad eum Nicodemus: Quõ potest homo nasci cum sit senex? Numquid pōt in ventrē matris suæ iterato itroire, & renasci?} BEDA: Sic verba ista sonare videntur, quasi puer queat iterato in ventrē matris introire & renasci. Sed sciendū ꝙ ipse senex erat: ideoq; de se protulit exēplū ac si diceret: Ego sum senex, & meā quæro salutem, quõ possum in ventrem matris introire & renasci? CHRY. Rabbi eū vocas, & a Deo venisse dicis, & non suscipis quæ dñr, sed loqueris ad magistrum dictionem, quæ multam perturbationem C inducit. hoc.n.s. quõ quærere eorum est, qui non valide credunt, & multi sic quærentes, a fide deciderunt: hi quidē dicentes: Quõ Deus est incarnatus? alii quõ mãsit impassibilis? propterea & hic Tract.11. pp anxietatem modum exquirit. sed cum aliquis cogitationibus propriis spūalia euertit, derisibilia loquitur. AVG. Spūs enim loquitur, & ille carnem sapit. non nouerat iste, nisi vnā natiuitatē.s. ex Adam & Eua, & ex Deo & ecclesia nondum nouerat: sic tn̄ tu intellige natiuitatem spūs quõ intellexit Nicodemus natiuitatē carnis. quõ.n. vterus non pōt repeti, sic nec baptismus. CHRY. Nicodemo aūt decidenti ad eam quæ hic est natiuitatem, Christꝰ manifestius reuelat spūalis natiuitatis modū, vnde sequitur. {Respōdit Iesus: Amé amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua Tract.11. & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. AVG. Ac si dicat. Tu carnalem generationem intelligis, sed ex aqua, & spiritu oportet, ꝙ nascatur homo pp regnum Dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalis nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis, & pp hæreditatem patris Dei sempiternam, nascatur ex visceribus ecclesiæ. Cum autem ex duobus homo consistat: ex corpore videlicet & anima: duplicem habet, & huiusmodi modum generationis. Aqua enim, quæ visibilis est, ad emundationem corporis intelligitur. Spūs vero inuisibiliter concurrens, ad Hom.24. emundationem inuisibilis animæ innuitur. CHRY. Si vero quis interrogat qualiter ab aqua homo nascitur, interrogo & ego qualiter natus est Adam a terra? Sicut enim in principio subiiciebat elementum terra, totum vero opus plasmantis erat: ita & nunc subiicitur elementum aqua, totum vero est spiritus gratiæ. Tunc paradisum dedit in conuersationem: nunc autem cœlū nobis aperuit. Sed quæ est necessitas aquæ his qui spiritumsanctum suscipiunt? diuina enim in ea perficiuntur simbola, sepultura, & mortificatio, resurrectio & vita. Sicut enim in quodā sepulchro in aqua nobis submergentibus capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur: deinde nouus rursus ascendit: hoc etiam fit, vt discas, qm̄ virtus patris & filii, & spiritussancti oïa cõplet, & ꝙ Hom. 25. Christus tres dies ad resurgendum expectauit. Quod igitur est matrix fętui, hoc est fideli aqua. in aqua enim plasmatur, & figuratur, sed quod in matrice plasmatur tempore indiget, quod vero in aqua non ita: sed in vno momento omnia fiunt. Talis.n. est natura corporum vt tempore assumant perfectionem. in spūalibus vero non est ita, qm̄ perfecta a principio constituuntur, quæ fiunt. ex quo igitur ascendit a Iordane dñs non adhuc reptilia animarum viuentium, sed animas spirituales, & rationabiles aqua reddit. Cap.30. AVG. Lib.1.de Bapt.par. Sed qa non ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū nō habebit salutem, vel vitam æternam: sed non intrabit in regnum Dei. Ad hoc, inquiunt quidam, Paruuli baptizādi sunt, vt sint cum Christo in regno Dei, vbi non erunt si baptizati non fuerint, quàmuis & sine baptismo si paruuli moriantur salutē, vitamq; æternam habituri sint, qm̄ nullo peccati vinculo astricti sunt. Sed cur nascatur denuo, nisi renouandus a vetusta-

A te? aut vnde imago Dei non intrat in regnum Dei, nisi impedimē to prohibente peccati? AIMO. Talia aūt, ac tanta secreta mysteria Nicodemo capere non valenti: dñs ex carnali natiuitate similitudinem dedit dicens: {Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spū, spūs est. Sicut enim caro carnem procreat, ita quoq; spūs, spūm parit.} CHRY. Nihil igitur sensibilium inquiras, neque æstimes ꝙ carnem generet spiritus, dñi enim caro genita est, non quidé a spū solum, sed ét a carne. quod aūt natū est ex spū, spūale est, Natiuitaté enim hic non eam, quæ s̄m substantiam dicit, sed eā, quæ s̄m honorem & gratiam. Si igitur & filius Dei ita natus est, quid plus habebit oïbus, qui ita nati sunt? Inuenietur aūt & spū minor, cum eius natiuitas gratia spūs sit. & quid hæc a Iudaicis distant dogmatibus? Vide aūt & spūsancti dignitatem. Dei enim opus videt facere. Supra.n. dixit: Qm̄ ex Deo nati sunt. hic autem, qm̄ spūs eos generat. Dicens autem Christus, qm̄ qui natus est ex spū, spūs est, quia turbatum rursus vidit, ad sensibile exemplum ducit sermonem dicens. {Non mire. quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo.} Dicendo enim ne mireris, ostendit animi eius turbationé. Ponit autem exemplum, ꝙ neque communioné aliquam ad corporum grossitiem habet, neque ad incorporeorū perueniens naturam quod est venti delatio dicens {Spūs vbi vult spirat, & vocé eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo C vadat. Sic est omnis, qui natus est ex spū. Quod dicit tale est. Si vétum nullus detinet, sed quo vult fertur, multomagis spūs actioné naturæ leges detinere non poterunt, non terminū corporalis natiuitatis neque aliud quid talium. Qm̄ autem de vento hic dictū est: manifestat illud quod dicit: Vocem eius audis i. sonitum percussionis. non enim loquens infideli, & nescienti spūs actioné hoc diceret. Dicit aūt {Vbi vult spirat,} non quasi electionem quandā vento habente, sed eam quæ a natura est mutationem, quæ non ꝓhibetur, & cū potestate fit. {Et nescis vnde veniat, aut quo vadat.} idest si huius spūs, cuius sensum suscipis auditu, & tactu interprætari nescis viam, qualiter diuini spūs operationem scrutaris? vnde Tract.12. subdit: {Sic est omnis, qui natus est ex spū.} AVG. Sed quis nostrum non videat verbi gratia austrum euntem a meridie ad aquilonem, aut alium ventum uenientem ab oriente, & occidente, quomodo ergo nescimus vnde veniat, aut quo eat? BEDA. Spūs igitur D sanctus est, qui ubi uult spirat, quia ipse in potestate habet, cuius cor gratia suæ visitationis illustret. & vocem eius audis, cum te ꝓsente loquitur is, qui spūsancto repletus est. Tract.12. AVG Sonat Psalmus, sonat euangelium, sonat sermo diuinus, vox spiritus est. hoc igitur dicit, quia verbo, & sacramento inuisibiliter adest spūsanctus, vt nascamur. ALCVI. Ergo nescis vnde veniat, aut quo uadat, quia etsi te præsente spūs ad horam quempiam repleuerit: nō potest videri quomodo in eum intrauerit, vel quomodo redierit, Ho.in octa. Pentecost. quia natura est inuisibilis. AIMO. Siue nescis unde ueniat, qa quõ credentes ad fidem introducat ignoras, uel quo uadat, quia quomodo fideles ad speciem perducat nescis, & sic est omnis, qui natus est ex spū, ac si dicat. Spūsanctus spūs inuisibilis est, ita & quisquis ex spū nascitur, inuisibiliter nascitur. Ibidem AVG. vel aliter Et si tu nascaris de spiritu: hoc eris, vt ille qui non est natus adhuc de spiritu, nesciat unde uenias, aut quo eas. Hoc enim secutus ait; Sic est omnis, qui natus est ex spiritu. THEO. Confundatur ergo Macedonius impugnator spiritus, qui seruum spiritumsanctū asseruit. Spiritus enim sanctus propria potestate, & vbi uult, & qualiter uult operatur.

E Hom. eadé. c ¶ AIMO. Mysterium diuinæ maiestatis Nicodemus capere non ualet, quæ a domino audiebat: & ideo rationem quærens factum non abnegans, non uoto repræhendentis, sed affectu discētis dñm interrogat. unde dicitur. {Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?} Hom. 25. CHRY. Quia igitur adhuc in Iudaica uilitate manet, & exemplo ita manifesto dicto ei; adhuc interrogat, de reliquo asperius ad eum Christus loquitur. unde sequitur. {Respondit & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Tract. 12. AVG. Quid putamus dominum huic magistro Iudæorum, quasi insultare uoluisse? uolebat quidem illum nasci de spiritu. nemo autem ex spiritu nascitur nisi humilis fuerit, qa ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Ille autem magisterio inflatus erat, & alicuius momenti sibi esse uidebatur, quia doctor erat Iudæorum. Deponit ergo dominus superbiam eius, ut possit nasci de spiritu. Hom.25. CHRY. Nequaquam tamen nequitiam accusat uiri, sed insipientiam & ruditatem solum. Sed dicet aliquis, quid

Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?
d Et nemo ascendit in cęlum nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cœlo.
e Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari

quid commune habet hæc natiuitas, de qua .s. Christus locutus est, ad iudaica dogmata? Habet quidem commune: nam qui prim⁹ homo factus est, & quæ de costa facta est mulier, & quæ steriles genuerunt, & quæ per aquam miracula perfecta sunt. Dico autem, ꝙ Helisæus de aqua ferrum eduxit, & ꝙ Iudæi mare rubrum transierunt, & ꝙ Naamã Syrus in Iordane purgatus est. Hæc omnia natiuitatem spũalem & purgamentum in ea futurum figuraliter personabant. & ea quæ a Prophetis sunt dicta occulte ostẽdũt hunc natiuitatis modum, vt puta illud: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, & beati quorum remissæ sunt iniquitates. Sed & Isaac figura huius natiuitatis erat. Hæc igitur rememorans dixit: {Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?} Rursus autem aliunde suum sermonem ei credibilem facit, ad imbecillitatem eius condescendens, cum subdit: {Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Apud nos visus aliis sensibus certior est, & si volumus aliquem facere credere, ita dicimus, quoniam oculis nostris vidimus. Propterea Christ⁹ humano loquẽs ad eum sermone, non visum sensibilem inducit. sed manifestũ est ꝙ de certissima cognitione, & non aliter se habente loquitur: igit Ho in octa. Pentec. hoc quidem.i.quod scimus, ait de seipso solo. AIMO. Quæritur autem quare pluraliter dicat: Quod scimus loquimur? Ad quod dicendum, ꝙ vnigenitus Dei filius erat, qui hoc loquebatur: ostendens qualiter pater est in filio, & filius in patre, & spiritussanctus ab vtroque indiuisibilis procedat. ALCVI. Vel dicit pluraliter, ac si dicat: Ego & illi, qui modo spiritu sunt renati, intelligimus illud quod loquimur, & quod vidimus apud patrem in abscondito, hoc testamur foris in mundo, & vos qui carnales estis, & superbi non accipitis testimonium nostrum. THEO. Quod nequaquam de Nicodemo dicit, sed de genere Iudæorum, qui vsque Hom.25. ad finem in perfidia permanserunt. CHRY. Quod quidem nõ turbati verbum est, sed mansuetudinem ostendentis. Hinc enim erudit nos cum ad aliquos locuti fuerimus, & non persuaserimus, non tristari, neque irasci, sed nostrum sermonem credibilem face- Hom. 26. re non solum nõ irascendo, sed etiã non clamando. Materia enim iræ clamor est: Iesus autem dogmata excelsa tangere debens, propter audientium infirmitatem se detinet multoties, & non continuo dignis sua magnitudine dogmatibus immoratur, sed magis his, quæ condescensionem habent, vnde hic subditur. {Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, cre- Ibidem detis? AVG. Hoc est, si non creditis quia templum possum suscitare deiectum a vobis, quomodo credetis quia per spiritumsan- Hom.26 ctum possunt homines regenerari? CHRY. vel aliter. Si baptismum terrenum dicat, non mireris, quia in terra perficitur, & comparatione illius natiuitatis stupendæ, quæ est ex substantia patris terrena est gratiæ natiuitas? & bene non dixit: Nõ intelligitis, sed non creditis. nam cum quis aliqua per intellectum suscipere non valet, amentiæ vel ignorantiæ imputatur. Cum autem hoc nõ suscipiat aliquis quod solum fide oportet suscipere: non amentiæ, sed infidelitatis est accusatio. Dicebantur autem hæc etsi non credebantur, quia posteri erant ea suscepturi.

Cap.31. d ¶ AVG. de Peccatorum mer. & remi. Notata paululum eius imperitia, qui se cæteris de magisterio præferebat, & omnium talium incredulitate repræhensa, respondet ꝙ alii credant si illi nõ credunt ad illud quod interrogatus est, quomodo possunt ista fieri dicens: {Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cęlo.} q.d. sic fiet generatio spũalis, vt sint cęlestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt, nisi mẽbra mea efficiantur, vt ipse ascendat qui descendit, non aliud deputans corpus suum, idest ecclesiam suam q̃ seipsum. GREG. 27. Cap.11. Moral. Quia enim nos vnum cum illo iam facti sumus vnde solus venit, in se solus redit etiam in nobis & is, qui in cęlo semper est, ad cęlum quotidie ascendit. AVG. Lib. & ca. eodem. Quãmuis autem in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamẽ suã, qua in cęlo manens, descendit ad terram non indignans cẽsuit nomine filii hominis, sicut carnẽ suam dignatus est nomine filii Dei. per vnitatem enim personæ, qua vtraque substantia vnus est Christus, & filius Dei ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cęlo. Fit ergo credibiliorũ fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substantia longe distantior potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam, vt vna persona fieret, quanto credibilius alii sancti fiunt cum homine Christo vnus Christus, vt omnibus per eius gratiã ascendentibus, ipse vnus ascẽ- Hom.26.in Ioan. dat in cęlum, qui de cęlo descendit? CHRY. vel aliter, quia dixerat Nicodemus: Scimus quoniã a Deo venisti magister, ne æsti-

F metur ita esse magister, vt multi Prophetarum de terra existimantes, subiungit: {Et nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cęlo.} THEO. Cum vero filiũ hominis descendisse de cęlo audis, non putes ꝙ de cęlo caro descenderit: hoc enim hæreticorum dogma est, qui docebãt ꝙ Christus de cęlo corpus sumpserat, & per virginẽ transierat. CHRY. Ho.eadem. Filiũ enim hominis non carnem hic vocauit, sed a minori substantia se totum nominauit. Est enim ei consuetudo multoties a diuinitate, multoties ab humanita- G te totum vocare. BEDA. Si enim aliquis homo nudus de monte ad conuallia descendat, & assumptis vestimẽtis et armis ad eundem montem ascendat, recte ipse idem, qui prius descendit ascendisse perhibetur. HILA. 10. de Trini. Post. princ. Vel quia de cęlo descendit conceptę de spiritu originis causa est. Non enim corpori Mariæ originem dedit, licet ad incrementa partumq; corporis omne qđ sensus sui est, naturale contulerit, ꝙ vero hominis filius est, susceptę in virgine carnis est partus. ꝙ autem in cęlis est naturæ, semper permanentis potestas est, quæ non ex infirmitatis suæ virtute in regionem diffiniti corporis coarctauit verbi Dei potestatem, & in forma serui manens ab omni intra, extraque cęli, mundique circulo, cęli ac mundi dominus non abfuit: per hoc ergo & de cęlo descendit, quia filius hominis est, & in cęlis est. quia verbũ caro factum, non amiserat manere quod factum est. AVG. Trac.12. Miraris aũt quia hic erat, & in cęlo: Tales fecit discipulos suos, Paulum audi dicentem. Nostra conuersatio in cęlis est. si homo Paulus ambulabat in terra, & conuersabatur in cęlis, Deus cęli & terræ non po- H terat esse in cęlo & in terra? CHRY. Ho.eadem. Vide autẽ quia quod valde videtur excelsum indignum est sua magnitudine. non enim solum in cęlo est, sed vbique & omnia replet, sed adhuc ad imbecillitatem auditoris loquitur, paulatim eum reducere volens.

e ¶ CHRY. Ho.26.i Io. Quia dixerat beneficium baptismi, inducit huius causam, scilicet crucem, dicens. {Et sicut Moyses, &c.} BEDA. Magistrum legis Mosaicæ ad spiritualem sensum eiusdem legis inducit recordans veteris historiæ, & hanc in figuram suæ passionis, atq; humanæ saluationis factam, edisserens. AVG. Cap.32. de Pecca. mer. & remissi. Serpentum enim incursibus in deserto multi moriebantur, ac sic Moyses ex præcepto domini exaltauit in deserto aeneum serpentem, hunc videntes sanabantur continuo. Exaltatus serpens est mors Christi, eo significandi modo quo per efficientem id quod efficitur, significatur. A serpẽte quippe mors venit, qui peccatum quo mori meretur homini persuasit. dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tam I quam venenum serpentis, sed mortem, vt esset in similitudine carnis peccati pęna sine culpa. vnde in carne peccati & pęna solueretur & culpa. THEO. Videas ergo figuram ad veritatem. Ibi enim serpentis similitudo speciem quidem bestię habet: venenum autem non habet, sic & hic Christus a peccato liber: in similitudinem carnis peccati venit. Exaltari autem audiens, suspensionem intelligas in altum, vt sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram ambulando in ea, intelligas etiam per exaltationem gloriam. nam illa crucis altitudo gloria Christi facta est. in quo enim iudicari voluit, in hoc huius mundi principem iudicauit. Adam enim iuste mortuus est, quia peccauit, dominus vero iniuste, quia peccatum non fecit. Postquàm ergo iniuste mortem sustinuit, superauit illum, qui eum tradidit morti, & sic liberauit Adam a morte, sed in hoc deuictum se inuenit. Non enim potuit in cruce dominum contristare vt crucifigentes odiret, sed magis diligebat & pro eis orabat. sic igitur crux Christi eius exal- K tatio & gloria facta est. CHRYSOSTOMVS: Ho.eadem. Ideo etiam non dixit: Pendere oportet filium hominis, sed Exaltari, quia honestius hoc videbatur. unde & propter audientem, & propter figuram hoc posuit, vt discas quoniam cognata sunt vetera nouis: deinde ut cognoscas, quoniam non inuitus ad passionem uenit, & adhuc ut discas, quoniam multis hinc nascitur salus. AVGVSTINVS Lib. & cap. eodem. Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem a veneno sanabatur, & a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem, baptismumque eius, & a peccato per iustificationem, & a morte per resurrectionem liberatur: hoc est enim quod ait, Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. quid ergo opus est ut morti Christi per baptismum conformetur paruulus, si morsu serpentis non est omnino uenenatus? CHRY. Ho.eadem. Attende autem, quòd passionem obumbrate posuit, ne ex eius uerbis fieret tristis auditor. Fructum uero passionis posuit manifeste. si enim qui credunt in crucifixum

oportet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.
f Sic enim Deus dilexit mundũ vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitã æternam. Non enim misit Deus filiũ suum in mundum vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.
g Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui

crucifixum, non pereunt: multomagis qui crucifixus est, non pe- Tract. 12. rit. AVG. Hoc autem interest inter figuratam imaginem, & rẽ ipsam, ꝙ illi sanabantur a morte ad temporalem vitam: hi autem, vt habeant vitam æternam.

Hom. eadẽ. f ¶ CHRY. Quia dixerat: Oportet exaltari filium hominis, quo mortem occulte significauit, ne auditor tristis ab his fieret verbis, humanũ quid de eo suspicans, & mortem eius æstimans non esse salutarem: hoc ad rectitudinem reducit, filium Dei dicens eum, qui datur ad mortem, & mortem eius causam esse vitæ æternæ. vnde dicit. {Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternã.} q. d. Ne mireris quoniam ego debeo exaltari, vt vos saluemini: etenim & patri hoc videtur, qui ita nos dilexit, vt pro seruis indeuotis filium dederit. dicendo autem. {Sic Deus dilexit mundum.} multam indicat amoris intensionem. Multa enim est, & infinita distantia: qui enim immortalis, qui sine principio, qui magnitudo infinita, eos qui sunt ex terra & cinere infinitis plenos peccatis dilexit, sed & ea quæ post hoc ponit, ostentatiua sunt magni amoris, non enim seruum, non angelum, non archangelum dedit, sed filium suum. Rursus, si filios plures habuisset, & dedisset vnum, hoc etiam esset maximum. Nunc vero filium vnicum dedit. vnde sub- Ante finem dit. {Vnigenitum.} HILA. 6. de Trini. Sed si dilectionis hinc fides est creaturam creaturæ præstitisse, non facit magni meriti fidẽ vilis & spernenda iactura. Preciosa autem sunt quæ commendãt charitatem, & ingentia ingentibus æstimantur. Deus diligens mũdum, filium non adoptiuum, sed suum & vnigenitum dedit: hinc proprietas est, natiuitas est, veritas est, non creatio est, nõ adoptio est, non falsitas est: hinc dilectionis, & charitatis fides est, vt ad mundi salutem, & filium suum, & vnigenitum præstitisset. THEO. Videtur aũt mihi, ꝙ sicut dixit superius, ꝙ filius hominis descendit de cęlo, cum caro de cęlo non descenderit, sed ꝑꝑ vnam personam in Christo, quæ Dei sunt attribuit homini, sed & nunc econuerso, quæ sunt hominis verbo Dei appropriat: etenim Deus Dei filius impassibilis mansit, sed quia vnus erat secundum hypostasim Dei filius: & homo qui passionem sustinuit: filius dari dicitur in mortem, qui passibiliter patiebatur. non natura propria, sed carne propria. Est autem maxima vtilitas consecuta ex huiusmodi datione, mentem excedens humanam. Sequitur enim: {Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.} Vetus namque testamentum his, qui seruabant illud, dierum longitudinem promittebat: euangelium vero æternam, & insolubilem vitam. AVG. Notandum vero, quòd eadem de filio Dei vnigenito replicat, quæ de filio hominis in cruce exaltato præmiserat, dicens. {Vt omnis qui credit in eum,} quia idem Redemptor & Cõditor noster filius Dei ante sæcula existens, filius hominis factus est in fine sæculorum, vt qui per diuinitatis suæ potentiam nos creauerat, ad perfruendam beatitudinem perennis vitæ, ipse per fragilitatem humanitatis nostræ nos restauraret ad percipiendã quam perdidimus vitam. ALCVI. Vere autem per filium Dei habebit mundus vitam, quia non alia de causa venit in mundum, nisi vt saluet mundũ. vnde sequitur. {Non enim misit Deus filiũ Tract. 12. suum. vt iu. mun. sed vt sal. mun. per ipsum.} AVG. Quare enim Saluator mundi dictus est, nisi vt saluet mundum? ergo quantum in medico est, sanare venit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici seruare non vult, aut contemnit. Hom.27 CHRY. Sed quia hoc dicit, multi pigrorum in peccatorum magnitudine, & negligentiæ superabundantia, Dei abutentes misericordia, dicunt: non est gehenna, non est supplicium, omnia nobis Deus peccata dimittit. Sed considerandum, ꝙ duo sunt Christi aduentus, qui iam factus est, & qui futurus est. Et prior quidem factus est, non vt iudicet quæ facta sunt a nobis, sed ut dimittat. Secundus autem, non vt dimittat, sed vt iudicet. De priori igitur ait. Non veni ut iudicem mundum, quia enim clemens est, non facit iudicium, sed interim remissionem omnium peccatorum per baptismum primo, & postea per pęnitentiam, quia si hoc modo non fecisset, vniuersi simul perditi essent. Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. ne igitur aliquis crederet se impune peccare, subdit de pęna non credentis: Qui credit in eum, non iudicatur: qui credit, inquit, non qui inuestigat: quid igitur si immundam habeat vitam? maxime quidem Paulus tales non fideles esse dicit. Confitentur, inquit, se nosse Deum, factis autem negãt, sed hoc illud significat, quia secundum hoc qui credit, non iudicatur, sed operum quidẽ

A grauiorem sustinebit pęnam: infidelitatis autem causa non torquebitur. ALCVI. Vel quia credit in eum, & adheret ei vt mẽbrum capiti, non iudicabitur. AVG. Tract. 12. Quid autem dicturum sperabas de eo, qui non credit, nisi quod iudicatur? Sed uide quid dicit. {Qui autem non credit, iam iudicatus est.} Nõdum apparuit iudicium, sed iam factum est iudiciũ. Nouit enim dominus q sunt eius, nouit qui permaneant ad coronã, & qui permaneãt ad flãmam. CHRY. Hom. 27. Aut hoc dicit, quia ipsum discredere impenitentis suppliciũ est. esse enim extra lumen etiam secundum B se maximum supplicium est. vel quod futurum est prænunciat, sicut enim qui occidit hominem, etsi nondum sententia iudicantis condemnatus sit: rei tamen natura condemnatus est: ita & qui incredulus est, sicut & Adam, qua die comedit de ligno mortuus est. GREG. Lib. 26. Moral. Cap.14. vel aliter: In extremo iudicio aliqui non iudicantur, & pereunt, de quibus hic dicitur. {Qui non credit, iam iudicatus est.} Non enim eorũ tunc causa discutitur, qui a conspectu districti iudicis iam cum damnatione suæ infidelitatis abscedunt, professionem vero fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur vt pereant. Qui uero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationẽ iudicis in extrema examinatione non audiunt, quia præiudicati in infidelitatis suæ tenebris, eius quem despexerant inuectione argui non merentur. Princeps namque terrenam rempublicam re- C gens: aliter punit ciuem interius delinquentem, atque aliter hostem exterius rebellantem. In illo iura sua consulit: contra hostem uero bella mouet, dignaq; eius malitiæ tormenta retribuit, de malo uero eius quid lex habeat, non requirit. neque enim lege necesse est perimi eum, qui lege nũquam potuit teneri. ALCVI. Quare autem iudicatus est, qui non credit, causam assignat dicẽs, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. In hoc enim solo nomine est salus. Cap. 33. Non habet Deus multos filios qui possint saluare: hunc habet unigenitum, per quem saluat. AVG. de Pecc. me. & remi. lib. 1. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos, nisi inter eos qui crediderunt? hoc enim eis acquiritur per uirtutem sacramenti, & offerentium responsionem, ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt, statuimus.

g ¶ ALCVI. Reddit causam quare non crediderunt, & quare iuste dammnantur dicens: {Hoc est autem iudicium, quia lux Hom.27. uenit in mundum. CHRYSOST. Quasi dicat. Numquid D ipsi eam quæsierunt, uel laborauerunt, ut inuenirent? Ipsa lux uenit ad eos nec ei occurrerunt. vnde sequitur. {Et dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Hic de reliquo omni eos priuat excusatione: uenit enim eripere a tenebris, & ad lucem ducere. Quis ergo eius, qui non uult ad lucem accedere, miserebitur? BEDA. Lucem seipsum appellat, de qua supra euangelista dixit. Erat lux uera. Tenebras uero appellat peccata. deinde quia uidebatur multis esse incredibile quod dictum est: nullus enim tenebras præhonorat luci: subdit causam quare hæc passi sunt dicens. {Erant enim eorũ opera mala.} Et siquidem in iudicium uenisset, haberet hoc aliquam rationem, qui enim malorum sibi conscius est, fugere iudicem consueuit: parcenti uero, qui deliquerunt occurrunt. dicens igitur: {Erant,} eos qui multorum sibiipsis erant conscii peccatorum maxime Christo ad ignoscendum uenienti occurrere, quod & in multis factum est. Etenim publicani & pec- E catores uenientes recumbebant cum Iesu, quia uero quidam sunt ita molles ad eos, qui pro uirtute sunt labores, ut usque ad ultimum uelint adherere malitiæ, in horum iniuriã subdit. {Omnis enim qui male agit, odit lucem. Quod quidem dictum est de his Cap.23. qui eligunt in malitia manere. ALCVI. Quia omnis qui male agit, odit lucẽ, idest qui est in intentione peccandi, cui placet peccatum, odit lucem, quæ detegit peccatum. AVGVSTINVS. decimo Confessionum, Quia enim falli nolunt, & fallere uolunt, amant eam cum seipsam indicat. & oderunt eam cum eos ipsa lux indicat. Inde retribuetur eis, ut eos nolentes manifestet, & eis ipsa non sit manifesta. Amant ergo ueritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. unde sequitur. {Et non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius.} CHRY. Eum enim qui in Paganismo uiuit: nullus redarguit, quia De⁹ tales habet, & digna dogmatibus opera demonstrat. Qui uero Christi sunt male uiuentes, ab omnibus rectis accusantur. Si autem Gentiles sunt recte uiuentes, hoc manifeste non noui. Non enim mihi dicas eos, qui a natura sunt mites & honesti: non enim est hoc uirtus, sed eum dic, qui a passionibus sustinet uiolentiam, & sapienter uiuit,

sed

sed non utique habes. Si enim regni enunciatio, & gehennæ mi- F
næ, & alia tanta documenta uix detinent homines in uirtute, nul
lo horum persuasi pertransibunt uirtutem. si uero hypocrisim sin
gunt, gloriæ gratia hoc faciunt. unde cum potuerint latere, non
omittent uti malis desideriis, quæ etiam utilitas est cum aliquis so
brius sit, & nõ rapit,
fit vero vanæ gloriæ
feruus. hoc enim non
est recte viuer. Inanis
enim gloriæ seru⁹ for
nicatio nõ minor est:
multo enim plura, &
grauiora operatur. Si
autem quidem recte
sunt viuentes in Gen
tilibus: nõ hoc aduer
satur huic sermoni,
quia non frequenter
contingit, sed raro.
BEDA. Moraliter
etiam illi magis tene
bras, quàm lucem di
ligunt, qui suos præ
dicatores bene docentes odiis & detractionibus insequuntur. Se
quitur. {Qui autem facit veritatem, venit ad lucem vt manifestẽ
Hom. 27. tur opera eius, quia in Deo sunt facta. CHRY. Non autem de
his, qui ab initio facti sunt Christiani hoc dicit, sed tantum de his
qui ex Gentibus vel Iudæis ad rectam transponendi erant fidem.
ostendit enim, quoniam nullus vtique eliget in errore viuens ad
Lib.1.c.33. fidem venire, nisi prius inscribat sibi ipsi viam rectam. AVG. de
Pecca.me. & remi. In Deo aũt facta dicit opera eius, qui venit ad
lucem, quia intelligit iustificationem suam non ad sua merita, sed
Trac.12. ad Dei gratiam pertinere. AVG. super Ioannem. Sed si omnia
opera Deus mala inuenit, quomodo quidam fecerunt veritatem, H
& venerunt ad lucem, ideſt ad Christum? Sed dilexerunt (inquit
supra) tenebras, magis quàm lucem, ibi posuit vim. Multi dilexe
runt peccata sua, multi ea cõfessi sunt. Accusit Deus peccata tua,
si & tu accuses adiungeris Deo: oportet vt oderis in te opus tuũ,
& ames in te opus Dei. Initium operum bonorum confessio est
operum malorum, & tunc facis veritatem, quia non te palpas, nõ
tibi blandiris. Venis autem ad lucem, quia hocipsum quod tibi
displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret nisi Deus tibi lu
ceret, & eius veritas tibi ostenderet. Facit autem aliquis veritatẽ
confessionis & venit ad lucem in operibus bonis, etiam propter il
la quæ videntur minuta esse peccata linguæ, aut cogitationum,
aut immorationis in rebus concessis, quoniam minuta plura pec
cata si negligantur, occidunt. Minutæ sunt guttæ, quæ flumen im
plent, minuta sunt grana arenæ, sed si multa arena imponatur:
arena præmit, atque opprimit. hoc facit sentina neglecta, quod
facit fluctus irruens paulatim. per sentinam intrat, sed diu intran
do, & non exhauriendo mergit nauem. Quid est autem exhauri
re, nisi bonis operibus agere, ne obruant peccata, gemendo, ieiunã
do, tribuendo, ignoscendo?
Hom.28 h ¶ CHRY. Nihil veritate apertius, neque fortius, quæ neq;
latere vult, neque periculum formidat, neque insidiis tremit, neq;
gloriam quæ a multis est, desiderat, nulli humanorum obnoxia.
vnde & dominus in solẽnitatibus Hierusalem ascendebat non se
ostentans, neque honorem diligens, sed vt pluribus sua dogmata
proponeret & miraculorum vtilitatem. Postq̃ aũt solẽnitates sol
uebantur ad Iordanem frequenter veniebat, quia & illic etiã tur
bæ concurrebant. vnde dicitur. {Post hæc venit Iesus & discipu
li eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis.} BEDA.
Dicit autem. {Post hæc.} Non continuo post disputationem cum
Nicodemo, quæ facta est in Hierosolymis, sed peracto spatio tem
poris de Galilæa in Iudæam rediit. ALCVI. Per Iudæam qui
dem significantur confitentes, quos visitat Christus, vbi enim est
peccatorum confessio, vel diuinarũ laudum, illuc venit Christus K
& discipuli eius, ideſt doctrina, & illuminatio eius, & ibi moratur
purgando a vitijs. vnde sequitur. {Et illic demora. cum eis & ba.}
Ho.eadem. CHRY. Cum autem Euangelista postmodum dicat, q̃ Iesus
non baptizabat: sed discipuli eius, manifestum est quoniam & hic
Tracta.13. hoc dicit. q̃ soli discipuli baptizabant. AVG. Baptizatus autẽ
dominus baptizabat non eo baptismate, quo baptizatus est: bap
tizatus est enim a seruo ostendens humilitatis viam, & perdu
cens ad baptismum domini hoc est suum. Baptizabat enim Iesus,
quomodo dominus, quomodo Dei filius. BEDA. Christo autẽ
iam baptizante adhuc baptizat Ioannes, quia adhuc permanet
vmbra, nec debet præcursor cessare donec veritas manifestetur,
vnde sequitur. {Erat autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta
Salim.} Ennos hebraice aqua, vnde quasi nominis interpretatio
nem aperiens subdit: {Quia aquæ multæ erãt illic.} Salim oppi
dum est iuxta Iordanem situm, vbi olim Melchisedech regnauit.

male agit, odit lucem, & non ve
nit ad lucem, vt non arguantur
opera eius. Qui autem facit veri
tatem, venit ad lucem, vt manife
stentur opera eius, quia in Deo
sunt facta.
h Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam, & G
illic demorabatur cum eis, & ba
ptizabat. Erat autem & Ioannes
baptizãs in Ennon iuxta Salim,
quia aquæ multæ erant illic, &
veniebant & baptizabantur. Nõ

HIERO. in Epist. ad Euagrium Nec refert, vtrum Salem, aut Sa
lim nominetur, cum vocalibus in medio literis perraro vtantur
Hebræi, & pro voluntate lectorum, ac regionum varietate eadem
verba diuersis sonis, atque accentibus proferantur. Sequitur. {Et
venibant, & baptizabantur. BEDA. Quantum cathecumenis
dum enim missus fuerat Ioãnes nondũ baptizatis pro
in carcerem. Facta est antẽ quæ- dest doctrina fidei, tã
stio ex discipulis Ioannis cum tum profuit baptis
Iudæis de purificatione. Et vene ma Ioannis ante ba
runt ad Ioannem & dixerunt ei: ptismũ Christi, quia
Rabbi, qui erat tecum trans Ior sicut ille prædicabat
danem, cui testimonium perhi panitentiam, & ba
buisti, ecce hic baptizat, & om ptismũ Christi nun
nes veniunt ad eum. ciabat, & in cogni
i Respondit Ioannes, & dixit: tionem veritatis quæ
Non potest homo accipere quic mundo apparuit at
quam, nisi fuerit ei datum de cœ trahebat, sic ministri
lo. Ipsi vos mihi testimonium ecclesiæ primo eru
diunt venientes ad si
dem, post peccata eo
rũ redarguũt. deinde
in baptismo Christi
remissionem promit
tunt, & sic in cognitionem, & dilectionem veritatis attrahunt. Ho.eadem.
CHRY. Discipulis autem Iesus baptizantibus non cessauit Io
hannes baptizans vsque ad incarcerationẽ. quod significat euan
gelista cum subdit: {Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerẽ.
BEDA. Ecce aperte notat facta Christi ante Ioannem incarce
ratum, quæ alii præterierunt, incipientes ab his, quæ post missum Trac.13.
Ioannem in carcerem facta sunt. AVG. Quare autem baptiza
bat Iohannes? quia oportebat vt dominus baptizaretur. Non so
lum autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioannis melior ba Ho.eadem.
ptismate domini videretur. CHRY. Sed cuius gratia vsq; tũc
baptizabat? si enim cessasset, æstimaretur zelo, vel ira hoc facere,
sed persistens non sibi ipsi gloriam acquirebat, sed Christo audito
res mittebat. Et multo efficacius hoc faciebat, quàm discipuli
Christi, quia insuspicabile eius erat testimonium, & maiorem glo
riam apud omnes habebat: ideo etiam adhuc baptizabat, ne disci
pulos suos in ampliorem zelum immitteret. Aestimo autem &
propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de me
dio, Iesum maxime prædicare cœpisse, vt omnis multitudinis affe
ctio, ad Christum transiret, & non vltra his quæ de vtroque erant
sententiis scinderentur. Zelotipe enim se habentes discipuli Ioã
nis ad Christi discipulos, & ad ipsum Christum, quia viderunt di
scipulos Christi baptizantes, cœperunt dicere ad eos qui baptiz
abatur, quasi aliquid maius haberet baptisma Ioãnis baptismate
discipulorum Christi. vnde subditur. {Facta est ergo quæstio ex
discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione, quoniam enim
ipsi quæstionem mouerunt, sed non Iudæi, Euangelista occulte Tract.13.
monstrat, non dicens q̃ Iudæus quæsiuit, sed q̃ quæstio facta est
ex discipulis Ioannis. AVG. Intelligas ergo dixisse Iudæos ma
iorem esse Christum, & ad eius baptisma debere concurri. Illi au
tem nondum intelligentes defendebant baptismum Ioannis, ven
tum est ergo ad ipsum Ioannem, vt solueret quæstionem. vnde se
quitur. {Et venerunt ad Ioannem & dixerunt ei: Rabbi, qui erat Ho.eadem.
tecum trans Iordanem. CHRY. Hoc est, quem tu baptizasti:
Non autem dixerunt: Quem tu baptizasti, quia coacti essent &
vocis eius meminisse, quæ super eum est delata, sed dicunt. Qui
erat tecum: quasi qui discipuli ordinem habebat, nihil plus habẽs
nobis, nunc se a te separans baptizat. addunt autem: {Cui etiam
testimonium perhibuisti.} q.d. quem tu clarum ostẽditi, & circũ
spectum fecisti: eadem tibi audet, & hoc est quod dicunt: Ecce hic
baptizat. Non autem in hoc solum æstimabant se excitare eum,
sed & in eo q̃ de reliquo ea, quæ ipsorum erant reprobabant.
vnde subdunt. {Et omnes veniunt ad eum.} ALCVI. q.d. te
dimisso omnes currunt ad baptismum illius, quem tu baptizasti. Ho.eadem.
i ¶ CHRY. Interrogatus Ioannes, non vehementer discipu
los increpat, timens ne ab eo separati, aliquid aliud operẽtur, sed
remisse quodammodo eis loquitur. vnde dicitur. {Respondit Io
annes & dixit eis: Non potest homo accipere quicquam, nisi fue
rit ei datum de cælo. q.d. & si præclara sunt quæ Christi sunt, & si
omnes ad eũ currunt, mirari non oportet: Deus enim est, qui hoc
facit. Humana enim facile deprehensibilia sunt, & imbecillia, &
velociter defluunt: hæc autem non talia sunt. non ergo sunt hu
manitus adinuenta, sed diuinitus ordinata. Si autem humilius lo
quitur de Christo, non mireris. non enim erat contingens q̃ p-
allumptos a tali passione. sinuidiæ ab initio doceret omnia, sed in
terim vult eos terrere, ostendens q̃ ad impossibilia conantur, & Tract.13
quòd Deo rebelles inueniuntur. AVG. vel aliter. Hoc Ioannes
de seipso dicit, quasi homo de cælo accepi: ergo quia accepi ut
aliquid essem, inanem me vultis esse, vt loquar contra veritatem? Ho.eadem.
CHRY. Et vide quia hoc quod æstimabant proponi in Christi
subuer-

subuersionem, quando dixerunt: Cui testimonium perhibuisti. A
hoc in eos conuertit dicens: {Ipsi vos mihi testimonium perhibe
tis, q̃ dixerim: Non sum ego Christus.} q.d. si verum meum testi
monium æstimatis: dicite, quoniam illum mihi præhonorare opor
tet. vnde subdit. {Sed quoniam missus sum ante illum.} q.d. mini
ster sum, et ea quæ
sunt eius, qui me mi
sit, dico, non humana
gratia blandiens ei:
sed patri eius, qui me
misit minutrans. AL
CVI. Sed si aliquis
dicat: quandoquidem
tu non es Christus,
quis ergo es tu? vel
quis est ille, cui perhi
bes testimonium? Ad hoc respondet: Ille est sponsus: ego sum ami B
cus sponsi: missus vt per me sponsa præparetur suo sponso. vnde
subditur. {Qui habet sponsam, sponsus est.} Sponsam dicit eccle
siam ex omnibus Gentibus congregatam, quę virgo est integrita
te mentis, perfectione charitatis, vnitate catholicæ fidei, concor
dia pacis, integritate animæ & corporis, quæ habet sponsum, de
quo quotidie generat. BEDA. Cæterum frustra est virgo corpo
re, quæ virgo non manet in mente. Hanc autem sponsam Christ⁹
in thalamo vteri virginalis sibi sociauit, & eandem precio sui san
guinis redemit. THEO. Omnis etiam animæ spõsus Christus
est: sponsalium vero locus, vbi coniunctio efficitur, locus est baptis
matis, siue ecclesia. Dat vero arram sponsæ, peccatorum remissio
nem, spiritualẽ sanctificationem: perfectiora vero in futuro sæ
culo retribuet dignis. Nullus autem alius est sponsus, nisi solus
Christus: omnes namque doctores paranymphi existunt, sicut &
præcursor. Nullus enim bonorum largitor est, nisi dominus, om
nes alii ministri sunt bonorum, quæ dantur a domino. BEDA.
Sponsam igitur suam dominus amico suo, i. ordini prædicatorum
commendauit, qui eam nõ sibi, sed Christo zelare debet. vnde sub
ditur. {Amicus autem spõsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet,
Tract. 13. propter vocẽ sponsi. AVG. q.d. Non est mea sponsa, sed nũquid
Hom. 28. non gaudes in nuptiis? Immo gaudeo, ait, quia sum amicus spõsi.
CHRY. Sed qualiter qui dixit. Non sum dignus soluere corri
giam calciamenti: amicum nunc seipsum dicit? non quidem pro
pter honoris æqualitatem, sed multitudinem gaudii repræsenta
re volens. Non enim in talibus ita ministri sponsi lætantur, sicut
amici. Simul autem & condescendens eorum imbecillitati amicũ
se dicit, quia enim æstimabant eum morderi ab his quæ fiebant,
Tr.13.spar. ostendit, q̃ non solum non mordetur, sed & valde gaudet si spon
sum sponsa cognoscit. AVG. Sed quare stat? quia non cadit, qa
humilis est. vide stantem in solido. Non sum dignus corrigia cal
ciamenti ei soluere. Stat autem & audit eum. si ergo cadit, non au
dit eum: ergo stare debet amicus sponsi & audire. i. permanere in
gratia, quam accepit, & audire vocem, ad quam gaudeat. non, in
quit, gaudeo propter vocem meam, sed propter vocem sponsi gau
deo: ego in audiendo, ille in dicendo: ego auris, ille verbum. qui
enim custodit sponsam, vel vxorem amici sui, dat quidem operã,
vt nullus alius ametur, sed si amari se pro amico voluerit, & vti
voluerit commendata sibi, quàm detestandus vniuerso generi hu
mano apparet? Multos autem adulteros video, qui sponsam tan
to precio emptam possidere volunt, & id agunt verbis suis, vt pro
sponso amentur. CHRY. vel aliter: Quod dicit: Qui stat, non sine
causa posuit, sed indicans, q̃ quæ sua sunt, iam cessauerunt. &
quoniam eum de reliquo stare oportet & audire, quod quidem di
cit, a parabola sermonem transferens ad propositum: quia enim
sponsi & sponsæ mentionem fecerat: ostendit qualiter hæc spon
salia fiant, quia per vocem, & doctrinam. Fides enim est ex audi
tu: auditus autem per verbum Dei. & quoniam ea quæ speraue
rat euenerunt: iccirco subdit. {In hoc autem gandium meum im E
pletum est. i. perfectum est a me opus quod fieri oportebat, & plus
nihil operari possum de reliquo. THEO. Vnde nunc gaudeo, q̃
scilicet omnes illum attendunt. si enim non accessisset ad sponsum
Tract. 14. sponsa. i. populus: tunc dolerem ego paranymphus. AVG. vel ali
ter: In hoc gaudium meum impletum est, vt. s. gaudeam ad vocem
sponsi, habeo gratiam meam: plus non mihi assumo, ne quod acce
pi amittam. Qui enim vult gaudere de se tristis est, qui autẽ vult
de Deo gaudere semper gaudebit, quia Deus sempiternus est.
BEDA. Gaudio autem gaudet homo propter vocem sponsi, cũ
intelligit non se debere gaudere de sapientia sua, sed de sapientia
quam accepit a domino. Quisquis enim in benefactis non gloriã
tur suam, vel laudem requirit, neque terrena lucra, sed cęlestia cupit,
Ho. eadem. hic amicus est sponsi. CHRY. Deinde non solum circa præsen
tia, sed etiam circa futura passionem inuidiæ a se remouit dicens.
{Illum oportet crescere, me autem minui. q.d. quæ nostra sunt,
steterunt, & cessauerunt de reliquo, crescunt autem quę sunt illi⁹.
Ibidem AVG. Sed quid est hoc. Illum oportet crescere? Deus nec cre-

scit, nec minuitur sed Ioãnes, & Iesus, quod ad carnem attinet, co
eui erant, sex mensẽs, qui intererant nullam distinguunt ætatem.
Magnum est hoc sacramẽtum, antequam veniret dominus, homi
nes gloriabantur de se. venit ille homo, vt minueretur hominis
gloria, & augeretur gloria Dei. sic enim venit ille, vt dimitteret
peccata, & homo con
fiteretur: etenim con
fessio hominis, humi
litas hominis, miseratio Dei, altitudo Dei. hanc autem veritatẽ etiam passionibus si
gnificauerunt Chri
stus, & Ioannes. nam
Ioannes capite minu
tus est: Christus autẽ
in cruce exaltatus. Deinde natus est Christus, cum iam inciperẽt
crescere dies: natus est me Ioanne quando cœperat minui dies. Cre
scat ergo in nobis gloria Dei, & minuatur gloria nostra, vt in Deo
crescat & nostra: quanto autem magis intelligis Deum: videtur
in te crescere Deus: non autem in se crescit, sed semper perfectus
est, sicut si curarentur alicuius oculi ex pristina cæcitate, & incipe
ret videre paululum lucis, & alia die plus videret, videretur ei lux
crescere: lux tamen perfecta est, siue ipse videat, siue non. sic enim
& interior homo, proficit quidem in Deo, & Deus in illo videtur
crescere: ipse autem minuitur, vt a gloria sua decidat, & in gloria
Dei surgat. THEO. vel aliter: Sicut aliorum luminarium adue
niente Sole lumen extingui videtur, licet non sit secundum veri
tatem extinctum, sed a maiori occultatum, sic & præcursor tamq̃
stella a Sole celatus, minui dicitur. crescit autem Christus prout
paulatim manifestat se per miracula, non q̃ in virtutibus cresce
ret, aut proficeret: hæc nempe Nestorii est opinio, sed secundum
ostensionem diuinitatis eius.
k ¶ CHRY. Sicut vermis ligna corrodit, & erugo ferrum, ita Hom.29.
C
vana gloria nutrientem se, perdit animam. Ideo multo studio opus
est, ut hanc destruamus passionem. vnde Ioannes multis ration
ibus discipulos suos habentes passionem hanc, vix mitigat. Post il
la enim, quæ antea dixerat, rursus eos aliis disponit sermonibus
dicens. {Qui desursum uenit, super omnes est.} q.d. quia uos meũ
extollitis testimonium, & ex hoc dicitis me esse digniorem fide:
eo. s. cui testimonium perhibui, hoc necesse est vos scire, q̃ non est
eum, qui de cęlis uenit fieri fide dignũ ab eo, qui terram habitat.
& hoc est quod dicit. {Super omnes est.} quia ipse ibi sufficiens,
& quòd omnibus incomparabiliter maior est. THEO. Ipse. n.
Christus desursum uenit a patre descendens, & super omnes est
distinctus ab omnibus. ALCVI. Vel desursum uenit. i. de alti
tudine humanæ naturæ, quam habuit ante peccatum primi homi
nis. de illa enim altitudine assumpsit uerbum Dei humanam natu
ram, non assumpsit culpam, cuius assumpsit pœnã. Sequitur. {Qui
est de terra, de terra est, ideſt terrenus est, & de terra loquitur, id
est terrena loquitur. CHRY. Et nimirum non ex terra erant Ho. eadem.
ei omnia: etenim animam habebat & spiritu participabat non ex
terra, qualiter igitur ipse de terra se esse dicit? nihil aliud per hoc
ostẽdit occulte, quàm q̃ parum est, utpote humi reptãs, & in ter
ra natus, & nulla comparatione dignus ad Christum, qui nobis
desuper uenit. Non autem dicit. De terra loquitur. quoniam ex
propria mente loquebatur, sed de terra se loqui dicit in compara
tione ad Christi doctrinam. q.d. parua & humilia sunt quæ mea
sunt, comparata his quæ Christi sunt, qualia dicens est suscipere
terrestrem naturam in comparatione ad illum, in quo sunt omn
es thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. AVG. Vel q̃ Trac.14.
dicit: De terra loquitur. de homine dicebat quantum ad ipsum ho
minem pertinet. Si enim aliqua loquitur diuina, illuminatus est
a Deo, sicut Apostolus dicit. Non autem ego, sed gratia Dei mecũ:
ergo Ioannes, & quod ad Ioannem pertinet, de terra est, & de ter
ra loquitur. siquid diuinum audiuistis a Ioanne, illuminantis est,
non recipientis. CHRY. Extincta igitur discipulorum passione,
de reliquo cum ampliori propalatione loquitur de Christo. nam Ho. eadem.
ante hoc superfluum erat ista præmittere, in mente audientium
locum habere nondum ualentia. unde sequitur: {Qui de cęlo.
AVG. Ideſt de patre uenit duobus modis: Super omnes est: pri
mo super omnem humanitatem, qui de ipsa priusquam peccaret,
uenit: secundo iuxta altitudinem patris, cui est æqualis. CHRY.
Magnum autem quid & excelsum dicens de Christo: rursus ad
humilius ducit sermonem dicens: {Et quod uidit & audiuit, hoc te. quia
scilicet per sensus hos omnia certissime discimus, & digni fide esti
mamur esse magistri de his, quæ uisu suscepimus, uel auditu ap
prehendimus hoc de Christo astruere uolens Ioãnes dixit. {Quod
uidit & audiuit, hoc te. ostendens, q̃ nihil eorum, quæ ab ipso dicebant,
falsum est, sed omnia uera sunt. q.d. Ego indigeo audire ea quæ ab
illo dicuntur, qui desuper uenit: annuncians ea quę uidit & audi
uit, ideſt quæ solus ipse manifeste nouit. THEO. Cum ergo au
dis, q̃

dis, ꝙ Christus ea quæ audiuit & vidit a patre, loquitur: non putes, ꝙ a patre indigeat addiscere, sed quia omnia quæcumque naturaliter nouit, a patre habet, propter hoc a patre audire dicitur quæcumque nouit, sed quid est, quod filius audiuit a patre? forte Tract.14. filius patris verbum audiuit? immo filius patris verbũ est. AVG. Quando cōcipis verbum quod proferas: rem vis dicere, & ipsa rei conceptio in corde tuo iam verbũ est. Quomodo ergo tu verbum quod loqueris in corde habes, & apud te est: sic Deus edidit verbum, hoc est, genuit filium. Cũ ergo verbum Dei filius sit: filius autem locutus est nobis: non verbum suũ, sed verbum patris, se nobis loqui voluit, qui verbum patris loquebatur: hoc ergo quomodo decuit & oportuit, dixit Ioannes.

l Et testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. Quē enim misit Deus, verba Dei loquitur. Nō enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam ęternam, qui autem incredulus est filio, nō videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Hom.29 l ¶ CHRY. Dixerat quod vidit & audiuit, hoc testatur quasi excusans, ne quia pauci interim credituri erant, falsa æstimarētur esse quæ dicuntur. & propter hoc subdit: {Et testi. eius ne. ac.} idest pauci: habebat enim discipulos, qui accipiebant testimoniũ eius in his quæ dicebantur. In hoc autem suos discipulos tangit nondum credentes in eum: simul etiam Iudaicam ostendit insensibilitatem, sicut & in principio euangelii dictum est. In propria venit, & sui eum non receperunt. Trac.14. AVG. vel aliter: Est quidam populus præparatus ad iram Dei damnandus cum diabolo, horum nemo accipit testimonium Christi. Attendit ergo in spiritu diuisionem: in genere autem humano commistionem, & quod nondũ locis separatum est: separauit cordis aspectu, & vidit duos populos infidelium & fidelium. Attendit infidelis & ait: {Et test. eius ne ac.} deinde tulit se a sinistra, & aspexit ad dextram, & secutus ait. {Qui aũt ac. eius te. sig.} Ho.eadem. CHRY. idest monstrauit & adhuc augens timorem addit: Quoniam Deus verax est: ostendens quoniam non aliter quis discredet huic, nisi falsi arguerit Deum, qui misit illum, quia nihil extra ea quæ sunt patris loquitur. Et hoc est quod subdit. {Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.} ALCVI. vel aliter. Signauit, idest signũ posuit in corde suo, quasi singulare & speciale aliquid, hunc esse verum Deum, qui passus est ad salutem humani generis. Tra.eodem AVG. Quid est, quia Deus verax est, nisi quia homo mendax est, & Deus verax est, quia nemo hominũ potest dicere quid veritas est, nisi illuminetur ab eo, qui mentiri non potest? Deus ergo verax: Christus autem Deus. Vis probare? accipe testimonium eius, & inuenies. sed si nōdum intelligis Deũ, nondum accepisti testimonium eius. Ipse ergo Christus est Deus verax, & misit illum Deus, Deus misit Deum. iunge ambos, vnus Deus: hoc enim quē misit Deus, de Christo dicebat vt se ab ipso distingueret. quid autem ipsum Ioannem nonne Deus misit? sed vide quid adiungat: non enim ad mensuram dat Deus spiritum: hominibus ad mensuram dat, vnico filio non dat ad mensuram. Alii quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ. aliud habet ille, & aliud iste habet. Mensura diuisio quædam donorum est: sed Christus quæ dat, non ad mensuram accepit. Ho.eadem. CHRY. Spiritum autem hic actionem spiritussancti dicit. vult enim ostendere quoniam omnes quidem nos in mensura spiritus actiones suscipimus: Christus autem omnem spiritus suscipit actionem. qualiter igitur erit dignus suspectus haberi? nihil enim dicis quod non Dei est, neque quod non spiritus est. & interim de Deo vero nihil loquitur, sed a patre & spiritu dignam fide facit doctrinam. Nam quoniam Deus est, sciuerant: & quoniam spiritus est, nouerant: & si non decentem de eo opinionem habebant, quoniam autem filius est, nesciuerant. Tra.eodem AVG. Quia ergo de filio dixerat: {Non ad mensuram dat Deus spiritum,} subiungit. {Pater dil. fi. & adiecit: & omnia dedit in manus eius,} vt nosses & hic distincte, quoniam dictum est. {Pater dil. fi.} Pater enim diligit Ioannem, aut Paulum: & tamen non omnia dedit in manu eorum. {Pater dil. fi.} sed quomodo filium, non quomodo dominus seruum, quomodo vnicum, nō quomodo adoptatum. Itaque omnia dedit in manu eius, ut tantus sit filius, quantus est pater. ergo cum ad nos dignatus est mittere filium, non putemus nobis aliquid minus missum, quàm est pater. Ibidem THEO. Sic ergo secundum diuinitatem omnia dedit pater filio, natura non gratia. vel dedit omnia in manu eius secundum humanitatem: dominatur enim omnium eorum, & quæ in cælo, & quæ in terra sunt. ALCVI. Et quia omnia sunt in manu eius: ergo & vita æterna. vnde subdit. {Qui cred. in fi. habet vitam æternam.} BEDA. Non debet hic intelligi fides,

F quæ verbotenus tenetur, sed quæ operibus adimpletur. CHRY. Hom.30. Non enim hic dicit, ꝙ credere in filium sufficiat ad vitam habendam perpetuam, cum ipse alibi dicat: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed & quæ in spiritum est blasphemia, sufficit sola mittere in gehennam. sed etsi in patrem & filiũ & spiritumsanctum quis recte crediderit, ne æstimemus sufficere ad salutem. Opus est enim nobis vita & conuersatione recta. deinde sciens non ita promissione bonorum multos adduci, vt terribilium minis. in hoc sermonem concludit dicens: {Qui autem incre. est fi. non vi. vi. sed ira Dei ma. super eũ. Vide qualiter hic ad patrem reducit eum, qui est supplicii sermonem: non enim dixit ira filii, quàmuis ipse sit iudex, sed patrem eius instituit, magis terrere volens. Et non dicit, manebit in eo, sed super eum: ostendens quoniam numquam ab eo desistet. vt enim non æstimet quis mortem esse temporaneā, dixit. {Non videbit vitam. Ibidem AVG. Et non dixit. Ira Dei venit ad eum, sed manet super eum, quia omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram Dei, quam accepit primus Adam, venit filius Dei, non habens peccatum, & indutus est mortalitate, mortuus est, vt viuas. Qui ergo non vult credere in filium, ira Dei manet super eum, de qua dicit Apostolus: Eramus natura filii iræ.

CAP. IIII.

Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat q̃ Ioannes, quamquàm Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abiit iterum in G Galilæam. Oportebat autem eũ trāsire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quę dicitur Sychar iuxta p̄dium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob: Iesus aũt fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. hora autem erat quasi sexta. b Venit aũt mulier de Samaria haurire aquā. Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Respōdit Iesus

CAP. III.

H GLO. Postquàm ostendit Euangelista qualiter Ioannes repræssit discipulorum suorum inuidiam, quam de profectu doctrinæ Christi conceperant: hic ostendit, quomodo Christus declinauit Pharisæorum malitiā, qui contra ipsum ex eadem causa zelo inuidiæ mouebantur. vnde dicitur. {Vt ergo cognouit Iesus quia au. Phari.} In Ioan. tract. 15. AVG. Vtique dominus si sciret Pharisæos ita de se cognouisse, ꝙ plures discipulos faceret, & ꝙ plures baptizaret, vt eis hoc ad salutem valeret sequendi eum, non relinqueret Iudæam terram: sed propter illos maneret ibi, quia uero cognouit eorum scientiam simul & inuidentiam, quia non hoc propterea didicerunt ut sequerētur: sed ut persequerentur, abiit inde. Poterat quidē & præsens ab his nō teneri si nollet: sed in omni re quam gessit, ut homo hominibus in se credituris præbebat exemplum, quia unusquisque seruus Dei non peccat si secesserit in alium locum, uidens furorem se persequentium. I Fecit ergo hoc ille magister bonus, ut doceret, non ut timeret. Hom. 30. CHRY. Hoc etiam fecit mitigans eorum inuidiā: conueniens est etiam eum hoc fecisse, ut non discrederetur carnis dispensatio. si enim retentus effugisset, in suspitionem deuenisset ueritas carnis. Ibidem. AVG. Fortassis autem hoc moueat quod dictum est. {Baptizabat plures q̃ Ioannes, & postea subiectum est: quāquā Iesus nō baptizaret, quid ergo falsum dictum erat, & correctũ est? Homil. 30. CHRY. Non autem ipse Christus baptizabat: sed relatores uolentes erigere eos, qui audiebant inuidiam, ita annunciabant. s. ꝙ Christus plures baptizaret q̃ Ioannes, sed cuius gratia ipse non baptizaret: Ioannes prædixit dicens: Ipse uos baptizabit in spiritusancto & igne: nondum autem spiritumsanctum dabat: decenter igitur non baptizabat. discipuli uero id agebant uolentes multos adducere ad salutarē doctrinā, ut enim non semper circũeuntes congregarent eos, qui credituri erant, ut in Simone & fratre fecit: ideo baptizare instituerũt. K Nihil enim amplius habebat discipulorũ baptisma, Ioānis baptismate, utrũq; enim expers erat ea quæ ex spiritu ē gr̃a, & utriq; una causa erat. s. adducere ad Chr̃m eos q. baptizabātur. Ibidem. AVG. uel aliter. Vtrũq; uerũ est, quia Iesus, & baptizabat, & nō baptizabat: Baptizabat enim quia ipse mũdabat, nō baptizabat, quia nō ipse tingebat. Præbebant discipuli ministerium corporis: præbebat ille adiutorium maiestatis, de quo dictum est. Hic est qui baptizat. ALCVI. Solet autem quæri, si in baptismo discipulorum Christi spiritussanctus daretur, cum dicatur spiritussanctus nondum erat datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus. Sed sciendum, quia dabatur spiritus, licet non ea manifestatione, qua post ascensionem in linguis igneis datus est, quia sicut ipse Christus in homine, quem gerebat, semper habebat spm̃, sed tamen postea super ipsum baptizatum uisibiliter descendit spũs in specie columbę, sic ante manifestum & uisibilem aduentũ spũssancti quicũque sancti eum latenter habere potuerunt. Epist. 108. AVG. ad Seleutianum. Intelligimus autem discipulos Christi iam fuisse baptizatos,

baptizatos siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue quod magis credibile est, baptismo Christi: neque. n. ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit illius humilitatis ministerio, qñ eis lauit pedes. Ho.30.i Io. CHRY. Secedens autem Christus de Iudæa, rursus eisdem adhæret, quibus & prius. vnde subditur. {Et abiit iterum in Galilæa. Sicut autem Apostoli expulsi a Iudæis ad Gentes venerunt, ita & Christus ad Samaritanos accedit: sed tamē omnem auferens a Iudæis excusationem: non principaliter ad eos vadit, sed quasi transiens, quod euangelista occulte ostendit dicens. Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Accepit autem hanc nominationem, quia mons Samariæ Samor dicebatur, ab eo qui possedit, sed qui ibi habitabant olim, non Samaritani, sed Israelitæ vocabantur. Tempore autem procedente offenderunt Deum, & Rex Assyriorum vltra eos ibi manere non p̱misit: sed in Babylonem, & Medos duxit: in Samaria vero Gentes ex diuersis locis ductas habitare fecit. Volens autem Deus ostendere, ꝙ non propter imbecillitatem Iudæos tradidit, sed propter peccata eorum, qui traditi sunt: immisit Barbaris leones, qui eos lædebant. Annunciata sunt hæc Regi, & mittit Sacerdotem quendam traditurum eis Dei leges: sed tamen neque ita ex toto ab impietate destiterunt: sed ex media parte. Etenim tempore procedente rursus ad idola quidam resilierunt: venerabantur tamen Deum qui a monte Samaritanos seipsos vocabant. BEDA. Ideo autem oportebat ipsum transire per Samariam, quia sita est inter Iudæā, & Galilæam. Est autem Samaria insignis prouinciæ Palestinæ ciuitas: adeo vt tota regio ei sociata Samaria dicatur. Ad quem igitur ipsius regionis locum dominus verterit Euangelista ostendit. Ho.eadem. vnde ergo dr̃. {Venit ergo in ciuitatē Samariæ, quæ dicit̃ Sichar. CHRY. Locus ille erat vbi pro Dina Leui, & Symeon grauem occisionem fecerunt. THEO. Postquàm autem filii Iacob illā ciuitatem desertam fecerunt occidentes Sichimitas: hanc ciuitatem desertam tempore procedēte dedit Iacob in sortem Ioseph. vnde dicitur in Genesi. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorræi, in gladio & arcu meo, & hoc est qđ In Io. tr. 15 subditur. {Iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.} Sequitur. {Erat autem ibi fons Iacob. AVG. Puteus erat, sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus: vbi enim aqua de terra manat, & vsum præbet haurientibus, fons dicitur, sed si in promptu, & superficie sit: fons tantum dicitur. Si autem in alto & in profundo sit, ita puteus vocatur, vt nomen fontis non amittat. THEO. Quare autem Euangelista de prædio & fonte facit mentionem? primo quidem, vt cum audieris mulierem dicentem, ꝙ pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem: non admireris: secundo ex commemoratione fontis, & prædii edocemur, quòd ea quæ Patriarchæ propter fidem, quam in Deo habebant adepti sunt: Iudæi propter eorum impietatem perdiderunt, & eorum loca gentibus tradita sunt, quare nihil noui nunc accidit, quòd Gentiles pro Iudęis regnũ cœlorum consecuti sunt. Hom. eadē. CHRY. Christus igitur in Samariam accedens facilem & delitiosam vitam abiiciens: laboriosam vero sequens, non subiugalibus vtitur, sed ita difficulter incedit, vt ex itinere fatigetur: erudiens nos ita a superfluis alienos esse, vt multa necessaria abscindamus a nobis, & hoc Euangelista ostendit dicens: {Iesus ergo fatigatus ex itinere.} Tract.eodē. AVGVSTINVS. Inuenimus Iesum fortem & infirmum. fortem: quia in principio erat verbum: infirmum, quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus, sedebat super fontem. Ho.eadem. CHRY. q. d. Non in throno, aut puluinari, sed simpliciter, vt contingebat super terram. Sessio autem propter laborem facta est, & vt expectaret discipulos, & propter æstum refrigerans corpus apud fontem. vnde sequitur. {Hora autem erat quasi sexta. THEO. Et ne quis incusaret dominũ, quare ipse in Samariā venerit: cũ hoc discipulis suis prohibuerit, propter hoc dicit, ꝙ circa illum locum sedebat, scilicet ab itinere fęssus. ALCVI. Mystice aũt dominus reliquit Iudæam. i. infidelitatem eorum, qui eum reprobauerunt, & per Apostolos abiit in Galilæam. i. in volubilitatem huius mundi, docens suos transmigrare de vitiis ad virtutes. Prædium autē non tam Ioseph, quàm Christo arbitror derelictum, cuius figuram Ioseph portauerit, quem vere Sol adorat, & Luna, & omnes stellæ. Ad hoc prædium venit dominus, vt Samaritani, qui hæreditatem sibi Patriarchæ Israel vendicare cupiebant, agnoscerent, & conuerterentur ad Christum, qui est Patriarchæ legittimus hæres factus. Tract. 15. AVGV. Iter autem ipsius est caro pro nobis assumpta, qui enim vbique

A est, quo it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret? Ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quàm fatigatus in carne? Quare ergo hora sexta? quia ætate sæculi sexta. Computa tamquam vnam horam, vnam ætatem ab Adam vsque ad Noe: secundam a Noe vsque ad Abraham: tertiam ab Abraham vsque ad Dauid: quartam a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis: quintam vsque ad baptismum Ioannis: inde sexta agitur. AVG. lib. 83. Quæstio. Quæst. 64. Hora igitur sexta venit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam pro- B funditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, idest terrenas, quo venit dominus Iesus hora sexta, idest sexta ætate generis humani, tamquàm senectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo: nam sexta ætas senectus est, quoniam prima est infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Hora etiam sexta venit dominus ad puteum, idest medio die: vnde iam incipit Sol iste visibilis declinare in occasum, quoniam nobis vocatis a Christo, uisibilium delectatio minuitur, vt inuisibilium amore homo interior recreatus ad interiorem lucem, quę numquam excidit, reuertatur. Quòd autem sedit humilitatem significat, vel quoniam solent sedere doctores: magistri denunciat personam.

b ¶ CHRY. Ne quis dicat, quoniam aduersatur suo præcepto: Ho.31.i Io. Samaritanis loquens, posuit Euangelista multas causas eius quæ ad mulierem est locutionis: non enim ad hoc venit antecedenter, vt Samaritanis loqueretur: non tamen quia propter C hoc non venit: aduenientem ad se expellere oportebat: dicitur enim. {Venit mulier de Samaria haurire aquam. Vide quòd & mulierem ostendit propter æstum exeuntem ad aquam. Trac.15. AVG. Hæc autem mulier forma est ecclesiæ non iustificatæ: sed iam iustificandæ. Pertinet autem ad imaginem rei, quòd ab alienigenis venit. Samaritani enim alienigenæ fuerunt, quamquàm vicinas terras incolerent, ventura enim erat ecclesia de Gentibus, & aliena a genere Iudæorum. THEO. Congrue autem disputatio ad mulierem a siti sumpsit occasionem. Sequitur enim. {Dicit ei Iesus: Da mihi bibere, quia secundum humanitatem sitiebat, & propter laborem & æstum. AVG. lib. 83. Quæstio. Quęst. 64. Sitiebat etiam Iesus mulieris illius fidem, eorum enim fidem sitit pro quibus sanguinem fudit. Ho.30.i Io. CHRY. Discimus autem domini non solum circa itinera validum robur, sed etiam circa cibaria negligentiam: non enim discipuli eius deferebant D victualia, propter hoc enim subdit. {Discipuli autem eius abierant in ciui. vt ci. emerent. Hinc etiam Euangelista ostendit Christum humilem in eo quòd solus relinquebatur, & nimirum poterat si vellet, aut non omnes emittere, aut abeuntibus illis alios ministros habere, sed noluit. Etenim ita discipulos assuefecit omnem superbiam conculcare. Sed fortasse dicet aliquis. Quid magnum est si humiles erant discipuli piscatores existentes, & tabernaculorum factores? sed repente facti sunt omnibus regibus reuerentiores, collocutores, & secutores domini orbis terrarum. Maxime autem qui ex humilibus sunt, quando dignitates quandoque assumpserint facilius ad superbiam eleuantur: velut inexperte se habentes ad tantum honorem. Detinens igitur discipulos dominus in eadem humilitate erudiebat eos, vt per omnia se restringerēt. Mulier ergo audiēs. {Da mihi bibere,} valde sapienter ad formandam interrogationem, eum qui a Christo accepit sermonem. vnde sequitur. {Dicit ergo illi mulier. E Qũo tu cum Iu. sis a me bi. pos. quæ sum mu. Samaritan?} a Iudæũ quidem eum esse ęstimauit a figura, & a locutione. Intuere vero qualiter mulier inquisitiua erat. Etsi enim oportebat custodire Iesum, vt non couteretur illi: non tamen oportebat illam custodire. Non dixit Euangelista, ꝙ Samaritani Iudæis nō couterētur, sed subdit. Non. n. coutuntur Iudęi Samaritanis. Iudęi igitur a captiuitate reuertentes zelotipe se ad Samaritanos habebant, sicut ad alienigenas, & impugnatores. Neque etiam scripturis omnibus vtebantur, solum enim ea quę Moysi sunt suscipientes, prophetarum non multam curam habebant. Contendebant etiā se in nobilitatem Iudaicam immittere, vnde & Iudęi eos cum oībus gentibus abominabantur. Tract.15 AVG. Et omnino eorum vasculis non vtebant̃ Iudęi. Et quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eo mirata est, quia Iudęus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudęi. Ho.30.i Io. CHRY. Sed qualiter Christus quęsiuit ab ea bibere lege non concedente? Si autem quis dixerit, quia pręsciebat eam non daturam; immo propter hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

neque petere oportebat. Est igitur dicendum, ꝙ ideo petiit, quia F
Tract. 15. indifferens erat de reliquo tales obseruantias præterire. AVG. Ille autem qui bibere quærebat, sitiebat fidem ipsius mulieris. unde sequitur. ¶ Respondit Iesus & dixit ei: Si scires do. Dei, & quis est qui dicit, da mihi bi. cu for. petisſab eo, & dedit tibi aquam viuã. ¶

To. 13. i Io. ORI. Nã quasi dogma quoddam est, neminem accipere diui num donum ex non quærentibus illud: ipsum autẽ Saluatore iubet pater poscere, vt det illi, ſm illud. Psal. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et ipse Saluator dicit. Petite & dabitur vobis. & ideo signanter dicit. Petisses & dedisset tibi. AVG. 83. Quæst. Hic autẽ ei ostẽdit, nõ se talem aquam petisse, qualem ipsa intellexerat, sed quia ipse sciebat fidem eius, eidem sitienti spiritum sanctum dare cupiebat. Hãc enim recte intelligimus aquam viuam, quod est donum Dei, sicut ipse ait. ¶ Si scires donum. ¶ AVG. super Ioan. Dicit. n. vulgo aqua viua illa, quæ de fonte exit: illa. n. quæ colligitur de pluuia in lacunas, aut cisternas, aqua viua non dicitur. Etsi de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud vnde manabat admiserit, sed in rupto meatu tamẽ a fontis tramite separata fuerit, non dẽ aqua viua. CHRY. Spũs. n. sancti gratiam quãdoque scriptura ignem, quandoque aquam vocat: ostendens quoniam non subſtãtiæ sunt hæc nomina repræsentatiua, sed actionis. Per ignis quidem appellationem erectiuum & calidum gratiæ, & consumptiuum peccatorum enigmatice insinuat: Per aquæ vero nuncupationem purgamentum quod est ex spũ & multum refrigerium recipientibus, eum mentibus ostendit. THEO. Gratiam ergo spiritussancti dixi aquam viuam. i. viuificatiuam, refrigeratiuam, & motiuam. Nam gra spũssancti semper mouet illum. qui bona operatur, ascensiones in corde suo disponens. CHRY. Iterum autẽ dñs eam ab humili suspitione erexit, qua existimabat eum vnum multorum esse: multum. n. honorem tribuens dñm vocat. Sequitur enim. ¶ Dicit ei mu. Dñe neque in quo hau. ha. & pu. altus est: vnde ergo habes aquã viuam? ¶ AVG. Videte quo intellexit aquam viuam. ſ. aquam quæ erat in illo fonte. q. d. Tu mihi vis dare aquã viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers: de hac ergo aqua viua mihi dare non potes, qm̃ hauritoriũ non habes: forte alium fontem promittis. ¶ Sed nũquid tu ma. es pa. no. Ia. qui de. no. pu.
Homil. 30. istum & ipse ex eo bi. & fi. eius & pe. eius. ¶ CHRY. q. d. non potes dicere, ꝙ Iacob dedit nobis hunc fontem & alio ipse vsus est: etenim ipse & sui ex eo bibebant, quod non esset si meliorem aliũ habuissent: de hoc igitur fonte dare non potes: alium autẽ melioI rem non est te habere, nisi confitearis teipsum maiorem esse Iacob. vnde igitur habes aquam, quam promittis te daturum nobis? THEO. Quod autem dicit. Et pecora eius: ostensiuum est abundantiæ aquarum, q. d. Non solum suauis est aqua, vt Iacob ex ea biHo. eadem. beret, & filii eius: sed etiam intantum est abundans, vt tantæ multitudini pecorum Patriarchæ sufficiat. CHRY. Vide autẽ qualiter seipsam impulit in nobilitatem Iudaicam. Samaritani. n. Abraham progenitorem suum dicebant, quasi a Chaldæa existentem, sed & Iacob patrem vocabant quasi ipsius existentem nepotem. BEDA. Vel patrem suum Iacob vocat, quia ipsa sub lege Moysi uixerat & prædium quod Iacob filio suo Ioseph dederat possidebat. ORI. Mystice autẽ fons Iacob scripturæ sunt, siquidem inTom. 13. structi in scripturis bibunt, vt Iacob, & filii eius. Simplices autem & rudes bibunt more pecorum Iacob.

Homil. 31. c ¶ CHRY. Cum mulier quæsiuisset, numquid tu maior es K
patre nostro Iacob, non dixit maior sum, ne videretur gloriari, sed per ea, quæ subdit hoc ostendit. Sequitur enim. ¶ Respondit Ies. & dixit ei: Omnis qui bi. ex aqua hac, sitiet iterum, qui autem bi. ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. ¶ q. d. Si mirabilis fuit Iacob, quia hanc aquam dedit, si dabo tibi multo hac potiorẽ, quid dices? non autẽ ab hac excusatione, sed ex supereminentia cõparationem facit, non. n. dicit: qm̃ hæc aqua vilis est, & contemptibilis, sed id quod natura testatur hoc ponit. ſ. omnis qui bibit ex
Tract. 15. aqua hac, sitiet iterum. ¶ AVG. Quod quidem verum est, & de aqua sensibili, & de ea quam significat illa aqua: etenim aqua in puteo voluptas est sæculi, in profunditate tenebrosa: hic eam hauriunt hoies hydria cupiditatũ: nam qui præmiserit cupiditatem, peruenire non põt ad voluptatẽ. Cum peruenerit quisque ad voluptatem sæculi huius: numquid non iterum sitiet? ergo de hac aqua qui biberit, sitiet iterum. Si autem acceperit a me aquam, non sitiet in æternum: nam quõ sitient qui inebriabuntur ab vbertate domus Dei? ꝙmittebat ergo verã quandã in satietatem spũssancti. CHRY. Hanc autẽ excellentiã huius aquæ, vt. ſ. qui ex ea biHom. 31. berit, non sitiat in æternum, per ea q̃ consequunt ostendit. Sequitur enim. ¶ Sed aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã. q. d. Sicut qui fontem habet intra se positũ nequaq̃ afficietur siti: ita & q̃ hanc aquam habet. ſ. quam ego ei dabo. THEO. Nam aqua, quam ego tribuo sem per multiplicatur, semina. n. & principiũ boni, sancti sumunt ꝑ gramipsi vero negociantur & operant ad eius augmentum. CHRY. Vide autẽ Hom. 31. qualiter mulier paulatim ad dogmatum altitudinem ducitur. nam primum quidem æstimauit eum iniquum quendam esse Iudæum: deinde audiens aquam viuam, suspicata est de sensibili hoc dici: postea discens, quoniam spiritualia erant quæ dicebantur, credidit quidem quoniam potest aqua sitis necessitatem tollere: nondum autem sciebat quę esset hæc aqua, sed quę rebat eam superiorem sensibilibus æstimãs. vnde subdit. ¶ Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neq; veniã huc haurire. Et sic eum Patriarchæ Iacob prępo nit, de quo tam magna opinionẽ habebat. AVG. vel aliter. Adhuc Tract. 15. illa mulier carnem sapit, delectata est nõ sitire, & putabat hoc ſm carnẽ sibi ꝓmissum esse a dño, dederat autẽ Deus aliqñ seruo suo Heliæ, vt ꝑ dies xl. nec esuriret, nec sitiret, qui hoc potuit dare per xl. dies, non poterat dare semper? delectata autẽ tali munere rogat, vt ei aquã viuam daret. vnde sequit. ¶ Dicit ad eum mulier: Dñe, da mihi hanc aquam, vt non sitiã, neq; veniã huc haurire. Ad labo rem. n. indigentia cogebat, & laborẽ infirmitas recusabat, vtinam audiret. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam: hoc enim dicebat Iesus, vt iam non laboraret, sed illa nõdum intelligebat: denique voluit dominus vt intelligeret. vnde sequit. ¶ Dicit ei Iesus. Vade, voca virum tuũ, & veni huc. ¶ Quid est hoc? per virum suum ei volebat aquã illam dare: an quia non intelligebat: per virum suum eã uolebat docere? Forte sicut Apostolus dicit de mulieribus. Si quæ volunt discere, domi viros suos interrogent, sed ibi dicitur, vbi non est Iesus, qui doceat. cum vero ipse dñs aderat, quid opus erat vt per virum ei loqueretur? numquid per virum loquebatur Mariæ, quę sedit ad pedes eius? CHR. Ho. 31. i Io. Quia igitur instabat mulier accipere aquam promissam quærẽs, ¶ dicit ei Iesus. Voca virum tuum. ¶ quasi ostendens, quoniam & illum oportet his cõcare: hæc autẽ festinans accipere, & rei turpitudinem occultans adhuc æstimabat se ad hominem loqui. vnde sequitur. ¶ Respondit mu. & dr. non ha. virum. ¶ Hoc audiens Chs opportune de reliquo redargutionem inducit. nam & priores viros enumerat, & eum qui nunc occultabatur redarguit. vnde sequitur. ¶ Dicit ei Ie. bene dixisti, quia nõ habeo virum. ¶ AVG. In Tra. 15. telligas reuera istam mulierem non habuisse tunc virum, sed utebatur nescio quo non legitimo uiro. unde ei conuenienter mysteria loquitur dicens. ¶ Quinque viros habuisti. ¶ ORI. Vide autẽ si To. 13. i Io. possibile est fontem Iacob mystice totas esse scripturas, aquam vero Iesu ea pro quibus editę sunt, quę non est licitum omnibus perscrutari eo ꝙ quæ scripta sunt dictauerunt hoies. Quæ uero oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascenderũt, in scriptis non possunt redigi, sed ex fonte, quæ salientis in uitam æternam. i. ex spiritussancto disciplinæ patefiunt his, qui nondum humanum cor gestant, sed possunt dicere. Nos sensum Christi habemus. Qui ergo non suscipit profunditatem uerborum, etsi ad modicum quieuerit, denuo insistens dubitabit: qui autem bibit de aqua Christi: ad hoc promouetur, ut fons oium q̃storum prorũpat in eo, sursum scaturizantibus aquis & peruolante eius mente ad consequentiam huius aq̃ ad uitã æternã. Volebat autẽ mulier si ne aqua Iacob, angelicã & supra hoiem discere ueritatẽ, neq; enim Angeli indigent fonte Iacob, ut bibãt, sed quilibet in se habet fontem aquæ scaturientis in uitam æternã ab ipso uerbo. Et hoc est quod subditur. ¶ Dicit ei mulier: Domine, da mihi hanc aquã, ¶ sed impossibile est hic absque ea quæ hauritur ex fonte Iacob aquam capere quæ datur a uerbo. unde petenti Samaritanæ aquam, uidetur dicere Iesus se illam præbere non alibi, quàm in fonte Iacob. unde sequitur. ¶ Dicit ei Iesus: Vade uoca uirum tuũ, & ueni huc. Quæst. 64. Si enim istiamus, idoneum est primo pocula sumere ex fonte Iacob. ſm autem Apostolum uir animæ lex est. AVG. lib. 83. Q. ueſ. Quinque aũt uiros, quinque libros, qui per Moysen ministrati sunt

sunt nonnulli accipiunt, quod autem dictum est. Et hunc quem A
habes non est tuus vir: de seipso dominum dixisse intelligunt, vt ille sit sensus: primo quinque libris Moysi quasi quinque viris seruisti: nunc aũt quem habes. i. quem audis, non est tuus vir, quia nõ dum in eum credidisti, sed quoniã non credens Christo: adhuc illorum quinque virorum. i. quinque librorum copulatione tenebatur, potest moue re quomodo dici potuerit, quinque viros habuisti, quasi nunc omnes iam non haberet? deinde qũo põt in telligi a quinque illis libris recedere hominem, vt ad Christum
ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & hunc quem habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti.

d Dicit ei mulier. Domine video, quia propheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerũt, B
transeat, cum ille qui credit in Christum, non relinquendos illos quinque libros, sed ſpũaliter intelligendos multo auidius ampleTract. 15. ctatur? Est ergo alius intellectus. AVG. super Ioan. Videns enim Iesus, quia mulier non intelligebat, & volens eã intelligere. Voca, inquit, virum tuum. i. præsenta intellectum tuum: cum enim ordinata fuerit vita, intellectus animam regit: ad ipsam animã pertinens: non enim aliud aliquid est quàm anima, sed aliquid animæ est intellectus: hoc ipsum animæ quod intellectus & mens dicit, illuminatur luce superiore. Talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus non aderat: ergo dominus tamẽ diceret illustrare volo, & non adest, quem: voca, inquit, virum tuum. i. adhibe intellectum, per quem docearis, quo regaris, & adhuc illa nondum vocato illo viro, non intelligit. Videtur autẽ mihi quinque viros priores animæ nos possẽ accipere quinque sensus corporis: ante enim quàm quisque possit vti ratione, nõ regitur nisi sensibus carC nis, sed cum cœperit anima capax esse rationis, aut a carpiente mẽte regitur, aut ab errore, sed error non regit, sed perdit. Post illos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat: error autem erat, ille non erat legitimus vir, sed adulter. Dicit ergo Dominus. Tolle istum adulterum, qui te corrumpit, & voca virum tuum, vt inTomo. 13. telligas me. ORI. Vbi autem decebat confutari a Iesu putatum Samaritanæ virum, non esse virum, nisi apud fontem Iacob? Potest etiam intelligi, si vir animæ lex est, ꝙ Samaritana secundum congruam acceptionem verborum legis ritui infidelium tamẽ viro illegitimo se subiiciebat. Reuocatur autẽ ad verbum veritatis, quod resurrecturum erat a mortuis, non deinceps moriturum.

Hom. 31. d ¶ CHRY. Mulier autem a Christo reprehensa non con-D
tristata est, neque dimittens fugit, sed admiratur magis, & immoTract. 15 ratur. vnde dicitur. ¶ Dicit ei mu. domine vi. quia propheta es tu. ¶ q. d. In hoc ꝙ mihi occulta dicis, ostenderis propheta esse. AVG. Et sic cœpit ad eam venire vir: nondum plene venit. Prophetam
Ho. eadem. dominum putabat: erat quidem & Propheta: nam de seipso ait. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. CHRY. Deinde, quia hoc suspicata est, nihil mundanum eum interrogauit: non
Tract. eodẽ. de corporis sanitate, non de vitiis, non molestatur sitiendo prodoctrinis sollicita. AVG. Et incipit quærere, ꝙ illam solet moue re dicens. ¶ Patres no. in mon. hoc ado. & vos di. quia Hiero. est lowbi ado. oportet. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in tẽplo a Salomone fabricato adorabãt Deũ: & ideo meliores se esse iactabant. Quibus Samaritani dicẽbant, quomodo iactatis vos, quia templum habetis quod nos non habemus? numquid patres nostri, qui Deo placuerunt in illo templo
Hom. eadẽ. adorauerunt? Melius ergo nos in hoc monte Deum rogamus, vbi patres nostri Deum adorauerunt. CHRY. Quod autem dicit. Patres nostri, eos qui circa Abraham sunt intelligit: etenim illic
To. 13 aiunt filium suum obtuliſſe. ORI. Vel Samaritani montem, qui dicitur Garizim, iuxta quẽ Iacob habitauit sanctum reputantes, B
in eo Deum adorant. Sed Iudæi montem Syon sacrum quid arbitrantes, illum locum putant esse electum a Deo, verum, quia Iudæi, a quibus salus processit exemplum sunt opinãtium sanos sermones. Samaritani vero diuersimode opinantium congrue Garizim quidem Samaritani significant, quod vocatur distinctio, seu
Ho. eadem. diuisio: at Iudei Syon quod est specula. CHRY. Christus autẽ non soluit quæstionem confestim, sed ad altiora mulierem trahit, de quibus non prius ei locutus est, donec confessa est quoniam ꝓpheta est, vt cum multa certitudine audiat de cætero quæ dicuntur. vnde sequitur. ¶ Dicit ei Ie. Mu. cre. mi. quia ve. ho. quãdo neq; in mon. hoc, neque in Hiero. ado. patrem. ¶ Dicit autem. Crede mihi, quia vbique nobis opus est fide matre bonorum, quæ salutis est medicamentum, sine qua nihil magnorum est possidere, sed q̃ tentant assimilantur his qui sine naui pelagus tentant transire, q̃ parum quidem natare sufficiunt vltra vero præcedentes citomerTrac. 15. guntur. AVG. Merito autem iam præsente viro audit mulier. ¶ Crede mihi. ¶ Iam enim est in te, qui credat cœpisti adesse intellectu, sed nisi credideritis non intelligetis. ALCVI. Quod

autem dicit. Venit hora, tempus euangelicæ doctrinæ quod iam instabat dicit, quando ablata omni vmbra figurarum veritas pura luce mentes credentium illustratura erat. CHRY. Superuacuũ Homil. 32. autem erat Christo docere propter quid patres in monte, & Iudæi in Hierosolymis adorabant: Ideo hoc tacuit: verumtamen reuerentiores Iudæos indicauit, non a loco, sed a cognitione. unde subdit. ¶ Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iu To. 13. i Io. dæis est. ORIGE. Quod dico vos, quãtum ad vocem, Samaritani quantũ ad anagogem, qui erga scripturas alienæ sunt opinionis. Nos quoque quo ad verbũ Iudæi, quo ad allegoriam vero ego verbum, qui vere secundum me formati sunt: obtinentes salutem ex dictis Iudaicis. CHRY. Sama Ho. eadem. ritani quidem quod nesciebant adorabant, quoniam localem, & particularem Deum æstimabant, nihil de eo plus imaginantes q̃ de idolis. Et iccirco cultum Dei cum cultu dæmoniũ miscuerunt: Iudæi vero ab hac eruditi erant suspitione: etenim orbis terrarũ eum nouerant esse Deum, propterea dixit. Nos ado. quod scimus. Iudæis autem seipsum connumerat ſm opinionem mulieris, loquens quasi propheta Iudæus existens: ideo dixit. ¶ Adoramus. ¶ cum tamen manifestum sit, ꝙ ipse est qui ab omnibus adoratur. Per hoc autem quod dicit. ¶ Quia sa. ex iu. est, ¶ nihil aliud ostendit, q̃ ꝙ orbi terrarum inde salutaria facta sunt. Scire. n. Deum & idola detestari illinc principium habuit, & oĩa alia dogmata: sed ipsum quod est apud nos a Iudæis orationis principium habuit. Præsentiam etiam suam salutem vocat: quam dicit ex Iudæis esse ſm illud Apostoli. Ex quibus est Christus ſm carnẽ. Vide qualiter applaudit veteri testamento quod radicem ostendit bonorum per omnia semetipsum non esse contrarium legi demonstrans. AVG. Multum igitur dedit Iudæis ex quorum persona dixerat. In Io. tr. 15 ¶ Nos ado. quod sci. ¶ Sed non ex persona Iudæorum reproborum, sed ex qualibus fuerant Apostoli, quales fuerant Prophetę, quales fuerant omnes illi sancti, qui precia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. CHRY. Sic igitur superabundantius vobis habent Iudæi, o mulier in modo adorationis: verumtamen & hic adorationis modus de reliquo finẽ habebit. vnde subdit. ¶ Sed ve. ho. & nunc est quando veri. ado. ado. pa, in ſpiritu & ve. Quia enim Prophetæ ante longa tempora multa prædixerunt. Ideo dixit. ¶ Et nunc est. ¶ Ne æstimes hãc talem esse prophetiã quæ post multum temporis impleatur: res iam instat & in ianuis est. Dixit autem ¶ Veros adoratores, ¶ ad distinctionem falsorum, quoniam quidam sunt falsi adoratores, qui temporalia & caduca quærunt in oratione, siue qui contra hoc quod orant, agere non cessant. CHRY. Vel dicens. ¶ Veros: ¶ excludit cum Samaritanis Iu- Hom. 32. dæos. Etsi enim Iudæis illis meliores essent: tamen futuris multo minores sunt tãquàm figura veritate. Sũt igitur veri adoratores, qui neque loco circumcludũt Dei culturam, & Deum in spiritu Ibidem colunt. ORI. Vnde & Paulus dicit. Cui seruio in spiritu meo. Bis autem scribitur. ¶ Venit hora & primo quidem non adest, & nunc est. In secundo vero dicitur: ¶ Et nunc est, ¶ & puto primo quidem notare adorationem præter corpus futuram in perfectione. Secundum uero eam quæ fit in vita præsenti, perfecta quantũ licet humanam procedere naturam. Cum ergo venerit hora, qui dicit dominus, euitandus est mons Samaritanorum, & in Syon ubi est Hierosolyma adorandus est Deus, qui ciuitas esse dicitur a Christo celsi principis. Et hæc est ecclesia, ubi sacra oblatio spirituales uictimæ diuinis aspectibus offeruntur ab his qui legem spiritualem intellexerunt. Cum autem uenerit temporis complementum, tunc nequaquam pensandum uerum cultum Hierosolymis, i. in præsenti ecclesia amplius pertractari. Neque enim Angeli apud Hierosolymam colunt patrem, sic & qui similitudinem nacti sunt Iudæorum melius q̃ hi qui sunt Hierosolymis colunt patrem. Cum aũt hæc hora euenerit: patri aliquis in filium deputat. Ea propter non dictum est. Adorabitis Deum, sed adorabitis patrem. Sed in præsenti colunt patrẽ in spiritu & ueritate ueri adoratores. CHRY. Dicit ergo hoc de ecclesia, in qua est uera ado- Hom. 32. ratio & Deo congrua. vnde subdit. ¶ Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Et si olim uolebat eos ueteribus immorari cõcessit eis figuram: hoc tamen fecit eis condescendens, ut per hoc ad ueritatem inducantur. ORIGEN. Si autem pater quærit Tom. 13. per Iesum quærit, qui uenit quærere & saluare quod perierat, quos eruditos ueros cultores efficit. Quod autem subditur. ¶ Spiritus est Deus. inde abstractum esse suspicor quod ad uitam ueram nos perducit. nam & corporali uita uiuificamur a spiritu. Hom. 32. CHRY. Vel indicat, quòd Deus incorporeus est, oportet

ſpitur,& incorpoream eius culturam eſſe. hoc eſt per animam, & intellectus puritatem nos ei offerre. vnde ſubdit.{Et eos qui adorant eum,in ſpiritu & veritate oportet adorare. Quia enim Iudæi animam quidem negligebant: multum autem circa corpus ſtudium faciebant id omnipharìam purgantes:& ideo ait,quia nõ corporis mũdatione,

eſt. Sed venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quęrit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. e Dicit ei mulier. Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus. Cum ergo venerit: ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Ieſus. Ego ſum qui loquor tecum. f Et continuo venerunt diſcipu

ſed incorporeo quod eſt in nobis,hoc eſt intellectu,quẽ dicit ſpiritum,Deus incorporeus colitur. HILA. Circa finẽ. 2.de Tri. Vel cum in ſpiritu Deum ſpiritũ docuit adorandum, & libertatem,ac ſcientiam adorantium, & adorandi infinitatem oſtendit, ſecundum illud Apoſtoli. Vbi ſpiritus domini,ibi libertas. Hom.32. CHRY. In veritate aũt oportet adorare,quia priora figura erant.ſ.circuncisio,holocauſta, & thymiata:nunc autem totum eſt veritas. THEO. Vel quia multi putant ſe Deum ſm ſpiritum.i.animam adorare,non rectam opinionem de eo habentes,vt hæretici, propter hoc addidit.{Et veritate.}Forte etiam dicet aliquis,ꝙ duas partes philoſophiæ, quæ ſm nos ſunt inſinuat in prædictis,actionem.ſ.& contemplationem: per ſpiritum nãque actiuum inſinuat,ſm illud Apoſtoli.Qui ſpiritu Dei agũtur,&c. per veritatem vero contemplatiuum. Vel aliter. Samaritanorũ erat opinio,ꝙ Deus loco concluderetur, & ꝙ in hoc loco Deum adorari oporteat. Contra quos dicit,ꝙ veri adoratores non localiter,ſed ſpiritualiter adorant: Iudæis vero omnia ſub figura & vmbra erant:& ideo dicit,ꝙ veri adoratores non in figura adorabunt,ſed in veritate, quia enim Deus ſpiritus eſt: ſpũales adoratores quærit,quia vero veritas,veros. Tract.15. AVG. Quærebas montem forte ad orãdum,vt Deo eſſes propinquior,ſed ipſe qui in altis habitat,humilibus appropinquat:ergo deſcende,vt aſcendas. Aſcenſiones,inquit,in corde eius in conualle plorationis,quæ humilitatem habet in tẽplo. Vis orare,in te ora, ſed prius eſto tẽplũ Dei.

Ho.eadem. e ¶ CHRY. Mulier eorum quæ dicta ſunt,altitudine fatigata obſtupuit. vnde ſequitur.{Dicit ei mu.ſcio quia meſ.ve.qui dicitur Chriſtus. Tra.eodem. AVG. Vnctus latine,græce Chriſtus eſt,hebraice meſſias eſt. Sciebat ergo quis eſſe poſſet docere, ſed iam docentem nondum agnoſcebat. vnde ſubdit. { Cum ergo ve.ille no.annun. omnia.} q.d.modo Iudæi de tẽplo contẽdunt, nos de monte:cum ille venerit & montem ſpernet,& templũ euertet,& docebit nos, vt in ſpiritu & veritate nouerimus adorare. Ho. eadem. CHRY. Sed vnde erat Samaritanis expectare Chriſti aduentum? Moyſi quidem ſuſcipientes legem,ab ipſis Moyſi literis hoc nouerant. Iacob enim de Chriſto prophetizans dixit. Nõ deficiet princeps de Iuda,nec dux de femore eius, donec veniat qui mittẽdus eſt. Sed & Moyſes dicit: Prophetiã nobis ſuſcitabit Deus de fratribus noſtris. Tom.13. ORI. Siquidem non eſt ignorandum,ꝙ ſicut ex Iudæis ſurrexit Ieſus, Chriſtum ſe eſſe non ſolum dicens,ſed oſtendens, ſic ex Samaritanis quidam Doſitheus nomine,aſſerebat ſe fore Chriſtum qui prędicabatur. Quæſt.64. AVG.lib.83.quæſt. Fortaſſe autem vt intelligentibꝰ indicaret quinque corporis ſenſus,quinque virorum nomine ſignificari:poſt quinque carnales reſponſiones,quæ ſupra in litera patent,ſexta reſponſione nominat Chriſtum. Hom.32. CHRY. Chriſtus autem de reliquo mulieri reuelat ſeipſum. vnde ſequitur. {Dicit ei Ieſus. Ego ſum qui loquor tecum.}Et quidem ſi circa principiũ hoc mulieri dixiſſet: videretur ei ex vanitate loqui: nunc autem paulatim in memoriam Chriſti eam reducens, opportune reuelauit ſeipſum,& quidem Iudæis quærentibus. Si tu es Chriſtus,dic nobis palam,nõ manifeſte ſeipſum reuelauit,quia non ꝓ diſcendo quærebant, ſed pro iniuriando. Hæc vero ex ſimplici mente loquebatur.

Ho. eadem. f ¶ CHRY. Expleta doctrina & conuenienter ad tempus,diſcipuli occurrerunt. vnde dicitur.{Et continuo ve. diſcipuli eius,& mira.quia cum muli.loque. Admirabantur quidem ſuperabundãtem Chriſti manſuetudinem,& humilitatem, quoniam ita perſpicuus exiſtens: ſuſtinuit loqui cum tanta humilitate mulieri inopi & Samaritanæ. Tract.15. AVG. Quia ſcilicet quærebat perditam, qui venerat quærere quod perierat:hoc illi mirabantur: bonum enim mirabantur & non malum ſuſpicabantur. Ho. eadem. CHRY. Sed tamen admirantes non interrogauerunt cauſam: vnde ſubditur. {Nemo tamen dixit ei: quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Erant eruditi diſcipulorum ordinem obſeruare: ita eum timebant & venerabantur, & nimirum alibi videntur confidenter interrogare, quia ad eos pertinentia neceſſe habebant ſcru-

F tari: hic autem nihil ad eos pertinebat quod fiebat. To.13.ĩ Io. ORIGE. Et fere quidem quaſi quodam Apoſtolo ad ciues vtitur hac muliere: adeo eam inflammans per verba,vt amphora dimiſſa iret in ciuitatem relatura conciuibus. vnde ſequitur. Reliquit ergo mulier hydriam, non curans de corporeo,ac viliori propter vtilitatem plurium.

li eius,& mirabant̃ qꝛ cũ muliere loquebatur. Nemo tñ dixit ei qd quęris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Numquid ipſe eſt Chrs? Exierũt ergo de ciuitate, & veniebãt ad eum. G g Interea rogabant eum eius diſcipuli dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego

Intereſt quoque noſtra omiſſis corporeis, & neglectis ſatagere ad impartiendũ aliis de commodis acquiſitis. Tra.15. AVG. Hydria aut græco nomine appellatur tamquàm ſi aquarium diceretur, quoniam gręce aqua, Hom.33. hydor vocat. CHR. Et ſicut Apoſtoli vocati dimiſerunt rhetia: ita hæc dimittit hydriam & Euangeliſtarum opus fecit, & non vnum tantum vocat, ſed ciuitatem integram. vnde ſequitur.{Et abiit in ciuitatem,& dicit illis hominibus: venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.} To.13.ĩ Io. ORIGE. Conuocat quidem illos ad videndum hominem continentem verbum ſupra hominem. Quæcumque autem fecit mulier.erat contubernium quinque coniugum,& poſt illos conuerſatio cum ſexto non proprio viro quem deſerens,& ſeptimo adhærens, lagenam derelinquit iam pudica. Ho.eadem. CHRY. Non verecundata autem eſt hoc dicere. Anima enim cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum quæ ſunt in terra de reliquo inſpicit,neque ad gloriam,nec ad verecundiam,ſed ad vnam ſolam,quæ detinet eam flammam. H Volebat autem non ex propria annunciatione eos inducere,ſed ex auditu proprios eos facere communicatores doctrinæ Chriſti. vnde dixit.{Venite & videte hominem,}non dixit: Venite & credite, ſed{Venite & videte,}quod leuius erat. Nouerat enim manifeſte quoniam ſolum guſtantes de illo fonte, eadem paterentur quæ & ipſa. ALCVI. Paulatim autem venit ad prædicãdum Chriſtũ, primo vocat hominem,ne ſi diceret Chriſtum, auditores iraſcerentur & nollent exire. Ho.eadem. CHRY. Vnde etiam neque manifeſte annuntiauit Chriſtum,neque tamen totaliter ſiluit, ſed dixit: Nũquid ipſe eſt Chriſtus? & ideo ſermonem eius acceperunt. vnde ſequitur.{Exierunt de ciuitate,& veniebant ad eũ. Quæſt.64. AVG. in lib.83. Quòd autem relicta hydria diſceſſit mulier: non negligenter prætereundum eſt. hydria enim amorem huius ſæculi ſignificat,id eſt cupiditatem qua homines de tenebroſa profunditate, I cuius imaginem puteus gerit:hoc eſt de terrena conuerſatione hauriunt voluptatem. Oportebat autem vt Chriſto credens, ſæculo renunciaret,& relicta hydria cupiditatem ſæcularem ſe reliquiſſe demonſtraret. Tract.15. AVG. ſuper Iohannem. Proiecit ergo cupiditatem & properauit annuntiare veritatem. Diſcant qui volunt euangelizare, vt prius hydriam ad puteum proiiciant. To.13.ĩ Io. ORI. Facta etiam mulier receptaculum honeſte diſciplinæ: ea quæ primitus ſapiebat,paruipendens deponit.

Tract.15. g ¶ AVG. Ierant diſcipuli eius emere cibos, & venerant quos Chriſto offerebant. vnde dicitur. Interea rogabant eum eius diſcipuli dicentes. Rabbi, manduca. Homil.33. CHRY. Videntes enim eum fatigatum ex itinere, & æſtu qui erat: rogabant eum vulgari eorum voce. Neque enim erat hoc temeritatis, ſed amoris cura circa magiſtrum. Tom.13. ORIGE. Arbitrantur aptum fore tempus ad prandium,quod erat inter receſſum mulieris ad ciuitatem, & aduentum Samaritanorum ad ipſum:non enim coram aliquo aduena ſibi propinabant eſcas. Ob hoc bene poſitum eſt: K Interea. THEO. Dominus vero ſciens,quòd Samaritana totam ciuitatem ad eum traheret:hoc diſcipulis ſignificauit. vnde ſequitur. {Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quẽ vos neſcitis. Homil.33. CHRY. Hominum ſalutem hic cibum vocauit, oſtendens quantum deſiderium habet noſtræ ſalutis, ſicut enim nobis concupiſcibile eſt comedere: ita ei ſaluare nos. Tu vero intuere, quòd non ſtatim reuelat, ſed vbique in quæſtionem imittit auditorem,vt incipiens quærere quod dicitur. Et laborans,cum ampliori ſuſcipiat deſiderio. THEO. Dicit autem quẽ vos neſcitis.i.neſcitis,ꝙ cibum voco ſalutem hominum, vel neſcitis ꝙ Samaritani crediturí ſunt & ſalui fient. Diſcipuli autem ad huc dubitabant. vnde ſequitur. { Dicebant ergo diſ.adinuicem: Tract.15. Nũquid aliquis attulit ei manducare?} AVG. Quid mirum ſi mulier illa non intelligebat aquã? ecce diſcipuli non intelligunt eſca. Hom.33. CHRY. Et quidem aſſuetam reuerentiam,& honorem magiſtro præbent,ad ſeinuicem quidem loquentes: ipſum vero non præſumentes interrogare. THEO. In hoc autem quòd dicunt diſcipuli:

diſcipuli.{Numquid aliquis attulit ei mãducare?} Conſiderandũ eſt,quòd cibos ab aliis oblatos dominus ſuſcipere ſolebat, non ꝙ alieno miniſterio indigeret, qui dat eſcam omni carni, ſed vt deferentes meritum conſequerentur, ſimulque forma tradens non erubeſcere paupertatem, neque graue putare ab aliis nutriri. proprium enim & neceſſarium eſt doctoribꝰ: alios habere procuratores ciborum,vt ipſi de nullo curãtes, verbi miniſtrationem ꝓcurẽt ſolicite. Tract.15 AVG. Audiuit autem dominus cogitationes diſcipulorũ, & inſtruit eos vt magiſter: non per circuitum ſicut mulierem, ſed aperte. vnde ſequitur.

cibum habeo manducare quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit ei Ieſus. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiã opus eius. h Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis, leuate B oculos veſtros, & videte regiones quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit. In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non

To.13 {Dicit eis Ieſus,meus cibus eſt vt fa.vo.eius qui miſit me. ORI. Idoneus cibus filio Dei,cum actor paternæ voluntatis efficitur: hoc velle in ſemetipſo proteſtans quod erat in patre. Solus autẽ filius perfecti operis paternæ voluntatis eſt capax:cæteri vero ſancti nil præter diuinam peragunt voluntatem. Plenam autem & integram facit Dei voluntatem,qui dixit. { Meus cibus, &c. } prius enim cibus eius oſtenditur. Quid autem ſit velle patris,innuit ſermo ſequens. {Vt perficiam opus eius. } Siquidem ſimplicius quis aſſeret, quoniam opus eſt iuſſum mandantis: puta ſi dicant ædificantes, vel fodientes ſe perficere opus,qui conduxit eos, ſed ſi per Chriſtum perficitur opus Dei, reſtat vt priuſquam perficeretur erat diminutum. Qualiter autem diminutum erat opus cum eſſet Dei? perfectio quidem operis, rationalis naturæ eſt perfectio,ad huius enim operis perfectionem cum eſſet imperfectum, verbum caro factum acceſſit. Cum enim quodammodo homo perfectus fieret,ob tranſgreſſionem factus eſt imperfectus,& ideo miſſus eſt Saluator, primo quidem vt perficiat voluntatem eius, qui miſit eum, ſecundo vero vt conſummet opus Dei, vt quilibet perfectus fiat ad ſolidi cibi vſum. THEO. Opus etiam Dei perfecit, ſcilicet hominem Dei filius,noſtram naturam in ſeipſo ſine peccato,oſtendens in omni opere perfectam, & incorruptam. Opus etiam Dei,ſcilicet legem perfecit,quia finis legis Chriſtus eã ceſſare faciens omnibus,quæ in ea erant perfectis,& a corporali cultu in ſpiritualem reduxit. Ibidem. ORI. Myſtice autem poſt poculi negocium,ac diſciplinam diſtinctionis aquarum,conſequens erat & de cibo diſceptare. Samaritana quidem petita potum: non habebat præbere Ieſu dignum poculum. Diſcipuli vero inuenientes humilia pulmenta apud alienigenas ei obtulerunt: rogantes eum vt manducaret. Et attende ſi forſan verentur, ne verbum Dei propriis non vigoratum eſcis in eis deficiat. Quæcumque ergo reperiunt diſcipuli: his iugiter proponunt verbum alere, vt corroboratum, atque roboratum perſeueret penes eos, qui nutriunt ipſum. Quemadmodum autem corpora egentia cibo, neque eiſdem aluntur,neque eadem quantitas ciborum cunctis ſufficiens eſt, ſic intelligendum eſt,& in his quæ ſunt ſupra corpus. nam horum hoc quidem plurimi,hoc autem paucioris indiget nutrimẽti diſſimilis capedinis entia. Sed neque qualitas alentium verborum,atque intentionum contemplatiuarum operationum eadem congruit omnibus. Nam nuper geniti infantes,rationale appetunt lac:perfectorum autem eſt ſolidus cibus. Veridicus eſt ergo Ieſus dicens. {Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.}Semper enim qui præeſt infimis,ac nequeuntibus eadem cum validis videre,hoc dicere poteſt.

Homil.33. h ¶ CHRY. Quæ ſit voluntas patris de cætero interpretatur,dicens. {Nonne vos dicitis,quòd adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis venit? THEO. Scilicet materialis. Ego autem dico vobis,quòd meſſis intelligibilis adeſt: hoc enim dicebat propter Samaritanos venientes ad ipſum. vnde ſubdit. { Leuate oculos veſtros,& videte regiones quia albæ ſunt iã ad meſſem.} Ho.eadem. CHRY. Rurſus conſuetis nominibus ad maximorum eos contemplationem reducit. Regio enim & meſſis hic indicat multitudinem animarum,quæ paratæ ſunt ad prædicationis ſuſceptionem, oculos autem hic dicit & eos qui mentis, & eos qui corporis: etenim videbant de reliquo multitudinem Samaritanorum venientem. Has autem præparationes hominũ decenter regiones albatas vocat,ſicut enim ſpicæ cũ dealbatæ fuerint ad meſſem ſunt paratæ, ita & hi ad ſalutem ſunt parati. Sed propter quid non manifeſte dicit, quód præparati ſunt homines ad ſuſceptionem verbi? Duarum quidem occaſionum gratia,vnius quidem vt manifeſtior fiat ſermo,& magis ante oculos ponat quæ dicuntur: alterius autem dulcior ſit narratio, & permanentior eorum quæ dicuntur memoria. Tract.15. AVG. In opꝰ aũt feruebat,& operarios mittere feſtinabat.

A vnde ſubditur. {Et qui metit,mercedem acci. & congre.fructum in vitã æternam, vt & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.} Ho. eadem. CHRY. Per ea q̃ dicit, diuidit terrena a cœleſtibus: ſicut enim ſupra dixerat de aqua, quòd qui bibit hanc aquam, non ſitiet, ita hic dicit. { Qui metit congregat fructum in vitam æternam, & iterum: Qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit.} Prophetæ enim ſunt qui ſeminant, ſed non illi meſſuerunt, ſed Apoſtoli, quia enim infra dicet, quòd alius ſeminat, & alius metit, ne quis æſtimet, quòd Prophetæ ſeminantes mercede priuentur, extraneum quiddam inducit, & a ſenſibilibus alienum: nam in rebus quidem ſenſibilibus: ſi contingat alium ſeminare, & alium metere, non ſimul lætantur, ſed dolent, qui ſeminant quaſi aliis laborantes, lætantur autem ſoli, qui metunt: hic autem non ita: ſed & qui non metunt ſeminantes, ſimul cũ metentibus lætantur, qm̃ in mercede coĩcant. Tra.eodem AVG. Diſparis.n.temporis labores habuerunt Apoſtoli, & Prophetæ: ſed gaudio pariter perfruentur, mercedem ſimul accepturi ſunt vitam æternam. Hom. eadẽ. CHRY. Ad hoc autem quod dixerat ſermonem prouerbialem inducit. vnde ſubdit. { In hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Hoc quidem vulgariter dicebatur, ſi quando alii labores ſuſtinuerunt, & alii fructus metebant. Sed & hic ſermo iſte maxime habet veritatem, quia Prophetæ laborauerunt, ſed vos fructus C ex illorum laboribus metitis. vnde ſubdit: { Ego miſi vos metere,quod vos non laboraſtis. Tract.eodẽ. AVGVSTINVS. Quid ergo meſſores miſit,non ſeminatores? Ibi ergo meſſores mittendi, vbi iam Prophetæ prædicauerant, legite labores illorum, & in omnibus eorũ laboribus eſt prophetia Chriſti: ergo in Iudæa meſſis parata erat, quando tot millia hominum precia rerum ſuarum offerebant, & ad pedes Apoſtolorum ponentes expeditis humeris a ſarcinis ſæcularibus, Chriſtum dominum ſequebantur: de ipſa meſſe eiecta ſunt pauca grana, & ſeminauerunt orbem terrarum, & ſurgit alia meſſis, quæ in fine ſæculi metenda eſt,ad quam metendam non Apoſtoli, ſed Angeli mittentur. Meſſores,inquit,ſunt Angeli. Ho. eadem. CHRY. Dicit ergo: { Ego miſi uos metere quod vos non laboraſtis. } quaſi dicat. Vbi minor labor eſt,maior autem delectatio, ad hoc vos reſeruaui, & quod laborioſius erat, hoc fuit Prophetarum,ſcilicet mittere ſemina. vnde ſubdit. {Alii laborauerunt, & vos in labores eorũ introiſtis.} D Per hæc omnia vult oſtendere,quòd Prophetarum voluntas erat vt homines ad eum accederent. Et hoc lex ordinabat: & propterea illi ſeminauerunt, vt hunc facerent fructum. Oſtendit etiam quòd ipſe illos miſit,& quòd multa eſt cognatio noui ad vetus teſtamentum. Tomo.13. ORIG. vel aliter totum: qualiter quidem non eſt inconueniens hoc quod eſt. { Leuate oculos veſtros. } allegorizare. Quod autem dicitur. {Nonne vos dicitis quoniam quatuor menſes ſunt,& meſſis venit?} non ſecundum allegoricam tractare. Putamus ergo talia quædã eſſe in hoc, qđ dicunt diſcipuli. Quatuor menſes ſunt & meſſis venit. Plerique enim diſcipulorum,uerbi animaduertentes ueritatem incompræhenſibilem fore humanæ naturæ,quando coniecerunt aliam eſſe uitam a preſente,que corruptioni quatuor elementorũ quaſi quatuor menſium ſubiicitur: putant ſolum poſt hanc uitã cognitionem eſſe ueritatis. Dicunt igitur diſcipuli de meſſibus,quę ſunt terminus operum ad ueritatem conducentium,quia poſt inſtantem quaternitatem contingunt: huiuſmodi autem opinionem arguens uelut non ſanam,inquit uerbum incarnatum his,qui talia ſuſpicantur. E Nonne uos dicitis,quia adhuc quatuor menſes ſunt,& meſſis uenit? {Ego autem hoc dico. Leuate oculos ueſtros.} In pluribus locis ſcripturę diuinę hoc legitur: iubente nobis uerbo diuino extollere, ac ſublimare conſiderationes, & cogitationes deorſum conſiſtẽtes,nec ualentes erigi,niſi eleuãtes illas Ieſu. Nemo enim conſiſtens in paſſionibus & uiuens carnaliter,hoc propoſitum ſeruat mandatum. quapropter qui talis eſt, non uidebit regiones, ſi albę ſunt ad meſſem: albeſcunt quidem regiones ad meſſem, cum adeſt uerbum illuſtrans ſingulas regiones ſcripturę fœcundans in eius aduentu, & etiam omnia ſenſibilia ſunt quaſi regiones albę paratę ad meſſem: pręſto exiſtente leuantibus oculis ratione, quę de quolibet eſt, ut quiſquis fulgorem proſpiciat profuſę ubilibet ueritatis. Qui autem metit pręſdictas meſſes, duplex habet in metendo emolumentum: unum quidem, dum accipit pręmium. unde dicitur. { Et qui metit, merce-

mercedem accipit, quod arbitror dictum causa futurarum remunerationum. Alterum quod sequitur. { Et congregat fructum in vitam æternam. Bonum habitum quendam denotat intellectus, qui est fructus ex ipsa speculatione prouenieus. Arbitror autem quòd in qualibet doctrina seminat quidem, qui principia excogitat, quæ suscipientes alii, ac pertractantes siquid noui potuerũt exprimere coniungẽtes sunt suæ inuentionis gratia: posteris causa, vt metendo quasi maturos fruct⁹ aggregent, quanto autem magis hoc in arte artium expedit cõtemplari. Siquidem seminãtes sunt Moyses, & Prophetæ præuenientes aduentum Christi: metentes autem sunt Apostoli qui Christum susceperunt, & gloriam eius perspexerunt. Semen autem erat tota ratio secundum reuelationem mysterii temporibus præteritis obfuscati silentio: regiones autẽ, idest legales, propheticę scripturæ nundum albuerant his, qui aduentus verbi nequaquam extiterunt capaces. Quod autem simul serens, & metẽs gaudeat, erit, cum priuatio mœroris, & angustię in futuro fiet sæculo: dum etiam Iesus transfiguraretur in gloria, simul cum messoribus Petro, Iacobo, & Ioanne, Moyses, & Helyas satores pariter gaudent in videndo filii Dei gloriam. Attende tamẽ si hoc, quod dico aliàs & aliàs intelligi potest, propter aliam & aliam vitæ conuersationem, in qua homines iustificati sunt, vt liceat dicere alium quidem legis cultorem: alium vero euangelii: & tamẽ exultant simul dum idem finis ab vno Deo per vnum Christum in vno spiritusancto reponitur. Ad labores autem Prophetarum, & Moysi aduenerunt Apostoli instruente Iesu, metentes, ac in horrea colligentes animæ suæ intellectum in scripturis illorum reconditum, & semper qui debite capiunt disciplinam, priorum labores ad maiorem euidentiam trahunt: non tantum laborantes sunt hi qui semina condiderunt.

laborastis. Alii laborauerunt. & vos in labores eorum introistis. i Ex ciuitate autem illa, multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis, q̃a dixit mihi omnia quęcumque feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et mansit ibi duos

[To.13.ĩ Io.] i ¶ ORIG. Postquàm dicta sunt discipulis, quæ tractata sunt, resumit scriptura de his, qui venerant de ciuitate ad Iesum, & crediderant per testimonium mulieris. [Hom. 33.] CHRY. Sicut autem in messe cum facilitate fructus congregantur, & in momento vno area manipulis repletur: ita & nunc fit. vnde dicitur. { Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibẽtis, quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Considerabant enim, quòd nequaquam mulier gratanter eum admirata esset, qui eius delicta redarguerat, nisi magnus quis esset, & excellens, qui prædicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credentes, & nullum signum videntes exierunt depræcantes Christum vt apud eos maneret, & hoc est quod sequitur. Cum ergo venissent ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Iudæi vero miracula videntes, non detinuerunt eum apud seipsos, sed omnia egerunt, vt a regione eorum eum abiicerent, nihil enim liuore, & inuidia deterius nihil inani gloria difficilius, quæ infinita corrumpere consueuit bona. Et quidem Samaritani volebant eum semper secum detinere: ipse autem hoc non sustinuit, sed solum mãsit ibi duobus diebus. & post [Ibidem] hæc quod subditur: { Et mansit ibi duos dies. ORIGE. Non incongrue autem aliquis illud obiiciet, quomodo rogatus Saluator cum Samaritanis manet, qui iussit ciuitatem Samaritanorũ non ingredi. Palam enim, quoniam & discipuli eius cum eo ingressi sunt. Ad quod dicendum, quòd in viam gentium pergere, est imbui Gentili dogmate, & in illo ambulare. Ciuitatem vero Samaritanorum intrare est acceptare falsam doctrinã recipientiũ legales, propheticos, & euãgelicos, & apostolicos sermones. Cum autem deseruerint propriam doctrinam, & venerint ad Iesum licet cum eis manere. [Hom.34.] CHRY. Et Iudæi quidem etiam signis visis incorrecti manserunt. hi autem & sine signis multam circa eũ fidem demonstrauerunt: solum enim verba audierunt. vnde sequitur. { Et multo plures crediderunt propter sermonẽ eius. Cuius igitur gratia hæc verba non dicunt Euangelistæ? vt discas, quoniam multa magnorum transcurrerunt, a fine vero totum ostenderunt: suasit enim toti ciuitati, per ea quæ dicta sunt. Vbi autem auditores non persuadentur: tunc Euangelistæ coguntur dicere ea quæ dicta sunt, ne quod est ex in deuotione auditorum, imputet quis defectui prædicantis: ipsi autem discipuli Christi iam facti, magistram repulerunt. vnde sequitur. { Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere Saluator mundi. Vide autem qualiter confestim intellexerunt, quòd orbem terrarum liberare ve-

F nerat, & quòd ad communem salutem veniens, non debebat in Iudæis suam concludere prouidentiam, sed vbique seminare sermonem. Dicentes etiam, quòd est Saluator mundi, ostenderunt quòd mundus perditus erat, in magnis malis existens, & quidem venerunt saluare Prophetæ, & Angeli, sed hic est vere Saluator, qui salutem tribuit, non solum temporaneam, sed æternam. Vide etiam qualiter audientes mulierem dubitãter dicentem. Nũquid hic est Christus? non dixerũt hi, Quoniam nos suspicamur, sed quoniam scimus, & non simpliciter, sed quoniã hic est vere Saluator mũdi: non quasi vnum ex multis Christum confitentes: solum verba audierunt, & hoc dixerunt quod dicere habebant si miracula multa & magna vidissent. [Ibidem.] ORIGE. Cæterum si meminimus prædictorum, non difficile est coniicere quomodo cum reppererint verbum syncerum, alias disciplinas relinquunt quasi dogmatum ciuitatem, de qua ægredientes salutifere credunt: & puto studiose protulisse Ioannem, cum non dixit: Rogabant eum Samaritani intrare tantũ Samariam, vel ingredi ciuitatem, sed etiam ibi manere. Manet namque Iesus penes depræcantes, & præsertim quoties qui præcantur exeunt ciuitatem & versus eum veniunt. [Tract.15.] AVGVST. Manet apud eos biduo, hoc est dat illis duo præcepta charitatis. [Ibidem] ORIG. Neque enim capaces erant tertiæ diei eius, non enim erãt auidi miraculosum quid cernere, quale qui fuerant in Chana Galileæ post triduum cum Iesu conuiuantes. Initium autem credendi multis fuit mulieris verbum. non enim sic per seipsum verbum conficitur illuminans capientem, velut cum alterius dicto sibi testimonium perhibetur. [Tra.eodem.] AVG. Sic ergo Christum cognouerunt primo per famam, postea per præsentiam, sicut agitur hodie cum eis, qui foris sunt, & nondum sunt Christiani: Christus nunciatur per Christianos amicos tamquam illa mulier. hoc est ecclesia nunciante ad Christum veniunt, credunt per istam famam, & multoplures & firmius in eum credunt, quoniã vere ipse est Saluator mundi. [Ibidem] ORIGE. Impossibile est namque eandẽ circa intellectum fieri passionem videnti, & ei, qui per videntem instruitur, magisque est per speciẽ ambulare quàm per fidem, vnde hi non solum testimonio hominis, sed ob ipsam quoque veritatem credunt.

dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi. k Post duos autem dies, exiit inde, & abiit in Galilæam. G Ipse enim Iesus testimonium

k ¶ ALCVINVS. Post biduum quod fecit in Samaria, abiit in Galilæam, vbi nutritus fuerat. vnde dicitur. { Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. [Tract.16.] AVG. Mouet autem nos cur Euangelista dixerit consequenter. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. Magis enim videtur attestari potuisse, quòd Propheta in patria sua honorem non habet si cõtemneret pergere in Galilæam, & in Samaria remansisset. Hoc ego sentio, in Samaria biduum fecit, & crediderunt in eum Samaritani, tot dies fecit in Galilæa, & non crediderunt in eum Galilæi, & propter hoc dixit, quòd Propheta in patria sua honorem non habet. [Ho.eadem.] CHRY. vel aliter: ideo hoc adiectum est, quia non in Capharnaum abiit, sed in Galilæam, & in Chana, vt infra dicetur, ego enim patriam eũ hic æstimo dicere Capharnaum, quoniam autem non potitus est illic honore, audi eum dicentem. Et tu Capharnaum, quæ vsque ad cœlum exaltata es, vsque ad infernum descendes. Dicit autem hic patriam propriam, in qua videtur plus conuersatus. THEO. vel aliter, quia dominus exiens de Samaria, venit in Galilæam, ne aliquis dubitaret, & quæreret, qua de causa non semper in Galilæa maneret, dicit, quòd propter hoc non manebat in Galilæa, quia nullum ibidem recipiebat honorem, quod ipse testatus est dicens, quia Propheta in sua patria, non habet honorem. [Ibidem] ORIGE. Perscrutanda est autem huius dicti sententia. Patria siquidem Prophetarum in Iudæa erat, & est non ignotum, quòd honorem a Iudæis nequaquam sunt consecuti: iuxta illud. Quemnam Prophetarum non persecuti sunt patres vestri? Miranda etiam occurrit huius decreti veracitas: cum peruenerit non tantum ad sanctos Prophetas vilipensos a propriis, & ipsum dominum nostrum, sed protensa sit etiam in quosdam prophetiæ sequaces contemptos a suis ciuibus, & ad mortem deductos. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur? nonne videmus & apud suos multos in admirationem deductos? ita quidem, sed ab his, quæ raro contingunt non oportet talia pronuntiari. Sed & si in propria patria

patria aliqui honorantur: multo magis in aliena. Consuetudo.n. facile homines contemptibiles facere consueuit: quando igitur venit in Galilæam, susceperunt eum Galilæi. vnde sequitur. { Cũ ergo venisset in Galilæam exceperunt eum Galilæi. } Vides quoniam qui mali dicebantur, hi maxime ad Christum accedere ueniuntur. Nam propter Galilæos dicit: Interroga & vide, quoniã Propheta ex Galilæa nõ surrexit: propter Samaritanos autẽ improperabant ei: Samaritanus es, & dæmoniũ habes. Sed ecce Samaritani, & Galilæi credunt in cõfusionem Iudęorum. Inueniuntur autem & Galilæi Samaritanis meliores: nam illi quidẽ a mulieris crediderunt verbis: hi vero videntes signa, quæ faciebat. vnde sequitur. { Cum omnia vidissent quæ fe. Hieroso. in die festo. } [In Ioan.] ORI. Quòd enim dominus eiicit de templo vendentes oues, & boues: tam grande reperitur, vt his moti Galilæi reciperent dominum, considerantes, mirantesque maiestatem eius: non enim minor potentia eius ostenditur in his, quàm vt cæci videant, audiantque surdi. Aestimo vero, nec hæc sola ipsum tunc fecisse: sed & alia signa. BEDA. Sed vnde data est eis videndi occasio, ostendit subdens. { Et ipsi enim venerant ad diem festũ. } Mystice autem intimatur, ꝙ gentibus in fide a duobus præceptis charitatis consolidatis, Christus circa fines mundi reuertetur ad patriam, idest ad Iudæos. [Tomo.13. in Ioan.] ORIGE. Expedit autem Galilæum, idest transmigrantem festare Hierosolymis, vbi est templum Dei, & videre singula, quæ peragit ibi Iesus. Hoc enim est principium, vt Galilæi recipiant Dei filium euntem ad ipsos; alioquin vel non recepissent illum, vel etiã ipse nondum ipsis præparatis ad eius receptionem, adeo prope venisset ad eos.

perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. Cũ ergo venisset in Galilæam exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum. l Venit ergo iterum in Chana Galileę, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Iesus aduenirat a Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, descende priusquã moriatur filius meus: Dicit ei Iesus: B Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo

[Homil. 34.] l ¶ CHRY. Primo quidem dominus, vt supradictum est in Chana Galileæ venerat vocatus ad nuptias. Nuncautem ad eos vadit: vt magis eos attrahat, sponte ad eos veniens propria patria dimissa, & vt fidem a priori miraculo in eis inuitatum fortiorem faceret propter suam præsentiam. [Tract.16] AVG. Ibi enim quando aquam in vinum conuertit, crediderunt in eum discipuli eius, & vtique plena domus erat turbis conuiuantium, & factum est tam magnũ miraculum, & non crediderunt nisi discipuli eius: & ideo hanc ciuitatem modo repetiuit, scilicet vt qui per priora non crediderant modo credant. THEO. Rememorat autem nobis Euangelista miraculum perpetratum in Chana Galileæ de aqua conuersa in vinum, vt augeret Christi præconium, quia Galilæi non solum propter miracula Hierosolymis facta, sed & propter ea quæ apud ipsos facta erant, receperunt Iesum, simulque vt ostenderet, quòd Regulus credidit propter miraculum in Chana perpetratum, quàmuis eius non perfecte cognouerit dignitatem. vnde sequitur. { Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. ORIG. Putabit autem aliquis Regis Herodis hũc esse Regulum, & aliquis asserit hunc esse de familia Cæsaris, exercentem tunc temporis aliquid in Iudæa, neque enim dicitur ꝙ Iudæus fuerit. [Ho. eadem.] CHRY. Regulus autem dicit, aut quasi generis existens regalis, aut dignitatem aliquam principatus habens, aut q̃a sic vocabatur. Igitur quidam hunc eundem esse existimant Centurionem, qui est apud Matthæum. Ostendit autem alius esse ab eo. nam ille quidem Christum volentem ire ad suam domum, rogat remanere: hic autem & nihil tale promittentem, ad domum trahit. Et ille quidem ad Iesum de monte descendentem Capharnaum intrauit: hic autem ad Iesum in Chana venientem accessit. Et illius quidem puer a paralysi detinebatur: huius autem filius a febre. De hoc ergo Regulo subditur: { Hic cũ audisset, ꝙ Iesus aduenirat a Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, vt descen. & sa. fi. eius: incipie. enim mori. } [Ibidem.] AVG. Qui rogabat. nonne credebat? Quid a me expectas audire? dominum interroga q̃d de illo senserit. Sequitur enim: { Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa & prodigia vide. non cre. } Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate filii sui, qualis esset Christus quid esset quantum posset. Prodigiũ quidem appellatum est quasi porrodicium, quòd porro dicat: porro significet, & futurum aliquid portendat. [Lib.4.c.10.] AVG. de Con. Euange. Adeo autem dominus supra omnia mutabilia vult mentem credentis attollere, vt nec ipsa miracula, quæ quàmuis diuinitus de mutabilitate corporum fiunt, a fidelibus quæri velit. [Hom. 28.] GREGO. Sed mementote etiam quæ petiit, & aperte agno-

A scetis, quia in fide dubitauit. Poposcit namque vt descenderet, & sanaret filium eius. vnde sequitur: { Dicit ad eum Regulus: Domine descende priusquàm moriatur filius meus. Minus itaq; in illũ credidit, quem non putauit posse salutem dare, nisi præsens esset & corpore. [Ho. eadem.] CHRY. Audi etiã qualiter adhuc terrene} Christum trahit, quasi non posset eum post mortem suscitare: si autem non credẽs, venit & rogauit, nil mirabile. Consueuerunt enim patres ex multo amore non solum medicis loqui, de quibus confidunt, sed de quibus non cõfidunt, nihil volentes prætermittere eorũ, quæ ad salutem pertinent filiorum: si tamen valde crederet Christi virtutem, nõ neglexisset etiam in Iudæam ire. [Hom. eadẽ.] GREGO. Sed dominus qui rogatur vt vadat, quia non desit vbi inuitatur indicat, solo iussu salutem reddidit, qui voluntate omnia creauit. vnde sequitur. { Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. } Hic superbia nostra retunditur qui in hominibus non naturam, qua ad imaginẽ Dei facti sunt, sed honores & diuitias veneramur. Redemptor vero noster, vt ostenderet quoniam quæ alta sunt hominibus, sanctis despicienda sunt, & quæ despicienda sunt hominibus, despicienda non sunt sanctis, ad filium Reguli ire noluit, ad seruum Centurionis ire paratus fuit. [Ho.eadem.] CHRY. vel aliter: Illic quidem fides confirmata erat: iccirco & promisit ire, vt discamus viri deuotionem. C hic autem adhuc imperfectus erat, & nondum nouerat manifeste: quòd absens curare poterat. vnde ex hoc quòd non accedit Iesus, hoc addiscit. Sequitur enim: { Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. } Non tamen integre, neque sane. } [To.13.ĩ Io.] ORIGE. Ostenditur autem eius dignitas & officium ex hoc quòd seruientes illi occurrunt. vnde sequitur. { Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei, & nunciauerunt ei dicentes, quia filius eius viueret. } [Ho. eadem.] CHRY. Qui quidem obuiauerunt, non vt annunciarent solum, sed quasi æstimantes de reliquo superfluam esse Christi præsentiam, quẽ credebant accedere. Quòd autem Regulus non integre credidit neq; sane, ostenditur ex hoc quod sequitur. { Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Volebat enim scire: vtrum casu, vel ex præcepto Christi hoc factum esset. Sequitur: { Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Vide qualiter miraculum manifestum est: non enim simpliciter, neque vt contingit a periculo liberatus D est: sed repente & simul, vt appareat non esse ex naturæ consequentia quod fiebat, sed actione Christi. vnde sequitur. { Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus. Filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota. } [Trac.16.] AVG. Si ergo propterea credidit, quia nunciatum est ei, quòd filius eius esset sanus, & comparauit horam nunciantium horæ prænunciantis, quando rogabat, nondum credebat. BEDA. Vnde datur intelligi & in fide gradus esse sicut & in aliis virtutibus, quibus est initium incrementum, atque perfectio. Huius ergo fides initium habuit, cum filii salutem petiit: incrementum, dum credidit sermoni domini dicentis. { Filius tuus viuit. } Deinde perfectionem obtinuit nunciantibus seruis. [Tra. eodem] AVGVSTINVS. Ad solum sermonẽ crediderunt plures Samaritani, ad illud miraculum sola illa domus credidit vbi est factum. vnde subdit Euangelista. { Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam. E [Hom.35.] CHRY. Non sine causa hoc adiecit, sed ostendens quoniam secundo signo facto: nondum ad perfectionem Samaritanorum nullum signum videntium Iudæi peruenerunt. [In Ioan.13.] ORIG. Amphibologiam autem continet præsens dictum. vno enim modo denotat, quòd Iesus veniendo a Iudæa in Galilæam, duo fecit miracula, quorum secundum est factum erga filium Reguli. alio modo sic: Duobus existentibus signis, quæ Iesus in Galilæa exercuit, secundum egit veniens a Iudæa in Galilæam. & hic sensus verus est. Mystice autem, per hoc quòd Iesus bis in Galilæam accedit, binus Saluatoris aduentus in mundum ostenditur: primus quidem misericordiæ, vt vino facto conuiuas exhilaret: secundus vero, vt filium Reguli ad mortem pene deductum suscitet, idest populum Iudæorum, qui post plenitudinem Gentium accedet saluandus in fine. Magnus autem Rex Regum est, qui constitutus est a Deo in monte Syon sancto eius: huius qui viderunt diem, & gauisi sunt, Reguli dinoscuntur. Arbitramur igitur Regulum esse Abraham: ægrotum vero, filium eius: Israeliticum genus debilitatum

Universidad de Deusto Biblioteca

erga cultum diuinum: & ideo incaluit ignitis spiculis inimici, vt proinde febrire censeatur. Apparet autem, q̃ præcedentibus sanctis postquàm carnis exuerunt amictum populus fuit curæ. vnde legitur in Machabæis post mortem Hieremiæ. Hic est Hieremias Propheta Dei, qui plurimum orat pro populo: Abraham igitur obsecrat adiuuari a Saluatore populum infirmum, & quidem potestatis verbum de Chana prodit, vbi dictum est: Filius tuus viuit. Sed verbi efficacia in Capharnaũ agitur. nam ibi filius Reguli curatus est, quasi in agro consolationis morans, quod significat genus quoddam debilium: non tamen omnino fructibus priuatorum. Illud autẽ. {Nisi signa, & pdigia vi. nõ cre.} dictum illi refertur ad multitudinem filiorum suorum, & ad ipsum quodãmodo: sicut enim Ioannes expectabat datum sibi signũ. s. super quẽ videris spiritum descendentem, sic & p̃mortui sancti aduentum Christi in carnẽ, & signis & prodigiis manifestandum expectabant. Habebat autem hic Regulus non solum filium, sed etiam seruos, per quos significatur maneries quædam minus bene & infirme credentium, nec a casu hora septima deserit filium febris: nam septenarius numerus est quietis. ALCVI. Vel quia per septiformem spiritum est omnis remissio peccatorum. Septenarius enim in tria & quatuor diuisus significat sanctam Trinitatem, in quatuor anni temporibus, in quatuor mundi partibus, in quatuor elementis. ORI. Possunt quoque significari duo aduentus Christi verbi ad animã primus quidem ex facto vino præbens animæ gaudium spũalis cõ, uiuii. secundus vero, omnes languoris ac mortis reliquias amputans. THEO. Regulus autem est omnis homo: homo non solum quia regi vniuersorum propinquus existit secũdum animam, sed quia & ipse super omnia principatum sumpsit, cuius filius, idest mens febricitat voluptatibus prauis & desideriis. Accedit autem ad Iesum & deprecatur vt descendat, idest vt condescensu miseri cordiæ vtatur, & parcat peccatis priusquam a voluptatum infirmitate mortificetur. Sed dominus dicit: {Vade,} idest profectum continuum circa bonum ostendas, & tunc filius tuus viuet. Si autem ambulare cessaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicẽtes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua meli⁹ habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quę cognominatur hebraice Bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languẽtium, cæcorum, claudorum, aridorũ, expectantium aquæ motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidã homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem. & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languid⁹: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatũ tuum, & ambula. Et statim sanus factus est hõ ille. & sustulit grabatũ suum, & ambulabat. Erat aũt sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui sanabat aquarum natura: semper enim hoc fieret, sed in Angeli descensione. vnde sequitur: {Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua.} Sic enim & in baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cum spiritus sancti acceperit gratiam: tunc omnia soluit peccata. Angelus enim descendens turbabat aquam & sanatiuam imponebat virtutem, vt discant Iudæi quoniam multo magis Angelorum dominus omnes ægritudines animę sanare potest. sed tunc quidem infirmitas impedimentum volenti curari fiebat. Subditur enim: {Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.} Nunc autem vnusquisque accedere potest. non enim Angelus est, q̃ turbat aquã: sed Angelorum dominus, qui omnia operatur. sed etsi orbis terrarũ vniuersus veniat, gratia non consumitur, sed similis manet. sicut enim solares radii per vnamquamque illuminant diem, & non consumuntur, neque a multa largitione minor fit Solis lux, ita & multo amplius spiritus sancti actio in nullo minuitur a multitudine eorum, qui potiuntur ea, Hoc autem fiebat. s. vt vnus tantum post motionem aquæ sanaretur, vt qui didicerant quoniam in aqua ægritudines corporis sanabantur, in hoc per multum tẽpus exercitati, facile crederent q̃ & ægritudines animę aqua sanare potest. AVG. Plus est autem, quòd Christus vitia sanauit animarum, quàm quòd sanauit languores corporum morituorum: sed quia ipsa anima non eum nouerat, a quo sananda erat, & oculos habebat in carne, vnde facta corporalia videret, & nondum habebat in corde, vnde Deum latenter cognosceret, fecit quod videri poterat, vt sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus est locum, vbi iacebat multitudo languentium, de quibus elegit vnum, vt sanaret, de quo subditur. {Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.} CHRY. Non autem confestim eum a principio sanauit, sed primum eum familiarem sibi facit per interrogationem futuræ fidei faciens viam. Non autem expetit fidem, vt in cæcis fecit dicens. Creditis quia possum hoc facere? quia hic nondum nouerat eum manifeste quis esset. Nam illi quidem ex aliis eius virtutem cognoscentes, conuenienter hæc audierant. Alii vero nondum eum cognoscentes, sed per signa eum cogniturí post miracula requiruntur de side. vnde sequitur. {Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia multum iam tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?} Non hoc quærit, vt discat: hoc enim superfluum esset, sed vt ostenderet istius patientiam, qui triginta & octo annos habens, per vnumquemque annum eripi ab ægritudine expectans, assidebat, & non desistebat. Et vt cognoscamus propter quam causam dimittens alios, ad hunc venit, & non dicit. Vis, te curabo? nondum enim ali quid magnum imaginabatur ille de Christo. non autem turbatus est ad interrogationem, neque dixit, iniuriari mihi uenisti, quando interrogas si volo sanus fieri, sed mansuete respondet. Sequitur enim. {Respondit ei languidus: Domine, hominem nõ habeo, vt cum tur. fu. aqua mit. me in pisci. dũ venio enim ego, alius ante me descendit.) Non nouerat quis esset, qui interrogabat, neque quòd curaturus esset eum. Opinabatur autem fortasse vtilem sibi fore Christum ad mittendum eum in aquam. sed Christus ostendit, quòd verbo omnia potest facere. vnde sequitur. {Dicit ei Iesus: surge, tolle grabatum tuum & ambula.} AVG. Tria dixit, sed surge, non operis imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem duo imperauit: Tolle grabatum tuum, & ambula, CHRYSOSTOMVS: Intuere diuinæ sapientiæ superabundantiam, non solum sanat, sed & lectum portare iubet, vt & credibile faceret miraculum, & nullus existimet phantasiã esse quod factum est. Non enim nisi certissime, & vehementer compacta

Hom. 13.

Lib. 4. c. 10.

Hom. 35.

Ho. eadem.

G

H

I

K

Hom. 36.

Trac. 17.

Ibidem

compacta essent membra, lectulum ferre possent. Audiens autem languidus, quoniam cum potestate & velut iubens dixit. Surge tol le grabatum tuum, non derisit dicens. Angelus descendit & turbat aquam, & solum vnum curat. Tu autem homo existẽs ex solo præcepto, speras te magis angelis posse: sed audiuit & non discredidit ei qui iussit, & sanus factus est, vnde sequitur. {Et statim sanꝰ factus est homo, & sustu. graba. su. & ambulauit.} BEDA. Multum quippe inter sanationem domini, & quæ a medicis infertur distare probatur, hæc videlicet voce iubentis & mox impletur. Illa vero per multa temporis interualla aliquoties perficitur.

Hom. 36. CHRY. Igitur mirabile quidem est hoc, quæ autem sequentur multo maiora erunt. nam in initio quidem nullo molestante suaderi non ita mirabile est, sicut quod post insanientibus Iudæis & accusantibus, Christo obediuit, vt ostendit euangelista consequẽter dicens: {Erat autem sabbatum in illo die: dicunt ergo Iudæi illi qui sanus fuerat factus, sabbatum est, non li. ti. tol. graba. tuum.} AVG.

Tracta. 17 Non calumniabantur domino, quia sanum fecerat sabbato, quasi eis respondere posset, quia si cuiusquam iumentum in puteum cecidisset, vtique die sabbati erueret illud & saluaret: sed qui portabat grabatum suum: quasi dicat, si sanitas non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? sed ille authorem sanitatis suæ obiiciebat calumniatoribus. vnde sequitur. {Respondit eis, qui me sanum fecit ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula.} q. d.

Hom. 16. quare nõ acciperem iussionem a quo acceperam sanitatẽ? CHRY. Nimirum si malignari vellet, portat dicere: Si crimen est, accusate eum qui iussit & deponam lectulum: sed & curationem vtique occultasset. Etenim sciebat non ita eos id reprehendere ex sabbati solutione, sicut ex infirmitatis sanatione: sed neque hoc occultauit, neque veniam petiit: sed clara voce beneficium confessus est, illi vero maligne interrogauerunt, vnde subditur. {Interrogauerũt ergo eum: quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum & ambula? Non dicunt: Quis est qui fecit te sanum: sed in medium induc unt id quod transgressio æstimabatur. Sequitur: {Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset, Iesus autẽ declinauit a turconstii. in loco.} Et primum quidem vt eo absente testimonium insuspicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat sanitatem idoneus erat beneficii testis. demum vt non plus faceret furorem illorum accendi. Solus enim visus eius cui inuidetur, non paruam inuidentibus immittit scintillam, propterea discedens, permisit ab ipsis suum factum examinari. Quidam estimant hunc paralyticum esse eũ qui in Matthæo positus est: sed non est. Ille enim multos habebat sui curam habentes & eum ferentes, hic autem nullum. Sed & locus vtro

Trac. 17. runque diuersus est. AVGV. Si quidem mediocri corde & humano ingenio consideremus hoc miraculum facientem, qđ ad pietatem pertingit non magnum aliquid fecit, & quod ad benignitatẽ parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus est, cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendũ est, nisi quia potestas illa & bonitas magis agebat quid animæ in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, q̃ quid pro temporali salute corporis mererentur? In illis enim factis quicquid tẽporaliter sanatũ est, in membris mortalibus in fine defecit, anima quæ credidit, ad vitam æternam transitum fecit. Piscina illa & aqua illa populum mihi videtur significasse Iudæorũ, significari enim populus nomine aquarũ

In 5. c. Ioa. aperte nobis indicat Apocalypsis Ioannis· BEDA. Bene autem piscina probatica fuisse describitur. Ille enim populus ouis nomine significatur secundum illud Psalmi: Nos populus tuus & oues gregis tui. AVG. Aqua ergo illa, idest populus ille quinque libris Moysi tanquam quinque porticibus claudebatur: sed illi libri

Tract. 17 prodebant languidos non sanabant. Lex enim peccatores conuincebat, non absoluebat. BEDA. Denique multa genera languentium in eadem incurrunt, cæci scilicet, qui scientiæ lumine carent, claudi, qui ad ea quę iubentur implenda, vires non habent. Aridi, qui supernę dilectionis pinguedine carent. AVG. Venit autem

Tract. 17. Christus ad populum Iudæorum & faciendo magna. docendo vtilia turbauit peccatores, idest aquam præsentia sua, & excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Si enim cognouissent, nunquã gloriæ dominum crucifixissent. Subito enim videbatur aqua turbata, & a quo turbabatur non videbatur. Descendere ergo in aquã turbatam, hoc est humiliter credere in domini passionem. Ibi sanabatur vnus, significans ecclesiæ vnitatem, postea quisquis veniret non sanabatur, quia quisquis præter vnitatem fuerit, sanari nõ poterit: veh illis qui oderunt vnitatem, & parte sibi faciunt in hominibus. Habebat autem xxxviij. annos in infirmitate, qui sanatus est. Hic enim numerus ad languorem pertinet, magis quàm ad sanatus fuerat. Sabbatum est, nõ licet tibi tollere grabatum tuũ. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatũ tuum & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatũ tuum & ambula? Is autem qui sanatus fuerat effectus, nesciebat qs esset. Iesus enim declinauit a turba constituta in loco.

b Postea inuenit eum Iesus in templo & dixit illi, Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abiit ille homo & nunciauit Iudæis, quia Iesus erat qui fecit eum sanum. CHRYSOSTO. Non ita

nitatem. Quadragenarius enim numerus sacratus, nobis in quadam perfectione commendatur, quia lex in decem præceptis data est, & prædicanda erat per totum mundum, qui quatuor partibus commendatur. Denarius autem per quatuor multiplicatus ad quadragenarium peruenit, vel quia per euãgelium quod quatuor libros habet, impletur lex. Si ergo quadragenarius numer⁹ habet perfectionẽ legis, & lex non impletur nisi gemino pcepto charitatis, quid miraris, quia languebat qui 40. min⁹ duos hẽbat? necessari⁹ erat illi homo ad sanitatẽ. Sed homo ille, qui & deus est, & quia illum iacentem duobus minus inuenit, quia duo quædam iubendo, quod minus erat impleuit. In duobus enim domini iussis duo præcepta significata sunt charitatis. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi, proximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Dicit ergo. {Tolle grabatum tuum,} quasi diceret, Cum esses languidus portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum. Dicit etiam {Ambula.} Sed quo iter agis nisi ad dominum deum tuum? BEDA. Quid enim est dicere. Cap. 5. numero 30. {Surge & ambula,} nisi a torpore & ignauia in quibus prius iacebas erigere, & in bonis operibus proficere ſtude? Tolle grabatũ tuum, idest, proximum tuum a quo portaris, & ipse patienter tolera. AVGVSTIN. Porta ergo eum cum quo ambulas, vt ad eum peruenias cum quo manere desideras. Ille autem nõdum Iesum nouerat, quia & nos credimus in eum, quem nõ videmus, Trac. 17. & ut non videatur declinata turba. Quadam solitudine intẽtionis vẽ deus, turba strepitum habet, visio ista secretum desiderat.

b ¶ CRYSOSTO. Curatus homo non secessit ad nundinas, neque voluptati, aut vanæ gloriæ dedit seipsum, sed in tẽplo conuersabatur, quod maxime religionis est signum, vnde dicitur. {Postea inuenit eum Iesus in templo.} AVGVST. Domi- Tract. 17. nus quidem Iesus, & in turba eum videbat & in tẽplo. Ille autem languidus Iesum in turba non agnoscit, in templo agnoscit in loco sacrato. ALCVINVS. Quia si gratiam conditoris cognoscere volumus, & ad eius visionem venire, fugienda est turba cogitationum & affectuum prauorum, declinanda sunt prauorum conuenticula, fugiendum est ad templum, vt nosipsos templũ dei studeamus facere, quos deus inuisere & in quibus manere dignetur. Sequitur. Et dixit illi {Ecce sanus factus es iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. CHRYSOSTO. Hom. 37. Vbi prius diximus q̃ ex peccatis ei nata est hæc ægritudo, quia enim sæpius animam in nobis ægrotantem insensibiliter habemus, corpus autem & si paruam susceperit lęsionẽ, omne facit studium vt ab infirmitate liberemur. Propterea Deus punit corpus pro his quæ anima deliquit: secundo vero q̃ verus est gehennæ sermo: tertio q̃ longum est & infinitum supplicium. Dicunt. n. quidam. Numquid quia in breui temporis momento adulteratus sum, immortaliter crucior? vide q̃ hic tanto tempore pro peccatis cruciabatur, non enim temporis mensura peccata iudicantur, sed ipsa delictorum natura. Cum his autem & illud discimus, q̃ si grauem sustineamus pœnam pro prioribus peccatis, deinde in eadem inciderimus, grauiora patiemur, & hoc decenter, qui enim neque supplicio factus est melior vt insensibilis de reliquo & contemptor, ad maius ducetur tormentum, si autem hic non omnes pro peccatis torquentur, non cõdemnamus. Nihil enim nos hic pati pro peccatis signum est maioris illic futuri supplicij, non autem omnes ægritudines sunt ex peccatis, sed plures. Quędam enim & a pigritia fiunt, quædam propter probationem, sicut in Iob, sed propter quid paralytico huic Christus de peccatis mentionem fecit? Quidam huic paralytico detrahẽtes, dicũt eum Christi fuisse accusatorem, & propter hoc hæc audisse, quid igitur dicent de paralytico qui est apud Matthæum? etenim & illi dictum est. Dimittuntur tibi peccata tua, neque etiam Christus hunc incusat de præteritis, sed ad futurum eum munit solum. Alios igitur curans peccatorum non meminit, quia his paralyticis ex peccatis ægritudines sunt factæ, aliis autem ex infirmitate naturali, vel per hos reliquos omnes admonet. Cum his autem & illud est dicere, quoniam multam vidit inesse animæ huius patientiam, & vt valentem susciperе admonitionem eum admoneт. Tribuit autem signum ei propriæ deitatis, dicendo enim. Non amplius pecces, ostendit se scire omnia quæ ab eo facta erant delicta. AVGVS. Tract. 17. Nunc autem ille postea quàm vidit Iesum, & cognouit eum authorem salutis suæ, non fuit piger in euangelizando quem viderat, vnde sequitur. {Abijt ille homo & nunciauit Iudæis, quia Iesus erat qui fecit eum sanum. CHRYSOSTO. Non ita Hom. 17 insensibilis erat, vt post tantũ beneficium & admonitionem maligna

Universidad de Deusto Biblioteca

ligna mente hoc dicat. Si enim detrahere vellet, sanitatem tacens transgressionem dixisset, sed hoc non fecit: non enim dixit, quoniam Iesus est qui dixit. {Tolle grabatum tuũ.} quod videbatur Iudęis crimen esse, sed dixit. Quoniam Iesus est qui me sanum

Tract.17. fecit. AVGVSTINVS. Sic igitur ille annunciabat, & illi insaniebant. vnde sequitur. {Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hoc faciebat in Sabbato.} Manifestum .n. opus corporale factũ erat ante oculos Iudæorum, non sanitas corporis, sed deportatio grabati, quæ non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas.

ciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbato. Iesus autem respondit eis. Pater meus vsque modo operatur & ego operor. Propterea ergo magis quærebãt eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens Deo. c Respondit itaque Iesus & dixit eis. Amen amen dico vo-

Aperte ergo dicat dominus sacramentum Sabbati & signum obseruandi vnius diei ad tempus datum esse Iudæis. Impletionẽ vero ipsam sacramenti, in illo venisse cum sequitur. {Iesus autem respondit eis. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, q. d. Nolite putare, quia Sabbato ita requieuit pater meus, vt ex illo non operetur, sed sicut ipse nunc operatur sine labore, operor & ego, sed ideo dictum est, Deum requieuisse, quia iam creaturam nullam condebat postq̃ perfecta sunt omnia, quietẽ vero propterea appellauit scriptura, vt nos admoneret post bona opera quieturos. Et sicut Deus postq̃ fecit hominem ad imaginem & similitudinem suã, & perfecit omnia opera sua bona valde requieuit septimo die, sic & tibi requiem non speres, nisi cum redieris ad similitudinem in qua factus es, quam peccato perdidisti, & nisi cum bona fueris operatus.

Cap.11. AVGVST. 4. super Genesim ad literam. Dici ergo probabiliter potest, ad seruandum sabbatum Iudæis fuisse pręceptum in vmbra futuri, quæ spiritualem requiem significaret, quam Deus exemplo quietis suæ, fidelibus bona opera facientibus archana significatione pollicebatur. AVGVST. Super Ioannem. Erit enim sabbatũ huius sæculi cum transierint sex ætates quasi sex dies sæculi, tunc enim ventura est requies, quæ promittitur sanctis. AVGVSTINVS. 4. super Genesim ad literam. Cuius

Cap.12. etiam quietis ipse dominus Iesus mysterium sua sepultura confirmauit. Ipso quippe die Sabbati requieuit in sepulcro postquàm sexto die consummauit opera sua quãdo ait. Consummatum est. Quid ergo mirum si Deus istum diem quo erat Christus in sepultura quieturus, volens etiam hoc modo prænunciare ab operibus suis in vno die requieuit, deinceps operaturus ordinem sæculorum? Potest etiam intelligi, Deum requieuisse a condendis generibus creaturæ, quia vltra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsque nũc, & vltra operatur eorundem generum administrationem, quæ tunc instituta sunt, non vt ipso saltem die septimo potentia eius a cæli & terræ omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessaret, alioquin continuo dilaberentur. Creatoris namque potentia causa est subsistendi omni creaturæ, quæ ab eis quæ creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul & eorum cessaret species omnisque natura concideret, neque enim sicu t structuram ædium cum fabricauerit quis abscedit, atq; illo cessante stat opus eius, ita mundus vix ictu oculi stare potest, si ei Deus regimen suum subtraxerit, proinde quidem dominus ait. Pater meus vsque modo operatur cõtinuationem quandam operis eius, quæ vniuersam creaturam continet, atque administret, ostendit. Aliter enim posset intelligi si diceret. Et nunc operatur, vbi non esset necesse vt operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait. Vsque nunc ex

Tract. 17. illo scilicet quo cuncta cum cõderet operatus est. AVGVST. super Ioan. Ergo tamq̃ diceret Iudæis. Quid aliàs expectatis, persuadetis vt non opetur Sabbato. Sabbati dies vobis ad significationem meam præceptus est, opera dei attenditis, per me facta sunt omnia, operatus est pater lucem, sed dixit vt fieret, si dixit verbo operatus est, & verbum eius ego sum. Pater meus & nunc operatus est cum fecit mundum, & vsque nũc operatur, cum regit mundum, ergo & per me fecit cum fecit, & per me regit cum regit.

Homil. 37. CHRYS. Et quidem Christus cum discipulos excusare oportebat, Dauid conseruum eorum in medium ferebat. Quãdo vero de seipso erat accusatio, ad patrem refugit. Considerandum etiam ꝙ neque vt homo solum excusat, sed neque vt Deus solum, sed quandoque hoc, quandoque illo modo. Volebat enim vtrumque credi & condescensionis dispensationem & deitatis dignitatem. vnde hic æqualitatem sui ad patrem ostendit, & in dicendo eum patrem singulariter. Dicit enim pater meus, & in agendo eadem illi. Dicit enim, & ego operor. vnde sequitur. {Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat

Tract.17. Sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum. AVGVSTI. Non quocumque, sed quid æqualem se facit Deo, nam omnes dicimus Deo, Pater noster qui es ĩ cælis. Legimus & Iudæos dixisse.

F Cum tu sis pater noster. ergo non hic irascebantur, quia patrem suum dicebat Deum, sed ꝙ longe alio modo q̃ homines. AVGV Lib. 4. c.10
de consensu euang. Dicendo enim, pater meus vsque modo operatur, & ego operor, quòd ei esset æqualis voluit intelligi, consequens esse ostendens vt quoniam pater operatur, & filius operetur, quia pater sine filio non operatur.

Homil. 37. CHRYSO. Si vero non naturalis esset filius, nec eiusdẽ substantię, hęc excusatio maior accusatione esset. Non enim præfectus regalem legem transgrediẽs poterit effugere, si accusatus

G se excuset dicens, Quoniam & rex soluit legem. Sed quia par est dignitas filij ad patrem, propterea perfecta excusatio est, sicut igitur pater operans Sabbato absolutus est acrimine, ita & filius.

Tra.17. AVGVSTI. Ecce intelligunt Iudæi quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inæqualem dicunt filium patri, & inde hæresis pulsat ecclesiam.

Hom.37. CHRYSOST. Qui vero nolunt cum bona mente hoc suscipere, dicunt quòd Christus non fecit se æqualem Deo, sed Iudæi hoc suspicabãtur, sed ad hoc per ea quæ supradicta sunt superueniamus. Manifestum enim est, ꝙ Iudæi persequebantur Christum, & ꝙ soluebat Sabbatum, & ꝙ dicebat patrem suum Deum. vnde & quod conuenienter adiungitur.

Ante med. Aequalem se faciens Deo, adhæret præmissis in veritate. HYLA. 7. de Trini. Expositio enim euangelistæ causam demõstrantis cur dominum Iudæi interficere vellent.

Hom.37. CHRYSOSTO. Et iterum, si ipse hocipsum volebat astruere, sed Iudæi hoc inaniter suspicabantur, non dimisisset dominus eorum mentem in errore, sed correxisset, neque enim euangelista hoc tacuisset sicut supra

H de eo quod dictum est, Soluite templum hoc.

Trac.17. AVGV. Non tamen Iudæi intellexerunt Christum esse filium Dei, sed intellexerunt in verbis Christi, quia talis commendaretur filius Dei ꝙ æqualis esset Deo, quia ergo nesciebant, talem tamen prædicari agnoscebant. Ideo dicit. Aequalem se faciens Deo, non autẽ ipse se faciebat æqualem, sed ille illum genuerat æqualem.

Ante med. c ¶ HILA. 7. de Trini. Ad violati sabbati obiectum sibi reatum dixerat, Pater meus vsque modo operatur & ego operor, vt vsurpasse hoc ex authoritate intelligeretur exempli. Significans tamen hoc quod ipse ageret, patris opus esse intelligendum, quia ipse in se operaretur operante, & rursum aduersum eam inuidiã, ꝙ se Deo æquasset paterni nominis vsurpatione, volens & natiuitatem confirmare & naturæ virtutem profiteri, respondit. vnde dicitur. {Respondit itaque Iesus & dixit eis. Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.

Tract. 18. AVGV. Quidam qui Christianos se haberi

I volunt, Arriani hæretici dicentes ipsum filium Dei qui suscepit carnem, minorem esse q̃ pater est, capiunt ex his verbis causam calumnię & respondent nobis. Videtis quia dominus Iesus cum aduerteret Iudæos ex hoc moueri, quia patri Deo æqualem se faceret, talia verba subiunxit, vt se æqualem non esse monstraret, qui enim non potest, inquiunt a se facere quicq̃, nisi quòd viderit patrem facientem, vtique minor est, non æqualis. Sed si Deus erat verbum, & est Deus maior & deus minor, duos deos colimus, non vnum Deum.

Ante med. HILAR. 7. de Trini. Ne igitur exequatio illa per nomen naturamque filij, fidem natiuitatis auferret, ait filium a se nihil facere posse.

Tract. 18. AVGV. Tamquam diceret, Quid scandalizati estis, quia patrem meum dixi deum, & quia æqualem me feci Deo? ita sum æqualis, vt ille me genuerit, non vt ille a me, sed ego ab illo sum filius. Hoc est esse quod posse.

Tract.17. Quia ergo substantia filij de patre est, ideo potentia filij de patre est, quia ergo filius

Tract. 18. non est a se, ideo non potest a se. sic ergo non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, quia videre

K filij hoc est natum esse de patre, non alia visio est eius, & alia substantia eius, totum quod est, de patre est.

Ante med. HILA. 7. de Trinit. Vt autem maneret salutaris in patre & filio confessionis nostræ ordo, naturam natiuitatis ostendit, quæ potestatem efficiendi. non per incrementa indultarum ad vnumquodque opus virium sumeret, sed de cognitione præsumeret, præsumeret autem non de aliquo operis corporalis exemplo, vt quod prius pater faceret, id postea filius facturus esset, sed cum ex patre filius esset natus per virtutis, ac naturæ in se paternę conscientiam, nihil nisi quod patrem facientem vidisset, filium facere posse testatus est, non enim corporalibus modis Deus videt, sed visus ei omnis in virtute naturæ est.

Cap.1. AVGVST. 2. de Trini. Hoc autem si propterea dictum acceperimus, quia in forma accepta ex creatura minor est filius, cõsequẽs erit, vt prior pr̃ sup aquas ambulauerit, & cętera.

Tract.20. quæ filius in carne apparens inter homines fecit vt possit filius ea facere, quis autem vel delyrus ista sentiat? AVGV. super Ioan.

Ambulatio

Ambulatio tamen illa carnis supra mare a patre fiebat per filium. A
Quando enim caro ambulabat & diuinitas filij gubernabat, pater absens non erat cum filius dicat. Pater in me manens ipse facit opera: cum ergo dixisset. {Nõ potest filius a se facere quicquam.} Ne forte carnalis subreperet intellectus, vt faceret sibi homo quasi duos fabros, vnũ magistrum, alterum discipulum, vt quomodo ille fecit archam, iste facit alteram secutus ait. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Non ait. Quæcũque pater facit & filius alia similia facit, sed hæc eadem.

bis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. d Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & fili⁹ quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudiciũ dedit filio, vt omnes

Mundum pater, mundum filius, mundum spiritus sanctus. Si vnus Deus pater, & filius, & spiritussanctus, vnus mundus factus a patre per filium in spiritusancto. Hæc ergo eadem facit. Addit autem. Similiter, ne alius error in animo nasceretur. Videtur enim corpus hoc idem facere quod animus, sed non similiter, animus enim imperat corpori, corpus visibile est, animus inuisibilis, vt faceret aliquid seruus, iubente domino fecit, idem ab vtroque factum est, sed numquid similiter? Non ergo sic pater & filius, sed hæc eadem facit & similiter facit, vt intelligamus simili potentia facere filium eadem ipsa quæ facit pater. Aequalis igitur

Ante med. est patri filius. HILA. 7. de trini. Vel aliter. Omnia & eadem ad ostendendã naturæ virtutem locutus est. Est igitur natura eadem, cum eadem omnia posse naturæ sit. Vbi vero similiter per filium omnia eadem fiunt, similitudo operum solitudinem operantis exclusit. Hæc igitur est verę natiuitatis, & fidei nostræ intelligentia, quia sub vna hac significatione testantur, & similiter facta

Hom. 37. natiuitatem & eadem facta naturam. CHRYSOSTO. Vel C
aliter. Totum quod dicitur. A semetipso non potest filius facere quicquam, intelligendum est, quia nihil contrarium patri, nihil alienum ab eo facere potest. Ideo autem non dicit. Quoniam nihil contrarium facit, sed quoniam nõ potest facere, vt hinc ostendat indissimilitudinem & certitudinem parilitatis. Non enim imbecillitatem filii, sed multam eius virtutem ostendit hoc verbum, sicut enim cum dicimus. Impossibile est Deum peccare, non imbecillitatem eius accusamus: sed ineffabilem quandã virtutem eius testamur, ita cum dicit filius. Non possum a meipso facere quicq̃, hoc dicit, quoniam impossibile est eum facere aliquid contrarium

Cap.14. patri. AVGVSTINVS. Contra sermo. Arrianorum. Hoc autem non deficientis est, sed in eo ꝙ de patre natus est permanentis, tamq̃ laudabile est omnipotentem non posse mutari, q̃ laudabile est ꝙ omnipotens non potest mori. Posset enim filius facere, qđ non vidisset patrẽ facientem, si posset facere qđ per illum non facit pater, hoc est. Si posset peccare, neque naturæ immutabiliter D
bonæ quę a patre est genita conueniret. Hoc autem quia non po-

Hom.37. test, non deficienter non potest, sed potenter. CHRYSOT. His autem quæ dicta sunt attestatur quod sequitur {Quęcumq; enim ille fecerit, hęc similiter & filius facit.} Si enim per seipsum pater omnia facit, & filius per seipsum facit, vt hoc quod dicit, similiter maneat, vides qualiter intelligentia est excelsa, humilitatis autem verba: si enim humilius producit verba quædam non mireris: quia enim persequebantur eum excelsa audientes, & con

Tract.21. trarium Deo esse æstimabant, parum per verba remisit. AVG. Cum ergo dixisset & se eadem facere, & similiter, quæ facit pater subdit. {Pater enim diligit filium & omnia demonstrat ei quæcumque ipse facit} ad hoc quod supra dixit. Nisi quod viderit patrem facere, videtur pertinere & ꝙ omnia demonstrat ei quę ipse facit. Sed rursus mortalis cogitatio perturbatur. Dicet enim aliquis. Scorsum facit pater vt possit filius videre quod facit, velut E
si faber doceat filium artem suam, & demõstret ei quicquid facit, vt possit & ipse facere quod viderit patrem facientem. Cum ergo pater facit, filius non facit, vt possit videre filius quod pater facit, Porro si fixum atque inconcussum tenemus, quia per filium omnia pater facit, antequàm faciat demonstrat filio. Vbi etiam demonstrat filio pater quod facit, nisi in ipso filio per quem facit? si enim pater exempla faciat, & filius attendat manus patris quemadmodum faciat, vbi est illa inseparabilitas trinitatis? Non ergo faciendo demonstrat pater filio, sed demonstrando facit per filiũ. Videt enim patrem filius demonstrantem anteq̃ aliquid fiat, & ex demonstratione patris & visione filij fit, quod fit a patre per filium. Sed dices, ostendo filio meo, quod volo facere, & facit ipse atque ego per ipsum. Sed verba dicturus es ei filio tuo: sed ipse filius est verbum patris. Numquid ergo per verbum loqueretur ad verbum, an quia filius magnum est verbum, minora verba transitura erunt inter patrem & filium, & sonus aliquis & quasi creatura quædam temporalis exitura erat ex ore patris & percussura aurem filij? Remoue omnia corporalia, simplicitatem vide si sim-

plex es, si non potes cõprehendere quid sit deus, vel hoc comprehende quid non Deus sit, multũ proficies, si non aliud q̃ est senseris de Deo. In mente tua vide qđ volo dicere, in qua video memoriã & cogitationẽ, demõstrat memoria tua cogitationi tuę Carthaginẽ, & quod in illa erat, anteq̃ intẽderes cõuersę ad se cogitationi ostendit. Ecce facta est a memoria demõstratio, facta est in cogitatione visio & nulla verba in medio cucurrerũt. Nullum ex corpore signum datũ est, sed tamen omnia quæ ĩ memoria tenes, forinsecus accepisti. Pater quæ demõstrat B
filio, non accepit extrinsecus, intus totum agitur, quia nihil creaturarum esset extrinsecus, nisi pater hoc fecisset per filium, & eam pater demonstrando fecit, quia per filium videntem fecit. Sic ergo demonstrans pater filii visionem gignit, quemadmodum pater filium gignit. Demonstratio quippe generat visionem, nõ visio demonstrationem, quod si purius & perfectius intueri valeremus, fortassis inueniremus nec aliud esse patrem, aliud eius demonstrationem, nec aliud filium, aliud eius visionem. HILA. 7. de tri.

Non igitur per ignorationem credendus est vnigenitus Deus do Ante med.
ctrina demonstrationis eguisse. Demonstratio enim operum nihil aliud hic nobis præterq̃ natiuitatis fidem ingerit, vt subsistentem filium ex subsistente Deo patre credamus. AVGVSTI.

Videre enim patrem hoc est illi esse filium. Sic ergo demonstrat Trac.21.
pater omnia quæ facit filio, vt a patre videat omnia filius. Videndo enim natus est, & ab eo est illi videre a quo est illi esse, & natũ esse & permanere. HILA. 7. de trini. Neque autem incircum-

scripum se cælestis sermo egit, ne forte diuersæ naturæ significa- Ante med.
tio sub occasione dicti ambigui subreperet. Demonstrata enim potius opera patris esse ait domino q̃ ad operationem eorum naturam virtutis adiectam, vt demonstratio ipsa natiuitas esse doceretur, cui per dilectionem patris operum paternorum, quæ per eum effici vellet, esset cognata cognitio. AVGVST. Sed ecce

quem diximus patri coæternum videntem patrẽ & videndo exi- Tract. 21.
stentem, rursus nobis tempora nominat. Nam sequitur. {Et maiora his demonstrabit ei opera} Si autem demonstrabit, hoc est demonstraturus est, nondum demonstrauit, & tunc filio demonstraturus est quando & istis. Sequitur enim. {Vt vos miremini.} Et hoc difficile est videre, quomodo tamquàm temporaliter filio coæterno aliquando monstret æternus pater omnia scienti, quæ sunt apud patrem. Quę sint autem illa maiora facile est intelligere ex hoc quod subditur. Sicut enim pater susci. mor. &c. Maiora enim opera sunt mortuos suscitare, q̃ languidos sanare, sed D
qui pauloante loquebatur vt Deus, cæpit loqui vt homo. Demon

strabit enim quasi temporaliter homini facto in tempore opera Tract.23.
maiora, idest, resurrectionem corporum. Corpora enim resurgẽt per dispensationem humanam, sed animæ resurgent per substantiam Dei, participatione enim Dei fit anima beata, non participatione beatæ animę. Quomodo enim anima quæ inferior Deo est, id quod ipsa inferius est, hoc est, corpus viuere facit, sic eandẽ animam non facit beate viuere, nisi ꝙ ipsa anima superius est, scilicet Deus. Vnde & prius dictum est, ꝙ pater diligit filium & demonstrat ei quæ ipse facit. Demonstrat enim pater filio vt animæ suscitentur, quia per patrem & filium suscitantur, nec possunt viuere nisi earum vita sit Deus, vel nobis pater demonstraturus est non illi, propterea subiungit. {Vt vos miremini.} In quo exposuit quid voluit dicere. {Et maiora his demonstrabit ei opera.} Sed quare non dixit, Demonstrabit vobis, sed filio? quia & nos

membra sumus filij, & ipse discit quodammodo in membris suis, Tract. 21.
E quomodo & patitur in nobis: sicut enim dixit. Quod vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis, ita si interrogetur a nobis. Quando eris discens, cum tu doceas omnia? Respondet. Cum vnus ex minimis meis discit, ego disco.

d ¶ AVGVSTINVS. Quia dixerat ꝙ maiora his opera

pater demonstraturus est filio, quæ sint maiora prosequitur & di Tract. 21.
cit. {Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.} Plane maiora sunt ista, valde enim plus est vt resurgat mortuus q̃ vt cõualescat ægrotus. Non autem sic hoc intelligamus, vt alios a patre suscitari, alios a filio æstimemus, sed eosdem quos pater suscitat & viuificat, ipsos & filius suscitat & viuificat. Et ne quis diceret, Suscitat pater mortuos per filiũ, ille tamq̃ potens, iste tamq̃ ex aliena potestate, tamq̃ minister facit aliquid, potestatem filij signauit dicens. {Filius quos vult viuificat.} Tenete hic non solum potestatem filij, verum etiam & voluntatem. Eadem enim patris & filij potestas est & voluntas, non enim vult pater aliud q̃ filius, sed sicut illis vna substantia, sic vna

voluntas est. HILA. 7. de Trin. Velle quidem naturæ lebertas Ante med.
est,

Universidad de Deusto Biblioteca

Tract. 21. est, quæ ad perfectę virtutis beatitudinem, cum arbitrii voluntate in libertate subsistat. AVGVSTI. Sed qui sunt isti mortui, quos viuificat pater & filius? Vult nobis insinuare resurrectionē mortuorum quam omnes expectamus, non illam quam quidam habuerunt vt cæteri crederent, resurrexit enim Lazarus moriturus. Cum ergo dixisset: Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, ne intelligeremus illam mortuorum resurrectionem quam fecit ad miraculum non ad vitā æternam, secutus ait. Neque enim pater iudicat quemq̄ &c. vt ostendat quia de illa resurrectione mortuorum dixerat, quæ futura est in iudicio. Vel aliter de resurrectione animarum dictum est.

honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.
e Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vi-

Tract. 23. Sicut pater suscitat mortuos &c. De resurrectione autem corporum sic dicit: Neque enim pater iudicat quemq̄ &c. Resurrectio enim animarum fit per substantiam patris & filij, & ideo id simul operantur pater & filius: resurrectio vero corporum fit per dispēsationem humanitatis non patri coæternam. Sed vide quomodo Tract. 21. verbum Christi mentem nostram huc atque illuc ducit, vno carnis loco remanere non sinit, vt versando exerceat, exercēdo mundet, mundādo capaces reddat, capaces factos, impleat. Paulo enim ante dicebat, quia demonstrat pater filio quicquid facit, videbam quasi patrem facientem & filium expectātem: modo rursus video filium facientem patrem vocantem. AVGVST. 1. de Trini. Cap. 13. Non enim quod dicitur: Omne iudicium dedit filio, secundum illam locutionem dictum est, qua dicitur: Sic dedit filio vitam habere in semetipso, vt significaret quia sic filium genuit. Si enim sic diceretur, non vtique diceretur. Pater non iudicat quemquam, secundum hoc enim ꝙ pater æqualem genuit filium iudicat cum illo, secundum hoc ergo dictum est, ꝙ in iudicio non forma Dei, sed forma filii hominis apparebit, non quia non iudicabit, qui dedit omne iudicium filio, cum de illo dicat filius. Est qui quęrat & iudicet: sed ita dictū est: Pater non iudicat quemq̄, ac si diceret, Patrem nemo videbit in iudicio, sed omnes filium, quia filius hominis est, vt possit & ab impiis videri, cum & illi videbūt in quem pupugerunt. HILA. 7. de Trini. Circa med. Vel aliter, quia dixerat, Et filius quos vult viuificat, ne non natiuitatis videretur in se habere naturam, sed non natæ potius potestatis iure subsistere, continuo subiecit. {Neq; enim pater iudicat quemq̄, sed oē iudiciū dedit filio &c. Et in eo ꝙ oē iudiciū datū est, naturæ natiuitas demonstratur, q̄a & oīa habere sola natura possit indifferens, neq; natiuitas aliquid possit habere nisi datū sit. CHRY. Hom. 38. Sicut enim dedit vitam, i. genuit eum viuētem, ita dedit iudicium, i. genuit eum iudicem. Dedit enim, hic positum est, ne hunc ingenitum suspiceris, neque duos patres æstimes. Dicit autem: Omne iudicium, quia dominus est, & puniendi & honorandi vt voluerit. HILA. 7. de Circa med. Trini. Datum est enim ei omne iudiciū, quia viuificat quos vult. Neque adeptum patri iudicium potest videri, cum ipse non iudicet, quia filii iudicium ex iudicio est paterno. Ab eo enim datum omne iudicium est, sed dati iudicii causa non tacita est. Sequitur enim: {Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem.} Hom. 38. CHRYSOST. Ne enim audiens quoniam patrem habet authorem, dissimilitudinem substantiæ æstimes, & honoris minorationem, complicat honorem filii patris honori, eundem ostendēs esse honorem patris & filij. Sed numquid patrem eum dicemus? absit, qui enim patrem eum dicit, non adhuc filium vt patrem honorat, sed totum confundit. AVGVST. Et prius quidem filius videbatur vt seruus, pater honorabatur vt Deus, apparebit filius æqualis patri. {Vt omnes honorificent filiū suum sicut ho. pat.} Sed quid si inueniuntur qui patrem honorificant, & non honorificant filium? non potest fieri. vnde sequitur. {Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum.} Aliud est enim cum tibi commendatur deus, quia Deus est, & aliud cum tibi commendatur Deus, quia pater est. Cum tibi commendatur Deus creator, tibi commendatur omnipotens, spiritus quidem summus, æternus, inuisibilis, incōmutabilis. Cum vero tibi, quia pater est commendatur, nihil tibi aliud q̄ filius commendatur, quia pater dici nō potest, si filium non habet. Sed si forte patrem quidem honorificas tamq̄ maiorem, filiū tamq̄ minorem, ibi tollis honorem patris, vbi minorem das filio. Quid enim tibi aliud videtur ita sentienti, nisi quia pater æqualem sibi filium generare aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Trac. 23. Vel aliter: {Quod dicitur: Vt omnes honorificēt filium sicut honorificant patrem,} redditū est resurrectioni animarum quam sic operatur filius sicut pater, sed propter resurrectionem corporum subditur: {Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Non dixit sic: Honoratur enim homo Christus,

F sed non sicut pater Deus. Sed dicit aliquis: Missus est filius, & maior est pater, quia misit. Tracta. 21. Recede a carne, missionem audi, non separationem. Res humanæ fallunt homines, res diuinæ purgant, q̄q̄ & ipsę res humanæ dicant contra se testimoniū, velut si quis vxorem velit petere, & per se nō posset, amicum maiorem mittit qui eam petat. Et tamen attende q̄ sit aliud in rebus humanis. Nūquid enim hō pergit cum eo quem mittit? pater autem qui misit filium non recessit a filio, cū dicat: {Non sum solus, quia pater mecum est.} Cap. 20. AVGV. 4. de Trini. Non autē

tam æternam. Et in iudicium non venit, sed transiet a morte in uitam.
f Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint, viuent. Sicut

G eo ipso ꝙ de patre natus est, missus dicitur filius, sed vel eo ꝙ apparuit huic mundo, verbum caro factum est. vnde dicit: A patre exiui, & veni in hunc mundum. Vel eo ꝙ ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum est: Mitte illam vt mecum sit & mecum laboret. Circa med. HILA. 7. de Tri. Conclusa igitur sunt omnia aduersum hæretici furoris ingenia. Filius est, quia a se nil facit. Deus est, quia quæcumque pater facit, & ipse eadem facit, vnum sunt: quia exęquanē in honore. Non est pater ipse, quia missus est. e ¶ GLO. Quia dixerat ꝙ filius quos vult viuificat, consequenter ostendit qualiter per filium perueniatur ad vitam dicēs. {Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Trac. 22. AVGV. Quandoquidem in audiendo & credendo vita æterna est, multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis est fides, fidei fructus intellectus. Tract. 19. Et non dixit mihi: Sed credit ei qui misit me. Quare verbum audit tuum, & credit alteri: quid voluit dicere, nisi quia verbū eius est in me? Et quid est. Audit verbum meum, nō audit me? Credit autem ei qui misit me, quia cū illi credit, verbo eius credit, mihi H credit, quia verbum patris ego sum. Hom. 38. CHRYSOST. Vel non dixit: Qui audit sermones meos & credit mihi, æstimassent enim hoc esse tumorem & gloriationem verborum superfluam. Dicens autem: Credit ei qui misit me, susceptibilem faciebat suum sermonem. Ex duobus enim suum sermonem susceptibilem facit, & in hoc ꝙ patri creditur ab eo qui ipsum audit, & in hoc ꝙ multis bonis potietur. vnde sequitur: {Et in iudiciū nō venit.} Tract. 22. AVG. Sed quis est hic? Erit quisquam Paulo apostolo melior, qui ait, Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi. Aliquando ergo iudicium pœna dicitur, aliquando iudicium discretio dicitur. Ergo secundum iudiciū discretionis oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Secundum iudicium damnationis hic dicitur. In iudicium non veniet, idest, non venit in damnationē. Sequitur: {Sed transit a morte in vitam.} Non nunc transit, sed iam transiit a morte infidelitatis ad vitam fidei, a morte iniquitatis ad vitam iustitię. Vel aliter, ne putares credendo te non moriturum secundum carnem, scias te mortem quam debes supplicio I Adam persoluturum. Accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus, morte morieris. Nec potes euadere diuinam sententiam: sed cum persolueris mortem veteris hominis, suscipies vitam noui hominis, & transitum facies de morte ad vitam. Ad quam vitam? ad æternam. Resurrecturi enim in fine seculi, mortui in vitam æternam transibunt, vita enim ista nec vita nominanda est, quia non est vera vita, nisi quæ est æterna. AVGV. de Ver. do. Videmus autem homines amatores pręsentis vitæ temporalis, ac fiendæ, sic pro illa laborare, vt quādo veniat mortis metus, quicquid possunt faciant, non vt auferant, sed vt differant mortem. Si ergo tanto labore, tanta cura agitur vt aliquantulum plus viuatur, quomodo agendum est vt semper viuatur? Et si prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt, vt differant mortem & viuant paucos dies, quàm stulti sunt qui sic viuunt, vt perdant æternum diem?
K f ¶ AVGVST. Posset aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit, quid tu non viuificas? Tract. 23. vide q̄a & filius quos vult viuificat. vnde dicit: {Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei & qui audierint viuent. Hom. 38. CHRYSOSTO. Cum autem dicat: Venit hora: ne forte longum suspiceris tempus, addidit: Et nunc est. Sicut .n. in resurrectione futura vocem audientes præcipientem suscitabimur, ita & nunc fit. THEO. Hoc enim dixit pro his quos a mortuis suscitaturus fuit, scilicet filia Archisynagogi, filio viduæ, & Lazaro. Tract. 22. AVG. Vel aliter: Ne forte quia dixit, Transit de morte ad vitam, intelligamus hoc in futura resurrectione, ostendere volens quomodo transit qui credit, subiungit: {Amen amē dico vobis, quia venit hora} quæ hora? {Et nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint viuēt.} Non inquit, quia uiuunt, audiunt, sed audiendo, reuiuiscunt. Quid est enim audient? nisi obedient. Qui enim credunt, & secundum veram fidem

fidem agunt, viuunt & mortui non sunt. Qui autem vel non credunt, vel credunt male viuentes, & charitatem non habentes, mortui potius deputandi sunt, & tamen adhuc agit hora ista, & vsque ad fidem sæculi ipsa hora vna agitur, vt Ioannes dicit: Nouissima hora est. AVGV. De Verbis Dom. Quando mortui idest, infideles audient vocē filii Dei, idest euangeliū. Et qui audierint viuent, idest iustificabuntur, & infideles iā non erunt. Tract. 22. AVG. super Ioannem. Sed quæret aliquis: Habet filius vitam vnde viuant credentes? Audi ipsum dicentem: Si

enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso.
g Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in

cut enim habet pater vitā in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Viuere quippe suum in illo est, non aliunde, non alienum est, non quasi particeps sit vitæ, quæ non est quod ipse: Tract. 19. sed habet vitam in semetipso, vt ipsa vita sibi sit ipse. Quid tu? anima mortua eras. Audi patrem per filium: Surge, vt in eo recipias vitam quam non habes in te. Qui habet vitam in semetipso, & sic agitur prima resurrectio. Hæc enim vita ꝙ pater & filius est, ad animam pertinet. Non enim vitam illam sapientiæ sentit corpus: sed mens rationalis. Circa prin. HILA. In Lib. Synodis. Conclusi quidem hæretici scripturarum auctoritatibus, hoc solum tribuere solent filio, vt patri tantum virtute similis sit: tollunt autem ei similitudinem naturæ, non intelligentes, non nisi ex naturæ similitudine similitudinem esse virtutis, neque enim aliquando inferior natura superioris a se potiorisque naturæ virtutem consequitur. Non autem potest negari quin filius Dei idem possit, cum dixerit. Quæcunque pater facit eadem & filius facit similiter: sed similitudini virtutis naturæ similitudo succedit cum dixit: Sicut habet pater vitam in semetipso, ita & filio dedit habere vitam in semetipso. In vita naturæ & essentiæ significatio est: quæ sicut habetur, ita data esse docetur ad habendum. Quod enim in vtroque vita est, id in vtroque significatur essentia, & vita quę gignitur ex vita, idest essentia quæ de essentia nascitur, dum non dissimilis nascitur, scilicet quia vita ex vita est, tenet in se originis suæ indissimilem naturam. Cap. 27. AVGV. xv. de Trini. Intelligitur autem pater non sine vita existenti iā filio vitā dedisse: sed ita eū sine tempore genuisse, vt vita quam pater filio gignendo dedit coæterna sit vitę eius qui dedit. Circa med. HILA. 7. de Trini. Quod enim ex viuo viuū natum est, habet natiuitatis perfectionem sine nouitate naturæ, non enim nouum est quod ex viuo generatur in viuum, quia nec ex nihilo ad natiuitatem vita quæsita est, & vita quæ natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturæ vnitatem & perfecte natiuitatis sacramentum vt in viuente viuat, & in se habeat vitam viuentem. Et quidem naturæ humanæ infirmitas ex disparibus cōparatur, & ex inanimatis continetur ad vitam, nec statim in ea, quod gignitur, uiuit, neque totum uiuit ex vita cum in ea multa sint, quę sine naturæ sensu cum excreuerint, deficcentur. Tract. 22. In Deo vero totum quod est viuit. Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquam esse nisi viuum. AVGVST. Ergo quod dicitur: Dedit filio, tale est, ac si diceretur: Genuit filium. generando enim dedit. Quomodo dedit vt esset? sic dedit vt vita esset in semetipso, vt non aliunde vita indigeret, sed ipse esset plenitudo vitę. Homil. 38. vnde credentes alij viuerent, dū viuerent. Quid interest? quia ille dedit, iste accepit. CHRYSOST. Vides indissimilitudinem in vno solo differentiam ostendētem in essendo, hunc Circa prin. quidem patrem, illum vero filium. HILA. de Syno. Discernitur enim persona accipientis & dantis. Non enim potest intelligi ipse atque vnus a se accepisse qui dederit, quia alius est ibi viuens, alius profitens se viuere per authorem.
E g ¶ TEO. Non solum pater dedit filio ꝙ viuificet, sed etiam ꝙ iudicium faciat. Hom. 38. vnde dicit. {Et potestatem dedit ei iudicium.} CHRYSOST. Cuius autem gratia circa hoc continue vertitur, iudicium dico & resurrectionem & vitam, quoniā hæc maxime omnium sunt, quæ possunt difficilem etiam auditorem ad credendum adducere. Qui enim persuasus est quoniam resurget, & filio dabit noxas eorum quæ deliquit, & si nihil aliud viderit signum hoc suscipiens curret, benignum sibi iudicem faciens. Sequitur. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Paulus quidem Samosatenus non ita ait: sed sic: Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est, sed nullam conuenientiā habet hoc dictum ita. Non enim propterea suscepit iudicium quia homo est, quia quis ꝑhibet omnes homines esse iudices? sed quia ineffabilis Dei filius est, propterea & iudex est. Ita igitur legendū: Quia filius hominis est, nolite mirari hoc, quia enim videbatur audientibus obstare his quæ dicebantur, quoniam nihil plus æstimabant esse Christum quàm purum hominem, quæ vero dicebātur erant maiora q̄ secundum hominem, & etiam q̄ secundum an-

A gelum, & erant solius Dei, ideo hanc opinionem soluens dixit. Ne miremini quia filius hominis est, & subdit causam, quare non sit mirandum dicens: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. Et cuius gratia non dixit: Ne miremini quia filius hominis est? etenim & ipse filius Dei est.

monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii.
h Non possum ego a meipso facere quicquam, sed sicut audio,

Si resurrectionem posuit, quia scilicet opus dicens quod Dei proprium erat, dat audiētibus ex eo syllogizare de reliquo, quoniā Deus erat & dei fili⁹. Etenim qui argumēta complicant, cum partes ponentes nobiliter demonstrauerint, quod quæritur multoties non inducunt ipsi conclusionem, B sed clariorem facientes victoriam, dimittunt illi qui contradicit, vt pro eis sententiam ferat. Igitur eius quidem quæ secundum Lazarum resurrectionis supra reminiscēs de iudicio tacuit, non enim propter iudicium surrexit Lazarus. Vniuersalem vero resurrectionem inducēs, iudicium posuit. vnde sequitur: {Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionē iudicij.} Quia enim supra dixerat: Qui audit sermonem meum & credit ei qui misit me, in iudicium non venit: ut non æstimet quis, ꝙ credere sufficit ad salutem, adiecit hæc & de uita, dum dicit: Et qui bona egerunt, & qui mala egeret. Trac. 19. AVGVST. Vel aliter: Inquantum erat verbum in principio apud Deum, dedit ei vitā habere in semetipso, sed quia verbum caro factum est ex virgine Maria, homo factus filius hominis est. Et quia filius hominis est, accepit potestatem iudicium facere, quod scilicet erit in fine sæculi. Et ibi erit resurrectio corporum mortuorum. Animas ergo suscitat Deus per Christum filium Dei, corpora suscitat per eundem filium hominis. vnde additur: C {Quia filius hominis est.} Nā secundum ꝙ Dei filius est, semper habuit. Ser. 64. AVGVSTINVS. de Ver. do. Ad iudicium enim forma hominis ventura est, forma illa iudicabit quæ iudicata est, sedebit iudex, qui stabat sub iudice. Damnabit vero reos qui factus est falso reus, rectum enim erat vt iudicandi viderent iudicē, iudicandi autem erant boni & mali, restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur, forma Dei solis bonis seruaretur. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Tra. 19. AVGVSTI. Super Ioan. Omnes autem qui instituerunt, alicuius etiam falsæ religionis sectam, negare resurrectionem mentium non potuerunt, sed multi carnis resurrectionem negauerūt, & nisi tu domine Iesu dixeris eam, quid opponemus contradictoribus? Ad ipsam igitur ostendendam subdit: {Nolite mirari hoc} scilicet ꝙ dedit potestatem filio hominis iudicium faciendi, quia Ser. 64. uenit hora. AVGVST. de Verbis do. Hic non addit: Et nunc D est, quia ista hora in fine sæculi erit: Nolite inquàm mirari quia dixi: Oportet homines ab homine iudicari, sed quos homines? non solum quos inueniet uiuos. unde sequitur. {Quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt.} Tract. 19. AVGV. super Ioan. Quid euidentius? corpora sunt in monumētis, non animæ. Superius etiam cum diceret: Venit hora, & adderet: Et nunc est, subiecit, quando mortui audient uocem filij Dei. Non dixit: Omnes mortui, mortuos enim iniquos uoluit intelligi, sed non omnes iniqui obediūt euāgelio. At uero in fine omnes qui sunt in monumentis audient uocem eius & procedent, noluit dicere: Et uiuent, quod supra dixit, ubi uitam æternam, intelligi uoluit & beatam, quam non omnes habebunt qui de monumentis procedent. Accepisti certe potestatem iudicandi, quia filius hominis es. Resurgent corpora de ipso iudicio, dic aliquid, & hoc audite. Qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ uiuere, scilicet cum angelis Dei. Qui male egerunt, in resurrectionem iudicij. Hic iudicium pro pæna posuit. Tract. 19.
h ¶ AVGV. Dicturi eramus Christo: Tu iudicabis, & pater non iudicabit, nonne ergo secundum patrem iudicabis? Hom. 37. Et ideo adiecit: {Non possum ego a me facere quicq̄. CHRYSO. Hoc est, non extraneum, neque dissimile his quæ uult pater, a me fieri uidebitis, sed sicut audio iudico. In quo nihil aliud ostēdit quàm quoniā impossibile est eum aliquid aliud uelle q̄ quod pater uult, Tra. 23. i fi. hoc est, ita iudico ac si ipse pater esset qui iudicaret. AVGV. Cum ageretur de resurrectione animarum, non dicebat, audio, sed video, audio enim nunc dicit, tamq̄ percipientis patris imperium. Cap. 13. Iam ergo sicut homo loquitur, quo maior est pater. AVG. in sermone contra Arrianos: Vel aliter dicit filius: Sicut audio iudico, siue ex humana subiectione, quia filius hominis est, siue secundum illam incommutabilem simplicemque naturam, quæ sic est filij, ut tamen ei de patre sit. In qua natura non est aliud audire, aliud uidere, aliud esse. Vnde ab illo est ei audire & uidere, a Cap. 17. quo illi est ipsum esse, & ideo sicut audit iudicat, quia sicut genitū est

Universidad de Deusto Biblioteca

Cap.18. est uerbum,ut idem uerbum sit ueritas, ita secundum ueritatem indicat,Sequitur: {Et iudicium meum iustum est,quia non quæro voluntatem meam,sed voluntatem eius qui misit me patris.} Hoc enim dicens,ad illum hominem voluit referre intentionem nostram,qui voluntatẽ suam quærendo, non eius a quo factus est non habuit iustum iudicium de seipso, sed iustum iudicium habitũ est de ipso. Ipse quippe faciens voluntatem suam,non Dei, moriturum se esse nõ credidit,sed & hoc iudiciũ eius iustum nõ fuit. Denique fecit & mortuus est, quia iudicium Dei iustũ est, quod iudicium facit Dei filius, non quærendo voluntatẽ suã, cum sit etiam hominis filius, nõ quia ipsius in iudicando nulla voluntas est, sed quia non ita est voluntas eius propria,vt sit a voluntate patris aliena. AVGVST. super Ioan. Non ego quæro voluntatem meam propriam, idest,filij hominis quę resistit Deo , faciunt enim homines voluntatem suam non Dei,quando faciunt quod volunt, nõ quod iubet deus. Quando autem ita faciunt,quod volunt,vt tamen sequantur voluntatem Dei,non faciunt volũtatem suam. Vel ideo dicit filius: Non quæro voluntatem meam , quia Christus non est de se, sed de patre suo est. CHRYSOST. Ostendit enim non aliam esse patris voluntatem præter suam,sed vnam vtriusque. Si vero humanius hoc loquitur, ne mireris. Hominem enim purum adhuc eum æstimabant. Inde igitur suum iudicium iustum esse dixit.vnde quilibet alius excusans dixisset, qui enim sua vult statuere in suspitionem deueniet de corruptione iustitiæ, qui vero non suis innititur, quam occasionem habebit vt iniusta iudicet ? AVGVST. Filius vnicus dicit non quæro voluntatem meã, & homines volunt facere voluntatem suam . Faciamus ergo voluntatem patris,Christi,& spiritussancti,quia horum vna voluntas,vna potestas, vna maiestas est.

Tract.19.

Hom.37.

Tract.22.

Hom.39. i ¶ IOA. CHRYSOTO. Quia Christus magna de se enunciauerat,quorum demonstratio non erat dicta ad confirmationem eorum,quæ dicta sunt , oppositionem eorum inducit dicens. {Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum.} Quis autem non statim turbabitur , Christum audiens hoc dicentem? Etenim in multis locis apparet sibiipsi testatus. Si igitur omnia hæc falsa sunt, quæ nobis erit spes salutis? Vnde veritatem inueniemus, cum ipsa veritas dicat: Testimoniũ meum non est verum?Hoc igitur quod dicit: Non est verum,nõ quantum ad dignitatem suam , sed quantum ad illorum suspitionem loquebatur. Poterant enim ei Iudæi subinferre , quoniã tibi non credimus. Nullus enim vmq̃ sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionem alias dat responsiones manifestas & irrefragabiles,tres inducens testes eorũ quę dicta sunt, opera quæ ab ipso sunt facta,patris testimonium & Ioannis prædicationem, & ponit priorem minorem, eam scilicet quæ Ioannis. vnde dicit. {Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quoniam verum est testimonium eius quod perhibet de me.} AVGVST. Nouerat enim ipse verum esse de se testimonium suum , sed propter infirmos & propter incredulos quęrebat sol lucernas,fulgorem quippe Solis lippitudo eorum ferre non poterat,ideo quæsitus est Ioannes, qui testimonium perhiberet veritati. Martyres nonne testes sunt Christi , vt testimonium perhibeant veritati ? Sed si diligentius inspicimus, quando martyres perhibent illi testimonium,ipse sibi perhibet testimonium . Ipse enim habitat in martyribus,vt perhibeant testimoniũ veritati. ALCVI. Vel aliter,quia Christus Deus erat & homo, vtriusque naturæ proprietatem ostendit,aliquando loquens secũdum hoc quod ex hominibus assumpsit,aliquando secundum maiestatem diuinitatis. Quod ergo ait: {Si ego testimonium perhibeo &c.} ex parte humanitatis est accipiendum, & est sensus : Si ego homo de me perhibeo testimonium,scilicet absque Deo,testimonium meum non est verum.vnde sequitur. { Alius est qui testimonium perhibet de me.} Pater enim testimonium perhibet de Christo,quia in baptismo vox patris audita est,& in monte transfigurato Christo. Sequitur.{Et scio,quia verum est testimonium eius.}Deus enim veritas est,ergo testimoniũ veritatis quid aliud potest esse quàm

Homil. 39. verum? CHRYSOST. Sed secundum priorem intellectum possent illi dicere : Si non est verum testimoniũ tuum , quomodo dicis,quoniam noui q̃ verum est testimonium Ioannis? vnde ad eorum suspitionem respondet dicens: {Vos misistis ad Ioannem & testimonium perhibuit veritati.} q. d. Non misistis ad Ioannem si eum dignum fide non opinaremini. Et quod vtique maius est,non miserunt ad eum interrogandũ de Christo, sed de seipso. Qui enim missi sunt non dixerunt: Quid dicis de Christo ,sed tu quis es, quid dicis de teipso ? ita magnam de homine admirationem habebant. ALCVI. Ille autẽ testimonium perhibuit,non sibi sed veritati,sicut amicus veritatis veritati Christo testimonium perhibuit.Non autem dominus refellit testimoniũ Ioannis,quod vere necessarium fuit, sed ostendit non ita debere homines sí Ioannem intendere , vt iam non putent solũ Christum sibi esse necessarium . vnde subdit: {Ego autem non ab homine testimonium accepi. BEDA. Quia non indigeo. Ioannes autem &si testimonium perhibuit , non tñ vt Christus cresceret,sed vt homines ad ipsius cognitionẽ promouerer. CHRYS. Testimonium etiam Ioannis Dei testimonium erat,ab illo enim discẽs dixit quod dixit: sed ne dicãt, Vnde manifestum est q̃a Deo didicit quod didicit? eorum suspitionem correxit dicens: {Sed hoc dico vt vos salui sitis.}q.d. Ego quidem deus existens,non indigebam huiusmodi testimonio humano , quia vero ei magis attenditis & eum magis omnibus sido dignum putatis,mihi autem neque miracula facienti credidistis, propter hoc vobis commemoro testimonium illius: vt enim non dicant. Quid igitur si ille dixit: Nos autem non suscepimus?ostẽdit quoniam non acceptauerunt quæ ab eo dicta sunt.vnde sequitur : { Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem noluistis ad horam exultare in luce eius.} Hoc autem quod dicit : Ad horã , facilitatem credendi ostendit,& quamcito ab eo resilierunt,quod si non fecissent,cito eos ad Iesum manuduxisset , vocando autem eum lucernam,ostendit quoniam non ex se habebat lumẽ , sed a spiritussancti gratia. ALCVI. Ioannes enim erat lucerna illuminatus a Christo luce, ardens fide & dilectione , lucens verbo & actione,qui præmissus est vt inimicos Christi confundetet, secundum illud:Psal. Paraui lucernã Christo meo,inimicos eius induã confusione. CHRYSOSTOMVS. Ad Ioannẽ igitur vos duco non quasi illius indigens testimonio, sed vt vos saluemini : nam habeo maius testimonium Ioanne , & hoc est quod sequitur. {Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.}hoc autem est quod est ab operibus . vnde sequitur, { Opera enim quę dedit mihi pater vt perficiam ea,ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibẽt de me,quia misit me pater.} ALCVI. Quòd enim cæcos illuminat , aures aperit , ora mutorum resoluit , dæmonia fugat,mortuos suscitat,opera hæc testimoniũ perhibent de Christo. HILA. 6. de Trini. Vnigenitus enim deus, non hominis testimonio tantum , sed etiam virtutis docet esse se filium , opera enim eius quæ facit testantur eum a patre missum.Itaque filij obedientia & paterna authoritas docentur in misso. Sed quia opera non sufficiunt in credibilibus ad testimonium sequitur: { Et qui misit me pater,ipse testimoniũ perhibet de me.} Reuoluite euangelica volumina & omne eorum opus recensete, nullum aliud patris de filio testimonium extat in libris,q̃ quòd hic sit filius suus . Quid infertur hodie calumnię vt adoptio nominis sit, vt mẽdax Deus sit vt nomina inania sint? BEDA. Missio autem incarnatio eius debet intelligi. Denique ostendit q̃ Deus incorporeus sit,& q̃ corporalibus & visibilibus oculis videri non possit. vnde sequitur. {Neque vocem eius vmq̃ audistis,neque speciem eius vidi.} ALCVI. Possent enim Iudæi dicere : Nos soliti sumus uocem domini audire in Syna,& eum vidimus in specie ignis, Si ergo Deus perhibet testimonium de te, nos intelligeremus vocẽ domini. Contra hoc dicit : Ego habeo testimonium a patre,q̃uis non intelligatis , quia vos numq̃ audistis uocem eius, neque speciem eius uidistis. CHRYSOST. Quomodo ergo Moyses dicit: Si facta est aliquando huiusmodi res ut audiret populus uocem Dei loquẽtis de medio ignis,sicut tu audisti & uidisti,uidisse etiam eum dicuntur Isaias & alij plures. Quid ergo est quod nũc ait Christus? In philosophicũ eos inducit dogma,paulatim ostendens quoniam neque uox circa Deum est,neque species,sed superior & figuris est & loquelis talibus.Sicut enim dixit,neque uocẽ eius audistis. Propter hoc non iudicat,q̃ uocem emittat,sed non audibilem , ita dicens. Neque speciem eius uidistis:non hoc dicit,q̃ speciem sensibilem habeat & uisibilem , sed quoniam nihil horum est circa Deum. ALCVI. Non enim carnalibus auribus,

bus:sed spiritali intelligentia p gratiã spiritussancti audiri potest. A Non ergo vocem spiritalem audierant, quoniã eum amare & præceptis eius obedire nolebant , neque speciem eius viderunt , quia non exterioribus oculis videri potest , sed fide & dilectione .

Hom.39. CHRYSOSTO. Sed neque possibile erat eis dicere,q̃ præcepta ei⁹ susceperint & seruarent, ideoque subiungit .{Et verbũ eius non habetis in vobis manens, i. præcepta Dei legẽ & prophetas , & si enim ea Deus constituit , sed apud vos non sunt,& si scripturæ vbiq; docẽt vt mihi credatis , vos autem non creditis , manifestum est q̃ sermo ei⁹ deficit a uobis. Et propter hoc subdit:}Quia quem misit ille,huic vos nõ creditis .} ALCVI. Vel aliter: Verbum q̃ in principio erat, non habent in se manens,qui verbum Dei quod audiunt & memoria tenere,& operę implere contemnunt,dixerat igitur se habere testimonium a Ioanne, ab operibus, a patre,addit testimonium a lege quæ data est per Moysen dicens. {Scrutamini scripturas in quibus putatis vitã æternam habere,& illæ sunt quæ testimonium perhibent de me,} q. d. Vos qui in scripturis putatis vitam æternam habere , & me quasi contrarium Moysi repudiatis , testimonio ipsius Moysi me esse Deum intelligere potestis , si ipsas scripturas diligenter inuestigatis. Omnis enim scriptura testimoniũ perhibet de Christo , siue per figuras,siue per prophetas,siue per angelorum mysteria. Sed his Iudæi de Christo nõ credidersũt, & ideo vitam æternã habere non possunt.vnde sequitur :{Et nõ vultis venire ad me vt vitam habeatis}q. d. Scripturæ perhibent testimonium . Et tamen per tot testimonia non vultis venire ad me, idest, non vultis mihi credere & a me quærere veram salutem. CHRYSOST. Vel aliter potest continuari : Possent illi dicere: Qualiter si vocem eius non audiuimus, Deus tibi testatus est& ideo dicit. { Scrutamini scripturas,}ostendens q̃ per has testatus est Deus de eo,etenim in Iordane testatus est & in monte. Sed vocem quidem factam in monte non audierunt , factam autem in Iordane audierũt,sed non attenderunt.Propterea mittit eos ad scripturas,ostendens quoniam & patris testimonium illic est . Non autem ad lectionem simplicem scripturarum , sed ad scrutationem exquisitã eos mittebat,quia ea quę de eo dicebantur in scripturis , desuper obumbrabantur , neque in superficie exprimebantur , sed velut quidam thesaurus recondebantur. Non dicit autem quibus habetis vitam æternam,sed in quibus æstimatis vos habere,ostendens quoniam non capiebant magnum fructum & nobilem ex scripturis,sola lectione æstimãtes se saluari cum fide essent priuati. Propter quod subdit.{Et nõ vultis venire ad me,}quia ei credere nolebant. BEDA. Quòd autem venire pro credere ponatur Psal mista ostendit dicens. Accedite ad eum & illuminamini . Subdit autem :{Vt vitã habeatis.}Si enim anima quæ peccat moritur,& ipsi anima & mente mortui erant . Promittebat ergo illis vitam animæ vel fœlicitatis æternæ .

Hom.40. k ¶ CHRYSOST. Quia dominus supra meminit & Ioannis & testimonij Dei,& operum suorum,vt eos ad seipsum attraheret,probabile erat multos suspicari q̃ hæc diceret,gloriam hominum amans,& ideo contra hoc dicit : { Claritatem ab homine accipio,}hoc est non indigeo . Non enim est mea natura talis,vt indigeat quæ ab hominibus est gloria. Si enim Sol a lucernæ lumine non recipit adiectionem, multomagis ego humana gloria non indigeo. ALCVI. Vel claritatem ab hominibus non accipio, idest,laudem humanam non quæro , non enim veni vt honorem ab hominibus acciperem carnalem , sed honorem hominibus darem spiritualem . Non ergo ideo hoc loquor , vt gloriam meam quæram,sed condoleo vobis errantibus , & volo vos reducere ad viam veritatis.vnde dicit,{Sed cognoui vos,quia dilectionem dei non habetis in vobis.} CHRYSO. q.d.Ideo hoc dixi,vt conuincam vos,quoniam propter amorem Dei me non persequimini.Etenim ipse testatur mihi & per opera & per scripturas.Oportebat igitur vt sicut & me abijciebatis, æstimantes esse Deo contrarium,ita nunc ad me veniretis, si Deum amaretis,sed non amatis.Non autem ab his solum , sed etiam a futuris hoc ostendit dicens.{Ego veni in nomine patris mei,& non accipitis me.Si alius venerit in nomine suo,illum accipietis,} Ideo dicit se in nomine patris veniſſe,vt omnem abscidat occasionem indeuotionis. ALCVI. Ac si dicat,ideo veni in mundum , vt per me glorificetur nomen patris,quia patri ò mnia attribuo . Dilectionem ergo Dei non habebat,quia nolebant eum recipere qui patris venerat facere voluntatem.Antichristus autem veniet in nomine non patris, sed suo, vt non gloriam patris, sed suam quærat. Quia enim Iudæi noluerunt recipere Christum, pœna peccati huius congruet,vt recipiãt Antichristum, vt qui no lunt credere veritati, credant mendacio . AVGVST.de Verbis do. Sed audiamus & Ioannem. Audistis quia antichristus venit, & nunc antichristi multi facti sunt . Quid autem expauescis i antichristo , nisi quia nomẽ suum honoraturus est , & nomen domini coptem pturus ? Quid aliud facit qui dicit : Ego iustificio, nisi boni fueritis , peristis ? Ergo vita mea ex te pendebit,& salus mea ex te reli gabitur,ita ne obnitus sim fundamentum meum,nonne petra erat Christus? CHRY. Sic igit irrefragabilem indeuotionis eorũ ponit demonstrationẽ.q.d. Si vt amantes Deũ me psequeremini, multo magis in antichristo hoc vos facere oporteret , ille .n. non dicit se a patre missum,neque sedm voluntatem illius venire , sed econtrario,ea quę sibi non congruunt rapiens,super oia Deum se esse dicet.Manifestũ est igitur q̃ liuoris persecutio erat qua Christum persequebant,& odij in Deum. Deinde cãm eorum infidelitatis ponit dicens: {Quo vos potestis credere qui gloriã abinuicem accipitis,& gloriã quæ a solo Deo est non quæritis ? Hinc .n. rursus ostendit,q̃n non quæ Dei sunt intendebant, sed propriam volebant passionẽ defendere . ALCVI. Magnũ igitur vitium est iactantia, & humanæ laudis ambitio , quę de se vult æstimari, quod de se non hẽt. Ideo.n.non possunt credere,quia superba mens eorum laudari desiderat, & se super alios efferre. BEDA. Hoc aũt vitium melius caueri non pọt,q̃ vt ad conscientias nostras redeamus,nosque puluerem esse consideremus,& si quid nobis boni ineſſe deprehendimus,non nobis,sed deo ascribamus. Instruimur etiam,vt semper nos tales exhibeamus, quales ab alijs videri desideramus.Deniq; possent ipsi respondere.Ergo accusabis nos apud patrem? Et ideo eorum quæstionem præueniens subdit : { Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem.} CHRY. Quia.s.non veni damnare, sed saluare.{Est qui accusat vos Moyses,in quo vos speratis.} Sicut enim de scripturis supra dixit. In quibus putatis vitam æternam habere ita & de Moyse ait, in quo vos speratis,ex proprijs eos vbique capiens. Sed dicent , qualiter nos ille accusabit?quid tibi & Moysi commune,qui sabbatum soluisti ? & ideo subdit : {Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit,}hęc ex superioribus constitutionem habent:cum enim in confessione deductum sit, q̃a Deo veni,ab operibus,a voce Ioannis, a patris testimonio,manifestum est quòd Moyses eos accusabit. Etenim dixit : Siquis venerit signa faciens & ad Deum ducens,& futura prædicens cum veritate, oportet ei obedire. Christus autem hæc omnia fecit,nec ei crediderunt. ALCVINVS. Forsitan autem more nostro posuit , non quia dubitatio sit in Deo. Scripsit autem de Christo Moyses dicens : Prophetã vobis suscitabit Deus de fratribus vestris,tanq̃ meipsum audietis. AVGVSTINVS. Contra Faustum:Sed & omne quod scripsit Moyses de Christo est , idest, ad Christum omnino pertinet , siue q̃ eum figuris rerũ vel gestarum vel dictarum prænunciet , siue q̃ eius gratiam gloriamque commendet . Sequitur, { Si autem illius literis non creditis , quomodo verbis meis credetis?} THEO. q. d. Ipse etiam scripsit & apud vos libros reliquit vt si forte obliuiscaremini, de facili recordari possitis,& cũ scriptis non credidistis, quomodo verbis meis non scriptis credetis? ALCVINVS. Ex hoc etiam colligitur , quia qui legit præcepta,quæ rapinam & alia mala prohibent, & implere negligunt dicta euangelij quæ perfectiora & subtiliora sunt implere non valent. CHRYSOSTOMVS. Et quidem si attenderent his quæ dicebantur, oportebat quærere, & ab eo discere quæ sunt illa quæ Moyses de eo scripsit, sed silent . Talis enim est nequitia , vt quicquid dicat aliquis vel faciat , maneat,propriũ venenum conseruans.

Tracta.21

Serm.45.

Hom.40.

Lib.16.ca.9.

Hom.40.

CAP.

CAPVT VI.

Homil. 41.

CHRYSOST. Sicut iacula cum in durum aliquid inciderint, magno impetu huc, illuc disperguntur, melius vero assecuta figuntur, & desinunt, ita & si cum auditibus hominib⁹ impetuose incesserimus, sequiunt magis. Si autem cesserimus, facile mollimus eorum insaniā. Propterea Christus furorem ex præmissis sermonib⁹ tantum secedendo mitigauit, in Galilæam vadens, non tamen loca quæ ante petierat, nō enim in Chana Galilææ, sed vltra mare iuit. vnde ait: {Post hæc abijt trans mare Galilææ quod est Tyberiadis.} ALCVI. Hoc mare pro diuersitate locorum diuersis nominibus vocat, sed quantum ad præsentem locum, mare Galilææ propter proximam eam, Tyberiadis autem a ciuitate dicitur. Mare autem dicitur, non quia sit amara aqua, sed iuxta Hebraicum modum, omnium congregationes aquarum maria vocantur: Quod mare dominus etiam frequenter transit, vt populis ibi manentibus verbum prædicationis impendat. THEO. Transit enim de loco ad locum probando populi voluntatem, & auidiores homines vniuscuiusque ciuitatis, & solicitiores reddens. vnde sequitur: { Et sequebat eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.} ALCVI. Scilicet, q̄ cæcos illuminabat, & alia huiusmodi. Et sciendum est q̄ quoscumq; in corpore sana

Hom. 41. bat, eos pariter reformabat in anima. CHRYSOST. Tāta autem doctrina potientes a signis magis mouebantur, q̄ grossioris mentis erant. Signa enim, vt ait Paulus non sunt data fidelibus, sed infidelibus. Sapientiores autem erant illi, de quibus in Matthæo dicitur, q̄ stupebant in doctrina eius. Sed quare non dicit quæ signa videbant eum facientem? quoniam hic euangelista maiorem partem libri in sermonibus domini consumere studuit. Sequitur: {Subiit in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.} In montem quidem ascendit propter signum quod fieri debebat. Sed q̄ discipulos secum ascendere fecit, accusatio multitudinis erat non sequentis eum. Ascendit etiam in montem, erudiens nos a tumultibus & ab ea quæ in mūdo est turbatiōe quiescere, apta enim ad philosophiam solitudo est. Sequitur: {Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum.} Vide qualiter in anno integro, nihil plus euangelista nos docuit de signis Christi q̄ quòd paralyticum sanauit & filium Reguli, nō enim studuit vniuersa annunciare, sed ex multis magna & pauca. Qualiter igitur non ascendit ad diem festum? paulatim enim soluebat legem, occasionem capiens a Iudaica nequitia. THEO. Quia enim Iudæi eum persequebantur, occasionem recessus accipiens legem exclusit, innuens obseruantibus quòd veritate aduenientemomnis cessat figura, & q̄ legibus non subijcitur, vt legalia festa perficeret, & vide hoc quòd non erat festum Christi, sed Iudeorū. BEDA. Siquis autem verba euangelistarum diligenter consideraverit facile cognoscet, quia vnius anni spacium fuit inter decollationem Ioannis, & passionem domini. Cum enim Matthæus dicat, quia dominus audita nece Ioannis secessit in desertū locum, & ibi turbas pauit, & Ioannes dicit q̄ proximum erat Pascha Iudeorum quando turbas pauit, aperte demonstratur, quia imminente pa- K schali festiuitate decollatus est Ioānes. Euoluto autē vnius anni spatio, passus est Christus in eadem festiuitate. Sequitur: { Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum, vnde ememus panes vt manducent hi? Dixit, cum subleuasset oculos Iesus vt discerneret, quia oculos non erigebat huc, atque illuc, sed pudice sedebat attentus

Hom. 41. cum discipulis suis. CHRYSOST. Neq; etiam simpliciter sedebat cum discipulis suis, sed diligenter loquens aliquid eis, & eos ad seipsum conuertens: deinde respiciens vidit turbam ad se venientem. Cuius igitur gratia Philippum interrogat, sciebat .n. q̄ discipulorum eius congregatio ampliori indigebat doctrina. Talis autem erat Philippus, qui postea dixit. Ostende nobis patrem & sufficit nobis propterea igitur prius eum erudiebat. Nam si simpliciter factum esset, miraculum non tantum appareret, nūc autem prius cogit consiteri inopiam, vt certius discat miraculi magnitudinem, vnde sequitur: {Hoc autē dicebat tentans eum.}

CAPVT VI.

POST hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, qd̄ est Tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autē dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat, Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis petri, Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus. Facite homines discumbere, Erat autem fœ-

F Non quidem ignorans id quod debebat ab ipso dici, sed humano more hoc dictū est. Sicut enim quod dicitur. Qui scrutatur corda hominum, non ostendit ignorantię scrutationem, sed certissimę cognitionis, ita cum hic dicit q̄ tentauit eum, nihil aliud dicit q̄ quoniam sciebat certissime. Sed aliud est dicere quoniā probationem eum faciebat, per talem interrogationem inducēs in certissimā signi cognitionē, propter hoc & euangelista ne infirmitate locutionis minorationem aliquam suspiceris, subiungit. {Ipse .n. sciebat quid esset facturus.} ALCVI. Interrogat igitur, non vt ignorata discat, sed vt discipulo adhuc rudi propriam tarditatē ostēdat, quam ipse in se perpendere non valebat. THEO. Vel etiam vt alijs ipsum ostenderet, non tamq̄

cor eius ignorans. AVGVST. de Con.euan. Sed si dominus Cap. 46.
secundum narrationem Ioannis prospectis turbis quæsuit a Philippo tētans eum, vnde illis escę dari possent, potest mouere quomodo sit verum, quod alii narrauerunt prius dixisse domino discipulos, vt dimitteret turbas. Quibus ille respondit secundum Matthæum: Non habent necesse ire, date eis vos manducare, intelligitur igitur post hæc verba dominum inspexisse multitudinē & dixisse Philippo, quod Ioannes commemorat, alii autem prætermiserunt. CHRYSO. Vel aliter: Alia quidem sunt illa, Hom. 41.
alia autem sunt hæc, non eisdem facta temporibus, THEO. Philippum igitur dominus tentās, vtrum fidem haberet, inuenit eum adhuc humanis passionibus subiacentem, quod patet ex hoc quod sequitur: {Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.} ALCVI. In quo tarditatem suam ostendit, nam si perfecte de creatore intelligeret, de eius potentiæ largitate non diffideret. AVGVST. de Con.euan. Quod autem Philippus hic Cap. 46.
apud Ioannem respondet, hoc Marcus a discipulis responsum esse commemorat, volens intelligi hoc ex ore cęterorum Philippum respondisse, quamq̄ & pluralem numerum pro singulari vitiatissime ponere potuerit. THEO. Sed & Andream dominus simi lem Philippo inuenit, q̄uis altius de illo contemplantem. Sequit enim {Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis petri: Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos, & duos Hom. 41.
pisces.} CHRISOST. Aestimo quidem non sine causa id eum dicere, sed quia audierat signum quod Heliseus de panibus ordeaceis fecerat, putauit enim de viginti panibus cētum homines. Ascendit igitur mente in aliquod excelsum, sed ad summum non potuit peruenire, quod patet per hoc quod subdit: {Sed hæc quid sunt inter tantos?} Aestimabat enim, q̄ de paucioribus paucioraꝝ & de pluribus plura factur⁹ esset qui miracula faciebat, sed hoc non erat verum. Similiter enim ei facile erat & de pluribus & de paucioribus pascere turbas, non enim materia subiecta indigebat, sed ne viderentur creaturæ alienæ esse ab eius sapientia, ipsis creaturis vtitur ad materiam miraculorum. THEO. Confundant Manichæi qui dicunt, q̄ panes & omnia huiusmodi creata sunt a malo Deo, quia boni Dei filius Iesus Christus panes multiplicauit, nam si creaturæ malæ fuissent, nequaq̄ Cap. 46.
assecutus esset. AVGVST. de Con. euan. Quod autē Andreas apud Ioannem de quinque panibus & duobus piscibus suggessit, hoc cæteri pluralem numerum pro singulari ponentes ex discipulo- Hom. 41.
rum persona retulerunt. CHRYSOST. Discamus autē hic qui voluptati attendimus, quæ comedebant mirabiles viri illi & magni, & quātitatem eorum quæ inferebantur & vtilitatem mēsę eorum. Nondum autem apparentibus panibus iussit eos discumbere, vt discas quoniam non entia vt entia ei subsistunt, sicut Paulus ait: Qui vocat ea quæ non sunt, tamq̄ ea quæ sunt. Sequitur enim {Dicit eis Iesus, Facite homines discumbere.} ALCVI. Ad literam homines discumbere dicimus iacendo comedere more antiquo, vnde sequitur. {Erat autem fœnum multum in loco. THE. idest, herba viridis. Erat enim Pascha, quod in primo mense veris perficiebatur. Sequitur. { Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia.} Soli viri numerātur ab euangelista, quia legalē consuetudinem sequebatur. Etenim Moyses a viginti annis & supra, populum connumerauit nulla mentione de mulieribus facta, innuens q̄ omne quod virile est & iuuenile dignum & honorabile

rabile est apud Deum. Sequitur. { Accepit ergo Iesus panem, A
Hom. 41. & cum gratias egisset distribuit discūbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebāt. CHRYSOT. Sed quare paralyticum debens sanare non orat, neque suscitans mortuos neque mare quietans, hic autem orat gratias agens? vt scilicet ostendat eos qui comestionem incipiunt gratias agere oportere Deo. Sed & aliter in minoribus maxime orat, ut discas q̄ non propter indigentiam orat. Si enim indigeret orare, multomagis in maioribꝰ hoc fecisset. Quia vero illa ex authoritate facit, manifestū est q̄ hic cōdescēdēdo nobis, orat, & adhuc, quoniam turba multa erat præsens, oportebat eis suaderi, q̄ secundum voluntatē Dei aduenerat, & ideo cum occulte aliquod
Matth. 24. miraculum faciebat non orabat, sed coram multis orabat, ne crederent q̄ esset Deo contrarius. HILA. 3. de Trinitate. Quinq; igitur panes offerruntur turbę & franguntur, subrepunt in frangentium manus quædam fragmentorum procreationes, non iminuitur vnde præfringitur, & tamen præfringentis manum fragmenta occupant, non sensus, non visus, profectū tām conspicabilis operationis assequitur, est quod non erat, videtur quod nō intelligitur, solum superest vt deus omnia posse credatur. AVG. Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes: potestas enim erat in manibus
Rom. 41. Christi, panes autem illi quinque quasi semina erant, nō quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. CHRY. C
Vide autem quanta est serui & domini differentia. nam prophetæ quasi ex mensura habentes gratiam ita miracula faciebant, Christus autem absoluta virtute faciens cum multa superabundantia omnia operabatur. Sequitur. { Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: {Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo &c.} Non quidē hæc ostentatio superflua fuit, sed ne phantasiam ęstimarent quod factum est, propter quod etiā ex subiecta materia miraculum fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda, sed discipulis? quoniam hos maxime eruditę volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego autem non solum admiror multitudinem panum quę facta est, sed & certitudinem superfluorum, quia neque plus neque minus fecit superfluum esse, sed tantum quantum volebat, scilicet xij. cophinos, secundum numerum xij. Apostolorum. THEO. Addiscimus autem ex miraculo perpetrato non fieri pusillanimes in coartationibus paupertatis. BEDA. Turbæ autem cum uidissent signum quod fecit dominus mirabantur, quia nondum eum deum D
esse cognouerant, ideoque euangelista subdit. {Illi ergo homines, quia carnales erāt & carnaliter intelligebāt, { cum vidissent quod fecerat signum, dicebant, quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. ALCVINVS. Nondum pleni fide dominū vocant prophetam, qui nondum Deum dicere nouerant, sed iam multum profecerant ex virtute miraculi qui eum fecernentes ab aliis, prophetam vocabant, sicut sciebāt in populo illo prophetas aliquando miracula fecisse, nec falluntur si dicunt eum prophetā,
Matth. 24. cum ipse dominus vocauerit se prophetā dicens: Non capit prophetam perire extra Hierusalem. AVGVST. Sic autem propheta est Christus & dominus prophetarum, sicut angelus & dominus angelorum: ex eo enim q̄ præsens annunciauit, angelus erat: ex eo quòd futura prædixit propheta erat: ex eo q̄ verbum caro factum est, & angelorum & prophetarum dominus erat, nul-
Hom. 41. lus enim propheta sine verbo Dei. CHRYSO. Ex hoc autem E
quod dicunt: Qui venturus est in mūdum, manifestum est quòd prophetam quēdam principalem expectabāt. Et ideo quod dicit: Hic est vere propheta, in græco cum adiectione articuli ponitur, ad ostendendum. {eum esse discretum ab aliis prophetis. AVG.
Matth. 24 Considerādum autem qd̄ dicitur, quia Deus non est talis substantia quæ oculis videri possit & miracula eius, quibus totum mundum regit, vniuersamq; creaturam administrat, assiduitate vilescunt, seruauit sibi quędam quæ faceret oportuno tempore, præter vsitatum cursum ordinemque naturæ, non vt maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerunt. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi q̄ saturatio quinq; millium hominum de quinque panibus, & tamen hoc nemo mirat, illud mirantur homines, non quia maius, sed quia rarum est. Nec tñ sufficit hoc intueri in miraculis Christi, quia enim dominus est in monte, verbum Dei est in alto: proinde non quasi humiliter iacet, nec transeunter prętereundum est. ALCVI. Mystice enim nomine maris turbidum sæculum designatur. Mox autem vt Christus mare mortalitatis nostræ adiit nascendo, calcauit moriendo, transiit resurgendo, secutę sunt eum credendo & imitando turbæ credentium ex vtroque populo collectorum. BEDA.

Tunc autem dominꝰ subiit montem, quando cælum ascendit, quod designatur per montem. ALCVI. Quòd .n. turbis inferioribus relictis ad altiora cum discipulis ascendit, ostendit q̄ simplicibꝰ minora prę cepta sunt committēda, perfectioribus altiora, quòd imminente Pascha illos reficit, significat, quia quisq; pane diuini verbi & corpore & sanguine domini desiderat refici, debet spirituale Pascha facere, idest, de vitiis ad virtutes transire. Oculi vero domini sunt dona spiritualia, quæ cum dominus electis suis misericorditer concedit, tunc in eos oculos suos dirigit, idest, respectū pietatis impendit. AVG. Quæst. 61.
lib. 83. quæst. Quinque autem panes hordeacei significant veteré in princi.
legem, siue quia nondum spiritalibus, sed adhuc carnalibus data est lex, idest, quinque corporis sensibus deditis. Nam & ipse turbæ quinque millia hominum fuerunt, siue quia per Moysen lex ipsa data est: Moyses enim quinque libros scripsit. Et q̄ ordeacei erāt panes, bene significauit, vel ipsam legem quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur. Ordei enim medulla tenacissima palea tegitur, vel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio tamquàm palea cordi eius inhęrebat. BEDA. Ordeum etiam pabulum est iumentorum & cibus seruorum, & lex vetus data est seruis & iumentis, idest, carnalibus. AVGV. lib. 83. quæst. Duo aūt pisces qui sa- Quæst. 61.
porem suauē panidabant, duas illas personas videntur significare, quibus populus ille regebatur, regiam. s. & sacerdotalem, quæ in duæ personæ dñm nostrum præfigurabant, ambas .n. ille sustinuit. ALCVI. Vel duo pisces dicta vel scripta prophetarum & psalmistarum significant, & cum quinarius ad quinque sensus corporis referatur, mille ad perfectionem refertur. Qui vere quinq; sen sus corporis perfecte regere studeat, viri dicuntur a viribus quos fœminea mollities non corrumpit, sed sobrie & caste viuunt, & cæ lestis sapientiæ dulcedine merentur recreari. AVG. super Io. Tract. 24.
Puer autem qui ista habebat, forte populus Israel erat qui sensu puerili ea portabat, nec manducabat. Illa .n. quæ portabat, clausa onerabant, aperta pascebant. BEDA. Pulchre aūt dicit. Hęc quid sunt inter tantos? quia lex vetus parum proficiebat, quousq; eam suis manibus suscepit, i. opere impleuit, eādem spiritualiter intelligendam esse docuit, quia lex neminē ducebat ad perfectū. AVG. super Io. Frangēdo aūt panes multiplicati sunt. Quinq; Tract. 24.
enim libri Moysi multos libros cum exponuntur tamq̄ frangēdo, idest differendo fecerunt. AVG. lib. 83. quæst. Dns etiam tamq̄ Quæst. 61.
frangendo & aperiendo quod durū erat & clausum in lege p discipulos impleuit, cum eis post resurrectionē aperuit scripturas. AVG. super Io. Quia aūt ignorantia populi erat in lege, propterea tentatio dñi ignorantia discipuli demonstrabat. Sup fœnū aūt discumbebāt, quia carnaliter sapiebant, & in carnalibus quiescebant, omnis .n. caro fœnum. Illi aūt de panibus dñi implentur, qui quod auribus audiunt operibus implent. AVG. Quæ sunt Trac. 24.
autem fragmenta, nisi quæ populus non poterat māducare? Quid ergo restat, nisi vt secretiora intelligentię quæ non pōt capere multitudo illis credantur qui idonei sunt, & alios docere valēt, sicut erāt Apostoli. vnde & 12. cophini impleti sunt. ALC. Cophinis enim seruilia implentur officia, Cophini igit sunt apostoli, & eorum imitatores, qui licet in præsenti sint despicabiles, spiritalium sacramentorum diuitiis sunt interius refecti. Dicuntur aūt apostoli fuisse Cophini, quia per apostolos fides sanctæ trinitatis erat prædicanda in quatuor partibus mundi. Quòd autem nouos panes noluit facere, sed allatos cumulauit, significat quia veterem scripturam non reprobauit, sed aperiendo patefecit.

b ¶ BEDA. Turbæ viso tanto miraculo, intellexerunt pium atque potentem, & iccirco voluerunt ipsum facere regem, homines namque volunt habere regem pium ad regendum, & potentem ad tuendum. Dominus igitur hoc cognoscens fugit in montem, idest, ascendit celeriter. vnde dicitur. { Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum & facerent eū regē, fugit iterum in montem ipse solus. Datur ergo intelligi q̄ dominus cum sederet in mōte cū discipulis suis, & videret turbas ad se

Universidad de Deusto Biblioteca

uenientes descenderãt de monte, & circa inferiora loca turbas pa-
uerat. Nam quomodo fieri potest vt rursus ille fugeret, nisi ante
de monte descenderet? AVGVST. de Concor. euan. Non au-
tem repugnat quod Matthæus dixit: Ascendit in montem solus
orare. Neque enim causæ orandi cõtraria est causa fugiendi, quan-
doquidem & hinc do-
minus doceat hanc
esse nobis magnã cau-
sam orandi, quãdo est
causa fugiendi. AV-
GVST. Erat autem
rex, qui tanebat fieri
rex, nec talis rex qui
ab hominibus fieret,
sed talis qui homini-
bus regnũ daret, sem-
per quidem ille cum
patre regnat secundũ
quòd est filius Dei.
Prædixerunt autem
prophetæ regnũ eius,
& secundum id quòd
homo factus Christus, & fecit fideles suos christianos, qui sunt regnum eius, quod modo colligitur, modo emitur sanguine Christi. Erit autem aliquando manifestum regnum eius, quãdo erit aperta claritas sanctorum eius post iudicium ab eo factum. Discipuli autem & turbæ credentes in eum, putauerunt illum sic venisse vt iam regnaret: Hoc est velle rapere & facere eum regẽ. CHRY. Vide autem quanta est gulæ virtus, non ultra eis sabbati transgressionis cura, non vltra zelant pro Deo, sed omnia remota sunt, ventre repleto, & propheta iam erat apud eos, & regem eum inthronizare volebant: Christus autem fugit erudiens nos mundanas contemnere dignitates. Sic igitur Iesus dimittit discipulos & ascendit in montem. Hi vero a Magistro relicti, vt sero factum est, descenderunt ad mare. Et hoc est quod subditur. ¶ Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. ¶ Et quidem vsque ad vesperam expectauerunt eum, venturum esse putantes ad se, facta vero vespera non vltra sustinent cum non inquirere, tantus eius detinebat amor, sed ab amore igniti ascenderunt in nauem. vnde sequitur. ¶ Et cũ ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. ¶ Veniebant quidem ad Capharnaum aestimantes se illic eum inuenturos. AVGVST. Sic ergo dixit finem, & redit vt exponat quomodo uenerunt, quia per stagnum nauigantes transierunt, & dum nauigarent recapitulando exponit quid acciderit dicens: ¶ Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. CHRYSOST. Non sine causa euangelista tempus designat, sed vt per hoc calidum eorum amorẽ ostendat. Non enim dixerunt. Vespera nunc est, & nox aduenit, sed ab amore igniti ascenderunt in nauim, multa autem erant ex quibus impediebantur a tempore. vnde dicitur. ¶ Et tenebræ iam factæ erant a tempestate. ¶ vnde sequitur. ¶ Mare autem vento magno flante, exurgebat a longe. ¶ Non enim erat prope terram. vnde dicitur. ¶ Cum remigassent ergo quasi stadia xxv. aut xxx. BEDA. Eo genere locutionis, quo cum dubitandi loquimur, solemus dicere ferme xxv. aut prope xxx. CHRYSOST. Et vltimo ab inopinabili. vnde sequitur. ¶ Vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum fieri. ¶ Apparet quidem eis postã illos dimiserat, illo quidem docens eos quid est derelictio, & amorem excitans maiorem, hic vero suam virtutem ostendens, propter hoc igitur illi turbabantur. vnde sequitur. ¶ Et timuerunt. ¶ quibus turbatis dominus confortationem adhibet. vnde sequitur. ¶ Ille autem dicit eis. Ego sum, nolite timere. ¶ BEDA. Non autem dixit: Ego sum Iesus, sed tantum: Ego sum, quia familiares eius erant, ideoque audita voce, facile potuerunt cognoscere magistrum, siue qđ verius est, vt ostenderet se illum esse qui Moysi dixit: Ego sum qui sum. CHRYSOST. Ideo autem eis apparuit, vt ostẽdat quoniam ipse est qui tempestatem soluet. Hoc enim ostendit euangelista subdens. ¶ Voluerunt ergo accipere eum in naui, & statim fuit nauis ad terram, ad quam ibant. ¶ Tranquillã enim præbuit eis nauigationem. Non autem nauim ascendit, volens maius miraculum operari, & deitatem eius reuelare apertius. THEO. Vide namque tria miracula: primum est, quòd ambulabat supra mare: secundum est, quòd fluctus mitigat: tertium est, quòd statim fecit nauim ad terram ire, ad quam ibãt, nam multum distabãt a terra, cũ eis dominus apparuit. CHRYSOSTOMVS. Turbæ autem nõ ostendit se Iesus supra mare ambulantem, quia hoc signum imbecillitatem eorum excedebat, sed neque discipulis diu visus est hoc faciens, sed statim dispa-
ruit ab eis. AVGVST. de Con. euan. Non est autem aduersum, qp Matthæus prius eum dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculam & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas, ac deinde dimissis turbis, ascendisse in montem solus orare:

Cap. 47.

Tract. 25.

Homil. 42.

Hom. 42.

Tract. 25.

Hom. 42.

In 5. ca. Io.

Hom. 42.

Durus ser.

Hom. 43.

Hom. 42.

Cap. 27.

Ioannes vero prius eum fugisse commemorat solum in montem, ac deinde inquit. ¶ Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & cũ ascendissent nauim. ¶ Quis enim non hoc videat recapitulando Ioannem postea dixisse factum a discipulis, quod iam Iesus iusserat antequam fugisset in montem? CHRY. Vel aliter: Mihi videtur hoc signum aliud ab eo quod apud Matthæum positũ est, tũc enim non statim eum susceperunt, nunc autem persuasi sunt statim sucipere, & tunc quidem adhuc tempestas permanebat concutiens nauim, nunc autem cum voce tranquillitas aduenit, multoties enim eadem facit signa, vt facile susceptibilia fiant. AVGVST. Mystice autem pauit dominus turbas & ascendit in montem, sic enim de illo prædictum est: Congregatio populorum circundabit te, & propter hanc in altum regredere, ideſt, vt circundet te congregatio populorum, regredere in altum. Quare autem dictum est. Fugit, neque enim si nollet teneretur. Aliquid ergo significauit fugiendo, quia scilicet nõ potuit intelligi altitudo eius, quicquid enim non intellexeris, fugit me dicis. ergo fugit in montem ipse solus, quia ascendit super omnes cælos. Illo autem sursum posito, discipuli in nauicula tempestatem patiebantur, nauicula illa ecclesiam præsignabat. Tenebræ iam factæ erant, & merito, quia lux non erat, non enim venerat ad illos Iesus. Quantum accedit finis mundi, crescunt errores, crescit iniquitas. Lux denique charitas est, secundum illud: Qui odit fratrem suum, in tenebris est. Ipsi fluctus nauem turbantes, & tempestates & venti, clamores sunt maledicorum, inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbatur nauis, nec tamen venti illi tempestas & fluctus & tenebræ id agebant, vt vel nauis non promoueretur, vel soluta mergeretur. Qui enim persteuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quinarius autem numerus ad legem pertinet, ipsi sunt quinque libri Moysi. ergo legem signat numerus vigesimusquintus, quoniam quinquies quini, siunt vigintiquinque: Sed huic legi antequam euangelium veniret deerat perfectio, quę in senario numero comprehenditur. Ipsa ergo quinque per sex multiplicentur, vt lex per euangelium impleatur, vt fiant sexies quini xxx. Ad eos ergo qui legem implent, venit Iesus calcans fluctus, ideſt, omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes altitudines sæculi præmens, & tamen tantæ sunt tribulationes, vt etiam ipsi qui credunt in Iesum, expauescant ne deficiant. THEO. Cum autem homines, vel dæmones nos per timorem nituntur mouere, audiamus Christum dicentem: ¶ Ego sum: nolite timere. ideſt, ego semper assisto, & sicut Deus permaneo, & numquam pertranseo, non perdãtis in me fidem pro fallis terroribus. Vide etiam, quomodo non in principio periculi dominus assistit, sed in fine. Permittit namque nos esse in medio periculorum, vt certantes in tribulationibus probabiliores fiamus, & vt ad ipsum solum recurramus, qui potens est ex insperatis nos liberare. Cum enim intellectus humanus sibi prouidere non poterit, tunc salus diuina aduenit. Si voluerimus etiam Christum in nauiculam nostrã suscipere, ideſt, in cordibus nostris habitare, statim inueniemur in terra ad quam ire volumus, ideſt, in cælum. BEDA. Quia vero hæc nauicula non torpentes vehit, sed fortiter remigantes, significatur quòd in ecclesia non desidiosi & molles, sed fortes & in bonis operibus perseuerantes perueniunt ad portum salutis æternæ.

¶ CHRYSOST. Dominus, & si turbis nõ manifeste ostenderit quomodo supra mare ambulauerit, dedit tamẽ eis latenter suspicari quod factum erat, & hoc euangelista ostendit dicens. ¶ Altera die &c. vsque ibi abiissent. ¶ Quid enim hoc erat aliud q̃ suspicari qp mare pedes transiens, recesserat? Neque enim est dicere qp in alia nauicula pertransiuit, quia vna erat ibi tantum in quam ascenderunt discipuli eius, cum quibus ipse non intrauerat. AVGV. Infinuarum autem est illis tam magnum miraculum, venerunt ergo & alię naues iuxta locum illum vbi manducauerant panem, in quibus turbæ eum secutæ sunt, & hoc est quod subditur. ¶ Alię ve. na. superue. quærentes eum. CHRYSO. Sed tamen post miraculum tam magnum venientes, nõ interrogauerunt eũ qualiter pertransiit, neq; curauerunt tantum miraculum addiscere. Sequitur enim: ¶ Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Nisi quis dicat hic quãdo pro qualiter dictum esse ab eis, dignum autem est & hinc conspicere facilem

Tract. 25. & sequen.

Homi. 42.

Tract. 25.

Homi. 42.

Obscu. ser.

eorum mentem. Qui enim dicebant: Hic est propheta, qui stu-
debant rapere & facere eum regem inuenientes eum, nihil tale cõ
siliantur. AVGVST. Ecce enim ille qui in montem fugerat,
turbatus cum ipsis turbis loquitur, modo teneant modo regem fa
ciant. Sed ille qui post miraculi sacramentum, & sermonẽ infert,
& quorũ satiauit pa-
nibus ventrem, satiat
sermonibus mentem.
ALCVI. Qui enim
dedit exemplum fu-
giendæ laudis & ter-
reni imperij, dat exẽ-
plum doctoribꝰ qua-
liter debeant insistere
ꝓdicationi. CHRY.
Mãsuetudo autem &
lænitas non vbiq; est
vtilis, cum enim deses
fuerit discipulꝰ & gros
sus, stimulo vti ad eũ
oportet, hoc & hic fi-
lius Dei facit. Venien
tibus enim turbis & blandientibus ei dicendo. ¶ Rabbi quando
huc venisti? ¶ vt ostendat qp eum qui ab hominibus est, honorem
non concupiscit, sed solum inspicit eorum salutem, redarguendo
eis respondet, non solum corrigere volens, sed & mentem eorum
reuelare. vnde sequitur. ¶ Respondit eis Iesus & dixit: Amen amẽ
dico uobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manduca
stis ex panibus & saturati estis. AVGV. quasi dicat: propter
carnem me quæritis, non propter spiritum. CHRYSO. Post
reprehensionem autẽ, doctrinam eis adiungit dicens ¶ Operamini,
non cibum qui perit, sed q̃ permanet in vitam æternam. ¶ q. dicat
Vos escam exquiritis temporalem, ego autem corpora vestra nu-
triui, vt per hoc exquiretis illam escam, quæ non temporanea, sed
æternam tribuit vitam. ALCVI. Corporeus cibus carnem
tantum reficit exteroris hominis, & semel acceptus non sufficit,
nisi quotidie accipiatur: spiritalis autem cibus permanet in æter-
num & satietatem perpetuam immortalitatẽq; largitur. AVG.
Seipsum autem insinuat istum cibum, vt in sequẽtibus illuceſcit,
ac si dicat. Quæritis me propter aliud, quærite me propter me.
CHRISOST. Sed quia quidam eo qp volunt pigre nutriri,
abuntur hoc verbo, necessarium est inducere id quod est Pauli:
Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando
manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti, sed &
ipse Corinthum veniens, morabatur apud aquilã & Priscillam &
operabatur. Dicendo aũt, Ne operamini cibum qui perit, non insi
nuat qp oporteat pigritari, sed qp oporteat operari & dare hic. n.
est cibus qui non perit, operari autem cibum qui perit, est affici sæ
cularibus rebus. Hoc igitur dixit, quia illi nullam fidei curam ha-
buerunt, sed solum volebant ventrem implere nihil laborantes,
& hoc decenter cibum qui perit vocauit. AVGVST. Sicut
autem Samaritanæ dixerat, Si scires qui petit a te bibere, postu-
lasses ab eo, & daret tibi aquam viuam, ita & hic subdit. ¶ Quem
filius hominis vobis dabit. ¶ ALCVI. Quando autẽ per ma-
num sacerdotis corpus Christi accipis, non sacerdotem quem vi-
des, sed illum quem non vides attende. Sacerdos est dispensator
huius cibi non actor, filius hominis seipsum dat nobis, vt nos in
ipso & ipse in nobis maneat. Istum filium hominis nolite sic acci
pere quasi alios filios hominum. Sequestratus est enim quadam
gratia & exceptus a numero omnium, iste enim filius hominis &
Dei filius est, hoc est quod subdit. ¶ Hunc enim pater signauit
Deus. ¶ Signare est signum ponere. q.d. Nolite me contemnere,
quia filius hominis sum. sic enim sum filius hominis, vt Deus pa-
ter me signaret, ideſt, proprium aliquid mihi daret, quo non con-
funderer cum genere humano, sed per me liberaretur genus hu-
manum. HILARIVS. 8. de Trinitate. Signaculorum autẽ
natura est vt omnem impressæ in se speciei explicent formam, &
nihil minus ex eo in se habeant, vnde signentur, & dum totum
accipiunt quod imprimitur, totum ex se præferunt quicquid im-
pressum est. Verum igitur hoc ad diuinæ natiuitatis non proficit
exemplũ, quia in signaculis & materies sit & diuersitas & impres-
sio, per quam mollioribus naturis, validiorum generum species
imprimuntur. Vnigenitus vero Deus & per sacramentum salutis
nostræ hominis filius, volens proprietatis nobis paternæ in se si-
gnare speciem, signatum se a Deo ait, vt per hoc potestas in eo
dandæ ad æternitatem esce intelligi possit, quia omnem in se pa-
ternæ formæ plenitudinem signantis se Dei contineret. CHRY.
Vel signauit, ideſt, in hoc misit hanc nobis afferentem escam. Vel
signauit, ideſt, reuelauit per suum testimoniũ. ALCVINVS.
Mystice autẽ altera die, ideſt, post ascensionem Christi turba stãs
in bonis operibus, non iacens in terrenis voluptatibus expectat,
vt veniat ad eos Iesus, vna autem nauis est vna ecclesia, sed & aliæ

Tract. 25.

Hom. 43.

Tract. 25.
Hom. 43.

Homil. 43.

naues quæ superueniunt, sunt cõuenticula hæreticorum, qui quæ
sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. vnde conuenienter eis
dicitur. ¶ Quæritis me, quia manducastis ex panibus. ¶ AVGV.
Quàm multi etiam non quærunt Iesum, nisi vt illis beneficiat
secundum tempus, alius negocium habet, quærit inter cessionem
clericorum, alius præ-
mitur a potentiore, fu
git ad ecclesiam, vix
quæritur Iesus, propter
Iesum. GREGO.
23. Mora. Per eorum
etiam personam, do-
minus illos intra san-
ctam ecclesiam dete-
statur, qui per sacros
ordines ad dominum
propinquantes, non in eisdem ordinibus
virtutum merita, sed
subsidia præsentis vi-
tæ exquirunt. Satia-
tos quippe de panib⁹

Tract. 25.

Cap. 77.

Tract. 25.

Hom. 44.

Homil. 44.

Tract. 25.

nõ cibum qui perit, sed qui per-
manet in vitam æternam, quem
filius hominis dabit vobis. Hũc
enim pater signauit Deus.
d Dixerunt ergo ad eũ, Quid
faciemus vt opemur opa Dei?
Respõdit Iesus, & dixit eis, Hoc
est opus dei, vt credatis in eum
quẽ misit ille. Dixerunt ergo ei.
Qđ ergo tu facis signũ, ut uidea
mus & credam⁹ tibi? Quid opa-
ris? patres nostri manducauerũt
dominum sequi, est de sancta ecclesia temporalia alimenta sum-
pssse & non pro signis dominum, sed pro panibus quærere est ad
religionis officium, non pro augendis virtutibus, sed pro requi-
rendis subsidiis inhiare. BEDA. Illi etiam qui in oratione
quærunt non æterna, sed temporalia, quærunt Iesum nõ propter
Iesum, sed propter aliquid aliud. Significatur aute mystice, quo-
niam hæreticorum conuenticula carent hospitio Christi, ac di-
scipulorum eius, & dicunt aliæ superuenisse naues, quia hæreses
repentinæ fuerunt. Per turbam autem quæ cognouit quòd Ie-
sus non erat ibi neque discipuli eius, illi designantur, qui cogno
scentes errores hæreticorum, relinquunt eos & ad veram fi-
dem veniunt.
d ¶ ALCVINVS. Intellexerant escam istam quæ perma-
net in vitam æternam esse opus Dei, & ideo interrogant quid fa-
cerent, vt istum cibum, ideſt, opus Dei operari possint, & hoc est
quod dicitur. ¶ Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt ope-
remur opera Dei? BEDA. Ideſt, quæ præcepta seruando, pote-
rimus implere opera Dei? CHRYSOST. Hoc autem dice
bant, non vt discant & faciant, sed ad cibi exhibitionem eum in-
ducere volentes. THEO. Christus vero quàmuis cognosceret
quòd eis nihil proderat, tamen propter communem vtilitatem
respondit, & ostẽdit eis, immo omnibus hominibus quòd sit opus
Dei. vnde sequitur. ¶ Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus
Dei, vt credatis in eum quem misit ille. AVGVST. Non au-
tem dicit: Vt credatis ei, sed vt credatis in eum. Non enim con-
tinuo qui credit ei, credit in eum, nam & dæmones credebant ei,
& non credebant in eum, & nos credimus Paulo, sed non in Pau-
lum. Credere ergo in eum, est credendo amare, credendo diligere,
credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est fi-
des quam de nobis exigit Deus, qui per dilectionem operatur.
Discernitur tamen ab operibus fides, sicut dicit Apostolus, iusti-
ficari hominem per fidem sine operibus legis. Et sunt opera quæ
videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non refe-
runtur ad eum finem ex quo sunt bona, finis enim legis Christus
ad iustitiam omni credenti: & ideo noluit discernere ab opere
fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus Dei, ipsa est enim fides
quæ per dilectionem operatur. Nec dixit: Hoc est opus vestrum,
sed Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, vt qui gloriatur, in do-
mino glorietur. Credere ergo in eum, est manducare cibum qui
permanet in vitam æternam: vt quid paras dentem & ventrem?
crede, & manducasti. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi ad-
huc quærebant signa quibus crederent. Iudæi enim signa quæ-
runt, & hoc est quod sequitur. ¶ Dixerunt ergo ei: Quod ergo
tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? ¶
CHRYSOSTOMVS. Nihil irrationabilius quàm signo
præmanibus existente, quasi nullo iam signo facto hoc dicant,
neque electionem signi fiendi domino permittunt, sed in necessi-
tatem eum æstimant ducere, vt nullum aliud faciat signũ quàm
tale quale factum est in eorum parentibus. vnde subdunt. ¶ Patres
nostri manducauerunt manna in deserto. ALCVINVS. Et
ne videatur manna aliquo modo contemnendum, authoritate
Psalmi illud extollunt dicentes, sicut scriptum est. ¶ Panem de
cælo dedit eis manducare. ¶ CHRYSOSTOMVS. Mul-
tis quidem factis signis, & in Aegypto, & in mari rubro, & in de-
serto, huius maxime meminerunt, quod valde concupiscebant
propter ventris tyrannidem. Neque autem dicunt quòd Deus
hoc fecit, ne uideantur Ieum exæquare Deo, neque Moysen indu-
cunt, vt non videantur Christum deprimere, sed medium po-
nunt dicentes. Patres nostri manducauerunt manna. Vel aliter.
AVGVSTI. Dominus Iesus talem se dicebat, vt se Moysi

præponeret, non enim est ausus Moyses de se dicere q daret cibū qui non perit. Attendebant itaque quanta fecisset Moyses, adhuc aliqua maiora volebant fieri, q.dicant. Tu promittis cibum qui non perit, & non talia operaris, qualia Moyses. Panes ordeaceos [Hom.44.] ille non dedit, sed manna de cælo. CHRYSOSTO. Licebat autē domino dicere, quoniam Moyse maiora miracula feci, sed non erat tempus horum verborum nunc, sed vnū erat ad quod studebat, scilicet ducere eos ad escam spiritalē. vnde sequitur. {Dicit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panē de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. }

manna in deserto, sicut scriptū est, Panem de cælo dedit eis mā ducare. Dixit ergo eis Iesus. Amen amē dico vobis, nō Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panē de cælo verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc.

An non ex cęlo erat manna? qualiter igitur ex cælo dicitur? sicut & volucres cæli dicuntur, & sicut dicitur: Intonuit de cælo dominus. Panem autem non verū vocauit illum, non quia falsum erat miraculum de manna, sed quia figura erat non veritas. Non dixit: Non Moyses dedit, sed ego, sed pro Moyse quidem deum, pro manna vero seipsum posuit. AVGVST. q.diceret. Illud manna hoc signi- [Tract.25.] ficabat, scilicet cibum de quo paulo ante locutus sum, & omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis, quod significatur, contemnitis. Deus enim dat panem quem significauit manna ipsum, scilicet dominum Iesum Christum. vnde sequitur. { Panis enim verus est qui de cęlo descendit, & dat vitam mundo. BEDA. Non quidem elementis, sed hominibus habitatoribus mundi. THE. H Seipsum dicit panem verum, quia principale significatum per manna est vnigenitus Dei filius, homo factus. Manna namque interpretatur, quid est hoc. nam Iudæi videntes, stupefacti, vnus ad alium dicebant, quid est hoc? Filius autem Dei factus homo ipse est potissimum admiratiuum manna, ita vt cuilibet contingat quærere, quid est hoc, quomodo filius Dei, filius hominis est? quomodo ex duabus naturis, vna fit persona? ALCVINVS. Qui per assumptam humanitatem descendit de cælo, & per assumentem diuinitatem dat vitam mundo. THEO. Hic autem panis vita secundum naturam existens, tamquàm viui patris filius proprium opus facit, quia viuificat cuncta. Sicut enim panis ex terra infirmam naturam carnis conseruat, sic & Christus per spiritus operationes viuificat animam, & etiam corpus incorruptibile facit. nam per eius resurrectionem corporalis confertur [Hom. 44.] corruptio, & ideo dicit quòd dat vitam mundo. CHRYSO. Non Iudæis solum, sed orbi terrarum. Illi vero inferius adhuc inspiciebant. vnde sequitur. { Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis hunc panem. } Dicente autem eo, quoniam pater meus dat vobis panem, non dixerunt: Roga ut det, sed Da [Tract.25.] nobis. AVGVSTINVS. Sicut enim Samaritana cui dictum est, qui biberit de hac aqua, non sitiet vmquàm, secundum corpus accipiens, & carere indigentia volens. Da mihi inquit domine de hac aqua, sic & isti dicunt: Da mihi panem, qui reficiat, & non deficiat.

[Hom.44.] e ¶ CHRYSOST. De reliquo dominus in mysteriorum traditionem eos inducturus est, & primo de deitate sua loquitur. vnde dicitur: { Dixit autem ei Iesus: Ego sum panis vitæ. } Non enim hoc de corpore eius dictum est, de illo enim in fine dicit: Panis quem ego dabo, caro mea est. Sed interim de diuinitate loquitur: Etenim caro propter deum verbum panis est, quod spiritum ipsum suscipienti panis cælestis fit. THEO. Non autem dixit, Ego sum panis nutrimenti, sed uitæ. Quia enim cuncta mortifera erant, viuificauit nos Christus per seipsum, est autem panis non consuetæ vitæ, sed illius quę morte non resecatur. vnde subditur. { Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. } AVGVST. Qui venit ad me, hoc est qui [Tracta. 25] credit in me, & quòd dixit: Non esuriet, hoc intelligendum est. Et non sitiet vmquàm, vtroque enim significatur æterna illa satietas, vbi nulla est egestas. THEO. Vel non sitiet, neque esuriet, idest ad verbum Dei audiendum, neque tediosus efficitur, neque sitiet siti intellectuali, quasi non habeat aquam baptismi & sanctificatione per spiritum factam. AVGVST. Panē igitur de cę- [Tract.25.] lo desideratis, ante vos habetis, sed non manducatis. vnde sequitur. { Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis. ALCVINVS. quasi dicat. Non ideo hoc dixi, quòd vos sciam hoc pane satiandos, sed potius ad improperium vestræ incredu- [Hom.44.] litatis dico, quia videtis, & non creditis. CHRYSOT. Vel per hoc quòd dicit: Dixi vobis, insinuat testimonium scripturarum, de quo supra dixerat. Illę sunt quę testimonium perhibent

F de me. Et iterum dixerat: Quoniam veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, hoc autem quòd dicit. Quia vidistis me, signa occulte insinuat. AVGVST. Sed non ideo ego populum [Tract.25.] Dei perdidi, sed quia vos vidistis & non credidistis. vnde sequitur: { Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me non eiiciam foras.

e Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitę. Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternū. Sed dixi uobis, quia & vidistis me & nō credidistis. Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eū qui venit ad me non eiiciā foras, quia G descendi de cælo, nō vt faciā voluntatem meā, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim

BEDA. Absolute dicit: Omne, vt ostenderet plenitudinem fidelium. Hi autem sunt quos pater dat filio, quando per occultam inspirationem facit eos credere in filium. ALCVI. Quæcumque ergo pater traxerit, ad hoc ut credat in me, veniet per fidem ad me, vt mihi iūgatur, & eum qui passibus fidei & bonæ operationis veniet ad me: Non eijciam foras, idest in secreto puræ conscientiæ mecum morabitur, & tandem recipiam eum in æterna beatitudine. AVGVST. Illud enim intus, vnde [Trac.25.] non exitur foras, est magnum penetrale & dulce secretum sine tedio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine intellectione tentationum & dolorum, de quo dicitur. Intra in gaudium domini tui. CHRYSOSTO. Per hoc autem quod dicit. Quod [Hom.44.] dat mihi pater, ostendit quoniam non contingens res est credere in Christum, neque cogitationibus humanis perficitur, sed ea quæ desuper reuelatione indiget & anima deuota suscipiente reuelationem. vnde non sunt ab accusatione eruti, quibus non dat pater, indigemus enim & ea quæ ex nobis est voluntate ad credendum: per hoc autem tangit incredulitatem eorum, ostēdens quoniam qui non credit ei, voluntatem transgreditur patris. Paulus autem ait, quòd ipse eos tradiderit patri, cum tradiderit (inquit) regnum Deo & patri. Sicut igitur pater dans, non priuat seipsum, sic nec filius tradens: dicitur autem filius tradere, quoniam per eum ad patrem adducimur. Et de patre dictum est. Per quem vocati estis in societate filii eius. Sic igitur qui venit ad me saluabitur, quia pro his ueni & carnem assumpsi. vnde sequitur. { Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. } Qui dicis. alia sunt tua, & quæ illius? Ne igitur hoc aliquis suspicetur subiunxit. { Hæc est autem voluntats eius qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum habeat vitam ęternam. Per hoc autem & filius vult, quia filius quos vult, viuificat. Quid est igitur quod dicit? Non I aliud acturus veni quàm quod pater vult, quasi si non habens diuinam voluntatē a patre, omnia enim quæ patris sunt, mea sunt, sed hoc non dixit, sed in fine reseruat, excelsa enim interim occultat. AVGVSTINVS. Vel aliter, quare non eiiciat fo- [Tract.25.] ras subiungit dicens. { Quia descendi, de cælo non vt faciam uoluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Propterea enim anima a Deo exiit, quia superba erat. Superbia enim eiecti sumus, humilitate regredimur. Medicus enim quando ęgritudinem discutit, si curet quod per aliquam causam factum est, & ipsam causam non curet, ad tempus videtur mederi, sed causa manente, morbus repetitur. Vt ergo causa omnium morborum curaretur, idest superbia, descendit & humilis factus est filius Dei. Quid superbis homo? filius Dei propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem? saltem imitare humilem Deum, hæc est enim commendatio humilitatis. Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Superbia quippe facit voluntatem suam, humilitas voluntatem dei. HILARIVS. 3. de Trinitate. Non igitur hoc dicit, quia fa- [Post princi.] K ciat quod non uelit, sed obedientiam suam sub affectu paternę uoluntatis ostendit, volens ipse voluntatem patris explere. AVGVSTINVS. Ideo ergo qui ad me venerit, non eiiciam eum foras, quia non veni facere voluntatem meam, humilis ueni, humilitatem docere, qui ad me venit incorporatur mihi, & humilis fit, quia non faciet voluntatem suam, sed Dei, & ideo non eijcietur foras, quia cum superbus esset, proiectus est foras, ad me enim venire non potest nisi humilis, non mittitur foras nisi superbia, qui seruat humilitatem non labitur a veritate. Quare autem ideo non eiiciat foras qui venit ad illum? quia non venit facere voluntatem suam, ostendit cum subdit. Hec est enim voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo. Ipse illi datus est, qui seruat humilitatem, non est uoluntas in conspectu patris, vt pereat vnus de pusillis, de tumentibus potest perire, de pusillis nihil perit, quia nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum cælorum. AVGVSTINVS. de Correctione & Gratia. Qui ergo [Cap.9.] in Dei

in Dei prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, glorificati sunt etiam nondum renati, sed & nondum nati, iam filij Dei sunt, & omnino perire non possunt. hi enim vere veniunt ad Christum. Ab illo ergo datur perseuerantia in bono vsque in finem, neque enim datur nisi eis qui non peribunt, quoniam qui nō perseuerant peribunt. [Homil. 44.] CHRYS. Per hoc autem quod dicit. Nō perdam ex eo, nō ostēdit se indigere eorum cura, sed hoc dicit propter eorum salutem. Postquàm autem dixerat: Non perdam ex eo, & non eijciam foras, subiungit. {Suscitabo eum in nouissimo die, quia in resurrectione cōmuni mali eijciuntur, secundum

voluntatē eius qui misit me patris. vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hęc est autem voluntas patris mei qui misit me, vt omnis q videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. f Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset. Ego sum pa-

illud: Tollite eum & eiicite eum in tenebras exteriores. Ipsi etiā perdentur secundum illud: Qui potest animā & corpus perdere in gehennam. Ideo autem multoties resurrectionem inducit, vt non ex solis rebus præsentibus iudicent Dei prouidentiam, [Tract.25.] sed aliam expectent vitam. AVGVST. Videte autem quemadmodum & hic geminam illam resurrectionem designet, qui venit ad me, modo resurget, humilis factus in membris meis. Sequitur autem. {Sed resuscitabo illum in nouissimo die.} Ad exponēdum autem quod dixerat: Omne quod dedit mihi pater. Et iterum quod dixerat: Non perdam ex eo, subiungit: {Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & cre- C dit in eum habeat vitam ęternam.} Superius dixit: Qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me. Modo autem: Qui videt filium & credit in eum, non dixit: Et credit in patrem. Hoc est enim credere in filium, quod & in patrem, quia sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semet ipso, vt sic omnis qui videt filium & credit in eum, habeat uitam æternam, credendo & transeundo ad vitam, tamq̄ prima illa resurrectione, & quia ipsa non est sola subiungit de secunda. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

[Homil. 45.] f ¶ CHRYSOST. Iudæi existimantes se comestione carnali potiri non turbabantur, vsquequo postea diffisi sunt. vnde dicitur. { Murmurabant ergo Iudęi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. } Videbantur quidem turbari in hoc, quòd dixerat eum de cælo descendisse, sed non hoc erat, quod turbationem faciebat, sed hoc quod non expectabant potiri mensa corporali. Adhuc tamen eum venerabantur, quia recēs D erat signum, & propterea non manifeste ei cōtradicebant, sed murmurando suam turbationem ostendebant: quid autem murmurando dixerint subditur. {Et dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit hic quia descendi de cælo?} AVGVST. Longe autem [Tract. 26.] isti erant a pane de cælo, nec eum esurire nouerant, panis enim [Hom. 45.] iste interioris hominis quærit esuriem. CHRYSOST. Manifestum est enim, quoniam mirabilem eius nondum sciuerant generationem, propterea eum adhuc filium Ioseph dicunt, sed non increpantur. Non enim respondit eis. Non sum filius Ioseph, quia non poterant illum mirabilem partum audire. Si vero eum qui secundum carnem non poterant manifeste audire, multomagis, [Tract. 26.] nec superiorē ineffabilem. AVGVST. Ab hominibus enim carnem assumpsit, sed non more hominum, nam patrem habēs in cælo, matrem elegit in terra, & illic natus sine matre, & hic sine patre, quid ergo talibus murmurantibus respondit subditur. {Respondit ergo Iesus & dixit eis, nolite murmurare inuicem.} q. d. [Tract.26.] E Scio quare non esuritis sic, vt istum panem non intelligatis, neq; quæratis. {Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit illum. } Magna gratiæ commendatio, nemo venit nisi tractus, quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat, & illū non trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare, semel accipe & in- [Hom.45.] tellige, si non traheris, ora vt traharis. CHRYSO. Hic autem insiliunt Manichęi dicentes, quoniam nihil in nobis est positum, sed hoc non quod in nobis est destruit, sed ostendit nos diuino auxilio indigentes, ostendit enim hoc non eum qui inuitus venit, [Tra.26.] sed eum qui multam patitur oppugnationem. AVGVST. Sed si inuiti trahimur ad Christum, inuiti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur, sed intrare quisq̄ ecclesiam potest nolens, credere non potest nisi volens, corde enim creditur ad iustitiam. si ergo inuitus venit qui trahitur, non credit, si non credit non venit, non enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo, nec motu corporis, sed volūtate cordis accedimus, ergo uoluntate traheris. Quid est autem trahi voluntate? dele-

A ctare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: est quędam voluptas cordis, cui dulcis est panis ille cælestis, porro si poetæ dicere licuit. Trahit sua quemque voluptas, quanto fortius nos dice- [Hom. 46.] re debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, beatitudine, iustitia, sempiterna vita, quod totū Christus est?

nis viuus qui de cælo descendi. Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, qa de cęlo descēdi? Respōdit ergo Iesus & dixit eis: Nolite murmurare inuicem. Nemo pōt venire ad me, B nisi pr̄ qui misit me traxerit eū, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptū in ꝓphetis.

An non habent corporis sensus voluptates suas & animus deseritur a voluptatib' suis? [Trac.27.] Da amantem, desiderantem, feruentē, fonti æternæ patriæ suspirantem, & scit quid dicam, sed quare voluit dicere, quem traxerit pater si tradendi sumus ab illo trahamur, cui dicit quidam quę diligit. Trahe me post te. Sed quid intelligi voluit aduertamus. Trahit pater ad filium eos qui propterea credunt in filium, quia eum cogitant patrē habere deum. Deus enim pater æqualem sibi genuit filium, & qui cogitat, atque in fide sua sentit ac ruminat æqualem esse patri eum in quem credit, ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum traxit pater. Fotinus dicit. Homo solus est Christus, qui sic credit non eum pater trahit, traxit Petrum qui dixit: Tu es Christus filius dei viui. vnde ei dictum est. Non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater qui in cælis est. Illa reuelatio ipsa attractio est. Si.n. qui inter delitias terrenas reuelantur amantibus trahunt, non trahet reuelatus Christus a patre? Quid.n. fortius desiderat anima q̄ veritatē? sed hic homines esuriunt, ibi saturabuntur, ideo subiecit. {Et ego resu. eum in no. die.} q.d. Saturabitur, eo q & hic sitit, in resurrectione mortuorum qm̄ ego resuscitabo eum. AVG. de quæ no. [Quæst. 79.] & ve. te. Vel attrahit pater ad filiū per opera quæ faciebat p illū. [Hom.45.] CHRY. Nō parua dignitas filii si pater adducit, & ipse suscitat, non diuidens ad patrē opera, sed ostendens parilitatem virtutis. deinde ostendit modum ₰m quem pater trahit dicens. {Scriptum est in prophe. Et erunt omnes doci. Dei.} Vides fidei dignitatem, qm̄ non ab hominibus, neq; hoīes, sed ab ipso deo per eam debeāt addiscere. Magister.n. præsidet oībus paratus existēs sua tribuere, ad oēs suam doctrinā effundēs. Si aūt erunt oēs docibiles dei, qualiter quidā non credunt? quia hoc de pluribus dictum est, siue qm̄ oēs qui volunt. AVG. de prędest. sanctorum. Vel aliter Sicut [Cap.8.] integre loquimur cum de aliquo literarū magistro qui in ciuitate solus est dicimus, oēs iste hic literas docet, non quia oēs discūt, sed quia nemo nisi ab illo dixit quicumq; ibi literas discit. Ita recte dicimus. Omnes Deus docet venire ad Christum, non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. AVGVST. super [Tract.26.] Ioan. Vel aliter. Omnes regni illius homines docibiles erūt dei, non ab hominibus audient, & si hic ab hominibus audiunt, tamē quod intelligunt intus datur, strepitum verborum ingero aurib' vestris, nisi reuelet ille qui intus est, quomodo ergo o Iudæi me potestis agnoscere quos pater non docuit? BEDA. Dicit autē pluraliter. {In prophetis,} quia omnes prophetę, vno eodéq; spiritu repleti, licet diuersa prophetarent, tamen ad idem tendebāt. quapropter cum quibus eorum omnes alii concordabant, sicut cum Ioele propheta qui dicit: Erunt oēs docibiles Dei. GLO. Hoc in Ioele non inuenitur, sed aliquid simile, dicitur enim ibi. Filij Syon exultate & lætamini in domino Deo nostro, quia dedit vobis doctorem. Expressius tamen est in Isaia vbi dicitur. Ponam vniuersos filios tuos doctos a domino. CHRYSOST. [Hom.45.] Quod quidem pręcipuum est, quia ante per homines discebant quæ dei sunt, nūc autem per vnicum filium dei & spiriumsanctū. AVG. de prędestinatione sanctorum. Omnes autem docibiles [Cap.8. & sequen.] Dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt a patre per filium. vnde subditur. {Omnis qui audiuit a patre & didicit venit ad me.} Si autem omnis qui audiuit a patre & didicit venit, profecto omnis qui non venit, non audit a patre nec didicit. Valde remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad filium, nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis, vbi est & ipse filius, quia ipse est verbum eius per quod pater sic docet, simul est & spiritussanctus. Inseparabilia enim dicimus esse opera trinitatis, sed patri hoc potissimum est attributū, quia de ipso procedit & filius & spiritussanctus. Itaque gratia quæ occultæ & humanis cordibus diuina largitate tribuitur, a nullo corde duro respuitur. ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur. Cur ergo non omnes docet, vt veniant ad Christum? nisi quia eos quos docet, misericordia docet, quos autem nō docet, iudicio non docet, si autem diximus quòd volunt discere,

Universidad de Deusto Biblioteca

quos non docet, respondebitur nobis. Et vbi est quod ei dicitur. Deus tu conuertens viuificabis nos, aut si non faciat volentes ex nolentibus Deus, vt quid orat ecclesia secundum præceptum domini pro persecutoribus suis? non enim quisquam dicere potest, credidi, vt sic vocaret. præuenit quippe eum misericordia Dei, quia sic est vocatus vt

Tract.26. crederet. AVGVS. super Ioan. Ecce ergo quomodo trahit pater docendo de veritate, non necessitate imponēdo, trahere enim Dei est. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. igitur Christ⁹ nihil docuit? quid cp patrē magistrū homines nō viderunt, filiū viderunt? filius ergo dicebat, sed pr̄ docebat. Si enim ego homo cum sim, illum doceo qui audiuit verbum meum, illum docet & pater qui audiuit verbum eius. Exponit autem hoc ipse & ostendit nobis quid dixerat, continuo subiungens. {Non quia patrem vidit quisquam, nisi qui a Deo est, hic vidit patrem.} q.d. Ne forte cū dico vobis, omnis qui audiuit a patre & didicit, dicatis apud vos. Numquam vidimus patrem: quomodo ab eo discere poterimus, a meipso audite. Ego noui patrem, ab illo sum, quomodo verbum est ab illo cuius est verbum? non cp sonat & transit, sed quòd

Hom. 45. manet cum dicente, & trahit audientem. CHRYS. Omnes quidem a Deo sumus. Id vero quod est præcipuū filii & propriū: hic non posuit propter auditorum imbecillitatem.

Tract.26. g ¶ AVGVST. Reuelare voluit se dominus quid esset. vnde dicit. {Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam.} q.d. Qui credit in me habet me, quid est autem habere me? habere vitam æternam, vita enim æterna est verbum, quod in principio erat apud Deum, & vita erat lux hominum, assumpsit vita mortem, vt vita occideret mortem. CHRYS. Quia

Hom. 45. vero turbæ instabant, cibum corporalem petentes & eius cibi qui patribus eorum datus erat reminiscentes, vt ostendat cp omnia illa figura erant huius veritatis præsentis, mentionem de cibo spirituali facit dicens. {Ego sum panis vitæ.} Panem quidem vitæ se ipsum vocat, quoniam vitam nostram continet & hanc. AVG.

Tract.26. Sed & futurā quia illi de manna superbiebant, subiungit. {Patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt.} Ideo patres vestri, quia similes estis illorū, murmuratores patres, murmuratorum filiorum. Nam de nulla re magis Deum offendisse ille populus dictus est, q̄ contra Deum murmurando. Ideo autem mortui sunt, quia quod videbant credebant, quod non videbant non credebant, neque intelligebant. CHRISOST.

Hom. 45. Non autē sine causa addit. In deserto, sed occulte insinuans, quoniam non longum tempus fuit, quo scilicet mãna datum est, neq; simul cum venit in terram promissionis, sed quia videbant panē datum a Christo minus esse illo quod patribus datum erat, in eo cp illud desuper descendebat. Miraculum vero panum inferius gerebatur, propterea subiungit. {Hic est panis de cælo descendens.}

Tract.26. AVGVST. Hunc panem significauit manna, hunc panem significabat altare Dei. Sacramenta hæc sunt, & illa fuerunt, in signis diuersa sunt, in re quæ significatur, paria sunt. Apostolum

Homil. 45. audi. Omnes eandem escam spiritalē manducauerunt. CHRY. Deinde ostendit cp maxime eos poterat persuadere, quoniam ipsi patribus suis multo digniores effecti sunt, qui manna manducantes sunt mortui, & ideo subdit. {Vt siquis ex ipso manducauerit, non moriatur.} A fine vtriusque cibi ostendit differentiam, panem autem hic dogmata salutaria dicit, & fidem quæ in ipsum

Tract.26. est, aut corpus suum, hæc enim conseruant animam. AVGVS. Sed numquid nos non morimur, qui manducauimus panē descendentem de cælo? sic illi sunt mortui, quemadmodum & nos sumus morituri, quantum attinet ad mortem huius corporis visibilem, atque carnalem, quantum autem pertinet ad mortem spiritalem qua patres istorum mortui sunt, manducauit manna Moyses & multi qui domino placuerunt, & mortui non sunt, quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter gustauerunt, vt spiritualiter faciarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramēti, quoniam multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur, vnde Apostolus: Iudicium sibi manducat & bibit, panem ergo cælestem spiritualem manducare, est innocentiam ad altare apportare: peccata, & si sint quotidiana, non sint mortifera, anteq̄ ad altare accedatis, attendite quid dicatis. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, si dimittis dimittentur tibi, securus accede, panis est, non venenum, siquis ergo ex hoc panē manducauerit, non morietur. Sed quod pertinet ad virtutē sacramēti, non quod pertinet ad visibile sacramentum, qui manducat scilicet intus, non foris. ALCVI. Ideo inquam non moritur qui comedit hunc panem, quia ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. THEO. Per hoc scilicet, quòd incarnatus est, non ergo prius solum fuit homo & postmodum assumpsit diuinitatem, vt Nestorius fabulat. AVGVS. De cælo descendit & manna, sed māna vmbra erat, iste veritas est. ALCVINVS. Est aūt mea vita viuificans. vnde sequit. {Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet, non tantum in præsenti per fidem & iustitiam, sed in æternum.

h ¶ AVGV. Determinat consequenter dominus quō se panem dicat, non tantum scd̄m diuinitatem quæ pascit omnia, sed etiam scd̄m humanā naturā quæ est assumpta a verbo dei, cū subdit. {Et panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi vita.} BED. Hunc panem tunc dns dedit, qñ mysterium corporis & sanguinis sui discipulis tradidit, & quando semetipsum Deo patri obtulit in ara crucis, quod vero dicit. {Pro mundi vita.} nō debemus intelligere pro elementis, sed pro hominibus qui mūdi nomine designantur. THEO. In hoc quod dicit. Quem ego dabo, potestā Ibidem. tem suam demonstrat, cp non sicut seruus minor patre crucifixus est, sed voluntarie, nam & si a patre dari dicatur, tamē seipsum tradidit ipse. Attende aūt, cp panis qui in mysteriis a nobis assumit̄, non solum figurā gerit carnis Christi, sed ipse est vera caro Christi, non enim dixit: Panis quem ego dabo, figuram carnis meæ gerit, sed caro mea est. Transmutatur aūt in enarrabilib⁹ verbis iste panis p mysticā benedictionē & habitationē spiritus sancti in carnem Christi. Sed quare nō videmus carnē? quia si caro videretur, horror nos in eius assumptione inuaderet. vnde vt nostre infirmitati condescendatur, talis nobis videtur mysticus cibus scd̄m cp nostræ consuetudini competebat, pro mundi aūt vita carnē suam tradidit, quia moriendo, mortem soluit. Ego etiam intelligo pro mundi vita resurrectionem, nam domini mors vniuersalem resurrectionē toti generi humano ministrauit, forte aūt & vitam quæ in sanctificatione & beatificatione consistit & spiritu, mundi vitam dixit, quāmuis enim non omnes susceperint vitam quæ est in sanctificatione & spiritu, tamen dominus seipsum pro mundo tradidit, & quantum in eo est totus mūdus sanctificatur. AVG. Tract.26.

I Quando aūt caperet cor & dixit panem carnē, norunt autem fideles corpus Christi, si corpus Christi esse non negligant, fiant corpus Christi, si volūt viuere de spiritu Christi, de spiritu enim Christi non viuit, nisi corpus Christi, nunquid enim corpus meū viuit de spiritu tuo? Hunc panem exponit Apostolus dicens. Vnum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculum charitatis, qui vult viuere accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur.

i ¶ AVG. Quia Iudæi panem concordiæ non intelligebant, ad inuicem litigabāt. vnde dicitur. {Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes. quo pōt hic nobis dare carnem suam ad māducandum?} Qui aūt manducant talem panem, non litigant ad inuicem, quoniam per hunc deus habitare facit vnanimes in domo. BEDA. Putabant ergo Iudæi cp dominus particularim carnem suam diuideret, & eis ad manducandum daret, & ideo litigabant, quia non intelligebant. CHRYSOST. Quia igitur dicebāt Hom. 46. hoc esse impossibile, vt scilicet carnem suam ad manducandum daret, ostendit, quoniam non solum non est impossibile, sed valde necessarium. vnde sequitur. {Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. AVGVST. q.d. Tract.26. Quo quidem ædatur, & quisnam sit modus manducandi istum panem ignoratis, verumtamen nisi manduca. &c. BEDA. Et ne crederetur illis solis hæc dixisse, mox generalē sententiam intulit. Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinē. AVG. Tract.26. Et ne istam vitam intelligentes, de hac relitigarent, secutus adiunxit. Habet vitam æternam: Hanc ergo non habet, qui istā carnē non māducat, nec istum sanguinem bibit. Nam temporalem vitā sine illo habere homines possunt, æternam vero, o ino nō possunt. Non ita est hæc esca, quā sustentandæ huius temporalis vitæ causa sumimus, nam qui eam non sumpserit, non viuet, nec tñ qui eam sumpserit, viuet. Fieri enim potest vt morbo, vel senio, vel aliquo casu plurimi qui eam sumpserint, moriantur. In hoc vero cibo & potu, ideſt corporis & sanguinis domini, non ita est, nam & qui

eam non sumit, non habet vitam, & qui eam sumit, habet vitam, A & hanc vtique æternam. THEO. Non enim puri hominis caro est, sed Dei, & hominem diuinum facere valens, tamq̄ diuinitate inebrians. AVGVST. xxij. de Ciui. Dei: Sunt autem quidam liberationem ab æterno supplicio hominibus promittentes

Cap.19. Chri baptismate ablutis, qui participes sunt corporis ei⁹, quo modolibet vixerint pp illud dr̄ qd̄ hic. {Sed contradicit eis

Cap.15. Apostolus dicens: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia &c. quæ prædico sicut præ dixi, quoniam qui talia agunt, regnū Dei nō possidebūt: Quamobrē quomodo sit accipiēdum quod hic dicitur, merito quæritur. Qui enim i eius corporis vnitate, ideſt, in Christianorum compagine membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt, ipse vero dicendus est manducare corpus & bibere sanguinē Christi, ac per hoc hæretici & seismatici ab vnitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi vtile, immo etiam noxium quo iudicentur grauius, quàm vel tardius liberentur, nec illi etiā in perditis & damnabilibus moribus debent esse securi, qui per vitæ iniquitatē, ipsam vitæ iustitiam quæ est Christus deserunt, siue fornicando, siue aliquid huiusmodi faciendo. Non enim isti dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Vt enim alia taceam, C non possunt simul esse membra Christi, & membra meretricis.

Tract.26. AVGVSTINVS. super Ioannem. Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorū, quod est ecclesia in prædestinatis & vocatis & iustificatis & glorificatis sanctis & fidelibus eius: huius rei sacramentum, ideſt vnitas corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica mensa præparatur, & de dominica mensa sumitur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium. Res vero ipsa cuius sacramentum est, omni homini est ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit. Ne autem putarent sic in isto cibo & potu promitti vitā æternam, vt qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur. Huic cogitationi occurrens subiungit dicens. {Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.} Vt scilicet, habeat interim vitam æternam secundum spiritum in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit. Quod autem ad corpus attinet, nec corpus etiam vita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die eam habeat. D

k ¶ BEDA. Dixerat superius. Qui manducat meam carnē & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & vt ostenderet quanta distantia sit inter corporalē cibum & potum, & spirituale mysterium corporis & sanguinis sui, adiecit. {Caro enim mea

Hom.46. vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.} CHRYSOT. Hoc autem dicit, aut vt credant his quæ dicta sunt, vt non æstiment enigma & parabulam esse, sed sciant quoniam omnino oportet manducare corpus Christi, aut vult dicere cp verus cibus est

Tract.26. hic qui animam saluat. AVGVST. Vel aliter. Cum cibo & potu id appetant homines vt non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos a quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit, ideſt societas ipsa sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta, propterea dominus noster corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis: namque aliud, scilicet panis ex multis grauis in vnum constat, aliud, scilicet vinum ex multis acinis confluit. Deinde iam exponit quid sit manducare corpus eius & sanguinem bibere, dicens. {Qui manducat meā carnem & bibit meum sanguinē in me manet & ego in illo.} Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & Christum in se habere. At per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, sed magis tantę rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.

Hom.46. CHRYSOSTO. Vel aliter continuatur, quia promiserat se manducantibus vitam æternam, vt ergo hoc cōfirmet, induxit.

Ser. 11. {Qui manducat meam carnem &c.} AVGVST. de Ver. do. Multi quidem, qui vel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, vel cum manducauerint apostatæ fiunt, numquid manent in Christo, & Christus in eis? Sed est profecto quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem, quomodo qui manducauerit & biberit, in Christo manet & Christus in eo, AVGVST. xxj. de Ciuitate Dei. Hoc est; Cap.27. illi qui non sacramento tenus tantum, sed reuera corpus Christi manducant, & sanguinem bibunt. CHRYSOST. Et quia Hom.46. ego viuo, manifestum est cp ipse viuet, & ad hoc ostēdendum subiungit. {Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.} Ac si dicat. Viuo ego sicut pater, & ne ingenitū æstimes adiecit: Propter patrem, patrē sibi esse principiū occulte insinuās, quod autē dicit. Qui manducat me, & ipse viuet propter me, nō de vita simplicit̄ hoc dicit, sed de approbata. Etenim etiam infideles viuunt nō manducātes de carne illa, sed neque de resurrectione communi hoc dicit, etenim omnes suscitabuntur, sed de gloriosa, & mercedem habente. AVGVST. Tract. 26. Non autem ait. Sicut manduco patrem, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior, fuit participatione filij per vnitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio & potatio significat, nos efficimur meliores. Si ergo ita dictum est. Viuo propter patrem, quia ipse de illo est, sine detrimento æqualitatis dictum est, nec tamen eandem nostram & suam æqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostendit. Si autem secundum id accipimus. Viuo propter patrem, quod alibi ait: Pater maior me est, hæc verba ita dixit. Sicut misit me pater. Ac si diceret, ut ego viuam propter patrem, ideſt, ad illum tamq̄ ad maiorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit, vt autem quisque viuat propter me, participatio facit, quia manducat me. HILA. 8. de Trinitate. De veritate igitur carnis & sanguinis Christi, non relictus est ambigendi locus, nunc enim ex ipsius Post princi domini professione & fide nostra vere caro est, & vere sanguis est. Hoc ergo vitę nostræ causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus victuris nobis, per eum ea conditione qua viuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum viuimus, ideſt, naturam carnis sue adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? per patrem autem viuit, dum natiuitas non alienam ei intulit, diuersamque naturam. AVGV Tract. 26 STINVS. Vt autem illum panem manducando viuamus, qui æternam vitam ex nobis habere non possumus, de cœlo descendit. vnde sequitur: {Hic est panis qui de cælo descendit. HI Post princ LARIVS. 10. de Trinitate. Se panem hic dicit, ipse enim origo sui corporis est. Ac ne verbi virtus, atque natura defecisse a se existimaretur in carne, panem carnem suam esse dixit, vt per hoc quòd descendens de cælis panis est, non ex humana conceptione origo esse corporis eius existimaretur, dum cæleste esse corpus ostenditur. Ac uero cum panis est, assumpti per verbum corporis est professio. THEO. Non enim purum Deum comedimus, nam & impalpabilis & incorporeus est, neque enim hominis puri carnem comedimus, quæ nil possit proficere. Sed quia Deus carnem sibi vniuit, caro eius vitificatiua existit, non quòd in Dei naturam transierit, sed secundum quandam igniti ferri consuetudinem, quod & ferrum manet, & ignis actum ostendit, sic & caro domini viuificatiua est tamquàm caro verbi Dei. BEDA. Et ut ostenderet distantiam umbræ & lucis, typi & veritatis, subiunxit. {Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, viuet in æternum.} AVGVSTINVS. Quòd autem illi mortui sunt, Tract.26. ita uult intelligi, vt non viuant in æternum. Nam temporaliter & hi profecto morientur, qui Christum manducant, sed viuunt in æternum, quia Christus est vita æterna. CHRYSOSTO. Hom. 46. Si enim possibile fuit sine messe & frumento & aliis huiusmodi quadraginta annis illorum vitam conseruare, multomagis nunc cibo spirituali hoc facere poterit cuius illa erant figurę, frequenter autem vitam repromittit, quia nihil est ita delectabile hominibus, vnde & in veteri testamento longitudo vitæ promittebatur, hic autem vita finem non habens. Simul etiam per hoc ostendere vult, quoniam sententiam morti tradentem pro peccato nunc soluit, vitam æternam contrario promittens. Sequitur: {Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum.} Vbi scilicet plurimæ virtutes eius sunt factæ. Docebat autem in synagoga & in templo multitudinem attrahere volens, & ostendens qm non est contrarius patri. BEDA. Mystice autem Capharnaū, quæ interpretatur villa pulcherrima, significat mundum, synagoga

Universidad de Deusto Biblioteca

vero iudaicum populum,per hoc ergo ostenditur quòd dominus per mysteriũ incarnationis mundo apparens iudaico populo multa docuit,quæ ipse intellexit.

Tract.27. l ¶ A V G V. Talia loquente Iesu non crediderunt,aliquid magnum dicentem & verbis illis aliquam gratiam cooperantem, sed prout voluerunt intellexerunt, & more hominum, quia poterat aut disponebat Iesus carnem qua indutum erat verbum, veluti conscissam distribuere credentibus in se.vnde dr̃. {Multi ergo audien. nõ ex inimicis, sed ex disci.ei⁹ dixerunt. Durus est hic sermo.} CHRY. Hom.46. Idest difficile susceptibilis,superexcedẽs eorum imbecillitatem: putabãt enim eum supra seipsum loqui maiora propria dignitate,& dixerunt:{Quis potest eum audire? quasi pro seipsis respondentes,quia non debebant. A V G. Si autem discipuli durum habuerunt istum sermonem,quid inimici?& tamen sic oportebat vt diceretur, quod non ab hominibus intelligeretur, secretum Dei intentum debet facere,non aduersos. T H E O. Cum autem audis q̧ discipuli eius murmurabãt,non intelligas hos qui actu sunt discipuli:sed hos qui in habitu & figura videbantur,ab eo instrui. Nam inter discipulos erant quidam ex plebe,qui dicebantur eius discipuli, qui multo cum discipulis manebant tempore. AVG. Sic autem apud se ista dixerunt,vt ab illo non audirentur:sed ille qui nouerat in seipsis apud seipsum audiebat. vnde sequit. {Sciẽs autẽ Iesus apud seipsum,quia murmu.de hoc disci. eius,dixit eis. Hoc vos scandali.} A L C V I.Quòd,scilicet dixi vobis manducare carnem meam,& bibere sanguinem meum. C H R Y. Erat autem hoc suæ deitatis signum occulta in medium ferre.vnde sequitur.{Si ergo videritis filium hominis ascen. vbi erat prius supple.quid dicetis?Hoc & in Nathanaele fecit dicens . Quoniã dixi tibi, vidi te sub ficu,credis,maiora his videbis. Nõ igitur quęstiones quæstionibus copulat: sed magnitudine dogmatum & multitudine eos inducere vult. Non igitur discipulos in scãdalum mittere volens hoc dicit : sed eorum scandalum soluere volens. nam dum æstimant eum de Ioseph natum, non suscipiunt ea quæ dicebantur.Qui vero credituri erant, quoniam de cælo descendit,& illuc ascendit, facilius attendunt his quæ dicebantur. A V G. vel aliter.Hinc soluit quod illos commouerat, illum enim putabant erogaturum corpus suum, ille autem dixit se ascẽsurum in cælũ, vtique integrum. Cum videritis,inquiens filium hominis ascendentem vbi erat prius. Certe vel tunc videbitis,quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum, & quia gratia eius non consumit morsibus,filius autem hominis Christus ex virgine Maria hic esse cæpit in terra,vbi carnẽ assumpsit ex terra,quid ergo vult quod ait:{Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius,nisi vt intelligamus vnam personam esse Christum Deum, & hominem,non duas?ne fides nostra sit quaternitas:sed trinitas. Sic ergo erat filius hominis in cælo, quẽadmodum filius Dei erat in terra,filius Dei in terra in suscepta carne, filius hominis in cęlo in vnitate personæ. T H E O. Non ergo propter hoc putes q̧ de cęlo corpus Christi descenderit, hoc enim Martiani hęretici, & Apollinaris est dictum:sed quia vnus & idem erat filius Dei & hominis. C H R Y. Propter hoc autem & aliam solutionem inducit dicens.{Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicq̃.} quod autem dicit,tale est,spiritualiter oportet ea quæ de me sunt audire,qui autem carnaliter audit,nihil proficit.Est autem carnaliter intelligere,simpliciter ea quæ proposita sunt videre & nihil plus imaginari.Oportet autem non ita iudicare : sed omnia mysteria interioribus oculis inspicere, quod semper est spiritualiter audire. Carnale vero erat dubitare qualiter potest nobis carnem dare manducare,quid igitur,nõ est vera caro?immo vtique. quod igitur ait:{Caro non prodest quicquam.}non de sua carne dicit: sed de eius carne qui carnaliter accipiebat,quæ dicebãtur. AVG. vel aliter:Caro non prodest quicquam.Sed quomodo illi intellexerunt?Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur,aut in macello venditur,non quomodo spiritu vegetatur,accedat spiritus ad carnem & prodest plurimum . nam si caro nihil prodesset,verbum caro non fieret vt habitaret in nobis : sed spiritus per carnẽ aliquid operatus est in nobis pro salute nostra. A V G. x.de Ciui.Dei. Non enim caro per seipsam mundat : sed per verbum a quo suscepta est,q̧ cum sit principium omnium suscepta anima & carne,& animam credentium mundat & carnem. Spiritus ergo est qui viuificat, caro non prodest quicquã,sicut illi

(Tract. 27. — In.6.c.Ioa. — Tract.27. — Homil. 46. — Trac.27. — Homil. 46. — Tract.27. — Cap.24.)

l Multi ergo audentes ex discipulis eius dixerũt. Durus est hic sermo. Et quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius, dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicq̃. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidẽ ex vobis qui non credũt. Sciebat enim ab initio Iesus, q essent credentes,& quis traditurus esset eũ. Et dicebat. Propterea dixi vobis , qa nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datũ a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim.

F intellexerunt carnem , non sic ego do ad manducandum carnem meam,quia nec carnem debemus sapere ẽm carnẽ, proinde dicit. {Verba quæ ego locut⁹ sum vobis spiritus & vita sunt. CHRY. Hom.46. idest,spiritualia sunt,nihil habentia carnale, neque consequentiá naturalem,sed eruta sunt ab omni tali necessitate quæ in terra, & a legibus quæ hic positę sunt. A V G V S. Trac.27. Si ergo intellexisti spiritualiter, spiritus & vita tibi sunt,si intellexisti carnaliter, etiam sic spirit⁹ & vita sunt, sed tibi non sunt. Diximus enim hic dominum commendasse in manducatione carnis suæ, & potatione sanguinis sui vt i illo maneamus & ipse in nobis,hoc autem quid facit nisi caritas? Caritas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis,ergo spiritus est qui viuificat: C H R Y S O. Rom.5. Et quia de carnali audiẽtia supra locutus est,subiungit : {Sed sunt quidã ex uobis q non credunt.}Dicens quidã, discipulos excepit, suam autem dignitatem ostendit occulta reuelans. A V G V S T. Tract.27. Non dixit : Sunt quidam in vobis qui nõ intelligunt, sed causam dicit,quare non intelligant.Propheta enim dixit: Nisi crediderítis,non intelligetis:nam qui resistit,qũo viuificatur? Aduersarius enim radio lucis quo penetrandus est,non auertit aciem, sed claudit mentem,credant & aperiant,& illuminabuntur. C H R Y S. Isaiæ 7. Et vt discas,quoniam ante hæc verba,& non postquam murmurauerunt & scandalizati sunt,hæc Christus cognouerat,subiungit euangelista dicẽs.{Sciebat enim ab initio Iesus q essent credituri, & qui traditurus eum esset.} T H E O.Volens per hoc nobis euãgelista ostendere q̧ ante constitutionem mundi omnia cognoscebat, quod diuinitatis erãt indicium . A V G V S T. Sed postq̃ Tract.27. distinxit credentes dominus a non credentibus, expressit causam quare non credunt.vnde sequitur: {Et dicebat. Propterea dixi vobis,quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo.} C H R Y S O S T. quasi dicat. Non turbant me, neque stuporem inferunt qui non credunt.Noui quibus dedit pater.Dixit autem hoc, vt ostendat quoniam non illorum gloriam concupiscens hoc dicebat, & vt suadeat eis quòd patrem eius existiment deum & non Ioseph. A V G V S T. Ergo & credere datur Tract.27. nobis,non enim nihil est credere. Si .n. magnum quid est,gaude, quia credidisti,sed noli extolli,quid.n.habes,quod non accepisti? A V G V S T. de Prædestinatione sanctorum.Hoc aũt donũ quibusdam dari & quibusdã non dari oĩno nõ dubitat, qui non vult manifestissimis sacris literis repugnare. Cap.9. Cur aũt non omnibus detur fidelem mouere non debet,qui credit ex vno omnes esse in condemnationem iustissimã,ita vt nulla Dei esset iusta reprehensio,& si nullus inde liberaretur.vnde constat magnam esse gratiã q̧ plurimi liberantur.Cur autem istum potius q̃ illum liberet,inscrutabilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Sequitur : {Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro,& iam cum illo non ambulabant.} C H R Y S O S T. Non dixit : Recesserunt, sed abierũt Hom.46. retro,ab ea quæ scd̃m virtutem est auditione, & quam habebant olim fidem,perdiderunt. A V G V. Ecce precisi a corpore vitam Tra.27. perdiderunt,quia forte in corpore,nec fuerunt, inter nõ credẽtes & ipsi reputati sunt.Abierunt retro non pauci,sed multi post Sathanam,non post Christum, quomodo de quibusdam fœminis dicit Apostolus: Quædam conuersæ sunt retro post Sathanam. 1.Thi.4. Petrum autem nõ repulit dñs retroire post Sathanam, sed fecit post se ire. C H R Y S O S T. Quæret autem aliquis quod tempus erat verba dispensandi his quę constructa erant nocentium,multa quidem vtilitas & necessitas : Quia enim instabant cibum corporalem petentes,& eius qui sub patribus datus est reminiscẽtes, ostendens quoniam omnia illa typus erat,meminit cibi spiritalis. Non igitur scandalizari oportebat, sed interrogare congruum erat,quare illorum amentiæ scandalum fuit, non indissolubilitatis eorum quæ dicebantur. A V G V S T. Et hoc etiam forte factum est ad consolationem nostram,quoniam aliquando contingit vt homo dicat verum,& quod dicit nõ capiatur, atque illi qui audiunt scandalizentur & discedant. Tract.27. Pœnitet autem hominem dixisse quod verum est : Dicit enim apud se homo: Non debui sic dicere, & sic domino contigit: Dixit, & perdidit multos, sed non turbatur ipse, quia ab initio nouerat, qui non essent credentes, nos si nobis contingat,conturbamur, solatium in domino inueniamus, & tamen caute verba dicamus. B E D A. Sciebat autem dominus de aliis discipulis qui remanserunt, an vellent abire, sed tamen eos interrogauit vt fides eorum monstra-

retur

retur & aliis imitandã proponeretur.vnde sequitur : {Dixit ergo Hom. 46. Iesus ad duodecim . Numquid & vos vultis abire? C H R Y. Per hunc autem modum oportebat eos trahi . nã si eos laudasset, passi essent aliquid humanum,existimantes se gratiam Christo facere,eum non relinquendo, ostendens vero se non indigere eorũ sequela, magis eos detinuit. non autem eis dixit,{Abite:hoc enim eẽt eos expellere : sed interrogauit eos , an vellent abire, auferẽs eis vim & necessitatem, & nolens eos verecundia coartari , ex necessitate enim detineri par esset, ac si abirent. Petrus autẽ fratrum amator, amicitiæ conseruator, pro toto respondet collegio.vnde sequit:{Respõdit ergo ei Simon Petrus. Domine,ad quem ibimus? A V G. q.d. Repellis nos a te, Tract.27. da nobis alterum ad quem ibimus si te relinquimus. C H R Y. Ho. eadem. Hoc autem verbum multæ est amicitiæ ostensiuum, quia scilicet Christus eis honorabilior erat,q̃ patres & matres, deinde vt non videatur hoc propterea dicere,quia non essent, qui eos reciperẽt, subiungit:{Verba vitæ æternæ habes.}Audiens enim magistrum dicentem, quoniam resuscitabo eum, & habebit vitam æternam, ostendit se recordari eorum, quæ dicta sunt verborum, & Iudęi quidem dicebant:Hic est filius Ioseph.hic vero dicit. Et nos credimus & cognouimus,quia tu es Christus filius Dei. A V G. Credidimus Trac.27. enim vt cognosceremus.nam si prius cognoscere,deinde credere vellemus,nec cognosceremus,nec credere valeremus.Hoc credimus & cognouimus,quia tu es Christus filius Dei,idest quia ipsa vita ęterna tu es,& nõ das in carne & sanguine tuo nisi qđ es. C H R Y. Quia vero Petrus dixerat: Et nos credimus,dominus Ho. eadem. de collegio credentium excipit Iudam. vnde sequitur: {Respondit ergo eis Iesus.Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?{Quod autem dicit tale est, ne ęstimetis q̧ secuti estis me,non redarguam malos:dignum autẽ est hic quærere,quare nunc nihil dicunt discipuli:sed postea formidantes dicũt: Nunquid ego sum domine?sed nondũ Petrus audierat. Vade retro me sathana,& propter hoc timorem non habuit,nunc etiam non dicit:{Vnus ex vobis me tradet:sed diabolus est: ideo nesciebant qđ dicebatur:sed malitiam ęstimabant vituperari solum.accusant autem hic Christum gentiles insipienter: non enim electio eius vim infert his quæ futura sunt:sed in voluntate positum est saluari & perire. B E D A. Vel dicendum,q̧ ad aliud elegit vndecim & ad aliud vnum:vndecim elegit vt in apostolica dignitate perseuerarent.vnum elegit,vt per proditionis eius officium salutem operaretur humani generis. A V G. Electus enim est iste, de quo nolente Tract. 27. & nesciente magnum aliquid boni fieret,Sicut enim iniqui male vtuntur bonis operibus Dei, sic econtra Deus bene vtitur malis operibus hominum. Quid Iuda peius?sed malo eius bene vsus est dominus,tradi se pertulit,vt nos redimeret,Potest etiam sic intelligi quod ait:duodecim elegi,quia consecratus est duodenarius numerus eorum,qui per quatuor cardines mundi trinitatem fuerant denunciaturi.non autem quia periit inde vnus,ideo illius numeri honor ademptus est.nam in locum pereuntis alius subrogatus est. G R E. xiij.Mora. Capitis autẽ nomine censetur corpus Cap.17. cum de peruerso homine dicitur: {Vnus ex vobis diabolus est.} vnde euangelista exponens subdit:{Dicebat autem de Iuda Simonis Schariotis,hic enim erat traditurus eum,cũ esset vnus de duodecim. C H R Y. Considera Christi sapientiã.neq; enim Christus Ho. eadem. eum manifestum fecit, ne inuerecundum faciat, & sic litigiosior fiat . neque eum latere permisit, ne ęstimans se latere,sine timore operaretur.

Numquid & vos vultis abire? Respõdit ergo ei Simon Petrus. Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ ęternæ habes. Et nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Respõdit ei Iesus. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Scariothis. Hic enĩ erat traditurus eum cum esset vnus ex duodecim.

C A P. V I I.

Trac.28. A V G V. Futurum erat vt aliquis fidelis Christi absconderet se ne a persecutoribus inueniretur,& ne illi pro crimine obiiceretur,latibulum præcessit in capite,qđ in membro confirmaretur.vnde dicitur.{Post hæc autem ambulans Iesus in Galilęa.Non enim vole. in Iudæã ambulare,quia quære.eum Iudæi interficere. B E D A. Hæc verborum connexio talis est,vt intelligamus,quoniam in medio multa geri,& fieri potuerunt.Iudæa autem & Galilæa regiones sunt Palestinæ prouinciæ:sed Iudæa dicta est a tribu Iuda : non tamen solũ illa regio,quam tribus Iuda,sed & illa quã tribus Beniamin possidebat Iudæa dicta est,quia ex tribu Iuda Reges oriebantur. Ga-

A lilæa vero dicitur,eo q̧ lacteum populum,idest candidum gignat: Galilæa enim græce,latine lac dicitur. A V G. Si autem hoc dominus dixit quasi non posset ambulare inter Iudæos, & non occidi a Tract. 28. Iudæis. Hanc enim potentiam quando voluit demonstrauit, sed infirmitati nostræ præbebat exemplum,non ipse perdiderat potestatem ; sed nostram consolabatur fragilitatem. C H R Y. Sed Hom.47. & illud est dicẽ,quoniã quæ deitatis ostẽdebat, & quæ humanitatis:etenim fugiebat psecutores,vt homo, & apparebat eis vt Deus, vtrumq; vere existens. T H E O. Secessit etiam nunc in Galilæam,quia nõdum passionis aderat tempus . Vnde vanũ reputabat in medio inimicorum manere, & magis ipsos ad odium incitare ; vnde & consequenter tempus describitur cum subditur.{Erat autem in proximo dies festus Iudæorũ Scenophegia.} A V G.Quid hic Scenophegia,qui scripturas Tract. 28. legerunt nouerunt,faciebant tabernacula in die festo ad similitudinem tabernaculorum,in quibus habitauerunt, cum ex Aegypto educti peregrinarentur in heremo, celebrabant ex hoc diem festum,reminiscentes beneficiorum domini ; qui tamen occisuri erant dominum. Appellabatur autem apud Iudæos dies festus,cũ tamen non esset vnus,sed plures. C H R Y. Ostendit igitur per Ho.eadem. hoc Euangelista,quoniam multum tempus prætermisit. Cum.n. dominus sedit in monte: erat prope dies festus paschæ . Hic autẽ Scenophegiæ meminit,& in quinque intermediis mensibus nihil aliud nobis enarrauit,nisi miraculum panum & allocutionem factam ad eos,qui comederunt. Quia enim indeficienter signa faciebat & disputabat,non poterant Euangelistæ omnia enumerare, sed illa præcipue studuerunt dicere,pro quibus aut quærela , aut contradictio quædam a Iudæis subsequebantur,quod & hic apparet. T H E O. Quia enim fratres eius viderant ipsum non esse paratum ad descendendum, subditur. { Dixerunt autem fratres eius ad eum. Transi hinc, & vade in Iudæam.} B E D A. Ac si dicant:Tu signa facis,& pauci ea vident.transi ergo ad regiam Vrbẽ vbi sunt principes,vt visis signis, laudem consequaris ab eis . Sed quia non omnes discipuli semper dominum sequebantur,sed eorum multi in Iudæa erant:ideo subdunt.{Vt & disci.tui vide.opera tua quæ facis.} T H E O.i.turbæ quæ sequuntur te. non enim D de.xii.dicunt discipulis,sed de aliis,qui conuersabantur cum illo. Trac.28. A V G. Cum autem auditis: Fratres domini,Mariæ cogitate consanguinitatem,non iterum parientis vllam propaginem.Sicut.n. in sepulchro,vbi positum est corpus domini,nec ante , nec postea mortuus iacuit,sic vterus Mariæ,nec ante ; nec postea quicquam mortale concepit. opera quidem domini discipulos non latebãt : sed istos latebat. & ideo dicebant. {Vt disci.tui vide.ope. quæ tu facis.}Loquæbantur autem prudentiã carnis,verbo quod caro factum est.vnde & subdunt.{Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse.Si hoc facis: manifesta teipsum mundo.q.d.Facis miracula: apparere hominib⁹,ut laudari possis ab hominibus:nam qui eum videntur monere , gloriæ ipsius cõsulunt, & quia humanam gloriam requirebant , in eum non credebant . vnde sequitur.{Neque enim fra.eius cre. in eum.Christum enim consanguineum potuerunt habere:credere autem in eum ipsã E propinquitate fastidierunt. C H R Y. Dignum est autem mirari Ho.eadem. Euangelistarum morem veritatis amicum,qualiter non uerecundantur dicere ea quæ magistro videntur ferre iniuriam : sed hoc maxime studuerunt enunciare . Non enim paruam habet detractionem,quòd fratres eius decredebant,& videtur quidem initiũ verborum quasi amicorum esse. Multæ autem amaritudinis erant quæ dicebantur,quia de formidine,& de amore gloriæ eum vocant.dicunt.{Nemo in occulto aliquid facit.} Quod erat dicere . Formidinem incusantium & simul suspicantium quæ fiebant,non vere facta esse. Per hoc autem,q̧ dicunt.Et quærit ipse in palam esse:amorem gloriæ notant. Christus autem mansuete eis respondit,docens nos non indigne ferre,si aliqui etiam uiles nobis consilientur. Sequitur enim.{Dicit eis Iesus . Tempus meum nondũ aduenit,tempus autem ue.sem.est paratũ.} B E D A.Ne autem uideatur hoc contrarium ei quod Apostolus dicit.At ubi uenit plenitudo temporis,misit Deus filium suum , referendum est quod hic dicitur:non ad tempus natiuitatis,sed ad tempus glorificationis. A V G.Dabant enim illi consilium consequendæ gloriæ , ue- Tract.28 luti seculariter & terreno affectu monentes,ne esset ignobilis , & latitaret.Sed dominus uoluit ipsam celsitudinem per humilitatis

tis

C A P. V I I.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilęam. Non enim volebat in Iudæam ambulare,quia quærebant eũ Iudæi interficere . Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, Scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc,& vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera

tua quę facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe. Si hæc facis: manifeſta teipſum mundo. Neque.n. fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Ieſus. Tempus meum nondum aduenit: temp⁹ autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos. Me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, qa opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego enim non aſcendam ad diem feſtum iſtum, quia meum tempus nondum impletum eſt.

b Hæc cum dixiſſet: ipſe manſit

F tis viam ſternere. Dicit ergo. Tempus meum .i. gloriæ meæ, qua veniam in altitudine iudicaturus nondum venit. Tempus autem ve.i. mundi gloria ſemper eſt paratum. Et quoniam nos domini corpus ſumus, quando nobis inſultant amatores huius ſæculi: dicamus eis. Tempus veſtrum adeſt paratum. tempus noſtrum nondum aduenit. excelſa enim patria, humilis via. Qui recuſat viã, quid quærit patriam? Hom.47. CHRY. vel aliter. Videt mihi aliud occulte inſinuari: fortaſſis enim eum prodere volebant, & tradere Iudæis: ideo dicit: {Tempus meũ nõdum aduenit:} hoc eſt tempus crucis & mortis. {Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum, quia etſi vos ſemper ſitis cum Iudæis: non interficient vos, eadem cum illis zelantes. vnde ſequitur. {Non poteſt vos odiſſe mundus: me autem odit, quia ego teſtimo. perhi. de illo, quia opera eius mala ſunt.} q.d. qualiter mundus eos odit, qui eadem cum ipſo volunt, & pro eiſdem ſtudent? me autem odit, quoniam redarguo eum. Intantum ergo gloriam hominum non quæro, ꝙ non prætermitto eos redarguere, licet ſciã ex hoc odiũ naſci, & mortem intentari. Per hoc etiam oſtẽdit quod odium Iudæorum contra eum concitabat publica redargutio: non autem ſabbati ſolutio. THEO. Vel dominus contra duo de quibus illi eum arguebant: alia duo inducit. Contra formidinẽ quidem dicit. ꝙ opera mundi redarguit, ideſt opera eorum, qui mundana ſapiunt, quod non faceret ſi formidoloſus eſſet. ſed contra inanem gloriam miſit illos ad feſtum. vnde ſequitur. {Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.} nam ſi vanæ gloriæ paſſione detineretur: retinuiſſet eos ſecum. nam gloriæ cupidi conſueuerunt multos habere, qui ſequantur eos. Ho.eadem. CHRY. Hoc etiã dicit oſtẽdens, ꝙ eis blandiri nõ vult, ſed cõcedit eis Iudaica facere. Tract.28. AVG. vel aliter. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. vbi gloriam humanam quæritis, vbi extendere vultis carnalia gaudia, non cogitarẽ cœleſtia. Sequitur. {Ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum}. Ho.eadem. CHRY. Scilicet modo vobiſcum, quia meum tempus nondum impletum eſt. In futuro enim paſcha crucifigendus erat. Tract.28 AVG. Vel meum tempus, ideſt gloriæ meæ nõdum aduenit, ipſe erit dies feſtus meus, non diebus iſtis percurrens & tranſiens, ſed permanens in æternum. Ipſa erit feſtiuitas & gaudium ſine fine, æternitas ſine labore, ſerenitas ſine nube.

b ¶ THEO. Quia dixerat dominus. Non aſcendam vobiſcũ, in principio denegauit aſcenſum: vitans iram frementium iudæorum. vnde dicitur. {Hæc cum dixiſſet: ipſe manſit in Galilæa, poſtea ve. aſcen.} vnde ſequitur. {Vt autem aſcen. fratres eius: tunc & ipſe aſcendit. AVG. Aſcendit autem non gloriari temporaliter. ſed aliquid docere ſalubriter, de feſto æterno admonere. Hom.47. CHRY. Vel aſcendt non ut patiatnr, ſed vt alios erudiat. Latenter autem aſcendit. poterat enim manifeſte aſcendere, & detinere eorum inordinatum impetum, quod multoties fecit. at nolebat hoc continuo facere, ne magis ſuam diuinitatem denudaret, ſed vt incarnatio eius certior eſſet, & vt nos erudiret ad virtutem. Vt igitur diſceremus quid nos oporteat facere, qui non poſſumus per ſecutores detinere: voluit latenter aſcendere. Non autem dixit in occulto, vt oſtendat diſpenſatiue hoc eſſe factum. Si enim omnia vt Deus ageret, quomodo poſſemus nos ſcire, incidentes humanis periculis quid oporteat facere? ALCVI. Vel occulte aſcendit, quia fauorem hominum non quærit, non pompis ſtipantium ſe turbarum delectatur. BEDA. Myſtice autem deſignatur, quia ſingulis quibuſque carnalibus hnmanam gloriam quærentibus dominus manet in Galilæa, quæ interprætatur tranſmigratio ſancta, ideſt in membris ſuis, qui tranſmigrant de vitiis ad virtutes, & in eis proficiunt. Poſtmodum vero dominus aſcendit, quia membra Chriſti non huius vitæ, ſed æternæ gloriam quærunt. Occulte autem dominus aſcendit, quia omnis gloria eius eſt ab intus, ideſt de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta. Tra.eodem. AVG. Vel quòd quaſi latẽter aſcendit, aliquid ſignificare voluit. Omnia enim quæ dicta ſunt antiquo populo Iſrael: vmbræ fuerunt futurorum, & ſcenophegia vmbra erat futurorum. Omnia ergo quæ fiebant in figura, manifeſtantur in nobis. Aſcendit ergo in occulto: figura enim erat ipſum eſſe in occulto. In ipſo die

in Galilęa. Vt autem aſcenderũt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant. Vbi eſt ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus eſt: alii autem dicebant non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

c Iam autem die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas ſcit cum non didicerit? Reſpon-

feſto Chriſtus latebat, quia ipſe dies feſtus Chriſti membra peregrinatura ſignificabat. Ille enim eſt in tabernaculis, qui ſe in mundo eſſe intelligit peregrinum. Scenophegia autem erat celebratio tabernaculorum. Sequitur. {Iudæi autem quærebant eum in die feſto, & dicebant. {Vbi eſt ille? Hom.48 CHRY. Ex multo odio & inimicitia, neq; enim eũ nominatim vocare volebant. Non autẽ multa erat eis in feſtiuitate reuerẽtia, nec multa religio, quia a feſtiuitate credebãt Chriſtum fraudulenter detinere. Sequitur. {Et mur. mul. erat de eo in turba. Tract.28. AVG. Murmur erat de contentione, quam conuenienter exponit dicens: {Quidam enim dice. quia bonus eſt. alii autem dice. non, ſed ſeducit turbas. Quicumque emicuerit in aliqua gratia. alii dicunt, bonus eſt. alii non, ſed ſeducit turbas. Quod autẽ dictum eſt de eo valet, ad conſolationem de quocumque hoc dictum fuerit Chriſtiano. Et quidem ſi ſeducere decipere eſt, nec Chriſtus ſeductor. nec quiſquam debet ſeductor eſſe Chriſtianus. Si autem ſeducere aliunde aliquem ad aliud perſuadendo ducere eſt. quærendum eſt, vnde & quo. Si a bono ad malum, malus ſeductor eſt, ſi a malo ad bonum. bonus eſt. & vtinam ſic omnes ſeductores vocemur & ſimus. Hom.48. CHRY. Igitur illam quidem æſtimo opinionem multitudinis eſſe: qua ſcilicet, dicebatur bonus eſſe: hanc vero principum & Sacerdotum, quod oſtenditur per hoc, ꝙ dicunt. Seducit turbas. non dicunt. Seducit nos. Sequitur. {Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter me. iu.} Tra.28. AVG. Eorũ ſcilicet qui dicebant bonus eſt, non qui dicebant, ſeducit turbas. Hæc enim clarius ſonabant, ſed bonus eſt præſſius ſuſurrabant. Hom.48. CHRY. Vide autem eorum, qui principantur corruptionem. hi aũt qui principatibus ſubiiciuntur, ſani quidem erant iudicio, ſed non habebãt libertatem dicendi, qđ maxime multitudinis eſt.

c ¶ Homil.44. CHRY. Dominus tardatione ſua auditores attentiores facere volens, non in primis diebus aſcendit, ſed circa ſolemnitatis medium. vnde dicitur. {Iam autẽ die feſto mediante aſcen. Ieſus in tem. & doce.} Qui enim primis diebus eum quæſierunt, repente eum præſentem videntes: magis intendebant docenti, & qui bonum eum dicebant, & qui malum, illi quidem, vt aliquid lucrarentur & admirarentur: hi vero vt comprehenderent. THEO. Nam in principio feſti his quæ feſti erant magis attendebant. vndepoſtea Chriſtum attentius audierunt. Tract.28. AVG. Quantum.n. datur intelligi, ipſam feſtiuitatem diebus pluribus celebrabant. & ideo dicit: Iam die feſto mediante .i. cum illius diei feſti tot dies remãſiſſent quot præteriſſent, vt etiam hoc impleretur quod ait: {Non aſcendam ad diem feſtum hunc,} ideſt ad quem vos vultis, primum, vel ſecundum diem: aſcendit autem poſtea die feſto mediante.} AVG. de Quæſt. no. & ve. teſta. Tunc etiam aſcendit: nõ quaſi ad diem feſtum, ſed quaſi ad lucẽ. illi vero aſcenderunt quaſi ad perfruẽdum delitiis diei feſti. Chriſto vero ille fuit dies feſtus, quo paſſione ſua redemit mundum. Tract.29 AVG. ſuper Ioan. Ille autẽ prius latebat, docebat, & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim quod latebat, erat cauſa exempli: hoc poteſtatis. Homil.48. CHR. Quid autem docebat, non dixit Euangeliſta, ſed quod mirabiliter docebat, hoc ſolum oſtendit. tanta enim erat virtus docentis, vt qui dixerant, ſeducit turbas, tranſmutati mirarentur. vnde ſequitur. {Et mirabantur Iudæi dicentes, quomodo hic lit. ſcit. cum non didicerit? Vide admirationem nequitia plenam: non enim dicit, ꝙ in doctrina admirarentur: ſed in aliam admirationem inciderunt. Tract.29. AVG. Omnes quidem quantum arbitror admirabant, ſed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? quia multi nouerant vbi natus, quemadmodum fuerat educatus. Numquam eũ viderant literas diſcentem, audiebant tamẽ de lege diſputantem, legis teſtimonia proferentem, quæ nemo poſſet proferre niſi legiſſet, nemo legeret, niſi literas didiciſſet: & ideo mirabanẽ. Hom.48. CHRY. Ab hac autem admiratione cognoſcere debebant, quoniam hæc ſcientia humanitus non erat in eo, ſed diuinitus, ſed quia hoc ipſi nolebant confiteri: ſed in ſola admiratione ſtabant: dominus hæc reuelauit. Sequitur enim. {Reſpondit eis Ieſus, & dixit. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. AVG. Videtur autẽ hoc eſſe contrarium quod dicit: Mea & non eſt mea. nam ſi dixiſſet:

dit eis Ieſus, & dixit. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrũ ex Deo ſit: an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur, gloriã propriam quærit: qui autem quęrit gloriã eius qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

d Nonne Moyſes dedit vobis legem, et nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba & dixit:

A ſet. Iſta doctrina non eſt mea, nulla eſſet quæſtio. Quæ eſt ergo doctrina patris, niſi verbum patris? Ipſe ergo Chriſtus eſt doctrina patris: ſi verbum patris eſt. Sed quia verbum non poteſt eſſe nullius ſed eſt alicuius, & ſuam doctrinam dixit ſeipſum, & non ſuã, quia patris eſt verbum, quid eſt tam tuum quàm tu, & quid tam non tuum quàm tu. Si alicuius es, qđ es. Breuiter ergo hoc mihi dixiſſe videt. {Mea doctrina, nõ eſt mea,} ac ſi diceret. Ego non ſum a meipſo. Sabellianam hæreſim ſententia iſta diſſoluit, q dicere auſi ſunt ipſũ eſſe filium, qui eſt & pater: duo eſſe nomina, ſed vnam rem. Hom. 48. CHRY. Vel ſuã dicit, quoniam eã docuerat: non ſuam autem, quoniam patris erat doctrina. Sed ſi omnia quæ ſunt patris eius ſunt, ex hoc ipſo, ꝙ patris eſt, deberet eſſe & ſua. Sed hoc quod dicit. {Non eſt mea,} vehementer oſtendit & ſui & patris vnam eſſe doctrinam, ac ſi diceret Nihil habeo permutatum, aut diuerſum, ſed ita ago, vt dico, vt non æſtimetur aliud quid præter patrem dicere, vel agere. Cap.11. AVG. 1. de Trini. vel aliter, ſecundũ aliud ſuam dixit, ſecundum aliud non ſuam, ſecundum formam Dei ſuam, ſecundum formam ſerui, non ſuam. Tract.29. AVG. Siquis autem hoc parum intellexerit, audiat conſilium quod dominus cõſequenter dat dicens: Siquis voluerit voluntatem eius facere, & cogno. de doctri. vtrum ex Deo ſit: an ego ex meipſo loquar: quid eſt ſiquis volue. voluntatem eius facere? hoc eſt credere in eum. quem ipſe miſit. Quis autem hoc neſciat hoc eſſe facere voluntatem Dei, operari opus eius? Cognoſcere autem, hoc eſt intelligere. ergo noli quærere intelligere, vt credas, ſed crede vt intelligas, quia niſi credideritis non intelligetis. Ho.eadem. CHRY. Vel hoc ita dicit, aci dicat: Auferte iram, & inuidiam, & odium, quod ſine cauſa in me habetis, & nihil erit, quod prohibeat vos cognoſcere, quoniam Dei verba ſunt, quæ loquor. Deinde aliud inducit argumẽtum inſolubile, ab his quæ ſunt in conſuetudine hominum, nos erudiens. vnde ſequitur. {Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit.} q.d. Qui aliquam propriam vult inſtituere doctrinam, propter nihil aliud hoc vult quàm vt gloriam acquirat. Si vero ego gloriam eius, qui miſit me quæro, cuius gratia aliena vellem vos docere? Et hoc eſt quod ſubdit. {Qui autem quæ. glo. eius qui miſit illum: hic verax eſt, & iniuſtitia in illo nõ eſt.} THEO. q.d. Verax ſum, quia doctrina mea continet veritatẽ. Tract.eodẽ. Iniuſtitia in me non eſt, quia alterius gloriam non vſurpo. AVG. Qui quærit gloriam propriam Antichriſtus eſt. Dominus autem noſter magnum nobis exemplum præbuit humilitatis: dum habitu inuentus vt homo, quęrit gloriam patris, nõ ſuam. ſed tu qñ aliquid boni facis, gloriam tuam quæris, quando aliquid mali facis Deo calumniam meditaris. Hom. eadẽ. CHRY. Vide ergo quoniam cauſa quædam propter quam humilia de ſe dicit hæc eſt, vt credant: quoniam non deſiderat gloriam neque principatum, & etiam ꝓpter imbecillitatem audientium, & vt doceat homines moderata ſapere, & nihil de ſe dicere magnum, ſed ſemper humile.

Ho.eadem. d ¶ CHRY. Duas criminationes Iudæi contra Chriſtum inducebant, vnam ꝙ ſabbatum ſolueret, aliam ꝙ patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſeipſum faciens Deo. Hoc igitur prius confirmauit dum oſtendit ꝙ non eſt Deo contrarius, ſed eadem ille docet. De reliquo ad ſabbati ſolutionem inſtat, dicens. {Nonne Moyſes de. vo. legem, & nemo ex vobis facit legem?} Acſi diceret. Lex dicit: non occides: vos autem occiditis, & hoc eſt quod ſubditur. {Quid me quæritis interficere?} Acſi diceret. Et ſi ego diſſolui legem hominem ſanans, tranſgreſſio fuit, ſed in ſalutem: vos autem tranſgredimini in malum. vnde non debeo a vobis de ſolutione legis diiudicari. In duobus ergo eos corripuit, & dicendo, quid me quæritis interficere, & oſtendendo quoniam occiſionem meditantes, non ſunt digni alium diiudicare. Trac.30. AVG. Vel hoc dicit, quia ſi legem facerent, in ipſis literis Chriſtum agnoſcerent, & præſentem non occiderent. Reſpondit autem ei turba, non pertinentia ad ordinem, ſed ad perturbationem. Sequitur enim. {Reſpondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere?} Ei dictũ eſt, ꝙ dæmonium haberet, qui dæmones expellebat. Dominus autem non turbatus, ſed in ſua veritate tranquill⁹, non reddidit maledictum pro maledicto, ſed reſpondit tranquille. BEDA. In quo nobis patientiæ reliquit exemplum, vt quoties nobis ab aliquibus falſa obiiciuntur conuitia, patienter toleremˀ,

Dæmonium habes. quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus & dixit eis. Vnum opus feci, & oẽs miramini. Propterea Moyſes dedit vobis circuncitionem, non quia ex Moyſe eſt: ſed ex patribus. Et in ſabbato circuncidi tis hominem. Si circuncitionem accipit homo in ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi, mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

& vera quæ poſſumus non obiiciamus, ſed ſalutaria monita prædicemus. Sequitur enim. {Reſpõdit Ieſus & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini.} Tract.30 AVG. Acſi diceret. Quid ſi opera mea videritis? ipſius enim opera erant, quæ in mundo videbant, & ipſum qui fecit omnia non videbãt, fecit vnam rem, & turbati ſunt, quia ſaluum fecit hominẽ in ſabbato, quaſi ſi quiſquam eorum ęgrotus ſabbato ſinceraret: alius illum ſanum feciſſet, q̃ iſte q eos ſcandalizauit, qa vnum hominem ſabbato ſaluum fecit. Hom.48. CHRY. Hoc enim quòd dicit: Miramini: hoc eſt turbamini, & tumultuatis. Vide autem quomodo prudenter a lege eos ſillogizat. Vult enim oſtẽdere, ꝙ facere hoc opus non erat legem ſoluere: ſunt enim multa principaliora, q̃ lex de obſeruatione ſabbati, per quorum obſeruationem lex non ſoluitur ſed impletur: & ideo ſubdit. {Propterea Moyſes dedit vobis circum. non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbato circumciditis hominem.} Tract.30 AVG. q.d. Bene factum eſt, vt acciperetis circumciſionem a Moyſe, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Abraham enim primus accepit circumciſionem a domino. Et in ſabbato circũciditis. Conuicit vos Moyſes, accepiſtis in lege, vt circumcidatis octauo die. Accepiſtis in lege, vt vacetis ſeptimo die. Si octauus dies illius, qui natus eſt, occurrit ad diem ſeptimum ſabbati, circũciditis hominem, quæ circumciſio pertinet ad aliquod ſignaculum ſalutis, & non debent homines ſabbato vacare a ſalute. ALCV. Propter tres enim cauſas data fuit circumciſio, primo vt ſignũ eſſet magnæ fidei Abrahę, ſecundo, vt per eam a cæteris nationibus diſcernerentur: tertio, vt illam in virili membro ſuſcipientes, caſtitatem mentis & corporis obſeruare deberent. Et tantum conferebat tũc circumciſio, quantum nunc baptiſma, niſi ꝙ ianua nondum aperta erat. Concludit ergo ex præmiſſis: {Si circũci. accipit ho. in Sa. feci in ſabbato, &c. CHRY. q.d. ſabbati ſolutio in circumciſione legis eſt obſeruatio: ſic & ego hominẽ curans ſabbato legem ſeruaui. Hom. 48. Vos qui non eſtis legiſlatores, vltra modum legem defenditis. Sed Moyſes iubet legem ſolui propter mandatum, quod non erat ex lege, ſed ex patribus. Per hoc autem quod dicit: {Totum ho. ſa. feci in ſabba. oſtendit circumciſionem eſſe particularem ſanitatem. AVG. Tract.30 Forte autem illa circumciſio ipſum dominum ſignificabat. Quid enim eſt circumciſio, niſi carnis expoliatio? Significauit ergo expoliationem a corde cupiditatum carnalium. non ergo ſine cauſa data eſt in eo membro per quod procreatur creatura mortalium, qa per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Ideo autem quiſque cũ præputio naſcitur, quia omnis cum vitio propaginis naſcitur, & nõ mundat Deus, ſiue a vitio cum quo naſcimur. ſiue a vitiis quæ male viuendo adimus, niſi per Chriſtum: cultellis.n. petrinis circumcidebant, & petrę nomine Chriſtum figurabant. Ideo autem octauo die, quia poſt ſeptimum ſabbati dominus die dominico reſurrexit. Ipſa autem reſurrectio nos circumcidit, ideſt abſtulit deſideria carnalia. Intelligite hoc ſignificari opus bonum quod ego feci totum hominẽ ſaluum in ſabbato, quia & curatus eſt vt ſanus eſſet in corpore, & credidit vt ſanus eſſet in anima. Eſtis autem prohibiti ſeruilia opera facere ſabbato. Numquid ſeruile opus eſt hominem ſanare in ſabbato? Manducatis ſiquidẽ, E & bibitis ſabbato, quia pertinet ad ſalutem, per quod oſtenditis opera ſalutis nullo modo eſſe die ſabbati omittenda. Hom. 48. CHRY. Non autem dixit. Ego maius circumciſione operatus ſum, ſed ſolum factum narrans, iudicium eis conceſſit. vnde ſubditur. Nolite iudicare ſecundum fa. ſed iuſtum iudicium iudicate. q. d. non quia Moyſes apud vos habet maiorem gloriam quàm ego, ex perſonarum dignitate feratis ſententiã: ſed a rerum natura, hoc.n. eſt iuſte iudicare. Nullus autẽ incuſauit Moyſen de hoc ꝙ iuſſit ſabbatum ſolui propter mandatum circumciſionis, quod erat aliunde, quàm ex lege inductũ: ergo fide dignior vobis eſt Moyſes, qui iubet ſolui legem a mandato nõ legali. Tract.30 AVG. Hoc autẽ, ꝙ dominus notauit hoc loco euadere in hoc ſæculo, magni laboris eſt nõ perſonaliter iudicare, admonuit quidem dominus Iudæos, admonuit & nos. quod enim præcioſum ſonabat de ore domini, & propter nos ſcriptũ eſt, & nobis ſeruatũ, & propter nos recitatum. ſurſum eſt dominus, ſed etiam hic eſt veritas dominus. Corpus enim domini, in quo ſurrexit vno loco eſſe poteſt. veritas eius vbique diffuſa eſt. Quis ergo eſt qui nõ iudicat perſonaliter? qui æqualiter di-

Universidad de Deusto Biblioteca

ter diligit:Non enim cũ homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus timendum est ne personas accipiamus, nonnumquam enim est iudicium inter patrem & filium non æquamus filium patri in honore, sed præponimus si bonam causam habet filium patri in veritate, & sic tribuimus honorẽ debitũ, vt non per dat æquitas meritũ.

Tract. 31. ¶ AVG. Supra dictum est, quòd dominus: ideo velut occulte ascendit ad diẽ festum, non quia timebat ne teneretur, cui ptãs erat, vt non teneretur. Sed vt significaret etiam in ipso die festo, qui celebrabatur a Iudæis se occultari, & suum esse mysterium: nunc autem apparet potestas quæ putabatur timiditas. Loquebatur enim palam in die festo, ita vt mirarentur turbæ. vnde dicitur.

{Dicebãt ergo qui ex Hiero. Nonne hic est quem Iudæi quæ. interfic. Et ecce palam loqui. & nihil ei dicunt.

Hom. 49. Nouerant enim qua fœditia quærebatur, mirabantur qua potentia non tenebatur. CHRY. Addit autem Euangelista: Ex Hiero. quoniam qui magis potiti erant signis: hi omnes erãt miserabiliores, qui deitatis eius signum videntes maximum: omnia iudicio corruptorum principum permittebant: an non magnum signum insanientes, & quærentes interficere, habere eum in manibus, & repente quiescere? AVG. Igitur non plene intelligẽtes

Tract. 31. Christi potentiam: putauerunt esse principum scientiam, q̃ ei pepercerunt. vnde subdunt. {Numquid vere cognouerunt principes

Ho. eadem. quia hic est Christus? } CHRY. Sed ipsi neq; principum sequũtur sententiam: sed aliam proferunt corruptam & propria amentia dignam. vnde subditur. {Sed hunc scimus vnde sit. Christus

Trac. 31. autem cum venerit, nẽ scit vnde sit. } AVG. Hæc opinio apud Iudæos non inaniter nata est, inuenimus tamen q̃ scripturæ dixerunt de Christo quoniã nazareus vocabitur, ergo prædixerunt vnde sit. Iudæi etiam dixerunt Herodi quærenti q̃ Christus in Bethleem Iudææ nasceretur, & testimonium etiam propheticum attulerunt. vnde ergo nata est hęc opinio apud Iudæos, q̃ Christus cum venerit, nemo sciat vnde sit, nisi quia vtrumque pronunciauerunt scripturæ, secundum hominem prædixerunt vnde esset, secundũ Deũ latebat impios, & quærebat pios. Hanc igitur opinionem in eis generauerat, quod per Isaiam dictum est: Generationem eius quis enarrabit? Denique dominus ad vtrumque respondit, & quia nouerant eum vnde esset, & quia non nouerant. vnde sequitur. {Clamabat ergo Iesus docens in templo & dicens. Et me scitis, & vnde sim scitis. hoc ẽ dicere, & vnde sim scitis, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. vnde sim scitis, Iesus a nazareth, cuius etiam parẽtes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis partus, quo excepto totum nouerant in Iesu, quod ad hominẽ pertinet. Recte ergo dixit: Et me nostis, & vnde sim scitis, secundum carnem & effigiem hominis quam gerebat. secundum diuinitatem autem a meipso non veni, sed est ve-

Ho. eadem. rus qui misit me. CHRY. per quod ea quę in mente habebant reuelat, ac si diceret. Non sum de numero eorum qui sine causa venerunt: sed est verax qui misit me, & si verax est in veritate misit, & qui missus est, congruum est veracem esse. Rursus autem ex propriis sermonibus eos capit, quia enim dicebãt. Cum venerit Christus nullus cognoscet vnde est, ostendit etiam inde se Christum esse, quoniam a patre venit, quem ipsi nescirebant. & ideo subdit:

Vltra med. {Quem vos nescitis. } HILA. vj. de Tri. Numquid autem non omnis homo, licet in carne ex Deo natus ẽ m sensum, cõis opinionis ex Deo est? & qũo negat ab his vel seipsum vel vnde ipse sit scri, nisi id vnde est ad naturæ suę referret auctorem? Nam id quod vnde sit ignoratur, naturam ex qua est dum vnde sit nescitur, ostẽdit. Ignorari enim vnde sit, nõ potest quicquid subsistit ex nihilo, quia hoc ipsum quod non ignoratur ex nihilo ignorationem eius vnde sit, non habet. Ob hoc autem quid sit ipse, nescitur, dum ignoratur a quo sit. non enim confitetur filiũ qui negat natum, nec natum intelligit, qui putabit eũ esse ex nihilo. CHRY. Vel ignorantiam hic dicit, quæ est per opera, sicut Paulus ait. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Dupliciter autem eos redarguit. Et primum quidem quæ occulte loquebantur, hæc in mediũ

Tract. 31. inducit, clamans, vt eos verecundari faciat. AVG. Denique vt ostenderet eis, vnde possent scire, subiecit. Ego scio eũ. Ergo a me quærite, vt sciatis eum. Patrem enim nõ cognoscit nisi filius, & cui

e Dicebãt ergo quidam ex hierosolymis. Nonne hic est quem quærunt Iudæi interficere? Ecce palã loquitur, & nihil ei dicunt. Nũquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autẽ cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens. Et me scitis, & vnde sim scitis. hoc ẽ dicere, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. vnde sim scitis, Iesus a nazareth, cuius etiam parẽtes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis partus, quo excepto totum nouerant in Iesu, quod ad hominẽ pertinet. Recte ergo dixit: Et me nostis, & vnde sim scitis, secundum carnem & effigiem hominis quam gerebat. secundum diuinitatem autem a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum. Et si dixero quia nescio eũ: ero similis vobis mendax: Sed scio eũ, quia ab ipso sum, & ipse

f me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nõdum venerat hora eius.

f De turba autem, multi crediderunt in eũ. Et dicebant: Christus cum venerit: numquid plura signa faciet, quàm quę hic facit? Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscũ sum, & vado ad eum qui me misit. Quæritis me, & non inuenie

G men, ne forte id quod ab eo est, aduentus sui tempus hęresis inuadere t, continuo subiecit. {Et ipse me misit. } Tenuit ordinem euãgelici sacramenti, natum se professus & missum. AVG. Ab ipso inquit sum, quia filius de patre, q̃ autem videtis me in carne, ipse me misit, vbi noli intelligere naturæ dissimilitudinem: sed generantis authoritatem. CHRY. Irritauerunt autem Iudæos ea quæ dicebantur, propter hoc quod dixerat: {Quem vos nescitis, quia profitebant se scire. vnde sequitur: {Quærebant ergo eum ap

H prehendere & nemo misit in eum manus. } Vide furorem eorũ inuisibiliter refrenatum: Euangelista vero humanius & humilius loqui volens, vt ex hoc Christus homo putaretur, non dixit q̃ eos inuisibiliter detinuit: sed subiecit. {Quia nõdũ venerat hora ei⁹. }

Tract. 31. AVG. Hoc est, quia nolebat. non enim dominus sub fato natus est, hoc nec de te credendum est, quanto minus de illo per quẽ factus es? si tua hora voluntas est Illius, illius hora quæ est, nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori: sed qua dignaretur occidi.

Tract. 31 f ¶ AVG. Humiles & pauperes saluos faciebat dominus. vnde dicitur: {De turba autem multi crediderunt in eum. } Turba enim quæ suam ægritudinem cito vidit, etiam illius medicinam sine dilatione cognouit. CHRY. Verumtamẽ neque in his erat sana

Ho. eadem. fides, sed more multitudinis vulgaria loquebantur. Sequitur enim

I {Et dicebant, Christus cum venerit, numquid signa plura faciet, q̃ quæ hic facit? } Dicere enim, Christus cum venerit, erat non firmiter credentium hunc esse Christum. Vel etiam hoc dicere: est ostendere eum non esse Christum, ac si dicãt. Nonne ille cum venerit melior erit, & plura signa faciet. grossiores enim, non a doctri-

Tract. 31 na, sed a signis inducuntur. AVG. Vel intelligunt. Si duo non erunt, hic est Christus. principes autem insaniebant. Et ideo medi cum non solum non agnoscebant: sed etiam occidere cupiebant. vnde sequitur: {Audierunt pharisęi turbam murmurãtem de illo hæc, & miserunt principes, & pharisęi ministros vt apprehenderent eum. CHRY. Multa quidem locutus est supra, sed nihil tale fecerunt, quod maxime enim eos mordebat, hoc erat q̃ turbę. si

Ho. eadem. Christum glorificabant. Sabbati autẽ solutio, apparens causa erat, quam scilicet prætendebant, & ipsi quidem non audebant Christũ capere, periculum timentes. Ministros autem mittunt tamquã pe-

Trac. 31. riculis expositos. AVG. Quia ergo non poterant apprehẽdere

K nolentem, missi sunt vt audirent docẽtem. Sequitur enim: {Dixit ergo Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. CHRY. Ho. eadem. Verba loquitur humilitatis plena, ac si diceret. Quid festinatis me interficere, paruum expectate tempus. AVG. Quod modo ergo vultis facere, facturi estis: sed non modo, q̃a nolo. Implere enim

Tract. 31 debeo dispensationem meã, & sic peruenire ad passionẽ. CHRY. Per hoc igitur audaciorem turbam terruit, studiosiorem vero magis auidam faciebat ad audiẽdum, quasi paruo tempore derelicto, in quo possent hac doctrina potiri. Non autem dixit simpliciter. Hic sum, sed Vobiscum sum. q.d. Et si persequamini me, non tamẽ cessabo, quæ sunt pro vobis dispensans, & ea quæ sunt ad salutem docens & monens vos. Quod autem subdit: {Et vado ad eum qui me misit, sufficiens erat eos terrere. THEO. Tamquam patri sic de ipsis conquesturus, quia si missum opprobriis affecerunt: nõ est dubium, q̃ & mittenti fecerunt iniuriam. BEDA. Dicit autẽ: Vado ad eum qui misit me, ac si diceret, reuertens ascẽdo ad patrem qui me incarnari præcepit. Illuc se dixit ire a quo numquam recessit.

cessit CHRY. Quod vero eo indigebant, manifestat per hoc q̃ A dicit {Quæritis me, & non inuenietis. } Sed vbi quæsierunt eum Iudæi? Dicit Lucas quoniam plangebant mulieres super eum: probabile autem est & multos alios hoc passos esse, & præcipue dũ ciuitas caperetur eos meminisse Christi, & miraculorum eius, &

Tract. 31. præsentiam eius desiderasse debuerũt. AVG. Vel hic iã resurrectionem suam prædixit, quia quæsituri illum erãt post resurrectionem compuncti. Noluerunt enim eum agnoscere præsentem, & postea quæsierunt cum viderent in eum multitudinem credẽtem. vnde multi compuncti dixerũt. Quid

Hom. 49. faciemus? viderunt. n. Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem, & quousque biberent sanguinem, quem fuderunt, de sua salute desperauerunt:

Tra. eodem. CHRY. Deinde ne quis eum per mortem communi modo abiret æstimet, subiungit. {Et vbi ego sum, vos non potestis venire. Si vero in morte maneret, possent ad eum ire: illuc enim omnes abimus. AVG. Non autem dixit. Vbi ero, sed {Vbi sum. } Semper. n. ibi erat Christus, quo fuerat rediturus, sic rediit, vt nos non derelinqueret. Erat enim Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum inuisibilem maiestatem in cœlo & in terra. Non aũt dixit. Non poteritis, sed {nõ potestis venire. } tales enim tunc erãt

Ho. eadem. qui non possent. Nam vt sciatis, non hoc ad desperationem dictũ, & discipulis suis dixit tale aliquid. {Quo ego vado, vos non potestis venire. } Denique hoc Petro exposuit dicens. Quo ego vado, non potes me sequi modo: sequeris autem postea. CHRY. Hæc C autem omnia induxit volens eos attrahere. etenim modicum tẽpus quod relinquebatur & post recessum ipsum desiderabilem esse, & eum non posse de cætero inueniri, sufficientia erant ad suadendum, vt ad eum accederent. Per hoc autem quod dicit. Vado ad eum, qui misit me, ostendit nullam sibi fieri læsionem ab insidiis eorum, & passionem suam voluntariam sibi esse, passi sunt autem aliquid ipsi Iudæi ad ea, quæ dicta sunt, & quærunt ad seipsos, quo debeat ire, quod non erat eorum, qui desiderarent ab eo liberari. Sequitur enim. {Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Numquid in dispersionem Gentium iturus est & docturus Gentes? Sic enim Gentes vocabant quasi exprobrantes, & magna in semetipsis gloriantes. quia Gentes vbique dissẽminatæ erant, & imperfecte adinuicem permixtæ. Sed hoc opprobrium postea ipsi sustinuerunt, quia vbique dispersi sunt. Antiquitus autem tota Gens in vnum collecta erat,

Tract. 31 sed cum Iudæi vbique terrarum iam Gentibus permixti essent, D non diceret. {Quo ego vado, vos non potestis venire: } si per hoc Gentes intellexisset. AVG. Dixerat autem dominus. Quo ego

Ho. eadem. vado de sinu patris. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt: & tamen ex hac occasione salutem nostram prædixerunt, q̃ dominus esset ad Gentes: non præsentia corporis, sed tamen pedibus suis, misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua. CHRY. Non autem dixerunt, q̃ iturus esset ad Gentes lædere eas, sed docere. Iam enim iram submiserant & his quæ dicta erant, credidерãt: Nequaquam autẽ nisi credidissent quęsissent ad seipsos. {Quis

Hom. 50. est hic ser. quẽ di. quær. me, & nõ in. & vbi ego sũ, vos nõ pot. ven? }

g ¶ CHRY. Cum recessuri essent domum celebrata festiuitate, dominus dat eis viatica ad salutẽ. vnde dicitur. {In nouissimo

Tract. 32. Hom. 50. autem die ma. fe. sta. Iesus & cla. di. Siquis sitit, veni. ad me & bi. AVG. Tunc enim agebatur festiuitas, quæ appellatur scenophegia. i. tabernaculorum constructio. CHRY. Quæ per septem dies agebatur: prima autem dies & vltima erat celeberrima secundum legem, & hoc significauit Euangelista, cum dixit. In nouissimo die magno festi. Medios autem dies magis ad voluptatem consumebant. Ideo ergo prima die hoc eis non dixit, sed neque secundo, aut tertia, ne ea quæ dicebantur deperirent, eius voluptati vacantibus. Clamat autem propter turbæ multitudinem. THEO. Simul quidem, vt audibilis fieret, atque vt confidentiam largiret; & quia neminem formidabat. CHRY. Dicit autem: {Siquis sitit. } ac si diceret. Neminem necessitate & violentia attraho, sed

Tract. 32. siquis habet desiderium multum, hunc ego voco. AVG. Est enim siquis habet desiderium multum, hunc ego voco. AVG. Est enim siquis habet desiderium multum, hunc ego voco. AVG. Est enim

Universidad de Deusto Biblioteca

Manichæi etiam quæ de promissione spiritussancti dicuntur, de Manichæo asserunt esse prædictum, tamquam .s. antea non fuerit
Hom. 50. spiritus datus. CHRY. vel aliter: Gloriam Christi crucem vocat, quia enim inimici eramus, donum autem non inimicis, sed amicis datur. oportebat prius offerri hostiam, & inimicitiam in carne dissolui, & tunc factos Dei amicos suscipere donum.
Trac. 33. g ¶ AVG. Cum domin⁹ inuitasset credentes in se ad potandum spiritum sanctũ, nata est de illo in turba dissensio. vnde dicitur. {Ex illa ergo hora tu. cum au. hos ser. eius dicebant: hic est vere Propheta. THE. Qui .s. expectabatur. {Alii .s. populus dicebat, hic est Christus. ALCV. Iam isti sitim illã spiritualiter haurire cœperant. iam sitim infidelitatis deposuerant. alii in suæ infidelitatis ariditate permanebant, de quibus subditur. {Quidam autem dice. Nũquid a Galilæa venit Christus? Nõne scri. di. ꝙ ex semine Da. & de Beth. ca. vbi erat Da. Christus ve. Nouerãt enim qd de Christo prædixissent Prophetæ, sed ignorabant omnia in ipso impleta fuisse, & qui nouerant in Nazareth nutritum, natiuitatis locum non attendebant, nec prophetiam, quam legerant in eo completam credebant.
Ho. eadem. CHRY. Sed esto: locum natiuitatis ignorabant, num etiam genus ignorabant? quoniam ex domo & familia Dauid natus erat. Quare igitur dicebant: {Nonne ex semine Dauid ve. Christus?} Sed & hoc obumbrare volebant, per educationem in Nazareth, omnia maliciose loquentes, vnde non accedunt ad Christum quęrentes, quomodo scripturæ dicunt, ꝙ a Bethleæm oportet venire Christum: tu autem ex Galilæa venisti, sed omnia malitiose loquuntur. Et quia non diligenter attendebant his quæ dicebantur, neque discendi gratia, propter hoc nihil eis Christus respondit. Nathanaelem autem dicẽtem, A nazareth potest aliquid boni esse? laudauit vt vere Israelitã, quia veritatis erat inquisitor, & omnia vetera diligenter edoctus. Sequitur. {Dissensio itaque facta est propter eum in turba. THEO. Non in principibus: nam principes vnius voluntatis erant, vt videlicet non eum reciperent sicut Christum. Qui ergo magis moderati erant in malitia, verbis tantum gloriæ Christi aduersabantur, qui vero peiores erant manus etiam appetebant imponere. de quibus subditur. {Quidam
Hom. eadẽ. autem ex eis vo. ap. eum.} CHRY. Hoc autem induxit Euangelista, ostendens quoniam loquebantur, neque quærentes veritatem, neque discere volentes. Sequitur. {Sed nemo misit super illum manus. ALCVI. Quia .s. ipse non permisit, qui conatus illorum in sua potestate habebat. CHRY. Hoc autem sufficiẽs erat
Ho. eadem. eos in compunctionem deducere, sed non sunt compuncti. talis .n. nequitia nulli vult credere, ad vnum aspicit solum, vt eum, cui in
Tract. eodẽ. sidiatur interficiat. AVG. Qui vero missi fuerãt, vt eum tenerẽt, redierunt immunes a crimine & pleni admiratione, de quibus subditur. {Venerunt ergo ministri ad Pon. & Pha. & dixerunt eis
K illi: Quare non addu. eum? ALCVI. Qui eum lapidare volẽtes, tenere non potuerunt: arguunt ministros, quia eum non adduxe-
Hom. 51. rant. CHRY. Ecce Pharisæi & Scribæ miracula videntes, & scripturas legentes nihil profecerunt. ministri autem nihil horũ habentes, ab vna sola allocutione sunt capti, & abeuntes, vt eum ligarent: redierunt ligati miraculo. Et non dixerunt: Non potuim⁹ propter turbam, sed præcones efficiuntur Christi sapientiæ. Nam sequitur. {Responderunt ministri. Numquam sic locutus est ho-
Tract. eodẽ mo, sicut hic homo loquitur. AVG. Ille autem sic locutus est, qa
Ho. eadem. Deus erat & homo. CHRY. Non est autem solum eorum prudentia admiranda, quia signis non eguerunt, sed a sola doctrina sunt capti. non enim dixerunt. Numquàm talia miracula fecit homo, sed numquàm sic locutus est homo. Sed etiam admiranda est eorum securitas, quoniam ad Pharisæos, qui contra Christum aduersabantur venerunt. & eis talia locuti sunt. Nec tamen longum sermonem audierant, sed breuem. cum enim mens fuerit in-
Tract. eodẽ. corrupta, non longis sermonibus opus est. AVG. Pharisæi tamẽ

h Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebãt: Hic est vere propheta. Alii dicebant. Hic est Christus. Quidam autem. Numquid a Galilæa venit Christus? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleẹm castello vbi erat Dauid, venit Christus? Dissentio itaqua facta est in tuba propter eum: Quidam autem ex ipsis volebant appræhendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Numquam sic locut⁹ est homo: sicut hic homo loquitur. Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis? Numquid ex principibus aliquis cre-
dit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodem⁹ ad eos: ille qui venit ad Iesum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nũquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso & co-
G gnouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide quia a Galilæa Propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

F eorum testimonium retulerunt. Nam sequitur: {Responderunt ergo eis Pharisæi. Numquid & vos seducti estis? quasi dicant: Videmus vos delectatos esse in sermonibus suis. ALCVI. Et re uera laudabiliter seducti erant, quia dimisso malo infidelitatis, transierant ad fidem. CHRY. Ab argumento autem insipienti con- Hom. eadẽ
tra eos syllogizant. nam sequitur. {Numquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ nõ nouit legem, maledicti sunt. Hæc autem est ipsorũ accusatio, quoniam turba quidem credidit, ipsi aũt nõ crediderunt. AV. Tract. eodẽ
Qui enim non nouerant legem, ipsi & credebant in eum, qui miserat legem, & eũ qui miserat legem cõdemnabant illi qui docebat legem, vt impleretur quod dominus dixerat: Ego veni, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant, CHR. Qua- Hom. eadẽ
liter igitur maledicti sunt illi, q a lege suadentur? Vos potius maledicti estis, qui nõ obseruastis legem.

CAP. VIII.

Iesus autem perrexit in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eũ, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribę, & Pha-

H THEO. Ideo autem suauiter & blande Pharisæi ministris respõdent. dubitauerunt, ne forte ab eis prorsus segregentur, & Christo adiiciantur. CHRY. Quia vero dixerant, ꝙ nullus princi- Hom. eadẽ.
pum credidit in eum, Ad hoc excludendũ subiungitur, {Dicit Nicodemus ad eos. Ille qui venit ad Iesum nocte, qui vnus erat ex illis. AVG. Ipse non quidem incredulus: sed timidus. nam ideo no- Tract. eodẽ.
cte venerat ad lucem, quia illuminari volebat, & sciri timebat, hic ergo respondit Iudæis. {Numquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audi. ab ipso & cogno. quid faciat? Credebat enim, quia si eum tantummodo patienter vellent audire, forte similes fierent illis, qui missi sunt tenere, & maluerunt credere. Volebant autem illi peruersi ante esse damnatores q̃ cognitores. AVG. 22. de Ciu. Cap. 1. in fi.
Dei. Dicit autem lex nostra de lege, quæ Dei est, eo ꝙ est ab illo data hominibus. CHRY. Ostendit autem Nicodemus eos neque Hom. eadẽ.
I cognoscẽtes legem, neque facientes quæ sunt legis. cum autem cõgruum esset ostendere, ꝙ non indiscrete miserunt vocaturi eum, rudius, & iracundius vtuntur contradictione. Nam sequitur. {Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? AVG. i. Tract. eodẽ.
quasi a Galilæo seductus. Dominus enim Galilæus dicebatur, qm̃ de Nazareth ciuitate erant parentes eius, secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen. CHRY. Deinde iniu- Ho. eadem.
riose quasi eo nesciente scripturas induxerũt. {Scrutare scri. & vide quia prophe. a Galilæa non surgit, acsi dicerent: Vade & disce. ALCV. Non enim locum vbi natus, sed vbi conuersabatur attendebant, & ideo non solum Messiam, sed nec Prophetam eum credebant. AVG. Propheta quidem a Galilæa non surgit, sed Tract. eodẽ.
dominus Prophetarum inde surrexit. Sequitur. {Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam. ALCVI. Nullo perfecto negocio, vacui fide: & ideo fraudati vtilitate, sunt reuersi in domum infidelitatis, & impietatis suæ.

CAP. VIII.

ALCVI. Dominus maxime circa suam passionem hãc sibi effecerat consuetudinem, vt in die quidem in tẽplo, quod erat Hierosolymis, verbum Dei prædicaret, signa & miracula ostenderet, sero reuertebatur in Bethaniam, vbi apud sorores Lazari hospitabatur, & mane iterũ ad simile opus reuertebatur. Igitur secundum hunc morem cum in vltimo dies Scenophegiæ tota die in tẽplo prædicasset, vespere perrexit in montem Olíueti. & hoc est quod dicitur: {Iesus autem perrexit in montem Olíueti. AVG. Vbi enim decebat doce- Tract. eodẽ.
re Christum nisi in monte Oliueti? in monte vnguenti, in monte chrismatis. Christi enim nomen a chrismate dictũ est. Chrisma autem græce, latine vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolũ fecit. ALCVI. Vnctio enim olei fessis, & dolentibus membris solet afferre leuamen. Mons etiam oliuarum sublimitatem dominicæ pietatis designat: oleos græcę, latine

latine misericordia. Natura quoque olei mysterio aptissime congruit: superfertur enim omnibus liquoribus, & sicut ait Psalmista. Miserationes eius super omnia opera eius. Sequitur. {Et diluculo iterum venit in templum,} vt .s. misericordiam cum incipiente noui testamenti lumine, fidelibus in templo videlicet suo pandendã, præbendamque signaret. Quòd enim diluculo redibat: exortũ nouę gratię designat. BEDA. Significatur autem, ꝙ postquam p gratiam cœpit inhabitare in templo suo, idest in ecclesia, ex omnibus Gentibus crediderunt in eum. vnde sequitur. {Et omnis populus veniebat ad eum, & sedens docebat eos.} ALCVI. Sessio humilitatem incarnationis insinuat. Sedente ergo domino ad eum venit populus, quia postquàm per susceptam humanitatem visibilis apparuit, cœperunt eum multi audire, & in eum credere, quem per humanitatem sibi proximum meminerant. Mansuetis autem, & simplicibus se nomen domini admirantibus, Scribæ & Pharisæi interrogant, non vt discant, sed vt veritati laqueos nectant. vnde sequitur. {Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulie. in adulte. depræhen. & statu. eam in medio, & dixe. ei. Magister, hæc muli.
Tract. 33. depræ. est modo in adulterio.} AVG. Animaduerterant enim eũ nimium esse mitem. De illo quippe fuerat ante prædictum. Procede & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor. Cum loqueretur veritas agnoscebatur; cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. In tertio ergo iustitia .s. scandalum posuerunt. Dixerunt enim apud seipsos. Si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit. lex enim quod iniustum erat, iubere non poterat: & ideo legem inducunt dicentes. {In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. vt autem mansuetudinem non perdat, in qua iam populis amabilis factus est: eam dimitti debere dicturus est. vnde eius sentẽtiam requirunt dicentes. {Tu ergo quid dicis? Hinc nos inueniemus ad accusandum occasionem, & reum faciemus tamquam legis præuaricatorem.} vnde Euangelista subdit. {Hæc autem dice-
D bant tẽ. eum, vt pos. accu. eum. Sed dominus in respondendo, & iu-
Lib. 4. c. 10. stitiã seruaturus est, & a mansuetudine non recessurus. Sequitur enim. {Iesus autem incli. se deorsum digi scribe. in terra.} AVG. de Con. Euan. Tamquam illos tales in terra scribendos significaret, non in cœlo, vbi monuit discipulos, vt se scriptos esse gauderent, aut ꝙ se humiliando quod capitis inclinatione monstrabat, signa in terra faceret, aut ꝙ iam tempus esset, vt in terra quæ fructum daret, non in lapide sterili, sicut antea lex eius conscriberetur. ALCVI. Per terram enim cor humanum ostenditur, quòd bonarum, vel malarum actionum solet reddere fructus. per digitũ autem qui articulorum compositione flexibilis est, sublimitas discretionis exprimitur. Nos ergo instruit, vt cum quælibet mala ꝓximorum conspicimus, nõ statim ea temere damnemus: sed prius ad conscientiam cordis humiliter reuersi, digito discretionis ea sollicite disquiramus. BEDA. Quantum etiam ad historiam pertinet, per hoc ꝙ digito scripsit in terra. illum se fore monstrauit, qui quondam legem in lapide scripsit. Sequitur: {Cum autem per
Trac. 33. seuerarent interrogantes eum, erexit se. AVG. Non dixit, non lapidetur: ne contra legem dicere videretur. Absit autem vt diceret, lapidetur. venit enim non perdere quod inuenerat: sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? {Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed non a peccatoribus, impleatur lex, sed non a
Cap. 15. præuaricatoribus legis. GREG. 14. Moral. Qui enim prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectum iudicet, ignorat. Et si nouit etiam per auditum: recte tamen aliena merita iudicare nõ valet, cui conscientia innocentiæ propriæ nullam iudicii regulam ꝓ
Tract. 33. bet. AVG. Cũ ergo eos telo iustitiæ percussisset, nec dedignatus est cadentes attendere, sed auertit ab eis obtuitum. vnde sequitur. {Et iterũ se inclinans scribe. in terra. ALCVI. Potest etiam intelligi fecisse hoc dominus iuxta consuetudinem, vt quasi aliquid agens, vultu intendens in aliud, liberam eis exeundi facultatem daret. in hoc etiam figurate admonet, vt & priusquam peccantem fratrem corripiamus, & post adhibitam correctionem diligenter

risæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eũ. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scri-
bebat in terra. Audientes autẽ hæc, vnus post vnum exibant, incipientes a Senioribus, & remansit solus Iesus: & mulier ĩ medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quę dixit: Nemo domine.
B Dixit ei Iesus. Nec ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare.
b Iterum ego locutus est eis dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

A perpendamus, vtrum ipsis peccatis, de quibus alium castigamus, aut in aliis obnoxiis simus. AVG. Sic igitur illi voce iustitiæ tã- Tract. 33.
quam telo percussi sese inspicientes, & reos inuenientes: vnus post vnum omnes recesserunt. & hoc est quod subditur. {Audientes autem hæc, vnus post aliũ exibant, incipientes a Senioribus.} GLO. Qui forte magis rei erant, vel magis culpas suas cognoscebat. AVG. Relicti sunt autem duo: miseria & misericordia: nam sequitur. {Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Credo, territa illa mulier: ab illo se puniendam sperabat, in quo peccatũ inueniri non poterat. Ille autem q aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in illã oculos mansuetudinis interrogauit eam. vnde sequitur. {Erigẽs se autẽ Iesus, dixit ei. Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? quæ dixit. Nemo domine.} Audiuimus supra vocem iustitiæ, audiamus nũc mansuetudinis: nam sequitur. {Dixit ei Iesus: Nec ego te cõdemno.} a quo te forte condemnari timuisti, quia in peccatum non inuenisti. Quid est
C domine. Faues ergo peccatis? non plane: attende quod sequitur.} {Vade & amplius noli peccare.} Ergo & dominus damnauit, sed peccatum, non hominem: nam si peccatorum auctor esset, diceret. Vade & viue vt vis: de mea liberatione esto secura. Ego te quantumcumque peccaueris, etiam a gehenna & inferni tortoribus liberabo, non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeant veritatem. Etenim dulcis & rectus dñs. b ¶ ALCVI. Quia mulierem absoluit a crimine, ne aliqui dubitarent, an ille quem videbant verum hominem: posset peccata dimittere, dignatur ipse apertius suæ diuinitatis potentiam demonstrare. vnde dicitur. {Ite. er. lo, est eis. dicens: {Ego sum lux mundi.} BEDA. vbi aduertendum est, quia non ait. Ego sum lux Angelorum, vel cœli, sed lux mundi .i. hominum in tenebris commorantium, secundum illud: Illuminare his, qui in tenebris, & in Hom. 51
in vmbra mortis sedent. CHRY. vel aliter. Quia superius Galilæam ei afferebant, & quasi de quodam Prophetarum de eo dubi-
D tabant, voluit ostendere, quoniam non vnus Prophetarum est, sed dominator orbis terrarum. vnde dicitur. {Iter. lo. est eis. Ie. di. Ego sum lux mundi, non Galileæ, neque Palestinæ, neque Iudeæ. Tract. 34
AVG. Manichæi solem istum oculis carnivisibilem Christum dominum esse putauerunt, sed ecclesia catholica improbat tale commentum. Non est enim dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & propter nos sub Sole factum est lumen, quod fecit solem: carnis nube tegitur, non vt abscuretur, sed vt temperetur: Loquens ergo per nubẽ carnis lumen indeficiens, lumẽ sapiẽtię ait hominibus. {Ego sum lux mundi.} THEO. Veteris autem aduersus. Nestorium hoc præsenti sermone: non enim ait. Quoniam in me est lux mundi, sed ego sum lux mundi. Ipse namque qui homo videbatur, idem & filius Dei, & lux mundi erat, non sicut nugabatur Nestorius, in Tract. 34
simplici homine Dei filius habitabat. AVG. Abstulit autem te ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis in hoc ꝙ subdit. {Qui
E se. me, non ambu. in tene. sed habet lu. vi. Non enim sufficit dicere. Habebit lumen, sed addidit. {Vitæ.} hæc verba domini cũ verbis Psalmi concordant. In lumine tuo videbimus lumen, quoniã apud te est fons vitæ. in istis vsibus corporalibus aliud est lumen, & aliud fons. Fontes fauces quærunt, lumen oculi. apud Deum qđ lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet, vt videas, ipse tibi manat vt bibas, quod promisit, futuri temporis verbum posuit. In eo qđ facere debemus, præsens tempus posuit. Qui sequitur, inquit, habebit modo per fidem, post habebit per speciẽ. Sequere istum solẽ visibilem si ipse tendis ad occidentem quo & ille tendit, & si volueris tu illũ deserere, ipse te deseret in occasu. Deus tuus vbique est totus. si non ab illo facies casum: numquam a te ille faciet occasum, tenebræ satis metuendæ sunt morum, non oculorũ, & si oculorũ, non exteriorũ sed interiorũ. vnde discernitur non album, & Ho. eadem.
nigrũ, sed iustum & iniustum. CHRY. Intellectualiter enim dixit. Nom ambulat in tenebris, idest non manet in errore. Hinc & Nicodemum laudat & ministros, & ipsos occulte insinuat, dolos complicantes, qui in tenebris, & errore sunt, sed luceni non sperabunt.

c ¶ CHRY.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hom.51. e ¶ CHRY. Quia dominus dixerat. Ego sum lux mundi, & qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Iudæi hoc euertere voluerunt. vnde dicitur. {Dixerunt ergo ei Pharisæi: tu de teipso testimonium perhibes, & testimonium tuum non est verũ. ALCV. Sic responderunt tamquàm ipse dominus solus sibi testimonium perhiberet, cum constet, ꝙ antequàm in carne appareret, multos testes præmisit, q eius sacramenta prædixerunt. Ho.eadem. CHRY. Dominus autẽ euertit quod dixerant. vnde sequitur. {Respondit Iesus, & dixit eis. Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimoniũ meum.} Hoc iuxta eorum suspitionem locutus est: hominem eum nudum æstimãtium, & causam subiũgit. {Quia scio vnde venio, & quo vado}. i. ex Deo sum, & Deus est Dei filius. Non autem hoc dicit manifeste, quia semper humilia miscet altis: Deus autem ipse sibi fide dignus testis est. Tract.35. AVG. Verum est enim testimonium luminis, siue se ostendat, siue alia, locutus est propheta verũ, sed vnde haberet, nisi de fonte veritatis hauriret? ergo idoneus est Iesus, qui sibi testimonium perhibeat: dicens autem. {Quia scio vnde venio, & quo vado,} patrem volebat intelligi, patri enim gloriam dabat filius, a quo est missus: quantum ergo debet homo glorificare eum, a quo est creatus? non autem veniẽdo inde discessit, aut redeundo nos dereliquit, non potest hoc fieri ab isto Sole, qui quando pergit ad occidentem deserit orientem. Sicut autem Sol iste & vidẽtis faciem illustrat, & cæci, sed videt ille: ille non videt, sic & sapientia Dei: verbum Dei vbiq; præsens est etiã infidelibus, sed quibus eã videant oculos nõ habent cordis, vt ergo dñs inter fideles suos & inimicos suos Iudæos, tamq̃ inter tenebras, & lucem distingueret subiũgit. {Vos aũt nescitis. &c.} Isti ergo Iudæi videbãt hominẽ, nec credebant Deum: & ideo dominus subdit. Vos secundũ carnem iudicatis: dum. s. dicitis. {Tu de teipso testimoniũ perhibes, & testimonium tuum nõ est verum.} THEO. Ac si dicat. Vos qm̃ in carne sum: carnem me solam esse putantes, non autem Deum secundum carnem fallibiliter iudicatis. AVG. Quia enim Deũ non intelligitis & hominem videtis, ideo vobis arrogans videor, quia ego de me testimonium perhibeo. Omnis enim homo quando de se perhibere vult laudabile testimonium, superbus & arrogans videtur, homines enim infirmi sumus, verum dicere & mentiri possumus, lux mentiri non potest. Hò.eadem. CHRY. Vel aliter. Sicut secundum carnem viuere, male viuere est: ita secundum carnẽ iudicare, iudicare iustum est. Et quia possent dicere. Si iniuste iudicamus, propter quid non conuincis? propter quid non cõdemnas? Tract.36 subiungit. {Ego non iudico quemquam. AVG. Quod duobus modis intelligi potest, vt aut hoc intelligamus. {Non iudico quẽquam. i. modo, sicut dicit alio loco, Ego non veni, vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mundum, non iudicium suum negando, sed differendo, aut certe quia dixerat: Vos secũdum carnem iudicatis: ita coniunxit. {Ego non iudico quemquam,} vt subaudias secundum carnem Christum non iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est: nam vt agnoscas iam iudicẽ Christum subditur. {Etsi Ho.eadem. iudico ego, iudicium meum verum est. CHRY. q.d. propter hoc dixi: non iudico, quasi non præsumens iudicare, quia si iudicarem iuste, vos condemnarem: sed nunc tempus iudicii non est, sed de futuro iudicio insinuat cum subdit. {Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater,} ostẽdens quia non ipse solus eos condemnabit, sed & pater. Hoc aũt ad suspitionem illorum loquitur: non enim æstimabant dignũ fide esse filiũ, nisi patris testimoniũ assum Tra.eodem. psisset. AVG. Si autem tecum est pater, quomodo te misit? Ergo domine, missio tua, incarnatio tua est: hoc ergo Christus erat ꝑm carnem, & a patre non recesserat, quia pater & filius vbique erant. Hom.50. erubesce Sabelliane: non enim dixit. Ego sum pater, & ego ipse sum filius, sed solus non sum, inquit, quia mecum est pater. Distingue ergo personas, distingue intelligentiam, agnosce, quia pater, pater est, & filius, filius est: sed noli dicere pater maior est, filius minor. Vna substantia est, vna coæternitas, perfecta æqualitas. Ergo verum est, inquit, iudicium meum, quia filius Dei sum, vt tamen intelligas, quia mecum est pater: non sic sum filius, vt ipso deseruerim formam serui accepi, sed formã Dei non amisi. De iudicio dixerat, de testimnnio vult dicere: nam sequitur. {Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimo. verum est. Lib.16.c.13 AV. Contra Faustum. An forte Manichei calumniantur, quia non ait. In lege Dei, sed in lege vestra scriptum est. Vbi vsitatam locutio-

c Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimoniũ perhibes: testimonium tuum non est verũ. Respondit Iesus & dixit eis. Etsi ego testimonium perhibeo de meipso: verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quo vado. Vos autẽ nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. Etsi iudico ego, iudicium meum uerũ

F nem scripturarum quis non cognoscat? lege enim vestra dixit vobis data, sicut Apostolus dicit euangelium suum, quod se tamen accepisse testatur, non ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. AVG. super Ioan. Magnam autem habet quæstionem, & valde videtur in mysterio res esse constituta, vbi Deus dixit in ore Tract.36. duo, vel tri. testi. stat oẽ ver.} Fieri enim potest vt mẽtiantur. Susanna casta duob⁹ falsis testibus vrgebatur, vniuersus populus mentitus est contra Christum, quomodo ergo accipiendum est: In ore duorum, vel trium stabit omne verbum, nisi qa hoc modo per mysterium Trinitatis commẽdata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis? Accipite ergo nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium, differo iudicium non differo testimonium. vnde sequitur. {Ego sum qui testi. perhi. de meipso, & testimonium perhi. de me, qui misit me pater. BEDA. In multis enim locis pater filio suo perhibet testimoniũ, vt est illud. Ego hodie genui te, & item. Hic est filius meus dilect⁹. Homil.51. CHRY. vel aliter. Si quod dictũ est simpliciter accipiatur, quæstionem habet. nam in hominibus quidem propter hoc determinatum est, ꝙ in ore duorum, vel trium testium. stat omne verbũ, quia vnus solus non est fide dignus. In Deo autem qualiter vtiq; hoc habebit rationem? sed aliter non staret quod dictum est, nam H in hominibus cum duo de aliena re testãtur, tunc testimonium est verum: hoc enim est duos testari, si vero vnus eorum sibiipsi testetur, non adhuc sunt duo testes. Ad nihil ergo aliud hoc dixit, q̃ vt ostendat nihil minus patre habentem: alioquin non dixisset. {Ego & qui misit me pater.} Cõsidera etiam potestatem nihil habentem diminutum a patre. homo enim cum a seipso dignus fuerit fide, testimonio non indiget, sed hoc in aliena re. In propria vero cum testimonio alieno indigeat: non adhuc dignus est fide. Hic vero totum contrarium: etenim in propria re testans & ab alio testimonium habens, dixit se fide dignum esse. ALCVI. Vel potest sic intelligi quod dicitur. q.d. Si vestra lex approbat testimonium duorum hominum qui possent decipi, & plura testari, qua ratione meum & patris mei testimonium, quod summa stabilitate firmum est, verum esse non dicitis?

est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege uestra scriptum est. Quia duorũ hominum testimonium uerum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso. & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.

G d Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrẽ

d ¶ AVG. Illi qui audierant a domino: vos secundum carnem Tract.37. I iudicatis manifestauerunt quod audierunt: patrem enim Christi carnaliter acceperunt. vnde dicitur. {Dicebant ergo ei. vbi est pater tuus?} q.d. Audiuimus te dicere, {solus non sum, sed ego & qui misit me pater,} nos solum te videmus: ostende ergo nobis tecum esse patrem tuum. THEO. Quidam vero notant hoc prolatum esse a Iudæis, quasi ad contumeliam & contemptum. Improperabãt enim ei tamquam ex fornicatione genito & proprium genitorem ignoranti, vel tamquàm vili existenti, eo ꝙ pater eius putabatur, scilicet Ioseph. q.d. ignotus & ignobilis est pater tuus, quid frequẽter pater nobis inducis? Quia ergo non vt scire volentes, sed vt tẽtantes quærebant, ad præmissam quæstionem non respondet. vnde sequitur. {Respondit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meũ. Tract.37 AVG. q.d. Quæritis, vbi est pater tuus, quasi me iam sciatis, quasi totum hoc sit, quod videtis: ergo, quia me non nostis: ideo patrem meum vobis non ostendo. Me quippe hominem putatis: ideo patrem meum hominem quæritis. Quia vero secundum quod videtis aliud sum, & aliud secundum quod non videtis, patrem autem meum loquor occultus occultum, prius est vt me noueritis: K tunc & patrem meum scietis, & hoc est quod subdit. {Si me sciretis, forsitan & pa. meum sciretis. Hom.51. CHRY. Dicit autem hoc, vt ostendat, ꝙ nihil ei prodest dicere, ꝙ sciant patrem, filium nescientes. To.18.ĩ Io. ORIG. Contrariari autem videtur ad inuicem quod hic dicitur. {Neque me scitis, neq; patrem meum.} & quod supra dictum est. {Et me scitis: & vnde sim scitis,} sed tamen quod dicit. {Et me scitis, ad quosdam dicit Hierosolymitarum dicentium, Numquid vere intellexerunt principes, quia hic est Christus? hoc vero quod dicit, Neque me scitis, ad Pharisæos dicitur, Hierosolymitis tamen in prioribus ait. {Verax est qui me misit, quem vos nescitis.} Quæret itaque aliquis, quomodo verum est quod dicitur. {Si me sciretis & patrem meum sciretis} cum Hierosolymitæ, quibus dicitur. {Et me scitis} patrem nesciuerunt? Dicendũ autem est ad hoc, quòd Saluator quandoque quidem de seipso, ut de homine loquitur, quandoque autem secundum diuinam naturam: hoc ergo quod dicit. {Et me sci.} de seipso homine dicit, hoc Tract.37. uero, neque me sci. de diuinitate. AVG. Quid est enim. {Si me sciretis,

sciretis. & patrem meum sciretis, nisi ego & pater vnum sumus? Quando vides aliquem alicui similem, quotidiana locutio est. Si hunc vidisti, illum vidisti, propter similitudinem tale dedisti responsum, hinc & dominus. Si me, inquit sciretis, & patrem meum sciretis, non quia pater est filius, sed quia patri similis est filius. THEO. Erubescat Arrianus: nam si iuxta eum creatura filius sit, qualiter qui nouit creaturam, & Deum nouit, neque qui substantiam nouit Angeli, nouit & diuinam, cum itaque qui filium nouit, & patrem nouit, igitur Tract.37. consubstantialis patri est filius. AVG. Hoc autem verbum forsitan increpatiue dicitur, quod videtur esse uerbum dubitationis homines enim de rebus, quas certas habent aliquando verbum dubitationis ponunt, velut si indigneris seruo tuo, & dicas. Contemnis me? Considera, forsan dominus tuus sum, sic & dominus dubitando increpat infideles cum dicit. {Et patrem meum forsitan sciretis.} To.18.ĩ Io. ORI. Oportet autem videre quoniam qui alterius sectæ sunt, opinantur ex hoc probari manifeste Deum, quem Iudæi colebant, patrem non esse Christi. Si enim, inquiunt hoc Pharisæis Deum prouisorem mundi colentibus dicebat Saluator, manifestum est, quòd patrem Iesu alterum a conditore mundi existentem, nequaquam Pharisæi nouerunt. Hoc vero dicunt, non obseruantes cõsuetudinẽ locutionis in scripturis. Si enim aliquis velit inducere ea quæ de Deo sunt a parentibus eruditus: non autẽ bene viuat: hunc dicimus de Deo notitiam non habere. vnde & filii Heli propter eorum malitiam Deum ignorasse dicuntur, sic igitur & Pharisæi patrem ignorauerunt: non enim viuebant ꝑm conditoris edictũ. Est autem & aliud significatũ cognoscẽdi Deũ: altero existente cognoscere dominum quàm simpliciter credere. Dicitur enim in Psalmo. Studete & videre, quoniã ego sum De⁹. Quis non confitetur hoc scribi populo in conditorem credenti? Multum enim differt credendo cognoscere & credere tantum, sed Pharisæis, quibus ait. Neque me scitis, neque patrem meum. rationabiliter diceret. Neque creditis patri meo. qui enim negat filiũ, minime patrem habet. s. neque ꝑm fidem, neque ꝑm cognitionẽ. Sed & aliter dicit scriptura illos, qui adiuncti sunt alicui cognoscere illud. Tunc enim Adam cognouit vxorem suam cum ei coniunctus est. Si ergo qui adhæret mulieri, mulierem cognoscit, & qui adhæret domino, vnus spiritus est, & Deum cognoscit. si vero sic se habet, Pharisæi nec patrem nouerunt, nec filium. Post hoc est quidem aliquem cognoscere Deum: non autem cognoscere patrẽ. Infinitis ergo orationibus editis in lege non inuenimus aliquem orando dicentem Deum patrem: tamen orant eum tamquã Deũ, & dominum. ne præuenirent gratiam per Iesum toti mundo effusam: vocantem cunctos ad filiationem iuxta illud. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Sequitur. {Hæc ver. lo. est Ie. in Gazo. Φιλάττειν. do. in templo. ALCVI. Gaza Persica lingua diuitiæ Philattin seruare. Erat autem locus in tẽplo, vbi seruabant diuitiæ. CHRY. In templo loquebatur more magistri, & hic loquebatur super quibus mordebant, & accusabant, quoniam seipsum facit patrem Tract.eodẽ. patri. AVG. Magna igitur fiducia sine timore. non enim patereẽ quod nollet. vnde sequitur. {Et ne appræ. eum, quia nondum ve. ho. eius.} Nonnulli cum hoc audiunt, sub fato fuisse Christũ credunt, sed si fatum sicut nonnulli intellexerunt, a fando dictũ est. i. a loquẽdo, verbum Dei quomodo habet fatum? Vbi sunt fata? In cęlo, inquis, in ordine & conuersionibus syderum. Quomodo ergo fatum habet, per quem factum est cęlum, & sydera, cum tua voluntas sit recte sapias, transcẽdat & sydera? An quia nosti Christi carnem fuisse sub cęlo: ideo putas & potestatem Christi subditã cęlo? Igitur nondum venerat hora eius, non qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Tom.18. in Ioan. ORI. Vbicumque autem additur. Hęc verba locutus est Iesus in tali loco, si bene attendas, inuenies additionis opportunitatem. Est aũt Gazophilatium locus nummismatum in honorem Dei, & dispensationem pauperum oblatorũ. Nummismata autem sunt diuina verba: imaginem Regis magni impressam habentia. vnusquisque autem conferat in ædificationẽ ecclesie portans ad intellectuale Gazophilatium quicquid potest ad honorem Dei & vtilitatem communem. Omnibus autem offerentibus in Gazophilatio templi: magis oportebat Iesum munera portare, quæ erant verba vitæ æternæ. Loquente ergo Iesu in Gazophilatio, a nemine detentus est, quia sermones eius fortiores erant his, qui eum capere volebant, cum non sit infirmitas, in quibus verbum Dei loquitur. BEDA. vel aliter. In Gazophilatio Christus loquit, qm̃ in parabolis ad Iudæos sermones proferebat, tunc autem quasi Gazophilatium aperiri cępit, quando discipulis suis cęlestia reserauit. vnde & Gazophilatium templo in-

meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylatio docẽs in tẽplo. Et nemo appræhendit eũ, qa nõdũ venerat hora ei⁹. e Dixit ergo iterum eis Iesus. Ego vado & quæritis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi. Numquid interficiet semetipsum, qa dicit, quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis, ego de supius sum. Vos de mũdo hoc estis: ego

A hærebat, quia quæ lex & Prophetæ figuraliter prædixerant, ad dominum pertinebant.

e ¶ AVG. Quia supra dictum est, quòd nemo appræhendit eum, quia nondum venerat hora eius, modo de ipsa sua passione, quæ posita erat: non in eius necessitate, sed potestate locutus est Iudæis. vnde dicitur. Tract.38. {Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado.} Christo enim domino mors profectio fuit, illuc vnde venerat, & vnde discesserat. BEDA. Hæc autem verborũ cõnexio talis esse vr, vt hæc vno tpe, vno- B quoq; in loco, vel certe alio tpe, alioq; in loco geri potuissent, qm̃ nihil interponi. & q̃dã, vel multa potuerunt. ORI. Sed obiiciet aliqs sic: Si his, qui manebant in incredulitate, ista dicebat. Qũo eis dicit. {Et quæritis me? quærere enim Iesum, est quærere veritatem, & sapientiam. Sed dices, quia & de persequentibus aliquando dicitur, quòd quærebant eum capere. Differentiæ enim sunt eorum, qui quærunt Iesum. Non omnes enim pro eorum salute, & vtilitate quærũt eum, propter hoc solum hi, qui recte quęrunt eum inueniunt pacem. Recte autem quærere dicuntur, qui verbum quod est in principio apud Deum quærunt, vt illos patri adducat. Tra.eodem. AVG. Quæretis ergo, inquit me non pio desiderio, sed odio. nam illum postea quàm abscessit ab oculis hominum inquisierunt, & qui oderunt, & qui amabant: illi persequendo, isti habere cupiendo, & ne putetis quia me bene quæritis. In peccato vestro moriemini, hoc est Christum male quærere, in peccato suo C mori, hoc est illum odisse, per quem solum posset saluus esse, dixitque sententiam præscius, quòd in peccatis suis morientur. BEDA. Sed nota, ꝙ peccato in singulari numero vtitur, sed vestro in plurali, vt idem omnium scelus ostenderet. To.18.ĩ Io. ORI. Quæro autem propter hoc quod infra dicitur, ꝙ hoc ipso loquente multi crediderunt in eum: numquid ad omnes præsentes dicit. In peccato vestro moriemini? sed ad illos dicebat, quos sciebat non esse credituros, & propter hoc in eorum peccatis esse morituros, & non valentes post ipsum sequi. nam sequitur. {Quo ego vado, vos nõ potestis venire. vbi scilicet veritas & sapientia est. hoc est enim, vbi est Iesus. Non possunt, ait, quia non volunt. si enim voluissent & non potuissent, non rationabiliter eis diceretur. {In peccato vestro moriemini.} Tract.38. AVG. Hoc autem & discipulis alio loco dicit, nec tamen dixit eis. {In peccato vestro moriemini, sed quo ego vado, uos non potestis venire modo.} non abstulit spem, sed prædixit dilationem. To.18.ĩ Io. ORIGENES: Præsens autem verbum minatur Christi recessum, sed quamdiu saluamus ea, quæ D animæ nostræ sunt insita veritatis semina, nequaquam recedit a nobis verbum Dei. Si vero a lapsu in malitiam corrumpamur, tunc dicitur nobis. {Ego vado} & cum quæremus eum, nequaquam inueniemus, sed in peccatis nostris moriemur ab ipsa morte occupati. Non oportet autem pertransire inexquisite quod dicitur. {In peccatis vestris moriemini: Si enim communiter accipiatur, manifestum est, quòd peccatores in peccatis eorum moriuntur: iusti vero in iustitia: si uero dicitur. {Moriemini,} sicut qui ad mortem peccat morit: manifestum est, quòd hi quibus talia dicebantur, nequaquam mortui erant, sed uiuebant in infirmitate animæ, sed infirmitas illa ad mortem erat, propter hoc medicus uidens eos grauiter infirmantes dicebat. {Et in peccatis uestris moriemini.} & sic manifestum erat illud. {Quo ego uado, uos non potestis uenire.} Cum enim aliquis in suo peccato moritur, quo uadit Iesus, non potest ire. nullus enim mor- E tuus potest sequi Iesum: non enim mortui laudabunt te domine. Tract.38. AVGVSTINVS: His autem uerbis auditis, quomodo solent carnalia cogitantes interrogauerunt. nam sequitur. {Dicebant ergo Iudæi. Numquid interficiet semetipsum, quia dicit, quo ego uado, uos non potestis uenire? Stulta uerba. Quid enim, non poterant illi uenire, quo ille perrexisset, si interficeret semetipsum, numquid ipsi non erant morituri? ergo: Quo ego uado, dixit, non quo itur ad mortem, sed quo ipse ibat post mortem. THEO. Per hoc enim manifestauit, quòd resurget in gloria, & sedebit ad dexteram Dei. Tom.18. in Ioan. ORIGENES. Quæremus tamen si hoc ab eis de Saluatore dicitur altius aliquid cernentibus. Multa etiam aut ex traditione, aut ex apocriphis ipsos contingebat uidere præ multis. Forte igitur in in his quæ tradita sunt de Christo, erat iuxta sanas traditiones propheticorum sermonum, sicut generari eum in Bethleæm, sic & de morte eius, ut hoc modo transire deberet ab hac uita quomodo ipse dicit. Nemo tollit animã meam a me, sed ego pono eã, quare quod hic dr. Nũquid interficiet se, non ꝑm simplicẽ sensum dicitur, sed ꝑm aliquã Iudæorũ de Christo traditionẽ. multũ. n. ex

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc ꝙ dixerat. Ego vado, apparet potestas voluntarie morientis corpore derelicto. Aestimo autem ꝙ ignominiose proferētes hoc qđ secundum traditiones suas de morte Christi ad ipsos deuenerat, & non gloriam dantes dixerunt. Numquid interficiet semetipsum? Oportebat enim eos cum demonstratione gloriæ sic dicere. Numquid anima eius cum ipsi placuerit egredietur relicto corpore? Dominus autem ad eos, qui terrena sapiebant, tamq̄ ad terrenos loquitur. vnde subditur. {Et dice. eis. Vos de deor. estis,} idest terram sapitis, sursum cor non Hom. 52 habetis. CHRY. q.

non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.
f Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deum.
g Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filiũ hominis, tũc cognoscetis quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hęc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei facio semper. Hæc illo loquēte, multi crediderũt in eum.
h Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei Iudæi: Semen Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis: liberi eritis?

d. Non est mirum vos talia cogitare, homines carnales, & nihil in- Tract. 38. telligentes spirituale. Ego de superius sum. AVG. De quibus superius? Ab ipso patre quo nihil superius. Vos de hoc mũdo estis, ego non sum de hoc mundo: qũo.n. erat de mundo, per quem factus est mundus? BEDA. Et qui ante mũdum fuit. illi aũt de mundo erãt, quia postquàm mundus esse cœpit fuerãt creati. CHRY. Vel ꝑꝑ Ho. eadem. mundanas & vanas cogitationes hoc dicit. {Ego non sum de hoc mundo.} THEO. Nihil mundanum, siue terrenum affectans, vnde nullatenus ad tantam insaniam deuenirem, vt meipsum occiderem. Sed Appollinarius male suscipiēs hunc sermonem ait, ꝙ corpus dñi non fuit de hoc mundo, sed de sursum cœlitus descendit. Numquid igitur & Apostoli, quibus a dño dictum est, Vos non estis de hoc mundo, omnia corpora sunt cęlitus obtinentes? Sic igitur intelligenndum est cum dr. {Ego non sum de hoc mundo.} To. 18. i Io. hoc est. Non sum de numero vestrum, qui mũdana curatis. ORI. Alius autem sensus est eorũ, qui sunt de sursum, & eorum q sunt de hoc mũdo. Deorsum enim sicut de loco aliquo intelligitur, sed mundus materialis locis quidem diuersis continetur, qui omnes quantum ad immaterialia & inuisibilia deorsum sunt, quo ad mũdum vero comparandum mundi loca, erunt vtique quædam deorsum, & quædam sursum. Vbi autem est thesaurus vniuscuiusque, ibi est & cor eius. Si itaque aliquis thesaurizet in terra, deorsum efficitur: si vero aliquis thesaurizet in cęlis, fit desuper, sed & transcendens omnes cęlos, in fine beatissimo inuenietur. Et iterum. Qui circa hunc mundum est amor, facit eum qui de hoc mundo est: qui autem non diligit mundum, nec ea quæ sunt in hoc mundo, non est de mundo hoc. tamen est & aliquis alius mundus præter hunc sensibilem mundum, in quo sunt inuisibilia, cuius visum & decorem videbunt hi qui mundo sunt corde. Sed & ipse primo genitus omnis creaturæ potest dici mundus, prout est summa sapientia: omnia.n. in sapientia sunt facta. In ipso itaque erat totus mundus, intantum differens a mundo materiali, inquantum differt ratio totius mũdi ab omni materia denudata a materiali mũ- Tract. codē. do. Anima ergo Christi dicit. {Ego non sum de hoc mundo,} quia non conuersatur in isto mundo. AVG. Exposuit autem dñs quid intelligi voluerit, cum dixit. {Vos de hoc mundo estis.} quia. s. peccatores erant: omnes autem cum peccato nati sumus, omnes viuēdo ad id quod nati eramus addidimꝰ. Tota ergo infęlicitas Iudæorum ipsa erat non peccatum habere, sed in peccatis mori. vnde subdit. {Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.} Credo autem in illa multitudine quæ dñm audiebat, & eos fuisse qui credituri erant, quasi in omnes autem processerat illa sęuerissima sententia. In peccato vestro moriemini. Ac per hoc & illis, qui credituri erant, spes erat ablata. reuocauit ergo eos ad spem, adiũgens. {Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Ergo si credideritis, quia ego sum, non moriemini in pecca- Hom. 51. to vestro.} CHRY. Si enim propter hoc venit, vt peccatum tollat, & aliter non contingit illud exuere, nisi per lauacrum, nec continget eum, qui non credit baptizari, necesse est eum, qui non credit, ex hac vita abire, veterem hominem. i. peccatum habentem, non solum quia non credit, sed etiam quia priora peccata habens, Tra. codem hinc recedit. AVG. Cum autem dixit. {Si non credideritis quia ego sum.} quia nihil addidit, multum est qđ commēdauit, quia sic etiam & Deus Moysi dixerat. Ego sum, qui sum. sed quomodo audio. Ego sum, qui sum, & nisi credideritis, quia ego sum, quasi alia non sint? Sed prorsus qualiscumque excellentia si mutabilis est, vere non est. Non enim est ibi verum esse, vbi est & non esse. discute rerum mutationē, inuenies fuit & erit. cogita Deum, inuenies est, vbi tempus præteritum esse non possit. vt ergo tu sis, transcende tēpus. hæc itaque promittens, ne moriamur in peccatis nostris nihil aliud mihi uidetur his verbis dixisse: {Nisi credideritis quia ego sum,} q̄ nisi credideritis, quia Deus sum. Deo gratias, quia dixit. {Nisi credideritis.} non dixit, nisi cęperitis. quis enim hoc capiat? To. 18. i Io. ORIG. Manifestum est autem, ꝙ qui moritur in peccatis suis, quàmuis dicat se Christo credere: tamen in veritate non credit.

F qui enim credit iustitiæ, non iniustitiam faciet, & credens in sapientiam, nil stultum dicit, aut facit. & sic si scrutatus fueris cęteros intellectus Christi, inuenies qũo qui non credit Christo moritur in peccatis suis. Accedens autem ad contraria eorum quę considerantur in Christo, in peccatis suis moritur.

f ¶ AVG. Quia dixerat supra dñs. Nisi credideritis, quia ego sum, moriemini i peccatis vestris, interrogant. illi velut quærētes nosse, in quem deberent credere, ne in suo peccato morerentur, vnde dicitur {Dicebant ergo ei. Tu q̃s es. Non enim cum di- Tract. 39 G xisti. Nisi credideritis, quia ego sum, addidisti quis esses, sciebat autem ibi quosdam esse credituros. & ideo cum dixissent. Tu quis es? vt scirent quid illum credere deberent, Dixit eis Iesus, Principium, qui & loquor vobis, non tamquam diceret principium sum, sed tamquam diceret, Principium me credite. quod in pronomine græco euidenter apparet, vbi principium fęminini generis est. principium ergo me credite, ne moriamini in peccatis uestris. principium enim mutari non potest, in se manet, & innouat omnia. Absurdum est autem vt filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus. non tamen duo principia, sicut nec duos Deos: spiritus autem sanctus patris, & filii est spũs, nec pater est, nec filius. pater tamē & filius & spiritussanctus sunt vnus Deus, vnum lumen, vnum principiũ. addidit aũt. {Qui & loquor vobis,} quia humilis propter vos factus ad ista verba descendi. Ergo credite me esse principium, quia vt hoc credatis non solum sum principium, sed & loquor vobis. Nam si prin- H cipium sicuti est, ita maneret apud patrem, vt nō acciperet formã serui, qũo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possent? BEDA. Sane in quibusdam exemplaribus inuenitur. {Qui & loquor vobis.} sed congruentiꝰ esse probatur, ꝙ legatur, vt iste sit sensus. Principium me esse credite, quia propter vos ad hæc verba descendi. Hom. 52. CHRY. vel aliter consideranda est amentia Iudæorum, qui post tempus tm̃ & signa, & doctrinã interrogant. Tu quis es? Quid igitur Christus? a principio loquor vobis, q.d. Sermones meos indigni estis audire, nō solum, vt dicam vobis, quis ego sum. vos.n. oĩa tentantes loquimini, & hæc omnia possem arguere, & vos punire. vnde sequit. {Mul- Tract. 39. ta habeo de vobis loqui & iudicare.} AVG. Supra dixit. Ego non iudico quēquam, sed aliud est, non iudico, & aliud habeo iudicare. non iudico, dixit, ad præsens. Quod aũt dicit. {Multa habeo de vobis loqui & iudicare.} iudicium futurum dicit. Ideo autem ve- I rus in iudicio ero, qa filius veracis veritas sum. vnde sequit. {Sed qui misit me, verax est.} Verax est pater, non participando, sed generando veritatem. numquid enim dicturi sumus, Plus veritas, q̄ verax? Si hoc dixerimus, filium incipiemus dicere patrem maiorē. Ho. eadem. CHRY. Dicit autem hoc, vt non æstiment quoniam tot audiēs ex imbecillitate non punit, aut quia eorum cogitationes, & contumelias nō nouit. THEO. Vel quia dixerat. {Multa habeo de vobis loqui & iudicare,} iudiciũ futuro sæculo reseruans, subiungit. Sed {qui me misit, verax est. q.d. Etsi vos infideles estis, pater meus verax est, q diē stabiliuit, in quo uobis retributio fiet. CHRY. Ho. eadem. uel aliter. Si in hoc me misit pater, non ut iudicē mundũ, sed ut saluem mundum, uerax est pater. Cōuenienter nullum ego nunc iudico, sed hæc loquor, quæ sunt ad salutē, nonquæ ad iudiciũ. unde sequitur. {Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. ALCVINVS: Audisse autem a patre idem est & esse a patre, quia ab illo habet audientiam, a quo habet essentiam. AVGVSTINVS Dat gloriam patri æqualis filius, tamquàm K dicat. Do gloriam ei, cuius sum filius, quomodo tu superbus es aduersus eum, cuius es seruus? ALCVINVS. Cum autem audissent. {Verax est qui misit me,} non intellexerunt de quo diceret. unde subditur. {Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum.} Nondum enim oculos cordis apertos habebant, quibus patris & filii æqualitatem intelligerent.

Tra. 40. g ¶ AVGVSTINVS. Cum dixisset dominus. Verax est qui misit me, non intellexerunt Iudæi, quòd de patre illis diceret. uidebat autem ibi aliquos, quos ipse nouerat post passionem suam esse credituros. & ideo sequitur. {Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.} Recolite illud: Ego sum qui sum, & cognoscetis quid sit dictum: Ego sum. Differo cognitionem uestram, ut impleam passionem meam. ordine uestro cognoscetis, qui sum, cum scilicet exaltaueritis filium hominis. exaltationem autem crucis dicit, quia & ibi exaltatus est, quando pependit in ligno. hoc oportebat

oportebat impleri per manus eorum, qui postea fuerant credituri, quibus dicit hoc, quare, nisi vt nemo in quocumque scelere, & male sibi conscius desperaret, quando videat eis donari homici- Hom. 52. dium, qui occiderant Christum. CHRY. vel aliter continua: Qui multa signa faciens, & docens eos non conuerterat, de cruce de reliquo loquitur dicēs. Cũ exalta. &c. quasi dicat. Vos ęstimatis, quòd tunc maxime a me separati eritis, quando me occideritis. Ego autem dico quoniam tunc maxime scietis, & gratia signorum, & resurrectionis, & captiuitatis vestræ, quoniam ego sum Christus filius Dei, & quòd non contrarior illi. propter quod subdit. {Et a meipso nihil facio, sed sicut docuit me pater, sic loquor.} per hoc enim indifferentiam substantiæ manifestat, & quòd nihil extra paternales intelligentias loquitur. si enim Deo contrarius essem: non tantam iram mouissem contra Tract. 40 eos, qui me non audierunt. AVG. vel aliter, quia dixerat. Tunc cogno. quia ego sum. & ad ipsum esse pertinet tota Trinitas, ne forte subintraret error Sabellianorum continuo subiunxit. {Et a meipso facio nihil,} quasi dicat, a meipso non sum: filius enim de patre est Deus. quod ergo addidit. {Sicut docuit me pater, hæc loquor,} nemini vestrum obrepat cogitatio carnalis. Nolite vobis quasi duos homines ante oculos ponere, & loquentem patrem ad filium. Sicut facis tu quando aliqua verba dicis filio tuo. Quæ enim verba fierent vnico verbo. si autem Deus loquitur in cordibus vestris sine sono, qũo loquitur filio suo? Incorporaliter pater locutus est filio, quia incorporaliter pater genuit filium, nec eum sic docuit, quasi indoctum genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse. Si enim simplex est natura veritatis, hoc est filio esse, quod nosse. quemadmodum ergo pater illi gi- Ho. eadem. gnendo dedit vt esset, sic gignendo dedit vt nosset. CHRY. Rursus ad humilius sermonem reduxit. Sequitur. {Et qui me misit.} Ne autem æstiment hoc quod dicit.} Misit me,} Minorationis esse, dicit. {Mecum est,} nam hoc quidem dispensationis: hoc autē Tract. codē. deitatis est. AVG. Et cum ambo simul sint, vnus tamen est missus, alter misit, quoniam missio incarnatio est, & ipsa incarnatio filii tantum est: non & patris. ergo, inquit. {Qui me misit,} idest cuius auctoritate tamquã paterna incarnatus sum: misit itaq; pater filium, sed non recessit a filio. vnde sequitur. {Et non reliquit me solum.} Non enim quo misit filium, non ibi erat pater, qui dixit. Cœlum & terram ego impleo, sed quare eum non dereliquit subdit. {Quia quæ placita sunt ei facio semper. non ex quodam initio, sed sine initio, sine fine, Dei enim generatio non habet ini- Ho. eadem. tium temporis. CHRY. vel aliter. Quia continuo dicebãt, qm̃ non ex Deo est, & quia sabbatum non custodit. cōtra est quod ait. {Quoniam quæ placita sunt ei facio semper.} ostendens quoniam & soluere sabbatum, placitum est ei. Multipliciter enim studet, vt ostendat ꝙ nihil facit patri contrarium, & quia hoc humanius locutus est subditur. {Hæc il. lo. mul. cre. in eum.} Ac si diceret Euãgelista. Ne turberis siquid humile a Christo audieris. qui enim post tantam doctrinam nondum suasi erant humiliora audiunt, & suadentur. igitur crediderunt quidem, sed non vt oportebat, sed simpliciter quasi lætantes & requiescentes in verborum humilitate. Et hoc ostendit Euangelista in subsequentibus sermonibus in quibus narratur, ꝙ rursus ei iniuriabantur.

Tract. codē h ¶ AVG. Voluit dominus in profundum fundare fidem eorũ, qui crediderant, vt non superficietenus crederent: & ideo dicitur. {Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos. Si vos mãseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Per hoc quod dicit. {Si manseritis.} ostendit ea quæ in eorum corde erant. Sciebat enim quoniam crediderunt quidem, sed non manserunt, & magnum quid eis promittit: s. vere discipulos eius fieri, in quo occulte tangit quosdam, qui prius ab ipso recesserant, & illi eum audierunt, & crediderunt & recesserunt, quia non permanserunt. Serm. 48. AVG. de Ver. do. Omnes autem nos vnum magistrum habemus, & sub illo condiscipuli sumus. Nec ideo magistri sumus, quia de loco superiore loquimur, sed magister est omnium qui habitat in oĩbus nobis. ad discipulum aũt parũ est accedere, sed oportet manere nos in illo, & si in illo nō manserimus cademus. Breue opus, breue verbũ, magnũ opere si mãseritis. Quid enim est in verbis Dei manere, nisi nullis tentationibus cedere? Si labor non est gra- Tract. codē. tis accipis præmiũ, si labor est, attēde magnũ præmiũ. Et cognoscetis veritatē. AVG. sup Ioan. q.d. Quia nũc credentes estis, manendo, vidētes eritis. Nō enim qa cognouerunt crediderũt, sed vt cognoscerēt crediderunt. Quid enim est fides, nisi credere qđ nō vides? veritas qđ credidisti, videre. Si ergo ꝑmaneatur in eo qđ crę-

A dit, peruenitur ad id qđ videatur, vt. s. contemplemur ipsam veritatē sicuti est: non per verba sonantia, sed per lucē splendentem. veritas incommutabilis est, panis est mentis, reficit, nec deficit, mutat vescentem, nō ipsa in vescentem mutatur. Ipsa autem veritas verbum Dei est: hæc veritas carne induta est propter nos. latebat in in carne non vt negaretur, sed vt differet, vt carne pateretur, vt caro peccati redime- Homil. 53. retur. CHRY. Vel cognoscetis veritatē, hoc est me. Ego enim sum veritas: Iudaica quidem omnia typus erant, veritatem autē a me scietis. AVG. Serm. 48. de Ver. do. Forte ali-

B quis diceret. Et quid mihi prodest cognoscere veritatem? & ideo subiungit. {Et veritas liberabit vos. q.d. Si non delectat veritas, delectat libertas. Liberari enim proprie dicitur, liberũ fieri, quomodo sanari sanum fieri. Hoc in verbo græco planius est. nam in consuetudine latina maxime in eo consueuimus audire hoc verbum, vt quicumque liberatur, intelligatur pericula euadere, molestiis carere. THEO. Sicut autem supra infidelibus ait. In peccatis vestris moriemini, sic manentibus in fide, absolutionem annunciat peccatorum. AVG. 4. de Trini. Cap. 18. Vnde etiam veritas liberabit, nisi a morte, a corruptione, a mutabilitate? Veritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet: vera autem incommutabilitas est ipsa æternitas. Hom. eadē. CHRY. Eorum autem qui crediderant, erat etiam increpationis sufferre, sed hi statim sæuiunt. Si autem oportebat eos turbari in priori, conuenientius erat, vt turbarentur in hoc. s. ꝙ dixit. Cognoscetis veritatem, vt dicerent. Nunc ergo veritatem nescimus: lex igitur mendaciũ est & cognitio nostra, sed nullius horum eis cura erat, sed de mũdanis rebus dolēt. C non enim aliam seruitutem nouerant, nisi mundanam. vnde sequitur. {Responderunt ei Iu. semen Abrahæ sumus, & ne. ser. vnquã, qũo tu di. li. eritis?} q.d. eos qui de genere sunt Abrahæ, qui sunt ingenui, non oportebat seruos vocare, numquàm enim seruiuimꝰ. Tract. 41. AVG. Vel hoc responderunt, non illi qui iam crediderant, sed qui in turba erant nondum credentes. Hoc autem ipsum. Nemini seruiuimus vnquàm, ſm huius temporis libertatem qũo verũ dixistis? Ioseph non est venundatus? Prophetæ sancti in captiuitatem nō sunt ducti? O ingrati quid est quòd vobis assidue imputat Deus, ꝙ vos de domo seruitutis liberauit, si nemini seruistis? Vos autem qui loquimini, qũo soluebatis tributa Romanis, si nemini vnquam seruistis? Ho. eadem. CHRY. Quia vero non ad vanam gloriã erãt quæ dicebantur a Christo, sed ad salutem, non voluit ostēdere eos seruos esse hoĩum, sed peccati, quæ difficillima seruitus est, a qua solus Deus eripere pōt. vnde sequit. {Respōdit eis Ie. Amen amē di. vo. quia om. qui. fa. pec. ser. est peccati. Tract. codē. AVG. Multum commendat quod sic pronunciat, quodammodo si dici fas est, iuratio eius D est. Amen quippe interpretatur verum: & tamen non est interpretatum, nec græcus hoc interpres ausus est facere, vel latinus. Nam hoc verbum Amen, hæbreum est: non est autem interpretatum, vt honorem haberet velamento secreti, nō vt esset ligatum: sed ne vilesceret nudatum. Iam quantum hoc commendatum sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Verum dico vobis. veritas dicit, quæ vtique etsi non diceret, verum dico, mentiri omnino non posset: tamen inculcat, dormientes quodammodo excitat, contemni non vult quod dicit. Omnis, inquit, Iudæus, græcus, diues, pauper, imperator, & mendicus, si facit peccatum, seruus est peccati. Cap. 42. GREG. 4. Moral. Quia quisquis se prauo desiderio subiicit iniquitatis domino dudum libera mentis colla sopponit. sed huic domino contradicimus, cum iniquitati, quæ nos cœperat reluctamus, cum consuetudini violenter resistimus, cum culpam pœni- Cap. 20. tendo percutimus, & maculas sordium lachrymis lauamus. GRE. 25. Moral. Quanto autem aliqui liberius peragunt peruersa quæ E Tract. codē. volunt: tanto eius seruitio obnoxius obligantur. AVG. O miserabilis seruitus, seruus hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit, seruus peccati, quo fugit, secum trahit quocumque fugerit. Peccatum enim quod facit intus est, voluptas transit, peccatum non trãsit. ꝑteriit quod delectabat, remansit quod pugnat. Solus de peccato liberare pōt, q venit sine peccato, & factus est sacrificiũ ꝓ peccato. Nam sequit. {Seruus aũt non manet in domo in æternũ. Ecclesia est domꝰ, seruus peccator est, multi intrant in ecclesiã peccatores. non ergo dixit. Seruus nō est in domo, sed non manet in domo in æternum. Si ergo nullus ibi seruus erit, quis ibi erit? quis gloriabitur mundum se esse a peccato? multum nos terruit. sed adiungit. Filius autē manet in æternum. Ergo solus in domo sua exit Christus. An forte in hoc ꝙ dicit filius, caput & corpus est? Non enim sine causa terruit, & spem dedit, terruit, ne peccatum amaremus. spem dedit, ne de peccati

absolutione diffideremus.Hæc est ergo spes nostra, vt a libero libe-
remur.ipse enim precium dedit,non argentum sed sanguiné suũ,
Serm. 48. & propter hoc subditur.{Si ergo fi.vos libe.ve.lib. eritis. A V G.
de Ver.Do.Non a barbaris:sed a diabolo , non a corporis captiui
Tract 41 tate:sed ab animæ iniquitate. A V G. super Ioan. Prima libertas
est carere criminib⁹:
sed ista inchoata est
non perfecta libertas,
quia caro concupiscit
aduersus spiritum,vt
non ea quæ vultis fa-
ciatis.Libertas autem
plena atque perfecta
est, quãdo nullæ erũt
inimicitiæ, quãdo no
uissima inimica mors
Hom. 53 destruetur.C H R Y.
vel aliter quia dixe-
rat·Qui facit peccatũ
seruus est peccati . ne
præcurrant & dicant,
immolationes habe-

Respondit eis Iesus. Amen amé
dico vobis , quia omnis qui fa-
cit peccatum seruus est peccati.
Seruus autem non manet in do
mo in æternum.Filius auté ma-
net in æternũ . Si ergo vos filius
liberauerit,vere liberi eritis.
i Scio qa filij Abrahæ estis : sed
quæritis me interficere,quia ser
mo meus nõ capit in vobis.Ego
quod vidi apud patrem,loquor:
& vos quæ vidistis apud patrem

mus,illæ nos eripere possunt,propterea induxit: {Seruus non ma
net in domo in æternum.Filius manet in æternum. Domus men-
tionem facit,patris principatum domum nominans,ostendens ex
translatione humanorum,quoniã sicut dominus in domo, ita ip-
se omnium potestatem habet.hoc enim quod dicit. Non manet,
significat non habet potestatem donandi:sed filius,qui est dñs do-
mus habet.Et ideo sacerdotes veteris legis non habebant potesta-
tem per sacramenta legalia peccata dimittere.omnes enim pecca-
uerunt,etiam sacerdotes,qui pro seipsis vt dicit Apostolus neces-
se habebãt sacrificia offerre,sed filius hanc habet potestatem.vnde
cõcludit: {Si ergo filius vos liberauerit,vere liberi eritis. ostẽdens
ꝙ mundana libertas de qua gloriabantur non est vera libertas.
Tract.41 A V G. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum: sed vtere
ad non peccandum.Erit enim voluntas tua libera,si fuerit pia,eris
liber,si fueris seruus iustitiæ.
Tract.42. i ¶ A V G. Iudæi se liberos dixerant,quia semen erant Abrahæ.
Quid ergo dñs ad hoc responderit subditur:{Scio qa filij Abrahæ
estis.}q.d.Agnosco vos,quia filij estis Abrahæ carnis origine, non
Ho. eadem. cordis fide.& ideo subdit:{Sed quæritis me interficere. CHRY.
Hoc enim addidit vt non dicant.Peccatum non habemus. Dimit-
tens enim omnem eorum vitam redarguere hoc quod præmani-
bus erat,quod adhuc agere volebant, ducit in medium . Paulatim
enim eos a cognatione illa remouit,erudiens in hoc non magna sa
pere.Sicut enim libertas & seruitus est ab operib⁹, ita & cognatio,
sed ne dicerent hoc iuste agimus,subiungit causam dicens: {Quia
Tract. 41. sermo meus non capit in vobis. A V G. Idest non capit in cor ve
strum,quia non recipitur a corde vestro. Sic est enim sermo Dei fi
delibus:tamquam pisci hamus, tunc capit, quando capitur,nec fit
iniuriam illis qui capiuntur.ad salutem quippe non ad perniciem
Ho. eadem. capiuntur. C H R Y. Et nõ dixit : Non capitis meum sermoné,
sed non capit meus sermo. in vobis altitudinem suorum dogma-
tum ostendens,sed possent dicere. Quid si a teipso loqueris? pro-
pter hoc inducit subdens: {Ego quod vidi apud patrem meum lo
quor.non enim solum eandem substantiam , sed eandem veritaté
Tract. 41. habeo patri. A V G. Dñs autem patrem suum Deum vult intel-
ligi.}q.d.Veritatem vidi,veritatem loquor,quia veritas sum.Si er
go dñs ueritatem loquitur quam vidit apud patrem, se vidit, se lo
To.20.i Io. quitur,quia ipse est veritas patris. O R I G. Manifestat auté hæc
authoritas saluatorem fuisse visorem eorũ, quæ sunt apud patré,
cum tñ homines quibus reuelatio fit,visores non sint. T H E O.
Cum vero audis.Quod vidi loquor, nequaquam corporalem vi-
sionem intelligas:sed naturalem notitiam veram & approbatam.
Sicut enim oculi videntes integre aliquid & uere prospiciunt,nec
falluntur.sic ego ueraciter ea loquor,quæ cognoui a patre meo. Se
quitur: { Et uos quod uidistis apud patrem uestrum facitis. }
Tomo.20. O R I G. Adhuc non nominat patrem ipsorum , paulo superius
Abraham commemorauit:sed dicturus est alterum patrem eorũ
.s.diabolum,cuius filij erant inquantum mali erant,non inquantũ
homines erant,malum ergo quod faciunt,dñs eis obiurgat & cor-
Ho. eadem. ripit. C H R Y. Alia litera habet:Et vos quæ uidistis apud patré
uestrum facite.}q.d.Sicut ego uerbis & ueritate ostendo patrem,
Tom.20. ita & uos a rebus ostendite Abraham. O R I G. Item alia litera
habet.Et uos quæ auditis a patre facite . Audierãt enim a patre ea
quæ in lege & prophetis scripta sunt.Qui autem hoc uero contra
eos qui alterius opinionis sunt fuerit usus , ostendit ꝙ non alius
Deus est,qui legem dedit,& prophetas, & Christi pater. Quæra-
mus etiam ab inferentibus duas naturas dicentes, a patre quidem
audiuisse alienos,inconueniens est. Si auté proprij saluatoris erãt
& beatæ naturæ,qualiter quærebant illũ occidere,& saluatoris ser
moné non capiebant? Illi auté longe molestius acceperunt q̃ pro-

F tulerit dñs,quis eorum esset pr̃: nam eum qui multarum gentium
pr̃ est,fatent sui fore patrem.vnde sequit.{Responderunt & dixe-
runt.Pater noster Abraham est.} A V G.q.d. Quid tu dicturus es Tract. 41.
contra Abraham? Videbant.n.eum ꝓuocare,vt aliquid mali dice
ret de Abraham,& esset eis occasio faciendi qđ cogitabant. ORI. Tom.20.
Sed & hoc ipsum Sal
uator interimit tam-
quàm falso dictũ . vñ
subditur . { Dicit eis
Iesus : si filii Abrahæ
estis,opera Abrahæ fa
cite.A V G.Et tñ supe
rius ait:Scio quia filii Tract.41.
Abrahæ estis . Vnde
non negauit eorũ ori
ginem, sed facta con-
demnat. caro eorum
ex illo erat , sed vita
non erat . ORI. Vel Tom.20.
dicendum,ꝙ supra in
Græco habet. Scio,ꝙ
semen Abrahæ estis.

vestrum,facitis . Responderunt
& dixerũt ei.Pater noster Abra-
ham est . Dicit eis Iesus . Si filii
Abrahæ estis, opera Abrahæ fa-
cite.Nunc aũt quæritis me inter
ficere, hominem , qui veritatem
vobis locutus sum quam audiui
a Deo. Hoc Abraham non fecit.
G Vos facitis opera patris vestri.
k Dixerunt itaque ei : Nos ex
fornicatione non sumus nati .
Vnum patrem habemus Deum.

vt ergo hæc pateant.videamus primo corporalis seminis, & filii
differentiam.Manifestũ.n.est,ꝙ semen in seipso habet rõnes eius,
cuius est semen,adhuc manentes,& pausantes.filius vero transmu
tato semine & agente in appositã sibi materiã a muliere,per super
inducta nutrimenta similitudinem accipit generantis, & quantũ
ad corporalia si aliquis est filius alicuius subsistit ex semine : si ve-
ro aliquod est semen non omnino filius efficitur.Qm̃ aũt ex ope-
ribus iudicantur aliqui semen Abrahæ.videndũ est,ne forte ex ali
quibus seminalib⁹ rõnibus infusis quibusdã aĩabus, oporteat ima
ginari eos qui semen sunt Abrahæ . Non oẽs igitur hoĩes semen
H sunt Abrahæ,neque.n.oẽs habent hmõi rõnes consitas in eorum
aĩabus.Oportet igitur eũ,qui Abrahæ semen est,eius fieri per simi
litudinem & filium . Possibile vero est ex negligentia & ocio de-
struere hoc quod est eius semen. hi aũt ad quos sermo erat,adhuc
in spe erant.vnde sciebat Iesus,ꝙ adhuc semen erãt Abrahæ,& nõ
dum peremerant possibilitatem fiendi filii Abrahæ. ꝑꝑ quod eis di
cit.{Si filii Abrahæ estis,opera Abrahæ facite.}Si aũt super hoc ꝙ
erant semen Abrahæ,ad augmentum magnitudinis adoleuissent,
verbum Iesu caperent.Sed quia non accesserant ad hoc ꝙ essent fi
lii,verbum non capiunt,sed interficere volunt verbum,& quasi cõ
fringere non capientes magnitudiné eius. Si igitur aliquis vestrũ
semen est Abrahæ,& adhuc verbũ Dei nõ capit,non quærat inter
ficere verbum,sed transmutet se ad hoc ꝙ fit filius Abrahæ: & tũc
poterit capere filium Dei . Quidam aũt vnum ex operibus eligũt
Abrahæ:illud.s.credit Abraham Deo & reputatũ est illi ad iusti-
tiam,vt aũt concedat eis ꝙ fides sit opus,cur nõ dictũ est singulari
I ter. {Opus Abrahæ facite?}sed pluraliter : puto enim ꝙ hoc di-
ctum equipollet ei quod est.Cuncta opera Abrahæ facite.vt tamé
ex historia Abrahæ allegorice sumpta opera eius spũaliter prose-
quamur.Neque enim oportet eum qui vult esse filius Abrahæ adi
re ancillarum coniugia,nec post obitũ coniugis in senectute aliã
ducere coniugem.Sequitur.{ Nunc autem quæritis me interficere Ho. eadem.
hominem,qui veritatem locutus sum vobis. C H R Y. Hanc.s.ve
ritaté,ꝙ est patri æqualis. propter hoc enim Iudæi quærebant eũ
interficere.& vt ostendat,ꝙ hoc non est contrarium patri,subdit.
{Quam audiui a Deo.} ALCVI.Quia ipse qui est veritas,a Deo
patre genitus erat. audire enim nihil aliud est quàm esse a patre. To. eodem.
O R I. Occidere me,inquit,hominem. Interim non dico filium
Dei,non dico verbum,quia non moritur verbum. hoc dico, quia
videtis,quia quod videtis potestis occidere, & quem non videtis,
offendere.Sequitur. {Hoc Abrahã nõ fecit.} ALCVI.q.d.In hoc
probatis vos non esse filios Abrahæ , quia facitis opera contraria To. eodem.
K operibus Abrahæ. ORI.Sed di.ad hoc quidam qm̃ superflue di-
ctum est hoc,quod non fecerit Abraham , quod suis temporibus
non contingebat fieri non enim in suis diebus natus erat Christ⁹,
sed dicendum,ꝙ in temporibus Abrahę natus fuerat homo,q̃ quã
audierat a domino veritaté,dicebat nõ tñ quæsitus est ab Abrahã,
vt eum occideret.Et scias ꝙ spũalis aduentus Iesu , nullo tp̃e de-
fuit sanctis.Ex hoc igitur cõprahendo oẽm hoĩem, qui post rege-
nerationem & cæteras apud se factas diuinitus gratias,peccat.de- Ho. eadem.
nuo crucifigit Dei filium propriis reatibus,in quos redit,sed hoc
Abraham non fecit . Sequitur. { Vos facitis opera patris uestri.}
A V G.Adhuc non dicit quis est iste pater eorum.C H R Y.Dicit
autem hoc dominus,uolens eis auferre superfluam gloriam de co-
gnatione,& suadere eis, ut non ultra spem salutis habeant in co-
gnatione naturali,sed in ea,quæ est secundum adoptionem . hoc
enim eos prohibebat uenire ad Christũ,quia æstimabãt cognatio
nem Abrahæ sibi sufficere ad salutem. Tract. 42.
k ¶ A V G.Cœperãt Iudæi vtrũq; cognoscere,qa non de carnis
generatione loqueretur dñs , sed de uitę institutione . Cõsuetudo
autem

autem scripturarum est fornicationem spiritualiter appellare, cũ
diis multis & falsis anima tamquàm prostituta subiicitur.vnde di
citur.{Dixerunt itaque ei:Nos ex fornicatione non sumus nati.
vnum patrem habemus Deum.}THEO.Quasi responderent, ꝙ
Dei quærerent ultionem : & ideo aduersus eum consiliarentur.
Tomo 20. ORIGE. vel aliter.
Quia redarguti sunt
non esse filii Abrahæ,
atrocius respondent,
latenter designantes
ex adulterio produ-
ctum fore Saluatoré,
sed magis mihi videt,
ꝙ conrixando respõ
derunt . Cum enim
prius dixerant:Pater
noster Abraham est ,

Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pa-
ter vester esset, diligeretis vtique
me.Ego enim ex Deo processi,
& veni.Neque enim a meipso ve
ni,sed ille me misit . Quare lo-
quelã meã non cognoscitis ? qa
nõ potestis audiȓ sermoné meũ.
l Vos ex patre diabolo estis , &

& audiuissent.Si filii Abrahæ estis,opera Abrahæ facite , fatentur
se habere maiorem patrem q̃ Abraham.s.Deum,& non ex forni-
catione sumpsisse exordium.Non enim ex sponsa,sed ex meretri-
ce,seu materia,dæmon qui nihil facit, ex se producit eos,qui car-
Hom. 53. nalibus vsi inhærent materiæ. C H R Y. Sed quid dicitis vos,pa-
trem habetis Deum,& Christum incusatis hæc dicentem? Et ni-
mirum ex fornicatione multi eorum nati erant , etenim illicitas
commistiones faciebat.non tamen hoc redarguit.sed instat,vt ostẽ
dat,ꝙ non sunt ex Deo.vnde sequitur: {Dixit ergo eis Iesus: Si
Deus pater vester esset,diligeretis vtique me.ego enim ex Deo ꝓ
cessi & veni.}H I L A. 6.de Trini.Religiosi nominis assumptione
Dei filius in his,qui se Dei filios confitentes , patrem sibi Deum
dicerent,non improbauit,sed temerariam Iudæorum vsurpatio-
nem patrem sibi Deum præsumentium,per id quòd se non dilige
rent,obiurgat , non vtique dici potest idipsum esse ex Deo exire,
quod venisse.Sed cum ab his,qui sibi Deum patrem dicerent:iccir
co se diligendũ ait,quia ex Deo exisset,causam dilectionis ex cau-
sa docuit esse nascendi.Exisse enim ad incorporalis natiuitatis re
tulit nomen,quia religio profitendi sibi patrem Deum,& ex dile-
ctione Christi,qui ex eo genitus est,meréda sit. Nec enim in Deũ
patrem sit religiosus,qui non diligit filium,cum diligendi filii nõ
alia causa sit quàm ꝙ ex Deo sit.Ex Deo igitur filius est,nõ aduen
tu,sed natiuitate.dilectio autem in patrem hic erit omnis,si filius
Tract.42. ex eo esse credatur. A V G. Sic ergo,ꝙ de Deo processit verbum,
æterna processio est.ab illo enim processit ut verbum patris, & ve
nit ad nos,quia verbum caro factum est. Aduentus eius, humani-
tas eius,mansio eius,diuinitas eius,dicitis Deum patrem,cogno-
Lib.6. ibidẽ scite me,vel fratrem. H I L A. Non esse autem a se sibi originem
docuit cum subdit.{Neque enim a meipso veni,sed ille me misit.
Tomo 20. O R I. Hæc arbitror dici,propter quosdam per se venientes , &
non missos a patre,de quibus in Hieremia dicitur.Non mittebam
eos & ipsi currebant. Quoniam autem,qui duas naturas ingerũt,
vtuntur hoc verbo,obiiciendũ est contra illos. Paulus enim odie-
bat Iesum cum persequeretur ecclesiam Dei.vnde dominus ad eũ.
Quare me persequeris?Si ergo verum est quod hic dicitur.Si De⁹
pater vester esset,diligeretis me. palam est,quoniam & recte con-
uertitur,si non diligeretis , nequaquam Deus pater vester esset.
Paulus autem a quo tempore non diligebat Iesum, fuit ergo tem
pus quo Deus pater Pauli non extitit.Non igitur natura Paulus
Dei filius fuit,sed postmodum Dei filius factus est . quando vero
Hom.53. Deus alicuius sit pater,nisi quãdo mãdata eius custodit? CHRY.
Quia vero semper quærebant dicentes.Quid est hoc quod dicit.
Quo ego vado,vos non potestis venire? propterea subdit:{Qua
re loquelam meam non cognoscitis? quia non pote.audi. sermo-
Trac.42. nem meum. A V G. Ideo autem audire non poterant. quia corri
gi credendo nolebant. C H R Y. Primo igitur captanda est vir-
tus,quæ verbum diuinum exaudiat,vt deinceps validi sistamus ad
percipiendam totam locutionem Iesu , quoniam quamdiu quis
curatus non est in auditu proprio.a verbo quod dicit surdo,ope-
riaris,auditu percipere nequit.
Hom. eadẽ. l ¶ C H R Y. Exclusit Iudæos dominus a cognatione Abrahã,
& quia maiora ausi sunt,vt scilicet patrem suum Deum dicerent,
de reliquo percutit eos dicens: Vos ex patre diabolo estis. A V G.
Hic iam cauenda est hæresis Manichæorum , quæ dicit esse quan-
dam naturam mali & gentem quandam tenebrarum cum principi
bus suis.vnde diabolus originem ducit,& hinc dicunt ducere ori-
ginem carnem nostram,& secundum hoc putant dictum a domi-
no. Vos ex patre diabolo estis, quòd esset illi velut natura mali,
To.20.i Io. ducentes originem de gente contraria tenebrarum. O R I G E.
In hoc autem simile videntur incurrisse ei,qui diceret alteram es
se oculi videntis substantiam,& alteram caligantis vel se auerten
tis.quemadmodum enim in his non differt substantia, sed quæ-
dam contingit causa quæ facit caligare,sic substantia eadem est, si-
Tract.eodẽ. ue recipiat rationem , siue non . A V G V S T I N V S.Iudæi er-
go filii erant diaboli imitando , non nascendo . vnde sequitur.

A { Et desideria patris vestri vultis facere . } Ecce vnde filii estis,
quia talia desideratis, non quia de illo nati estis . Quæritis enim
me occi.ho.qui veritatem vobis dico. & ille inuidit homini , &
occidit . vnde sequitur . { Ille homicida erat ab initio . Vtique in
primo homine,& in quo potuit fieri homicidium.non enim pos-
set occidi homo , nisi
prius fieret homo .
Non ferro accinctus
diabolus ad hominé
venit, verbum ma-
lum seminauit & oc-
cidit. Noli ergo pu-
tare non esse homici-
dium , quando fratri
tuo mala persuades .
vos autem ideo saeui-
tis in carne,quia non

desideria patris vestri vultis fa-
cere.Ille homicida erat ab ini-
tio,& in veritate non stetit,quia
non est veritas in eo.Cum loqui
tur mendaciũ,ex propriis loqui
tur,quia mẽdax est, & pater ei⁹.
Ego autem si veritatem dico,nõ
creditis mihi.Quis ex vobis ar-

B potestis in mente . O R I G E N E S: Perpende autem, quòd
non propter aliquem singulariter tantum , sed pro toto genere
quod peremit,inquantũ in Adam cuncti moriuntur , & vere di-
ctus est ab initio homicida . C H R Y S O S T O M V S.Et non Ho. eadem.
dixit opera, sed desideria eius facitis : ostendens quoniam vehe-
menter & ille & ipsi ab occasionibus possidentur, & quia conti-
nue eum accusabant quòd non est a Deo, insinuat occulte,quòd
hoc etiam eis ex diabolo est . vnde sequitur . { Et in veritate non
stetit. A V G V S T I N V S 11.de Ciuitate Dei. Forte autem Cap.13.
aliquis dicet, quòd ab initio suæ conditionis in veritate non ste-
terit : & ideo numquam beatus cum sanctis Angelis fuerit, suo re
cusans esse subditus creatori, ac per hoc falsus & fallax , quia pia
subiectione noluit tenere quod naturæ est,affectans per superbã
elationem simulare quod non est . Huic sententiæ quisquis ac-
quiescit non cum manichæis sapit, vt suam quandam propriam ,
tamquam ex aduerso quodam principio diabolus habeat natu-
ram mali,qui tanta vanitate decipiunt,vt non attendant non di-
C xisse dominum . A veritate alienus fuit, sed in veritate non ste-
tit,vbi a veritate lapsum intelligi voluit. Illud etiam quod ait Io
annes : Ab initio diabolus peccat, hoc intelligunt si naturale est
nullo modo esse peccatum. Sed quid respondetur propheticis te-
stimoniis,siue quod ait Isaias sub figurata ꝑsona principis Baby-
lonię diabolũ notans. Q̃ũo cecidit Lucifer,qui mane oriebatur ?
siue quod Ezechiel. In delitiis paradisi Dei fuisti,quæ si aliter con
uenientius intelligi nequeunt,oportet quod dictum est . In veri-
tate non stetit, sic accipiamus , quòd in ueritate fuerit , sed non
permanserit.& illud quòd ab initio diabolus peccat, non ab initio
ex quo creatus est,peccare putandus est,sed ab initio peccati. cœ-
pit enim in ipso peccatum,& ipse initium peccati fuit. ORI Est
autem uniforme quidem in unitate morari , uarium autem , ac Ibidem
multiforme non morari in ea, quibusdam,ut ita dicam trementi-
bus gressibus, & nitentibus sistere in ea, non tamen obtinere uo-
D lentibus . Quibusdam uero non passis illud,sed in periculo consi
stentibus,secundum illud.Mihi auté paulisper commoti sunt pe-
des,& cæteris ab ea cadentibus. Causa igitur cur diabolus uerita-
tem non colat,subditur.{Quia ueritas non est in eo .s.ꝙ uana su-
spicatur,& seductus est ipse a seipso,in hoc deterior, ꝙ illi quidé
ab eo falluntur:is auté sibiipsi deceptionis auctor existit.Sed opor
tet inuestigare quomodo dicitur,ꝙ ueritas in ipso non est,utrum
quia nulla unq̃ ueram habet doctrinã,sed cuncta quæ opinatur fal
sa sunt,uel quia Christi particeps non est,qui dixit.Ego sum ueri
tas.Impossibile aũt est aliquã rõnalem substantiam de cunctis opi
nari falso,& de nullo,uel exiliter rectitudinem conspicere.Diabo
lus igitur saltem id uere capit dogma,considerando de se ꝙ rõna-
lis est.Non igitur eius natura consistit ex contrario ueritatis.i.ex
errore & ignauia:numquam enim ueritatem cognoscere posset .
A V G.11.de Ciui.Dei.Vel cum dicit.Quia ueritas in eo non est, Cap. 14.
subiecit iudicium quasi quæsissemus.unde ostendatur, ꝙ in ueri-
E tate non steterit,ait,quia ueritas non est in eo. Esset autem in eo si
in ipsa stetisset.Sequitur. {Cũ loquitur men.ex pro.loquiȓ, quia
mendax est & pater eius.A V G.In his uerbis quidam diabolũ pu- Tract.42
tauerunt patré habere,& quæsierunt quis esset diaboli pater: hic
est error Manichæorum.Diabolũ aũt dñs dixit patrem mendacii:
non.n.omnis qui mentiȓ,pater mendacii sui est.Si.n.ab alio mẽda-
cium accepisti & dixisti,tu quidem mentitus es,sed pr̃ mẽdacii nõ
es.Ille uero,qa nõ aliunde accepit mendaciũ,quo mendacio tamq̃
ueneno serpens hoiem occideret.pater est mẽdacii, sicut Deus pa
ter est ueritatis. T H E O.Is.n.& Deum apud hoies criminat⁹ est,
ad Euam dicens. Qm̃ inuidens uobis, lignum inhibuit. & apud
Deum quondam criminatus est hoies,ut cum dixit. An gratis co
lit Iob dñm?ORI. Attende tñ ꝙ hoc nomen mẽdax dicitur tã de Ibidem
diabolo,qui mendacium genuit,sicut hic dr̃. Quia mendax est, q̃
de hoie,ẽm illud Psalmi. Ois homo mendax.nam siquis mendax
non est,huiusmodi nõ est homo tñ:ita ꝙ ei & similibus dici põt.
Ego dixi Dii estis.vnde cum aliquis loquiȓ mendacium,de ꝓpriis

Universidad de Deusto Biblioteca

loquitur.Spũs autem ſanctus loquitur a verbo veritatis & ſapientię,ſm illud:De meo accipiet & annunciabit vobis.AV.de Quæ. no teſt.vel aliter. (Quæſt. 90.) Diabolus non ſpeciale nomẽ eſt,ſed cõe. In quo cũq; enim opera diaboli fuerint inuẽta:diabolus eſt appellandus: operis enim nomen eſt,non naturæ.Itaque hoc in loco patrem Iudæorum Cayn ſignificat, cuius imitatores volentes eſſe Iudæi,Saluatorem pereruntab ipſo enim forma data eſt fratricidii,quem dixit mendaciũ de propriis loqui,vt oſtẽderet vnũquemque non niſi ꝓpria voluntate peccare,ſed quia Cayn imitator diaboli eſt,patrem eius diabolum dixit,cuius opera ſecutus eſt. ALCVI.Sed qa dñs veritas eſt,& filius veracis Dei veritatẽ dicit: (Tomo 20.) ſed Iudæi qui filii erant diaboli,auerſi erant a veritate. Et hoc eſt quod ſequitur.{Ego aũt quia veri.di.vo.non cre.mi.} ORIG. Sed quomodo hoc dr̃ Iudæis,qui in eum crediderant,ſed conſidera,ꝙ poteſt aliquis ſm aliquam intentionem credere,ſm aliam vero non credere,ſicut qui credunt in eũ,qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt:non autem credunt in natum de Maria virgine,in eundem credunt & non credunt.Sic igitur hi ad quos loquebatur credebant in eum, (Hom.53.) ſm ꝙ videbat ſignorum factor, non credebant aũt his quæ profunde ab eo dicebantur. CHRY. Quia igitur inimici eſtis veritatis,in nullo me incuſantes vultis me interficere:& ideo ſubdit {Quis ex vobis arguet me de peccato? } THEO.q.d. Si Dei filii eſtis,vtique peccantes debetis habere odio. Si ergo me quoque quem exoſum habetis non poteſtis arguere de peccato: manifeſtum eſt ꝙ propter veritatem me odio habetis, qm̃ ſ.dicebat ſe filium Dei.ORI.Habet autem hoc verbum Chriſti magnã (Homil. 18.) fiduciam,cum nullus hoĩum fiducialiter hoc dicere potuerit, niſi ſolus dñs noſter,qui peccatum non fecit. GREG.in Ho. Penſate aũt manſuetudinem Dei.Non dedignatur ex rõne oſtẽdere ſe peccatorem non eſſe,qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iu(Tract.42)ſtificare.vnde ſubdit.{Qui eſt ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non audi.quia ex Deo non eſtis. } AVG. Noli attendere naturam,ſed vitium.Sunt iſti ex Deo,& non ſunt ex Deo:natura ex Deo,vitio non ex Deo.Eis aũt hoc dictum eſt, qui non ſolum peccato vitioſi erant:nam hoc cõe erat omnibus,ſed etiam præco(Ho.eadem.)gniti,ꝙ non erant credituri ea fide qua poſſent a peccatorum obligatione liberari. GREG.in Ho. Interroget ſe ergo vnuſquiſque, ſi verba Dei aure cordis percipit,& intelliget vnde ſit. Nam ſunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignãtur Et ſunt nonnulli, qui hæc quidem corporis aure percipiunt, ſed. nullo ea mentis deſiderio complectuntur.Et ſunt nonnulli,qui libenter verba Dei ſuſcipiunt,ita vt etiam in fletibus compungantur,ſed poſt lachrymarum tempus,ad iniquitatem redeunt,hi pro(Hom.54)fecto verba Dei non audiũt,quia hæc exercere in opere cõtẽnunt.

guet me de peccato? Si ueritatẽ dico, quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

m Rñderunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmo- G niũ habes? Rñdit Ieſus & dixit: Ego dæmoniũ nõ habeo, ſed honorifico patrem meũ & vos inhonoraſtis me. Ego aũt non quæro gloriã meam, eſt qui quærat, & iudicet. Amen amen dico vobis, ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ nõ videbit in æternũ.

m ¶ CHRY.Cum aliquid altum dñs diceret,hoc apud Iudæos qui valde inſenſibiles erant,inſania videbatur,vt ex eorum reſpon(Tomo 20.)ſione colligitur.Dicitur enim.{Reſpon.ergo iu.dixe.ei nonne bene dici.nos,quia Sa.es tu,& dæmo.ha.{ORI.Sed dignum eſt quærere,qũo cum Samaritani ſæcula futura denegent,nec animæ durabilitatem acciperent,auſi ſunt Samaritanum dicere Saluatorẽ, qui de reſurrectione & iudicio tot & tanta edocuit. Sed forſan velut improperantes illi hoc dicunt,dum quæ ſentiunt ipſi,non docet.ALCVI.Samaritani enim gens odioſa Iſraelitico populo, de(To.eodem.)cem tribubus in captiuitatem ductis, terram eorum poſſidebant. ORI. Conuenit quoque,ꝙ aliqui de eo arbitrentur,ꝙ ſm Samaritanos ſentiret,vt nihil poſt obitum reſeruetur hominibus, ſed ficte ad placendum Iudæis,de reſurrectione & æterna vita tractaret. Dæmonium vero illum habere dicebant,propter eius ſermones tranſcendentes capacitatem humanam,quibus Deum patrem ſuum aſſerebat,& ſe de cœlo deſcendiſſe,& cætera huiuſmodi, vel propter ſuſpitionem eorum quia plures in Beelzebub principe dæmoniorum opinabantur ipſum eiicere dæmones.THEO. Vel Samaritanum illum dicebant,tamquàm ritus hebraicos diſſoluentem,vtpote ſabbati.Samaritani enim non perfecte iudaizabant. Ex hoc vero,ꝙ eorum cogitationes reuelabat,dæmonium ipſum habere ſuſpicabantur.Quando vero eum Samaritanum dixerũt, (Hom.18.) nuſquam Euangeliſta dicit,ex quo palã eſt, ꝙ multa prætermiſerunt Euangeliſtæ.GRE.in Ho.Ecce iniuriam ſuſcipiens Deus,nõ contumelioſa verba reſpondet. Sequitur.n. { Reſpondit Ieſus & dixit.Ego dæmo.non habeo.} Ex qua re quid nobis innuitur, niſi vt eo tempore cum a proximis ex falſitate contumelias accipim⁹: (Hom.54.) eorum etiam vera taceamus mala,ne miniſterium iuſte correptionis in arma vertatur furoris? CHRY. Et attendendum, quòd vbi eos docere oportebat,& eorum ſuperbiam ſubtrahere aſper-

F erat, vbi vero exprobratum eum oportebat ſufferre, multa manſuetudine vtebatur,erudiens nos quæ quidem ad Deum vindicare,quæ vero ad nos deſpicere. AVGVSTINVS. Et vt ho(Tract.43.)mo prius eius imitetur patientiã,vt perueniat ad potentiam.Sed quàmuis maledictus maledicta non redderet, pertinuit tamen ad eum negare. Duo autem ſibi fuerant obiecta. Samaritanus es, & dæmonium habes. Non dixit: Non ſum Samaritanus. Samaritanus enim interpræratur cuſtos, nouerat autem ille ſe noſtrum eſſe cuſtodem. non enim pertinuit ad eum, vt redimeremur, & non pertinet vt ſeruemur. Denique ipſe eſt Samaritanus, qui acceſſit ad ſaucium, & miſericordiam impẽdit. ORIGE. Aliter autem quoque dominus magis quàm Paulus omnibus omnia fieri voluit, vt omnes nanciſcatur: & ideo ſe non negauit eſſe Samaritanum. Aeſtimo autem ſolius Ieſu fore vocem.{Ego dæmonium non habeo, ſed nec habui,ſicut & illud: Venit princeps mundi huius,& in me non habet quicquam,quia etiam quæ delictorum reputata ſunt minima dæmonibus adaptã tur. AVGVST. (Tract.eodã.) Deinde poſt tale conuitium hoc ſolum dixit de gloria ſua.{Sed honorifico patrẽ meum,}quaſi dicat. Ne vobis arrogans videar: habeo quem honorificem. THEO. Honorificauit autem patrem vlciſcens eum, & non tolerans homicidas, & mendaces ſe Dei veraces filios appellari. ORIGE.Solus autem Chriſtus veriſſime veneratus eſt patrem:nullus enim honorans quicquam ex his quæ non honorantur a Deo honorat Deũ. H GREGO. in Hom. (Hom. 18.) Sed quia quiſquis Dei zelo vtitur a prauis hominibus dehoneſtatur, in ſemetipſo nobis dominus patientiæ præbuit exemplum,qui ait.{Et vos inhonoraſtis me.} AVGVS. quaſi dicat.Ego facio quod debeo, vos non facitis quod debetis. ORIGE. Non autem illis ſolum hoc dictum eſt, ſed & omnibus iniuſte agentibus,qui iniuriam inferunt Chriſto,qui eſt iuſtitia,& inferentibus contumeliam ſapientiæ, eo ꝙ Chriſtus eſt ſapientia,& ſimiliter de aliis huiuſmodi. GREGO. (Ho.eadem.) Sed quid nobis contra iniurias faciendum ſit, ſuo exemplo nos admonet,cum ſubiungit.{ Ego autem gloriam meam non quæro, eſt qui quærat & iudicet. CHRY. (Hom.54.) quaſi dicat. Ex honore quem ad patrem habeo hæc locutus ſum vobis,& propter hoc dehonoratis me,ſed nulla eſt mihi cura huius contumeliæ: illi enim noxas debetis ꝓpter quem hæc audio. ORIGE. Quærit autem Deus gloriam Chriſti in quolibet ſuſcipientium illum, quam quidem reperi- I ret in operantibus ſecundum inſitas virtutis cauſas. Cum autem non reppererit,punit illos,in quibus non repperit gloriã filii ſui: vnde dicit.{Eſt qui quærat & iudicet. } AVGVSTINVS: (Tract.43.) Quẽ autem vult intelligi, niſi patrem? Quomodo ergo alio loco dicit. Pater non iudicat quemquam,ſed omne iudicium dedit filio? Sed videre,quòd iudicium quandoque pro damnatione accipitur: hic autem ſecundum diſcretionem poſitum eſt, quaſi dicat. Eſt pater, qui gloriam meam a veſtra diſcernat. vos enim ſecundum hoc ſæculum gloriamini, ego non ſecundum hoc ſæculum. Diſcernit etiam gloriam filii ſui a gloria omnium hominum. non enim quia homo factus eſt: iam comparandus eſt nobis, nos homines cum peccato, ille ſine peccato, & hoc ſecundum ipſam formam ſerui. nam illud quis digne loquatur, In principio erat verbum? AVGVSTINVS, vel aliter: Si vere dictum eſt a Saluatore: Omnia mea, tua ſunt, palam eſt, quoniam & ipſum iudicium filii patris eſt. GREGORIVS: (Ho.18.) Cum vero malorum peruerſitas creſcit, non ſolum frangi prædicatio non debet, ſed etiam augeri. vnde dominus poſtquàm K dæmonium habere dictus eſt, prædicationis ſuæ beneficia largius impendit dicens. Amen amen dico vobis,ſiquis ſermonem meum ſerua.mor.non vid.in æter. AVG. (Tract.43) Videbit dictum eſt pro eo quod eſt,experietur.Cum ergo morituris moriturus loqueretur quid ſibi vult quod ait: { Qui ſer. meum ſerua. mortem non videbit in ęternum, } niſi quia videbat aliam mortem, de qua nos liberare venerat, mortem æternam, mortem damnationis cum diabolo, & Angelis eius, ipſa eſt vera mors: nam iſta migratio eſt. ORIGENES. (To.20) Sic igitur intelligendum eſt. { Siquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum,} ac ſi diceret. Siquis lucem meam cuſtodierit, tenebras non videbit. Quòd autem dicit in ęternum, communiter eſt ſumendum, vt ſit talis intellectus. Siquis ſermonem meum ſeruauerit in ęternum, mortem non uidebit in ęternum, quia euſque non videt aliquis mortem,quouſque Ieſu verbum cuſtodit. Cum vero quis torpens in obſeruantia ſermonis, & circa ſui cuſtodiam negligens factus, eum ceſſat cuſtodire, ſubinde mortem videt,

videt: non apud alium q̃ apud ſeipſum. Sic igitur a Saluatore inſtructi Prophetæ quærenti,Quis eſt homo qui viuet,& non videbit mortem,reſpondere poſſumus. Qui cuſtodit verbum Chri(Hom.54)ſti. CHRY. Seruauerit autem dicit non ſolum fide, ſed etiam per vitam puram. Simul autem & occulte inſinuat, quoniã nihil poſſunt ei facere. Si enim qui ſermonem eius ſeruabit,nõ morietur in æternum: multomagis & ipſe poteſt non mori.

(Ho. eadem.) n ¶ GREG.in Ho. Sicut bonis neceſſe eſt vt meliores etiam per contumelias exiſtant: ita ſemper reprobi de beneficio peiores fiunt.nam acceptã prędicatione, iterum Iudæi blaſphemant.dicit enim.{Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cogno.quia dę(Tomo.20.)mo.habes. ORI. Hi qui ſacris ſcripturis credunt, cõprahendũt, ꝙ quæ prǫter rectam rationẽ ab hominibus exercentur, non pter dæmones fiũt.Sic igitur Iudæi virtute dæmonis putabant Ieſum dixiſſe.{Siquis ſer.meũ ſer.mor.nõ vi.in ęter.}Hoc aũt paſſi ſunt, quia Dei virtutem non perſpexerunt:nam hic de morte quadam inimica rationi,qua pereunt delinquentes hoc faſſus eſt. Hi vero de communi morte coniectantes eſſe quod dr̃, increpant dicentẽ quaſi defuncto Abraham & Prophetis.vnde ſubditur. {Abraham mor.eſt,& Prophetæ,& tu dicis:Siquis ſer.meum ſer.mor.non gu C ſta.in æternum} Cum aliqua differentia ſit inter mortem guſtare & videre,pro eo quod mortem non videbit,mortem non guſtabit,protulerunt velut incauti auditores,confundentes dominicũ ſermonem.Sicut.n.dñs inquantum panis viuus eſt, guſtabilis eſt. In eo vero,ꝙ eſt ſapientia,eſt viſibilis pulchritudiuis.Sic etiam aduerſaria eius mors,& guſtabilis eſt & viſibilis.Cum ergo quis ſteterit per Ieſum in intellectuali loco,mortem non guſtabit,ſi ſtatũ ſeruat,ſm illud.Sunt de hic ſtantibus,qui non guſtabunt mortẽ. cum autem aliquis ſermonẽ Chriſti acceperit, & cuſtodierit,mortem non videbit. (Ho. eadem.) CHRY.Rurſus aũt ex inani gloria ad cognitionem cõfugiunt.vnde ſequitur. {Nũquid tu maior es patre noſtro Abraham,qui mortuus eſt? } Poterant etiam dicere,numquid tu maior es Deo,cuius ſermone qui audierunt mortui ſunt? ſed non (Tom.20.) dicunt hoc,quia etiam,q̃ Abraham minorẽ eũ æſtimabant. ORI. Non.n.diſcernũt,quia non ſolum Abraham,ſed etiã quolibet nato ex muliere,qui natus ex virgine maior eſt,nec verum dicebant D Iudæi:Abraham mortuus eſt. audiuit.n.verbũ Chriſti,atque ſeruauit.& huiuſmodi ſimile dices de Prophetis,de quibus ſubdunt. {Et Prophe.mor.ſunt:}nam & verbum filii Dei cuſtodierũt,cum verbum dñi factum fuerit ad Oſeæ,vel Iſaiam,vel Hieremiam,qđ ſiquis alius cuſtodiuit:ipſi Prophetæ cuſtodierunt. Mendaciũ ergo dicunt,& in hoc.{Scimus,quia dæmonium habes: } & in hoc. (Homil. 18.) {Abraham mortuus eſt,& Prophetæ.} GREG. in Ho. Quia.n. æternæ morti inheſerant,& eãdem mortem,cui inheſerant,nõ videbant,cum ſolam mortem carnis aſpicerent in veritatis ſermone caligabant. ſubdunt autem. {Quem teipſum facis? } THEO. q.d.Tu qui nulla cura dignus es carpentarii filius de Galilæa, tibi ſubripis gloriam.BEDA.Quem teipſum facis?hoc eſt. Cuius meriti cuiuſue dignitatis vis credi? Abraham tñ mortuus erat corpore: anima aũt viuebat. Maior aũt eſt mors animæ in æternum victuræ,q̃ corporis qñque morituri. ORI. Cæcutientium autẽ fuit E hæc prolatio:qm̃ non ſe fecit Ieſus id quod eſt, ſed ex patre recepit.vnde ſequit.{Reſpondit Ieſus.Si ego glori.meipſum,glo. mea (Hom. 54.) nihil eſt.} CHRY. Hoc quantum ad eorum ſuſpitionem dixit,ſicut & ſupra. Teſtimonium meum non eſt verum,ſi teſtimonium perhibeo de meipſo.BEDA.His aũt verbis nihil eſſe oſtendit gloriam vitæ præſentis.AVG.Dixit aũt hoc ꝑꝑ illud quod dixerãt. {Quem teipſum facis.}refert.n.gloriam ſuam ad patrem, de quo eſt.vnde ſubdit.{Eſt pater meus,qui glorificat me. De iſto verbo calumniant̃ Arriani fidei noſtræ,& dicunt.Ecce maior eſt pr̃, quia glorificat filium.Hæretici,non legiſtis & ipſum filium dicentem, ꝙ glorificet patrem ſuum? ALCVI.Glorificauit aũt pater filium: cum tempore baptiſmi,& in monte & tpe paſſionis coram turbis vox facta eſt ad eum,& poſt paſſionem eum reſuſcitauit & collo(Ho.eadem.)cauit eum ad dextram ſuæ maieſtatis. CHRY.Addidit aũt.Quẽ vos dicitis,quia Deus veſter eſt. Volebat.n.oſtendere qm̃ non ſolum patrem eum neſciebant,ſed neque Deum.THEO. Nam ſi vere patrem cognoſcerent,filium eius venerarentur.Deum etiã con-

n Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dęmoniũ habes. Abraham mortuus eſt, & Prophetæ,& tu dicis: ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in ęternum. Numquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt? Et Prophetæ mortui ſunt. Quẽ teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus q glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum. Ego autem noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo. Abrahã pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt.

B o Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti? Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico vobis, anteq̃ Abrahã fieret, ego

A temnunt,qui homicidium in lege prohibuit, aduerſus Chriſtum clamantes.vnde ſubdit. {Et non cognouiſtis eum.} ALCVI.q.d. Vos carnaliter illum Deũ veſtrum vocatis.pro tpalibus ei ſeruitis & non cognouiſtis eum,ſicut intelligendus eſt ſpiritualiter ei ſeruire neſcitis. AVG. (Tract.43) Quidam hæretici dicunt Deum annunciatũ in veteri teſtamento, non eſſe patrẽ Chriſti,ſed neſcio quem principem malorum Angelorum. Contra ipſos ergo dicit patrẽ ſuum, quod illi dicebant Deum ſuum.Et non cognouerunt.Si enim ipſum cognouiſſent,eius filium recepiſſent. De ſe aũt ſubdit.{Ego autem noui eum. Secundum carnem iudicantibus.potuit & hic arrogans videri,ſed arrogantia non ita caueatur. vt veritas relinquat:ꝑꝑ qđ ſubdit.{Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mẽdax.}CHRY.q.d. (Ho. eadem.) Sicut vos dicentes ſcire eũ, mentimini:ita ego ſi dixero me neſcire.ſed maxima demonſtratio eſt,ꝙ ab illo ſit miſſus,hoc quod ſequitur.{Sed ſcio eum.} THE. Naturaliter ipſius cognitionem obtinens. qualis.n.ego ſum, talis & pater.qm̃ ego meipſum cognoſco,& illum cognoſco.Præbet aũt indicium ꝙ ipſum cognoſcat cum ſubdit.{Et ſermonẽ eius ſeruo. Sermonem mandata nuncupãs:Quidã aũt ſic intelligunt.hoc qđ dr̃.Sermonẽ eius ſeruo.i.rõnẽ ſubſtantiæ eius. Eadem.n.eſt rõ ſubſtantiæ patris & filij.ideoq; pr̃em cognoſco,nam & pro,qm̃ ſumit, vt ſit ſenſus. Qm̃ eius ſermonem ſeruo.AVG. Sermonẽ etiã pr̃is tamq̃ filius loquæbat, & ipſe erat verbũ pr̃is qđ hoĩbus loquebat̃. (Ho. eadem.) CHRY. Et qa dixerãt.Nũquid tu maior es pr̃e nr̃o Abrahã?nihil de morte exponẽs,ſe maiorẽ q̃ Abrahã eſſe oñdit conſequenter cũ ſubdit.{Abrahã pr̃ vr̃ exul.vt.vi.diẽ meũ.vi.& gã eſt}.i. ꝑꝑ beneficiũ qđ a me habet,vt a maiore. THEO. q.d.Diẽ meũ deſiderabilẽ habuit & lætitiæ plenum,non quaſi alicuius minimi,aut fortuiti. AVG. (Tract.43) Non timuit,ſed exultauit vt videret. credens vtique exultauit ſperando vt videret intelligendo diem meum.Incertum aũt põt eſſe vtrum dixerit tẽporalem diem dñi,quo erat venturus in carne,an diem dñi qui neſcit ortum,neſcit occaſum. Sed ego non dubito patrẽ Abrahã totũ ſciſſe. Ait.n. ſeruo ſuo quem mittebat: Pone manum ſub fęmore meo,& iura mihi per Deum cęli: Ergo quæ fuit illa iuratio,niſi quia ſignificabatur de genere Abrahæ venturum in carne Deum cęli? GRE. (Hom. 18.) Tunc etiam diem dñi Abrahã vidit, cum in figura Trinitatis tres Angelos hoſpicio ſuſcepit. CHRY. (Homil. 54.) Vel diem ſuum dicit diem crucis, quem Abraham in oblatione arietis, & Iſaac præfigurauit:per hoc oſtendens, ꝙ nõ inuitus ad paſſionem venit & oſtendens eos eſſe alienos ab Abraham.Si in quibus ille exultauit,hi dolent. AVG. (Tract. 43.) Quale autẽ gaudium fuit cordis videntis verbum manens, ſplendorem piis mentibus refulgentem apud patrem manentem Deum, & aliquãdo in carne venturum non de patris gremio receſſurum.

o GRE. (Hom.18) Carnales mentes Iudæorum audientiũ verba Chri,oculos a carne non ſubleuant:dũ in eo ſolã carnis ætatem penſant.vñ dicitur.{Dixerunt ergo Iudæi ad eum.Quinquaginta annos nõdũ ha.& Abrahã vidi?}quaſi dicerent: multa ſunt annorũ curricula,ex quo Abrahã mortuus eſt,& qũo vidit diem tuũ?carnaliter.n. hoc intellexerunt.THEO. Tunc aũt 33. annorum Chriſtus erat, quare ergo nõ dixerũt:Quadraginta annos nõdũ habes,ſed quinquaginta? Superuacua eſt hmõi quæſtio. ſimpl̃r.n.prout eis occurrit dixerunt.Rñdent tñ quidam ꝙ ꝑ quinquageſimum annum ex reuerentia iubileum nominant, in quo & captiuos manumittebant,& empticiis poſſeſſionibus cedebãt. GREG. (Ho.eadem.) Quos benigne Redemptor noſter a carnis ſuæ intuitu ſubmouet & ad diuinitatis contemplationem trahit.vnde ſequitur.{Dixit ergo eis Ieſus. Amen amen dico uobis antquam Abraham fieret,ego ſum.}Ante enim præteriti tpis eſt,ſum uero præſentis,& quia præteritum & futurum tps diuinitas non habet, ſed ſemper eſſe habet. non ait: Ante Abraham ego fui, ſed {ante Abraham ego ſum.} ſm illud. Ego ſum qui ſum. Ante ergo,uel poſt Abrahã habuit eſſe,q & accedere potuit ꝑ exhibitionẽ præſentiæ,& recedere ꝑ curſum uitæ. AVG. (Tract.43.) Quia uero creatura eſt Abrahã,non dixit, Anteq̃ Abraham eſſet,ſed{Anteq̃ fieret.}neque dixit, Ego factus ſum:nam in principio erat uerbũ.GREG. (Ho. eadem.) Sed ſuſtinere iſta æternitatis uerba mẽtes infideliũ nõ ualẽtes,quẽ intelligere non poterant, obruere q̃rebant.uñ ſequit.{Tulerunt ergo lap.iu.ut ia.in eũ.}AVG. (Tract. 43.) Tãta

duritia quo currerent, nisi ad similes (lapides? Quia vero posita cū-
cta quæ ad eum spectabant docēdo perfecerat: hi lapides iniicūt.
deserit eos quasi correctionem non suscipientes. vnde subditur:
Iesus autem abscon. se & exiuit de templo.} Non autem abscōdit
se in angulo templi, quasi timens, aut in domunculam fugiens,
vel post murum, aut
columnam diuertēs:
sed celica potestate in
uisibilem insidianti-
bus se constituens, p
medium illorum exi
uit, Iesus autem ab-
scond. se, & exiuit de
templo. GREG. Qui
si diuinitatis suæ po-
tētia exercere voluis-
set, tacito nutu mēn-
tis in suis eos actibus
ligaret, aut in pœnas
subitę mortis obrue-
ret, sed qui pati vene
rat exercere iudiciū
nolebat. AVG. Magis enim erat commendanda sapientia, quàm
exercenda potentia. ALCVI. Idēo etiam fugit, quia nondum
venerat hora passionis, & quia ipse non elegerat hoc genus mor-
tis. AVG. Ergo tamquàm homo lapidibus fuit, sed væh illis a quo
rum lapideis cordibus fugit Deus. BEDA. Mystice autem
quot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides in Iesum
mittit, ac deinde quantum ad se pertinet, si ad deliberationem trā
sit, Iesum extinguit. GREG. Quid autem abscondendo se do-
minus significat, nisi q eis ipsa veritas absconditur, qui eius verba
sequi contemnunt? eam quippe quam si inuenit humilem ve-
ritas fugit mentem. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, ni-
si vt etiam cum resistere possumus iram superbientium humili-
ter declinemus.

CAP. IX.

HRY. Quia Iudæi sermonum Christi altitudinem
non susceperant, exiens de templo curauit cæcum, sui
absentia eorum furorem mitigans, & per operationē
signi eorum duritiam molliens, & de his quæ dicta
sunt a se faciens fidem. vnde dicitur. {Et præteriens Iesus, vidit ho
minem cæcum a natiuitate.} Vbi considerandum, q egrediens de
templo, studiose venit ad opus sui manifestatiuum. ipse enim vi
dit cæcum, non cæcus ad eum accessit. Et ita studiose respexit, vt
discipuli eius videntes eū studiose aspicientē interrogarēt. Sequi
tur enim. {Et inter. eum disci. eius. Rabbi, quis pec. hic, an paren-
tes eius, vt cæcus nasceretur?} AVG. Rabbi magister est. Magi-
strum appellant, quia discere cupiebant. quæstionem quippe pro-
posuerant domino tamquàm magistro. THEO. Videtur tamen
hæc quæstio peccare: neque enim susceperant Apostoli nugas Gē
tilium, quoniam anima in alio sæculo viuens peccauit. sed diligē-
ter intuenti non apparet simplex hæc quæstio. CHRY. Vene-
runt enim ad hanc interrogationem, quia prius supra paralyticū
curans dixit: Ecce sanus factus es: non vltra pecces. Illi igitur cogi-
tantes, quia propter peccata fuerat ille paralysi resolutus, quærūt
de isto: Si hic peccauit, quod non est dicere: a natiuitate enim cæ-
cus est. Aut parentes eius. sed neque hoc. filius enim pro patre nō
sustinet pœnam. Sequitur. {Respondit Ie. Neque hic peccauit, ne
que parentes eius. AVG. Numquid vel ipse sine originali peccato
natus erat, vel viuēdo nihil addiderat? Habebant ergo peccatum,
& ipse & parentes eius, sed non ipso peccato factum est vt cæcus
nasceretur. Ipse autem causam dicit, quare cæcus sit natus cū sub-
dit: {Sed vt manifestarentur opera Dei in illo. CHRY. Non au
tem ex hoc ostendit, q alii cæci facti sunt propter peccata paren-
tum. Neque enim contingit vno peccante alium puniri. quod au-
tē dicit: {Vt manifestetur gloria Dei,} de seipso dicit, nō de patre.
Illius enim gloria iam manifesta erat: sed numquid iste iniusta pas
sus est? Sed ego eum beneficium accepisse dico per cæcitatem, per
hanc enim interioribus respexit oculis. Qui vero ex non ente ad
esse eum deduxit, potestatem habebat absque iniuria, & ita eum
dimittere. Dicunt autem quidam, quoniam vt hic non est causa-
tiuum, sed significat euentum, sicut & illud: Lex subintrauit, vt
abundaret delictum. sic & hoc consecutum est, vt dominus oculos
clausos aperiēs, & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigēs,
suam demonstrauit virtutem. GREG. in Præf. Moral. Alia itaque
est percussio, qua peccator percutitur, vt sine retractatione punia
tur, alia qua peccator percutitur, vt corrigatur: alia qua quisque
percutitur, non vt præterita corrigat, sed ne ventura committat:
alia per quam nec præterita culpa corripitur, nec futura prohibe-
tur. Sed dum inopinata salus percussionem sequitur, saluantis
virtus cognita ardentius amatur. CHRY. Et quia de seipso di
xit. {Vt manifestetur gloria Dei:} subiungit. Me oportet operā-
ri opera eius, qui misit me, id est me oportet manifestare me ipsum
& facere ea quæ manifestent me patri eadem facientem. BEDA.
Cum enim filius se operari opera patris asserit, sua & patris opera eadem esse mon-
strauit, quæ sunt in
firma saluare, debilia
roborare, homines il
luminare. AVG. Per
hoc autem, q dicit:
Qui misit me, vnius
tam gloriam dat illi,
de quo est, quia ille
habet filium, qui de il
lo sit. qui se non habet,
de quo sit. CHRY.
Addidit autem: Do-
nec dies est, id est do-
nec licet credere ho-
minibus in me, donec
vita hæc cōsistit: opor
tet me operari. Et hoc ostendit subdens {Venit nox quando ne-
mo potest operari. Nox dicta est, secundum illud. Proicite eum in
tenebras exteriores. Ibi ergo erit nox, vbi nemo potest operari,
sed recipere quod operatus est. Cum viuis, fac siquid facturus es.
Vltra enim neque fides est, neque labores, neque pœnitētia. AVG.
Si aūt modo operamur: hic est dies: hic est Christus. vnde subdit:
{Quamdiu sum in mūdo, lux sum mundi.} Ecce ipse est dies. Dies
iste qui circuitu Solis impletur, paucas horas habet. Dies præsen-
tiæ Christi vsque in consummationem sæculi extendentur. Ipse
enim dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem
sæculi. CHRY. Quia vero sermonē quē dixerat, per opera credi
fecit, subiungit Euangelista. {Hæc cum dixisset, exp. in ter. & fecit lu.
ex spu. & li. su, occu. cæci. Qui autem maiores substantias de nihi-
lo ad esse produxit: multomagis oculos sine materia fecisset: Sed
voluit docere seipsum esse creatorem, qui in principio vsus est lu
to ad hominis formationem. Ideo autem non aqua vtitur ad lu-
tum faciendum: sed sputo, vt nihil ascribatur fonti, sed discas quo
niam virtus oris ejus oculos aperuit, & plasmauit: & deinde, vt nō
videatur eis ex virtute terræ esse curatio, iussit lauari. vnde sequi-
tur. {Et dixit ei: Vade & laua ad nata. sy. quod interpretatur, mis-
sus, vt discas quoniam non indigeo luto ad faciendos oculos. Et quia in
Syloe erat virtus Christi, quæ omnia operabatur, propter hoc &
interpretationem nobis Euangelista adiecit dicens. Quod inter-
pretatur missus. vt discat quoniam & illic Christus eum curauit.
Sicut enim Apostolus dicit, q petra erat Christus: ita & Syloe spi
ritualis erat, cuius repentinus aquæ defluxus occulte insinuat no-
bis Christi manifestationem præter omnem spem. Sed quare non
statim eum fecit lauari, sed ad Syloe misit? vt desit ratur Iudæorū
indeuotio. Conueniens enim erat omnes eum videre euntem, &
lutum super oculos habentem. Et etiam volens ostendere, quoniā
non alienus est a lege & veteri testamento: mittit eum ad Syloe.
non autem erat timendum, ne Syloe sumeret hanc gloriam:
multi enim lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt po-
siti. Et iterum, vt discas cæci fidem, qui non contradixit,
neque cogitauit apud seipsum. Lutum solet magis excecare.
Multoties laui in Syloe, & in nullo sum adiutus, si-
quam virtutem haberet, præsens utique curasset, sed simpli-
citer obediuit. unde sequitur. {Abiit ergo & lauit, & uenit vi-
dens. Sic igitur manifestauit suam gloriam: non enim par-
ua gloria est, ut æstimetur auctor creationis. Ea enim quæ
de maiori est fides, quòd minus est certificat, in uniuersa
autem creatione honorabilior est homo. Eorum autem quæ
in nobis sunt membrorum, honorabilior est oculus: hic enim
corpus gubernat, hic ornat uisum. Et quod Sol est in orbe ter-
rarum, hoc est oculus in corpore. unde superiorem locum sorti-
tur, sicut in quodam regali loco collocatus. THEO. Qui-
dam tamen dicunt, quòd lutum non fuit depositum, sed in ocu-
los est conuersum. BEDA. Mystice autem postquam ex-
pulsus est de cordibus Iudæorum, mox transiuit ad Genti-
lium populum. Præterire autem eius, uel iter facere, est de
cælis in terram descendere. Itaque uidet cæcum, cum mise-
ricorditer respexit genus humanum. AVGVSTINVS:
Genus enim humanum est iste cęcus. hæc enim cæcitas contigit
in primo homine per peccatum, de quo omnes originem du-
ximus. cæcus est ergo a natiuitate. Spuit dominus in ter-
ram, de saliua sua lutum fecit, quia verbum caro factum est,
& inunxit oculos cæci. Inunctus erat & nondum uidebat.
quando enim inunxit, forte eum Cathecuminum fecit. Mittit il-
lum ad piscinam, quæ uocat Syloe, quia baptizatus est in Christo,
& tunc

& tunc eum illuminauit. Pertinuit autem ad euangelistam vt com
mendaret nobis nomen huius piscinæ, & ait: Quod interpretatur
missus. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniqui-
tate dimissus. GREG. 8. Mor. Vel aliter, Per siluam saporin-
timę contemplationis accipitur, quæ ad os a capite desluit, quia
de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu re-
uelationis tangit. vnde dominus siluam
luto misceri, & cæci
nati oculos reparauit
qa superna gratia car
nalem cognitionē no-
stram per admistionē
suæ contemplationis
irradiat, & ab origi-
nali cæcitate hominē
ad intellectū reformat.
b q CHRYSO.
Inopinabilitas facti
miraculi incredulita-
tem iducebat, & ideo
dicitur. {Itaq; vicini
& qui viderant eum
prius, qa mēdic⁹ erat
dicebant: Nonne hic
est qui sedebat & mē-
dicabat?} Mirabilis
Dei clemētia quo de-
scendebat? Eos qui
mēdicabant cū multa
deuotione curabat, & hinc Iudæorum os obstruens. quoniam non
præclaros, non insignes, neque principes, sed ignobiles sua dignos
ducebat prouidentia. etenim in salute omnium venerat. Sequit.
{Alij dicebant, quia hic est.} Cęco enim per longam viam eunte
diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod viderat,
non vltra poterāt dicere: Non est hic. Sequitur. {Alij aūt nequaq;
sed similis eius est.} AVGV. Aperti enim oculi vultum mu-
tauerant. Sequitur. Ille autem dicebat quia ego sum.} Vox grata,
ne damnetur ingrata. CHRY. Non enim verecundatus est de
priori cæcitate, neque formidauit furorem plebis, neque renuit
ostendere seipsum vt prædicet benefactorem. Sequitur. {Dicebat
ergo ei, qūo aperti sunt oculi tui?} Hunc modū, neq; nos scimus,
neque ipse qui curatus est nouit, sed quod quidē factum est, nouе
rat, modū autē comprehendere non poterat. vnde sequitur. {Re-
spondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & liniuit ocu-
los meos.} Vide quomodo verax est, non dixit vnde fecit. Quod
enim non nouerat, non dicit, neque enim sciuit quoniam in terra
expuit, quoniam aūt superūxit, per sensum tactus didicit. Sequit.
{Et dixit. Vade ad natatoria syloe & laua.} Et hoc etiam ex audi-
tu testatus est, recognouit enim eius vocem ex disputatione cum
discipulis. Et quia ad vnum se præparauerat, scilicet omnia sibi
suaderi a iubente subiungit. {Et abii, & laui, & vidi. AVGVS.
Ecce annunciator factus est gratiæ, ecce euangelizat & confitetur
Iudæis. Cæcus ille confitebatur, & cor impiorum stringebatur, qa
non habebant in corde quod iam ille habebat in facie. vnde sequi
tur. {Et dixerunt, vbi est ille?} CHRY. Dicebant autem hoc oc-
casionem meditantes, iam enim aduersus ipsum conspirauerant.
Christus autem non aderat his qui curabantur, non enim quære-
bat gloriam, neque se ostentare. Recedebat etiam semper curans
Iesus, vt omnis suspicio toleretur signorum. Qui enim nō cogno
scebant eum, qualiter pb gratiam eius se curatos cōfiterētur? vnde
sequitur. {Ait, nescio. AVGVST. In his verbis inūcto simi
lis erat, nōdum videnti prædicat, & nescit quid prædicat. BEDA.
Vnde figurā tenet cathecuminorum, q & si credunt in Iesum, ad-
huc tamen eum quasi nesciunt, quia nondum loti existunt. Pha-
risæorum autem erat approbare opus, vel improbare. CHRY.
Iudæi igitur quærētes. Vbi est ille, volebant eum inuenire, vt eum
ducerent ad eos, qa vero non habuerunt eum ducunt cæcū. vnde
sequitur: {Adducunt eum ad pha. qui cę. fuerat, vt scilicet vehemē
tius eum interrogarent. Propterea autem & euangelista subdit:
{Erat autem sabbatū quando lu. fe. Iesus & ape. ocu. eius.} Vt scili
cet eorum malam mentem demonstraret, & causam propter quā
eum quærebant, vt scilicet occasionem contra eum inuenirent, &
vt detraherent miraculo per æstimatam legis præuaricationem,
quod ēt manifestum est ex his quæ sequuntur. Sequitur enim.
{Iterū ergo inter. eum pha. quomodo vidisset.} Vide autem qua-
liter non turbatur cæcus, nam quandoquidem turbis dicebat sine
periculo interrogatus, non ita magnum erat veritatē dicere. Mira
bile autem est nunc q in ampliori periculo constituta, neq; ne-
gat, neque contraria dicit prioribus. Sequitur enim. {Ille autem
dixit eis. Lutum posuit mihi sup oculos meos, & laui, & video.}
Hoc autem ad eos qui iam audierant succinctus loquitur. Non
dixit nomen dicentis, neque quoniam dixit mihi. Vade & laua,
sed confestim: Lutum posuit &c. & sic contrarium passi sunt eius
quod volebant. Duxerunt enim eum vt negaturum, sed ab eo cer
tius didicerūt. Sequi-
tur. {Dicebant ergo
ex phariseis. AVG.
Non omnes, sed qui-
dam: iam enim inun-
gebantur quidem. Di
cebant ergo, nec vidē-
tes, nec inuncti. {Non
est hic homo a Deo
qui sabbatum non cu-
stodit. Ipse potiꝰ cu
stodiebat qui sine pec
cato erat. Sabbatum
enim obseruare spiri-
tualiter, est nō habere
peccatum, & hoc ad-
monet Deus quando
commendat sabbatū.
Omne opus seruile
non facietis. Quid sit
opus seruile, a domi-
no audite. Omnis q
facit peccatum seruꝰ
est peccati, sed isti sab
batum carnaliter ob-
seruabant, spirituali-
ter violabāt. CHRY.
Malitiose autem quod factum est silentes, æstimatam præuaricatio
nem in medium ferebant. Non enim dicebant quoniam sabbato
curat, sed quoniam sabbatum non seruat. Sequitur. {Alii dicebāt
Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? A signis enim
inducebantur, sed imbecilliter erat dispositi, cōgruum enim erat
ostendere qualiter sabbatum non soluitur, sed nondum hanc ha-
bebant mentem q Deus esset, vt possent respondere quoniam do
minus sabbati hæc fecit. Nullus denique eorum audebat ea quæ
volebat, manifeste dicere, sed in ambiguitate, hi quidem propter
improbabilitatem, alii vero propter amorē principatus. Sequit.
{Et schisma erat inter eos.} Hoc schisma primo incępit in popu
lo, deinde in principibus. AVGVST. Dies enim erat Chri-
stus qui inter lucem & tenebras diuidit. CHRYSOST. Vo
lentes autem qui dixerant: Homo peccator nō potest talia signa
facere, os aliorum obstruere, eum qui suscepit virtutis experien-
tiam in medium ducunt, vt non videantur ipsi aduocatione vti.
vnde sequitur. {Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo
qui aperuit tibi oculos? THEO. Vide quomō beniuole quæ-
runt. non enim dixerunt: Tu quid dicis de illo qui sabbatum non
obseruat, sed miraculum commemorant. Quomodo aperuit tibi
oculos, pene ipsum sanatum concitantes, quasi dicerent, Benefe-
cit tibi. vnde deber eum prædicare. AVGVST. Vel quærebat,
quemadmodum hominem calumniarentur, vt eum de synagoga
eicerent, sed ille constanter quod sentiebat expressit. vnde sequi-
tur. {Ille autem dixit, quia propheta est.} Adhuc quidem inun-
ctus in corde, nondum Dei filium confitebatur, non mentitur ta-
men. Ipse enim dominus de ipso ait, Non est prophera sine hono
re, nisi in patria sua.
c ¶ CHRISOST. Quia Pharisæi cæcum attonitum facere
non valuerunt, sed videbant eum cum omni propalatione benefa
ctorem suum prædicantem, per parentes putabant Christi mira-
culum annihilare. vnde dicitur: {Non credi. ergo Iudæi de illo,
quia cæcus fuisset & vidisset, donec voca. pa. eius qui viderat. AV
GVSTI. id est, cæcus erat & viderat. CHRYSOST. Sed
hæc est veritatis natura, per quæ putatur insidias pati, per hęc for
tior fit, mendacium enim sibipsi quidem obuiat, & per ea per quę
lædere veritatem videtur, per ea clariorem eam ostendit, quod &
nunc factum est. Ne enim aliquis diceret q vicini nihil certum
dixerunt, sed per quandam assimilationem locuti sunt. Parentes
in medium ducuntur, qui maxime suum filium cognoscebant.
Statuentes autem eos in mediū, cum multo furore interrogant.
vnde sequitur. {Et inter. eos dicen. hic est filius vester, & non di-
cunt: Qui quandoque fuit cæcus, sed quem dicitis quia natus
est cæcus. O iniqui, quis pater eligeret talia mentiri de filio?
Solum non dicunt, quem vos fecistis cæcū. Duobus autem his ad
negationem eos inducere conantur, & in hoc q dicunt, Quem di
citis, quia natus est cæcus, & in hoc qđ subdunt: Quomodo ergo
nunc videt? THEO. q. d. Aut hoc falsum est q nunc videat,
aut primum q cæcus fuerit, sed constat hoc esse verum q videt,
falsum ergo fuit q cecum eum dicebatis. CHRY. Tribus ergo
interro-

Hom. 18. Trac. 43. Ho. eadem. Tract. eodē Ho. eadem. Hom. 55. Tract. 44. Hom. eadē. Tract. eodē Ho. eadem. Cap. 9. Hom. eadē. Hom. eadē. Hom. eadē

interrogationibus factis,si filius eorum est, si cæcus fuit, & qualiter vidit,duas confitentur. vnde sequitur. {Responderunt ergo eis parentes eius & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est.} Tertiā autem abiiciunt. vnde subdunt. {Quomodo autem nunc videat,nescimus, aut quis eius aperuit oculos,nos nescim⁹.}

Tract.44. Et hoc etiam pro veritate factum est, ut nullus alius sed is qui curatus est & qui dignus fide erat,hoc cōfiteretur. vnde sequitur. {Ipsum interrogate, ætatē habet,ipse de se loquat. AVG. q.d. Iuste cogeremur loqui pro infante, qa ipse pro se loqui non posset. Cæcum a nativitate nouimus, sed

Homil. 57. loquentē. CHRY. Qualiter ergo gratiā fuerint parentes qui eorum quæ sciebant, quēdā tacuerūt propter timorem Iudæorum. Sequitur enim. {Hæc dicebant parētes eius, quia timebāt Iudæos.} Rursus & hic opinionē Iudæorum & mentem euangelista inducit. vnde sequitur. {Iam.n.conspirauerant Iudæi, ut siquis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. AVGV. Iam non erat malum fieri extra synagogam: illi expellebant, Christus suscipiebat. Sequitur. {Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet ipsum interrogate.

Tract.44.

In 9. c. Io. ALCVI. In quo ostendit euangelista illos non per ignorantiam, sed propter metum talia respondisse. THEO. Imbeciliores enim filio erant qui testis aderat intrepidus veritatis, illuminatos habens oculos intellectus a Deo.

Hom. 57. d ¶ CHRYSOST. Quia parentes miserunt pharisæos ad illum qui curatus est, rursus vocauerūt eum secundo. vnde dicit. Vocauerunt ergo rursus hominem qui cæcus fuerat.} Non autem manifeste dicunt, Nega qm̄ Christus te curauit, sed sub prætextu religionis ad hoc eum ioducere volunt. vnde sequitur. {Da gloriā

Tract.44. Deo.} q.d. Confitere quia hic nihil est operatus. AVGVST. Nega quod accepisti,hoc plane non est Deo gloriam dare,sed deū potius blasphemare. ALCVI. Sic autem volebant illum dare gloriam Deo,vt sicut & ipsi, Christum diceret peccatorem. vnde

Hom. 57. sequitur. {Nos scimus quia hic homo peccator est.} CHRY. Qualiter ergo non arguistis,eum dicētem? Quis ex uobis arguet

Ioan. 8. me de peccato. ALCVI. Sed ille vt neque pateret calumniæ, neque veritatem celaret,non dixit: Scio eum iustum. nam sequit.

Hom. 57. {Dicit ergo ille: Si peccator est,nescio.} CHRYS. Qualiter qui dixit: Quoniam propheta est,nūc dicit. {Si peccator est nescio.} numquid modo timuit cæcus? Absit: sed voluit Christum a rei testimonio & non a sua voce ab incusatione eripere,& suam responsionem facere fide dignā ab accepto beneficio. vnde subdit. {Vnū scio,quia cæcus cum essem,modo video.} q.d. Nihil modo de hoc dico, vtrum sit peccator, sed iterū dico qm̄ manifeste noui, quia igitur nequiuerunt euertere quod factum est, ad priores redeunt sermones, rursus modum curationis inquirentes, sicut canes quidem venationem nunc huc,nunc illuc inuestigantes. vnde sequitur. {Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi?quomodo aperuit tibi oculos?hoc est.} Numquid præstigio aliquo? non enim dixerunt, Qualiter vidisti, sed qualiter aperuit oculos tibi,dantes occasionem detrahendi contra eius operationem. Donec igitur res inquisitione indigebat, cæcus remisse loquebatur, quia vero iam vicerat,audacter de reliquo eis loquitur. vnde sequitur. {Respondit eis. Dixi uobis iam & audistis,quid iterum vultis audire?} q.d. Non attenditis ad ea quæ dicuntur. vnde vltra non respondebo vobis inaniter interrogantibus & non volentibus addiscere, sed cauillari quæ dicuntur. vnde sequitur. {Numquid & vos vultis

Tract.44. discipuli eius fieri? AVGVST. Quid est,nunquid & vos, nisi quia iam ego sum,numquid & vos vultis:iam video, sed non inuideo. Hæc loquebatur iam stomachans aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns,non ferens cæcos. CHRYSO. Itaque

Homi. 57. forte quid est veritas, ita imbecille mendacium, nam veritas quidem &si despectos assumpserit,claros eos facit, vel ostendit. Mendacium autem &si cum fortibus fuerit,imbecilles eos monstrat. Sequitur. Maledixerunt ergo ei & dixerūt. Tu discipulus eius sis.

Tract.44. AVGVST. Maledictum est si cor discutias, non si verba perpēdas,tale maledictum super nos & super filios nostros. Sequitur. {Nos autem Moysi discipuli sumus, nos scimus,quia Moysi locutus est Deus.} Sed tunc sciretis, quia per Moysen prædictus est deus,habetis enim dominum dicentem. Si crederetis Moysi,crederetis & mihi. de me ille scripsit, ita ne segnem seruum & dorsum ponitis cōtra dominum, nā subditis,

Homi.57 Hunc autem nescim⁹ vnde sit. CHRY. Ea quæ per visum cognoscitis: auditu minora æstimatis, illa.n. quæ nosse vos dicitis, a progenitoribus audistis. Sed nonne fide dignior est, qui certificauit quòd a Deo venit per miracula, quę non solum audistis, sed vidistis? vnde sequitur. {Respondit ille homo & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit,& aperuit oculos meos.} Vbique signū inducit,quia hoc deprauare non poterant: sed ab eo conuincebantur,& quia dixerat, qp homo peccator non potest talia signa facere, de cętero illorum assumit iudicium propria verba eis in memoriam reducens. vnde subdit. {Scimus autem quia peccatores Deus nō audit.} q.d. Opinio hæc mea & vestra communis est. AVGVST. Adhuc tamen vnctus loquitur. Nam & peccatores exaudit Deus. Si enim non frustra publicanus diceret, Deus propitius esto mihi peccatori, ex illa confessione meruit iustificationem, quomodo ipse cęcus illuminationem. THEO. Vel dicēdum est, quoniam qp dictum est, deum non exaudire peccatores, hoc significat, qp facere miracula Deus peccatoribus non concedit. Cum vero veniam implorant de commissis, translati sunt de gradu peccantium ad statum pœnitentiū.

Tract. 44. I CHRYSOST. Et vide qp cum supra dixit, Si peccator est nescio, non dubitans dixit, hic enim non solum a peccatis eum excusat, sed valde Deo placentem ostendit. nam subdit: Si quis deicultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Non enim sufficit Deum cognoscere, sed voluntatem eius facere. deinde extollit qđ factum est di. {A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cęci nati.} q.d. Si confitemini quoniam Deus peccatores non audit, hic autem miraculum fecit & tale, quale nullus hominum fecit, manifestum est uirtutem qua hoc fecit majorem esse, q̄ quæ est secundum hominem virtus. vnde subdit: {Nisi esset hic a Deo, nō posset facere quicq̄. AVGVST. Libere, constanter, veraciter.

Tract.44. Hęc enim quæ facta sunt a domino a quo fierent nisi a Deo? aut quando a discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habitaret?

Homi.57. CHRYSOST. Quia ergo veritatem locutus est, in nullo confessus est, quando maxime admirari eum oportebat tunc eum condemnant. Sequitur enim {Responderunt & dixerunt ei: In

K Tract. 44. peccatis natus es totus,& tu doces nos? AVGVST. Quid est totus? cum oculis clausis, sed qui aperuit oculos saluat & totum.

Hom.57. CHRYSO. Vel dicunt: Totus, ac si dicant: A prima ætate in peccatis es, hic igitur eius cæcitatem exprobant, ostendentes qp propter peccata factus est cæcus, quod rationem non habebat, donec ergo expectabant eum negaturum esse fide dignum esse putabant, sed nunc eum eiiciunt. vnde sequitur. {Et eiecerunt eum foras. AVGVST. Ipsi illum magistrum fecerant, ipsi vt discerent toties interrogauerunt & ingrati docentem proiecerunt.

Tract.44. BEDA. Solet enim maiorum consuetudo a minoribus aliquid discere dedignari.

Hom. 8. e ¶ CHRY. Qui propter veritatem & Christi confessionem iniuriam opprimuntur, hi maxime honorantur, quod in cæco factum est: eiecerūt enim eum ex templo Iudęi, & inuenit eum dñs templi & eum suscepit sicut agonotheta athletam multum laborantem & coronauit. vnde dicitur. {Audiuit Iesus quia eiecerūt eum

eum foras & cum inuenisset eū, dixit ei: Tu credis in filiū Dei?} A Ostendit autem euangelista, quoniam propter hoc venit Iesus, vt ei loqueretur. Interrogat autem non ignorans, sed volēs seipsum notum facere, & ostendens quoniam multum appreciatur eius fidem. q.d. Plebs conuiciata est mihi, sed nulla mihi est cura illorū, vnius cura est, vt tu credas, melior est faciens volūtatem Dei, q̄ decies mille iniqui.

Circa fine. HYLA. 6. de Trin. Si autem sola Christi qualiscumque confessio fidei esset consumatio dictum fuisset. Tu credis in Christū. Sed quia hæreticis pene omnibus hoc nomen in ore esset futurum vt Christum cōfiterentur, & filium tamen negarent, id qđ proprium Christo e, ad fidē poscitur, idest vt credatur in Dei filium. Credidisse autē in dei filiū quid proficit si credatur in creaturā, cum a nobis fides in Christo non creatur̄ę Dei, sed filii Dei postuletur? CHRYSOT. Nondum autem cęcus Christum nouerat, cæcus enim erat anteq̄ veniret ad Christum, & post curationem a Iudæis circumtrahebatur. vnde sequitur: {Respondit ille & dixit: Quid est domine, vt credā in eum? Desiderantis & valde ingerentis animę verbum est, pro quo tot disputauit. Hunc ignorat, vt discas in eo veritatis amorē, non autem dixit ei dominus. Ego sum qui curaui te, sed medie adhuc loquitur. vnde sequitur: Et vidisti eum. THEO. Hoc autem dicit, vt reducat ei in memoriam sanitatem, & quia ab ipso virtutem viuendi acceperat. Attende autem, qui loquebatur ex Maria natus est, & ipse idem est Dei filius, non alius & alius secundum errorem Nestorij. vnde sequitur: {Et qui loquitur tecum, ipse est. AVG. Modo lauat faciem cordis eius. Denique iam facie lota cordis & mundata conscientia, agnoscit illum non filiū hominis tantum quod ante crediderat, sed iam filium Dei qui carnem susceperat. vnde sequitur: {At ille ait: Credo domine. Parū est credere, vis videre quem qualem credas? Et procidens adorauit eum. BEDA. In quo possunt sumere exemplum, vt non erecta cervice quis dominum roget, sed supplex in terram prostratus eius misericordiam imploret. CHRY. Per hoc igitur eius diuinā virtutem ostendens & verbo opus adiungens, dominus autem illum feruentiorem circa fidem fecit, & eos qui eum sequebantur erexit. vnde sequitur: {Et dixit eis Iesus. In iudiciū ego in hunc

Tract.44. mundum veni. AVGVST. Dies enim erat inter lucem & tenebras discurrens: recte autē subditur: {Vt qui non vident, videāt D quia de tenebris liberat. Sed quid est quod sequitur. {Et qui vident, cæci fiant?} audi quod sequitur. {Commoti sunt enim pharisæi quidam ex verbis istis. vnde sequitur. {Et audierunt quidam ex pharisęis qui cum ipso erant, & dixerunt ei. Numquid & nos cæci sumus?} hoc enim eos mouebat. Et qui vident, cæci fiant. Sequitur. {Dixit ergo eis Iesus. Si cæci essetis, nō haberetis peccatū, idest si uos cæcos diceretis, & ad medicū recurreretis. {Nunc vero quia dicitis. Videmus, peccatum vestrum manet.} quia enim dicēdo. Videmus, mediū nō quæritis, in cæcitate vestra mænebitis, hoc est ergo qđ pauloante dixit. {Ego veni, vt qui nō vident videāt.} idest qui se non videre confitentur, & medicum quærunt vt videant. {Et qui vident cæci fiant.} idest qui se putant videre, & me dicum non quærunt, in sua cæcitate permaneant. ergo istam discretionem vocauit iudicium cum ait. {In iudicium veni in hūc mundum.} Non illud iudicium iam intulit mundo, quod de uiuis E & mortuis in fine sæculi iudicabit. CHRYSO. Vel aliter. In iudicium dixit, idest in maius supplicium, ostendens quoniam qui condemnauerunt eum ipsi sunt qui condemnati sunt. Quod autem dicit. {Vt qui non vident videant, & qui vidēt cęci fiant.}

Rom.9. Idem est quod Paulus dicit, qp gentes quæ non quærebant iustitiam, inuenerunt iustitiam, quæ est ex fide Christi. Israel autem persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ, nō peruenit. THE.

Hom. 58. q.d. Ecce qui a natiuitate non viderat, iam videt anima in corpore, qui vero videre videntur, excæcati sunt intellectu. CHRY. Sunt enim duæ visiones & duæ cæcitates, scilicet sensibilis & intellectualis, ille autem ad sensibilia inhiant solum & de sensibili solū verecundabantur cæcitate. vnde ostēdit eis qp melius esset eos esse cęcos, q̄ sic videntes, propter quod dicit. {Si cæci essetis, non haberetis peccatum, quia tolerabilius fieret vobis supplicium.} Sed nunc dicitis, quia videtis. THEO. Non considerantes factum in cæco miraculum, non estis digni venia, quasi ex visis miraculis ad fidē non attracti. CHRYSOSTOMVS. Hoc igitur quòd Hom.58. æstimabant esse magnam laudem, ostendit quòd eis fert supplicium, & simul consolatus est eum qui a natiuitate fuerat cæcus de corporali cæcitate. Non autem sine causa euangelista dicit quòd audierunt hoc quidam ex pharisęis, qui cum ipso erant, sed vt rememoretur quoniam isti illi erāt, qui prius restiterant Christo, deinde eum lapidare voluerunt. Erat enim quidam superficietenus sequentes, & facile in contrarium transmutabantur. THEO. Vel aliter: Si cęci essetis, idest insciī scripturarū, nequaquām tām grande vobis peccatum incūberet tanquām ignorantia peccantibus, nunc vero quia prudentes vos, atque legisperitos asseritis, per vosipsos condemnabiles estis.

CAPVT X.

Men amen dico uobis, qui nō intrat per ostiū in ouile ouiū, sed ascēdit aliunde, ille fur est & latro. Qui autē intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cū proprias oues emiserit, ante eas

CAPVT X.

CHRYSOST. Quia dominus de cæcitate Iudæorum disputauerat, ne dicant: Non est ex nostra cæcitate qp ad te non accedimus, sed a te auertimur, ut erroneum fugientes, vult ostendere qp non est erroneus, sed pastor, ponens signa latronis & pastoris. Et primo ostēdit quis est erroneus & fur, dicens. {Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.} Hic autem & eos qui ante eum fuerunt occulte insinuat, Quæst. 61. & eos qui post eum futuri sunt Antichristum & pseudochristos, ostium autem scripturas vocauit: hæ enim Dei cognitionem aperiunt, hæ oues custodiunt, & lupos superuenire non permittunt, hæreticis introitum præcludētes. Qui ergo nō scripturis vtitur, sed aliunde ascendit, hoc est, aliam sibi & non legitimam viam facit, hic fur est. dicit autem. Ascendit & non intrat ad similitudiné furis maceriam transcendere volentis, & periculose omnia agentis. dicens autem. {Aliunde,} etiam scribas occulte insinuauit qui docebant mandata & doctrinas hominum, & leges præuaricabantur. Si autem infra seipsum ostium dicit, non oportet turbari. etenim pastorem seipsum & ouem differenter prædicat, quia enim adducit nos patri, ostium se dicit, quia vero procurat, pastorem.

Tracta. 45 AVGV. Vel aliter. multi sunt, qui secundum quandam vitæ huius consuetudinē dicuntur boni homines, qui ea quæ in lege mandata sunt quasi obseruant, & christiani non sunt, & plerumq; se iactant sicut pharisæi, numquid & nos cæci sumus? quia vero omnia ista quæ faciunt, & nesciunt ad quem finem referant, inanitер faciunt, dominus de grege suo & ostio quo intratur ad ouile, similitudinem posuit dicens. {Amen amen.} Dicant ergo Pagani vel Iudęi, vel hæretici, bene uiuimus, si per ostium non intrant, quid eis prodest? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse bene viuere, vt detur illi semper viuere, quia, nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi, vel cæcitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiq̄ spes vera semper viuendi, nisi cognoscat vitam quod est Christus, & per hanc ianuā intret in ouile. Quicumq; ergo vult intrare ad ouile, per ostium intret, non solum Christum prędicet, sed Christi gloriam quærat, non suam. Humilis aūt ianua est Christus, qui intrat per hanc ianuam oportet humilem esse, vt sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat, sed extollit, per maceriam vult ascendere, ideo exaltatur vt cadat. Quærunt ergo plerumque tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuant, & christiani non sint, per aliam partem volunt ascendere, rapere, & occidere. Tales ergo fures sunt, quia quod alienum est suum dicunt: Latrones, quia non furantur occidunt. CHRY. Vidistis qualiter idescripsit latronem, intuere & pastores diffinitionem. Sequitur enim. {Qui autē intrat per ostium, pastor est ouium. AVGV. de Ver. domini. Ser. 49. Intrat per ostium, qui intrat per Christum, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Christi, vt cum Deus factus sit homo pro nobis cognoscat se homo non esse Deum, sed hominem. Qui enim vult Deus videri, cum sit homo, non imitatur illum qui cum Deus esset, homo factus est. Tibi autem non dicitur: Esto aliquid minus quām es, sed agnosce quid es. Sequitur. {Huic ostiarius aperit. CHRYSO. Nihil prohibet ostiarium Hom. 58.

vocare

Universidad de Deusto Biblioteca

vocare Moysen,ille enim est cui eloquia Dei credita sunt. THE. Vel spiritussanctus est ostiarius, per quem scripturæ reseratę nobis indicant Christum. Trac.46. AVGV. Vel aliter. Ostiarium ipsum dominum debemus accipere, multo sunt enim magis inter se diuersa in rebus humanis pastor & ostium, q̃ ostiarius et ostium: & tamen dominus & pastorem se dixit, & ostium. Cur ergo non ĩtelligamus ipsum & ostiarium? ipse enim se aperit,qui seipsum exponit. Infra. Si aliã personam quæris ostiarii, vide ostiariũ forte spiritumsanctum, de quo dominus dicit. Ipse vos docebit oẽm veritatem, ostium est Christus qui est veritas, quis aperit ostiũ, nisi qui docet veritatem? Cauendum tamen est ne maior æstimetur ostiarius esse q̃ ostium,quia in domibus hominum ostiarius ostio, non ostium præponitur ostiario.

vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt vocẽ alienorum. Hoc prouerbiorum dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

b Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amẽ dico vobis, quia ego sum ostium ouiũ. Omnes autem quotquot venerunt, fures sunt

Homil. 58. CHRYSO. Quia vero dicebant eum esse deceptorem,& hoc ex infidelitate sui ipsorum certificabant dicentes, quis principũ credit in eum,ostendit nunc ꝙ ex hoc ꝙ non attendunt ei,ex ordine ouium excluduntur, vnde sequitur. {Oues vocem eius audiunt.} Si enim pastoris est per legitimum intrare ostium,per qđ ipse intrauit, ab ouium congregatione se abstrahunt, qui ipsum non audiunt. Sequitur. {Et proprias oues vocat nominatim.} Tract. 45. AVGV. Nouit enim nomina prædestinatorum, vnde discipulis ait. Gaudete quoniã nomina uestra scripta sunt ĩ cælo. Sequitur. {Et educit eas. Hom. 58. CHRYSOST. Oues educebant quando eas mittebat,non extra lupos,sed in medio luporum. H Videtur autem & de cæco occulte insinuare,etenim illum eduxit vocans ex medio Iudæorum,& vocem eius audiuit. Tract.45 AVGVST. Sed & quis alius oues emittit, nisi qui earum peccata dimittit? vt eum sequi duris liberatæ vinculis possint. Sequitur enim. {Et cum proprias oues emiserit,ante eas vadit.} GLO. Emittit siquidem eas de tenebris ignorantiæ ad lucem, dum ante eas vadit, quasi in columna nubis & ignis. Hom. 58. CHRYSOST. Nimirum pastores contrarium faciunt oues sequentes, sed ipse ostendit se contrarium facere, quoniam oues deducit ad veritatem. Tra. 45. AVGVST. Et quis est qui oues præcessit, nisi qui surgens a mortuis iam nõ moritur,& patri dixit: Quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum?Sequitur. {Et oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius,alienum autem non sequũtur,sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.} Hom. 58. CHRISOST. Alienos dicit eos qui circa theodam,& Iudam,aut eos q post hoc alios debent decipere pseudoapostolos. I vt enim nõ dicatur vnus illorum esse,per multa se ab eis separat, primo quidem per doctrinam scripturarum,per quas Christus ad se homines adducebat. Illi vero ab eis homines abstrahebant. Secundo per ouium obedientiam. nam in eum quidem non solum viuentem, sed etiam mortuum homines crediderunt, illos autem confestim reliquerunt. THE. Significat etiam Antichristum, qui paululum decipiens,non obtinebit sequaces post eius mortem. Trac.45. AVGVST. Sed quomodo soluetur ista quæstio? Audiunt vocem Christi quandoq; non oues,audiuit enim Iudas,sed lupus erat & non audiunt oues,aliqui enim eorum qui Christum crucifixerunt non audierunt, sed oues erant.Sed dicet aliquis,quando non audiębant,oues nõ erãt, vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit. Me autem adhuc mouet ꝙ per Ezechielem obiurgat dominus pastores, & dicit inter cetera de ouibus. Errantem non reuocastis, & errantem dicit, & ouem appellat.Non erraret si vocem pastoris audiret, sed ideo K errauit,quia vocẽ alieni audiuit.Dico ergo. Nouit dominus qui sunt eius,nouit pręscitos,nouit prædestinatos. Ipsi sunt oues, aliquando seipsi nesciunt,sed pastor nouit eas: multæ enim oues foris sunt,& multi lupi intus.De prædestinatis ergo loquitur.Est autem aliqua vox pastoris in qua oues non audiunt alienos, in quã non oues non audiunt Christum. Quæ est ista vox? Qui perseuerauerit vsque in finem,hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius,non audit alienus.Sequitur. {Hoc prouer.dixit eis Iesus: Illi autem non cognoue.quid loqueretur eis.} Pascit enim dominus manifestis, exercet obscuris. Cum autem duo audiunt verba euangelii, vnus impius,alter pius,& talia forte sunt, vt ambo non intelligant.Vnus dicit,verum est quod dixit,& bonum est quod dixit,sed nos non intelligimus.Iste quia credit, iam pulsat, dign' est cui aperiatur,si pulsare persistat. Alius dicit:Nihil dixit, qui adhuc audiat: Nisi credideritis non intelligetis.

Hom. 58 b ¶ CHRY. Dominus attentiores volẽs Iudæos facere,mani F festat quod supra dixerat.vnde dicitur.{Dixit ergo iterum eis Iesus: Amen amen dico vobis: ego sum ostium ouium. Tra.45. AVGV. Ecce ostium quod clausum posuerat, aperuit, ipse est ostiũ,intremus,& nos intrasse gaudeamus.Sequitur.{ Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones. Hom. 58. CHRY. Non de prophetis hoc dicit,sicut hæretici dicunt,sed de seditiosis, vnde & laudans oues subiungit. {Sed non audierunt eos oues. Nusquam autem videtur laudare eos qui non obedierunt prophetis, sed eis detrahit vehementer. Tract.45. AVGVST. Intellige ergo· Quotquot venerunt pręter me, non autem præter illum prophetæ venerunt, quia cũ illo venerũt, qui cum verbo Dei

&latrones,sed nõ audierũt eos oues.Ego sum ostium.Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.Fur non venit, nisi vt furet̃, & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

G c Ego sum pastor bonus,bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor cuius nõ sunt

venerunt, qui veraces fuerunt, quia ipse verbum & veritas venturus præcones mitebat, sed eorum corda quos miserat possidebat, carnem quippe ipse accepit ex tẽpore,qui est semper. In principio enim erat verbum,ante aduentum autem eius quo humilis venit in carne,præcesserunt iusti,sic eum credentes venturũ,quomodo nos credimus in eum qui uenit,tempora variata sunt, non fides.Eadem enim fides vtrosque coniungit, & eos qui uenturum esse,& eos qui venisse crediderunt. Quotquot ergo præter illum venerunt,fures fuerunt & latrones,idest, ad furandum & occidendum venerunt.Sed non audierunt eos oues,illi scilicet de quibus Infra. dictum est: Nouit dominus qui sunt eius. Eos ergo non audierũt oues,in quibus non erat vox Christi,errantes,vana fingentes, miseros seducentes, quare autem se ostium dixerit, aperit subdens. {Ego sum ostium,per me si quis intro:saluabitur. ALCVIN. q.d. Illos non audiunt oues, sed me audiunt, quia ego sum ostiũ, & qui per me non fictus,sed verus introierit, perseuerando saluabitur. THEO. Educit autẽ ad pascua dominus oues per ostiũ. vnde sequitur.{Et ingredietur & egredietur,& pascua inueniet.} Quæ sunt autẽ hæc pascua? nisi delectatio futura & reqes in quã nos dominus introducit. Tract.45. AVG. Sed quid est quod dicit.{Ingredietur & egredietur?} Ingredi quippe in ecclesiam per ostium Christum,valde bonum est,exire autem de ecclesia non est bonũ. Potest ergo dici ingredi nos,quando interius aliquid cogitamus, egredi autem, quado exterius aliquid operamus,secundum illud. Exiuit homo ad opus suum. Ibidem. THEO. Vel ingredi dicitur, cui est curæ homo interior, egredi vero,qui hominem exteriorem, idest membra quæ sunt supra terram in Christo mortificat, hic enim pascua in futuro reperiet sæculo. Hom.58. CHRY. Vel hoc dicit propter Apostolos, qui cum audacia introierunt & exierunt, ut totius orbis terrarum facti domini,& nullus eos eiicere valuit,& nutrimentum habuerit. AVGV. Sed plus me delectat ꝙ ipse quodammodo nos admonuit,cum secutus adiungit. Fur nõ venit nisi ut furetur. Tract.45. ALCVI. q.d. Merito oues non audiunt vocẽ furis,quia non venit fur nisi vt furetur,alienam rem sibi vsurpando,non de præceptis Christi suos sectatores instruẽs, sed suis exẽplis,eos viuere suadens.vnde subditur.{Et mactet} mala doctrina retrahendo a fide, Et perdat} in eterna damnatione,illic ergo furantur & occidunt.{Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Tract.45. AVG. Videtur mihi dixisse vt vitam habeant ingredientes,hoc est per fidem,quæ per dilectionem operatur, per quã fidem,in ouile ingrediuntur vt viuant, quia iustus ex fide viuit: Et abundantius habeant .s. egredientes.s.quando veri fideles moriuntur,& abundantius habeant vitam, vbi numq̃ deinde moriantur. Quàmuis ergo & hic in ipso ouili non desinit pascua,inueniant tamen pascua vbi saturent, qualia inuenit cui dictum est. Hodie mecũ eris in paradiso. GREG. sup Ezech.in Hom. 13. Ingredietur ergo ad fidem,egredietur ad spem, pascua vero inueniet in æterna satietate. Hom.58. CHRY. Quod aũt dicit:Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat, de seditiosis dicit, quod ad literam est factum,omnibus occisis & perditis, qui eos sequebant̃, & sic etiam præsenti vita eos priuauerunt. Ego autem veni pro salute ouium & uitam habeant, & abundantius habeant in regno cælorum,& hæc est tertia differentia,qua se discernit a pseudoprophetis. THEO. Mystice autem, fur diabolus est,qui venit tentando vt furetur per cogitationes illicitas, & mactet per consensum,& deinde per opera destruat.

Tract.47. c ¶ AVG. Aperuit dominus duas res quas quodãmodo clausas proposuerat,primo quidem scimus,quia ostium ipse est, nunc autem ostendit quia pastor est,dicens. {Ego sum pastor bonus.} Supra autem dixerat pastorem intrare per ostium. si ergo ipse est ostium

ostium,quomodo per seipsum intrat. Sicut ergo ipse per seipsum nouit patrem,nos autẽ per illum, sic intrat in ouile per seipsum, nos autem per ipsum.nos quia Christum prædicamus, per ostiũ intramus,Christus autem seipsum prædicat. lumen enim & alia demonstrat,& seipsum.Si autem Præpositi ecclesiæ, qui filij sunt, pastores sunt,quomodo vn' pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris? & quidem qui pastor est, dedit mẽbris suis. nã & Petrus pastor,& cæteri Apostoli pastores, & omnes boni episcopi. Ostiũ vero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprie tenuit. nõ autem adderet, Bonus,nisi essent & pastores mali. Hom. 14. ipsi sunt fures & latrones,aut certe vt multum mercenarij. GREG. in Homil. Atque eius bonitatis formam quam nos imitemur adiũgit dicẽs: {Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.} fecit quod monuit,ostendit quod iussit, pro ouibus suis animã suam posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat carnis suæ alimento satiaret. ostensa est nobis de contemptu mortis via quam sequamur, apposita forma cui imprimamur:primum nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere postremum vero si necesse sit,etiã in mortem animam nostram pro eisdem ouibus ministrare. Qui autem non dat pro ouibus substantiam suam,quando pro his daturus est animam suam? Tract.47. AVG.Non autem solus Christus hoc fecit,& tamen si illi qui fecerunt,membra eius sunt, idem ipse vnus hoc fecit.ipse enim potuit facere sine illis, illi sine illo non poterant. De ver. do. Ser. 50. AVG. Omnes tamen pastores boni fuerunt, non solum quia sanguinem fuderunt:sed quia pro ouibus fuderunt. non enim fuderunt elatione sed charitate.nã & apud hęreticos, qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpesi fuerunt nomine martyrij se iactant,vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt.Non autem omnes qui corpora sua in passione etiã ignibus tradunt,estimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus:sed potius cõtra oues.dicit enim Apostolus. Si tradidero corpus meũ vt ardeam,charitatem autem non habeã,nihil mihi prodest. Quo modo autem habet vel exiguam charitatem, qui etiam cõiunctus non amat vnitatem quam dominus commendans noluit multos appellare pastores,sed pastorem vnum dicẽs: {Ego sum pastor bonus? Homi.59. CHRY. Sic igitur de cætero dominus de passione sua disputabat,ostendens quoniam pro salute fieret mundi, & non inuitus in hanc venit.Deinde rursus ostendit signa pastoris & mercenarij cum dicit. {Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem & dimittit oues Homil. 14. & fugit. GRE Sunt enim nonnulli qui dum plus terrenam substantiam quam oues diligunt,merito nomen pastoris perdunt. nõ enim pastor sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas,sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est qui pastoris locum tenet: sed lucrum animarum non quærit,terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet. Ser. 49. AVG.de Ver.Do. Aliud ergo quærit in ecclesia,non Deum quærit.si Deum quæreret,castus esset,quia legitimum maritum anima Deum habet.quisquis a Deo quærit præter Deum aliquid,non caste Deum quærit. Homi.14. GRE. in Hom. Vtrum vero pastor sit vel mercenarius,cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis desit, trãquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam, sicut verus pastor,sic etiam mercenarius stat:sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Ser. 49. AVG. de Ver.Do Lupus autem diabolus est,& qui illum sequuntur. nã dictum est ꝙ induti quidam pellibus ouium, intus sunt lupi rapaces· Tract.46. AVG. super Ioan.Ecce lupus ouis guttur apprehendit, diabolus fideli adulterium persuasit,excommunicandus est: Sed excommunicatus inimicus erit,insidiabitur, nocebit cum potuerit. vnde taces,non increpas,lupum venientem vidisti & fugisti,corpore stetisti,animo fugisti, affectiones enim nostræ motus animorũ sunt lętitia animi diffusio est,tristitia autem contractio, cupiditas animi progressio,timor animi fuga est. Hom. 14. GRE. in Homil. Lupus etiam super oues venit cum quilibet iniustus & raptor, fideles quosque atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur & non erat,reliquit oues & fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit,resistere eius iniustitiæ nõ præsumit. fugit autem non mutando locum,sed subtrahendo solacium.Sed contra hæc, mercenarius nullo zelo accenditur,quia dum solum exteriora commoda requirit,interiora gregis damna negligenter patitur.vnde subdit: {Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.Sola ergo causa est, vt mercenarius fugiat,quia A mercenarius est. Ac si dicat. Stare in periculo ouium non potest, qui in eo ꝙ ouibus præest,non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit,& ideo opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Tract.46. AVGV. Si autem Apostoli pastores fuerunt,non mercenarij,quare fugiebant quando persecutionem patiebantur? & hoc domino dicente: Si uos persecuti fuerint,fugite,pulsemus, aderit qui aperiet. Epist.180. AVG. Ad Honoratum. Fugiãt ergo omnino de ciuitate in ciuitatem serui Christi,ministri verbi & sacramenti eius, quando eorum quisquam spiritualiter a persecutoribus

oues propriæ videt lupũ venientem, & dimittit oues & fugit, & lup' rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit,quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

d Ego sum pastor bonus & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem:& animã meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient:& fiet vnum ouile & vnus pastor.Propterea me pater diligit, quia ego pono animã meã, B vt iterum sumam eam. Nemo

quæritur,vt ab aliis quæ non ita requiruntur,non deseratur ecclesia. Cum autem omnium,idest Episcoporum, & Clericorum, & laycorum est commune periculum hi qui aliis indigent, non desiderantur ab his quibus indigent,aut igitur ad loca munita omnes transeant,aut qui habent remanendi necessitatem,non relinquantur ab eis per quos eorum ecclesiastica est implenda necessitas. Tunc ergo de locis in quibus sumus,præmente persecutione, fugiendum est Christi ministris, quãdo ibi aut plebs Christi non fuerit cum ministretur, aut potest impleri per alios necessarium ministerium,quibus eadem non est causa fugiendi. Cum autem plebs manet & ministri fugiunt,ministeriumq; subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus? AVG. super Ioan.in bonis ergo nominantur ostiũ, Tract. 46. C ostiarius,pastor,& oues,in malis fures,& latrones, mercenarii, lupus. AVG. de Ver.do. Diligendus est pastor,cauendus latro,tolerandus mercenarius. Ser.49. Tamdiu enim est vtilis mercenarius: q̃diu non videt lupum furem,vel latronem, cum autem viderit, fugit. AVG. super Ioan.Nec enim mercenarius diceretur,nisi acciperet a conducente mercedem, Tract. 46. filii æternam hæreditatem patris patienter expectant,mercenarius temporalem mercedem comducti festinanter exoptat,& tamen per linguas vtrorumq; diuina Christi gloria diffamatur.Inde ergo lædit, vnde mala facit, non vnde bona dicit,botrum carpe,spinam carpe,spinam caue, quia botrus aliquando de radice vitis exortus,pendet in spinis, multi quippe in ecclesia commoda terrena sectantes Christum prædicãt, & per eos vox Christi auditur & sequuntur oues,non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium.

d ¶ CHRY. Duos superius malos præmisit dominus, unum qui furatur & mactat & rapit, alterum qui non prohibet, per illum sediciosos insinuans, per hunc Iudæorum magistros confun D dens, & non procurantes creditas oues. Hom.59. Sed ab vtrisque seipsum Christus distinxit,ab illis quidem qui ad lædendum venerunt,in hoc ꝙ dixit: Veni vt vitam habeant,ab his qui contemnunt luporum rapinas,ex eo ꝙ pro ouibus animam ponit,& ideo quasi concludens subdit.{Ego sum pastor bonus,} Sed quia superius dixerat,ꝙ oues pastoris vocem audiunt,& sequuntur eum,ne quis dicat: Quid ergo dicis de his qui tibi non credunt? consequenter subdit.{Et cognosco oues meas,& cognoscunt me meę. Quod & Paulus ostendit dicens: Non repellit dominus plebem suã,quam præsciuit. Hom.14. GREGO. in Hom. Ac si aperte dicat, diligo oues meas,& ipse me diligentes obsequuntur,qui enim veritatẽ nõ diligit,adhuc minime cognouit. THEO.Hinc autem differentiã mercenarii & pastoris eliciens. nam mercenarius ignorat oues, quia raro visitat eas,pastor vero cognoscit oues proprias, tamq̃ erga eas sollicitus. E Homi.59. CHRY. Deinde vt non æstimes parẽ mensuram cognitionis Christi & ouium,consequenter subdit.{Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrem.} quasi dicat.Ita certissime ipsum scio,sicut ipse me,hic ergo est par cognitio,ibi nõ, nam sequitur. {Et animam meam pono pro ouibus meis. Hom.14. GREG. in Hom. Ac si aperte dicat:In hoc constat,quia cognosco patrem, & cognoscor a patre,quia animam meam pono pro ouibus meis, idest,ea charitate qua pro ouibus meis morior,quantum patrem diligam,ostendo. Hom. 59. CHRY. Hoc etiam dicit,ostendens ꝙ non est erroneus,quia & Apostolus quãdo seipsum voluit ostendere verum esse magistrum. contra Pseudo apostolos induxit rationẽ a periculis & mortibus. THEO. Seductores enim non exposuerunt animam suam pro ouibus,sed sicut mercenarii deserunt illos qui eos sequebãtur,dominus autem vt nõ caperentur,dixit: Sinite hos abire. Homi.14. GREG. Quia vero non solum Iudæam, sed etiam gentilitatem redimere venerat,adiungit.{Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. Ser.57. A;VG. de Ver. do. Loquebatur enim primo de ouili de genere carnis Israel,erant autem alii de genere fidei ipsius Israel,extra erant adhuc in gentibus, erant prædestinati, nondum congregati. Non ergo sunt de hoc ouili,

quia

quia non sunt de genere carnis Israel,sed erunt de hoc ouili:nam F
Hom.59. sequitur.{Et illas oportet me adducere.} CHRYS. Ostendit vtrosque dispersos,& pastores non habentes. Sequitur. { Et nouę meam audient.} Ac si dicat: Quid miramini si hi me sunt secuturi & vocem meam audituri,quando alios videbitis me sequentes, & vocem meam audientes? deinde & futuram eorum prænunciat vnionem. vnde subdit: { Et fiet vnum ouile & vnus
Hom.14. pastor.} GREG. in Home. Quasi ex duobus gregibus vnū ouile effecit,quia Iudaicum & gentile populum in sua fide coniungit. THE. Idem namque omnibus est baptismi signaculum, vnus pastor verbum Dei. Attendant ergo Manichęi, quoniam
Tract.47. vnum ouile & vnus pastor est noui & veteris testamenti. AVG. Quid ergo est,Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel, nisi quia præsentiam suam corporalem non exhibuit nisi
Hom.59. populo Israel,ad gentes aūt non perrexit ipse,sed misit? CHRY. Hoc autem verbum oportet, quod hic positum est, non necessitatis est demonstratiuum, sed eius quod omnino fiet, quia autem alienum dicebant eum a patre, subiungit. {Propterea me pater diligit,quia ego pono animam meam, vt iterum sumā eam.}
Tract.47. AVGVST. idest,quia morior vt resurgam, cum magno enim pondere dictum est. {Ego pono.} Non glorientur Iudæi,seuire H potuerunt:si ego voluero ponere animam meam,quid sæuiendo facturi sunt? THEO. Dilexit autem pater filium, non tamē stipendia mortis pro nobis sustinendæ, dilectionem suam ei tribuens, sed quasi suæ quidditatis proprietatem in genito intuens,
Hom.59. dum ex eadē charitate pro nobis voluit mortē subire. CHRY. Vel vtitur hic condescensione.q.d. Etsi nihil aliud esset,hoc suasit mihi amare vos,q vos ita amamini a patre,vt ego etiam propter hoc diligar ab eo,quia pro vobis morior, nō autem a patre antea non amabatur,& nos sumus facti amoris eius causa. Similiter autem & hoc ostendere vult,quoniam non inuitus ad passionem venit.vnde sequitur. { Nemo tollit eam a me,sed ego pono eam a
Cap.13. meipso. AVGV. 3.de Trini.In quo demonstrauit quòd nulla causa peccati vsque ad mortem carnis accesserit, sed quia voluit quando voluit,& quomodo voluit,unde sequitur. { Potestatem
Hom.59. habeo ponendi animam meam.} CHRYSOT. Quia enim I multoties consiliabantur eum interficere dicit, quoniam nolente eo inutilis erat hic labor. Ita enim habeo potestatem animam meam ponere,vt nullus possit me inuito facere, quod in hominibus non est,nos enim non habemus potestatem aliter ponere,nisi interficiendo nosmetipsos,ipse autem solus dominus est ponendi eam.Hoc autem existente vero,& illud constat, q quandocumq; voluerit eam suscipere possit.vnde sequitur. { Et potestatem habeo iterum sumen. eam.} In quo & resurrectionem demonstrauit indubitabilem.Vt autem nō æstiment cum eum interfecerint derelictum a patre,subiungit. Hoc mandatū accepi a patre meo, scilicet ponendi animam & sumendi.}Ex quo non est intelligendum,q prius expectauerit audire,& opus ei fuerit discere, sed voluntarium monstrauit processum, & contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit. THEO. Nihil enim aliud mandatum hic dicitur q̄ ea quæ ad patrem concordia. ALCVINVS. Verbum enim non verbo accepit mandatum,sed in verbo vnigenito patris est omne mandatum. Cum autem dicitur filius accipere quod substantialiter habet,non potestas minuitur,sed generatio eius ostenditur,pater enim filio quem perfectū genuit, omnia gignendo dedit. THEO. Postq̄ autem de se sublimia ostenderat,mortis & vitæ se principem exprimens,rursum inducit humilia,sic mira dispositione vtraque connectens,vt nec minor,aut subditus patri reputetur,nec Dei aduersarius, sed eius potestatis
Tract.a. 47 & consilii. AVGV. Per hoc autem quod dixit de anima sua, instruimur contra Apolinaristas, qui dicunt Christum non habuisse animam humanam,idest rationalem. Quæramus aūt quo-
Ibidem. modo dominus animam suam ponit. Christus enim est verbum & homo,idest,verbū & anima & caro: Christus ergo ex eo q verbum est ponit animam & iterum sumit eam, an ex eo q anima humana est,ipsa se ponit,& iterum ipsa se sumit, an iterum ex eo q caro est,caro animam ponit & iterum sumit? Si autem dixerimus quia verbum Dei posuit animam suam, & iterum sumpsit eam: ergo aliquando anima illa separata est a Dei verbo. Mors enim,corpus ab anima separauit, a verbo autem animam separatā non dico. Si autem dixerimus,quia ipsa se anima posuit,absurdissimus sensus est.si enim a verbo separata non erat,a seipsa poterat separari.Caro ergo ponit animam suam,& iterum sumit eam, nō Ibidem tamen potestate sua,sed potestate inhabitantis carnem, s. verbi.
ALCVI. Et quia lux in tenebris lucebat, & tenebrę eam non comprehēderunt,subiungitur. {Dissensio itaque facta est inter Iudæos propter sermones hos. dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet & insanit.} CHRY. Hom.58. Quia enim maiora erant q̄ secundum hominem ea quæ dicebantur, dæmonium eum habere dicebāt, sed q̄ dæmonium nō habebat ostēdunt alii ab his quæ fecit. vnde sequitur. Alii autem dicebant.}Hæc verba
e ¶ ALCVI. Audiuimus patientiam Dei & inter opprobria prædicationem salutis, sed ipsi obdurati magis eum tentare q̄ ipsi obedire volebant.vnde dicitur.{Facta sunt autem encenia in Hie- τὰ ἐγκαίνια
rosolymis. AVGV. Encenia festiuitas erat dedicationis templi.Græce enim Kienon dicitur nouum, quandocumque nouum Καινόν
Hom.60. quid fuerit dedicatum,encenia vocatur. CHRY. Dicit enim diem secundum quam templum dedicatum est, redeuntibus eis a captiuitate Babylonis. THEO. Splendide ergo prosequebant solemnitatem veluti proprium decorem recuperante ciuitate, post tam longam captiuitatem. ALCVI. Vel hæc dedicatio in memoriam illius erat dedicationis,quam Iudas Machabæus fecit. Prima enim dedicatio a Salomone facta est tempore Autūni: Secūda a Zorobabel & Iesu sacerdote tempore ueris, hæc autem tempore Hyemali. vnde sequitur. { Et hyems erat.} BEDA. Sub Iuda enim Machabæo statutum legitur vt eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solemnibus renouaretur officiis. THEO. Tempus autem hyemis euangelista exprimit,ad ostendendum q proximum esset tempus passionis. nā in uere sequēti
Cap.2. passus est dominus,& ideo Hierosolymis conuersabatur. GREG. 2.Mor.Vel iccirco hyemis curauit tempus exprimere,vt inesse Iu-
Hom.60. dęorum cordibus malitiæ frigus indicaret. CHRY. In hac autem sollemnitate Christus cum multo studio aderat, de reliquo enim Iudæam frequērabat,quia passio erat in ianuis, vnde sequit. {Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. ALCVI. Porticus Salomonis dicitur,vbi rex ille ad orandum stare consueuerat,& ideo ex eius nomine cognominabatur. Solent autem porticus quibus templum cingebatur ex nomine templi vocari.Si autem filius Dei in templo in quo caro brutorum animalium offerebatur ambulare voluit, quantomagis nostram orationis domū in qua caro & sanguis eius consecratur visitare gaudebit? THEO Satagas tu quoque,dum hyems imminet, idest vita præsens turbinibus iniquitatis cōcussa spirituales encenias tui templi celebrare,semper renouando teipsum,& ascensiones in corde tuo disponens,tunc Iesus erit præsto tibi in porticu Salomonis, pacificum statum tibi tribuens sub tegmine proprio, in sæculo autē futuro
Tract.48. nemo renouationis sollemnia perficere poterit. AVG. Quia K ergo Iudæi friguerant a diligendi charitate, & ardebāt nocēdi cupiditate,nō accedebant prosequendo,sed p̄mebant p̄sequēdo.vñ sequit.{Circundederunt ergo eū Iudæi,& dixerunt ei. Quousq; animā nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam.}Non veHom.60. ritatē desiderabant,sed calumniā præparabant. CHRY. Opera enim eius in nullo incusare valentes, captionem quandam ex verbis cupiebant inuenire,& intuere peruersitatem illorum,nam cum per sermonem erudit,dicunt ei.{Quod signū ostēdis.} Cum autem per opera demonstrat,dicunt ei.{Si tu es Christus dic nobis palam.}quasi semper ad contrarium stantes,sed & plenū odio erat quod dicunt.{Dic nobis palam.} Et nimirum ipse palam omnia dicebat in festiuitatibus semper assistens,& nihil occulte loquebatur:sed & adulationis verba præmittunt dicentes. { Quousque animam nostram tollis?} Vt.s.eum prouocantes,aliquam captionem inueniant. ALCVI. Causantur enim,q animos eorum incertos & suspensos dimittendo,tolleret qui veneratur vt animas

Trac.48. animas saluaret. AVGV. Quærebant autem audire a domino A Ego sum Christus,& fortasse de Christo secundum hominem sapiebant, sed diuinitatem Christi in prophetis non intelligebant, & sic si diceret: Ego sum Christus, secundum q̄ illi sapiebant de semine Dauid,calumniarentur q̄ sibi arrogaret regiam potestatē. ALCVI. Et sic cogitabant eum tradere potestati præsidis ad puniendum,quasi cōtra Augustum imperium usurparet,quare dominus ita temperauit responsione vt etiam calumniatorū ora cōcluderet,& q̄ Christus est,fidelibus panderet & de homine quærentibus diuinitatis mysteria natrat. vnde sequitur. Respondit eis Iesus. Loquor vobis,& non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de
Homil. 60. me.} CHRYSOST. Quia enim simulabant a solo verbo se suaderi,qui a tot operibus non sunt suasi, arguit malitiam eorū, q.d. Si operibus nō creditis,qualiter verbis credetis? & quare non
Tract. 48. credant,ostendit subdens. {Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.} AVGVST. Hoc autem dixit,quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos,non ad vitam æternam sui sanguinis precio comparatos,oues enim sunt credendo, pastorem sequendo. THEO. Postq̄ vero dixerat: Non estis ex ouibus meis. Consequenter induxit eos vt oues eius efficiantur dicens. {Oues meæ vocem meam audiunt.} ALCVIN. idest, C præceptis meis ex animo obediunt. {Et ego cognosco eas,idest eligo.{Et sequuntur me.} hic mansuetudinis & innocentiæ viam incedendo, & post ad gaudia æternæ vitæ intrando. vnde sequit.
Tra.48. {Ego vitam æternam do eis.} AVGVST. Ista sunt pascua de quibus supra dixerat: Et pascua inueniet, bona pascua vita æterna dicitur,vbi nulla herba aresc it,totum viret. Vos autem calūniam propterea quæritis, quia de vita præsenti cogitatis. Sequit. {Et non peribunt in æternum.}Subaudi tamq̄ eis dixerit.Vos peribitis in æternum,quia non estis ex ouibus meis. THEO. Sed quomodo videmus Iudam periisse? quia non permansit vsque ad finem.Christus autem de perseuerantibus hoc dixit, Nam liquis
Tract.48 separatur ab ouium grege,desinens sequi pastorem, confestim incurrit periculum. AVGVST. Quare autē non pereant subdit. {Et non rapiet eas quisq̄ de manu mea.} De illis enim ouibus de quibus dicitur: Nouit dominus qui sunt eius, nec lupus
Circa med. rapit,nec fur tollit,nec latro interficit. Securus é de numero illorum qui pro eis nouit quid dedit. HILA. 7.de Trini. Conscię D potestatis hæc vox est,ar vero vt in natura,licet Dei, tamē ex deo intelligenda est eius natiuitas,subiecit: { Pater meus quod dedit mihi,maius omnibus est.} Non occultat ex patre esse se natum, quod enim a patre accepit,accepit nascendo,non postea tamen ex
Trac.48. alio est dum accepit. AVGV. Non enim crescendo, sed nascendo æqualis est,qui semper natus est de patre filius, de Deo Deus. Hoc est ergo quod dedit mihi pater, quod maius omnibus est, vt scilicet sim verbum eius,vt sim vnigenitus filius eius,vt sim splendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea,q̄a nec de manu patris mei.vnde sequitur.{Et nemo potest rapere de manu patris mei.} Si manum intelligamus potestatem,vna est patris & filii potestas, quia una diuinitas.Si aūt manū intelligamus filium,manus patris est ipse filius, quod non ita dictum est,tamq̄ Deus pater habeat corporis membra, sed q̄ per ipsum facta sunt E omnia.Nam solent & homines dicere manus suas esse alios homines per quos faciunt quod volunt: Aliquando & ipsum opus hominis manus hominis dicitur, quod fit per manum, sicut dicitur quisque agnoscere manū suam cum id qd̄ scriptū sit agnoscit, hoc autem loco manū patris & filij intelligimus potestatem, ne forte cum hic manum patris ipsum filium dictū acceperimus incipiat carnalis cogitatio etiam filij quærere filium. HILA. 7.de Tri.
Vbi supra. Vt enim per corporalem significationem, virtutem possis eiusdē nosse naturę,commemorata est filii manus,manus patris,quia natura & virtus patris est etiam in filio. CHRY. Deinde vt non æstimes,quia ipse quidem imbecillis est, propter patris autem virtutem in tuto sunt oues,subdit. { Ego & pater vnum sumus.}
AVGV. Vtrumque audi,& vnum,& sumus,& a Charybdi & a Scylla liberaberis.Quod dixit vnum,liberat te ab Arrio,qd̄ dixit sumus,liberat te a Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum,si sum², ergo pater & filius. AVGV. 6.de Trinitate. Vnum enim sumus,dictum est: Quod ille,hoc & ego secundum essentiam, non
Cap.2.in fi. secundum relatiuum. HILAR. 8. de Trini. Hæc igitur quia hæretici negare non possunt, impietatis suæ mendacio neganda eorumpunt,tentant enim id ad vnanimitatis referre consensum, vt voluntatis in his vnitas sit,non naturæ, idest, vt non per id qd̄ sunt idem, sed per id quod idē volunt,vnū sint,sed per naturę natiuitatem, dum nihil Deus ei eo ex se gignēdo eū degenerat, vnū sunt. Dumque de manu eius non rapiuntur,non rapiuntur de manu patris, dum in operante se operatur pater,dum ipse in patre, & in eo pater est, hoc non præstat creatura,sed natiuitas, nō efficit volūtas,sed potestas, non loquitur vnanimitas,sed natura. Non negamus igitur vnanimitatē inter patrem & filium.nam
Tract.48. hoc solent hæretici mentiri,vt cum solam concordiam ad vnitatem non respicimus, discordes eos a nobis affirmari loquantur, sed audiant quam a nobis vnanimitas non negatur, Vnum sunt pater & filius natura, honore & virtute, nec natura eadem, poteſt velle diuersa.
f ¶ AVG. Audierunt Iudæi. { Ego & pater vnum sumus.}& non pertulerunt, & more suo duri ad lapides cucurrerunt. vnde Tract.48.
dicitur.{Sustulerunt lapides Iudæi vt lapidarent eum. HILA. Vbi supra.
7.de Trinitate.Nunc hæreticorum furor iam domino in cælis sedente pari infidelitate dictis non obedientes, odium impietatis exercent, verborum lapides iniiciāt, & si possent,de throno eum suo in crucem retraherent. THEO. Dominus autem ostendēs q̄ nullam iustam habebant occasionem furendi aduersus eum,cōmemorat signa quæ fecerat,nam sequitur. { Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo.} ALCVI. sci licet in sanitatibus infirmorum,in exhibitione doctrinæ & miraculorum quæ ex patre ostendi,quia eius gloriam per omnia quæsiui,propter quod eorum opus me lapidatis? quamuis inuiti cōfitentur multa beneficia sibi impensa a Christo, sed quod de sua patrisque æqualitate dixerat, pro blasphemia deputabant. vnde sequitur.Responderunt ei Iudæi. De bono opere non lapidamus te,sed de blasphemia,& quia homo cum sis,facis teipsum Deum.}
AVG. Ad hoc responderunt quod dixerat.{Ego & pater vnum sumus.}Ecce Iudæi intellexerunt quod Arriani non intelligunt, ideo enim irati sunt,quoniam senserunt nō posse dici.{Ego & pater vnum sumus.}nisi vi æqualitas est patris & filii. HILAR.
D 7.de Trinitate. Iudæus dicit. Cum sis homo,Arrianus. Cū sis creatura,vtrique autem dicunt.Facis te Deum. Subiicit enim Arrianus.Substantię nouæ & alienæ deum,vt aut alterius generis deus sit,aut omnino nec Deus.Dicit enim: Non est filius ex natiuitate, non est Deus ex veritate, creatura est præstantior cunctis.
CHRYSO. Dominus autem non destruxit opinionem Iu-
Hom.60. dæorum æstimantium q̄ se Deo parem diceret, sed magis contrarium facit.nam sequitur.{Respondit eis Iesus. Nonne scriptum est in lege vestra.} AVG. idest nobis data. Quia ergo dixi,Dii
Tract.48. estis. De hoc dicit per prophetam in Psalmo, hominibus. Et legē appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas, quamuis alicubi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens sicuti est. In his duobus præceptis tota lex pender & prophetę. Aliquando autem in tria distribuit eadem scripturas, vbi ait. Oportebat impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me: Nunc vero etiam psalmos legis nomine nuncupauit,ex quibus sic argumētatur: { Si illos dixit deos,ad quos sermo dei factus est,& non potest solui scriptura,quem pater sanctificauit & misit in mūdū,& vos dicitis,quia blasphemas,quia dixi,
Vbi supra. filius Dei sum.} HILA. 7.de Trini. Demonstraturus quidem q̄ ipse & pater vnū essent, in eo primo inepta ridiculi opprobrii confutatur,cur in reatum vocaretur,q̄ se cum homo esset, deum faceret. Cum enim lex huius nominis appellationem sanctis hominibus decerneret,& sermo Dei indissolubilis confirmaret hāc impartiti nominis professionem, iam non ergo non est criminis, q̄ se Deum cum homo sit faciat, cum eos qui homines sunt,Deos lex dixerit.Et si a cęteris hominibus non irreligiosa huius nominis vsurpatio est ab eo homine quem sanctificauit pater, non imprudenter vsurpari videtur,quia Dei filium se dixerit, cum præcellat cęteros per id quod sanctificatus in filium est, beato Paulo dicente,q̄ prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritū sanctificationis:omnis enim hæc de homine responsio est,q̄ Dei filius etiam hominis filius est. AVGV. Vel aliter sanctificauit,

idest, vt sanctus esset gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit. Si autē sermo Dei factus est ad homines vt dicerentur Dij, ipsum verbum Dei quomodo non est Deus? Si per sermonem dei homines participando fiunt Dij, verbū vnde participatur non est deus? THEO. Vel sanctificauit eū, hoc est sanxit sacrificari pro mundo. In quo ostendit se non esse Deum sicut cæteri, nam saluū facere mundum, diuinum opus est, non autem hominis deificati per gratiā. CHRY. Vel interim quidem vt susciperet sermo, humilius locutus est, postea autem ad mai? eos reduxit dicens. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi, per hoc ostendēs cp in nullo minor est patre, quia in substantiā eius impossibile erat eis videre, ab operum paritate & identitate demonstrationem eius quæ secundum virtutē indissimilitudinis est tribuit. HILA. 7. de Trinitate. Quid hæc adoptio, quid indulgentia nominis loci inuenit, ne ex natura dei filius sit, cum Dei filius ex naturæ paternæ operibus credēdus sit? Non exequatur, ac similis est Deo creatura, neque enim naturæ alienæ potestas comparatur. Gerere autem se non sua, sed quę patris sunt testatur, ne per magnificentiam gestorum naturæ natiuitas auferatur. Et quia sub sacramento assumpti corporis nati ex Maria hominis, Dei filius non intelligebatur, fides nobis intimat ex gestis cum ait. {Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.} Cū enim sacramentū nati hominis intelligentiam diuinæ natiuitatis impediat cū diuina natiuitas oē opus suū sub mysterio assumpti hominis exequatur. Faciens igitur opera patris, demonstratæ debuit, quid esset operibus credendum. Nam sequitur. {Vt cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.} Hoc est illud. {Dei filius sum.} hoc est illud, {Ego & pater vnum sumus. AVG. Non enim filius sic dicit, {In me est pater & ego in illo.} quomō possunt dicere homines. Si enim bene cogitemus, & bene viuamus, in Deo sumus, & Deus in nobis est, quasi participantes eius gratiam & illuminati ab ipso. Vnigenitus autem Dei filius in patre est, & pater in illo tamē æqualis.

g ¶ BEDA. Adhuc Iudæos in cepta dementia persistere euangelista ostendit dicens: {Quærebant ergo eum apprehendere. AVG. Non credendo & intelligendo, sed sęuiendo & occidendo. Tu apprehendas vt habeas, illi apprehendere volebant, vt nō haberent. vnde sequitur. {Et exiuit de manibus eorum.} Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Sed non erat magnum verbo ciicere carnem suam de manibus carnis. CHRY. Cum autem Christus aliquid magnum locutus fuerit, recedit velociter, vt sedetur eorum furor per absentiam eius, quod vtique & nunc fecit. vnde sequitur. {Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum, & mansit illic.} Ideo hunc locum euangelista cōmemorat, vt discas quoniam prope abiit, vt recordetur eorum quæ illic facta sunt, & dicta a Ioanne & testimonii illius. BEDA. Dicit autem. Vbi erat primum, idest a primæua ætate. Demorante autē eo ibi, narrat quia multi venerunt ad eum. vnde sequitur. {Et multi venerunt ad eum & dicebant, quia Ioannes quidem fecit signū nullū. AVG. idest, nullum miraculum ostendit. Non dæmonia fugauit, non cæcos illuminauit, non mortuos suscitauit. CHRY. Vide autem qualiter syllogismos componunt indubitabiles. Ioannes quidem dicunt, nullum signum fecit. hic autem facit, quare huius præeminentia ostenditur. Deinde ne putetur Ioannes quia nullum signum fecit, indignus testimonio, subdunt. {Omnia autē quæcumque dixit Ioannes de hoc vera erant.} Quasi dicant. Et si nullum signum fecerit, tamen de hoc omnia veraciter dixit. ergo dicunt. Si Ioanni credere oportebat, multo magis huic, cū illius testimonio etiam demonstrationem signorum habenti. vnde sequitur. {Et multi crediderunt in eum.} AVGV. Ecce qui apprehenderunt permanentem, non quomodo Iudæi volebant apprehendere discedētem. Et nos ergo per lucernam veniamus ad diē, quia Ioannes lucerna erat, & diei testimoniū perhibebat. THE. Notandum autem cp crebro dominus educit populos ad solitaria loca, de perfidorum societate eripiens, vt magis fructificent, sicut legem veterem daturus, eduxit populum in desertum. Mystice autem recedens a Hierosolymis dominus, hoc est a plebe Iudaica, ad loca fontes habentia se transfert, idest, ad ecclesiam ex gentibus quę habet fontem baptismi, per quem multi ad Christum accedunt, quasi transeuntes Iordanem.

Homi.60.
Hom.14.
Vbi supra.
Tract.48.
Tract.48.
Homi.60.
Tract.48.
Tract.48.

CAPVT XI.

CAP. XI.

ERat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de Castello Mariæ & Marthę sororum eius. Maria autē erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazar⁹ infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eā. Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum.

REDA. Dixerat euangelista dominū transIordanē abiisse, tūcq; Lazarum cōtigit infirmari. vnde dicitur. {Erat quidā languens Lazarus a Bethania.} Hinc est cp in quibusdam exemplaribus copulatiua coniunctio. Et, posita inuenitur, vt sequentia verba superioribus cōnexa videantur. Interpretat autem Lazarus adiutus. Inter omnes n. mortuos quos dominus suscitauit, hic magis ab eo adiuuatur, quem non solum mortuum, sed quattriduanū suscitauit. AVG. Inter omnia enim miracula, quæ fecit dominus, Lazari resurrectio præcipue prædicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius q̄ mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominem. plus enim est hominem creare q̄ resuscitare. Infirmabatur autem in Bethania Lazarus. vnde dicitur. {A Bethania de Castello Marię & Marthæ sororum eius.} Quod Castellum erat proximum Hierosolymis. ALCVI. Et quia plures fęminæ huius nominis erant, ne erraremus in nomine, ostenditur ex notissima actione. nam sequitur: {Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. CHRYSOST. Igitur primum quidem illud necessarium discere, quoniam hæc nō fuit illa meretrix quę in Luca legitur. Hæc enim honesta fuit & studiosa circa Christi susceptionem. AVGVST. de Con. euan. Vel aliter: Hoc dicens Ioannes attestatur Lucæ, qui hoc in domo pharisæi cuiusdā Simonis factum esse narrauit, iam itaq; hoc Maria fecerat. Quòd autem in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur a tribus. AVGV. de Ver. domini. Inuaserat igitur Lazarum pernicies inimica languoris miserandi hominis, corpus quotidie edax febris incendium consumebat. Aderant autem duæ sorores languenti, & casum dolentes, iuuenis ęgrotantis lectulo iugiter inhærebant. vnde de eis mox subditur. {Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes, Domine, ecce quem amas infirmatur. AVGVST. super Ioannem. Non dixerunt veni & sana, non ausę sunt dicere: Ibi iube & sic fiet, sed tantummodo: {Ecce quē amas infirmatur.} q. d. sufficit vt noueris, non enim amas, & deseris. CHRISOST. Per hoc enim ad miserendum volunt attrahere Christum, adhuc enim ei quasi hominī intendebant. ideo autem non iuerunt ad Christum sicut centurio & regulus, sed mittunt, quia vehementer confidebant de Christo, propter multam familiaritatem quam habebāt ad eum, & quia a luctu detinebant. THEO. Et quia mulieres erant quas non decet de facili domo exire. Multam autem deuotionem & fidei magnitudinem exprimunt dicentes: Ecce quem amas infirmatur, tantam enim potentiam in domino esse credebant, cp nirum videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare. Sequitur: {Audiens autem Iesus dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortē} quia ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent hoies in Christum, & vitarēt verā mortem. vnde sequitur: {Sed pro gloria dei.} Vbi ex obliquo dominus deum se dixit, cōtra hęreticos qui dicūt, cp filius Dei non sit Deus: pro gloria ergo cuius Dei? audi quod sequitur {Vt glorificetur filius Dei per eam. sinfirmitatē. CHRY. Hoc aūt vt, non est causale, sed euentus. Nam euenit quidē aliunde infirmitas, vsus est aūt ea in gloriā dei. Sequitur: {Diligebat aūt Iesus Martham, & soro. eius Mariā & Lazarum.} AVG Ille languens, illę tristes, omnes dilecti. Habebant ergo spem, qm̄ diligebāt ab eo qui est dolentium consolator, languentiumq; sanator. CHRY. Per hoc etiam erudit nos euangelista nō tristari, siqua infirmitas facta fuerit circa bonos viros, & Dei amicos.

Tract.49.
Homi.61.
Cap.79.
Ser.52.
Tract.49.
Hom.61.
Tract.49.
Hom.61.
Tract.49
Hom.61.

Tract.49. b ¶ ALCVI. Dominus nunciata infirmitate Lazari quousq; quadriduum cōpleretur, sanare distulit vt mirabilius suscitaret. vnde dicitur. {Vt autem audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. CHRY. vt scilicet expiraret & sepeliretur & dicatur. Quoniam fęret vt nullus posset dicere quoniam nondū defunctum eum suscitauit, Sed stupor fuit, & nō mors. Sequitur. {Deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudæā iterū.}

Hom.61. b Vt ergo audiait quia infirmabatur tunc quidem māsit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare & iterum vadis illuc? Respondit Iesus, Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autē ambulauerit i nocte offendit, quia lux non est in eo.

Tract.49. AVGV. Vbi pene fuerat lapidatus, quia propterea inde discessisse videbat ne lapidaretur. Discessit enim vt homo. Sed in redeundo, quasi oblitus infirmitatem, ostē dit potestatē. CHR. Nusquam autē alibi dominus prædixit discipulis quo iturus esset, sed hic prædicit, quia formidabant ve hementer, vt non repente eos conturbet. Nam sequitur. {Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & tu iterum vadis illuc?} formidabant. n. pro eo & pro seipsis. nondū. n. erant in fide firmati.

Hom.61. c Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitē eū, Dixerūt ergo discipuli eius, Domine si dormit, saluus erit, Dixerat autē Iesus de morte eius, illi autem putauerunt, quia dormitionē somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos vt credatis quoniā non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos. Eamus & nos & moriamur cum eo.

Tract.49. AVG. Cum autem vellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, corripuit eos. vnde sequitur. {Respondit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diei?} Vt enim diem se ostenderet, duodecim discipulos elegit. In hoc autem verbo non ipsum Iudam, sed successorem eius præuidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, & duodenarius numerus māsit. Horæ ergo illustrantur a die, & per horarum prædicationem credat mundus in diem. Me ergo sequimini, si non vultis offendere. vnde subdit. {Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lux nō est in eo. CHRY. q. d. Qui sibi nihil conscius est nequitiæ, nihil patietur versutiæ. Qui vero mala agit, patietur. Itaque non oportet formidare, nihil enim dignum morte gessimus. Vel aliter, Siquis lucem huius mundi videt, securus est, multomagis qui mecum est, nisi amouerit se a me. THEO. Quidam vero hunc diem intelligunt tempus præcedēs passionem, noctem vero ipsam passionem. Dicit ergo eis. Dum dies est, idest, dum nondum imminet tempus passionis, non offendetis. Non enim vos persequentur Iudæi. Cum autem nox venerit, passionem propriam dico, extunc noctem possidebitis angustiarum.

Hom.61. c ¶ CHRYSOST. Posita vna confortatione discipulorum, hic alio modo eos confortat, ostendens quoniam non Hierosolymam debent ire, sed in Bethaniam. vnde dicitur. {Hæc ait, Et post hęc dicit illis. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitē eum.} q. d. Non eo rursus disputaturus contra Iudæos, sed amicū nostrum excitaturus, pp hoc ergo dicit. Amicus noster, ut

Tract.49. ostendat necessarium suum aduentum. AVGVST. Quod autem dixit dormit, verum dixit, domino dormiebat, hominibus mortuus erat qui eum suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulcro, quanta tu excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, sicut & apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare, dormientes appellauit, quia resurrecturos prænūciauit. Sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisque videat in somnis, alii sentiunt læta somnia, alii torquentia: Sic vnusquisque cum causa sua dormit, cum causa sua surgit.

Hom.61. CHRY. Discipuli autem impedire voluerunt eius aduentum in Iudæam. vnde sequitur. {Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit, saluus erit.} Solet enim esse somnus ægrotantium salutis indicium. q. d. Si dormit, non igitur vtile est, quòd tu vadas ad excitandum eum. AVGVST. Quomodo ergo intellexerunt discipuli, sic responderunt. vnde sequitur. {Dixerat autem Iesus de morte eius, illi vero putauerunt quòd de dormitione somni diceret. CHRYSOST. Si vero quis dicat, quomodo nō cognouerunt discipuli mortuum esse ab eo quod dixit: Vado vt excitem illum, stultum enim erat eum ire per tot stadia, vt Lazarum a somno excitaret. Istud dicemus, quoniam æstimabant hoc enigma esse, qualia multa loquebatur. AVGVST. Quia ergo obscure dixerat, Dormit, manifestat quod dixerat. vnde sequitur.

A {Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. Lazarus mortuus est.} CHRYSOST. Non autem hic adiecit: Vado vt resuscitem eum. non enim volebat verbis prędicere quod per opera debebat certificare, vanam gloriam vbique nos fugere docens. Et quòd nō oportet simpliciter promittere. Sequitur. {Et gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi.

Tract.49. AVGVST. Eger enim nō mortuus fuerat nunciatus, sed quo modo lateret eū qui creauerat, ad cui⁹ manus anima morientis exierat. Ait ergo: Gaudeo ꝓpter uos vt credatis quoniam non eram ibi, vt iam inciperent admirari, quia dominus poterat dicere mortuum quod nec viderat, nec audiuerat. Vbi meminisse debemus quòd adhuc etiam ipsorum discipulorū miraculis ędificabatur fides, non vt esse inciperet, sed vt quæ cœperat cresceret, quod ergo dicit: {Vt credatis, intelligē dum est vt amplius robustiusque credatis.

Hom.61. THEO. Intellexerunt autem quidam hoc sic: Gaudeo inquit pro vobis. nam cum illic non extiterim, confert ad maioritatem fidei vestræ, quoniam si astitissem ægrotantem curassem, quod esset modicum signum ad meæ virtutis indicium, quia vero me absente superuenit mors, potius in fide mea corroboramini: cum videbitis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare. CHRY. Igitur omnes discipuli quidem timebāt Iudæos, super alios vero Thomas. vnde sequitur. {dicit ergo Thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos: Eamus & nos & moriamur cum eo.} Infirmior enim erat aliis & infidelior, postea omnibus fortior factus est & irreprehensibilis, qui solus orbem terrarum percurrit, & in mediis plebibus voluebatur volentibus eum interficere. BEDA. Vel castigati discipuli superioribus domini verbis non ausi sunt vltra contradicere. Sed Thomas prę omnibus socios hortatur, vt irent & morerentur cum eo. In quo magna eius videtur esse constantia. Sic enim loquebat, quasi facere posset quæ alios hortabat, immemor suæ fragilitatis sicut & Petrus.

Hom.61. d ¶ ALCVI. Dominus ad hoc venire distulerat, vt quadriduum impleretur, vt Lazarus gloriosius resuscitaretur. vnde dicitur. {Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. CHRYSOST. Manserat enim dominus duobus diebus & ante duos dies venerat nuntius. In qua

Trac.49. die Lazarus est defunctus, ipse autem quarta die accessit. AVG. De quatuor autem diebus multa dici possunt. Diuersis enim modis vna res significari potest. Est enim vnus dies mortis quem homo trahit de mortis propagine. Sed & legem naturalem transgrediuntur homines, ecce alter dies mortis. Lex etiam scripturæ data est diuinitus per Moysen & ipsa cōtemnitur. Adde tertium diem mortis. venit euangelium & ipsum transgrediuntur homines. Ecce quartus dies mortis, etiam ad tales excitandos dominus non dedignatur accedere. ALCVINVS. Aliter. Primum peccatum extitit latio in corde: secundū cōsensus: tertium factum: quartum consuetudo. Sequitur. {Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim.} CHRYSOST. Quod

Hom.61. erat miliaria duo. Hoc autem inducitur ad ostendendum quòd congruum fuit multos Iudæorum a Hierosolymis adesse. vnde subditur. {Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam ut consolarentur ea de fratre suo. Sed quomodo Iudæi consolabantur dilectas a Christo, cum iam statuissent cp siquis Christum confiteretur extra synagogam fieret? Sed propter calamitatis necessitatem, aut quasi nobiles has mulieres reuerentes eas cōsolabantur, aut quia hi aderant qui non mali erant. multi enim ex ipsis credebant. Hoc autem dicebat euangelista, ad ostendendum cp Lazarus vere mortuus erat. BEDA. Nondum autem dominus Castellum introierat. vnde adhuc extra Castellum posito o currit Martha. vnde sequit. {Martha au. vt au. quia Iesus ve. occurrit illi, Maria au. domi. se. CHRY. Non aūt assumit sororē abHom. 61. tiam Christo vadens. Vult enim singulariter Christo loqui, & quod factū est ei annūciare, cum vero eam in bonam spem duxit,

Tunc abijt & vocauit Mariam.} THE. Primo itaq; non pandit sorori, volēs astantes hoc latere, quoniā si percepisset Maria Christum accedere, obuiam iret & comitarentur eam pręsentes Iudei, quibus notum fore aduentum Iesu Martha nolebat. Sequitur {Dixit autē Martha ad Iesum, Domine si fu. hic fra. me. non fuisset *Homi. 61.* mortuꝰ.} CHRY.

hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunque poposceris a Deo dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia resurget in resurrectione in nouisimo die. Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me etiam si G mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, Vtiq; domine, Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.

e Et cum hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam silentio dicens, Magister adest, & uocat te. Illa vt audiuit, surre

Credebat em̄ in Christum, sed non vt oportebat. nondum enim cognoscebat, quoniā Deus erat, & ideo dicebat. Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuꝰ. THE. Quasi diffidens, quoniam ét absens si vellet, posset prohibere mortē fratris sui. *Hom. 61.* CHRY. Nondum etiam cognoscebat quòd propria virtute hoc faceret, quod apparet ex hoc quod subditur. {Sed & nūc scio, quia quæcunque poposceris a Deo dabit tibi Deus, vt de virtuoso quodam & approbato uiro loquēs. *Tra. 49.* AVGV. Non autem dicit ei. Rogo te vt resuscites fratrem meum: vnde enim sciebat, si fratri eius resurgere vtile fuerat? hoc tantū dixit. Scio quia potes si vis facere, vtrum facias, iudicii tui est, non H præsumptionis meæ. *Hom. 61.* CHRY. Dominus autem vtraque quæ nō cognoscebat, eam docuit, vnde sequitur. {Dixit ei Iesus. resur. frater tuus.} Non dixit petam vt resurgat, sed si diceret. Non indigeo adiutorio, a me ipso omnia facio, valde fuisset graue mulieri, sed hoc dicere. Resurget, medium erat. *Tract. 49.* AVG. Ambiguum autē fuit, quòd dixit resurget. Non enim ait modo, & ideo sequiť.} Dicit ei Mar. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. *Hom. 61* De illa resurrectione secura sum, de hac incerta sum. CHRY. Audierat autem mulier multa a Christo de resurrectione loquente, Dominus autem manifestius suam ostendit auctoritatem, nam subdiť. {Dicit ei Iesus. Ego sum resurrectio & vita, ostēdens quoniam non indiget alio adiutorio, si enim alio adiutorio indigeret, qualiter erit resurrectio? Si vero ipse est vita, non loco circuncluditur, sed vbique existens potest sanare. ALCV. Ideo ego sum resurrectio, quia vita per quem tunc cum aliis resurget, per eundē I potest & modo resurgere. *Hom. 61.* CHRY. Illa ergo dicente quæcunque petieris, ipse dicit. Qui credit in me, etiam si mortuus fue. vi. ostendens quoniam ipse est tributor bonorum, & ab ipso oportet petere, per hoc autem eius intellectū eleuat, non enim hoc erat solū quod quærebatur, vt solum Lazarum suscitaret, sed etiā oportebat eam & qui præsentes erant discere resurrectionem. *Tract. 49.* AVG. Dicit ergo. {Qui cre. in me etiam si mor. fu. in car. Viuet in aīa, donec resurget caro, nunquam postea moritura. Nam vita animæ fides est. Sequitur, {Et omnis qui vi. in car. & cre. in me, etiā si moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morieť in æternū.} ALCV. Propter vitam spiritus & immortalitatē resurrectionis. Sciebat autem Dominus quem nihil latet, quòd hoc credebat, sed cōfessionem qua saluaretur quærit, vnde sequiť. {Credis hoc? Ait illi vtique domine. ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.} *Hom. 61.* CHRY. Videtur mihi non intellexisse mulier quod dictum est, sed quoniam magnum quid K erat, intellexit, non tamen cognouit quid est, propterea aliud interrogata, aliud respōdit. *Tract. 49.* AVG. Vel aliter, Quādo hoc credidi quòd filius es Dei, credidi quia tu es vita: quia & qui credit in te, etiam si moriatur viuet.

e ¶ CHRY. *Hom. 61.* Ex virtute sermonū Christi interim Martha lucrata est luctus dissolutionem, ea enim quæ ad magistrum erat deuotio, non permittebat eam sentire præsentia, quæ luctum inducere poterant, vnde dicitur. {Et cū hæc dixisset, abiit & vo. ma. so. ro. suam silen.} *Tract. 49.* AVG. Aduertendum, q suppressam vocem silentium nuncupauit, nam quomodo siluit, cum subdatur dicens. {Magister adest & uocat te.} *Hom. 61.* CHRY. Ideo autē occulte sororem uocat, si enim sciuissent Iudęi Christum aduenire, recessissent, & nō fuissent testes miraculi. *Tract. 49* AVG. Aduertendū etiam quemadmodū Euangelista non dixerit. vbi vel quando vel quomodo Mariā Dominus vocauerit, vt hoc in verbis Marthæ potius intelligeretur narrationis breuiate seruata. THEO. Siue etiam ipsam Christi pręsentiam vocationem reputauit, quasi dicat, Inexcusabilę est

xit cito & uenit ad eū: nondum enim uenerat Iesus in Castellū, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergo qui erāt cū ea in domo & cōsolabātur eam, cū vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes. Quia uadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei, Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

f Iesus ergo vt vidit eā plorantem & Iudæos qui venerant cū ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum & dixit, Vbi posuistis eum? Dicūt ei, domine veni & vide. Et lachrymatus

F vt eo præsente, tu non exeas obuiam ipsi. CHRY. Omnibus autem assidentibus illa lugens & plangens, non expectauit ad se venire magistrum, neque dignitatem seruauit, neque a luctu detenta est, sed surgens confestim obuiauit, vnde sequitur {Illa vt audi. surre. cito & ve. ad eum.} AVG. Ex quo patet q non illa præuenisset Martha si ei notus fuisset aduentus Iesu. Sequitur. {Nōdum enim venerat Ie. in castel. sed erat adhuc in loco ubi occurrerat ei Martha. *Hom. 62.* CHRY. Vacantius enim ibat, vt non videatur inicere seipsum miraculo, sed rogari ab aliis. Hoc igitur uult occulte euangelista insinuare, aut quia cito currebat, vt anticiparet eū venientem: venit autem non sola, sed omnes trahēs Iudęos, vnde sequitur. {Iudæi igi. qui erāt in domo cum ea, & consola. eam cum vidis. Ma. quia cito surre. & exit, secuti sunt eam dicentes: quia va. ad mo. vt ploret ibi. *Tract. 49.* AV. Hoc pertinuit ad euangelistam narrare, vt videamus quæ occasio fuerit, quòd plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est, vt tam grande miraculum quatriduani mortui resurgentis testes plures inueniret. Sequitur, {Maria ergo cum venis. vbi erat Iesus, videns eū ceci. ad pedes eius.} *Hom. 62.* CHRY. Feruentior hæc sorore erat, non enim turbam verecundata est, nec suspitionem timuit quam de Christo Iudęi habebant, cum aliqui inimicorum Christi interessent, sed omnia contempsit humana præsente magistro, & soli se dabat ei qui ad magistrum honori. THE. Quàmuis etiam se diminute videbatur habere, dicens, {Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus.} ALCV. quasi dicat. Dum nobiscum præsens fuisti, non morbus, non infirmitas aliqua apparere ausa est, apud quas uita nouerat habitare siue hospitari. AVG. de Ver. do. O infidelis, cōuenio te adhuc positū in sæculo Lazarus amicus moritur. *Serm. 52.* Si amicus moritur inimicus quid patietur? parum est si non tibi soli superi seruiunt. Ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. BED. Non autem omnia dixit Maria quæ Martha protulerat, quia consuetudo hominum more lachrymis, non omnia quæ uoluit & in animo habuit, proferre potuit.

f ¶ CHRY. *Homi. 62.* Mariæ loquenti nihil Christus loquitur, neque ea dicit quæ sorori dixerat, turba enim aderat multa & non erat tempus illorum uerborum. Sed cōdescendit & humiliatur, humanam naturam denudans, quia enim miraculum magnum erat futurū, & multos per id lucraturus sua condescēsione attrahit testes & humanam monstrat naturam, vnde dicitur. {Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & iu. qui ve. cum ea plo. infre. spiritu & turba. semetipsum. *Tract. 49.* AV. Quis enim eum posset nisi ipse turbare? Turbatus est Christus quia voluit, esuriuit, quia uoluit, in illius potestate erat sic uel sic affici vel non affici. Verbū enim animam suscepit & carnē totius hominis sibi coaptans, in personæ vnitate naturam, ac per hoc vbi summa potestas est, secundū voluntatis nutū turbať infirmitas. THE. Ad approbandā. n. conditionem humanam iubet ei quod suum est prosequi, nec non iungit ei virtute spiritus sancti illamque compescit. Hæc autem cuncta naturam pati dn̄s cōuiuet, cum approbando, q homo uerus & non apparens fuerat, tū etiam nos monendo, ac metam mestitię & iocunditati imponendo. Nam ex toto nec compati nec męrere ferinū, ac horum exuberantia muliebre. *Ser. 52.* Sequitur, {Et dixit: ubi posuistis eum? AVGVST. de Ver. domini. Non locum sepulti ignorare credi debuerat, sed fidem populi approbare uolebat. *Hom. 62.* CHRYSOST. Non enim uult ipse se inicere, sed omnia ab aliis discere & rogatus facere vt ab omni suspitione eripiat signum. *Quæst. 65.* AVGVSTINVS. lib. 83. Quæ. Quod & interrogat, vocationem nostram quę fit in occulto arbitror significare. Prædestinatio enim nostræ vocationis occulta est, cuius secreti signum est interrogatio dn̄i quasi nescientis, cum ipsi nesciamus, vel quòd ignorare se peccatores alio loco dominus ostendit dicens. {Non noui uos, quia in disciplina & præceptis eius non sunt peccata. Sequitur, {Dicunt ei, domine veni, & vide. *Hom. 62.* CHRYSO. Nondum enim aliquod signum resurrectionis monstrauerat, vnde ita videbatur iturus vt

est Iesus. Dixerunt ergo Iudęi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autē ex ipsis dixerunt, Non poterat hic q aperuit oculos cęci nati facere vt hic nō moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. B Ait Iesus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuꝰ fuerat: Domine iam fœtet, quadriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.

g Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, vt credāt quia tu me misisti. Hæc cū dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras. Et statim prodiit q fuerat mortuus: ligatꝰ manus & pedes

vt lacrymaturus. non vt resuscitaturus, pp hoc ei dicunt: Veni & A vide. *Tract. 49* AVG. Videt aūt dn̄s quando miseretur, vnde dicit: Vide humilitatē meam & laborem meum, & dimitte oīa peccata mea. Sequitur. {Et lacryma. est Iesus. ALCVI. Quia fons pietatis erat, flebat pro parte humanitatis, quē resuscitare poterat per potentiam diuinitatis.

Tract. 49. AVG. Quare autē fleuit Christus, nisi qa homines flere docuit? BEDA. Est autem hominum cōsuetudo caros suos mortuos lugere. Secundū hanc consuetudinem Iudæi dominum flere putabant. vnde subditur. {Dixerunt ergo Iu. Ecce qūo ama. eū.} *Tract. 49.* AVG. Quid ē amabat eum? Nō veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiā. Sequitur. {Quidam aūt ex ipsis dixe. Non pote. hic qui ape. ocu. cæci nati facere vt hic non moreretur? Plus est quod facturus est. vt mortuus suscitetur. *Homil. 62.* CHRY. Erant autem ex inimicis eius qui hoc dixerunt. Ex quibus igitur oportebat eius admirari virtutem, ex his ei detrahunt, scilicet ex illuminatione cæci nati, quasi nec illo miraculo facto. In hoc etiam se ostendunt esse corruptos, quia nondū Christo adueniente ad monumentum, præassumunt accusationes non expectantes rei finem. Sequitur. {Iesus ergo rur. fremens in semet ipso ve. ad monu.} *Tract. 49.* Studiose euangelista frequenter dicit q lacrymatus est & q fremuit, vt discas q vere nostram naturā induit. C Quia enim hic magis aliis euangelistis magna de eo loquitur, ét *Tra. 49.* in rebus corporalibus humiliora dicit. AVGVST. Fremas autem & in te, si disponis reuiuiscere, omni homini dicitur q pręmitur pessima consuetudine. Sequitur. {Erat autem spelunca, & lapis superpositus ei.} Mortuus sub lapide, reus sub lege. Lex .n. quæ data est Iudæis, in lapide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt, iusto autem non est lex posita. BEDA. Est autem spelunca rupes cauata. Porro monumentum dicitur, eo q mentem moneat, hoc est, vt mortuos ad memoriā reuocat. Sequitur. {Ait *Hom. 62* Iesus, tollite lapidem. CHRYSOST. Sed quare non lapide iacente fecit resuscitari? Nonne poterat qui corpus mouit mortuum voce, etiam multo magis lapidem mouere? Non autem hoc fecit vt eos testes faciat miraculi, vt non dicant quod in cæco dixerant: Non est hic. Magnus enim & accessus ad monumētum testabantur q ipse est. *Tract. 49.* AVGV. Mystice autem dicit: Remouete *Quæst. 61.* lapidem, remouete legis pondus, gratiam prædicate. AVGV. D lib. 83. quæst. In quo puto illos significari qui venientibus ad ecclesiam ex gētibus, onus circucisionis imponere volebant, vel eos qui in ecclesia corrupte viuunt, & offensioni sunt credere volētibus. *Serm. 52.* AVGVST. de Ver. do. Iam autem Maria & Martha sorores Lazari qui Christum frequenter mortuos resuscitasse viderant, fratrem suum posse resuscitare pœnitus non credebant. Nam sequitur: {Dicit ei Mar. soror eius qui mortuus fuerat, Domine iam fœtet quadridua. enim est. THEO. Hoc autem Martha tamq̄ diffidens dicit, veluti impossibile credens posse fratrem suscitari, ob dierum diuturnitatem. BEDA. Vel hæc verba non sunt desperationis, sed potius admirationis. *Hom. 62.* CHRYSOST. Sed hoc etiam quod dicit, valet ad obstruendum indeuotos, vt & miraculum testentur manus tollentes lapidem, & auditus vocem audiens Christi, & visus videntium Lazarum exire, & odoratus fœtorem recipiens. THEO. Christus autem rememorat mulieri ea de quibus secum contulerat & pene vt obliuiscenti E loquitur. vnde sequitur: {Dicit ei Iesus: Nōne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei? *Hom. 62.* CHRYSOST. Non enim memor erat mulier eius quod Christus dixerat: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet, & discipulis quidem dixit: Vt glorificetur filius Dei in ea. hic autem gloriam Dei de patre dicit. Infirmitates enim eorum qui audiebant, causa erant differentiæ eorum quæ dicebātur. Nolebat dominus interim turbare astantes, & ideo dicit: Videbis gloriam dei. *Tract. 49* AVGVST. In hoc autem est gloria Dei, quia & fœtentem & quatriduanum resuscitat. Sequitur: {Tulerunt ergo lapidem. ORIGEN. Mora tollendi lapidem adiacentem ex sorore defuncti causata est. Nisi enim dixisset: Iam fœtet, est enim quatriduanus, non diceretur: {Dixit Iesus: tollite lapidem. Sustulerunt ergo lapidem, nunc ergo lapidem, nunc ergo longe tardius ablatus est. Commodum est igitur nihil interponere inter iussa Iesu, & ipsorum executionem.

g ¶ ALCVI. Quia Christus scd'm hoīem minor erat parre ab illo petit suscitationē Lazari, atq; ideo se exauditū esse dicit. vnde dr̄. {Iesus aūt ele. sur. ocu. di. Pater gra. ago tibi qm̄. au. me.} ORIG. Eleuauit quidem sursum oculos, qm̄ intelligentiā humanam erexit, adducens illam per orationē ad excelsum patrem. *Tomo 28.* Sed & necesse est volentē ad exēplar orōnis Christi orare, eleuare oculos cordis sursum, ac erigere illos a præsentibus rebus, memoria cogitationibꝰ, atque intentionibus. Si autem digne orantibus huiusmodi quædam exprimit a Deo de propria oratione promissio, adhuc te loquente dicam. Ecce adsum. quid expedit arbitrari de domino & saluatore? erat. n. oraturus pro resurrectiōe Lazari, Sed præueniens illius orationem qui solus bonus pater est, exaudiuit dicenda. Pro impletione igitur orationis subdit gratiarum actiones dicēs: {Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.} CHRY. Hoc est, nihil est contrarium mei ad te. *Homi. 63.* Non autem ostendit quòd ipse non potuit, vel q minor sit patre, quia hoc & amicis dicitur & honore æqualibus. Vt autem ostendat quoniam non indiget oratione, subiungit: {Ego autem scie. quoniam semper me audis. q.d. Ad hoc q fiat voluntas mea, non indigeo oratione, ad hoc tibi suadeam, vna enim est nostra uoluntas, hoc autem obumbrate dicit, propter auditorū imbecillitatem. Deus enim nō ita dignitatem suam respicit, vt ad salutem nostram, propterea excelsa quidem & magna, pauca & ipsa occultata, humilia vero multa circumfluunt eius sermonibus. HIL. 3. de Trini. Non igitur præce. eguit, nobis orauit, ne filius ignoraretur. vnde subditur. {Sed propter populum qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti. Cum enim sibi non proficeret deprecationis sermo, ad perfectum tamen nostrę fidei loquebatur. Non inops ergo auxilii ē, sed nos sumꝰ inopes doctrinæ. CHRY. *Homi. 63.* Non autem dixit, vt credant quoniam minor sum, quoniam sine oratione non possum facere, sed quoniā tu me misisti. Non dixit: Misisti me imbecillem seruitutem recognoscentem, a meipso nihil facientem, sed me misisti vt non Deo cōtrarium æstiment, nec dicant: Non est ex deo, & vt ostēdam secundum tuā voluntatem opus hoc fieri. AVG. de Ver. do. *Serm. 52.* Venit autem Christus ad monumentum in quo Lazarus dormiebat, & non tamq̄ mortuū, sed tamq̄ sanum, tamq̄ viuum, tamq̄ audire paratū de sepulchro protinus vocauit. vnde sequitur. {Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare veni foras.} Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogerentur exire. CHRY. *Hom. 63.* Non aūt dixit: Surge tu, sed veni foras, vt uiuenti loquens ei, qui mortuus fuerat. Propter quod nō dixit: In nomine patris mei veni foras, aut resuscita eum pater. Sed hæc omnia dimittens postq̄ orantis formā acceperat, per res authoritatem ostendit, quoniam & hoc sapientiæ suæ est, per verba quidem condescensionem, per res vero ostendere potestatem. THEO. Alta vero saluatoris vox quæ Lazarum suscitauit, indicium est tubæ magnę sonaturæ in cōi resurrectione. Altius ét clamauit vt gentilium ora refrenet fabulantium in tumulis esse animas defunctorū. nam quasi foras manentem eā aduocat per clamorem. Sicut aūt vniuersalis resurrectio in ictu oculorū proueniet, sic & hæc resurrectio singularis, & ideo sequiť. {Et statim prodiit qui mor. fue. ligatus, ma. & pe. insti, & fa. eius su. erat ligata. Iā mancipatur effectui, quod dr̄. {Venit hora cum audient defuncti vocē filii Dei, & qui audierint viuent. ORIG. *Tomo 28.* Nam vox elata & clamor non incōuenienter dicetur excitasse illū, & sic adimpletū est quod dixerat: Vado vt excitem eū: Sed & pater qui filium orantē exaudiuit, suscitauit Lazarū, vt sic resurrectio Lazari cōe opus sit filii orantis, & patris exaudientis. Sicut. n. pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. CHRY. *Hom. 64.* Exiit aūt ligatus, vt non putareť esse phantasma. Sed & hoc quòd exibat ligatus, non minus videbať esse q̄ resuscitare. Sequitur. {Dicit eis Ie. sol. eum. Vt videlicet tangentes & ei appropinquantes, videant quia vere est ille. Sequitur. {Et sinite abire, & hoc propter humilitatem, non enim ducit eum, neque iubet secū ambulare ad sui demonstrationem. ORIG. *Tom. 28.* Dixerat aūt supra dominus propter populum qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti, nullo aūt eorum credētem hoc dixisset, velut aliquis hominum inscius futurorum, vnde adhoc remouendum subditur: {Multi ergo ex Iu. qui vene. ad Mariam & Mar. & vide. qui fecit, credid. in eum.} Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Continet quid ambiguum sermo præsens, verum

qui iuerunt ad pharisęos fuerunt ex illis multis qui crediderant proponentes conciliari Christo hostiliter se habentes ad eum. Vel alii a credentibus irritare volentes inuidum pharisæorum zelum in ipsum, & videtur mihi hoc magis euangelistam exprimere velle, multos enim dixit qui ꝑ hoc ꝙ viderũt, crediderunt,

institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderãt quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autẽ ex ipsis abierũt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

h Collegerunt ergo pontifices & pharisęi conciliũ, & dicebãt.

veluti paucis existentibus aliis, de quibus subdit: {Quidam autem &c. AVG. lib. *Quæst. 65.* 83. quæst. Quamq̃ autem secundum euangelistæ historiam resuscitatum lazarum plena fide teneamus, tamẽ in allegoria aliquid significare non dubito, neq; cum res factæ allegorizantur gestæ rei fidem amittunt. *Tract. 49.* AVGVST. super Ioan. Omnis quidem qui peccat moritur, sed Deus magna misericordia animas suscitat, ne moriantur in æternũ. Intelligimus ergo tres mortuos quos in corporibus suscitauit aliquid significare de resurrectionibus animarum. GREG. 4. Mora. Puellam enim in do- *Cap. 29.* mo, adolescentẽ extra portam, in sepulcro autẽ Lazarum suscitat. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui iacet in peccato. Iam quasi extra portã ducitur, cuius iniquitas vsque ad inuerecundiã *Tract. 49.* publicę perpetrationis operatur. AVGV. Vel intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit in factum. Si autem ipsum malum fecisti, quasi mortuum extra portam extulisti. *Cap. 29.* GRE. 4. Mora. Sepulturæ vero aggere præmitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam vsu consuetudinis præssus grauatur, sed hos ple- *Quæst. 65.* rumq; diuina gratia respectus sui lumine illustrat. AVGVST. lib. 83. quæst. Vel accipiamus Lazarum in monumento animam *Tract. 49.* terrenis peccatis obrutam. AVGVST. super Ioan. Et tamen Lazarum dominus amabat. si enim peccatores non amaret, de cælo ad terras non descenderet. Bene autem de illo qui peccare consueuerat dicitur: Fętet, incipit enim habere pessimam famã tam- *Quæst. 65.* quàm odorem teterrimum. AVG. lib. 83. quæst. Recte etiam dicit: Quatriduanus est, vltimum enim elementorum terra est, significat enim puteum terrenorum peccatorum, idest cupiditatũ *Tract. 49.* carnalium. AVGVST. super Ioan. Fremuit autem dominus, lacrymauit, voce magna clamauit, quia difficile surgit quem moles consuetudinis præmit. Turbat semetipsum Christus, vt tibi significet quomodo tu turbari debeas, cum tanta mole peccati grauaris & præmeris. Fides enim hominis sibi displicentis fremere debet in accusatione malorum operum, vt violentiæ pęnitentis cedat consuetudo peccandi. Quando dicis illud feci, & pepercit mihi Deus, euangelium audiui & contempsi. Quid facio? Iam fremit Christus, quia fides fremit, in voce frementis apparet spes re- *Cap. 13.* surgentis. GREG. 22. Mor. Dicitur autem Lazaro: Veni foras, vt ab excusatione & occultatione peccati ad accusationẽ suã ore proprio exire prouocetur, vt qui intra conscientiã suã abscõsus iacet per nequitiam, a semetipso foras exeat per confessionem. *Quæst. 65.* AVG. lib. 83. q. ꝙ autem Lazarus exiit de monumento, animã significat recedentem a carnalibus vitiis, ꝙ vero institis obuolutus, hoc est ꝙ etiam a carnalibus recedentes & mente seruientes legi Dei, adhuc tamen in corpore constituti, alieni a molestiis carnis esse non possumus: ꝙ aũt facies eius sudario tecta erat, hoc est ꝙ in hac vita plenam cognitionem habere non possumus: ꝙ autẽ dicit: {Soluite eũ & sinite abire,} hoc est ꝙ post hanc vitam aufe- *Tract. 49.* runtur omnia velamina, vt facie ad faciem videmus. AVG. sup Ioan. Vel aliter: Quando contemnis, mortuus iaces, quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis velut exeundo manifestari? Sed vt confitearis Deus facit, magna voce clamando, idest, magna gratia vocando. Mortuus autem procedens adhuc ligatus est, confitens adhuc reus: vt autem soluerentur peccata eius ministris hoc dixit: Soluite eum & sinite abire quod est. Quæ solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. ALCVI. Christus ergo suscitat, quia interius per seipsum viuificat. Soluũt discipuli, quia per ministerium sacerdotũ absoluuntur viuificati. BEDA. Per eos autem qui pharisæis annunciauerunt, significãtur nonnulli qui videntes bona seruorum Dei opera odiis insequuntur, & infamare conantur.

h ¶ THEO. Decebat admirari ac extollere eum qui talia peragebat miracula, ipsi vero potius consiliantur illum occidere. vnde dicit. {Collegerunt ergo pont. & pha. consiliũ aduersus Iesum, *Tract. 49.* & dicebant: Quid facimus? AVG. Nec tamen dicebant. Credemus. Plus .n. perditi homines cogitabant quõ nocerent & perderent q̃ quõ sibi consulerent ne perirent, & tñ timebant & quasi consulebant: Dicebãt enim: Quid facimus? q̃a hic hõ multa signa

F facit. CHRY. Hominem eum adhuc vocant, qui tantã susce- *Hom. 64.* perunt eiˢ deitatis demonstrationẽ. ORIG. Est aũt per ea quæ *Tomo 28.* dicunt, ab ipsis cõsiderare eorũ insipientiã & cæcitatẽ. Insipientiã quippe quia testificabantur illum & multa peregisse miracula, & tamen æstimabant se posse aduersus eum æmulari, velut nõ posse

Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani & tollẽt nostrum locum & gentem. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas noĩe, cum esset pontifex anni illius, dixit G eis. Vos nescitis quicquam nec cogitatis, quia expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

pro se aduersus eorũ æmulationes. Cæcitatis aũt hoc ipsũ erat: ad facientẽ .n. tot miracula pertinebat vt se ab eorũ insidiis eximeret, nisi forte crederẽt ꝙ signa fecit & putabant ea nõ fieri diuina virtute. Hic quidẽ igitur deliberabãt nõ dimittere ipsum, opinantes se per hoc esse impedimẽto volentibus credere in eum, & Romanis ne eis auferent terram & gentem. vnde sequitur. {Si dimittimus eum sic, oẽs credent in eum, & veni. Roma. & tol. locum nostrum & gentem. CHRY. Hoc dicentes, populum volunt concutere vt pericli- *Hom. 64.* tandum ex suspitione tyrannidis. q. d. Si Romani viderint eum turbas ducentem, suspicabuntur nos in tyrannidem velle consurgere, & destruent nostram ciuitatem, sed fictio erat quę dicebãtur. Quid enim demonstrabat tale? armigeros circumferebat & æquitaturas trahebat? Nonne deserta persequebatur? Sed vt non putẽtur ob passiionem suam hoc dicere, totam ciuitatem periclitari di- *Tract. 49.* cunt. AVG. Vel timuerunt, ne si omnes in Christum crederẽt, nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatem Dei templũque defenderent, quoniam contra ipsum templum & contra suas H paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant, temporalia ergo perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt. nam & Romani post domini passionem & glorificationem tulerunt eis & locum & gentẽ, expugnando & transferendo. ORIG. Sed *Tomo 28.* & secundum anagogem, locũ eorum qui ex circuncisione sunt gentes occupauerunt, quia per eorum casum salus gentibus euenit. loco .n. gentium Romani ponunt ex regnantibus qui regno suberant nuncupatis. Gens etiam ab eis sublata est, quia qui fuit populus Dei, factus est non populus. CHRY. Cum aũt illi hæsita- *Hom. 64.* bant, & in ordine consilii proponebant dicentes, q̃d facimus. vnus inuerecũde & cũ crudelitate clamauit. vnde sequitur. {Vnus aũt ex ipsis Caiphas no. cum esset ponti. anni illius. AVG. Mouere *Tract. 49* potest quõ dicatur potifex anni illius, cum dominus constitueri vnum summum sacerdotem, cui mortuo unus succederet. Sed intelligendum est per ambitiones & contentiones inter Iudæos po- I stea constitutum esse plures fore põtifices, qui per annos singulos vicibus ministrarent, & forte etiam in vnum annum plures administrabant, quibus alio anno alii succedebant. ALCVI. Nam de hoc Caipha Iosephus refert ꝙ precio sibi sacerdotium vnius anni redemerit. ORIG. Increpatur autem Caiphę prauitas *Tomo 28.* in hoc quod dicitur: Pontifex anni illius, quo, s. noster saluator exercuit ministerium passionis, & tamen cum esset pontifex anni illius dixit eis: {Vos nescitis quicq̃, neq; cogitatis: quia expe. vobis vt vnus moriatur homo pro popu. & non tota gens pereat. q. d. Vos sedetis, & adhuc segnius rem attenditis, sed attendatis vnius hominis salutem pro communi Republica oportere cõtemnere. THEO. Hoc autem ipse quidem praua dixit intentione, tamẽ spiritussancti gratia ore eius vsa est ad futuri pręsagium. vnde subditur. {Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pon. anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. ORIG. *Tomo 28.* Non quicumq; prophetizat, propheta est, sicut non quicumq; ius prosequitur, iustus est, sicut qui facit aliquod opus ꝑꝑ humanam K gloriã. Caiphas ergo prophetauit quidem, nec tñ erat propheta, sicut & Balaam. Audebit aũt quis dicere ꝙ non per spiritũsanctũ Caiphas prophetauerit, quia etiam spiritus maligni est attestari Iesu & prophetare pro eo, iuxta illud quod dicitur. {Nouimus te ꝙ sis sanctus Dei, nam eius intentionis est non fideles auditores efficere, sed incitare in prætorio confidentes aduersus Iesum, vt eũ perimerent, deinde quod dicit: Expedit vobis, quod pars eius prophetię fuit, dicit verum vel mentitur. Nam si verum dicit, saluantur hi qui in prætorio aduersus Iesum nituntur mortuo Iesu pro populo & pertingunt ad id q̃d expedit. Quod si incõueniens est, manifestũ est ꝙ nõ fuit spiritussanctus qui dedit hæc proferri, quia spiritussanctus non mentitur. Si aũt quis velit veredicum & in hoc esse Caipham, concederetur illi ꝙ gratia Dei pro omnibus gustet mortem, & ꝙ est saluator omnium hominum, maxime fidelium fatebitur etiam cũcta quæ sunt in hoc loco prophetiam esse veridicam, incipiendo ab illo: Vos nihil scitis. Nihil enim nouerant qui Iesum ignorabant esse veritatem, sapientiã, iustitiam, &

& pacem. Et quòd ipsis quoque erat expediẽs, vt hic vnus inquan- A tum est homo moriatur pro populo. non enim inquantum est *Hom. 66.* imago inuisibilis Dei est susceptibilis mortis. Pro populo autem obiit, velut potens totius orbis, culpam in seipsum retorquens dissipare, ac delere. Ex hoc vero quod dicitur. {Hoc autem a se-

Hoc aũt a semetipso non dixit, sed cum esset põtifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantũ pro gente, sed vt filios Dei qui erãt dispersi cõgregaret in vnũ. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

i Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed B abiit in regionem iuxta desertũ in ciuitatẽ quę dicitur Effrem, & ibi morabatur cũ discipulis suis. Proximum autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymã de regione

metipso non dixit, docemur ꝙ aliqua nos homines per nos dicimus, nulla inducente virtute ad proferẽdum, quædam vero suadente nobis quadam virtute, & si non integre exprimamus, & sic inconsequenter disponamur ad ea insectantes ea quæ discimus, sed non intentionem dictorum, velut Caiphas ex se nihil protulit, nec dixit intẽtionem, quia prophetiam dicti nõ accipiebat. Sed etiam apud Paulum quidã legisperiti sunt non intelligentes, nec ea *Tract. 49.* quæ proferuntur. AVGVST. Hic docemur etiam homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere, quod tamen euangelista diuino attribuit sacramento, quia pontifex fuit, idest, summus *Hom. 64.* sacerdos. CHRYSOST. Vide autem quanta spiritussancti virtus est, a mente enim mala valuit verba proferre prophetiæ. Vide etiam quanta est pontificalis virtus potestatis, põtifex enim effectus, & si indignus existens, tantum propherauit nesciens quid diceret, ore enim solum vsa est gratia, contaminatum autem cor C *Tract. 49.* non tetigit. AVGVST. Caiphas igitur de sola gente Iudæorum prophetauit, in qua erant oues, de quibus ait ipse dominus: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, sed nouerat euangelista alias esse oues, quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, & ideo addidit. {Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Hæc autem secundum prædestinationem dicta sunt, nam neq; oues eius, *Cap. 13.* neque filii Dei adhuc erant. GREGORIVS. 6. Mor. Persecutores igitur peregerunt hoc quod perniciose moliti sunt, intulerunt mortem, vt ab eo absciderenr fidelium deuotionem, sed fides inde creuit. vnde se hanc extinguere infidelium crudelitas credidit. Non enim ad pietatis suæ obsequium redegit, quod contra illum humana crudelitas extorsit. ORIGE. Concitati autem ad iram ex uerbis Caiphæ, taxauerunt vt occiderent dominum. vnde sequitur. {Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.} Et quidem si non spiritusancto Caipha prophetauerat, alius spiritus fuit qui valuit & per impium loqui, & D sibi compares aduersum Christum incitare. Qui autem vult respondere pro spiritusancto, dicet quòd sicut sacrarum intentionem scripturarum ad vtilitatem prolatam, aliqui praue suscipiũt ad constituendam enormem disciplinam, sic æditam pro saluatore prophetiam veridicam, non debito modo percipientes con- *Hom. 64.* siliati sunt vt interficerent Christum. CHRY. Quærebant quidem prius & eum interficere, nunc & sententiã firmauerunt. *Tomo 28.* i ¶ ORIGE. Cum concilium congregauerunt pontifices & pharisæi vt occiderent Iesum, ipse cautius se obseruans, non vltra cum fiducia conuersabatur cum Iudæis, sed neque ad aliam ciuitatem abiit populatam, sed ad quandam remotam. vnde dicitur. {Iesus ergo iam nõ in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Effrem. *Tracta. 49* AVG. Non quia potentia eius defecerat, in qua si vellet palam cum Iudæis conuersaretur, & nihil ei facereut, sed exemplum di- E scipulis demonstrauit, quo apparent non esse peccatum, si fideles eius oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius euitarent, q̃ se ostendendo magis accenderẽt. *Tomo. 28.* ORIGE. Honestum namque est imminente agone confitenti Iesum non euitare confessionem, nec recusare subire mortem gratia veritatis, nec minus honestum est non tradere occasionem tãtæ tentationi, non solum propter incertitudinem euentus proprii, sed ne nos occasionem præstemus, vt alii magis impii, ac noxii fiant, nam si quis factus erga quemq̃ materia criminis luet pęnas, quomodo persecutorem non declinans, non etiam & persequentius delicto dabit responsum. Non solum aũt dominus illuc iuit, imo vt nullam daret causam perquirentibus eum, discipulos etiam secum duxit. vnde sequitur. {Et ibi morabatur cum discipu- *Hom. 64.* lis suis. CHRY. Qualiter putas turbatos discipulos humane videntes eum saluatum? Ipsi autem quando omnes lętabantur, &

festa celebrabant, tunc occultantur, & in periculis sunt, sed tamen permanebant cum eo secundum illud: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. ORIG. Quomodo ad anago- *Tomo 28.* giam vero dicatur, ꝙ Iesus dudum cum fiducia ambulabat inter Iudæos, cum verbum diuinum per prophetas in ipsis cõuersabat;

ante paschæ vt sanctificarent se ipsos. Quærebãt ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis, quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit vbi sit, indicet vt apprehendant eum.

CAPVT XI.

IEsus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus. Fece

sed abiit illuc, nec est verbum Dei inter Iudæos. Accessit autem ad villã quę est prope desertum, de qua dicitur. Multi filii desertæ magis q̃ cõiugatæ. Villa autem dicitur Effrem, quę interpretatur fertilitas. Fuit autem Effraim frater Manasse senioris populi obliuioni traditi, post populũ enim obliuioni datum prætermissum prodiit ex gentibus abundantia. Discedens ergo a Iudæis dominus, venit in terrã totius orbis prope desertam ecclesiam, quæ dicitur ciuitas fęcunda, & ibi moratur cum discipulis vsque nunc. AVG. *Tract. 50.* Ille autem qui de cælo venerat pati, propinquare voluit loco passionis, quia imminebat hora passionis. vnde sequitur. {Proximum aũt erat pascha Iudæorum.} Habebãt Iudæi pascha in vmbra, nos in luce, sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt, sanguine Christi frontes nostræ signantur. Illum diem festum Iudęi cruentum haberi domini sanguine voluerunt, illo die festo occisus est agnus, qui eundem diem festum suo sanguine consecrauit. Mandatum autẽ erat in lege Iudæis, vt die festo quo pascha erat, omnes vndique conuenirent, & illius diei celebratione sanctificarentur. vnde sequitur. {Et ascenderunt multi Hieroso. de regione ante pascha vt sanctifica. seipsos. THEO. Ascenderunt autem ante pasca vt purgarentur, quoniam quicumque peccauerant inuiti, vel spontanei pasca non celebrabant nisi prius expiarentur, vt moris erat balneationibus & ieiunijs ac rasura, quinetiã quasdam deputatas oblationes offerendo. Hi ergo expiationem celebrantes, insidiantur domino. vnde sequitur. {Quærebant ergo Iesum & colloquebantur ad inuicem in templo stantes, quid putatis, quia non venit ad diem festum? CHRY. Insidiabantur ei, *Hom. 64.* & tempus festi tempus faciebãt occisionis. ORIG. Et propter hoc non dixit. Pascha domini, sed Iudæorum. nam saluator in illo patiebatur insidias. ALCVI. Illi ergo quærebant Iesum non bene, nos autem quęrimus eum stãtes in templo Dei, mutuo nos consolando & exorando, vt veniat ad idem festum nostrũ, & sua præsentia nos sanctificet. THE. Sed si talia solum vulgus pageret, videret vtiq; passio ex imperitia progredi. Sed & pharisæi pręcipiunt vt capiatur. vnde sequiĩ. {Dederant aũt pont. & pha. mandatum, vt si quis cogno. vbi sit, indicet, vt apprehen. eum. ORIG. Et attende ꝙ ignorabant vbi est, ostẽsum est enim eum discessisse. Dices etiam quoniam insidiantes Iesus ignorabãt vbi sit, propter quod dederunt alia q̃ diuina mandata, docente disciplinas & mandata hominum. AVGVST. Nos autem indicemus modo Iudæis vbi sit, vtinam velint audire & apprehendere.

CAPVT XII.

ALCVI. Appropinquante tꝑe in quo dñs pati disposuit. appropinquauit ipse loco in quo eiusdem passionis dispensationem perficere voluit. vnde dr̃: {Ie. er. ante sex dies pasche venit in Bethaniam.} Primo venit in Bethaniam deinde Hierosolymam} In Hierosolymã quidem vt ibi pateretur, in Bethaniam vero vt resuscitatio Lazri memorię omnium artius imprimeret. vnde subditur. {Vbi fue. Laza. mor. quẽ susc. Iesus. THE. Decima aũt die mensis agnũ Iudæi capiunt ĩmolandũ in festo Paschæ, extunc .n. festiuitatis prælibãt sollemnia, quapropter in die quæ est nona mensis & ꝑcedit sextũ diẽ ante pasca, epulantur splendide, & exordiũ festi hanc diẽ cõstituunt, quo fit vt Iesus quoq; pergens Bethaniã conuiuaret. unde sequiĩ. {Fece. autẽ ei cę, & ibi Mar. ministrabat.} Per hoc aũt quod dixit, ꝙ Martha ministrabat, insinuat ꝙ in illius domo erat conuiuium. Sed attende mulieris fidelitatẽ, non .n. famulabus imponit ministerium, sed ipsamet suscepit, innuere aũt volens euangelista verę resurrectionis Lazari signum subdit. {Laza. vero unus erat ex di scum. cum eo. AVGVS. Viuebat, loquebatur, epulaba- *Tract. 50.* tur, Veritas ostendebatur, infidelitas Iudęorum confundebatur. CHRY. Maria autem non faciebat communem famulatum, *Hom. 64.*

Universidad de Deusto Biblioteca

sed ad solum dominum constituit honorem, & non vt ad hominem accedit, sed vt ad deum. vnde sequitur. ¶ Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius. AVGVS. Quod ait pistici, locū aliquem credere debemus, vnde erat hoc vnguentum pretiosum.

ALCVI. Vel pistici, idest, fidelis, nec ex traneis speciebꝰ adulterati. Hęc est illa mulier quæ quondā peccatrix in domo Simonis venit ad dominū cum alabastro vngūēti. AVGVST. de Con.euan. Quòd autem hoc in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet sed pariter narratur a tribus, Ioannes scilicet Matthæo & Marco, q̄ ergo Matthæus & Marcus caput domini vnguento illo perfusum dicunt, Ioannes autē pedes, nō solum caput, sed & pedes domini accipiamus perfudisse mulierē. Matthęus & Marcus recapitulando ad illum diem redeūt in Bethaniam, qui erat ante sex dies paschæ, & narrant quod Ioannes de cœna & vnguento. Sequitur, ¶ Et domus impleta est &c. ¶ AVGV. super Ioan. ad Apostolum reuoca intentionem qui dicit: Aliis sumus odor uitæ ad vitam, aliis sumus odor mortis ad mortem, deniq; audies hinc ex vnguento isto, quomodo erat aliis odor bonus in vitam, aliis odor bonus in mortem. vnde sequitur. ¶ Dixit ergo vnus ex discipulis suis Iudas Scar. qui erat &c. AVGV. de Con. euang. Quòd alii dicunt discipulos murmurasse de vnguenti pretiosi effusione, Ioannes autem Iudam commemorat: puto discipulorū nomine Iudā significatū, plurali numero pro singulari vsurpato. Potest etiam intelligi q̄ alii discipuli, aut senserint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente persuasum sit, atque omnium voluntatē Matthęus & Marcus verbis etiam expresserunt. Sed Iudas propterea dixerit, quia fur erat, cæteri propter pauperum curā, Ioannē vero de solo illo id cōmemorare voluisse, cuius ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimandam. nam sequitur: ¶ Dixit autem hoc, non quia de ege. pert. ad eum, sed quia fur erat & locu. habens, ea quę mit. portabat. ALCVI. Portabat ministerio, exportabat furto. AVG. Non tunc periit Iudas, quando accepit a Iudæis pecuniam vt dominum traderet, iam fur erat, do minum perditus sequebatur, non corde, sed corpore. Voluit autē per hoc dominus nos admonere vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus. Qui aliquid de ecclesia furatur, iure perdito comparatur, tolera malum bonus, vt venias ad prēmium bonorū ne imitaris in pœnam malorum Ex emplum domini accipite conuersantis in terra, quare habuit loculos cui angeli ministrabant, nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat? Quare fures admisit, nisi vt eius ecclesia fures dum patitur toleraret? Sed ille qui cōsueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum vendere. CHRY. Ideo etiam ei furi existenti loculos commisit pauperum, vt omnē abscinderet occasionem, non enim habuit dicere quoniam propter pecuniarū desiderium hoc fecit, etenim sufficientē habebat ex loculo concupiscentiæ mitigationem. THEO. Quidam vero administrationem pecuniæ susceperisse Iudam fatentur, tamquam minimū omnium. Nam pecuniæ administratio, doctrinæ administratione inferior est, secundum q̄ dicunt apostoli in Actibus: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. CHRY. Christus autem multa condescensione ad Iudam vtens, nō increpauit eum furripientem, sed cōem intulit excusationem. nam sequitur. ¶ Dixit ergo Ie. fini. il. vt in diem sepul. meæ ser. illud. ALCV. Significat se moriturum & ad sepeliendū aromatibus esse vngendum: ideo Mariæ cui ad vnctionem morituri corporis multū desideranti peruenire non licerer, donatum sic viuenti adhuc impendere obsequiū, quod post mortem celeri resurrectione præuenta nequiret. CHRY. Rursus etiam pp proditorem rememoratē est sepulturæ. Ac si di. Grauis sum tibi & onerosus, sed expecta parum & abibo. & hoc ostendit, cum subdit: Pauperes. n. semper habetis vobiscum, me aūt non semper habebitis. AVG. Loquebatur de præsentia corporis sui: nam secundum maiestatem suā, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem, & inuisibilē gratiam impletur quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscū sum vsque

runt autē ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discumbētibus cū eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Scariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, vt in diem sepulturę meę seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscū, me autē nō semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, qa illic est, & venerunt nō propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarū interficerēt, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

b In crastinū autem turba multa quæ conuenerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine dñi rex Israel. Et inuenit Iesus asellū, & sedit sup eū, sicut scriptū est: Noli timere filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quę erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis, Propterea & obuiā venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis qa nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit.

c Erant autem quidam gentiles ex his qui ascēderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galileæ, & rogauerunt eum dicentes. Domine volumus Iesum videre. Venit Philippꝰ & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autē mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit

---

AVGV. Hosanna vox est obsecrantis, magis affectum indicās, q̄ rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant. BEDA. Est autem compositum ex corrupto & integro. Osi enim salua, anna obsecrantis est interiectio, osi ergo corruptum, anna est integrum. Benedictus autem qui venit in nomine domini, sic potius accipiendum est, vt in nomine domini, in nomine Dei patris intelligāt, quāmuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est, sed verba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait: Ego veni in nomine patris mei, nō vtique amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. CHRYSOSTO. Hoc est etiam quod maxime coegit credere in Christū omnes, quoniam non est deo contrarius, & hoc maxime erigebat plebē, q̄ ipse dicebat se a patre venisse. Ex his ergo verbis colligimus q̄ Deus est. nā Osanna, saluos fac interpretatur, salutem autem soli deo scriptura attribuit. Deinde quia vere est Deus qui venit, inquiunt, non qui ducitur, hoc enim seruile est quodāmodo, illud vero Dominicū. Quod etiam dicunt, In nomine domini, illud idem erga ipsum protendit, non enim in nomine serui, sed domini dicunt illum venire. AVGVST. Quid autem magnum fuit regi sæculorum regem fieri hominū? Non enim rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armādum, sed rex Israel q̄ mentes regat, q̄ in regnum cælorum perducat, quòd ergo rex esse voluit Israel, dignatio est non promotio, miserationis indicium, non potestatis argumentum: qui enim appellatus est in terra rex Iudæorum, in cælis est dominus angelorum. THEO. Iudæi aute regem Israel ipsum nuncupabant, quasi sensibilem regem somniantes. Expectabant namque exurgere quendam in regem maiorem q̄ secundum humanam naturam, saluaturum eos a Romanorum iurisdictione.

¶ Quomodo autem dominus venerit, ostendit euangelista subdēs. ¶ Et inuenit Iesus asellum, &c. AVGVST. Hoc breuiter dictum est, nam quemadmodum sit factum apud alios euangelistas plenissime legitur. Pullum autem asinæ in quo nemo sederat (hoc enim apud alios euangelistas inuenitur) intelligimus populum gentium, qui legem domini non acceperat, asinam veram (quia vtrumque domino adductum est) plebem eius quæ veniebat ex populo Israel. CHRY. Fecit ergo hoc prophetice aliquid figurans, quoniam videlicet immundum gentium populum debebat subiectum habere, & prophetiam quandam implens. AVG. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium, vt appareat quoniā maligni principes Iudæorum eum non intelligebāt, in quo implebantur quæ legebāt. vnde sequitur. ¶ Sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinæ. ¶ In illo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem, quę est Sion, cui dicitur. Noli timere illum, agnosce qui a te laudatur, & noli trepidare cū patitur, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur & vita redimatur. CHRYSO. Vel aliter. Quia reges eorum iniusti fuerant, & eos obnoxios bellis faciebant, confide ait, hic non talis, sed mitis & māsuetus, quod ostendit ab asino. non enim exercitum habens intrabat, sed asinū habens solum. Vide autem euangelistæ sapientiam, non verecundatur priorem ignorantiam diuulgare, nam sequitur. ¶ Hæc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus. AVGVST. idest, quando virtutem suæ resurrectionis ostendit, tunc recordati sunt quòd hæc erant scripta de eo, & hoc fecerunt ei, ideſt non alia quàm quæ scripta erant de eo. CHRY. Hoc autem ignorabāt quoniam ipse non reuelauit eis, scandalizasset enim eos si rex existens talia passurus erat, & antequam susceperisset statim cognitionem regni de quo hic dicebatur, de regno enim temporali hoc dici putassent. THEO. Aspice autem consequentiam passionis, suscitauit Lazarum, hoc omnium notissimi re reseruans miraculum, & ob hoc plurimi concurrebant & credebāt. vnde sequitur, ¶ Testimoniū ergo perhibebat turba, quæ

cum eo erat quando vocauit Lazarū de monumēto, & suscitauit eum a mortuis, propterea & obuiam venit ei turba, quia audierūt eum fecisse hoc signum. ¶ Exinde liuor & insidiæ, vnde sequitur. ¶ Pharisæi autē dicebant ad semetipsos, videtis quia nihil proficimus, Ecce mundus totus post eum abiit. AVGV. Turba turbauit turbam. Quid autem inuidet cæca turba, quia post eū abiit mūdus, per quem factus est mūdus? CHRYSOSTO. Mundum enim hic turbam dicunt. videtur autem mihi hoc dictum esse eorum qui sani quidē erant, non audebant autem propalari, demum ab euentu deterrebant alios quasi inconsummabilia tentantes. THEOP. Ac si diceret: Quantumcumque insidiamini, tanto hic augeſ & gloria eius intenditur, quis ergo profectus de tātis insidiis? c ¶ BEDA. Templū domini Hierosolymis situm adeo erat famosum, vt diebus festis non solum vicini, sed etiā multæ ex longinquis regionibus gentes illuc aduenirēt, sicut de Eunucho Candacis reginæ Aethiopum Actus Apostolorum declarat. hac ergo consuetudine hi gentiles venerant adorare, de quibus dicitur: ¶ Erant autem quidā Gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. CHRY. Prope existentes de cætero Proselyti fierent. Fama itaque audita de Christo, volunt eum videre, vnde sequitur. ¶ Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galileę, & rogauerunt eum dicentes: Domine, volumus Iesum videre. AVGV. Ecce volunt eum Iudæi occidere, gentiles videre: sed etiam illi ex Iudæis erant qui clamabāt, Benedictus qui venit in nomine domini. Ecce illi ex circumcisione, illi ex præputio: velut duo parietes de diuerso venientes, & in vnam fidem Christi pacis osculo concurrētes. Sequitur: ¶ Venit Philippus & dicit Andreæ. CHRY. Quasi priori existenti, audiuerat enim: In viā gentium ne abieritis: propterea cum condiscipulo communicans magistro refert. vnde sequitur: ¶ Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. AVG. Audiamus ergo vocem lapidis angularis. vnde sequitur. ¶ Iesus autem respondit eis dicens: Venit hora vt clarificet filius hominis. ¶ Forsitan aliquis putat ideo se dixisse glorificatum, quia gentiles volebant eum videre: nō ita est, sed videbat gentiles post passionem & resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros. Ex occasione igitur istorum gentilium qui eum videre cupiebant, annuntiat futuram plenitudinem gentium, & promittit iam adesse horam glorificationis suæ, qua facta in cælis gentes fuerant crediturę, secundum illud: Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua, sed altitudinem glorificationis oportuit vt præcederet humilitas passionis: vnde adiunxit, ¶ Amen amen dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terram. fue. ip. so. ma. Si autem mor. fue. mul. fru. af. ¶ Se autem dicebat granum mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum. BEDA. Ipse enim ex semine patriarcharum in agro huius mundi seminatus est. i. incarnatus est, vt moriendo cum multiplicatione resurgeret, solus mortuus est, cū multis surrexit. CHRY. Et quia per sermones non ita suadebat, vtitur experimento, quia frumentum magis facit fructum cum mortuum fuerit. Si autem ex seminibus hoc accidit, multo magis in me. Quia igitur de reliquo debebat mittere discipulos ad gentes, videt autem gentiles præsilientes ad fidem: ostendit q̄ tempus erat, vt ad crucem veniret. Non enim prius eos ad gentes misit, donec Iudæi offenderunt, donec crucifixerunt, & quia de morte sua præuidit discipulos contristandos superabundantiam facit sermonis, dicens: Non solum si non mortem meam patienter sustinueritis, sed etiam si vosipsi moriamini, nullum vobis erit lucrum: & hoc est quod subdit: ¶ Qui amat animam suam perdet eam. ¶ AVGVST. Hoc duobus modis intelligi potest. ¶ Qui amat perdet, ¶ ideſt si amas, perdes: si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam. noli amare in hac vita. ne perdas in æterna vita. hoc autem quod posterius dixi, magis habere videtur

Universidad de Deusto Biblioteca

videtur euangelicum sensum. Sequitur enim. { Et qui odit animā suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. } ergo quod supra dictum est. Qui amat, subintelligit in hoc mundo. CHRY. Amat autem animam suam in hoc mundo, qui desideria eius inconuenientia facit, odit autem eam, qui non cædit ei noxia concupiscenti, & non dixit.

Hom.66. qui non cædit ei, sed Qui odit eā. Quemadmodum enim eorum qui odio habent nec vocem audire sustinemus, nec visum videre delectabit, ita & animam cum contraria iniungit, quæ Deo non placent, cū vehementia auertere oportet. THEO. Quia n. valde onerosum erat audire, q oportet odire aiam, animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi ego sum, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.

e Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora: Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruū esse factū. Alii autem dicebāt: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus & dixit. Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

consolatur per hoc quod addit. In hoc mundo, temporis indicans particularitatem, non enim in perpetuū iubet aiam odio haberi, & emolumentum ponit cum dicit. { In vitam æternā custodit eā } AVG. Sed vide ne tibi subrepat, vt teipsum interimere velis, sic intelligendo q debes in hoc mundo odisse animam tuā, hinc. n. quidam maligni, atque peruersi homicidæ flāmis se donant, aquis præfocant, præcipitatione collidunt & pereunt, hoc Christus nō docuit, īmo & diabolo præcipitium suggerenti respondit. Vade Sathanas. Cum ergo causę articulus venerit, vt hæc cōditio proponatur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ab hac vita migrandum, cōminante mortem persecutore, ibi oderis in hoc

Tract.51. Hom.66. mundo animā tuam, vt in vitam æternā custodias eam. CHRY. Dulcis quidem est præsens vita his qui affixi sunt ei, si vero quis ad cælum respexerit, videns quæ ibi sunt bona, cito contemnet vitam præsentem. Cū enim apparuerit melior, contemnitur pei or, in hoc ergo inducēs Christus subdit: { Qui mihi ministrat, me sequatur, } idest me imitet, de morte hoc dicit, & de ea quæ per opera assequitur, oportet enim eū qui ministrat & eū cui ministrat sequi. AVGV. Quid ergo sit ministrare Christo, in ipsis verbis agnoscimus cum dicit. { Si quis mihi ministrat. } Ministrant ergo Iesu, qui non quæ sua sunt quærunt, sed quæ Iesu Christi, hoc

Tract.51. est enim, me sequatur, vias ambulet meas, non suas, non ea tm quæ ad misericordiam pertinent corporalem, sed omnia opera bona propter Christum faciens, vsque ad illud opus magnæ charitatis, quod est animam pro fratribus ponere, sed quo fructu? qua mercede? Sequitur. { Et vbi ego sum, il. & minist. me. erit. } Gratis amatur, & operis quo ministratur illi, precium sit esse cum illo.

Hom.66. CHRY. Ostendit autem per hoc q resurrectio morti succeder. Vbi autem sum ait, quia in cælis ante resurrectionem Christus fuerat, igitur illic transmigremus animo & mente. Sequitur.

Tracta.51 { Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. AVGVSTINVS. Per hoc intelligitur expositum esse vt supra dixerat, illic & minister meus erit. nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm vt sit vbi est vnicus? CHRY

Hom.66. SOSTOMVS. Non autem dixit. Ego honorificabo eum, sed pater meus, nondum enim de eo decentem opinionē habebant, sed maiorem de patre.

Hom.66. c ¶ CHRY. Quia dominus ad passionem discipulos exhortatus fuerat, ne dicant q ipse extra dolores existens humanos, facile de morte philosophatur, & nos admonet propter hoc q ipse est sine periculo, idest, ostendit q & ipse in agonia sit, tamen propter vtilitatem morte non renuit. vnde dicit. { Nunc anima mea turbata est. } AVG. Audio qui in hoc mundo odit animam suam,

Tract.52. in vitam æternam custodit eam, & mundum contemnere accendor, & in cōtrario modo nihil est vitæ huius totus q̄tumliber fuerit prolixior vapor, pro amore æternorum temporalia mihi cuncta vilescunt, & rursum dominum audio dicentem. { Nunc anima mea turbata est. } Sequi iubes animā meam, sed turbari video animam tuam, quale fundamentum quęrā si petra succumbit? Agnosco domine misericordiam tuam, nam qui charitatis voluntate turbaris, multos in corpore tuo qui suæ infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando pereant, consolaris. In se ergo caput nostrum suscepit membrorum suorum affectum, & ideo non est ab aliquo turbatus, sed sicut de illo supra dictum est, turbauit semetipsum. CHRYSOST. Appropinquans. n. de reliquo cruci,

Hom.66. quod humanum est ostendit, & naturam non volentem mori, sed præsenti adhærentem vitæ, ostendens quoniam non extra humanas passiones erat. sicut enim esurire non crimen est, ita neq; præsentem vitam appetere, Christus autem corpus a peccato mundū habebat, non a naturalibus necessitatibus erutum: hoc igitur dispensationis est, non deitatis. AVGVST. Deniq; homo qui

Tract.52. sequi vult, audiat qua hora sequatur, accessit forte hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut subeundę passionis, turbatur anima infirma, audi ergo quid subiungit. { Et quid dicam? BEDA. Hoc est quid aliud nisi vt mębra mea instruantur? Pater saluifica me ex hac hora. AVG. Docuit te quem

Tract.52. inuoces, cuius voluntatem tuæ voluntati pponas, non ideo tibi videatur ex alto differe, quia te vult ab initio proficere, hominis susceptit infirmitatem. vt doceat contristatum dicere, non quod ego volo, sed quod tu vis, vnde subditur. { Sed prop. ve. in ho. hanc: pater glori. no. tu. } in sua scilicet passione & resurrectione. CHRY.

Hom.66. q. d. Non habeo quid dicam, ereptionem quærens. Propterea enim veni in horam hanc, ac si dicat: Etsi turbemur & tumultum patiamur, nō fugiamus mortem, quia ego nunc turbatus, non dico vt effugiam, oportet enim ferre quod superuenit, non dico: Eripe me ex hora hac, sed contrarium dico, scilicet clarifica nomē tuum, ostendit enim quoniam pro veritate moritur, gloriam Dei hoc vocans, & hoc euenit, vt totum genus erat, vt post crucem conuerteretur orbis terrarum & cognosceret nomen Dei & coleret, non solum patris, sed etiam filii, sed tamen hoc silet. Sequitur. { Venit ergo vox de cælo dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. } GREGO. 28. Mor. Huiusmodi verbis per angelum

Cap.2. loquitur Deus: Et cum nil in imagine ostenditur, sed supernæ vocis verba audiuntur, & nimirum de cælestibus loquens verba sua quæ audiri ab hominibus voluit, rationali creatura administrante formauit. AVGVST. Clarificaui autem dicit, anteq̄

Tract 52 faceré mundum, & iterum clarificabo, cum resurget a mortuis. Vel aliter. { Clarificaui. } cum de Virgine natus est, cum miracula multa fecit, cum descendente spiritu sancto in specie columbæ nō stratus eit, & iterum clarificabo, cum resurget a mortuis, cum exaltabitur super cælos Deus, & super omnem terram gloria eius. Sequitur. { Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat, tonitruū

Hom.66. factum esse. } CHRYSOST. Aperta quidem & bene significatiua erat vox, sed cito ab eis euolauit quasi a grossioribus & carnalibus & desidiosis, & hi quidem sonitum tantum retinuerunt: alii vero quoniam articulata erat vox nouerant, quid autem significauit non adhuc, de quibus subditur. { Alii dicebant. Angelus ei locutus est. } Sequitur. { Respondit Iesus & dixit. Non

Tract.52. propter me hæc vox venit, sed propter vos. AVGVST. Hic ostendit illa voce non sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut autem vox illa non propter eum facta est, sed propter eos: sic anima eius, non propter ipsum, sed

Hom.66. propter eos turbata est. CHRYSOST. Ad illud enim instat vox patris, quòd semper dicebant, quoniam non est ex Deo, qui enim a Deo glorificatur, qualiter non est ex Deo? Vbi vide q humilia propter eos facta sunt, non quasi filio auxilio indigente. Quia ergo dixit: { Clarificabo, } ostendit consequenter & modū

Tra.52. glorię. nam sequitur. { Nunc iudicium est mundi. AVGVST. Iudicium enim quod in fine expectatur, erit præmiorum pœnarumque æternarum, dicitur etiam iudicium non damnationis, sed discretionis. hoc vocabat hic iudicium, discretionem scilicet a suis redemptis diaboli expulsionem. vnde sequitur. { Nunc & princeps mūdi huius eiicietur foras, } absit vt diabolū principem mundi ita dictum existimemus, ut eum cæli & terræ dominari posse credamus, sed mundus appellatur in malis hominibus qui toto orbe terrarum diffusi sunt. Sic ergo dictum est. Princeps huius mundi, idest, princeps malorum hominum, qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter per totum orbem terrarum diffusi sunt, ideo dicit Apostolus. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, hi sunt, ex quorum cordibus principes mundi eiicientur foras. præuidebat enim dominus post passionem & glorificationem suam per vniuersum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renuntiant eiicitur foras. Sed numquid de cordibus veterum iustorum non est eiectus foras? quomodo ergo dictum est, nunc eiicietur foras, nisi quia tūc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisque populis iam mox futurum esse prædictum est? Quid ergo ait quispiam? quia diabolus eiicitur foras? iam fidelium neminem tentat, immo tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. CHRYSOSTOMVS. Sed

Hom.66. quale est istud iudicium quo diabolus foras eiicitur, exemplo id faciam manifestum, sit aliquis debitores expetens, & feriat, & in vincula mittat. Deinde ex eadem dementia, & eum qui nihil debet sibi eundem carcerem ducat: hic & eorum quæ in alios fecit, dabit vindictam, ita & in Christo factum est. Eorū enim quæ diabolus in nos fecit, per ea, quæ in Christum ausus est, subtilinebit vindictam, & ne quis

Tract.52 dicat. Qualiter mittetur foras, si te superabit? subiungit. { Et ego si exalt. fue. a ter. om. era. ad me ipsum } Qualiter enim superatur qui & alios trahit? hoc autem plus fuit dicere, q̄ resurgā. Si enim hoc dixisset, nondum manifestum esse, quod traheret, dicēdo vero { trahā, } vtrūque demonstrat.

Tract.52 AVG. Sed quæ oia trahit, nisi ex quibus diabolus eiicitur foras? non autem dixit omnes, sed { omnia. } nō enim omnium est fides: non itaque hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, idest spiritū & animam, & corpus ad illud. s. quòd intelligimus, q viuimus, q visibiles sumus, aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, aut certe omnia hominum

Homil. 66. genera æm innumerabiles differentias, quibus inter se præter sola peccata homines distant. CHRY. Qualiter igitur supra dixit, qui pater trahit? quia. s. filio trahente, pater trahit. Dicit autem,

Tract. eodē { traham, } quasi a tyranno detentos, & per seipsos nequeuntes accedere, & illius manus effugere. AVG. Sed si exaltatus, inquit, fuero a terra: hoc est cum exaltatus fuero: non enim dubitat futurū esse quod venit implere: nam exaltationem suam dixit in crucem passionem. vnde Euangelista subdit. Hoc autem dixit, significans qua morte esset moriturus.

Tract.eodē. d ¶ AVG. Cum intellexissent Iudæi, q dominus de sua morte dixisset, proponunt ei quæstionem quomodo se diceret moriturum. vnde dicitur. { Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? } Memoriter tenuerunt, q dominus assidue dicebat se esse filium hominis. nam hoc loco non dixit. Si exaltatus fuerit filius hominis, sed superius dixerat. Venit hora, vt clarificetur filius hominis: hoc ergo in animo retinentes, inquiunt. Si

Hom.67. Christus manet in æternum, quomodo exaltabitur a terra, idest quomodo crucis passione morietur? CHRY. Hinc est videre, quoniam multa eorum, quæ parabolice dicebantur intelligebāt,

Tract.eodē. quia enim præuenit de morte disputans, audiētes hic exaltatione suspicati sunt hoc. AVG. Vel hoc eum dixisse intelligebant, quod

Ho. eadem. facere cogitabant: non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. CHRY. Et vide qualiter malitiose interrogant. non enim dixerunt. Nos audiuimus ex lege, quia Christus nihil patitur. In multis enim scripturarum locis, & passio, & resurrectio simul ponitur, sed quoniā manet in æternum, & nimirum hoc non erat contrarium. Immortalitati enim per passionem, non est factum impedimentum, sed æstimauerunt per hoc ostendere eum non esse Christum, quoniā Christus manet in æternum, deinde subdunt. { Quis est iste filius hominis? } hoc malitiose. q. d. Non dicas q propter odium tuum hoc dicamus: ecce enim non nouimus, de quo dicis. Sed Christus respondit, ostendens quoniam passio non prohibet manere eum in æternum, vnde subditur. { Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modi. lu. in vobis est, q. d. Adhuc paruo tempore ego lux vobiscum sum,

Tract.eodē. per hoc ostendens q mors eius transmigratio est: etenim lux solaris non interimitur, sed parum recedens rursus apparet. AVG. vel aliter. Modicum lumen in vobis est per hoc, q intelligitis, q a Christus manet in æternum, ergo ambulate, accedite, totum intelligite, & moriturum Christum & victurum in æternum dum

Ho. eadem. lucem habetis. CHRY. Hic dicit tempus totum præsentis vitæ, & ante crucem, & post crucem. multi enim post crucem credide-

Tract.eodē. runt in eum, vt non tenebræ vos comprehendant. AVG. Si. s. eo modo credideritis Christi æternitatem, vt negetis in eo mortis

Ho.eadem. humilitatem. Sequit. { Et qui am. in tene. ne. quo vadat CHRY. Quanta denique Iudæi nunc agunt & nesciunt quid agūt, sed vt in tenebris ambulantes, putant rectā q̄dē incedere viam, contrariam autem vadunt, propterea subdit: { Dum lucem habetis, credi

Tract.eodē. te in lucē. } AVG. i. dum aliquid veri habetis, credite in veritatē, vt renascamini veritati. vnde sequit. Vt filii lucis sitis.

Ho. eadem. CHRY. Quod est filii mei. In principio autem Euāgelista dicit, q ex Deo nati sunt, hoc est ex patre: hic autem ipse dicitur hos generare, vt discas quoniā vna est actio patris, & filii. Sequitur. { Hæc locutus

Tra.eodem. est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. AVG. Non ab eis, qui credere, & diligere cœperunt, sed ab eis, qui vidēbant, & inuidebāt. Cum autem se abscondit, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit.

Ho. eadem. CHRY. Sed cum nec lapides leuarent, nec blasphemarent, cuius gratia occultatus est? corda enim rimatus nouerat furorem in eis sæuientē, & non expectauit, vt in opus exirent, sed occultatur, mitigans eorum inuidiam.

Ho. eadem. e ¶ CHRY. Nouerat dominus ferētem animum Iudæorum, & occisionem meditantem: & ideo Euangelista subdens. { Cū aūt tanta si. fe. co. eis, non cre. in eum. } THEO. Non autem modicę iniquitatis fuit tantis signis non credere, ea vero signa cōmemorat, quæ supra sunt posita. CHRY. Ne quis autem dicat.

Hom.61. Cuius gratia venit Christus, non nouerant, q non ei intenderēt: & ideo ad hoc excludendum inducit etiam Prophetas hoc scientes, propter quod sequitur { Vt sermo Isaiæ impleretur, quem dixit. Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini, cui reuelatum est? } ALCVI. Quis pro raritate posuit, quia qđ sancti prophetæ a Deo audierunt, & populo prædicauerunt, pau-

Tract.53. cissimi crediderunt. AVG. Satis autem ostendit brachium domini ipsum Dei filium nuncupatum: non q Deus pater figura detinetur carnis humanæ, sed quia omnia per ipsum facta sunt: ideo brachium domini dictum est. Si enim aliquis homo tanta potestate præualeret, vt sine vllo motu corporis sui quod diceret fieret verbum eius, brachium eius esset. Non autem patet occasio errorishis, qui dicunt, quia solus pater est, si brachium eius est filius non enim duæ, sed vna persona est homo, & brachium eius. non intelligentes quomodo verba de rebus aliis ad res alias propter aliquam similitudinem transferantur. Quidam autem inter se mussitant, quæ culpa fuit Iudæorum, si necesse erat, vt sermo Isaiæ impleretur. Quibus respondemus Deus præscium futurorum per Propheram prædixisse, infidelitatem Iudæorum non fecisse, non

Ho. eadem. enim propterea quemquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit, ipsorum enim præscium peccata non sua, fecerunt erunt ergo peccatum Iudæi quod facturos esse prædixit, quem nihil latet. CHRY. Quod ergo dixit, vt sermo Isaiæ Propheræ impleretur. ly Vt, non causale est, sed euētus. Nō enim quia dixit Isaias non credidērūt, sed quia non erant creditu-

Tract.53. ri, propterea Isaias dixit. AV. Sed ea quæ sequunt. profundiore faciūt q̄onem, adiungit enim & dicit. { Propterea non po. cre. quia ire. dixit Isa Exce. ocu. eo. & indu. cor. eorum vt non videant oculis, & non intelligant corde & conuer. & sa. eos. } Si enim credere non poterant, quod peccatum est hominis non facientis quod nō potest facere? Et quod est grauius ad Deū causa refertur, quandoquidem ipse excecauit oculos eorum, & indurauit eorum cor. nō enim hoc saltem de diabolo dicitur, sed de Deo, sed quare non poterant credere? respondeo, quia nolebant. Sicut enim, q dominus

Hom. eadē. negare seipsum non potest, laus est voluntatis diuinę, ita quòd illi non poterant credere, culpa est voluntatis humanæ. CHRY. Hoc autem & in communi consuetudine custoditur, vt cum quis dicat. Non possum amare illum, vehementia voluntatis potentiā dicit. sed Euangelista dicit. { Non poterant, vt ostendat quoniam impossibile est mentiri Propheram: non tamen propterea impossibile erat eos credere. nō enim hæc prædixisset, si crediturī essent.

Tract. 53. AVG. Sed aliam causam iniquis dicit Propheta, non voluntates eorum, quia. s. Excecauit oculos eorum, &c. sed hoc est etiam eorū voluntatem meruisse, respondeo. Sic. n. excecat & obdurat Deus deserendo, & non adiuuando, q occulto iudicio facere potest iniquo non potest. CHRY. Neque enim derelicuit nos, nisi voluerimus nos, secundum illud Oseæ. Oblitus es legis Dei tui, obliuiscar & ego tui. hæc dicit ostendens nos incipere derelictionem, & causam fieri perditionis. Sicut enim Sol infirmum offendit visum, non ex propria natura ita fit in his, qui non attendunt Dei ser-

mones,

mones, terrens autem auditores scriptura dicit. Excęcauit & indurauit. AVG. Quod autem addidit. { Et conuertantur, & sanem eos, vtrum suauadiendum sit non, idest non conuertantur: etenim conuersio de illius gratia est: an forte & hoc de supernæ medicinę misericordia factum intelligendum, vt quoniam superbe suam iustitiam cõstituere volebant adhuc deserentur, & execarentur, vt offenderent in lapidem offensionis, & impleretur facies corũ ignominia, atque humiliati quærerent non suam, qua inflatur superbus, sed iustitiam, Dei qua iustificat impius. hoc enim multis eorum profecit in bonũ, qui de suo scelere compuncti, in Christum postea crediderunt. Sequitur.

{Hoc dixit Isa. quando vi glo.eius, & lo. est de eo. } Vidit autem non sicuti est, sed modo quodam significatiuo, sicut Prophetæ visio fuerat informanda. Nemo ergo vos fallat eorum, qui dicunt, inuisibilem patrem, & visibilem filium, qui putant eum esse creaturam. In forma enim Dei, in qua æqualis est patri, etiam filius inuisibilis est, vt aũt ab hominibus videretur, formam serui accepit: ostendit etiam se antequam susciperet carnem oculis hominum, sicut voluit in subiecta creatura non sicuti est. CHRY. Gloriam autem hic dicit visionem sedentis in throno excelso, & alia, quæ ibi dicuntur. vnde sequitur. { Et lo. est de eo. hoc scilicet, vidi Deum sedentem, & quod audiuit vocem dicentem, quem mittam, & quis ibit, &c. } Sequitur. {Verumtamen ex principib⁹ multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de Synagoga non eiicerentur, dilexerunt enim magis gloriam hominum, quàm gloriam Dei. ALCVI. Gloria Dei est publice confiteri Christum, gloria hominum est in mundanis gloriari. AVG. Hos ergo improbauit Euangelista, qui in hoc gressu fidei si proficerent per amorem quẽ humanæ gloriæ sunt proficiendo superarent.

f ¶ CHRY. Quia amor humanæ gloriæ principes credentes confiteri prohibebat. dominus contra hoc eis loquitur. vnde dicitur. { Iesus autem clamauit & dixit. Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui me misit. } quasi dicat. Quid formidatis credere in me? in Deum fides peruenit per me. AVG. Quia enim homo apparebat hominibus cum lateret Deus, ne putarent eum hoc esse tantum quod videbant talem ac tantum se volens credi, qualis & quantus est pater. {Qui credit in me, inquit, non credit in me, } idest in hoc quod uidet, { sed in eum, qui me misit, } idest in patrem. nam si putauerit eum habere filios secundum gratiam, non autem habere filium æqualem sibi, atque cœternum, nec credit in patrẽ, qui eum misit, quia non est hoc pater qui eum misit. Ne autem putarent sic voluisse intelligi patrem, tamquàm multorum filiorum per gratiam generatorem, non vnici verbi æqualis sibi, continuo subiecit. { Qui videt me, videt eum, qui misit me. } quasi dicat. Vsque adeo nihil distat inter eum & me, vt qui me videt, videat eum, qui misit me. Apostolos suos certe ipse dominus misit, numquàm tamen aliquis eorũ dicere auderet, Qui credit in me. Credimus enim Apostolo, sed non credimus in Apostolum. Filius autem recte vnigenitus dicit. { Qui credit in me, non credit in me, sed credit in eum, qui me misit, } vbi non a se abstulit credentes fidem, sed voluit in forma serui remanere credentem. CHRY. Vel dicit. Qui credit in me, &c. quasi dicat. Qui fluminis accipit aquam, non eam quæ est fluminis accipit, sed eam quæ est fontis, volens autem ostendere, quoniam non est credere in patrem, non credentem in eum. subiungit. { Qui videt me, videt eum, qui me misit. } quid igitur? Corpus est Deus? nequaquam: sed consideratio veri, quæ est per intellectum, hic visio dicitur: deinde ostendit eam, quæ ad patrem cognitionem in hoc quod subdit. { Ego lux in mundum veni, } quia enim pater lux vocatur, vbique eo hic vtitur nomine. Lucem autem se hic vocauit, eo quòd ab errore eripit, & intellectuales tenebras soluit. vnde subdit. { Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. } AVG. In quo satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse, sed ne in eis tenebris maneant, in quibus inuenti sunt, debent credere in lucem, quæ venit in mundum: dixit quodam loco discipulis suis. Vos estis lux mundi: non tamen eis dixit. Vos lux venistis in mundum, vt omnis qui credit in vos, in tenebris non maneat, lumina ergo sunt omnes sancti, sed credendo illuminantur ab eo, a quo siquis recesserit, tenebratur. CHRY.

Trac.53e

Hom.67

Tract.eodé.

Hom.68

Tract. 54.

Ho.eadem.

Tra.eodem

Ho.eadem.

F Vt autem non existimet, quod propter imbecillitatem eos, qui ipsum contemnunt, illæsos dimittat: subiungit. { Et siquis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum. AVGVSTINVS. Intelligendum est: Modo non iudico eum: cum alio loco dicat. Pater omne iudicium dedit filio: quare autem modo non iudicat, ostendit subdens. { Non enim veni, vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum, idest vt saluum faciã mundum: nunc ergo est tempus misericordiæ, post erit iudicii. CHRY. Deinde vt non pigriores ex hoc fiant, terribile subdit iudicium. { Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. AVG. Non dixit. Ego non iudico eum in nouissimo die: hoc enim esset contrarium illi sententiæ. Omne iudicium dedit filio. Expectantibus autem quisnam esset ille, secutus adiunxit. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Satis manifestauit seipsum in nouissimo die iudicaturum, seipsum quippe locutus est, seipsum annunciauit: aliter itaque iudicabuntur qui non audierunt, aliter qui audierunt & contempserunt. AVGVSTINVS. de Trinitate. Ideo autem indicat verbum quod locutus est filius, quia non ex se locutus est filius. vnde sequitur. { Ego ego ex meipso non sum locutus, per quod intelligi voluit. Ego non ex me natus sum. Quæro itaque quomodo intelligamus, Ego non iudicabo, sed verbum quod locutus sum iudicabit, cum ipse sit verbum patris quod loquitur, vel ita. Ego non iudicabo ex potestate humana, quia filius hominis sum, sed ego iudicabo ex potestate verbi Dei, quia fili⁹ Dei sum. CHRYSOSTOMVS, vel aliter. Ego non iudico eum, idest non sum causa perditionis eius, sed ipse qui verba mea spernit. Verba enim quæ modo locutus sum in ordine stabunt accusatoris omnem tollentia excusationem, & hoc est quod subdit. { Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum: & quis sermo? Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandata dedit quid dicam, & quid loquar. Omnia igitur hæc propter eos dicebantur, vt nullam habeant excusationem. AVGVSTINVS. Mandatum autem non quod filius non habeat, pater dedit, sed in sapientia patris quod est verbum patris, omnia mãdata sunt patris. Dicitur autem mandatum datum, quia non est a seipso, cui dicitur datum, & hoc est dare filio id, sine quo numquam filius fuit, quod est gignere filium, qui numquam non fuit. THEO. Cum enim verbum patris existat filius, & quæ sunt in mente patris revelat in integrum, mandatum accepisse dicit, quid sit dicturus, & quid loquatur. Sicut etiam nostrum verbum si verum fateri volumus ea profert, quæ suggerit mens. Sequitur. { Et scio quia mandatum eius in vita æterna est. } AVGVSTINVS. Si ergo vita æterna est ipse filius, & vita æterna est mandatum patris, quid aliud dictum est, nisi quia ego sum mandatum patris? proinde & id quod adiungit, quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor, non accipiamus, Dixit mihi, quasi per verba locutus sit vnico verbo: dixit ergo pater filio id, sine quo numquàm filius fuit, sicut dedit vitam filio, non quod nesciebat, vel non habebat, sed quod ipse filius erat. quid est autem, Sicut dixit mihi, sic loquor, nisi verbum loquor? Ita ille dixit, vt verax, ita iste loquitur, vt veritas: verax autem genuit veritatem, quid ergo iam diceret veritati? non enim imperfecta erat veritas, cui verum aliquod adderetur.

Trac.54.

Ho. eadem.

Trac.54.

Cap.12.

Hom.68.

Trac.54.

Tract.54.

CAP.

CAP. XIII.

A HEO. Quia dominus transmigraturus erat de præsenti sæculo, explicat qualem erga suos amicitiam gereret. vnde dicitur. { Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, qa venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mũdo, in finem dilexit eos. } BEDA. Plurimas siquidem festiuitates Iudæi habebant, sed apud eos insignior, atque celebrior erat Paschæ festiuitas, propter qđ signanter dicit. { Ante diẽ festũ Paschæ. }

Trac.55. AVG. Pascha, non sicut quidã existimãt, græcum nomen est, sed hebræum opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quædam congruentia vtrarumque linguarum, qa enim pati græce Paschin dicitur: ideo Pascha, passio putata est, vel hoc nomen a passione fit appellatum: in sua vero lingua, hoc est in hæbrea, Pascha transitus dicitur: propterea, quia tunc primum Pascha celebrauit populus Dei, quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt: nunc ergo figura illa prophetica in veritate completa est, cum sicut ouis ad immolãdum ducitur Christus, cuius sanguine illimitis postibus nostris, idest cuius signo crucis signaris frontibus nostris a perditione huius sæculi, tamquam a captiuitate Aegyptiaca liberamur, & agimus saluberrimum transitum, cum de diabolo transimus ad Christum, & ab isto instabili sæculo, ad eius fundatissimum regnum. Hoc itaque nomen, idest Pascha velut interprætans nobis Euangelista dicit. { Sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem. }

Homi.69. Ecce Pascha, ecce transitus. CHRY. Non solum autem tunc sciens, sed olim. Transitum eius mortem vocat. Relicturus autem discipulos maiorem eis demonstrauit amorem. & hoc est quod dicit. { Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. } hoc est nihil dereliquit eorum, quæ eum, qui valde amat, decens est facere: non autem a principio hoc fecit, sed maiora postea adiecit, vt eorum augeat familiaritatem, & multam eis præparet consolationem, ad ea quæ superuentura erant: suos autem eos vocat secundum familiaritatis rationem, quia & alios suos dicit secundum cõditionis rationem, vt cum dicitur. Sui eum non receperunt, addit autem, qui erant in mundo. quia sui erant etiam defuncti, vt Abraham, Isaac, & Iacob, qui in mundo non erant. Hos ergo suos, qui erant in mundo, mansit amans continue, & tandem perfectam amicitiam circa eos ostendit. & hoc est. { In finẽ dilexit eos. } AVG. vel aliter. In finem dilexit eos, vt ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent. quid est enim. { In finem, } nisi in Christum? Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, finis perficiens, non interficiens. Video autem posse ista verba quodam humano modo etiam sic accipi tamquàm vsque ad mortem Christus dilexerit suos. Sed absit, vt dilectionem morte finierit, qui nõ est morte finitus, nisi forte sit ita intelligendum. Vsque ad mortem dilexit eos. i. vsque ad mortem illum dilectio ipsa perduxit. Sequitur. { Et cœna facta, } idest ita peracta, & ad conuiuantium mensam vsumque perducta. Non enim ita debemus intelligere cœnam factam, velut iam consumptam, atque transactam, adhuc enim cęnabatur cum surrexit & pedes lauit discipulis. nam postea recubuit & buccellam traditori dedit, qp autem ait. { Cũ iam diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis } missio ista spiritualis suggestio est, & non fit per aurem, sed per cogitationem: diabolicæ enim suggestiones immittuntur, & humanis cogitationibus immiscentur. Factum ergo iam fuerat in corde Iudæ per immissionem diabolicam, vt traderet discipulus magistrum.

Homi.69. CHRY. Hoc autem quasi stupens interseruit Euangelista, quoniam eum qui iam prodere statuerat dominus lauit: ostendit etiã proditoris multam nequitiam, quoniam neque salutis eũ communicatio detinuit, quod maxime consueuit nequitiam detinere.

Tract.55. AVG. Locuturus autem Euangelista de tanta domini humilitate, prius eius celsitudinem voluit commendare, ad quod pertinet quod dicit. { Sciens quia omnia dedit ei pater in manus: ergo & ipsum traditorem. GREG. 3. Morali. Sciebant enim, quòd in manu sua ipsos etiã persecutores acceperat, vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret, quicquid eorum contra se malitia permissa sęuiret. ORI. Omnia enim tradidit ei pater in manus, hoc est in opere eius, & potestate. Pater enim meus vsque huc, inquit, operatur, & ego operor. vel omnia tradidit ei pater in manus, cuncta capientes, vt quælibet ei famulentur. CHRY. Traditionem hic salutem fidelium vocat. Cum autem audieris traditionẽ nihil humanum suspiceris: eum enim qui ad patre est ostendit honorem & cõcordiã. Sicut enim pater ei tradidit: ita ipse patri: vnde Paulus. Cum tradiderit, inquit regnum Deo, & patri. AVG. Sciens etiam quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit, nec Deum cũ in de exiret, nec nos deserens cum rediret. THEO. Quia ergo pater omnia ei commisit in manus, idest salutem ei commisit fidelium, decens reputabat quæcũque spectant ad salutem illis ostendere. { Sciens ét qp a Deo exiuit, & ad Deum vadit, } nullatenus eius gloria minui poterat dum pedes discipulorum ablueret: neque enim gloriam vsurpauit: qui enim dignitatem vsurpant, minime condescendunt, ne dissipent quod incongrue sibi diripuerunt. AVG. Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit, vt cum se sciret a Deo exisse, & pergere ad Deum, non Dei domini sed hominis serui impleuit officium. CHRY. Hoc autem dignum erat, eo qa Deo exiuit, & ad Deum vadit, vt vniuersum conculcaret tumorem. vnde sequitur. { Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se: deinde misit aquam in pel. & cœ. la. pe. dis. & exter. lin. quo erat præcinctus. } Vide qualiter humiliter ostendit non solum in lauando pedes, sed etiam aliter. Non enim antequam recumberet, sed postquàm resederunt omnes: tunc surrexit, deinde non solum lauit, sed vestimenta deponit, linteũ præcinxit & peluim impleт, & non alii impleri iussit, sed omnia operat ostendens, quòd cum omni studio oportet talia facere. ORI. Mystice autem prandium primus cibus esse dignoscitur, & ante terminum diei spũalis, qui in vita p̃senti consideratur, & his, qui introducuntur conuenientes existit: cœna vero finalis, & his qui iam vltra progressi sunt apponitur: aliter quoque potest quis asserere prandium fore intentionem scripturarum antiquarum: cœnam vero recondita in nouo testamento mysteria. Puto autem, quòd qui vna cum Iesu cœnant, & in finali vitæ præsentis die secum conuiuantur, egent lauacro quodam, non vtique erga quod primorum, vt ita loquar corporis & animæ, sed quo ad vltima & postrema quæ terrę necessario hærent. Dicit autem, quòd cœpit lauare pedes. nam postmodum lauit, & finiuit loturam, quia pedes Apostolorum fuerunt contaminati, iuxta illud. Omnes vos scandalizabimini ista nocte in me. Postea autem perfecit eos lauare, purgans eos, vt vltra non sędentur. AVG. Posuit autem vestimenta sua, qui cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit: præcinxit se linteo, qui formam serui accepit: misit aquam in peluim vnde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum. Linteo autem quo erat præcinctus pedes quos lauerat tersit, qui carne, qua erat indutus, Euangelistarum vestigia confortauit, & linteo quidem, vt se præcingeret posuit vestimenta, quæ habebat, vt autem formam serui acciperet, quando semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit, crucifigendus sane, suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota eius passio nostra purgatio est.

b ¶ ORIG. Sicut medicus plurium ægrotorum intentus curæ ab his, qui magis indigent, propriam curam incipit: sic & Christus, qui fœdos abluit pedes discipulorum exorditurab his, qui magis erant fœdi, & sic vltimo venit ad Petrum quasi minus alis indigentẽ lotura pedũ. vnde dicitur. { Venit ergo ad Si pe. } cui quodammodo ad resistendũ pene mũda pedũ conscientia persuadebat. vnde sequitur. { Et dixit ei Petrus, domine, tu mihi lauas pedes? AVG. Quid est Tu, quid est mihi? cogitanda sunt potius q̃ dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidem digne concepit anima, non explicet lingua. CHRY. Vel si Petrus primus erat, sed credibile est proditorem stultum existentem ante eum recubuisse, quod Euangelista significauit cum dixit. Cœpit lauare: deinde venit ad Petrum. THEO. Ex quo patet, qp non primũ lauit Petrum: ex cæteris vero discipulis nullus tentauisset ante Petrum lauari. CHRY. Quæreret autem vtique quis, quare nullus eum aliorum prohibuit, sed solus Petrus, qđ non parui amoris, & verecundiæ erat. Ex hoc igitur mihi videtur prius solũ proditorem lauisse: deinde ad Petrum venisse, & alios discipulos per eum de reliquo castigatos. Si enim quemquam ex cæteris lauare cœpisset, prohibuisset dominus. & dixisset quæ Petrus dixit.

ORIG.

Hom.69.

Tract.eodé.

Tra.eodem.

Tomo.32.

Hom.69.

Tom.32.

Tract.56.

Hom.69.

Hom.69.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tom.32. ORIG. vel aliter: Omnes porrigebant pedes decernentes, quòd tantus non irrationabiliter eorum lauaret pedes: solus autem Petrus nullam aliam considerationem conferens, tamq̃ reuerens Iesum, non præbebat pedes suos ad lauandum: sæpe enim scriptura designauit Petrum feruidum ad insinuandum, quæ sibi visa sunt vtiliora, & meliora.

Tract.56 AVG. vel aliter. Nō debemus putare hoc Petrum inter cęteros formidasse, atque recusasse, cum & id alii ante ipsum libenter, vel æquanimiter fieri permisissent: non.n. ita intelligendum est quasi aliquibus iam lauisset, & post eos venisset ad primū. Quis enim nesciat primū

postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternū. Respondit ei Iesus. Si nō lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine nō tantum pedes, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Scie

Apostolorum esse beatissimum Petrum? sed ꝙ ab illo cœperit, quādo ergo pedes discipulorum lauare cœpit, venit ad eum, a quo cœpit, idest ad Petrum, & tunc Petrus expauit, quod etiam quilibet eorum expauesceret. Sequitur. {Respon. Iesus & di. ei. quod ego fa. tu ne. modo. sci. autem postea. Hom.69. CHRY. idest humilitatem huius doctrinæ, & quomodo humilitas sufficit in Deum perducere. Tom.32. ORIG. vel insinuat dominus, ꝙ hoc erat mysterium. Lauando enim & exsiccando pedes eorum, faciebat eos decores debētes euāgelizare honesta, vt ostendere valeant iter factum, ac pergere per eum, qui dixit. Ego sum via. oportebat autem lauari pedes discipulorum a Iesu deponente vestimenta, vt mundos pedes mundiores efficiat, vel vt immundiciā pedum discipulorum suscipiat in proprium corpus, per linteum, quo solo præcinctus manebat. ipse nāque languores nostros portauit. Attende etiam, ꝙ cum debeat pedes discipulorum abluere: non aliud tempus elegit, q̃ cum diabolus iam intrauerat in cor Iudæ, vt eum proderet, & futura pro hominibus dispensatio imminebat. nam ante hoc non erat opportunum pedes discipulorum lauari a Iesu. Quis enim pedum eorum sordiciem intermedii temporis vsque ad passionem lauasset? sed neque tempore passionis: alter enim Iesus non aderat, qui pedes eorum lauaret, sed neque post dispensationem. illo namque tempore spiritusancto superueniente, eorum loti sunt pedes. Huius ergo mysterii dicit dominus Petro, tu non es capax, sed post hæc nosces, cum illud perceperis illustratus. Tract.eodē. AVG. Nec tamen ille dominici facti altitudine exteritus permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed vsque ad suos pedes humilem Christum videre nō potest sustinere. Nam. sequitur. {Dicit ei Petrus, nō lauabis mihi pedes in æternum.} hoc est numquàm hoc patiar. Hoc quippe in æternum non fit, quod numquàm fit. Tom.32. ORI. Ex hoc autem accipimus exemplum, quoniam possibile est quemquam secundum purum propositum dicere propter ignorantiam quod sibi non prodest. Petrus enim ignorans hoc esse conueniens, primo quidē quasi dubitans suauiter dixit. Domine, tu mihi lauas pedes? secundo. Non lauabis mihi pedes in æternum, quod erat prohibitum operis perducentis eum ad habendum partem cum Iesu, in quo etiam non tantum Iesum arguit incouenienter lauantem pedes discipulorum, sed etiam condiscipulos indecenter suos pedes porrigentes, cum ergo non esset expediens Petro proprium responsum, nō permisit illud dominus verificari. nam subditur. {Respondit ei Iesus. Si non lauero te, non habe. partem mecum.} Tract.eodē. AVG. Ita dictū est: Si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur quomodo dici solet: calcas me, quando sola planta calcatur. ORI. Qui autem recusant hæc & similia tropologisare dicant, quomodo probabile est eum, qui ob reuerentiam Iesu dixit. Non lauabis mihi pedes in æternum. non habiturum partem cum Dei filio, propter nō lauare pedes ab eo, sicut propter immane scelus: & ideo præstandi sunt pedes, idest mentis affectus lauādi a Iesu, vt sint pedes nostri decori, & præsertim cum emulantes potiora dona, volumus annumerari eis qui euangelizant bona. Ho.eadem. CHRY. Ideo autem non dixit, cuius gratia hoc faciebat, sed minus imposuit, quia ille nequaquam persuasus esset, audiens enim. {Scies autē postea:} non dixit doce igitur me vt permittam, sed quādo comminatus est id quod maxime timebat, scilicet separari ab eo, tunc permisit. ORIG. Hoc dicto vtemur contra eos qui indiscretius se facere statuerunt quod eis non prodest, nam ostendendo illis quòd non sunt habituri partē cū Iesu, dum præsumptuosum decretum obseruant, admonebimus illos ne immorentur male decretis, etiam si iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt. Tract.eodē. AVGVST. At ille amore & timore perturbatus, plus expauit Christū sibi negare, quàm vsque ad pedes humiliari. vnde sequitur. {Dicit ei Simō Petrus. Domine, non tantum pedes, sed & manus, & caput. ORIG. Manus autem lauare nolebat Iesus, contemnens quæ dicebantur, quoniam discipuli tui non lauant manus, cum panem manducat

F caput autem submergi nolebat, in quo imago & gloria patris extiterat, satis est autem ei, vt pedes lauandos porrigeret. vnde sequitur. {Dicit ei Iesus. Qui lotus est nō indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.} Tract.eodē. AVGVST. Totus vtique præter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare, homo enim in baptis-

bat enim quisnam esset, qui traderet eum: propterea dixit non estis mundi omnes.

c Postquàm ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua, & cum recubuisset, iterū dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, do-

G mo totus abluitur nō præter pedes, sed totus omnino, verūtamen cum rebus humanis postea viuitur, vtiq; terra calcatur. Ipsi igit humani affectꝰ sine quibus in hac mortalitate non viuit, quasi pedes sunt, vbi, & humanis rebꝰ afficimur, vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipiamus. Si autem confitemur peccata nostra, qui pedes discipulorum lauit, nobis peccata dimittit, vsque ad pedes quibus conuersamur in terra. ORIGE. Impossibile autem puto non contaminari extrema animæ & infima eius, quamquam quo ad homines perfectus quis esse putent, plurimi autem & post baptismū implentur puluere scelerum vsque ad verticem, qui vero legitime discipuli Christi sunt, erga solos pedes indigent lauatione. Epist. 108. AVGVST. Ad Seleucianum. Ex hoc autem quod hic dicitur, intelligitur quòd iam Petrus baptizatus fuerat, intelligimus enim eius discipulos per quos baptizabat iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur, siue quod magis credibile est, baptismo Christi. Neque enim renuit ministerium baptizandi, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui
H non defuit humilitatis ministerio quando eis pedes lauit. vnde sequitur. {Et vos mun. estis, sed non omnes.} Tract. 58. AVG. Hoc quid sit, ne quæramus, ipse euangelista patefecit adiungens. Sci. enim quisnam esset qui tra. eum. propte. di. Non estis mun. omnes. ORI. Quod ergo dicit. Vos mundi estis, refertur ad vndecim. quod vero subditur: Sed non omnes. dicitur propter Iudam existentem immundum. primo quidem quia pauperes non erant sibi curæ, sed fur erat, demum diabolo ingresso in cor eius, vt proderet Christum. Lauat autem pedes postquàm mundi erant, quoniam gratia transcendit necessitatem, & sicut dicit Ioannes: Mundus mundificetur adhuc. Tract. 57. AVG. Vel quia ipsi discipuli cum loti essent, non opꝰ habebant, nisi pedes lauare, quia dum in isto sæculo viuit homo, humanis affectibus terrā velut pedibus calcas contrahit. CHRY. vel aliter. Non dicit eos mundos, vt a peccatis erutos æstimes, victima nondum oblata, sed eam quæ cognitionis est mundationem
I dicit: iam enim ab errore Iudaico eruti erant.

c ¶ AVG. Memor dominus se promisisse scientiam facti sui Petro dicens. Tract.58. Scies autem postea quid sit quod fecit, docere nunc incipit. vnde dicitur. {Postquàm ergo la. pe. eorum, acce. ve. sua & cū recu. ite. di. eis. Sci. quid fe. vo.} ORI. Quid, vel interrogatiue profertur, To.32 vt ostendat facti magnitudinem, vel imperatiue, vt eorum erigat intellectum. ALCVI. Mystice autem impleta redēptionis nostræ purgatione per sanguinis sui effusionem accepit vestimenta sua, tertia die de sepulchro resurgens, & eodem corpore iam immortali vestitus, & cum recubuisset ascendens in cœlum in dextera paterna diuinitatis recumbens, inde venturus est ad iudicandum. Homil. 70. CHRY. Non autem adhuc ad solum Petrum, sed ad omnes loquitur. d. {Vos vo. me ma. & do. in quo eorum iudiciū assumit: deinde vt non illorum gratiæ esse putentur, hæc verba subiungit. {Et bene di. Sum etenim.} Tract.eodē. AVG. Homini præceptum est. Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille autem qui super omnia est quantumcumque se laudet, non se extollit
K excelsius. Nec potest recte dici arrogans Deus. nobis namque expedit Deum nosse, non illi nec eum quisque cognoscit: si non se ille dicet ipse qui nouit. Si ergo non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit, nobis sapientiam denegabit. Quomodo autem arrogantiam veritas timet? Et quidem, ꝙ magistrum se dicit, nemo reprehenderet, etiam qui eum nihil aliud q̃ hominem crederet, quoniam id profitetur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsque adeo sine arrogantia profitentur, vt professores vocentur. quòd vero dominum discipulorum se dicit. cum sint secundū sæculum ingenui. quis ferat in homine? Sed cum Deus loquitur. nulla est elatio tantæ celsitudinis. nullum mendacium veritatis, nobis subiacere vtile est illi celsitudini, seruire veritati. Ideo bene ergo dicitis, vocando me magistrum, & dominum, quia sum. nam si non essem quod dicitis, male diceretis. Tom.32. ORI. Et illi quidē non bene dicunt Domine, quibus dicetur, Discedite a me qui operamini iniquitatem, sed Apostoli bene dicunt, Magister & domine. nō enim eis nequitia dominabitur, sed verbum Dei. Sequitur.

Si

Hom.70 {Si ego la. pe. ve. dominꝰ & ma. & vos de. al. alte. lau. pe. CHRY. A maioribus rebus accipit exemplum, vt quod minus est operemur. nam ipse quidem dominus est: nos autem ad conseruos facimus si fecerimus. Et ideo subdit. {Exem plum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.} BEDA. Primū dominus egit factis, quod postmodum docuit verbis, secundū illud. {Cœ. Ie. fa. & doce.} Tract.58. AVG. Hoc est beate Petre quod nesciebas, hoc tibi postea sciendum promisit. ORI. Considerandum vero est, si necessarium est quemlibet volentem discipli na Iesu perficere, velut debitum opus prosequi lauacrum sensibilium pedum, propter hoc dicit. {Debe. adinui. la. pe.} Sed

minus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis: non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior est eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura. Qui mānducat mecum panem, leuabit

hic mos, vel non fit, vel admodum raro. Tra. eodem. AVG. Est enim apud plerosque consuetudo huius humilitatis, cum seinuicem hospitio suscipiunt, & faciunt hoc sibi inuicem fratres, etiam opere ipso visibili. Multo enim melius est & sine controuersia verius, vt etiā manibus fiat, ne dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus. Cum enim ad pedes fratrū inclinatur corpus etiam in corde ipso excitatur, vel si iam inerat, confirmatur humilitatis affectus. Sed excepto hoc morali intellectu: numquid etiam frater fratrem a delicti poterit contagione mundare? Sed confiteamur inuicem delicta nostra, inuicem nos delictа donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Tom.32. ORI. Vel aliter. Hoc lauacrum spirituale pedum, de quo dictum est, principaliter quidem a nullo nisi a solo Iesu potest effici, secūdario vero a discipulis eius, quibus dixit. {Vos debe. adin. la. pe. Iesus enim lauit pedes discipulorum inquantum magister, & seruorum in eo ꝙ dominus. Hic autem est finis magistri, vt discipulum faciat, sicut se, quod de Saluatore apparet, qui præ cæteris magistris & dominis, vult vt fiant eius discipuli quasi magister & dominus: non habentes spiritum seruitutis, sed spiritum filiationis, in quo clamat. Abba pater. Prius ergo q̃ fiant & magister & dominus, egent lauacro pedum, velut insufficientes discipuli, & adhuc sapientes spiritum seruitutis. Cum autem aliquis eorum statum magistri attingit & domini: tunc imitari poterit eum qui lauit discipulorum pedes, ac lauare pedes per doctrinam quasi magister. Ho. eadem. CHRY. Adhuc autem prouocans eos ad lauandum pedes, subiungit. {Amen amen dico vobis. Non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum.} quasi dicat. Si ergo hęc a me facta sunt: multomagis a vobis oportet hæc fieri. THEO. Necessario etiam hic Apostolos admonet, quia enim ad dignitates habebant attingere, & hic quidem maiores, hic minores, ne insurgant adinuicem, serenat conscientiā omniū. BEDA. Quia vero scire bonum, & non facere non pertinet ad beatitudinem, sed ad condemnationem, secundum illud: Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. subiungit. {Si hæc sci. bea. eri. si fec. ea.} Ho.eadem. CHRY. Nam scire quidem omniū est: facere vero non omnium: deinde proditorem non manifeste redarguit, sed obumbrate, cum subditur. {Nō de omnibus vobis dico. Tract.59 AVG. q. d. Est inter vos, qui nō erit beatus, neque facit ea. Ego scio quos elegerim. Quos nisi eos, qui beati erunt, faciendo quæ præcepit? Non est igitur Iudas electus: quid est ergo quod alio loco dicit, Nonne ego vos duodecim elegi? an ipse ad aliquid est electus, ad quod erat vtique necessarius: non autem ad beatitudinem, de qua dicit. {Beati eritis si feceritis ea.} ORI. vel aliter. Non rectę existimo posse referri quod dicitur. Non de omnibus vobis dico, ad quod dictum est. {Beati eritis si feceritis ea.} Totum enim hoc & de iuda, & de quolibet alio verum est dicere. Beatus talis si fecerit hoc. Reducemus autem hæc ad illud dictum. {Non est ser. ma. do. suo, nec Apostolo ma. eo qui mi. illum. Iudas enim cum esset seruus peccati, non erat seruus diuini verbi, nec Apostolus diabolo ingresso in cor eiꝰ, cum ergo dominus nouisset, qui sunt sui, alienos a se non nouit, propter qđ non ait. Ego scio cunctos præsentes, sed ego scio quos elegerim. q. d. electos meos noui. CHRY. Deinde vt non multos contristet suo sermone, subiungit. {Sed vt implea. scrip. qui mandu. me. pa. le. cal. suum contra me.} ostendens ꝙ non ignorans trahitur, quod maxime sufficiens erat Iudam retinere, & non dixit. Tradet me, sed {leuabit contra me calca. suum, dolum, & occultationem insidiarum repræsentare volens.} Tra.eodem. AVG. Quid est enim: {Leuabit calcaneum suum super me,} nisi conculcabit me? in quo Ho. eadem. Iudas traditor eius attingitur. CHRY. Dicit autem. Qui man

A ducat mecum panem. i. qui a me nutritus est, qui mea mensa communicauit, vt si quando a famulis, aut aliquibus vilioribus patiamur aliquid malum. non scandalizemur, respicientes inde exemplum, qui infinitis potitus bonis, in contrarium remunerauit benefactorem. Tract.eodē. AVG. Illi ergo qui electi erant, manducabant dominum, ille manducabat panem domini contra dominum. illi vitam, ille pœnā. Qui enim manducat indigne, ait Apostolus, iudicium sibi manducat. Sequitur. {Ammodo di. vo. priusquā fiat, vt cum factum fu. cre. quia ego sum, de quo. s. illa scriptura processit. ORI. Non autem dictū est Apostolis. Vt credatis. quasi non credentibꝰ, sed dictum est tamq̃ æquipolleat ei, quod

contra me calceneum suum. Am modo dico vobis priusquā fiat, vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis. qui accipit siquem misero, me accipit. Qui autem me accipit. accipit eum qui me misit.

d Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est,
B & dixit: Amē amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli hæsitantes, de quo dice-

est vt credentes operemini: perseuerantes in credulitate, nec aliquam occasionem ad repulsam captantes: super ea enim, quæ obtinebant discipuli ad fidem facientia, hoc etiam adepti sunt videre perfici scripturam prædictam. Hom.71. CHRY. Quia ergo discipuli exituri erant ad prædicandum & multa passuri: duobus modis eos consolatur. vno modo a seipso, cum dicit. {Beati eritis si fece. ea.} alio vero modo consolatus est eos ab aliis, eo. s. ꝙ ab hominibus multa patientur procuratione. vnde subdit. {Amen amen di. vo. qui acci. siquem mi. me acci. qui autem me ac. ac. eum qui mi. me.} ORI. Qui enim recipit quem mittit Iesus, Iesum qui in misso
C consistit, recipit. qui autem Iesum recipit, patrem recipit: igitur qui recipit quē mittit Iesus, mittentem recipit patrē. Potest etiā & hic sermo fore, qui recipit, quem ego misero, vsque ad mei receptionem attingit. qui vero non per aliquem Apostolorum meorum, me recepit, sed recipit me venientem ad animas. patrem recipit, vt nō tantum ego in eo maneam. sed & pater. Tract. eodē AVG. Arriani autem cum hoc audiunt, statim ad gradus sui dogmatis currūt dicentes. Quantum Apostolus distat a domino, tantum filius a patre, sed vbi dominus dixit. Ego & pater vnum sumus, nullam distantiæ suspitionē reliquit, qm̄ ergo nos accepturi sumus hæc verba dominica. Qui me accipit, accipit eum qui me misit, ꝙ vnius naturæ sunt pater & filius, consequens videbitur, quia dixit. {Qui accepit siquem misero, me accipit, & vnius naturæ sunt filius, & Apostolus, ita dixisse possit videri. {Qui acci. siquem mi. me s̄m hominem accipit, qui autē me s̄m Deum acci. acci. eum qui misi.} Sed cum ista dicebat, non ab illo naturæ vnitas, sed in eo, qui mit-
D titur mittentis cōmendabatur auctoritas. Si ergo attendas Christum in Petro discipuli præceptorem: si autem patrem in filio, inuenies vnigeniti genitorem.

d ¶ CHRY. Quia dominus Apostolis debentibus orbem ter- Ho. eadem. rarum vniuersum percurrere, exhibuerat duplicem consolationē prædictam, cogitans ꝙ vtraque proditor priuatus est, turbatur. Et hoc significat Euangelista dicens. {Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit. {Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet.} Tract. 60. AVG. Non illi hoc tunc primum venit in mentem, sed quia proditorem iam fuerat expressurus, vt non lateret in cæteris: ideo turbatus est spiritu, & quia ipse traditor iam fuerat exiturus, vt Iudæos, quibus dominus ab eo traderetur, adduceret. Turbauit eum imminens passio & periculum proximorum, & traditoris impendentes manus, cuius fuerat præcognitus animus: hoc etiam dominus significare sua turbatio-
E ne dignatus est, ꝙ quando ex falsis fratribus aliquos separari, etiā ante messem vrgens causa compellit, fieri sine ecclesiæ turbatione non possit. Turbatus est autem non carne, sed spiritu. Spiritus. n. in huiusmodi scandalis non peruersitate, sed charitate turbatur, ne forte in separatione aliquorū zizaniorū, simul aliquod eradicetur & triticū: siue ergo ipsum Iudam percuntē miserado, siue sua morte appropinquitante turbatus est, non animi infirmitate, sed potestate turbatur. Non enim aliquo cogente turbatur, sed turbauit semetipsum, vt supra dictum est, ꝙ autem turbatur, infirmos in suo corpore, hoc est in sua ecclesia consolatur, vt siqui suorum mortē imminente turbantur, non se reprobos putent. Tom. 32. ORI. In eo enim ꝙ dicit. Turbatus est spiritu, quod humanum est: s. passio, prouenibat ab exuberantia spiritus: si enim sanctus quilibet in spiritu viuit, & agit, & patitur: quantomagis hæc dicenda sunt de Iesu sanctorum præmiatore? Tract.60 AVG. Pereant igitur argumenta Stoicorum, qui negant in sapientē cadere perturbationē animorum, qui profecto, sicut vanitatem æstimant veritatem, sic stuporem deputant sanitatem. Turbetur plane animus Christiani, non

ni,non miseria,sed misericordia,dicit autem:{Vnus ex vobis.}nu- Hom.71. mero,non merito,specie,nō virtute. CHRY. Quia vero non nominatim dixit,rursum in omnes inducit timorē. vnde sequitur. {Aspiciebāt ergo discipuli adinuicem hæsitantes,de quo diceret. Et mirum nullius sibiipsis conscii mali:tamē æmulationē Christi propriis cogitationibus credibiliorem putabant. Trac.61. AVG. Sic etiam in eis erat erga magistrum suum pia charitas, vt tamē eos humana, alterum de altero stimularet infirmitas. Tomo.32. ORI. Reminiscebantur etiam,vt homines existentes, quoniam alterabilis est affectus adhuc ꝑuectorum,ac susceptibilis appetitus contrariorum his, quæ Ho. eadem. prius voluerat. CHRY. Omnibus autem trementibus, & ipso vertice.s.Petro formidante,Ioannes velut dilectus recubuit in sinu Iesu.vnde sequitur. {Erat ergo recumbens vnus ex discipulis Tra.eodem. eius in sinu Iesu,quem dili.Ie.} AVG. Ipse est Ioannes, cuius est hoc euangelium,sicut postea manifestat. Erat enim hæc eorum cōsuetudo qui sacras nobis literas ministrarunt, vt quando ab aliquo eorum diuina narrabatur historia,cum ad seipsum veniret, tamquàm de alio loqueretur. Quid enim deperit veritati,quándo & res ipsa dicitur, & quodammodo dicenti iactantia deuitatur? Hom. eadē. CHRY. Si autem huiusmodi familiaritatis causam quæris discere,amoris res erat, propterea dicit. {Quem diligebat Iesus.} quamuis enim & alii amarentur:tamen iste plus aliis. ORI. Aestimo autē, ꝙ ēt hoc protēdit,ꝙ Ioannes recumbens verbo ac in se- Ho. eadem. cretioribus pausans incūbebat gremiis verbi. CHRY. Volebat etiam ostendere seipsum esse alienum a crimine, & hoc etiam dicit,ne æstimes,ꝙ Petrus ei vt maiori existenti innueret. nam sequitur.{Innuit ergo huic Simon Petrus,& dicit ei,qs est,de quo dicit? Vbique enim inuenitur Petrus ab amore impetum faciens, & quia primo increpatus est,non locutus est,sed mediante Ioanne vult discere. Vbique enim scriptura ostendit Petrum feruidum, Tract.codē. & familiaritatem habentem ad Ioannem. AVG. Notanda autem locutio est,dicere aliquid non sonando, sed tantummodo innuendo. Innuit,inquit,& dicit.i.innuendo dicit. Si enim cogitando aliquid dicitur,sicut illud. Dixerunt apud semetipsos,quanto magis innuendo,vbi iam foris qualibuscumque signis promitur, quod fuerit corde conceptum? ORI. Vel primo innuit,& deinde non contentus nutu dixit illi. {Dic quis sit, de quo dicit.} Sequitur. {Itaque cum recū.ille supra pec. Iesu,dicit ei,domine quis est?} Tract. 61. AVG. Quod autem nunc supra pectus dicit, paulo supra dixerat in sinu.vel aliter:primo quidem iacens in sinu Iesu superascēdit & incubuit supra pectus, quasi non incubuisset in pectore, sed remansisset iacens in sinu, nequaquam dominus ei tradidisset verbum quod Petrus scire cupierat. Per hoc ergo,quòd vltimo supra pectus incubuit,exprimitur tamquàm per maiorem & abundantiorem gratiam specialis Iesu discipulus esse. BEDA. Quòd autem in sinu & supra pectus recubuit,non solum fuit præsentis amoris indicium, sed etiam futuræ rei signum, quòd scilicet inde vocem sumeret, quam postmodum cunctis sæculis inauditam Tract. 61. emitteret. AVG. Per sinum enim quid aliud significatur quám se- Ho. eadem. cretum? hic est vtique pectoris sinus,sapientiæ secretū. CHRY. Neque autem tunc nominatim proditorem dominus manifestauit.nam sequitur.{Respondit Iesus, ille est cui intinctum panem porrexero,& modus ipse manifestationis cōuersurus erat, q.a.n. ob mensationem verecundatus non est,eodem pane communicās, verecundari debuit. Sequitur. {Et cum intintinx.pa. dedit Iudæ Simo. Sca.nō vt putant quidam negligenter legentes:tunc Iudas solus Christi corpus accepit: intelligendum est enim, quòd iam eis omnibus distribuerat dominus sacramenta corporis & sanguinis sui,vbi & ipse Iudas erat,sicut Lucas narrat,at demum ad hoc ventum est,vbi secundum narrationem Ioannis dominus per buccellam tinctam,atque porrectam suum exprimit traditorem,fortassis.per panis tinctionem illius significans fictionem. non enim omnia quæ tinguntur abluuntur,sed vt inficiantur:nonnulla tinguntur: si autem bonum aliquid hæc significat tinctio,eidem bono ingratum merito est secuta damnatio. Sequitur enim.{Et post buccellam,tunc introiuit in eum Sathanas. ORI. Attende quòd primo quidem non introiuit Sathanas in Iudam, sed immisit in cor eius solum vt proderet præceptorem. Post panem autem in eum ingressus est,quamobrem nobis cauendum est,ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquid ignitorum telorum suorum. nam Ho. eadem. si intruserit,insidiatur deinde vt & ipse introeat. CHRY. Donec

ret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis ei⁹ in sinu Iesu,quē diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei. Quis est,de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu,dicit ei. Domine quis est? Respondit Iesus. Ille est, cui ego intinctum panem porrexero, & cum G intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et post bucellam introiuit in eum Sathanas, & dixit ei Iesus. Quod facis,fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbētium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus. Eme ea quæ opus sūt nobis ad diem festum, aut ut egenis aliquid daret. Cum ergo accepisset ille bucellam, exiuit continuo. Erat autem nox.

F enim fuit in collegio non audebat insilire,sed extrorsum immittebat,quando vero eum manifestum fecit, & expulit, libere in eum de cætero exiliuit. AVG. Vel intrauit in eum, vt sibi iam tradi- Tract.62. tum plenius possideret,neque enim non in illo erat, quando ad Iudæos de precio trahendi dominum pactus est, cum Lucas dicat, Intrauit autem Sathanas in Iudam, & abiit, & locutus est cum principibus Sacerdotum. talis iam venerat ad cœnandū, sed post panem introiuit in eum:nō vt adhuc alienum tētaret, sed vt propriū possideret. ORI. Decebat enim, vt æstimo,propter panis exhibitionem auferri ab indigno bonum quod se habere credebat, quo priuatus factus est capax ingressus Sathanæ in ipsum. AVG. Di- Trac.62. cunt autem aliqui: ita ne hoc meruit panis porrectus de mensa Christi,vt post illum intraret in discipulum Sathanas? Quibus respondemus:hinc potius nos doceri q̄ sit cauendum male accipere bonum. si enim corripitur,qui non diiudicat: hoc est non decernit a cæteris cibis domini corpus,quomodo damnatur qui ad ei⁹ mensam fingens se amicum,accedit inimicus? Sequitur. {Et dicit ei Iesus. Quod facis,fac citius. ORI. Cui autem id ambiguum est,quòd potuit vel Iudæ,vel Sathanæ dominus dixisse. Quod facis,fac citius,prouocans aduersarium ad pugnam,vel proditorem ad subministrandum dispensationi.quæ erat futura salubris sæculo,quam non amplius tardari,nec protrahi,sed pro posse maturari H volebat. AVG. Non tamen præcepit facinus,sed prædixit: nō Tra.62. tam in perniciem perfidi sæuiendo,q̄ ad salutem fidelium festinādo. CHRY. Hoc enim quod dicit. Quod facis,fac citius,non præ- Ho. eadem. cipientis est,neque consiliantis,sed exprobrantis & ostendentis, quoniam ipse nolebat suam proditionē impedire. Sequitur.{Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Multam vtique quis hic dubitationem inueniet: si interrogantibus discipulis,quis est? dixit. Cui ego intingens panem dabo,& tamen non intellexerunt. Nisi dicatur,ꝙ latenter dixit,vt nullus audiret, & propterea supra pectus Ioannes residens interrogat quasi ad aurē, vt non fieret proditor manifestus. Fortassis enim si Christus eum manifestum fecisset,Petrus vtique eum interfecisset. propterea dicit,quòd nullus cognouit recumbentium,sed neque Ioannes. nequaquam enim putauit quòd discipulus in tantum iniquitatis prodiret. quia enim procul a tali iniquitate erat, non de aliis hoc I suspicabatur. Veram igitur causam eorum, quæ a Christo dicta sunt ignorauerunt. Quid autē æstimarent, ostendit Euangelista, cum subdit.{Quidam enim puta,quia locu.ha.Iudas quòd dixi. ei Iesus. Eme ea,quæ opus sunt no.ad diem fe. aut vt ege. aliquid daret. AVG. Habebat ergo dominus loculos, & a fidelibus oblata Trac.62. conseruans,suorum necessitatibus, & aliis indigētibus tribuebat, tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta,nisi intelligeremus,quòd præcepit,non cogitandum esse de crastino: non ad hoc esse præceptum,vt nihil pecuniæ seruetur a sanctis, sed ne Deo propter ista seruiatur,& propter inopiæ timorem iustitia deseratur. CHRY. Et nimirum nullus discipulorum pecunias affe- Hom.71. rebat,sed per hoc quod dicit hic,occulte insinuat, quòd quædam mulieres eum de suis facultatibus nutriebant. qui autem non peram nō virgā,non ęs iubet deferre, loculos ferebat ad inopum ministerium,vt discas quoniam valde pauperem & mundo crucifixū huius oportet partis multam facere procurationem. multa enim K ad nostram dispensans doctrinam agebat. ORI. Si igitur Iudæ Saluator dicebat.{Quod fa.fac citius,}ac proditor in hoc tantum ad præsens obediuit magistro.accepto nāque pane nullam traxit moram.vnde sequitur.{Cum ergo ac.ille buc.exi.conti.} Et reuera exiit,non solum recedendo de domo,in qua tenebatur,sed omnino egressus est a Iesu. ego autem opinor, quòd post panem ingressus Sathanas in Iudam: non tolerabat in eodem loco cum Iesu esse.nulla namque conformitas est Iesu ad Sathanam. non frustra autem requiram,quare super hoc quod est. Et accipiens panē, non adiicitur.{Et manducans. Numquid igitur accepto pane nō manducauit Iudas? post panem enim forsan acceptum a Iuda nō esum,qui semel in cor eius immiserat,vt magistrum prodat timore ductus,ne quod immissum fuerat euanesceret vsu panis, quam cito panem Iudas recepit,introiuit in eum & statim domum excessit. aliter quoq; non inepte dicetur,ꝙ sicut qui indigne manducat panem domini,aut bibit eius calicem,in præiudicium sibi comedit,atque bibit. sic panis a Iesu datus aliis fuit ad salutem,Iudę in damnum,vt post panem intraret in eum Sathanas. CHRY.

Subdit

Homi.71. Subdit autem {Erat autem nox,ut discas Iudæ temeritatem,quoniam neque tempus eum tenuit ab impetu. ORIG. Nox etiam Cap. 2. sensibilis instar extitit obductæ noctis in anima Iudæ. GREG. 2. Moral. A qualitate enim tēporis finis exprimitur accusationis dū non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudas exisse perhibetur.

e Cum ergo exisset, dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eū in semetipso,& cōtinuo clarificabit eū. f Filioli,adhuc modicū vobiscū sum. Quæretis me, & sicut dixi

Tomo 32. e ¶ ORI Post euenientia ex prodigiis, nec non ex transfiguratione præconia,initium glorificandi filii hominis fuit exitus Iudæ a loco vbi morabatur Iesus cum Sathana,qui eum ingressus est.vnde dr.{Cum ergo ex.di.Ie. Nunc cla.est fi.ho.}non.n.immortalis vnigeniti verbi,sed hoīs qui factus est ex semine Dauid, gloria hic narrat. Si.n.in morte Christi glorificātis Deū illud verum est,exuens principatus & potestates traduxit confidenter triumphans in ligno,& illud concilians per sanguinē Christi crucis suę, siue quæ in terris,siue quæ in cœlis. In his oībus glorificatus est filius hoīs: Deo etiā glorificato in eo. vnde sequitur. {Et de.cla.est in eo.} quia nō est Christum glorificari, nisi cum eo quoque glorificetur & pater. At qm̄ quicumque glorificatur,ab aliquo glorificatur. si quæras de eo ꝙ est clarificatus est filius hominis,a quo,respō- Ho. eadem. dens subdit.{Si de cla.est in eo,& de. cla.eum in se.} CHRY. Hoc est per seipsum,non per alium. Sequit.{Et cōti.cla.eum.} q.d.non post longum tempus,sed confestim in ipsa cruce ea quæ clara sunt apparebūt. Sol nāque auersus est,petræ scissæ sunt.multa corpora eorum,qui dormierunt surrexerunt. Hac aūt via eas quæ ceciderant cogitationes discipulorum restituit,& suadet non solum tri- Tract.63 stari,sed etiam lætari. AVG. vel aliter. Exeunte immundo,omnes mundi cum suo mundatore manserunt. tale aliquid erit cum zizaniis a tritico separatis. Iusti fulgebūt sicut sol in regno patris sui. hoc futurum præuidens dn̄s discedente Iuda tamq̄ zizaniis separatis,remanentibus tamq̄ tritico ap̄lis sanctis,dixit.{Nunc cla.est fi.ho.tamq̄ diceret: Ecce in illa mea clarificatione qđ erit,vbi malorum nullus erit,vbi bonorū nullus perit? Sic aūt non est dictū, nūc significata est clarificatio filii hoīs, sed nunc clarificatus est filius hoīs,sicut non est dictum. Petra significabat Christum, sed petra erat Christus. solet.n.loqui scriptura res significantes,tamq̄ illa, q̄ significātur appellans. Est aūt clarificatio filii hoīs,vt Deus clarificetur in eo. vnde adiungit.{Et Deus clarificatus est in eo.} Deniq; tamq̄ ista exponēs adiungit,& dicit. Si filius clarificatus est in eo, quia non venit facere voluntatem suam,sed voluntatem eius,qui eum misit.{Et Deus cla.eū in se.}vt natura humana,quæ ab æterno verbo suscepta est,etiam immortali æternitati donetur. Sequitur.{Et cō.cla.eum.}resurrectionem.s.suam:non sicut nrām in fine sæculi,sed continuo futurā hac attestatione prædicēs. potest & de ista clarificatione dictum videri. Nunc clarificatus est filius hominis,vt quod ait{nunc.}non ad imminentē passionem,sed ad vicinam resurrectionem pertinere credatur: tamq̄ fuerit factum qđ Circa finē. erat tam proximo iam futurum. HILA. 11.de Trini. Quòd aūt Deus in eo glorificatus est,ad corporis gloriam spectat, per quam Dei intellecta est gloria,quasi corpus ex naturæ diuinæ consociatione gloriam mutuaret,ꝙ vero quia glorificatus in eo Deus est: ideo glorificauit eum in se,vt qui regnat in gloria quæ ex Dei gloria est:ipse exinde in Dei gloriam transeat,toto iam in Deo ex ea qua homo est dispensatione mansuro,nec sane de tpe tacuit dicēs. {& continuo clarificabit eum.}vt quia prodeunte ad proditionē Iuda,gloriam quæ sibi post passionem consecutura resurrectionē futura esset:significasset in præsens eam quæ in se Deus eum clarificaturus esset in posterum reseruaret,Dei in eo gloria per virtutem resurrectionis ostensa:ipso vero in Dei gloria ex subiectio- Circa med. nis dispensatione mansuro. HILA.9.de Tri. Primam autem significationem huius dicti non ambiguam existimo cum ait.{Nunc cla.est fi ho.}gloria.n.non verbo,sed carni acquirebatur. hoc vero quod sequitur.{Et Deus cla.est in eo.}quid significet iterrogo, & cum non alius sit filius hominis,neque alius filius Dei:verbum.n. caro factum est,requiro quis in hoc filio hominis,qui & filius Dei est glorificatus,sit Deus. Et videamus quid sit hoc quod tertio dicitur.{Si Deus clarificatus est in eo,& Deus clarificauit eum in semetipso.}Homo vtique non per se glorificatur,neq; rursum, qui in homine glorificatur Deus, licet gloriam accipiat: non tamen aliud ipse q̄ Deus est. Vtique aut Christum necesse est esse,qui glorificatur in carne,aut patrem,qui glorificatur in Christo. Si Christus est Deus,certe Christus est,qui glorificatur in carne. si pater sacramentum est vnitatis,cum pater glorificatur in filio. De eo vero quòd glorificatum in filio hominis Deum, Deus glorificat in seipso,in quo relicta facultas execrandæ impietatis existimatur, ne secundum naturæ veritatem verus Deus Christus sit: nūquid enim extra se est, quod glorificat in seipso? Quem enim in seipso pater glorificat,in eius gloria confitendus est.& qui in patris gloria glorificandus est:in his intelligendus est esse, in quibus est pa-

A ter. ORI. vel aliter. Nomē gloriæ non hic accipitur iuxta quos- Tom.32. dam Paganorum,qui diffiniunt gloriam esse a pluribus collata ꝑconia. Palam est enim ꝙ hoc aliud est ab eo quod in Exodo dicitur,ꝙ gloria Dei repletum est tabernaculum,& ꝙ aspectus Moysi glorificatus erat. quantum enim ad corporalia diuinior quædā apparitio cōtingit in tabernaculo, necnon in facie Moysi cum Deo locuti:quantum ad anagogiā vero gloria Dei dicitur esse, quæ apparuit. quoniā deificatus,ac transcendens cuncta materialia intellectus, vt scrutetur diuinam visionem in his quæ cernit,deificatur. Vt hoc sit tropice,quæ glorificata est facies Moysi,eo facto diuino secundum intellectum. Nulla autem comparatio fuit excellentiæ Christi ad cognitionem Moysi glorificantem faciem animæ eius. Totius.n. B diuinæ gloriæ fulgorem esse filium æstimo,dicente Paulo. Qui cū sit splendor gloriæ, &c. quinimmo perueniunt ab hac totius gloriæ luce singulares splēdores ad totam rationalem creaturam. nō enim arbitror quempiam totum posse capere totius diuinæ gloriæ fulgorem nisi filium eius. Inquantum igitur non erat notus filius mundo:nondum in mundo glorificatus erat:cum autem pater aliquibus de mundo existentibus tradidit Iesu notitiam:tunc glorificatus est filius hominis in his qui cognouerunt eum,& hoc dedit gloriam cognoscentibus. nam qui libera facie diuinam gloriam intuentur,secundum eandem transfigurantur imagine a gloria glorificati in glorificantium gloriam. Cum igitur appropinquauit ad eam dispensationem,qua mundo notus debebat gloriā promereri in gloria glorificantium ipsum ait. Nunc clarificatus est filius hominis. Et quia nullus nouit patrem nisi filius,& cui reuelauerit filius. Debebat autem ex dispensatione depromere patrem filius: ob hoc etiam Deus glorificatus in illo dignoscitur. vel hoc quod est.{Et Deus clarificatus est in eo.} cū illo perscrutabe- C ris. Qui me videt,& patrem meum videt. nam videbitur in verbo,cum Deus existat & imago inuisibilis Dei,qui genuit eum pater. Amplius autem sic quoque clarius,quæ sunt in hoc loco capientur. Velut enim per quosdam nomen Dei blasphematur in gentibus,sic per sanctos quorum bona gesta coram hominibus plenissime discernuntur,celsi patris nomen extollitur. In quo vero adeo glorificatus est, vt in Iesu dum peccatum non fecit, nec dol⁹ inuentus est in ore eius. Cum ergo talis esset filius,glorificatus est, & Deus glorificatus est in eo,at si Deus in eo glorificatus est recōpensat ei pater maius illo quod filius hominis exercuit. Longe.n. superstans est gloria in filio hominis cum glorificat eum pater, q̄ in patre cum in illo glorificatus est, & decebat præpotentem maiorem rependere gloriam: deinceps quoniam statim hæc erant futura, dico autem filium hominis in Deo glorificari. ob hoc subiecit. Et continuo glorificabit eum.

f ¶ AVG. Cum dixisset superius. Et continuo clarificabit eū, Tract. 64. ne putarem quòd sic eum clarificaturus esset Deus,vt non eis con- D iungeretur vlterius,ea conuersatione quæ in terra est adiecit atq; ait. {Filioli adhuc mo.vo.sum.} tamquàm diceret,continuo quidem resurrectione clarificabor: non tamen continuo ascensurus in cœlum. Sicut enim scriptum est in actibus Apostolorum. Fuit cum eis post resurrectionem quadraginta dies. hos igitur quadraginta dies significauit dicendo.{Adhuc mo.vo.sum.} ORI. Per Tomo.32. hoc autem quod dicit. {Filioli.} Ostendit adhuc imminentē animabus eorum paruitatem. Hi autem quibus nunc dicit.{Filioli.} post resurrectionem fiunt fratres, sicut & antequàm essent filioli, fuerunt serui. AVG. Potest etiā & sic intelligi. Adhuc, sicut vos Tract.64. in hac infirmitate carnis etiam ipse sum: donec.s.moreretur atq; resurgereret. Cum illis quidem fuit postquàm resurrexit exhibitione præsentiæ corporalis,sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanæ. Apud alium enim Euangelistam post resurrectionem ait. Hæc locutus sum vobis,dum adhuc essem vobiscum, idest in carne mortali cum essem sicut & vos. Tunc enim in eadē E quidem carne erat, sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat. Est & alia diuina præsentia sensibus ignota mortalibus, de qua idem dicit.{Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi:}hoc non est. Adhuc modicum sum vobiscum. non enim modicum est vsque ad cōsummationem sæculi, aut si & hoc modicum est,quia in oculis Dei mille anni sunt dies vnus: non tamen hoc significare voluisse credendus est nunc, quando secutus adiunxit. Quo ego vado,vos non potestis venire. Numquid enim post consummationem sæculi quo ipse vadit,venire non poterāt? de quibus postea dicturus est. Pater volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. ORI. Intrinsecus autem sciscitaberis,an post multum non fuit cum eis non adeo,ꝙ non aderat illis secundum carnem. Sed eo modico consummato vos scandalizabimini in me in nocte,& sic non erit cum eis,qui cum dignis tantummodo conuersatur. Sed si cum eis non erat:nihilominus ipsi quæsituri erant Iesum,

Universidad de ... Biblioteca

ſum,velut Petrus poſt negationem grauiter plorabat, quærens puto Ieſum.Et ideo ſequitur. { Queritis me.& ſicut dixi Iudæis. {Quo ego vado,vos non poteſtis venire.} Quærere Ieſum, eſt verbum quærere,ſapientiam,iuſtitiam,veritatem,diuinam virtutem,quæ omnia Chriſtus eſt. Volentibus ergo diſcipulis ſequi Ieſum, non quippe velut rudiores arbitrantur corporal'r, ſed vt ſignificat illud. Qui non tollit crucẽ ſuã, & ſequitur me,nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Ait nũc dominus, {quo ego vado, vos non poteſtis venire. nam etſi vellet ſequi verbum, & illud confiteri:tamen nondum

Iudæis, quo ego vado, vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo.Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes, qa diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem.

g Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? Reſpondit ei Ieſus: Quo ego vado, non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus. Quare non poſſum te modo ſequi? animam meã pro te ponã: Reſpondit Ieſus. Animã tuã pro me pones? Amen amẽ dico tibi, nõ cantabit gallus, donec ter me neges.

Tract.64 erant validi circa hoc: cum nondum eſſet ſpiritus datus: eo quòd Ieſus non erat glorificatus. AVG.Vel hoc dicit, quia adhuc minus idonei erant ſequi moriturum dominum pro iuſtitia.quomodo enim iam fuerant ſecuturi martyrio non maturi? aut iturum dominum ad immortalitatem carnis,quomodo iam fuerant ſecuturi:non quandolibet morituri,ſed in fine ſæculi reſurrecturi?aut iturum dominum ad ſinum patris,quomodo iam erant ſecuturi, cum eſſe nemo poſſit in illa fœlicitate,niſi perfectus in charitate: Iudæis autem cum hoc diceret,non addidit: {Modo.} Ipſi autem non poterant venire tunc quo ille ibat,ſed poterãt poſtea: & ideo ſubdit.{Et vobis dico modo.} ORI.q.d.Et vobis dico non abſque additione huius aduerbii,modo. Iudæi namque,quos præuidebat in ſuis facinoribus morituros in breui tempore non valebant pergere quo Ieſus ibat.ſed diſcipuli poſt breue tempus poterant ſequi verbum. Homil.71. CHRY. Ne autem audientes diſcipuli ſicut dixi Iudæis:æſtiment ſimiliter & in eos dictum eſſe, adiecit. { filioli.} ORI. Quod eſt exprimentis imminentem adhuc animæ diſcipulorum modicitatem. Fiunt autem poſt reſurrectionem hi quibus dixit.Filioli fratres.ſicut & prius ſerui fuerant antequam eſſent filioli. Ho.eadem. CHRY. Hoc autem dicit eum, qui in ſeipſum eſt erigens diſcipulorum amorem. Cum enim viderimus aliquos dilectiſſimorum diſcedentes exardeſcimus, & maxime cum viderimus eos in locum abeuntes,in quem non eſt poſſibile nobis abire. Simul etiã oſtendit,quoniam mors eius quædam tranſlatio eſt, & tranſpoſitio melior ad loca mortalia corpora non ſuſcipientia. Tract.65. AVG. Docens autem quomodo idonei eſſe poſſint pergere,quo ille antecedebat,ſubiungit. {Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.} Nonne iam hoc erat mandatum in antiqua lege Dei, vbi ſcriptum eſt. Diliges proximum tuum tamquàm teipſum? cur ergo nouum mandatum appellatur a domino? an quia exuto vetere induit nos hominem nouum? Innouat quippe audientem, vel potius obedientem,non omnis,ſed iſta dilectio quam dominus vt a carnali dilectione diſtingueret addidit.{Sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.} non ſicut ſe diligunt qui corrũpunt, nec ſicut ſe diligunt homines,quia homines ſunt,ſed ſicut ſe diligunt, qui Dei ſunt, & filii altiſſimi omnes, vt ſint filio eius vnico fratres ea dilectione inuicem diligentes, qua ipſe dilexit eos, perducturus eos ad illum finem, vbi ſatiabitur in bonis deſiderium eorum. Ho.eadem. CHRYSOSTOMVS. Vel dicit: {Sicut dilexi vos.} non enim præ exiſtentibus veſtris iuſtitiis debitum vobis reddidi, ſed ipſe incœpi:ita & vos benefacere oportet, etiam nihil debentes. Tra.eodem. AVG. Noli autem putare illud maius prætermiſſum eſſe mandatum,quo præcipitur,vt diligamus dominum Deum noſtrum,ſed bene intelligentibus vtrumque inuenitur in ſingulis. nam & qui diligit Deum,non eum poteſt contemnere præcipientem,vt diligat proximum,& qui ſuperne,ac ſpiritualiter diligit proximum. quid in eo diligit niſi Deum? ipſa eſt dilectio,quam ab omni mũdana dilectione diſtinguendo addidit dominus: Sicut dilexi vos. Quid enim niſi Deum dilexit in nobis nõ quem habebamus, ſed vt haberemus? ſic ergo & nos inuicem diligamus,vt quantum poſſumus,inuicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Ho.eadem. CHRY. Prætermittens autem miracula, quæ erant facturi,ab amore eos deſignat,ſubdens.In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli,ſi dilectionem habueritis ad inuicem. hoc enim eſt,quod maxime homines ſanctos oſtendit:hos enim dicit eſſe diſcipulos. Tract.eodẽ. AVG. Tamquàm diceret. Alia munera mea habent vobiſcum,etiam non mei,nõ ſolum naturam, vitam,ſenſum, rationem,& eam ſalutem,quæ hominibus pecoribuſque communis eſt:verum etiam linguam,ſacramenta:prophetiam, ſcientiam, fidem,diſtributionem rerum ſuarum pauperibus, & traditionem corporis ſui,vt ardeant,ſed quoniam charitatem non habent, vt cymbala concrepant,nihil ſunt,nihil eis prodeſt.

Tomo.72. g ¶ CHRY. Magnus amor & ipſo igne vehementior,& nulla eſt prohibitio,quæ eius promptũ impetum detinere poſſit. Ar-

F dentiſſimus itaque Petrus audiens. Quo ego vado vos non poteſtis venire,eum interrogauit.vnde ſequitur. {Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis?} Trac.66. AVG. Sic vtique hoc dixit magiſtro diſcipulus tamquàm ſequi paratus: propterea dominus,qui eius animum vidit,ſic ei reſpondit:nã ſequitur. {Reſpondit ei Ieſus, quo ego vado, non potes me modo ſequi. Dilationem intulit, non ſpem abſtulit, ſed eã ſequenti voce firmauit dicens{.Sequeris autem poſtea. Quid feſtinas Petre? nondũ te ſuo ſpiritu ſolidauerat petra: noli extolli præſumendo, nõ potes modo: noli deiici deſperando. {Sequeris enim poſtea. Ho.eadem. CHRY. Audiens autem hoc Petrus, neq; ita deſiderium detinuit,ſed benignam ſpem accipiens properat.& quia timorem excuſſit proditionis cum ſecuritate per ſeipſum,de reliquo interrogat aliis ſilentibus. vnde ſequitur.{Dicit ei Petrus. Quare nõ poſſum te modo ſequi? animam meam pro te ponam.} Quid dicis Petre? Dixi quoniam non potes, & tu dicis quoniam poſſum,quocirca ſcies per experientiam, quoniam nihil eſt tuus amor,niſi præſente ſuperna liberatione.vnde ſequitur. {Reſpondit Ieſus.Animam tuam pro me pones?} BEDA. Quæ ſententia duobus modis poteſt pronunciari: vno modo affirmando, ac ſi dicat. Animam tuam pro me pones, ſed nunc timendo mortem carnis animæ mortem incurres: alio modo inſultando, quaſi diceret. Tract.eodẽ. AVG.Ita ne facies pro me,quod nondum ego pro te? præire potes, qui ſequi non potes. Quid tamen præſumis? audi quis ſis.{Amen amen dico tibi:non cantabit gallus, donec ter me neges.} Qui mihi promittis mortem tuam,ter negabis vitam tuam, quid in animo eius eſſet cupiditatis videbat,quid virium, non videbat,voluntatem ſuam iactabat infirmus.Sed inſpiciebat valitudinem medicus.An Apoſtolus Petrus ſicuti cum fauore peruerſo excuſare quidam nituntur,Chriſtum non negauit,quia interrogatus ab ancilla hominem ſe neſcire reſpondit,ſicut alii Euangeliſtæ teſtantur expreſſius? quaſi qui hominem Chriſtum negat: nõ Chriſtum neget,& hoc in eo negat quod factus eſt propter nos, ne periret quod fecerat nos:per quid autem caput eſt eccleſiæ, niſi per hominem?quomodo eſt igitur in corpore Chriſti, qui negat hominem Chriſtum?Sed quid multis immorer?non enim dominus ait: Non cantabit gallus donec hominem,aut filium hominis neges,ſed donec me neges. Quid eſt me, niſi quod erat?quicquid eius negauit, Chriſtum negauit. Siquidem dubitare nephas eſt, Chriſtus hoc dixit,verumq; prædixit, proculdubio Petrus Chriſtum negauit. Non accuſemus Chriſtum cum defendimus Petrũ. agnouit plane peccatum ſuum infirmitas Petri. Et quantum mali Chriſtum negando commiſerit,plorando monſtrauit, neque nos cum ita diximus primum Apoſtolorum accuſare delectat,ſed hũc intuendo admoneri nos oportet ne homo quiſquàm de humanis viribus fidat. BEDA. Reſipiſcendi nihilominus vnuſquiſque ſi in lapſum conuerterit exemplum capiat ne deſperet,ſed incunctãter veniam ſe poſſe promereri credat. Hom.71. CHRY. Vnde manifeſtũ eſt quoniam & caſum Petri dominus conceſſit. nam poterat quidem,& a principio reuocare,ſed quia permanebat in vehemẽtia, ipſe quidem non impulit ad negationem,ſed dimiſit deſertum,vt diſcat propriam imbecillitatem,& vt poſt hæc talia non patiatur cum orbis terrarum diſpenſationem ſuſceperit, ſed reminiſcens eorum,quæ paſſus eſt cognoſcat ſeipſum. Tra.eodem. AVG. In anima itaq; contigit Petri quod offerebat in corpore,ſed aliter quàm putabat. nam ante mortem,& reſurrectionem domini & mortuus eſt negãdo,& reuixit plorando. Lib.3.ca.2. AVG. de Con.Euan.Hoc autem de prædicta negatione ſua Petro non ſolum Ioannes,ſed & cæteri tres commemorant,non ſane omnes ex vna eademque occaſione ſermonis ad eam commemorandam veniunt. nã Matthæus, & Marcus eam ſubnectunt poſtquàm dominus egreſſus eſt ex illa domo vbi manducauerat Paſcha.Lucas vero, & Ioannes antequam inde eſſet egreſſus.Sed facile poſſumus intelligere, aut illos duos eam recapitulando poſuiſſe,aut iſtos præoccupando,niſi magis moueret,ꝙ tam diuerſa non tantum verba,ſed etiam ſententias domini præmittunt, quibus permotus Petrus illam præſumptionem proferret pro domino, vel cum domino moriendi, vt magis cogant intelligi ter eum expreſſiſſe præſumptionem ſuam diuerſis locis ſermonis Chriſti, & ter illi a domino reſponſum, quòd cum eſſet ante galli cantum ter negaturus,

CAP.

CAPVT XIIII.

Tract.67. AVG. Ne diſcipuli mortem Chriſti tamquàm homines timerent,& ideo turbarentur: conſolatur eos etiã Deum ſe eſſe conteſtans.vnde dicitur. {Et ait diſ.ſuis. Non turbetur cor veſtrũ: cre.in Deum,& in me cre.} quaſi dicat. Cõſequẽs eſt ſi in Deum creditis, vt in me credere debeatis,quod non eſſet cõſequens ſi Chriſtus non eſſet Deus. Mortẽ metuitis huic formæ ſerui: non turbetur cor veſtrum, ſuſcitabit illam forma Dei. Hom.72. CHRY. Ea ẽt quæ in me eſt fides, & in patrẽ qui genuit, potentior eſt his quæ ſuperuenient,& nihil contra eam poteſt p̃ualere difficilium,

CAP. XIIII.

ET ait diſcipulis ſuis. Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum,& in me credite. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.Siquo minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum.Et ſi abiero & præparauero vobis locum,iterum venio & accipio vos ad meipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis.

b Dicit ei Thomas. Domine, neſcimus quo vadis: Et quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Ieſus. Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Si cognouiſſetis me,& patrem meum vtique cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum.

Trac.67. hoc etiam modo diuinitatis virtutẽ oſtendit,quia ea quæ in mente habebãt ducit in medium dicẽs. {non tur.cor ve. AVG. Quia igitur etiam ſibi metuebãt diſcipuli cum Petro dictum eſſet fidẽtiori,atque promptiori, Non cantabit gallus donec ter me neges, ſubiunxit.{In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Per quod a turbatione recreantur cæteri,ac fidentes etiam poſt pericula tẽtationum,ſe apud Deum cum Chriſto eſſe manſuros, quia ſi alius eſt alio fortior,ſapientior,iuſtior,ſanctior,nullus alienabitur ab illa domo,vbi manſionem pro ſuo quiſque accepturus eſt merito. Denarius quidem ille æqualis eſt omnibus quem paterfamilias eis qui operati ſunt in vinea iubet dari. Quo vtique denario vita ſignificatur æterna,vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuẽdi non eſt diuerſitas in æternitate manſura, ſed multæ manſiones diuerſas meritorũ in vna vita æterna ſignificat dignitates. Homi.61. GRE. ſuper Ezechielem.Vel hac ratione conueniunt manſiones multæ cum vno denario,etſi alter minus,atque alius amplius exultat,omnes.tamen vnum gaudium conditoris ſui viſione lætificat. Tract.67. AVG. Atque ita Deus erit omnia in omnibus, vt quoniam Deus charitas eſt per charitatem fiat,vt quod habent ſinguli,cõmune ſit omnibus. Sic enim quiſque etiam ipſe habet cum amat in altero qđ ipſe nõ habet.non enim erit ita aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Cap.24. GREG.vlti.Moral.Eiuſdem etiam diſparilitatis damna non ſentiunt, quia tantũ ſibi vnuſquiſque percipit quantum ſufficit. Tract.67. AVG. Reſpuendi autem ſunt a corde Chriſtiano,qui putant ideo dictum multas eſſe manſiones,quia extra regnum cœlorum erit aliquid vbi maneant beati innocentes,cum ſine baptiſmo ex hac vita emigrauerint, ſine quo in regnum cęlorum intrare non poſſunt. abſit autem, vt cum omnis domus regnantium filiorum non ſit alibi, niſi in regno, ipſius regię domus pars aliqua non ſit in regno. non enim ait dominus, In beatitudine ſempiterna manſiones multæ ſunt, ſed in domo patris mei. Hom.2. CHRY. vel aliter continua. Quia dominus ſupra dixerat Petro, Quo ego vado, non potes me ſequi modo,ſequeris autem poſtea,ne æſtiment ſoli Petro hanc promiſſionem eſſe datam dixit.{In do.pa.mei mã.multæ ſunt.} Hoc eſt, & vos regio illa ſuſcipiet quæ & Petrum.copia enim eſt ibi multa manſionum,& non eſt dicere,quoniam præparatione indigent.Et propter hoc ſubdit.{Si quo mi. dixi.vo.quia vado parare vobis locum. Tract. 68. AVG. Vbi ſatis oſtendit,ideo ſe hoc illis dixiſſe, quia iam ibi manſiones multæ ſunt,& non eſt opus illi aliquã præparare. Hom. 72. CHRY. Quia vero dixerat. Non poteris me modo ſequi, vt nõ æſtiment ſe ab eo finaliter abſciſos eſſe,ſubiungit. {Et ſi abiero, & præpara.vobis locum,iterum ve.& acci. vos ad meipſum, vt vbi ego ſum,& vos ſitis.} Ex quo oſtendit,ꝙ oportet eos vehementer confidere. THEO. Ac ſi dicat vtrumque.Vos turbari non oportet ſiue paratæ ſint,ſiue non Nam etſi paratæ non ſint,ego cum omni ſolertia præparabo vobis illas. Tract.68. AVG.Sed quomodo vadit & parat locum,ſi iam manſiones multę ſunt? ſed nondum ſunt,ſicut parandæ ſunt.Eaſdem enim manſiones,quas prædeſtinando præparauit, præparat operando. Iam ergo ſunt in prædeſtinatione, ſi quo minus dixiſſet. {Ibo, & præparabo,} hoc eſt prædeſtinabo,ſed quia nondum ſunt in operatione dicit. {Et ſi abiero & præparauero vobis locum.} Parat autem modo manſiones,manſionibus præparando manſores. Quippe cum dixit.{In domo patris mei manſiones multæ ſunt.} Quid putamus eſſe domum Dei,niſi templum Dei? de quo Apoſtolus dicit, Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Hæc ergo domus Dei adhuc ædificatur, adhuc præparatur. Sed quid eſt quod vt præparet abiit, cum noſipſos præparet quod non faciet ſi reliquerit? Sed illud ſignificat, quia vt parentur iſtæ manſiones viuerę debet iuſtus ex fi-

A de. ſi autem vides, non eſt fides. Eat ergo ne videatur, lateat vt credatur. Tunc enim locus paratur: ſi ex fide viuatur, creditus deſideretur, vt deſideratus habeatur. ſi bene intelligendo, nec vnde vadis, nec vnde venis recedis. vadit ergo latendo, venit apparendo. Sed niſi maneat regendo, vt proficiamus bene viuendo, non parabitur locus vbi poſſimus manere perfruendo. ALCV. Dicit ergo.{ Si abiero.} per carnis abſentiam. { Iterum ueniam, } per diuinitatis præſentiam, vel iterum veniam iudicare viuos, & mortuos. Et quia ſciebat eos interrogaturos, quo iret, vel per quã viam iret ſubiungit. { Et quo ego vado ſcitis,} ſcilicet ad patrem. { Et viam ſcitis,} ſcilicet per meipſum. Hom.72. CHRY. Hoc autem dicens, deſiderium quod in eorum mente erat oſtendit,& dat eis deſiderium interrogandi.

Ho.eadem. b ¶ CHRYSOSTOMVS: Si Iudæi volentes a Chriſto ſeparari quærebant quo iturus eſſet, multomagis diſcipuli numquàm ab eo ſeparari volentes, hoc diſcere cupiebant, & interrogant eum ex multa dilectione & timore, & ideo dicitur.{Dicit ei Thomas. Domine neſcimus quo uadis: Et quomodo poſſumus uiam ſcire? Tract.69. AVGVSTINVS. Vtrumque illos dominus dixerat ſcire, utrumque dicit iſte neſcire. ſed neſcit ille mentiri: ergo iſti ſciebant, & ſe ſcire neſciebant. conuincit ergo eos hoc ſcire. unde ſubditur. { Dicit ei Ieſus. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Serm.4. AVGVSTINVS de Verbis domini, quaſi dicat, Qua uis ire, ego ſum uia, quo uis ire, ego ſum ueritas, ubi uis permanere, ego ſum uita: ueritatem & uitam omnis homo cupit, ſed uiam non omnis inuenit. Deum eſſe quandam uitam æternam,ueritatem ſcibilem etiam huius ſæculi Philoſophi uiderunt. uerbum ergo Dei, qui apud patrem eſt ueritas, & uita aſſumendo hominem factum eſt uia. Ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Melius enim eſt in uia claudicare, quàm præter uiam fortiter ambulare. Ante finẽ. HILARIVS 7. de Trinita. Non enim nos in erratica, atque in inuia deducit ille, qui uia eſt, neque illudit per falſa qui ueritas eſt, neque in mortis relinquit errore, qui uita eſt. THEO. Cum itaque actiuam exerces, ſit tibi Chriſtus uia: cum autem in contemplatiua perſeueras, efficitur tibi ueritas. Adiecta autem uita eſt actiuo, & contemplatiuo. Decet enim ire, & prædicare pro futuro ſæculo. Tract.69. AVGVSTINVS. Sciebant ergo uiam, quia ſciebant ipſum, qui eſt uia. Quid autem opus erat, ut adderet ueritas, & uita, cum reſtaret noſſe quo iret, quia ad ueritatem ibat, & ad vitam? Ibat ergo ad ſeipſum per ſeipſum, ſed numquid o domine, ut uenires ad nos, reliqueres te? ſcio quidem, quòd formam ſerui accepiſti, & in carne ueniſti: manens ubi eras, & per hanc rediſti: non relinquens quo ueneras. Si ergo per hanc & ueniſti, & rediſti, per hanc nobis non ſolum qua ueniremus ad te, uerum etiam tibi qua uenires, & redires uia fuiſti. cum uero ad uitam quod es ipſe iſti, eandem carnem tuam de morte ad uitam duxiſti, itaque dum caro de morte uenit ad uitam, Chriſtus uenit ad uitam. Et quia uerbum eſt uita, Chriſtus uenit ad ſeipſum, quoniam utrumque eſt Chriſtus, una perſona, ſcilicet uerbum caro. uenerat etiam per carnem Deus ad homines, ueritas ad mendaces. Eſt enim Deus uerax, omnis autem homo mendax. Cum itaque ſe ab hominibus abſtulit, atque illuc ubi nemo mentitur, carnem ſuam leuauit, idem ipſe, quia uerbum caro factum eſt, per ſeipſum, ideſt per carnem ſuam ad ueritatem, quod eſt ipſe remeauit, quam quidem ueritatem, quàmuis inter mendaces etiam in morte ſeruauit. Ecce ego ipſe ſi loquor uobis, quòd intelligatis, quodammodo ad uos procedo, nec me relinquo. Cum autem tacuero quodammodo ad me redeo, & uobiſcum maneo ſi tenueritis quod audiſtis. Si hoc poteſt imago quam fecit Deus, quid poteſt ex Deo nata imago? Ac per hoc & ipſe per ſeipſum, & ad ſeipſum, & ad patrem, & nos per ipſum, & ad ipſum, & ad patrem imus. Hom.72. CHRY. Si enim dicit. Ego ſum dominus ducendi ad patrem, omnino uenietis illuc, neque enim eſt poſſibile alia uenire uia. Cum autem ſupra dixerit,Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater traxerit illum, nunc dicens.{Quoniam nullus poteſt ue.ad pa.niſi per me,} exęquat ſe ipſum ei,qui genuit. Qualiter autem dixerit.{ Quo uado ſcitis, & uiam ſcitis, } oſtendit ſubdens. {Si cog.me,& pa.meum utique

Universidad de ... Biblioteca

c Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, q videt me, videt & patrẽ meũ. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin, propter opera ipsa credite.

cognouissetis.q.d.Si sciretis meam substantiam & dignitatem, & eam quæ patris est sciretis: nouerant quidem eum, sed non ita vt oportebat: postea autem spiritus veniens perfectam in eis construxit cognitionem, & propter hoc subditur. { Amodo cognoscetis eum. } Dicit autem eam quæ secundum mentem cognitionem. Et vidistis eum, scilicet per me ostẽdens, quia qui videt eum, & patrem videt. Viderũt autem eum, non in nuda substantia, sed carne indutũ. BEDA Sed quærendum est, quomodo nunc dicat dominus: {Si cognouissetis me, &c.} cum pmiserit supra. Quo ego va.sci.& viam scitis. Datur ergo intelligi quia quidam eorum sciebant, quidam vero nesciebant, quorum vnus erat Thomas.

Vbi supra. HILA. 8. de Trini. vel aliter continua. Cum iter ad patrem per filium sit, quęrendum est, vtrum hoc per doctrinę admonitionem, an per naturæ fidem sit. Intelligentiæ igitur sensum in consequentibus requiramus. nam sequitur. {Si cogno.me, & patrem meum vtique cognouissetis.} In sacramento enim assumpti corporis diuinitatis paternæ naturam confirmans, hunc ordinem tenuit. tempus autem visionis separauit a tempore cognitionis. nam quem cognoscendum ait, eundem iam dixit & visum, vt naturæ iampridem in se conspectæ, scientiam ex tempore nunc huius reuelationis acciperent.

Ante finem c ¶ HILA.7. de Trini. Commouit Apostolum Philippum nouitas dictorum homo cernitur, Dei se filium confitetur. cognito se cognoscendum patrem fatetur, patrem visum esse dicit. Prorupit igitur Apostolica familiaritas dominum interrogans. vnde dicitur. { Dicit ei Philippus. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Non visum negauit, sed ostendi sibi rogauit. neque ostẽsionem veluti corporalis contemplationis intuitum desiderauit, sed demonstrationem intelligendi eius, qui visus est postulauit. filium enim in habitu hominis viderat, sed quomodo per id patrẽ uiderit, nescit. nam & ostensio illa intelligendi potius esset demonstratio, quàm videndi. subiecit, {& sufficit nobis.} AVG. 1. de Cap.8. Trini. Illa enim lætitia, qua nos adimplebit cum vultu suo, nihil amplius requiretur. quod bene intellexerat Philippus, vt diceret {Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. } Sed nondum intellexerat eo quoque modo ad ipsum se potuisse dicere. Domine ostende nobis te, & sufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret, responsum est ei a domino. vnde sequitur. { Dixit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? } AVG. super Ioannẽ. Tract. 70. Sed quomodo hoc dicit, cum & quo iret scirent, non ob aliud, nisi ꝙ ipsum scirent. Sed facile ista quæstio soluitur si dicamus, ꝙ eum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebant, de quibus erat Philipp⁹.

Ibidem HILA.7. de Trini. Arguit ergo Apostolum in cognoscendo se ignorantem: cum enim ea quæ gereret propria Deo essent, calcare vndas, iubere ventis, peccata dimittere, mortuis vitam reddere, hinc quærelæ omnis orta cõquæstio est, ꝙ in homine assumpto Dei non intellecta natura est. Et ideo postulanti, vt sibi patrẽ ostẽ Trac.70. deret { ait, Philippe, q vi.me, vi.& pa.} AVG. Solemus.n. de simillimis duobus ita loqui. { Vidistis illum. } sic ergo dictum est. { Qui vi.me, vi.& pa.} non ꝙ ipse sit pater, & filius, sed ꝙ a patris similitudine in nullo prorsus discrepet filius. Ibidem HILA.7. de Trini. Non aũt ille hic visum oculorum carnalium significat: non.n. hoc quod ex partu Virginis carnale est: ad cõtemplandam in eo Dei formã, & imaginem proficit, sed intellectus Dei filius id præstat, vt intellectus & pater sit. Dum ita imago est, vt non differat genere, sed significet authorem. non enim solitarium sermo significat, & differentem: tamen naturam professio docet. Cum enim dicitur { Et patrem, } exclusa est singularis, atque vnici intelligentia. Et quid reliquum est, nisi vt per naturæ vnicam similitudinem pater Tract. eodẽ. per filium visus sit? AVG. Sed numquid obiurgandus est, qui cũ similem viderat; etiam illum, cui est similis vult videre. Sed ideo discipulum dominus arguebat, quoniam cor postulantis videbat. Tamquàm enim melior esset pater, quàm filius, ita Philippus patrem nosse cupiebat. & ideo nec filium sciebat, quo alium meliorem esse credebat. Ad hunc ergo sensum contingendum dictum est. { Non credis quia ego in patre, & pater in me est? } q.d. Si ad te Vbi supra. multum est hoc videre, saltem quod non vides crede. HILA. Quæ enim ignorandi patrem, aut ostendendi ignorantibus necessitas relinquebatur, cum pater in filio visus esset ex proprietate naturæ, dum ex indifferentia vnitatis vnum sint natus & generans, vt hic sermo domini sequeretur. { Non credis quia in pa. & Cap.8 pater in me est? AVG. 7. de Trini. Volebat enim eum ex fide videre, antequàm illud posset videre. & ideo dicit. { Non credis. } Contemplatio quippe merces est fidei, cui mercedi per fidem cor-

F da mundantur. HILA.7. de Trini. Pater autem in filio est, & filius in patre, non per duplicem conuenientium generum coniunctionem, neque per insitam capacioris substantiæ naturã, quia p corporalem necessitatem exteriora fieri his, quibus continentur interiora non possunt, sed per natiuitatem viuentis naturæ ex viuente, dum non aliud ex Deo, quàm Deus nascitur. Circa finẽ. HILA. 7. de Tri. Naturã enim suam, vt ita dicam, sequitur. Vbi supra. Indemutabilis Deus, indemutabilem gignẽs Deum. Nec naturam suam deserit ex indemutabili Deo indemutabilis dei perfecta natiui-G tas. Subsistentem igitur in eo Dei naturam intelligimus, cum in Deo Deus sit, nec præter eum, qui est Deus, quisquam alius Deus sit. CHRY. vel aliter. Hom.73. Totum Philippus hic corporeis oculis patrem volebat videre, quia & ipsum filium ita se existimabat, vidisse fortassis a Prophetis audiẽs, quoniam vidi dominum: & ideo dixit. {Ostende nobis patrem. } Etenim Iudæi interrogauerunt, Quis est pater tuus? & Petrus, & Thomas, quo iret, & nullus didicit manifeste. vt ergo non videatur onerosus esse Philippus, & ipse interrogatus, {ostende nobis patrem.} adiungit, {& sufficit, nobis} idest nihil plus quærimus. Dñs autem non dixit ei, Impossibile petis, sed ostendit, quoniam neque ipsum filium vidit. nam si hunc potuisset videre, & illum vidisset. Et ideo dicit. { Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe: Non dixit, non vidistis me, sed {non cognouistis me.} quantum ad hoc scilicet, quòd filius hic manens quòd pater decenter in seipso ostẽ-H dit eum, qui genuit. Deinde diuidens hypostases ait, { qui vidit me, vidit & patrem, } ne quis dicat, quòd ipse est pater, ipse filius. Ostendit autem per hoc, quoniam neque filium visu corporeo vidit. Si autem aliquis hic visum cognitionem dicere velit, non contradico, quasi dicat, qui cognouit me, cognouit & patrem. sed non dixit hoc, sed consubstantialitatem repræsentare volens dixit. qui meam substantiam vidit, vidit & eam, quæ patris. Vnde patet, quòd non est creatura: creaturam enim videntes, Deum nesciunt omnes. Philippus etiam substantiam patris videre quærebat. Si ergo alterius substantiæ esset, non diceret, qui videt me, uidet & patrem. Sed nec aliquis in argento auri substantiam videre potest: non enim alia 'per aliam 'apparet natura. Tract.eodẽ. AVGVSTINVS. Deinde non ad solum Philippum, sed ad omnes pluraliter loquitur dicens. { Verba quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. } quid est. { A meipso non loquor, } nisi a me I ipso non sum, qui loquor? ei quippe tribuit quod facit, de quo est ipse, qui facit. Circa finem HILA.7. de Trinita. Vnde neque se filium negauit, nec naturam in se paternæ virtutis abscondit. nam dum loquitur ipse in substantia manens loquitur: dum autem non a se loquitur, natiuitatem in se Dei a Deo testatur. Ho.eadem. CHRY. Vide autem abundantem super vnius substantiæ demonstrationem. nam subditur. { Pater autem in me manens, ipse facit opera. } quasi dicat. Nequaquàm, aliter facit pater, & aliter ego, sicut & alibi ait, Si non facio opera patris mei, non credatis mihi. Sed quomodo a verbis incipiens, ad opera uenit? Conueniens enim erat dicere. Ipse loquitur uerba. sed duo ponit de doctrina, & signis, aut quia & uerba opera erant. Tract.71. AVGVSTINVS. Nam qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. In his duabus sententiis diuersi nobis aduersantur hæretici. Arriani dicũt. Ecce inæqualis est patri filius, non a seipso loquitur. Dicunt Sabelliani. Ecce qui pater est, ipse est filius. Quid est { Pater in me manens, ipse facit, } nisi in me maneo ego qui facio? Ibidem. HILA.7. de Trinita. Sed manere in filio patrem, non est singularis, atque uni-K ci: operari uero per filium patrem, non est differentis, aut exteri, sicut non unius est, non a se loqui, qui loquitur, neque rursus alieni, ac separabilis loqui per loquentem. Et quia in se patrem loqui & operari docuerat, perfecte huius unitatis fidem statuit dicens. { Credite mihi, quia ego in patre, & pater in me est: ne scilicet per uirtutis efficientiam, & non per naturæ, quæ secundum natiuitatem est, proprietatem, pater in filio, & operari crederetur, & loqui: sic enim habetur in græco. Nostra litera habet. { Nõ creditis, quia ego in patre, & pater in me est. } Tract.71. Ho.eadem. AVG. Antea sol⁹ Philippus arguebatur. CHRY. Si uero non sufficit hoc ad ostendendum consubstantialitatem, saltem ab operibus discite. unde subditur. { Alioquin propter opera ipsa credite. } uidistis enim signa cum authoritate, & omnia quæ deitatis erant propria, & quæ solus pater operatur, peccata soluta, mortem recedentem, & huiusmodi. Tract.71. AVG. Hoc ergo propter opera credite, quia ego in patre, & pater in me est. Neque enim si separati essemus, inseparabiliter operari ulla ratione possemus.

d ¶ CHRY.

d Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrẽ vado. Et quodcũq; petieritis patrẽ in noĩe meo, hoc faciã, vt glorificetur pater in filio. Siqd petieritis patrẽ in noĩe meo, hoc faciam. e Si diligetis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclytũ dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternũ: spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia nõ

Hom.73. d ¶ CHRY. Quia dominus dixerat, ꝓpter opera credite, ostẽdens quoniam non hoc solum potest, sed multo maiora, & quod est mirabilius aliis potest dare, adiunxit. { Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. } Tract.71. AVG. Sed quæ sunt ista maiora? an forte ꝙ ægros ipsis transeuntibus et eorum vmbra sanabat? Maius est enim, ꝙ sanet vmbra quàm fimbria. verũtamẽ qñ ista dicebat, verborũ suorum facta, & opera commendabat. Cũ enim dixit. Pater in me manens, ipse facit opera, quæ opera tũc dicebat, nisi verba q loquebatur & eorum verborum fructus erat fides illorum? Verũtamen euangelizantibus discipulis non tam pauci, q̃ illi erant, sed gentes etiam crediderunt. Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abscessit? & tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cum per discipulos loqueretur. Ecce maiora fecit prædicatus a credentibus q̃ locutus audientibus. Verũ hoc adhuc mouet, ꝙ hic maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait. { Qui credit in me, nũquid inter credentes in Christum, non est computandus, qui non fecerit opera maiora q̃ Christus? durum est nisi intelligatur. Tract.72. Apostolus dicit credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiam. In hoc opere faciemus opera Christi, quia & ipsum credere in Christũ, opus est Christi, hoc operatur in nobis: non vtique sine nobis. Audi ergo. { Qui credit in me, ope. quæ ego fa. & ipse fa. Prius ego facio: deinde & ipse faciet, quia facio, vt faciat, { quæ opera, } nisi vt ex impio iustus fiat? quod vtique in illo, sed nõ sine illo Christus operatur. prorsus hoc maius esse dixerim, q̃ creare cœlum & terram. Cœlũ enim & terra transibunt, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit, sed in cœlis Angeli opera sunt Christi. numquid etiã hiis operibus maiora facit, qui cooperatur Christo ad suã iustificationem? iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos creare, q̃ impios iustificare. certe si æqualis sit vtrumque potentiæ: hoc maioris est misericordiæ, sed omnia opera intellige Christi, vbi ait: Maiora horum faciet. Nulla necessitas cogit. horum enim forsitan dixit quæ illa hora faciebat: tunc aũt verba fidei faciebat, & vtique min⁹ est verba iustitiæ prædicare, quod fecit præter nos, q̃ impios iustificare, quod ita fecit in nobis, vt faciamus & nos. Magnã autẽ spem dñs suis promisit orantibus dicens. Quia ego ad patrem va-Hom.73. do. CHRY. Hoc est non pereo, sed in propria manebo dignitate & in cœlis ero. vel hoc dicit, ac si diceret. Vestrum est de cętero mi-Tract.74. racula facere. ego enim vado. AVG. Et ne quisquam hoc sibi tribueret, vt etiam illa opera maiora seipsum facere ostenderet, adiecit. { Et quodcum pe. pa. in no. me. hoc faciã. Qui dixerat. { Faciet. } post ait. { faciam, } tamquàm diceret. Non vobis hoc impossibile videatur: non.n. poterit esse maior me, { qui credit in me, } sed ego sum facturus: & tunc maiora, quàm nunc maiora per eũ, { qui credit in me, } quàm nunc per me, quod non est defectio, sed dignatio. Hom.73. CHRY. Dicit autem in nomine meo, quia & Apostoli dicebant. In nomine Christi Iesu surge & ambula. Omnia enim signa quæ fecerunt, ipse faciebat, & manus domini erat cum illis. THEO. Exponit autem nobis per hoc miraculorum doctrinam. nam per orationem, ac inuocationem sui nominis potest quis exercere pro-Tract.74. digia. AVG. Sed quid est. Quodcũq; petieritis? cum videamus plerũque fideles eius petere, & non accipere, an forte propterea, quia male petunt? male enim vsurus eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit, quõ ergo intelligendum est. Quodcumque petieritis, hoc faciam, si Deus aliqua petentibus fidelibus etiam cosulendo non facit? an forte solis Apostolis hoc dictum debemus accipere, absit. superius enim dixerat. { Qui cre. in me. ope. E quæ ego fa. & ipse fa. Ipsos quoque si cogitemus Apostolos: inuenimus eum, qui plus omnibus laborauit rogasse, vt ab eo discederet Angelus Sathanæ, nec tamen quod rogauerat accepisse. Sed audi quod illic positum est. { In nom. me. } quod est Christus Iesus, Christus Regem, Iesus saluatorem significat, ac per hoc quodcũq; petimus aduersus vtilitatem salutis: non petimus in nomine Saluatoris, & tamen ipse Saluator est, non solum quando facit quod petimus, verum etiam quando non facit. quoniam quod videt peti contra salutem. non faciendo se exhibet Saluatorem. Nouit enim medicus quid pro sua, quid contra suam salutem poscat ægrotus. & ideo contraria poscentis non facit voluntatem, vt faciat sanitatem. Sane quædam quàmuis in nomine eius petamus non tunc quando petimus facit, sed tamen facit. differtur enim quod petimus, non negatur. Continuo autem subiecit. { Vt glorificetur pater in filio, siquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. } Nullo modo igitur sine patre filius facit, quando-

A quidem, vt in illo pater glorificetur, propterea facit. CHRY. Cum enim filius ostendatur magna potens, glorificabitur ille, qui Hom.73. genui. ideo autem secundo id ponit, vt certificet suipsius sermonem. THEO. Attende etiam seriem paternæ glorificationis. In nomine Iesu facta sunt signa. per quæ credebant Apostolorum sermonibus, & sic dũ ad notitiã patris peruenirent, glorificabatur pater in filio. e ¶ CHRY. Quia Hom.74. dñs dixerat. Quodcũque petieritis, hoc faciam, vt non æstiment omnem simpliciter petitionem valere, induxit. { Si diligitis me, B mandata mea seruate, quasi dicat, tunc faciam quod petitis. Vel quia audientes, quoniam ad patrem vado, consequens erat eos turbari, dicit, non est hoc me amare, vt turbemini, sed vt faciatis mandata mea. hoc est enim amor, obedire & credere ei qui diligitur. Quia vero consequens erat eos vehementer inquirere carnis præsentiã, & illam habere consolationem, quam prius habuerunt, subiungit. { Et ego ro.pa. & alium paracly. dabit vobis. Tract.74. AVG. In quo ostendit & seipsum esse paraclytum. Paraclytus autem latine dicitur aduocatus, & dictum est de Christo, Aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum. ALCVI. Vel paraclytum, id est consolatorẽ: habebant enim & tunc vnũ consolatorẽ, qui miraculorum dulcedine, & prædicatione eos erigere & confortare solebat. DIDI. de Spiritusancto. Sed spiritumsanctum alium paraclytum nominauit: non iuxta naturæ differentiã, sed iuxta operationis diuersitatem. Cum enim Saluator mediatoris, & legati personam habebat, ex qua pontifex deprӕcetur pro peccatis no-C stris, spiritussanctus secundum aliam significationem paraclytus, ab eo ꝙ cõsolatur in tristitia positos, nuncupatus est, verum noli ex filii & spiritusancti operatione diuersa varias æstimare naturas, siquidẽ in alio loco reperitur paraclytus spiritus legati apud patrem persona fungi, vt ibi. Ipse spiritus interpellat pro nobis. Saluator quoque consolationem operatur in cordibus eorum, q indigent. scriptum est enim. Et humiles populi sui consolatus est. CHRY. Ait autem. Rogabo patrem, vt fide dignum faciat eis sermonem, quoniam si dixisset. Ego mittam non, simpliciter credidissent. Homi.74. AVGVST. contra Arria. Qui tamen vt Cap. 19. vt inseparabilia sua & patris opera demonstraret, alibi ait. Cum abiero mittam eum ad vos. CHRY. Quid autẽ Apostolis plus Hom.eadẽ. haberet, si patrem solum rogaret, vt spiritum aliis daret? quoniam illi multoties & sine oratione ostendunt hoc facientes. ALCV. Rogabo igitur dicit, vt inferior secundum humanitatem patrem D meum, cui sum æqualis & consubstantialis secundum diuinam naturam. CHRY. Dicit autem. { Vt maneat vobiscum in æter- Ho.eadem. num, quoniam neque post mortem recedit. per hoc etiam occulte insinuat, quòd spiritussanctus non patietur mortem vt ipse neque abibit. Ne autem paraclytum audientes, rursus incarnationẽ aliam suspicentur, & oculis putent eum videre, subiungit. Spiritũ veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eũ. AVG. Hic est vtique in Trinitate spiritussanctus, quẽ Tract.74. patri & filio consubstantialem & coæternum fides catholica profitetur. CHRY. Spiritum autem veritatis eum vocat per hoc, Hom.74. quòd figuras veteris testamenti manifestat. Mundum autem hic malos dicit. visionem autem certissimam cognitionem dicit, q visus est apertior sensus. BEDA. Nota etiam, quòd cum spiritũsanctum, spiritum veritatis dicit, spiritumsanctum esse spiritum suum ostendit. deinde cũ a patre eum dari narrat: patris etiam eũ spiritum esse declarat, ac per hoc spiritussanctus a patre procedit & filio. GREG. 5. Moral. Spiritus aũt sanctus omnem quem re-E pleuerit, ad desideranda inuisibilia accendit, & quoniam munda- Cap.20. na corda solum visibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mẽtes quãto se foras per desideria dilatant, tanto ad receptionem illius sinum cordis angustant. AVG. Sic autem mundum, idest mun- Tract. 74. di dilectores dicit non posse accipere spiritumsanctum, velut si dicamus. Iniustitia iusta esse non potest. Mundus ergo, idest mundi dilectores non potest eum accipere, quia non videt eum. Non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri spiritussanctus, nisi inuisibiliter non potest. Sequitur. { Vos autem cogno. eum, quia apud vos manebit. Sed ne putarent qđ dictum est. { Apud vos manebit: ita dictum, quẽadmodum apud homines hospes visibiliter manere consueuit, adiecit. In vobis erit. CHRY. quasi dicat, Non ita apud vos manebit sicut ego, Hom.74. sed in vestris habitabit animabus. AVGVSTINVS. Prius Tract. 74. autem est esse alicubi post manere. Sed exposuit quod dixerat. Apud vos, cum adiunxit. { In vobis. } Si enim non sit in

Universidad de … Biblioteca

vobis.non potest esse in vobis eius scientia.sic enim a vobis videt F in vobis & vestra conscientia. (Cap.41.) GREG. 2. Moral. Si autem spiritussanctus in discipulis manet, quomodo iam singulare signũ erit quod in mediatore permanet, ſm illud. Supra quem videris spiritum descendentem & manentem: hic est qui baptizat. quod tamen citius cognoscimus si dona eiusdem spirit⁹ discernamus. In his enim donis sine quibus ad vitam perueniri non potest, spiritussanctus in electis omnibus semper manet. In illis autẽ quibus non nostra vita seruatur, sed aliorum quæritur, nequaquã semper manet. Aliquando.n. se a signorũ ostensionibus subtrahit, vt eo humili⁹ virtutes ei⁹ habeant. Christus aũt in cunctis eum & semper habet præsentem.

videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, qa apud vos manebit, & in vobis erit.

f Non relinquã vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicũ, & mundus iam me non videt. Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in G patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, dili-

(Homi.74.) CHRY. Hic aũt sermo oppositas hæreses velut vno ictu sustulit. nam dicere alium ostendit eius.i.spiritus hypostaseos differentiam: dicere vero paraclytum substantiæ cognationem. (Cap.19.) AVG. contra Arrianos. Consolatorẽ enim quod officium tamq̃ personæ infimæ, in Trinitate spirituisancto deputant, Deum dicit Apostolus ſm illud. Is qui consolat humiles, consolatus est nos Deus. Deus est itaque spiritussanctus, qui consolatur humiles, aut si hoc de patre, vel filio dictũ ab Apostolo volunt accipi, desinant consolationis tamq̃ munere proprio separare a patre & filio spiritumsanctum. (Tract.74. & seq.) AVG. super Ioan. Si cũ charitas Dei diffusa sit in cordibus nostris per spiritumsanctũ H qui datus est nobis, quomodo diligemus & mãdata Christi seruabimus, vt eum accipiamus? quem nisi habuerimus: diligere & mãdata seruare nõ possumus, an forte præcedit in nobis charitas, qua diligamus Christum? vt diligendo Christũ eiusque faciendo mandata mereamur accipere spiritumsanctum, vt charitas Dei patris diffundatur in cordibus nostris? peruersa est ista sententia. Qui.n. se filiũ Dei diligere credit, & patrem non diligit, profecto nec filiũ diligit, sed quod sibiipsi videtur confinxit. Restat ergo, vt intelligamus spiritumsanctum habere qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat, & plus habendo plus diligat. Iam itaque habebãt spiritum discipuli, quem dñs promittebat, sed dãdus eis erat ampli⁹. habebant occulte, accepturi erant manifeste. proinde non solũ nõ habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur, non habenti quidem vt habeatur, habenti autem vt amplius habeatur. (Hom. 74.) CHRY. Quando igitur discipulos purgauerat per sacrificium passionis, & peccatum solutum erat, & ipsi ad pericula & agones I mittebantur, oportebat spiritumsanctum venire abundanter. Nõ autem statim post resurrectionem, vt in multo eius constituti desiderio, cum multa eum suscipiant gratia.

(Tract.75.) f ¶ AVG. Nequisquam putaret, ꝙ ita spiritumsanctum dominus daturus fuerat, velut per seipsum non & ipse esset futurus cũ eis adiecit & ait. {Non relinquam vos orphanos. Orphani pupilli sunt. Illud enim est græcum, hoc latinum. Quàmuis ergo nos filius Dei suo patri adoptauit filios: tamen in hoc etiam ipse erga nos paternum ostendit affectum. (Hom.74.) CHRY. Etquidem a principio dixerat. Venietis quo ego vado. sed quia hoc lõgum tempus erat, promisit spiritum. Et quia nesciebant quid est hoc, promittit eis suam præsentiam, quam maxime quærebant, cum dicit. {Veniam ad vos.} Ne tamen rursus eandem quærant præsentiam, qualem & prius habuerũt, occulte hoc excludit, cum subdit. {Adhuc mo. & mun. me iam non ui. vos autem vide. me.} ac si diceret. Veniam K quidem ad vos: non tamen vt prius vobiscum per vnamquamque diem consistens. Et ne dicant. Qualiter igitur Iudæis dixisti. Amodo non videbitis me? soluit opinionem dicens. {Ad vos solos veniam.} (Tract. 75.) AVG. Videbat enim tunc eum mundus carneis oculis in carne conspicuum, non autem videbat ꝙ in carne verbũ latebat, sed quoniam post resurrectionem etiam carnem suam, quam non solum videndam, verum etiam contractandam demonstrauit suis, noluit demonstrare nõ suis, hinc dictum est: {Adhuc modicum & mundus iam me non videt: vos autem videbitis me.} Sed quoniã in iudicio eum mundus videbit, quo nomine significati sunt a regno eius alieni, melius intelligitur illud etiam tempus significare voluisse quando in fine sæculi auferetur ab oculis damnatorum, vt eum de cætero videant diligentes. Modicum autem dixit, quia id quod prolixum videtur hominibus, breuissimum est ante oculos Dei. Sequitur, {quia ego viuo, & vos viuetis.} THEO. q.d. & si mortem subiero: tamen resurgo. vos quoque viuetis: hoc est cũ videritis me, lætabimini, & tãq̃ mortui reuiuiscetis in apparitio-

ne mea. CHRY. Mihi aũt videtur vitam non præsentem dicere, sed futuram, ac si dicat. Mors crucis non distare faciet vos a me in finem, sed momento paruo occultabit me a vobis. (Hom.74.) (Tract.75.) AVG. Cur autem de præsenti se dixerit viuere: illos aũt de futuro esse victuros, nisi quia & vitam carnis resurgentibus qualis in ipso præcedebat & illis est pollicitus secuturam? & quia ipsius mox futura erat resurrectio, p̃sentis tp̃is ponit verbum, pp̃ significandã celeritatem. Illorum aũt qm̃ sæculi differt in finem non ait, viuitis, sed {viuetis.} quia uero uiuet ille: ideo & nos viuemus, per hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sequitur. {In illo die} de quo.s. ait. {Et vos uiuetis.}

getur a patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. g Dicit ei Iudas: non ille Scariothis. Domine quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus & dixit ei. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

Vos cognoscetis, contemplando, quàmuis & nunc credendo nouerimus, quia ego sum in patre, & uos in me, & ego in uobis, quia quando uiuemus ea uita, qua mors absorbetur: tunc perficietur hoc ipsum quod nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis, & nos in ipso. (Hom.74.) CHRY. Vel in illo die cum resurgam cognoscetis, quia cum uiderunt eum resurrexisse & esse cum eis: tunc certissimam fidem didicerunt. Magna enim erat uirtus spũssancti quæ omnia eos docebat. Quod autem dictum est. {Ego sum in patre,} humilitatis est. Quod aũt dicit. {Et uos in me, & ego in uobis.} humanitatis est & auxilii quod est a Deo. Consueuit enim scriptura multoties eisdem uerbis in Deo & hominibus positis non similiter uti. (Ante med.) HILA. 8. de Trini. Vel hoc dicit, ut cum ille in patre per naturam diuinitatis esset: nos autem in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rursus in nobis per sacramenti mysteriũ inesse crederet. Ipse.n. testatus est, qui edit carnẽ meã, & bibit sanguinẽ meum, in me manet, & ego in eo. ALCVI. Per dilectionem aũt & obseruantiam mandatorũ eius, tunc perficietur hocipsum qđ nunc inchoatum est per ipsum, ut sit in nobis & nos in ipso. Et ut oĩbus non tm̃ Ap̃lis hanc beatitudinẽ promisisse videatur adiungit. qui hẽt mãdata mea & ser. ea, ille est q diligit me. AVG. Qui habet in memoria & seruat in uita, qui hẽt in sermonibus & seruat in operibus, qui hẽt audiendo & seruat faciẽdo, q habet faciendo & seruat perseuerãdo, ipse est qui diligit me. (Tract.75.) Operę est demonstranda dilectio ne sit infructuosa nois appellatio. THEO. Ac si dicat, uos putatis ꝙ ex affectione quadã, tristamini de morte mea: sed ego signũ dilectionis reputo mãdata mea seruari. Qualem autẽ prærogatiuã obtineat qui diligit ostendit subdens, {Qui autẽ dili. me, dili. a patre meo & ego dili. eum. AVG. Sed quid est diligã. tamq̃ nunc nõ diligat? exponit per id quod sequitur: (Tract.75.) {Et manifestabo ei meipsum.i. ad hoc diligã ut manifestẽ, & ipsam uisionẽ mercedem fidei capiamus. Nũc enim ad hoc nos dilexit ut credamus, tunc ad hoc ut uideamus, quia & nos nunc diligimus credendo quod uidebimus. Tunc autẽ diligemus uidendo quod credidimus. AVG. ad Paulinã de uidendo Deo. Sic autem (Cap.1.in fi.) promisit ostensurũ seipsum dilectoribus suis cũ patre Deum unũ, non qũo in hoc seculo uisus est in corpore & a malis. THEO. Vel qa post resurrectionẽ appariturus illis erat in corpore magis repręsentante diuinitatẽ, nec credãt ipsum spiritũ fore seu phantasma, ob hoc prædixit illis, ut tunc uidentes illũ nõ diffidant: sed reminiscant, quia pp̃ mandatorũ suorũ custodiã apparet eis, atq; ideo tenentur semper custodire illa, ut perpetuo eis appareat.

(Tract.76.) g ¶ AVG. Quia dñs dixerat: Adhuc modicum & mundus me iam non uidet, uos autem uidebitis me. Interrogauit eum de hoc ipse Iudas, nõ ille traditor eius, qui Scariothis cognominatus est: sed cuius Epistola inter scripturas canonicas legitur: unde dicit. {Dicit ei Iudas, non ille Scariothis: Dñe quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum & non mundo? Causam quæsiuit quare non se mundo: sed suis manifestaturus esset. Dñs autem exponit quare suis se manifestaturus est non alienis. quia.s. hi diligunt, illi uero non diligunt. unde sequitur: {Respõdit Ie. & di. ei. Siquis dili. me ser. meũ ser. GREG. in Hom. Probatio enim dilectionis exhibitio est operis, numq̃ amor Dei est ociosus, operatur enim magna si est. si uero operari renuerit, amor non est. (Hom.30.) AVG. Dilectio autẽ sanctos discernit a mundo, quæ facit unanimes habitare in domo, in qua facit pater & filius mansionẽ qui donant & ipsam dilectionẽ, quibus in fine donabunt suã manifestationẽ. (Trac.76.) Est enim quædã Dei manifestatio interior, quã prorsus ĩpij non nouerũt, quibus Dei p̃ris & spiritussancti manifestatio nulla est, filij uero esse potuit: sed in carne, quæ nec talis est qualis illa, nec

nec semper illis adesse potest, sed ad modicum tempus, & hoc ad A iudicium, non gaudium: ad supplicium, non ad præmium. vnde sequitur. {Et ad eum veniemus.} Veniunt quidẽ ad nos dum venimus ad eos, veniunt subueniendo, venimus obediendo, veniunt illuminando, venimus intuendo, veniunt implendo, venimus capiẽdo, vt sit nobis eorum nõ extranea visio, sed interna, & in nobis eorum non transitoria mansio, sed æterna. vnde sequitur. {Et mãsi. apud eum faci.} (Hom.30.) GREG. in Homil. In quorundã etenim corda venit, & mansionem nõ facit, quia per compunctionem

Et sermonem, quem audistis, nõ est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclytus autem spiritus sanctus, quẽ mittet pater ĩ nomine meo, ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia quæcumque dixero

quidem respectum Dei percipiunt, sed tentationis tp̃e hocipsum B quòd compuncti fuerant obliuiscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minime planxissent. Qui ergo Deum vere diligit in eius corde dñs & venit & mansionem facit, quia sic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tp̃e nõ recedat. Ille.n. vere amat, cuius mentem delectatio p̃raua ex consensu non superat. (Trac.76.) AVG. An forte putabitur, mansionem in dilecto re illo facientibus patre & filio exclusus esse ab hac mansione spũs sanctus? Quid est ergo quod superius ait de spiritusancto, apud vos manebit, & in vobis erit, nisi forte quisquam sic absurdus est, vt arbitretur cum pater & filius venerint discessurum inde spiritumsanctũ, tamq̃ locum daturum maioribus? Sed & huic carnali cogitationi occurrit scriptura, cum dicit. {Vt maneat vobiscum in æternum. In eadem ergo mansione cum ipsis erit in æternum, quia nec ille sine ipsis venit, ne ille sine eo, sed propter insinuationem Trinitatis, personis singulis nominatis dicuntur quædam, nõ tamen aliis separatis intelliguntur, propter eiusdẽ Trinitatis substantiã. (Ho. eadem.) GRE. in Ho. Tanto autem quisque a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. vnde subditur. {Qui non diligit me, ser. meos non seruat.} De dilectione ergo conditoris lingua, (Hom.74.) mens, & vita requiratur. CHRY. vel aliter totum. Aestimauit Iudas, sicut mortuos videmus in somno: ita & se eum esse visuros. vnde quærit. Quid est ꝙ debes te manifestare nobis, & non mundo? q.d. væh nobis, qm̃ morieris, & vt mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicẽtur dicit. {Ego & pater ad eum veniem⁹} q.d. Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego, & mansionem apud eum faciemus, quod somniorum non est. Sequitur. {Et ser. quem au. non est meus, sed eius qui misit me patris.} q.d. non me solum, sed neque patrem amat, qui hunc non audit sermonem. Dicit aũt hoc, qm̃ nihil extra patrem loquitur, neque præter id quod illi vi- (Tract. eodẽ.) detur. AVG. Et fortasse propter aliquam distinctionem, vbi suos dixit, pluraliter sermones dixit dicens. {Qui non diligit me, sermones meos nõ seruat} Vbi aũt sermonem hoc est verbum nõ suũ D esse dixit, sed patris: seipsum intelligi voluit. non.n. suum, sed patris est verbum, qũo nec sua imago, sed patris, nec suus filius, sed patris. Recte igitur auctori tribuit quod facit æqualis à quo habet (Hom. eadẽ.) hoc ipsum, ꝙ illi est indifferens æqualis. CHRY. Quia vero corũ quæ dixerat, quædam manifesta erant, & quædam non intellexerunt, vt non turbarentur, subiungit. {Hęc lo. sum vo. apud vos ma- (Tract. 77.) nens. AVG. Alia est illa mansio, quã promisit futuram: alia vero hæc quam præsentem esse testatur. illa spũalis est atque intrinsec⁹ mentibus redditur: hæc corporalis forinsecus oculis atque auri- (Hom.74.) bus adhibetur. CHRY. Vt aũt eius corporalem recessum facilius sustinerent, præparat eos, promittens ꝙ eius recessus magnorum eis esset futura causa bonorum, quia donec ipse apud eos corporaliter manebat, & spũs non venerat nihil magnum poterant scire. vnde sequitur. {Paraclytus aũt spũssanctus, quem mit. pater in no. (Hom.30. παράκλητος) meo, ille vos do. oĩa, & sug. vo. oĩa quæcũq; dixero vobis.} GRE. E Græca locutione Paraclytus, latina aduocatus dr̃, vel consolator. Qui iccirco aduocatus dr̃, quia pro errore delinquentium apud iustitiam patris interuenit: dum eos, quos repleuerit exorantes facit. Consolator autem idem spũs vocatur, quia de peccati perpetratione mẹrentibus, dum spem veniæ præparat, ab afflictione tristitiæ mentem leuat. (Hom.74. Ante med.) CHRY. Continue aũt eum paraclytum vocat propter continentes eos tribulationes. DIDIMVS. De spiritussancto. Spiritum autem sanctum a patre in suo mitti nomine Saluator affirmat, cum proprie nomen Saluatoris sit filius, siquidem naturæ consortium, & vt ita dicam proprietas personarũ ex ista voce significatur. Filii quippe tantũmodo est in nomine patris venire, salua propietate filii ad patrem, & patris ad filium: nullus autem alius venit in noie patris, sed verbi gratia, In nomine dñi Dei & omnipotentis. Qũo igitur serui, qui in nomine dñi veniunt, per hoc ipsum ꝙ subiecti sunt, & seruiunt indicant dñm, sic quippe sunt dñi, sic & filius, qui venit in nomine patris, portat eius nomẽ per hoc ꝙ vnigenitus Dei filius approbatur. Quia

ergo spũssanctus in nomine filii a patre mittitur, ostendit quia vnitate sit iunctus ad filium. vnde & filii dictus est spũs per adoptionẽ suam, filios faciens eos, qui se recipere voluissent. Iste autem spũssanctus, qui venit in nomine filii missus a patre, docebit omnia eos, qui in fide Christi perfecti sunt. Omnia autem illa quæ spiritualia sunt & intellectualia veritatis, & sapientiæ sacramenta. Docebit vero non sicut qui artes aliquas, & sapientiam studio, industriaque didicere, sed quasi ipsa ars, atque doctrina & sapientia, veritatis spiritus inuisibiliter mẽti insinuat scientiam

vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mũdus dat, ego do vobis. h Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderitis vtique, quia vado ad pa-

diuinorum. GREG. Nisi autem idem spiritus cordi adsit audiẽ- (Homil. 30.) tis, ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docẽti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Sed & ipse conditor nõ ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per vnctionẽ spiritus non loquatur. AVGVSTINVS. Numquid autem (Tract.77.) dicit filius, & docet spiritussanctus, vt dicente filio verba capiam⁹, docente autem spiritusancto eadem verba intelligamus? Omnis igitur, & dicit & docet Trinitas. Sed nisi etiam sigillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere vtcumque posset infirmitas. GREG. Requirendũ vero nobis est, cur de eodẽ spũ (Ho. eadem.) dicatur. Suggereret vobis omnia, cũ suggerere soleat esse minoris, sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, inuisibilis spiritus suggerere dicitur, non quòd nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. AVGVSTINVS. Vel quod addit. Suggeret, idest commemorabit vos, intelligere debemus etiam, quòd iubemur non obliuisci saluberrima monita ad gratiam per- C tinere quam nobis commemorat Christus. THEO. Spiritus (In 14. c. Io.) itaque sanctus & docuit & commemorauit, docuit quidem quæcumque non dixerat eis Christus tamquàm non valentibus portare. Commemorauit vero quæcumque dominus dixerat, sed ob scuritatis causa, vel intellectus tarditate, commendare memoriæ nequiuerunt. CHRYSOSTOMVS. Quia vero & hæc au- (Hom. 74.) dientes turbabantur excogitãtes odia, & prælia sibi iminere post eius recessum, rursus eos consolatur dicens. {Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. AVGVSTINVS. Pacem nobis (Tract. eodẽ.) reliquit in hoc sæculo, in qua manentes hostem vincimus, & vt etiam hic inuicem diligamus, pacem suam nobis dabit in futuro sæculo, quando sine hoste regnabimus, vbi numquàm dissentire possimus. Pax autem nobis ipse est, & cum credimus quia est, & cum videbimus eum sicuti est. Sed quid est, quòd vbi dicit. {Pacem relinquo uobis,} non addit meam: vbi uero ait. {Do uobis,} ibi dixit {meam?} utrum subaudiendum est meam, & ubi dictũ non est, an forte & hic aliquid latet? Pacem enim suam eam uoluit intelligi qualem habet ipse. Pax uero ista quam nobis reliquit in hoc sæculo, nostra potius dicenda est, quàm ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso, quia nullum habet omnino peccatum. Nos autem talem pacẽ nunc habemus, in qua adhuc dicamus: Dimitte nobis debita nostra. Itemq; inter nosipsos est nobis pax, qa inuicem nobis credimus, ꝙ inuicẽ diligamus. Sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non uidemus. Nec ignoro ista domini uerba etiam sic accipi posse, ut eiusdem sententiæ repetitio uideatur. Quod uero dominus adiunxit. {Non quomodo mũdus dat, ego do uobis.} Quid est aliud, nisi non qũo homines dant, qui diligunt mũdum? qui propterea sibi dant pacẽ, ut sine molestia perfruantur. Et quando iustis dant pacem, ut non eos persequantur, pax esse non potest uera, ubi non est uera concordia, quia disiuncta sunt corda. CHRY. Pax etiam exterior (Ho. eadem.) ad malum fit multoties, & eis qui habent eam nihil prodest. AVGVST. de Ver. domini. Est autem pax serenitas mentis. tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris uinculum, consortium charitatis Nec poterit ad hæreditatem domini peruenire, qui testamentum pacis noluerit obseruare, nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors uoluerit esse cum Christiano.

h ¶ CHRYSOST. Quia dixerat. Pacem relinquo uobis, (Ho. eadem.) quod erat recedentis, hoc poterat eos conturbare: ideo dicit. {Nõ turbetur cor uestrum, neque formidet, quoniam hoc quidem ex dilectione, illa uero ex formidine patiebantur. AVGVSTI. (Tract. 78.) Hinc autem turbari & formidare poterat cor illorum, quòd ibat ab eis, quàmuis uenturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia. unde sequitur. {Audistis, quia ego dixi uobis: Vado, & uenio ad uos.} Ibat autem per id quòd homo erat, & manebat per id quòd Deus erat. Cur itaque turbaretur, & formidaret cor, quando sic deserebat oculos, ut non desereret cor? Vt autem intelligerent ſm id quod

Universidad de ... Biblioteca

homo erat eum dixisse. Vado & venio ad vos, subiecit atque ait; { Si diligeritis me, gauderitis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Per hoc ergo filius non est æqualis patri, per hoc erat iturus ad patrem, a quo & venturus est, iudicaturus viuos & mortuos. Per illud, in quo est æqualis gignenti, numquàm recedit a patre, sed cū illo est vbique totus pari diuinitate quam nullus continet loc⁹. Ipse ergo filius Dei æqualis patri in forma Dei, quia semetipsum exinaniuit: non formā Dei amittens, sed formā serui accipiens, maior est etiam seipso, quia maior est forma Dei quę amissa non est quàm forma serui, quæ accepta est. Hæc igitur est forma serui, in qua Dei filius minor est non patre solo, sed etiam spiritusancto, secundum hanc formam serui puer Christus etiam parentibus minor erat, quando paruus, maioribus sicut scriptum est, subditus erat. Agnoscamus igitur geminam substantiam Christi, diuinam, scilicet, qua æqualis est patri, & humanam qua maior est pater, vtrūque autem simul, non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, sed trinitas Deus. ideo ergo dixit. Si diligeritis me, gauderitis vtique, quia vado ad patrem. quia naturæ humanæ gratulandum est, eo quòd sic assumpta est a verbo vnigenito, vt immortalis cōstitueretur in cœlo, atq; ita fieret in terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Quis non hinc gaudeat, qui sic diligit Christum, vt suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque ipsum speret futurum esse per Christum. Vltra med. HILA. 9. de Trinita. vel aliter. Si donantis auctoritate pater maior me est, numquid per doni confessionem minor filius est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est, cui vnum esse donatur. Homi.74. CHRY. vel aliter. Nondum nouerant Apostoli quid sit resurrectio, quam prædixerat dicens. { Vado & venio ad vos. } Neque qualem oportebat de eo opinionem habebant, patrem vero magnum esse æstimabant. Dicit igitur eis. Etsi de me formidatis, quòd me defendere nequeam, neque confiditis, quòd post crucem rursus vos videam: tamen audientes quoniam ad patrem vado lætandum vobis est. quoniam ad maiorem vado, & potentem omnia versuta dissoluere. Hæc autem omnia ad imbecillitatem discipulorum dicebatur. Et ideo subdidit. { Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Tract.79. AVGVS. Quid est hoc, cum magis credere homo debeat antequam fiat id quod credendum est? Hæc est enim laus fidei, si quod creditur nō videtur. nam & ille cui dictum est. Quia vidisti, credidisti, aliud vidit, aliud credidit: vidit hominem, credidit Deum. Sed si dicūtur credi quæ videntur, sicut dicit vnusquisque oculis suis se credidisse: non tamen ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ videntur acquiritur in nobis, vt ea credantur quæ non videntur. Illud itaque dicit. { Cum factum fuerit. } quòd eū post mortem visuri erant viuentem, & ad patrem ascendentem, quo viso, fuerant credituri quòd ipse esset Christus fili⁹ Dei, qui hoc potuit facere, & prædicere antequam faceret. Credituri autē hoc, non fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset, defecta, cum resurrexisset, refecta. Vbi supra. HILA. 9. de Trinita. Gloriæ autem resumendæ meritum, continuo subiecit dicens. Iam non multa loquar vobiscum. BEDA. Ideo hoc dicebat, quoniam iam instabat tempus, vt comprehenderetur, & ad mortem traderetur. Venit enim princeps mundi huius. Tract.eodē. AVG. Quis nisi diabolus? non autem creaturarum, sed peccatorum princeps est diabolus. Vnde apostolus cum dixisset aduersus rectores mundi, sequenti verbo exposuit, quid dixisset mundi, cum subiungit tenebrarum harum, idest hominum impiorum. Et in me non habet quicquam. Quia neque cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tāquam ei diceretur. Cur ergo morieris, si non habes peccatum, cui debetur mortis supplicium? continuo subiungit. { Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, eamus hinc. } Discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus autem dixit ad illum locum, vnde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum mortis, sed habebat vt moreretur, mandatum patris. Cap.11. AVGVS. contra Arrianos. Quòd autem voluntati & præcepto patris obediens est filius, nec in hominibus demonstrat diuersam imparemque naturam patris præcipientis, & filii obedientis, huc accedit, quòd Christus non tantum Deus est, qua natura æqualis est patri, sed etiam homo, qua natura minor est patre. Hom.75. CHRYSOSTOMVS. Vel hoc quod dicit. { Surgite, eamus hinc. } principium est

trem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater. sic facio. Surgite, eam⁹ hinc.

F alterius sententiæ. consequens enim erat eos formidare, & a tempore, & a loco in villa manifeste existentes: etenim nox profunda erat, & erat consequens eos non attendere his quæ dicebantur, sed semper circumuoluere oculos, & imaginari eos qui aggressuri eos erant, & maxime audientes. {Adhuc modicum vobiscum sum. Et venit princeps mundi huius. Quia igitur hæc, & huiusmodi audientes, turbabantur, vt mox capiendi ducit eos in locum alium, vt æstimantes se in cautela esse cum ocio de reliquo audiant: magna enim dogmata erant audituri.

CAP. XV.

EGO sum vitis vera, & pater meus agricola est, Omnem palmitē in me non ferētem fructum, tollet eū, & omnem quī fert fructum, pur- G gabit eum, vt fructum plus afferat. Iā vos mundi estis pp sermonem quē locutus sum vobis.

CAPVT XV.

HILA. 9. de Trinita. Ad consumandæ corporeæ passionis sacramentum per dilectionem efficiendi mandati paterni festinat exurgens: corporeæ tamen assumptionis statim mysterium pandens, per quam ei tamquàm in vite modo palmites inessemus, adiecit: {Ego sum vitis vera.} Vbi supra. Tra. 8. AVGVST. Quod secundum hoc dicit, quòd est caput ecclesiæ, nosque membra eius, homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites, sed cum dicit. { Ego sum vitis vera, numquid vt adderet vera, ad eam vitem retulit, vnde ista similitudo translata est? Sic autem dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem, sicut agnus, ouis, & cætera huiusmodi, vt magis ipsa sint vera, ex quibus ducuntur istę similitudines. H Sed dicendo. { Ego sum vitis vera, } ab illa se discernit, cui dicitur. Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? Nam quo pacto est vitis vera, quæ expectata est vt faceret vuam, fecit autem spinas? Vbi supra. HILARIVS 9. de Trinitate. Sed a corporeæ huius humilitatis assumptione formam paternæ maiestatis alienans, agricolam patrem curiosum huius vitis ostendit dicens. { Et pater meus agricola est. } Serm.59. AVGVSTINVS. de Verb. domini. Colimus enim Deum, & colit nos Deus, sed hic Deum colimus, vt non meliorem eum faciamus, colimus enim eum adorando, non arando. Quòd autem ille nos colit, meliores nos reddit. Cultura ipsius est in nos, quòd non cessat verbo suo extirpare mala semina de cordibus nostris, aperire cor nostrum tamquàm aratro sermonis, plantare semina præceptorum, expectare fructum pietatis. Hom.75. CHRYSOSTOMVS. Et quia Christus sibi sufficit: discipuli vero multo indigent agri- I colæ auxilio: propterea de vite nihil dicit, sed de palmitibus cū subdit. { Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Fructum autem hic vitam occulte insinuat, ostendens, quòd sine operibus non potest aliquis esse in eo. Vbi supra. HILA. 9. de Trinita. Inutiles autem & inueraces palmites desecans, depurabit arsuros. Hom.75. CHRY. Et quia etiam qui ualde uirtuosi sunt, indigent agricolæ opere, adiungit. { Et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Hoc dixit propter tribulationes eorum, quæ tunc inducebantur: ostendens quòd tentationes fortiores eos faciebant, sicut & purgare: hoc est circuncidere palmitem, cū magis germinare facit. Tract.80. AVGVSTINVS. Quis autem est in hac uita sic mundus, ut non sit magis magisque mundandus? Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus. Mundat itaque mundos, idest fructuosos, ut tanto sint fructuosiores, quanto sunt mundiores. Secundum hoc ergo uitis est Christus, quod ait. { Pater maior me est, secundum illud autem quod ait. { Ego & pater unum sumus, & ipse agricola est. Nec tales K sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis, ut det etiam intrinsecus incrementum. unde continuo etiā seipsum mundatorem palmitum ostendit dicens. { Iam uos mūdi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Ecce ipse mundator est palmitum, quod est agricolæ, non uitis officium. Sed quare non ait. Mundi estis propter baptismum, quo abluti estis, nisi quia & in aqua uerbum mundat? Detrahe uerbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum & fit sacramentum. unde ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus immanens. Hoc uerbum fidei tantum ualet in ecclesia Dei, ut per ipsum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem mundet infantē, quàmuis credere non ualentē. CHRYSOSTOMVS. Vel dicit. Mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum uobis, idest interim lumen doctrinæ iam suscepistis, & a Iuda co errore eruti estis.

Hom.75. CHRY. Quia iam mundos eos dixerat propter sermonem quē A locutus fuerat eis, docet quòd oportet de reliquo incipere ea, quæ ab eis sunt: & ideo dicit. { Manete in me, & ego in vobis. } Tract.81. AVGVST. Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis, vtrumque enim prodest, non ipsi, sed illis. Ita sunt quippe in vite palmites, vt viti non cōferant, sed inde accipiant vnde viuant. Ita vero vitis est in palmitibus, vt vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis, ac per hoc, vt manentem in se haberent Christum, & manerent in Christo, discipulis prodest vtrūque, non Christo, vnde subdit. {Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. } Magna gratiæ commendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Nonne huic resistunt veritati, ad bona opera facienda Deum sibi necessarium non putantes, non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrii? Qui enim a semetipso se fructum æstimat ferre, in vite non est. Qui in vite non est, in Christo non est, qui in Christo non est, Christianus non est. ALCV. Omnis enim fructus boni operis ab illa radice procedit, qui nos sua gratia liberauit, & suo auxilio prouehit, vt fructum plus afferre valeamus. vnde cum repetitione & superiorum explanatione subdit. { Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me. } credendo, obediendo, perseuerando. { & ego in eo. } illuminando, subueniendo, perseuerantiam donando. Hic, & C non alius. { Fert fructum multum. Trac.eodē. AVGVSTINVS. Sed ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre, subdit. { Quia sine me nihil potestis facere. } non ait parum potestis facere, quia nisi palmes in vite manserit & vixerit, de radice quantumlibet fructum a semetipso non potest ferre. Quàmuis autem Christus vitis non esset, nisi homo esset: tamen istam gratiam palmitibus non præberet, nisi etiam Deus esset. Ho. eadem. CHRYSOSTOMVS. Vide ergo filium non minus patre conferentem ad discipulorum procurationem. Nam pater quidem purgat, ipse vero in se tenet, quod facit palmites fructificare. Sed tamen & purgare filii monstratum est esse, & manere in radice est patris, qui radicem genuit. Igitur magnum quidem damnum est nihil posse facere, verum non vsq; ad hoc sistit, sed vlterius producit sermonem dicens: { Siquis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, idest agricolæ non potietur manu. { Et arescet. } hoc est: Si quid habebat a radi- D ce, amittet, denudatus eius auxilio, & vita. Et colligent eum. } ALCVINVS Messores Angeli & in ignem æternum, scili- Tract.eodē. cet mittent, & ardet. AVGVSTINVS. Ligna enim vitis tanto sunt contemptibiliora, si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint vnum ex duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis, si in vite non est, in igne erit. Ho. eadem. CHRYSOST. Deinde ostendens quid est manere in eo, subdit. { Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. } Eam enim quæ per opera ostensionem quęrit. Tract.eodē. AVGVSTINVS. Tunc enim sunt dicenda verba eius in nobis manere, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quę promisit. Quando autem verba eius manent in memoria, nec inueniuntur in vita, non computatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice. Quid autem velle possunt manendo in Saluatore, nisi quod non alienum est a salute? Aliud quip- E pe volumus, quia sumus in Christo, & aliud volumus, quia sumus adhuc in hoc sæculo. De mansione autem huius sæculi nobis aliquando surrepit, vt hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit, vt faciat nobis si maneamus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Ad verba autem eius pertinet oratio Pater noster, ab huius orationis verbis & sensibus non recedamus in petitionibus nostris, & quicquid petimus, fiet nobis.

Ho. eadem. c ¶ CHRY. Ostendit supra dominus, quoniam qui eis insidiabantur ardebunt, non manentes in Christo: deinde ostendens, quoniam ipsi inexpugnabiles erunt: ita scilicet vt multum fructificent, ait. In hoc clarificatus est pater, vt plurimum fructum afferatis, } quasi dicat. Si ad gloriam patris pertinet, quòd vos fructificetis, non contemnet gloriam suam, qui autem fructum facit, ille est discipulus Christi. vnde subdit. { & efficiamini mei discipuli. THEO. Fructus autem Apostolorum sunt gentes, quæ per eorum doctrinam astrictæ sunt fidei: necnon ad Dei redactæ sunt gloriam. Tract. 82. AVGVST. Siue enim clarificatus, siue glorificatus dicatur, ex vno verbo græco vtrumque translatum est. Doxa ergo græce dicitur, latine gloria est: quod ideo commemorandum putaui, ne hoc nostræ gloriæ tribuamus, tā quàm ex nobisipsis habeamus, eius est enim hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria. A quo enim facimus fructum, nisi ab illo, cuius misericordia præuenit nos? vnde subditur. {Sicut dilexit me pr̄, & ego dilexi vos. } Ecce vnde sunt nobis opera bona. nam vnde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Quod autem ait. { Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. } non æqualitatem naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed gratiam, qua mediator est Dei & hominum, homo Christus Iesus. Mediator quippe monstratur, cum dicit. {Pater dilexit me, & ego vos. } Nam pater vtique diligit & nos, sed in ipso. Ho. eadem. CHRYSOSTOMVS. Si igitur pater amat nos, confidite. si patris est gloria, fructificate. Deinde vt non pigros eos faciat, subdit. { Manete in dilectione mea. } Qualiter autem hoc erit, ostendit subdens. { Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Tra. eodem. AVGVSTIN. Quis ambigat q̄ dilectio præcedat obseruantiā præceptorum? vnde enim præcepta seruet non habet, qui non diligit: quòd ergo hic ait. ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde monstretur, vt nemo se fallat dicendo, quòd eum diligat si eius pręcepta non seruat, quàmuis quod dicit { manete in dilectione mea, } non apparet quam dixerit dilectionem, vtrum qua eum diligimus, an qua ipse nos diligit, sed ex verbo superiore dinoscitur. Dixerat quippe. { Ego dilexi vos, } & continuo subiecit. { Manete in dilectione mea. } Illa ergo qua dilexit eos. Quid est ergo, Manete in dilectione mea, nisi manete in gratia mea? Et quid est, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, nisi ex hoc scietis quòd in dilectione mea, qua vos diligo manetis, si mea præcepta seruatis? Non ergo ut nos diligat, prius præcepta eius seruamus, sed nisi nos diligat, præcepta eius seruare non possumus. Hæc est gratia, quæ humilibus patet, superbos latet. Sed quid illud est quod adiungit, {Sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione? } utiq; eā hic dilectionem patris intelligi uoluit, qua eum diligit pater. Sed numquid & hæc gratia intelligenda est, qua pater diligit filium, sicut gratia est qua nos diligit filius, cum simus nos filii gratia non natura, unigenitus autem natura, non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sane. nam dicendo. {Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos} gratiam mediatoris ostendit: mediator autem Dei & hominum, non inquantum Deus, sed inquantum homo est Christus. Igitur hoc recte possumus dicere, quòd cum ad naturam Dei non pertineat humana natura, ad personam tamen filii Dei per gratiam pertinet, qua nulla est maior, nulla prorsus æqualis. Neque enim illam susceptionem ulla hominis merita præcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta cœperunt. ALCVINVS. Quæ autem præcepta dixerit exponit Apostolus dicens. Christus factus est obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Homi.76. CHRYSOSTOMVS. Deinde quia futura passio, & tristia uerba interruptura erant eorum lætitiam, subiungit. { Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur, } quasi dicat. Et si incidat tristitia, hanc auferam, ut ad finem ueniat gaudium. Tomo.83. AVGVSTINVS. Quod est autem gaudium Christi in nobis, nisi quòd dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum quod dicit implendum, nisi eius habere consortium? Gaudium autem iam ipse perfectum de nobis habebat, quando nos præsciendo, & prædestinando gaudebat, sed illud gaudium in nobis non erat, quia nec nos in quibus esse posset, eramus. cœpit autem esse in nobis quando uocauit nos. Et hoc gaudium nostrum merito dicimus, quo nos beati futuri sumus, quod inchoatur in fide renascentium, implebitur in præmio resurgentium.

b Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me mãseritis. Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum & in ignem mittent & ardet. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcumque uo- B lueritis petetis, & fiet uobis.
c In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis. & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

d ¶ THEO. Quia prædixerat, q̃ si mãdata mea custodieritis, tunc in me pmanebitis: hic ostendit quæ mandata obseruare oporteat dicens. {Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.

Hom.27. GREG. in Hom. Cum aũt cuncta sacra eloquia dominicis sint plena præceptis, quid est quod de dilectione quasi de speciali mandato hic dicit, nisi qa omne mandatum de sola dilectione est, & omnia præcepta vnũ sunt, quia quicquid p̃cipitur in sola charitate solidatur, vt.n. multi arboris rami ex vna radice p̃deũt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur. Hæc habet aliquid viriditatis ramus boni operis: si nõ

Tract. 83. manet in radice charitatis. AVG. Vbi ergo charitas est, quid est qđ possit deesse? Vbi aũt nõ est, qd est qđ possit p̃desse? Discernit aũt istã dilectio ab ea qua se inuicẽ diligũt homines, sicut homines. vnde adiũctũ est. Sicut dilexi vos. Vt qd enim nos dilexit Chrs, nisi vt possimus regnare cũ Chro? Ad hoc ergo & nos inuicẽ diligamus, vt dilectionẽ nostrã discernamus a cæteris, qui nõ ad hoc inuicẽ diligunt, vt Deus diligatur, quia nec vere diligunt. Qui autem se

Ho. eadem. propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt. GREG. Vna autem & summa est probatio charitatis, si & ipse diligatur qui adamatur. nam & ipsa veritas & crucis patibulum sustinet: & tamẽ ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis impendit dicens. Pater ignosce illis qa nesciunt quid faciunt. cuius dilectionis summã exprimit cum subiungit. {Maio. hac dil. ne ha. q̃. vt ani. suam po. quis pro amicis suis. } Mori pro inimicis dns venerat, & tamen positurum se animam pro amicis dicebat, vt nobis ostenderet, quia cum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt, qui persequuntur. AVG. Quia ergo superius dixerat:

Tract. 84. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: fit ex hoc consequens quod idem Ioannes in Epistola sua dicit, vt quemadmodum Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Hoc martyres ardenti dilectione fecerunt: ideo ad mensam Christi, non sic eos commemoramus quemadmodum alios, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt eorũ vestigiis hereamus. Talia enim suis fratribus exhibuerunt, qualia de dni mensa pariter acceperunt. GREG Qui vero tranquillitatis tempore non dat pro Deo tunicã suam, qualiter in persecutione daturus est animam suam? Virtus ergo charitatis, vt inuicta sit in perturbatione, nutriatur per misericordiam in tran-

Cap. 8. in fi. quillitate. AVG. 8. de Trini. Ex vna aũt eademque charitate Deũ proximũque diligimus, sed Deum propter Deum: nos autem & proximum propter Deum. Cum ergo duo sint præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & Prophetæ, dilectio Dei & proximi non immerito plerumque scriptura pro vtroque vnum ponit, quia qui diligit Deũ consequens est, vt faciat quæ præcepit Deus. Consequens ergo est, vt proximum diligat, quia & hoc præcepit Deus: vnde & hic sequitur: {Vos amici mei estis si feceritis quæ p̃cipio vobis. } GRE. 27. Mor. Amicus quippe quasi animæ custos

Cap. 11. dicitur. vnde non immerito qui voluntatem Dei custodire in præceptis illius dicitur: eius amicus vocatur. AVG. Magna dignatio

Tract. 85. cum seruus bonus esse non possit, si præcepta dni sui non fecerit, hinc amicos suos voluit intelligi. vnde boni serui possunt probari. Potest igitur esse & seruꝰ & amicus, qui seruus est bonus. Qũo autem intellecturi sumus & seruum, & amicum esse seruum bonũ declarat, cum subdit. {Iam non dicam vos seruos, quia ser.ne. quid fa.do. eius. } Itaque tunc serui non erimus, quando boni serui fuerimus. Numquid seruo bono & probato dns eius, non etiam sua secreta committit? Sed sicut sunt duo timores, sic sunt duæ seruitutes. Est timor, quem perfecta charitas mittit foras, in quo etiam est seruitus simul foras cum ipso timore mittenda. Et est alius timor castus, permanens in sæculum sæculi. Ad primam ergo seruitutem seruos pertinentes intuebatur dominus dicens: {Iam non dicam vos ser. quia ser. nescit quid fa. do. eius. } Non ille vtique seruus ad timorem pertinens castum, cui dicitur Euge serue bone, intra in gaudium dñi tui, sed ille seruus pertinens ad timorẽ foras a charitate mittendum, de quo alibi dicitur. Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. Quoniã itaq; dedit nobis potestatem filios Dei fieri, vt miro modo serui, nõ serui esse possimus hoc dñm facere scimus, hoc seruus ille nescit, qui nescit quid faciat dns eius. & cum aliquid boni facit: sic extollitur quasi hoc ipse faciat, & non dominus eius, & in se, & non in domino gloriatur. Sequitur. {Vos autem di. ami. quia omnia quæcũq; audiui a patre meo nota feci vobis. THEO. q.d. Seruus non nouit consilia sui domini: vos autem cum amicos reputem, secreta mea vobis communicaui. AVG. Quo autem pacto intellecturi sumus: omnia enim nota feciſſe discipulis quæcumque audiuit a patre, cum propterea multa non dicat eis, quia scit eos modo portare non posse? Sed omnia se nota feciſſe discipulis dicit, quæ se nouit, nota esse facturum, in illa plenitudine, de qua dicit Apostol⁹.

d Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, q̃ vt aĩam suã quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos. quia seruus nescit quid fa ciat dns eius. Vos aũt dixi amicos. quia oĩa quęcũque audiui a pre meo, nota feci vobis. Nõ vos me eligistis. sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructũ afferatis. & fructus vester maneat. vt quodc ũq; petieritis patrem in nomine meo det vobis.

e Hæc mãdo vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: sci tote, quia me priorẽ vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. Memẽto sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerũt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter no

Tract. eodẽ men meum, quia nesciunt eum qui misit me.

f Si non venissem & locutus eis nõ fuissem, peccatũ nõ haberẽt. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera nõ fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderũt & me & patrem meũ. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Sicut enim immortalitatem carnis, & salutẽ animarum futurarũ expectamus: ita omnem notitiam quæcũ que vnigenitus audiuit a patre futuram expectare debemus.

GRE. Vel omnia quę audiuit a patre, quæ nõ fieri voluit seruis suis, sunt gaudia internæ charitatis, & festa supernæ patriæ, quæ nostris quotidie mẽtibus per aspirationem sui amoris imprimit: dum enim audita superna cœlestia amamus: amata iam nouimus, quia amor ipsa notitia est. Omnia ergo nota eis fecerat, quia a terrenis desideriis immutati amoris summi facibus ardebant. CHRY. Vel omnia dicit quæcumque eos audire oportebat. Per hoc autem q̃ dicit se audisse, ostendit q̃ nihil alienum loquitur, sed quæ patris. GRE. Sed quisquis ad hanc peruenit dignitatẽ, vt amicus Dei vocetur, dona quæ percipit super se non suis meritis tribuit. vnde subdit. {Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. AVG. Hæc est ineffabilis gratia, quid enim eramus quando Christo nondum elegeram⁹, nisi iniqui & perditi? Neque enim credideramus in eum vt eligeret nos. nam si credentes elegit, eligentes elegit. Hic certe vacat vana illorum ratio, qui ideo nos dicunt electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit nos Deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse præsciret, simul etiam præsciſſet, q̃ eum nos fuissemus prius electuri: non enim aliter possumus esse boni, nisi forte dicendus est bonus, qui non elegit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non est vt dicas, Ideo electus sum, quia iam credebam. Si enim credebas in eum, iam elegeras eum. Nec est vt dicas, Antequam crederem iam bona operabar: ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem, quid ergo dicturi sumus, nisi quia mali eramus, & electi sumus, vt boni per gratiam nos eligentis essemus?

Cap. 17. AVG. de Prædestinatione sanctorum, electi sunt itaque ante mũdi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præsciuit, electi aũt de mundo ea vocatione, qua Deus id quod prædestinauit impleuit. quos enim prædestinauit, hos & vocauit.

Tract. 85. AVG. Super Ioannẽ. Et videte quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos. nã sequitur. {Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Iste est fructus, de quo iã dixerat. Sine me nihil potestis facere: ipse est via, in qua nos posuit, vt eamus.

Ho. eadem. GREG. in Hom. Posui ergo vos. s. ad gratiam. Plantaui, vt eatis, quia velle iam mente ire est. Et fructum afferatis. operando. Qualẽ uero fructum afferre debeant. {Et fructus vester maneat. } omne. n. quod secundum præsens sæculum laboramus, vix vsque ad mortẽ sufficit: non. namque interueniens fructum nostri laboris abscindit. quod vero pro æterna vita agitur, etiam post mortem seruatur, & tunc apparere incipit, cum laborum carnalium fructus cœperit non videri. Tales ergo fructus operemur, qui maneant, qui cum mors cuncta interimat, ipsi exordium a morte sumant.

Tract. eodẽ. AVGVST. Dilectio ergo est fructus noster, quæ nunc est in desiderio nondum in saturitate. Et ipso desiderio quodcumq; petierimus in nomine vnigeniti filii, dat nobis pater. vnde sequitur. { Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. } Hoc petimus in nomine Saluatoris, quod pertinet ad rationem salutis.

Trac. 86. c ¶ AVGVST. Dixerat dominus. Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Charitas autem fructus noster est, de hoc itaque fructu mandans nobis dicit. Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. } Vnde & Apostolus. Fructus, inquit spiritus, charitas, ac deinde cætera tamquàm ex isto capite exorta, & religata contexuit. Meritò itaque sic dilectionem sæpe commendat, tamquàm sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. CHRYSOSTOMVS, vel aliter continua. Dixi quoniam animam meam pro vobis pono, & quia primum vos elegi. Hæc autem omnia non exprobrans dixi, sed ad dilectionem vos inducens, vt diligatis inuicem: deinde quia persecutionem pati, & a multis exprobrari difficile erat, ostendit consequenter quòd non dolere, sed lætari oportet. vnde sequitur. {Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit, } quasi dicat. Scio hoc esse durum, sed propter

Trac. 87. propter me patiemini. AVGVST. Cur enim se membra supra verticem extollunt? recusas esse in corpore, si non vis mundi odium sustinere cum capite. Pro dilectione autem patienter debemus etiam mundi odium sustinere, necesse est enim vt nos oderit, quos cernit nolle quod diligit. vnde sequitur. {Si de mũdo fuissetis, mundus quod suũ erat diligeret. CHR. Quia.n. ppter Christum pari nondũ erat eis sufficiens mitigationis causa, illa causa dimissa, hanc adiecit, ostẽdens q̃ hoc est virtutis argumentum, a mundo odio haberi, vnde dolere oporteret, si a mundo diligeremini. hoc enim esset malitiæ vestræ ostensiuum. AVGVST. Vniuersæ autem hoc dicit ecclesiæ, quã plurimi mundi nomine appellat, sicut est illud. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Totus ergo mundus odit ecclesiam. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, inquinatus mundum. Quæri ergo potest si etiam mali

Tract. 88. faciunt persecutionẽ malis, sicut impii reges & iudices, cum essent persecutores piorum, vtiq; & homicidas & adulteros puniebant, quomodo intelligẽdum est quod dominus ait: Si de mundo essetis, mundus quod suũ erat diligeret? nisi quia mundus est in eis a quibus talia scelera puniuntur, & mundus est in eis a quibus diliguntur. Mundus ergo odit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet, & diligit quod suum est, ex ea parte qua ipsis fauet. Si etiam queratur, quomodo se diligat mũdus qui odit modum redemptionis, Diligit vtique falsa dilectione nõ vera, quoniam quod ei nocet hoc diligit: odit naturam, diligit vitium. vnde & nos prohibemur diligere in illo quod ipse diligit, & iubemur diligere quod ipse odit in seipso. Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurque naturam. Vt autem de hoc mundo damnato non essent, electi sunt inde. non meritis suis, quorum nulla bona præcesserant opera, non natura, quæ tota fuerat in ipsa radice vitiata, sed gratia. vnde sequitur. { Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. }

GREGO. super Ezechielem in Homi. 9. Nam peruersorum derogatio vitæ nostræ approbatio est, quia iam ostenditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus qui non placent Deo: nemo enim potest in vna eademque re omnipotenti domino atque eius hostibus gratus existere. Nam se Deo amicum denegat, qui eius placet inimico, & inimicis veritatis aduersabitur,

Tract. 88. qui eidem veritati in mẽte subiugabitur. AVGVST. Exhortans autem dominus suos seruos ad mundi odia perferenda patiẽter, nullum eius maius & melius q̃ de seipso proponit exemplũ. vnde sequitur. {Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis, Nõ est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, si sermonem meum seruauerunt, & vestrũ seruabunt. }

GLO. Idem obseruauerunt vt calumniarentur, iuxta illud. Obseruabit peccator iustum. THEO. Vel aliter: Si dominum inquit, persecuti sunt vos, etiam seruos multomagis, Si non persecuti fuissent, sed sermonem custodiuissent, vestrum etiam custodirent. CHRY. q.d. Non vos turbari oportet si communicabitis meis passionibus, quia vos non estis me potiores. AVGV.

Hom. 76. Tra. eodem Hic autem vbi dicitur: Non est seruus maior domino, illum signi ficat seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in sæculum sæculi. CHRY. Deinde & aliam mitigationem ponit,

Ho. eadem. quoniam & pater cum eis contumeliam patitur cui iniuriantur. vnde sequitur. { Sed hæc omnia facient vobis propter nomen

Tract. eodẽ. meum. } AVGVST. Quæ omnia, nisi quę dixit quæ odio habebunt & persequentur sermonemque contemnent? Quid est autem aliud dicere: Propter nomen meum, q̃ me in vobis odio habebunt, me in vobis persequentur, & sermonẽ vestrum, quia meus est, ideo non seruabunt? Tanto igitur miseriores qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatiores qui propter hoc nomen ista patiuntur. Faciunt autem & ista mali malis, sed vtrique miseri, & qui faciunt, & qui patiuntur. Quomodo autem hoc erit verum. Hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, cum illi non propter nomen Christi faciant, hoc est propter iustitiam, sed propter iniquitatem suam. Hęc quæstio ita soluitur, si totum referatur ad iustos, tamq̃ dictum sit: Hęc omnia patiemini ab eis propter nomen meum: si autem Propter nomen meum, sic accipitur, ideo, quod in vobis oderunt & propter iustitiam quã in vobis oderunt, similiter recte dici possunt & boni, cum persecutionem faciunt malis, & propter iustitiam facere quam diligendo persequuntur malos, & propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis. Quod autem addidit, Quia nesciunt eum qui misit me, secundum eam scientiam dictum est, qua dicitur scire te, sensus est consummatus.

f ¶ CHRY. Ponit iterum dominus aliam discipulorum mitigationem, ostendens quoniam iniuste, & in ipsum & in discipulos talia operabuntur. vnde dicitur. { Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. } AVGVST. Indæis locutus est Christus non aliis gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundum, qui odit Christum & discipulos eius, imo vero non in eis solis, sed nos quoq; ad eundẽ mundum pertinere monstrauit. Numquid ergo sine peccato erant Iudæi, quibus Christus locutus est, anteq̃ Christus in carne venisset? Sed magnum quoddam peccatum, non omne peccatum sub generali nomine vult intelligi. Hoc est enim peccatum, quo tenentur cuncta peccata, quòd vnusquisque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata. Hoc autem est, quia nõ crediderunt in Christum, qui propterea venit vt credatur in eum. Hoc ergo peccatum si non venisset, non vtique haberent. Aduentus enim eius quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitialis factus est. Sequitur. {Nunc autem excusationẽ non habent de peccato suo. } Si autem hi ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, excusationem non habent de peccato suo, cur hic dictum est, propterea istos non habere, quia venit & locutus est eis? Si autem habent, vtrum ad hoc habent vt a pœnis alienentur, aut ut mitius puniantur? Ad hæc inquisita respondeo, eos habere excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato suo, q̃ in Christum non crediderunt. Sed non in eo sunt numero, ad quos per discipulos venit, non sunt enim in pœna leuiori ponẽdi, qui omnino legem Christi accipere noluerunt, & eam quantũ ad ipsos attinet omnino nullam esse voluerunt. Hanc etiam excusationem possunt habere, qui priusquam euangelium Christi audirent, vitæ huius fine prœuenti sunt, sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicumque enim homines nisi in eo saluatore saluentur, qui venit quærere quod perierat ad perditionem sine dubio pertinebũt, quamuis dici possit, alios leuiores, alios grauiores pœnas passuros. Ille enim perire Deo dicitur, qui ab illa beatitudine quam dat sanctis suis per supplicium separatur. Tanta est autem diuersitas suppliciorum, quanta est diuersitas peccatorum, quæ quomodo se habeat, altius iudicat sapientia diuina, q̃ coniectura scrutatur, aut effatur humana, CHRY. Quia vero hinc-

Hom. eadẽ. inde causabantur, quoniam propter patrem eum persequebant, destruens eorum excusationem dicit. { Qui me odit, & patrem meum odit. } ALCVI. Sicut enim qui diligit filium, diligit & patrem, quia vna est dilectio patris & filij, sicut vna natura, ita & qui odit filium, odit patrem. AVGVST. Sed cum superius

Tract. 90. dixerit, Nesciunt eum qui me misit, quomodo possunt odisse qué nesciunt? Si enim Deum non quod est ipse, sed nescio quid aliud eum suspicantur, aut credunt, non vtique ipsum oderunt, & de hominibus quidem fieri potest ut eos sæpe quos nũquàm vidimus, oderimus, vel diligamus, fama de aliquo sermocinante, vel bene, vel male. Sed quomodo de quo natura nobis intimatur, dicendus est ignotus? Non enim eius facie corporali nobis intimatur, sed tunc nobis ad cognitionem patet, quando eius mores & vita non latent, alioquin nec seipsum nosse quisquam potest, qui videre faciem suam non potest. Sed plerumque in eis nostra credulitas fallitur, quia nonnumq̃ & historia, & multo magis fama mentitur. Pertinet autem ad nos, vt quia non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus veram, certamque sententiam. Quando ergo non erratur in rebus vt recta sit improbatio vitiorum virtutumque approbatio, si erratur in hominibus, venialis est humana tentatio, proinde sicut fieri potest vt homo bonus hominem bonum oderit, nesciens non ipsum, sed quod putat esse ipsum, vel potius diligat nesciẽs cum bonum diligit, quod est ille, ita fieri potest vt homo iniustus hominem oderit iustum, & tamẽ dum eum credit iniustum, diligat non ipsum, sed quod putat esse ipsum: quemadmodum aũt homines, sic & Deum. Deinde si interrogarentur Iudæi vtrum diligerent Deum, se diligere respondẽrent, non ex animo mentientes: sed errãdo potius opinantes, quo enim diligerent patrem veritatis qui habeut odio veritatem? Nolunt enim sua facta damnari, & hoc habet veritas. Tantum igitur oderunt veritatem, quantum oderunt suas pœnas quas talibus irrogat. Nesciunt autem illam esse veritatem, quæ tales quales ipsi sunt damnat, ac per hoc quia veritatem qua iudicante damnantur de pa-

de patre Deo natam nesciunt, etiam ipsum & nesciunt & oderũt. Hom. 76. CHRYSOST. Sic igitur non habent inquit, excusationem, per hoc ꝙ eam quæ a sermonibus doctrinã tribuebant, sed & eam quæ ab operibus adieci secundum Moysi legem, qui ab eo ꝙ hoc facit persuaderi vniuersos iussit, cum ad pietatem ducat, & miracula tribuat. vnde subdit. { Si opera non fecissem ĩ eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. g Cum autem uenerit paraclytus quem ego mittam uobis a patre, spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Trac. 91. AVGVST. Hoc scilicet peccatum qđ in eum loquentem & operantem non crediderunt. Sed quid est quod addidit, quæ nemo alius fecit? Nulla quippe ĩ opibus Christi videntur esse maiora q̃ suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas, fecit tamẽ aliqua Christus quæ nemo alius fecit. Sed respondetur nobis & alios fecisse, quæ nec ipse, nec alius fecit. Sed ꝙ tàm multa vitia & malas valetudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum: vt enim taceatur ꝙ iubendo sicut occurrebant, saluos singulos fecit: Marcus dicit quòd quocũque introibat in vicos, vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligendum est quod ait: In eis, non inter eos, vel coram eis, sed prorsus in eis, quia sanauit eos, nemo tñ alius fecit quicumque talia opera in eis fecit, qm̃ quisquis alius homo aliquid eorum fecit ipso faciente fecit, hęc autem ipse non illis facientibus fecit, sed hæc & si pater, aut spiritussanctus fecit, nemo alius fecit, qa totius trinitatis vna substantia est: his ergo beneficiis amorẽ nõ odium retribuere debuerunt, & hoc eis exprobrans adiungit dicens. { Nunc autem viderunt, & Ho. eadem. oderunt me & patrem meum. } CHRY. Hoc autem dicit, ne discipuli dicant: Cur igitur intra tot nos induxisti mala? Nonne prælia & odium præuidisti? sed & propheriã inducit cum subdit. { Sed vt adimpleatẽ sermo qui in lege eo. scri. est, quia odio habue. Cap. 17. me gratis. AVGVSTINVS. 15. de Trin. Legis nomine aliquando simul omnia veteris testamenti sanctarum scripturarum significantur eloquia, & ita dominus hic dicit: In lege eo. scri. est, Tra. eodem. cum legatur in Psalmis. AVGVST. super Ioannem. Eorum autem legem dicit non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam. Gratis autem odit qui nullum ex odio commodum quærit, vel incõmodum fugit, sic oderunt deum impii, sic diligunt iusti, vt alia præter illum bona non expectent, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Cap. 16. GREG. 25. Mora. Aliud est autem bona non facere, aliud bonorum odisse doctorem, sicut aliud est ex præcipitatione aliud ex deliberatione peccare. Ex infirmitate enim plerumque solet accidere, amare bonum, sed implere non posse. Ex studio autem peccare, est bonum nec facere nec amare. Sicut ergo nonnumquam grauius est peccatum diligere q̃ perpetrare, ita nequius est odisse iustitiam q̃ non fecisse. Sunt ergo nonnulli in ecclesia, qui non solum bona non faciunt, sed etiam persequuntur, & quæ ipsi facere negligunt, etiam in aliis detestantur. Horum peccatum non ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex solo studio perpetratur.

Ho. eadem. g ❡ CHRY. Possent discipuli domino dicere. Si verba a te audierunt quæ nullus dixit, si opera viderunt quę nullus alius fecit, & tamen non profuerunt. Si oderunt & patrem tuum & te cum eo, cuius gratia nos mittis, qualiter digni fide erimus? Ne igitur hæc cogitantes turbentur, consolationem inducit dicens. { Cum autem uenerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre, spiritũ veritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Tract. 92. AVG. Tamq̃ diceret: Odio me habuerunt & occiderunt videntes, sed tale de me testimoniũ paraclytus perhibebit, vt eos faciat in me credere non videntes, & quia ille perhibebit, & vos perhibebitis. vnde sequitur. { Et vos testimonium perhibebitis. Ille cordibus vestris inspirando, vos vocibus vestris sonando. vnde poteritis prædicare quod nostis. { Quia ab ini. mecũ estis, quod modo non facitis, quia illius spiritus plenitudo nondum adest vobis. Dabit enim vobis fiduciam testimonium perhibendi charitas Dei diffusa in cordibus vestris, per spiritum sanctũ qui dabitur vobis. Ille quippe testimonium perhibens & testes fortissimos faciens, abstulit amicis Christi timorem, & inimicorum odium conuertit Ante med. in amorem. DIDY. de Spiritusancto. Spiritum autem sanctũ venientem consolatorem dicit, ab operatione ei nomen imponẽs, quia non solum eos cõsolatur quos se dignos esse reperit ab omni perturbatione reddit alienos, verum incredibile quoddam gaudium eis tribuit. Sempiterna quippe lætitia in eorum corde ver-

F satur, quorum spiritussanctus habitator est. Iste spiritus consolator á filio mittitur, non secundum angelorum, aut prophetarum, aut apostolorum ministerium, sed vt mitti decet a sapiẽtia & virtute spiritum Dei indiuisam habentem cum eadem sapientia & virtute naturã. Etenim filius missus a patre non separatur, atq; disiungitur ab eo, manens in illo & habens illum in semetipso. Qui spiritussanct᷑ supradicto modo missus a filio, de patre egreditur, nõ aliunde ad alia transmigrans. Quomodo enim pater nõ consistit in loco cum vltra omnem corporum sit naturã, ita & spiritus veritatis nequaq̃ locorũ fine clauditur, cũ sit incorporalis & excellens vniuersam creaturarũ essentiã.

CAP. XVI.

Haec locutus sum uobis vt non scãdalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. G Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. b Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim nõ abiero, paraclytus nõ veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, &

Hom. 76. CHRY. Propterea vero nõ spiritũ sanctum, sed spiritũ veritatis eũ vocauit, vt ostendat ꝙ erit fide dignus: dicit aũt ꝙ a patre procedit, quia oia certissime nouit, quẽadmodũ ipse ait de seipso: Qm̃ noui unde venio & quo vado. Ante med. DIDY. Sed cũ posset dicere a Deo siue omnipotente nihil horũ tetigit, sed ait: A patre, nõ ꝙ pater a Deo omnipotente sit alius, sed scd'm proprietatẽ patris intellectũ pariẽtis, egredi ab eo dicit spũs veritatis. Mittente aũt filio spũm veritatis, simul mittit & pater cũ eadẽ volũtate patris, & filii, spũs veniat. THEO. Et aliàs quidẽ patrẽ dicit mittere spũm, nunc aũt cum se missurũ dixit, ęquipollentiã denotat. Ne aũt censeret reniti contra patrẽ, velut ab alia potestate trãsmittens spiritũ addidit. A patre, quasi acceptante patre & pariter destinante: cum aũt audis ꝙ H procedit, ne intelligas processum missionem esse illatã extrinsec᷑, qua mittunt administratorii spiritus, sed quoddã differens & exceptæ actionis proprium processum appellat vni principali spiritui attributum, originalis enim consistentia spũs est processus, nõ ergo procedere pmittere sumendũ est, sed ex patre naturalẽ essentiam obtinere. Tract. 99. AVG. Hic aliquis forsitan quærit, vtrũ & a filio procedat spiritussanctus: filius. n. solius patris est filius, & pater solius filij est pater. Spiritus aũt sanctus non est vnius eorũ spiritus, sed amborũ, qñquidem dicit ipse Christus: Spũs patris vestri qui loquit in vobis. Et dicit Apostolus: Misit deus spm̃ filii sui in corda vestra. Nec ob aliud æstimo ipsum proprie vocari spm̃, cum ẽt si de singulis interrogemur, non possumus nisi & patrẽ & filium spm̃ dicere: ꝙ ergo cõiter vocanẽ & singuli, hoc pprie vocari oportuit eum qui nõ est vnus eorũ, sed in quo cõitas apparet eorũ amborũ. Cur ergo non credamus ꝙ ẽt de filio procedat spiritusanctus, cum I filii quoque ipse sit spũs? Si. n. ab eo nõ procederet, non post resurrectionẽ discipulis suis insuflasset dicens: Accipite spiritũsanctũ. De hac quoque virtute credendus est dicere euangelista: { Virtus de illo exibat & sanabat oẽs. } Si ergo & de patre & de filio pcedat spiritussanctus, cur filius dixit: De patre procedit? nisi quẽadmodum solet ad eũ referre, & quod ipsius est de quo ipse est. vñ illud est quod ait: Mea doctrina nõ est mea sed eius qui me misit. Si igitẽ hæc intelligatur eius doctrina, quam tñ dixit non suã, sed patris, quanto magis & intelligẽdus est & de ipso procedere spũsanctus, vbi sic ait: De patre procedit, vt non diceret: De me nõ procedit. A quo aũt habet filius vt sit deus, ab illo habet vtiq; vt procedat ab eo spiritussanctus. Hinc vtcumq; ẽt illud intelligitur, cur non dicatẽ natus esse, sed potius procedere spiritussanctus, qm̃ si & ipse filius diceretẽ, amborũ vtique filius diceretur, quod absurdissimum est, filius quippe nullus est duorũ nisi patris & matris. Absit aũt vt inter Deum patrẽ & Deũ filium tale aliquid suspicemur, quia nec K filius hominũ simul ex patre & ex matre procedit, sed cum in matre procedit ex patre, non tunc procedit & ex matre. Spũs aũt sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandã creaturã, sed simul de vtroque procedit. Neq; enim possumus dicere ꝙ non sit vita spiritussanctus, cum uita pater, vita sit filius, ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso, dedit & filio vitam habere in semetipso, sic ei dedit vitam procedere de illo, sicut procedit & de seipso.

CAPVT XVI.

Tract. 93 AVGVST. Merito promisso spiritusancto quo in eis operante fierent testes eius subiunxit. { Hæc locutus sum vobis vt non scandalizemini. } Cum enim charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis, fit pax multa diligentibus legem Dei vt non sit illis scandalum. Deinde qui passuri essent exprimẽs ait: { Absque synagogis facient vos. } Hom. 76. CHRY. Iam enim compo-

fuerant

fuerant, vt siquis confessus fuerit Christum, extra synagogam fieret. Tract. 93 AVG. Quid autem mali erat apostolis expelli de Iudaicis synagogis quasi non fuerint inde exituri, etiam si eos nullus expelleret? Sed voluit denũtiare, quia Iudæi Christum non fuerant recepturi, a quo isti non fuerant recessuri. Nam quia non erat vll᷑ alius apostolus Dei, q̃ illud semen Abrahę, si cognoscerent Christum, non aliæ fierent ecclesiæ Christi, alię synagogæ Iudęorũ. Qđ quia noluerant, quid restabat nisi vt remanentes extra Christũ extra synagogam facerent eos, qui non reliquærunt Christum? deinde cum hoc eis dixissent, adiecit: { Sed ve. ho. vt omnis qui interfi. vos, arbitreẽ obse. se pſta. Deo. Quæ verba ita subiecit tanq̃ ex hoc consolaretur eos, qui de synagogis iudaicis pellerentur, an forte de synagogis illa separatio sic eos fuerat turbatura, vt mori vellent potius quàm in hac vita sine Iudæorum congregationibus morari. Absit vt sic turbarentur, qui Dei, non hominum gloriam requirebant. Iste itaque sensus est in his verbis, Extra synagogam facient vos, sed nolite solitudinem formidare. Separatim quippe a congregationibus eorum, tam multos in nomine meo cõgregabitis, vt illi metuentes ne templum quod erat apud eos, & omnia legis veteris sacramenta deserant, sic interficiẽt vos vt Deo arbitrentur se præstare obsequium, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. Hoc enim de Iudæis dictum debemus accipere, de quibus dixerat: extra synagogam facient vos. Nam testes, idest Martyres Christi, etiam si occisi sunt a gentilibus, non tamen illi arbitrati sunt Deo, sed dijs suis falsis obsequium se præstare, Iudæorum autem omnis qui occidit prædicatores Christi, Deo se putauit præstare obsequium, credens ꝙ desererent Deum Israel quicunque conuerterentur ad Christum. Hinc ergo accensi, & zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam obsequiũ se Deo Hom. 76. præstare credentes occidebant eos. CHRY. Deinde consolationem inducit dicẽs: { Et hæc omnia fa. vo. quia non noue. pa. neque me. q. d. Sufficit vobis in consolationem propter me & patrem Tract. 93. hæc pati. AVG. Ne autem ignaros atque imparatos animos mala improuisa, quàmuis cito transitura turbarent, hanc fuisse causam, vt hæc eis prænũtiaret, ostẽdit subdens: { Hæc lo. su. vo vt cum ve. ho. eo. remini. quia dixi vo. } Hora eorũ, hora tenebrosa, hora nocturna: sed nox Iudæorum separatum a se diem Christia- Hom. 77. norum nulla confusione suscitauit. CHRYSOST. Sed & propter aliam causam hoc prædixit, vt non dicerent quoniam nõ prçuidit futura, & hoc significat cũ dicit: { Remini. quia ego dixi vo. & vt non posset dicere: Quoniam blandiens nobis ea quæ ad D gratiam dicebat solum, cuius autem gratia hoc a principio non dixit, ostendit dicẽs, { hæc autem ab ini. vo. nõ di. quia vobi. erã. } qa scilicet in custodia mea eratis: & licitum erat interrogare, quando volebatis & super me totum prælium vertebatur. Vnde superfluum erat hoc a principio vobis dicere, non quia hæc tunc non Tra. 94. noueram, propterea non dixi. AVGVST. Sed alii tres euangelistæ eum prædixisse ista demonstrant, antequàm ventum esset ad cęnam, qua peracta secũdum Ioãnem ista locutus est. An forte hinc ista soluitur quæstio, quia & illi eum narrant proximũ fuisse passioni cum hoc diceret, non ergo ab initio quando cum illis erat. Sed Matthæus non solum iminente passione, verum etiam ab initio hæc denuntiata esse commemorat. Quid sibi ergo vult ꝙ dicit: { Hæc autem ab initio non di. } nisi quia ea quæ hic dicit de spiritusancto, ꝙ sit venturus ad eos & testimonium perhibiturus quando mala passuri sunt, hæc eis ab initio non dixit, quoniam cũ ipsis erat, & eius præsentia consolabantur. Abscessurus autẽ, oporE tebat vt diceret illum esse venturum per quem charitate diffusa Hom. 77. in cordibus suis verbum Dei cum fiducia prędicarent. CHRY. Vel prædixit quidem, quoniam flagella patientur. Non autem ꝙ mors eorum reputaretur vt Dei cultura: qđ maxime poterat eos attonitos facere. Vel quia illic ea quę a gentibus debebant pati dixit: hic autem & quę Iudæis dicit.

Hom. eadẽ b ❡ CHRYSOST. Quia discipulos nondum perfectos tristitia impugnabat, eos dominus increpando dirigit dicens: { Et nunc va. ad eum qui me misit, & ne. ex vo. interro. me quo va. } Audientes enim quoniam interficiet vos, opinabitur se obsequiũ prę stare Deo, ita ceciderunt vt nihil ei loquerentur. Et ideo subditur: { Sed quia hæc lo. sum vo. tristi. impl. cor ve. } Non parua autẽ & hæc mitigatio scire eos, quoniam sciuerat dominus tristitiæ eorum superabundantiã, & propter desertionem eius, & propter mala quæ didicerant se passuros, & nesciebant si possent viriliter ferTract. 94. re. AVG. Vel quia superius interrogauerunt cum quo esset iturus: & responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent,

A nunc ita se promittit iturum, vt nullus eorum quo vadat, interroget. Et hoc est quod dicit: { Et ne. ex vo. interro. me quo vadis? Euntem enim in cælum non verbis quæsierunt, sed oculis deduxerũt: videbat autem dominus quid sua verba in eorum cordibus agerẽt, spiritualem quippe nondum interius habentes consolationẽ quã p spiritumsanctũ fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebãt, & quia se amissuros esse illo vera denuntiante dubitare non poterãnt, contristabatur affectus. quia carnalis desolabatur aspectus. vnde sequiẽ: B { Sed qa hæc lo. sum vo. tristi. imple. cor. ve. } Nouerat autẽ ille quid eis potius expediret: quia visus interior ipse est melior quo eos consolaturus erat spiritussanctus. vnde subdit: { Sed ego veritatẽ dico vo expe. vo. vt ego va. } CHRYSOST. q. d. Et si millies contristemini, oportet vos audire, quia me recedere vobis confert. Quid autem con- Hom. 77. ferat ostendit subdẽs. { Si enim non abie. paracly. non ve. ad vos. } Cap. 9. AVG. 1. de Trin. Hæc aũt non propter inęqualitatẽ verbi Dei & spiritussancti: sed tanq̃ impedimento esset pñtia filii hominis apud eos. quo min᷑ veniret ille q minor nõ eẽt: quia nõ semetipsum exinaniuit sicut fili᷑ formã serui accipiẽs. Oportebat ergo vt auferretẽ ab eorũ oculis forma serui, quã intuentes hoc solum Christũ esse putabant, quod videbant. vnde sequitur. { Si au. abie. mit. eum ad vos. } Tra. 94. AVGVST. Numquid autem hic positus, eum non poterat mittere quem scimus super eum baptizatum venisse, atque mansisse? immo vero a quo scimus eum nunq̃ separabilem fuisse. C Quid est ergo: { Si nõ abie. paracly. non ve. ad vos? } nisi non potestis capere spiritum q̃diu secundum carnem nosse persistitis Christum? Christo autem discedente corporaliter, non solum spiritus sanctus, sed & pater & filius illis affuit spiritualiter. Cap. 17. GREGO. 8. Mora. Ac si aperte diceret: Si ab intentionis vestræ oculis corpus non subtraho, ad intellectũ vos inuisibilem per consolatoriũ Serm. 60. spiritum non perduco. AVG. de Ver. do. Hanc autem habitudinem spiritussanctus paraclytus attulit, vt ab oculis carnis forma serui remota, quam de virginis vtero accepit, in ipsa Dei forma iii qua patri æqualis, etiam cum in carne dignatus est apparere permansit, pũrgata mentis acie ostenderetur. Hom. 77. CHRY. Quid autem hic dicunt, qui non conuenientẽ de spiritusancto habent opinionem? Numquid expedit dominatorem abire, & seruum accedere? Quæ autem sit vtilitas aduenientis spiritus, ostendit cum subditur. { Et cum ve. ille ar. mundum de pecca. de iustitia, & de iudicio. } Tract. 95. AVG. Numquid autem Christus non arguit mundum? an forte, quia Christus in Iudæorũ tantum gente locutus est, mundum non videtur arguisse? Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis, non unam gẽtem intelligitur arguisse, sed mundum. Sed quis audeat dicere quòd per discipulos Christi arguat mundum spiritussanctus, & non arguat Christus; cum clamet Apostolus: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Quos itaque arguit spiritussanctus, vtique & Christus. Sed dixit: Ille arguet mundum, quasi dicat. Ille diffundet in cordibus vestris charitatem: Sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Exponit deinde quid dixerit dicens: { De peccato quidem, quia nõ crediderunt in me, hoc enim peccatum quasi solum præ cæteris posuit, quia hoc manente, cętera detinentur, & hoc discedente, cætera dimittuntur. Ser. 61. AVGVST. de Verbis do. Sed multum interest, vtrum quisque credat ipsum esse Christum & vtrum credat in Christum. nam ipsum esse Christum & dęmones crediderunt: ille vero credit in Christum, qui & sperat in Christum & diligit Christum. Tract. eodẽ. AVGVST. super Ioannem: Arguiẽ ergo mundus de peccato, quia in Christum nõ credit, & arguiẽ de iustitia eorum qui credunt: Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio, de iustitia vero; quia ad patrem vado. Et quoniam ista vox infidelium esse consueuit, quomodo credimus quod non videmus? Ideo credentium iustitiã sic oportuit diffiniri. Quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Beati enim qui non vident & credunt. Nam & qui viderunt Christum, non in eo laudata est fides eorum, quia credebant quod videbant, idest, filium hominis, sed quia credebãt quod non videbant, idest, filium Dei. Cum vero & ipsa forma serui subtracta eorum esset aspectibus, tunc ex omni parte impletum est: Iustus ex fide viuit. Erit itaq; nostra iustitia de qua mundus arguitur, quoniam in me quem non videbitis, credetis. Et quando me videbitis, quoniam tunc sicut ero videbitis me, non quòd sum vobiscum modo, idest non videbitis mortalem, sed sempiternum. Dicendo enim: { Iã non videbitis me, } uelut nunquàm eos de cetero visuros Christum prænuntiauit. AVGVST. de Ver. do. Vel aliter, Serm. 61.

Illi non crediderunt, ipse ad patrem vadit, illorum ergo peccatũ, F ipsius autem iustitia. Quòd enim a patre ad nos venit, misericordia est, iustitia vero q̃ ad patrem vadit, secundum illud Apostoli: Propter quod & Deus exaltauit illum. Sed si solus vadit ad patrẽ quid nobis prodest? An ideo solus, quia Christus vnus est cum omnibus membris suis, tamq̃ caput cum corpore suo? Arguitur ergo mundus de peccato in eis qui nõ credunt in Christum & de iustitia in eis qui non resurgunt in membris Christi. Sequitur. {De iudicio autẽ quia princeps mundi huius iam iudi.est,} idest diabolus princeps iniquorum, qui corde non habitant, nisi in hoc mundo quem diligunt. Hoc autem ipso quo foris missus est, iudicatus est, & de hoc iudicio mundus arguitur, quia frustra de diabolo quæritur, qui nõ vult credere in Christum quem iudicatum, idest foras missum & propter nostram exercitationem forinsecus expugnare permissum non solum viri, sed etiam mulieres & pueri & puellæ martyres vicerunt. AVGV. super Ioannem. Vel iudicatus est, quoniam iudicio ignis ęterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc iudicio mundus arguitur, quoniam cum suo principe iudicatur quem superbum, atque impium imitatur. Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ, quo peccata omnia detinent transeant in numerum fidelium, ne arguantur de iustitia eorum quòd iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur, quem iudicatum imitantur. CHRY. Vel aliter. Arguet mundum de peccato, idest, omnem eorum excusationem abscinder, & ostẽdet eos sine venia peccasse non credẽtes in me, dum videbũt spiritusſancti donationem ineffabilem inuocato me fieri. AVG. de quæst.no.& vete.testa. Hoc etiam modo spiritusſanctus de peccato arguit mundum, quia in nomine saluatoris qui reprobatus est a mundo uirtutes operatus est. Saluator autem seruata iustitia, non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat, & per id q̃ regressus est probauit se inde venisse. unde sequitur. {Et de Iustitia, quia ad patrem uado.} CHRY. idest, ire ad pattem erit argumentum, q̃ irreprehensibilem agebam uitam, ut nõ possint adhuc dicere, quoniam hic homo peccator est, & non est ex Deo. Rursus quoniã expugnauit aduersarium, nequaquàm autem peccator existens expugnasset, non possunt dicere quòd dæmonium habeo, & q̃ seductor sum. Quoniam autem condemnatus est propter me, scient q̃ conculcabunt eum postea, et q̃ resurrectioné meam manifeste scient, nõ enim me ualuit detinere. AVG. de quæst.uetꝛ.et no.testa. Videntes etiam dæmones animas de inferis ire ad cælos, cognouerunt iudicatũ esse principẽ huius mũdi, ut reus factus in causa saluatoris quę tenebat iure amitteret. Hęc quidẽ ascẽdente saluatore uisa sunt, sed superueniẽte in discipulis spiritusancto, palã aperteq; manifestata sunt.

c ¶ THEO. Quia supra dixerat dominus: {Expedit vobis vt ego vadam,} iam hoc amplificat dicens. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. AVGVST. Omnes hæretici audacias figmentorum suorum quas maxime exhorret sensus humanus, hac occasione euangelicæ sententiæ colorare conantur, quasi hæc ipsa sint quæ tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit spiritusſanctus, quæ palam docere atque prędicare spiritus erubescit immundus, sed alia sunt mala, quę portare non potest qualiscumque pudor humanus & alia sunt bona quæ portare non potest paruus sensus humanus. Ista sunt in corporibus impudicis, illa remota sunt a corporibus vniuersis. Quis autẽ nostrum audeat eorum se dicere iã capacẽ, quę illi capere non valebant, ac per hoc neca me expetenda sunt vt dicãtur. Sed dicet aliquis, sic multi possunt quod tunc non poterat Petrus, sicut multi pñt martyrio coronari quod tunc non poterat Petrus, præsertim iam misso spiritusancto, qui tunc nondum erat missus, Sed numquid ideo scimus quæ sunt, quę dicere voluit? absurdissime enim mihi videtur dici tunc non potuisse portare discipulos, quæ de altissimis rebus inuenimus in apostolicis literis, quæ postmodum scripta sunt, nec ea dominum dixisse narratur. peruersarum quidẽ sectarum homines ferre nõ possunt quod in scripturis sanctis de fide catholica reperitur, sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum vanitates: quid enim est ferre non posse, nisi æquo animo non habere? Quis autem fidelis vel etiam cathecuminus anteq̃ spiritum sanctum baptizatus accipiat non æquo animo legit, atq; audit, etiam si non intelligit ea quæ post ascensionem domini scripta sunt? Dicet autem aliquis: Nihil ne spirituales viri habent in doctrina quod carnalibus taceant, & spiritualibus eloquantur? Nulla quidem necessitas est, vt aliqua secreta doctrinę taceantur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus, sed spirituales spiritualia carnalibus non omnino taceant propter catholicam fidẽ quæ omnibus prædicanda est, nec tamen sic ædisserant, vt volẽtes ea percipere ad intelligentiam, non capacibus facilius fastidire faciant in veritate sermonem, q̃ in sermone percipi veritatẽ. Non ergo in his domini verbis nescio quæ secreta suscepimus quæ cũ dici a docente possint portari a discente nõ possint. Sed ea ipsa q̃ in doctrina religionis in quorũlibet hominum notitia dicimus, si uellet nobis Christus dicere, sicut ea dicit angelis suis, qui nã homines portare possent, etiam si essent spirituales, quales adhuc apostoli non erant? Nam vtiq; quic quid de creatura sciri potest, minus est ipso creatore: & quis eum tacet, quis autem viuẽs in hoc corpore posset omnem cognoscere veritatem, cum dicat Apostolus: Ex parte scimus? Sed quia per spiritum sanctum fit, vt ad ipsam quoque plenitudinem veniam', de qua idem dicit Apostolus: Tunc autem facie ad faciem, Non quod est in hac tantũ vita dominus nobis promisit dicens. {Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem,} vel deducet vos in omnẽ veritatem: quo verbo intelligim' eius nobis plenitudinem in vita alia reseruari. Ipse autem spiritusſanctus & nunc docet fideles, quanta quisque potest capere spiritalia, & in eorum cordibus desiderium maius accendit. DIDY. Vel hoc dicit q̃ auditores verborum eius nõdum fuerant omnia consecuti, quæ postea pro noie eius sufferre poterant, sed aliqua tradens eis, illa quæ maiora erant in posterũ distulit, quæ tunc nõ poterant nisi primitus in capite nostro magisterium & forma crucis præiret. Adhuc etiam typo legis & umbræ & imaginibus seruientes non poterant veritatem cuius vmbram lex portabat inspicere. Cum autem venerit spititus veritatis, diriget vos in omnem veritatem sua doctrina & institutione, vos transferens a more literæ ad spiritum viuificantem, in quo solo omnis scripturæ veritas posita est. CHRY. Quia ergo dixerat: Nunc non potestis portare tunc autem poteritis. Et quoniam spiritusſanctus ducet vos in omnem veritatem, ne hoc audientes maiorem spiritumsanctum existiment subiungit: Non enim loquetur a semetipso, sed quęcumque audiet loquetur. AVG. Simile est hoc ei quod de ipso dixit: Non possum a me ipso facere quicq̃, sed sicut audio iudico, sed illud secundum hominem posse accipi dicimus. Cum igitur spiritusſanctus nulla susceptione cuiusquàm creaturę creatura sit factus, quomodo de illo hoc intelligendum est? Sic itaque debemus accipere, vt intelligamus non eum a se ipso. Nam filius de patre natus est, & spiritusſanctus de patre procedit. Quid autem illic interfit inter procedere & nasci, & longum est disserere, & temerariũ diffinire. Audire aũt illi scire est, scire vero esse. Quia ergo non est a semetipso, sed ab illo a quo ꝓcedit, a quo illi est essentia, ab illo scia, ab illo igitur audiẽtia. Semper itaq; audit spiritusſanctus, qa semp scit. ab illo ergo audiuit, audit, & audiet, a quo est. DIDY. Ait ergo. Non loquetur a semetipso, hoc est, non sine me, & sine meo & patris arbitrio, quia non ex se est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum q̃ subsistit & loquitur, a patre & a me illi est. Ego veritatem loquor, idest, inspiro quæ loquor, siquidem spiritus veritatis est. Dicere autem & loqui in trinitate, non secundum consuetudinem opinionis nostram accipiendum est, sed iuxta formam incorporalium naturarum, & maxime trinitatis, quæ voluntatem suam inserit cordibus credentium, & eorum qui audire eum sunt digni. Loqui ergo patrem & audire filium eiusdem naturæ in patre & filio consensusque significatio est. Spiritus vero sanctus qui est spiritus veritatis, spiritusque sapientiæ, nõ potest filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit quod proferf a filio, idest procedens, veritas a veritate, consolator manans a consolatore. deus de deo spiritus veritatis procedens. Deniq; nequis illum a patris & filii voluntate & societate discerneret scriptum est. {Sed quæ audiet loquetur.} AVGV. 2. de Trini. Non autem hinc efficitur vt minor sit spiritusſanctus, secundum hoc enim dictum est q̃ de patre procedit. AVGVST. super Ioan. Nec moueat q̃ verbum futuri temporis positum est. Illa quippe audiẽtia sempiterna est, quia est sempiterna scientia. In eo aũt q̃ sempiternum est, sine initio & sine fine cuiuslibet temporis verbum pronatur: quamuis enim natura illa immutabilis non recipiat fuit & erit, sed tantum est, non tamen mendaciter dicimus fuit & est & erit: fuit, quia numquam defuit: erit, quia nunquam deerit: est, qa semper est. DIDY. Per spiritum etiam veritatis futurorum sanctis viris scientia certa conceditur. Vnde & prophetæ hoc eodem repleti spiritu prænuntiabant, & quasi præsentia intuebant quæ erant deinceps secutura. vnde sequitur. {Et quæ uen. sunt annunciabit vobis. BEDA. Constat qa multi spiritusſancti gratia repleti, quæ ventura erant agnouerunt. Sed quidem multi variis A coruscant virtutibus, nec tamen quæ ventura sunt agnoscunt, posest hic sermo sic accipi: Quæ ventura sunt vobis annuntiabit, idest gaudia vobis cęlestis patriæ ad memoriam reducet. Ventura vero apostolis nuntiauit, mala scilicet quæ pro confessione Christi erant passuri, & bona quæ pro eisdẽ malis erant percepturi.

Hom. 77. CHRYS. Eleuauit igitur per hoc eorum mentem cum ad nihil ita auidum sit humanum genus vt ad sciẽdũ futura, ab hac igitur eos eruit solicitudine, ostendens quoniam futura eis pericula prædicet, vt non incidant non obseruantes. Deinde ostendens quoniam dixerit omnem veritatẽ, in quam spiritusſanctus adducet, subiungit. {Ille me clarificabit. AVGV. Quia, scilicet diffundendo in credentium cordibus charitatem spiritualesque faciendo, declarauit eis qualiter patri filius esset æqualis, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominẽ sicut homines cogitabant. Vel certe, quia per ipsam claritatem fiducia repleti & timore depulso, annũtiauerunt hominibus Christum, ac sic fama eius diffusa est toto orbe terrarum. Quod enim facturi erant in spiritu sancto, hoc eundem spiritum dixit esse facturum. CHRYSOST. Et quia dominus dixerat, Magister vester vnus est Christus, vt & spiritusſanctus suscipiat ab eis subiunxit. {Quia de meo acci.& annun.vobis,} DIDY. Accipere hic vt diuinæ naturę conueniant intelligendum est, quomodo.n. filius dans non priuatur his quæ tribuit, neque cum damno suo impartitur aliis, sic & spiritusſanctus non accipit quod ante non habuit. Si enim prius quod non habebat accepit, translato in aliũ munere vacuus largitor effectus est. Sic igitur spiritumsanctum a filio accipere id quod suæ naturæ fuerat cognoscendum est, & nõ aliam dantem & accipientem, sed vnam significare substantiam. Siquidem & filius eadem a patre susciperе dicitur, in quibus ipse subsistit. Neque enim qd aliud est filius, exceptis his quæ ei dantur a patre, neque alia est spiritusſancti substantia præter id quod datur a filio. AVGVST. Non autem propterea sicut quidã hæretici putauerunt, minor est filio spiritusſanctus, quia filius accipiat a patre, spiritusſanctus a filio, quasi quibusdam gradibus naturarum. Vnde ipse quæstionem soluens cur hoc dixerit explanat dicens. {Omnia quæ habet pater, mea sunt, propterea dixi vobis, qa de meo acci. & annutiabit vobis. DIDY. q.d. Licet a patre procedat spiritus veritatis, tñ quia omnia quæ habet pater mea sunt, & ipse patris spiritus meus est, & de meo accipiet. Caue aũt ne cũ ista dicuntur, putes rem esse aliquam & possessionem quæ a patre habeatur ac a filio, verum quæ habet pater iuxta substantiã, idest, æternitatem, immutabilitatem, bonitatem, hæc eadem habet & filius. Procul hinc absint Dialecticorum tẽdiculæ, dicũt enim. Ergo & pater est filius. Si autem dixisset. {Omnia quęcumque habet deus, mea sunt, haberet occasionem impietatis consurgendi, cum vero dixerit. Omnia quæ habet pater, mea sunt, patris nomine se filium declarauit, paternitatem qui filius erat non vsurpauit, q̃uis & ipse per adoptionis gratiam multorum sanctorum sit pater. HYLA. 8. de Trini. Non ergo in incerto dominus reliquit, vtrum ex patre an ex filio spiritus paraclytus esse putetur, a filio enim accepit q̃ ab illo mittitur, & a patre procedit. Et interrogo, vtrum idipsum sit a filio accipere quod a patre procedere? Certe idipsum atque vnum esse existimabitur a filio accipere, quod si acciperet a patre, cum enim ait: Omnia quæcumque habet pater sua esse, & idcirco dixisse de suo accipiendum esse, docet etiam a patre accipienda a se tamẽ accipi, quia omnia quæ patris sunt, sua sunt. Non habet hæc vnitas diuersitatem, nec differt a quo acceptum sit quod datum a patre, datum referatur a filio.

Hom. 78. d ¶ CHRY. Postq̃ dominus discipulos releuauit per ea quæ de spiritusſancto promisit, rursus eorum oppressit sensum dicens. {Modicum & iam non videbitis me.} Hoc autem facit, vt assuefaciat eos per tristium auditionem, bene ferre suam separationem, eam enim quæ dolet animam & a tristitia multa detinetur, nihil ita consueuit quietare, vt quæ tristitiam pariunt verba reuoluta continue. BEDA. Dicit enim. {Modicum & iam non videbitis me,} quia tent' est nocte illa a Iudæis, & in mane crucifixus est, sepultus ab humanis est seclusus obtutibus. CHRYS. Si vero quis diligenter scrutabitur hoc consolationis est dicere. Quoniã ad patrem vado. Hoc enim est ostendere q̃ non perierit, sed mors eius translatio sit, & aliam consolationem eis imposuit cum adiecit: {Et iterum modicum & videbitis me.} ostendens quoniam & redibit & in pauco erit separatio & continua, quæ cum eis coexistentia. AVGVST. Hæc autem verba domini obscura erãt discipulis, anteq̃ id quod dicit esse impletum. vnde sequitur. {Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, quid est hoc quod dicit nobis: Modicum & non uidebitis me, quia vado ad patrẽ.} CHRY. Hoc aũte non intelligebant, aut propter tristitiã quæ amouebat a mẽte eorum ea quæ dicebant, aut propter immanifestationem eorũ quæ dicebantur, idcirco videbatur eis duo contraria ponere non existentia contraria. Si.n. videbimus te aiunt, quomodo vadis? si vero vadis, qualiter te videbimus? propterea dicunt: Quid est hoc quod dicit nobis modicũ, Nescimus quid loquitur.} AVG. Nam in præcedentibus, quia non dixerat. Modicum, sed dixerat. {Ad patrem uado,} aperte illis visus est loqui. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestũ est, iam nobis vtique manifestum est. Post paululum enim passus est, & non viderunt eum, rursus post paululum resurrexit & viderunt eum, dicit autem. {Et iã nõ videbitis me,} quia scilicet morta lem Christum vlterius non viderent. ALCVI. Vel aliter. Modicum tempus est futurum, quo non uidebitis me, idest, illud triduum, quo in sepulcro quieuit, & iterum est modicum futurum tempus quo videbitis me, idest, illi 40. dies, in quibus eis sæpius post passionem suam vsque ad tempus ascensionis suę apparuit, & ideo illo modico tempore videbitis me: Quia vado ad patrem, quia non semper in terra corporaliter sum mansurus, sed per humanitatem quã assumpsi ascensurus in cælum. Sequitur. {Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare, & dixit eis. De hoc quæritis inter uos, quia dixi vobis: Modicum & non videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos.} Ignorantiam ipsorum pius magister intelligens secundum illorũ dubitationem respondit, quasi expositurus quid esset quod dixit.

Tract.eodẽ. AVGVST. Quod sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte domini, & confestim de resurrectione lætati. Mundus autem quo nomine significati sunt inimici a quibus Christus occisus est, tunc itaque lętati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati. vnde sequitur. {Mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium,} ALCVI. Sed & cunctis fidelibus conuenit hic sermo domini, qui p lachrymas ꝓressurasque presentes ad gaudia ęterna contẽdunt. Flentibus autem iustis, mundus gaudet, quia in presenti delectantur, alterius vitę nulla gaudia sperantes. CHRY. Deinde ostendens quoniam tristitia parit gaudium, & quoniam tristitia breuis. Lætitia vero infinita est, ad exemplum venit mundanũ dicens. {Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerũ, iam nõ meminit præssuræ pp gaudiũ, quia natus est homo in mundum. AVG. Ista similitudo ad intelligendum non videtur esse difficilis, quoniam comparatio eius promptu est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Nam sequitur. {Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis.} Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Parturitio quippe tristitiæ, partus autem gaudio comparatur, quod tunc magis esse consueuit quando non puella, sed puer nascitur, quod vero subdit: {Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, quia gaudium ipsorum ipse Iesus est, significat quod ait Apostolus. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. CHRY. Significat etiam prędicto exẽplo quoniam soluit ipse mortis præssuras, & nouum hominem regenerans esse fecit, & non dixit quoniam nõ erit ei tribulatio, sed neque meminit eius, tantum est quod succedit gaudium, ita erit & sanctis. Et non dixit. Quoniam natus est puer, sed quoniã homo, occulte suam resurrectionem insinuans. AVGVST. Vel de futuris visione & gaudio, quæ superius dicta sunt melius existimo intelligi: Modicum & iam non videbitis me. Modicum enim est hoc totum spatium, quo presens peruolat seculum, ideo namque addidit. Quia vado ad patrem, quia ad superiorem sententiã referendum, vbi ait: Modicum & iam non videbitis me. Non ad posteriorem, vbi ait, Modicum & videbitis me. Eundo quippe ad patrem, facturus erat ut eum non viderent. illis ergo ait. {Modicum & iam non videbitis me.} Qui eum tunc corporaliter videbant, quia iturus erat ad patrẽ, & eum deinceps mortales visuri

non

Ser. 60.

Tract. 95.

Ioan. 12.

Hom. 77.

Quæst. 89.

Hom. 77.

Quæst. 89.

Trac. 97.

Trac. 95.

Ibidem

Trac. 98.

Vltra med.

Hom. 77.

Tract. 99.

Ibidem

Ibidem.

Vltra med.

Cap. 3.

Tract. 99.

Vltra med.

Tract. 101.

Ho. eadem.

Tract. eodẽ.

Ho. eadem.

Tra. eodem

Ante med.

Tra. eodem

Ho. eadem.

Tra. eodem.

Hom. eadẽ.

De Spi. s.li.

Tract. 100

Tract. eodẽ.

De Spi. s.li.

Ho. eadem.

Universidad de ... Biblioteca

non erant,qualem eum ista loquebatur videbant, quod vero addidit: Et iterum modicum & videbitis me, vniuersæ promisit ecclesiæ. Hoc autem modicum,longum nobis videtur,quoniam adhuc agitur cum finitum fuerit, tunc sentiemus q̃ modicum fuerit. ALCVI. Mulier autem sancta ecclesia est, propter fœcunditaté bonorum operum, & quia spiritales Deo filios generat. Hæc mulier dum parit, idest, dum in mundo virtutum profectibus insistit, dum vndiq; tentatur & affligitur, tristitiam habet de hoc, quia venit hora eius, vt patiatur, quia nemo carné suam odio habuit. AVGVST.

debit. Vos autem contristabimini: sed tristitia vestra verteẽ in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mũdum. Et vos igitur nũc quidem tristitiam habetis. G Iterum autẽ videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Tract.101. Nec tamen in huius gaudii parturitione sine gaudio tristes sumus, sed sicut Apostolus ait: Spe gaudentes,quia & ipsa mulier parturiens cui comparati sumus,plus gaudet de mox futura prole,q̃ tristis est de presenti dolore. ALCVI. Sed cum peperit,idest, cum deuicto laborum certamine ad palmam peruenerit, iam non meminit præssuræ præcedentis propter gaudium percepte retributionis,quia natus est homo in mundum. Sicut enim mulier nato in hoc mundo homine lætatur,ita ecclesia nato in vitam ęternam fidelium populo,exultatione repletur. BEDA. Nec nouum debet videri si natus dicatur qui ex hac vita migrauerit. Sicut enim consuete nasci dicitur,cum quis de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur, ita potest natus appellari, qui solutus a vinculis carnis, H ad lucem æternam sublimatur. vnde sanctorum sollemnia, non funebria,sed natalitia vocantur. ALCVI. Quod autem dicit: {Iterum videbo vos,} idest, assumam vos ad meipsum. Vel iterum videbo vos, idest, iterum videndus apparebo, & gaudebit cor vestrum.

Tract.101. AVG. Hunc enim totius laboris sui fructũ ecclesia nunc parturit desiderando, tunc est paritura cernendo. Et ideo masculũ quoniam ad istum fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis, solus enim liber est qui propter se appetitur, non refertur ad aliud, huic seruit actio. Ad hoc enim refertur quicq̃d bene agitur: ibi est finis qui sufficit nobis, æternus igitur erit. Neq; enim finis nobis sufficit, nisi cuius nullus est finis. De hoc igitur quod sufficit nobis rectissime audiuimus: Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Hom.78. e ¶ CHRYSOST. Rursus ostendit dominus q̃ expedit eũ abire, cum dicit: {Et in illo die me non rogabitis quicq̃.

Tract.101. AVG. Hoc verbum quod est rogare, non solum petere, verum & interrogare significat, I & græcum euangelium, vnde hoc translatum est, tale habet verbum, quod vtrumque possit intelligi.

Hom. eadẽ. CHRY. Dicit ergo. {Et in illo die,} scilicet cum resurrexero: Me non rogabitis quicq̃, idest, non diceris: Ostende nobis patrem & quo vadis: quoniam scietis per spiritum sanctum: vel non rogabitis me. i. non indigebitis mediatore ad impetrandum: sed sufficiet nomen meum, quod inuocantes omnia accipietis. vnde sequitur: {Amen amen dico vobis siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.} Ostendit autem nominis virtutem, si non visus neque rogatus: sed nominatus solum apud patrem facit mirabilia. non ergo ait. Existimetis quia de reliquo non ero vobiscum, vos derelictos esse: nomen enim meum maiorem dabit vobis securitatem. vnde sequitur: {Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. THEO. Alacritas enim vestra tunc erit integerrima, cum ad vota vobis petita succedent.

Hom. eadẽ. CHRY. Quia igitur obumbrata erant, quæ dicta sunt, K subiunxit: {Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis.} idest erit tempus quando scietis omnia manifeste. dicit autem resurrectionis tempus: {Sed palam de patre meo annunciabo vobis. Etenim quadraginta diebus disputauit cũ eis congregatis loquens de regno Dei. Et nunc inquit in timore existentes non attenditis his quæ dicuntur: tunc autem resuscitatum videntes, poteritis palam omnia dicere. THEO. Adhuc præbet illis fiduciam, quoniam recipient in tentationibus auxilium desuper, cum subdit: {In illo die in nomine meo petetis. & adeo assero vobis patrem fauere. q̃ neque interuentu meo vlterius indigebitis. vnde subdit: {Et non dico vobis, quia ego rogabo patré pro vobis, ipse enim pater amat vos.} Porro ne resiliant a domino, velut eo vlterius non egentes, subiungit: {Quia vos me amastis.} q.d. Ob hoc diligit vos pater, quia vos me dilexistis. cum itaque excideritis ab amore meo, confestim & a paterno decidetis.

Tract.102. AVG. Sed nũquid ideo amat ille, quia nos amamus? an potius quia ille amat; ideo nos amamus? hoc ipse F Euangelista in Epistola sua dicit: Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Amat ergo nos pater, quia nos amamus filium, cũ a patre & filio accepimus, vt & patrem amemus & filium. Amauit ipse quod fecit, sed non in nobis faceret quod amaret, nisi antequam id faceret nos amare. HILA. 6. de Trin. Circa med. Caret etiam apud patré intercessionis necessitate perfecta de filio fides, quæ quod a Deo exierit credit atque amat, & per seipsam iam & audiri meretur & amari, natũ ex Deo filiũ missũq; confessa. vnde sequit̃: {Et credi. quia a Deo exiui.} Natiuitas itaque eius & aduentus ostenditur cum subdit: {Exiui a patre & veni in mundũ. Alterum in dispẽsatione, alterũ in natura est.

e Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen, amen dico vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vsq; modo nõ petistis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora cũ iam nõ in prouerbiis loquar vobis: sed palam de patre meo annunciabo vobis. In illo die in no

A patre enim venisse, & a Deo exisse, non est significationis eiusdem, cum aliud sit a Deo in substantiam natiuitatis exisse, aliud a patre in hunc mundum ad consummãda salutis nostræ sacramenta venisse. Cum autem exire a Deo sit ex natiuitate subsistere, q̃d aliud q̃ Deus esse posset?

Hom.78. CHRY. Quia vero resurrectionis sermo non modicum eos mitigabat, & cum hoc audire q̃ a Deo exiuit, & illuc vadit, continue ea circumuoluit. vnde sequitur: {Iterum relinquo mundũ, & vado ad patrem.} Nam hoc quidem certificabat, quoniam recte in ipsum credebant, hoc vero quoniam sub munitione eius futuri erant.

Tract.102. AVG. Exiit enim a patre, q̃a de patre est. in mundum venit, quia mundo suum corpus ostẽdit. Mundum reliquit corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit præsentiæ gubernatione, q̃a sic in mundum venit exiens a patre, vt non desereret patrem. Sed dominum Iesum Christum posteaq̃ resurrexit, & interrogatum legimus & rogatum. nam interrogatus est a discipulis ascensurus in cælum, quando regnum restitueret Israel. Rogatus est a Stephano cum esset in cælo, vt spiritum eius susciperet. Et quis audeat dicere rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? puto ergo quod dicit. In illa die me non rogabitis quicquam non ad illud tempus referendum esse quo resurrexit: sed ad illud q̃ñ videbimus eum sicuti est, quæ visio non temporalis vitæ est: sed æternæ, vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandum remanebit, nihil quærendum latebit. ALCVI. Sic ergo dicit. In futuro me non rogabitis quicquam: sed interim dũ in peregrinatione huius miseriæ conuersamini, si petieritis patré, dabit vobis. vnde subdit: {Amen amen dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.}

Tract.102. AVG. Hoc quod ait. Siquid, non quodlibet intelligitur: sed aliquid quod non in beatæ vitæ comparatione sit nihil, non autem petitur in nomine saluatoris quicquid petitur contra rationem salutis: non enim sonum literarum, aut syllabarum: sed quod sono recte, ac veraciter intelligitur hic accipiendum est, cum dicit. {In nomine meo.} Vnde qui hoc sentit de Christo quòd non est de vnico filio Dei sentiendum, non petit in eius nomine. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit, accipit autem quando debet accipere. Quædam enim non negantur: sed vt congruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait: Dabit vobis, vt ea beneficia significata sciantur, his verbis quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus, quia non vnicuique dictum est, dabit: sed, Dabit vobis. Quod autem sequitur: {Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest. Vel quia in nomine meo non petistis, quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis, vel, Non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis, pro nihilo hãbẽdum est quod petistis: Vt igitur in nomine eius non nihil: sed gaudium plenum, petant subdit: {Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum hoc quod dicit, gaudium plenum, non carnale, sed spirituale gaudium est. & quando tantum erit vt aliquid ei iã non sit addendum, tunc erit plenum. AVG. j. de Trin. Hoc est autem plenum gaudium vestrum quo amplius non est, frui Deo, trinitate, ad cuius imaginem facti sumus.

Tract.102. AVGV. super Ioan. Quicquid ergo petitur quod pertinet ad hoc gaudium cõsequendum, hoc est in nomine Christi petendum. Isto enim bono in perseuerantes sanctos suos nequaquam misericordia diuina fraudabit: quicquid autem aliud petitur, nihil petitur, nõ quia nulla res est: sed quia in tantę rei comparatione quicquid aliud cõcupiscitur, nihil est. Sequitur: {Hæc in prouerbiis locutus sum vobis, ve.ho.cum iam nõ in puer.lo.vo.sed pa.de pa.annun.vo.} Possem dicere hanc de qua loquitur horam, futurum seculum intelligi, vbi videbimus palam quod apostolus dicit: Facie ad faciem, vt q̃d ait: {Hęc in puer.lo.sum vo.hoc sit quod ab apostolo dictũ est: Videmus nunc per speculum in ęnigmate. Annũciabo autem vobis,

Ibidem. quia per filium pater videbitur. neq; enim patrem quis cognoscit nisi fili⁹, & cui voluerit filius reuelare.

Cap.8. GRE. xxx. Mo. Palam quippe de patre annunciare se asserit: quia per patefactam, tũc maiestatis suæ speciem, & quomodo ipse gignẽti, nõ impar oriatur, & quomodo vtrorumque spiritus vtrique coęternus p̃cedat oñdet.

mine meo petestis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia uos me amastis & credidistis quia a Deo exiui. Exiui a patre & ueni in mundum: iterum relinquo mundum & uado ad patrem.

f Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullũ dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut q̃s te interroget. In hoc credimus, quia a Deo existi. Respondit eis Iesus. Modo creditis. Ecce ueniet hora, & iam uenit ut dispergamini unusquisq; in propria & me solũ relinquatis, & non sum solus, quia pater mecum est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mũdo præssuram habebitis: sed confidite: ego uici mũdum.

CAP. XVII.

Hæc locutus est Iesus. & subleuatis oculis in cælum dixit. Pater, venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedi

Trac.102. AVG. Sed istum sensum videtur impedire quod sequitur, In illo die in nomine meo petetis. In futuro enim seculo quid petituri sumus, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum? petitio nanque alicuius est indigentiæ. Relinquitur itaque vt intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus vel animalibus se spirituales esse facturum. Homo autẽ animalis sic audit, quæcunque audit de Dei natura, vt aliud q̃ corp⁹ cogitare nõ possit. Ideo prouerbia illi sunt quæcunque dicta sapientiæ de incorporea immutabilique substantia: non q̃ tanquàm prouerbia deputet: sed quia sic cogitat, quomodo qui prouerbia solẽt audire neq; intelligere. Cum vero spiritalis cęperit omnia diiudicare, etiam si in hac vita velut per speculum & ex parte perspicit, tamen nullo corporis sensu, nulla imaginaria cogitatione: sed mentis certissima intelligentia, capit Deum non corpus esse: sed spiritum. Ita palam de patre annunciante filio vt eiusdem substantiæ conspiciatur & ipse qui annunciat, tunc in eius nomine petunt qui petunt: q̃a in sono eius nominis nõ aliud q̃ res ipsa est quę hoc nomine vocatur, intelligũt. Hi p̃nt cogitare dominum nostrum Iesum Christum inquantum homo est pro nobis interpellare patrem, inquantum Deus est vos exaudire cum patre, quod eum significasse arbitror, vbi ait. {Et nõ dico vobis, quia ego rogabo patré pro vobis.} Adhoc quippe intuendum quomodo non rogat patrem filius: sed simul exaudiant rogantes pater & filius, nõ nisi spiritualis oculus mentis ascendit.

Hom.78. f ¶ CHRY. Quia discipulos hoc maxime respirare fecit q̃ erant patris amici, propterea dicũt se cognoscere quòd omnia nosset. vnde sequitur, {Di.ei dis.eius: Ecce nũc pa.lo. & prouer.nul.dicis.}

Tract.103. AVGVST. Cum autẽ adhuc promittatur futura illa hora in qua sine prouerbiis locuturus est, cur isti hoc dicunt, nisi q̃a illa quæ scit ipsis non intelligentibus esse prouerbia, vsque adeo non intelligunt, vt nec saltem non se intelligere intelligant?

Hom.78. CHRY. Quoniam autem ad id quod in eorum mente erat respondit, subdunt: {Nunc scimus quoniam scis omnia: Vides qualiter imperfecte se habebant: qui post tot & tanta demonstrata dicũt: Nunc scimus, & hoc dicunt tanquam ei quandam gratiam tribuẽtes. Et non est opus tibi vt quis te interroget. hoc est antequàm audias, nosti ea quæ scandalizant nos, & quiescere nos fecisti dicens: Quoniam pater vos amant.

Tract.103. AVGV. Quid ergo vult sibi q̃ ei quem sciebant nosse omnia, cum dicere debuisse videantur: Non ẽ opus tibi vt quisquam interroges. dicendum potius putauerunt? Non est opus tibi vt quis te interroget? Quod vtrunque legimus E factum, & interrogasse scilicet dñm, & interrogatum fuisse. Sed hoc cito soluitur qui hoc non ei: sed illis potius opus erat quos interrogat, vel a quibus interrogabantur. Neque enim aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid disceret: sed eos potius vt doceret, & qui interrogabant eum, volentes ab eo aliquid discere, illis profecto id opus erat vt scirent ab eo aliqua, qui nouerat omnia. Ille autem non opus habebat vt q̃ ab eo scire quisque vellet, per ipsi⁹ cognosceret interrogationẽ quia priusq̃ interrogaret: interrogatorũ nouerat voluntaté. Præuidere aũt cogitationes hominũ, magnũ dño nõ erat sed magnũ paruulis erat, q̃ subdunt: {In hoc credimus quia a Deo existi.}

Post med. HILA 6. de Trini. Per id enim credunt q̃ à Deo exiit: quia ea quę Dei sunt agit. nam cum dominus vtrunq; dixisset: A Deo exiui, & a patre veni in hunc mundum, nihil admirationis in eo habuerunt, quod frequenter audierunt. vnde non addunt, A patre venisti in hunc mundum. Sciebant enim a Deo missum, exisse tamen a Deo nesciebant. Inenarrabilem vero illam filij natiuitatem per virtutem dicti istius intelligentes, tunc primũ A cęperunt aduertere: cum illum sine prouerbiis profiterentur esse locutũ. Non enim per consuetudinẽ humani partus Deus ex Deo nascitur, cuius a Deo exitio potiusquàm partus est. Est enim vnus ex vno, non est portio, non est defectio, non est diminutio, non deriuatio, non est protensio, non passio: sed viuentis naturæ ex viuente natiuitas est. Deus ex Deo exiens est, nõ creatura i Dei nomẽ electa, non vt esset cępit ex nihilo: sed exiit a manente, & exisse significationem habet natiuitatis, nõ inchoationis.

Trac.103. AVGVST. Denique de ipsa eorũ ætate adhuc secundũ interiorẽ hominẽ parua & infirma eos admonet, vnde subdit. {Respõdit eis Iesus, Modo creditis.} BE. Quod duobus modis pronunciari potest, affirmando, scilicet & insultando. Si insultando, hic est sensus, tardius ad credendum euigilastis. Ecce enim venit hora, &c. Si affirmando, sensus est. Verum est quod creditis, {Sed ecce venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.

Tract. 103. AVGV. Non enim quando comprehensus est tantummodo carne sua eius carnem: verum etiam mẽte reliquerunt fidem. CHRY. Dicit autem: Dispergamini scilicet quando tradar, tantum enim vobis dominabitur timor, vt neque simul possitis recedere. Sed ego ex hoc nullum patiar malum. vnde subdit: C {Et non sum solus, quia pater mecum est.

Trac.103. AVG. Ad hoc intelligendum eos volebat extendi & crescere, ne sic a patre filium cogitarẽt exisse, vt putarent etiam recessisse, deinde sermonem concludit dicẽs: {Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis.}

Hom.78. CHRY. idest vt non abiiciatis me a mente vestra. Non enim nunc solum quando comprehendar, fient vobis aduersa, sed donec eritis in mundo præssurã habebitis idest tribulationem, & hoc est quod subdit: {In mundo præssurã habebitis.}

Cap.11. GRE. xxvj. Mo. q.d. Sit vobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de mundo exterius q̃d sęuiendo grauiter prẽmat.

Trac.103. AVG. Illud initiũ habitura fuerat, ista præssura, de qua dicit. {Venit hora vt dispergamini, vnusquisque in propria, sed non eo modo erat perseueratura, quod enim adiunxit: {Et me solũ relinquit.} non vult eos tales esse in consequenti pręssura, quam post eius ascensionem fuerant in mundo habituri, vt relinquant eum, sed vt in illo pacem habeant permanentes in eo. vnde sequitur: D {Sed confidite.}

Hom.78. CHRY. idest resurgite mente. Magistro enim superante inimicos, nõ oportet discipulos auxiliari. vnde subdit: {Quia ego vici mundũ.}

Tract.103. AVGV. Dato autem spiritusancto confiderunt & vicerunt, non nisi in illo: nõ enim vicisset ille mundum si membra eius vinceret mundus, cũ autem dicitur, {Hæc locutus sum vobis: vt in me pacẽ habeatis nõ recentiora paulo ante ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quæcunque illis locutus est, ex quo eos cępit habere discipulos, siue ex quo post cenam exorsus est hunc mirabilem prolixumq; sermonem.

Tract. 104. Hanc enim causam commendauit sermonis sui, vt in illo pacem haberent, hęc pax finem temporis nõ habebit: sed omnis pię nostræ intentionis actionisque finis ipsa erit.

CAPVT XVII.

Hom. 79. CHRY. Quia dixerat dominus: In mundo pręssurã habebitis, post admonitionẽ in orationem conuertitur, erudiens nos in tribulationibus, omnia dimittẽtes ad Deũ refugere. vnde dr̃: {Hęc locut⁹ est Iesus.} BEDA. Illa intelligi debẽt quę in cęna locutus est, quędam quidem sedendo, vsq; ibi: Surgite eamus hinc. Deinde stando vsque ad hymni finem, cuius hoc est initiũ: {Et subleuatis oculis in cœlum dixit Pater venit hora clarifica filium tuum.}

Ibidem. CHRY. Propter hoc in cœlum oculos eleuauit vt nos doceret extensionem quæ est in orationibus, vt stantes sursum aspiciamus, non oculis carnis solum. sed & mentis.

Hom.104. AVGVST. Poterat autem dominus in forma serui, si hoc opus esset orare silentio, sed ita se patri exhiberi voluit pręcatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde nõ solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad patrem oratio, discipulorum est ædificatio. Profecto & nostrum qui fueramus cõscripta lecturi. hoc autem quod ait, pater venit hora, ostendit omne tempus & quid quando faceret, vel fieri sineret, ab illo dispositũ quid tempori subditus non est, non autem credatur hæc hora fato vrgente

vrgente venisse,sed Deo potius ordinante.absit enim vt sidera mo F ri cogerent siderum conditorem. Post prin. HILA. iij.de Trini. Non dié autem,non tempus,sed horam venisse dicitur:In hora diei portio est,& quæ erat hæc hora?iam nunc conspuendus,flagellandus,crucifigendus erat,sed clarificat pater filium.Sol de cursu operis defecit, & interitum suũ cum eo reliqua mundi elementa senserũt, ad onᵘ domini in cruce pendentis terra tremuit, & in eum q̃ moriturus erat intra se contestata est non capere. Proclamat centurio, Vere filius Dei

sti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.

erat iste,prædictioni consentit effectus,Dominus dixerat,Clarifica filium tuum,non solum nomine contestatus est esse se filium: G sed & proprietate qua dicitur: Tuum.Multi enim nos filii Dei,sed non talis hic filius: hic enim proprius & verus est filius origine,nõ adoptione,veritate non nuncupatione,natiuitate non creatione. ergo post clarificationem eius,veritaté confessio secuta est,nam uerum Dei filium Centurio confitetur,ne quis credentium ambigeret:quod aliquis persequentium non negasset. Tract. 104. AVGV.Sed si passione clarificatus dicitur,q̃to magis resurrectione?Nam in passione magis esse humilitatis q̃ claritas commendatur: quod ergo ait: Pater venit hora,clarifica filium tuum, sic intelligendum est tanq̃ dixerit:Venit hora seminandæ humilitatis, fructum non differas claritatis. Ibi añ med. HYLA. iij.de Trini. Sed forte infirmus repietur filiᵘ dum clarificationem potioris expectat.Et quis non patrem potiorem confitebitur cum ipse dicat:Pater maior me est?Sed cauẽdum est,ne apud imperitos gloriam filii honor patris infirmet.nam sequitur:{Vt filius tuus clarificet te.Nõ ergo infirmus est filius, vicem clarificationis ipse cum clarificandus sit redditurus. Ergo expostulatio clarificationis dandę,vicissimque reddendæ eandem in H vtroque ostendit diuinitatis virtutem. Tract. 105. AVGV. Merito auté quærit,quomodo patrem clarificauerit filius,cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione diuina.Sed apud homines maior erat,qñ in Iudæa tantũmodo Deus notus erat, quia vero per euangelium Christi factum est,vt pater innotesceret gentibus, patrem clarificauit & filius: dicit ergo:{Clarifica filiũ tuum, vt filius tuus clarificet te,}ac si dicat:Resuscita me,vt innotescas toti orbi p̄ me. deinde magis pandens quomodo clarificet patrem filius subiungit:{ Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det ei vitam ęternã.} Omnem carnem dixit omnem hominem,a parte totum significans.hoc autem ꝙ potestas Chrsto a patre data est omnis carnis, secundum hominem intelligendum est. Vbi supra. HILA. 3.de Trin.Caro enim factus ipse vitæ æternitatem erat caducis & corporeis & mortalibᵘ redditurus. Ante med. HILA. ix.de Tri. I Vel acceptio potestatis sola est significatio natiuitatis, in qua accepit id quod est.Non est infirmitati datio deputanda, cum in eo significetur pater esse quod dederit, & in eo filius Deus maneat, ꝙ vitæ æternæ dandę sumpserit potestatem. Hom.79. CHRY. Dicit autem: {Dedisti ei potestatem omnis carnis, vt ostendat ꝙ non ad Iudæos solos sua prædicatio, sed ad totum orbem terrarum extenditur.Sed quid est quod dicit,omnis carnis? Non enim vtique omnes crediderunt. Et quidem quantum ex eo est, omnes crediderunt.Si vero non attendebant his quæ dicebantur, non eius qui dicebat est criminatio,sed eorũ qui non susceperunt. Tract.105. AVG. Dicit ergo sicut dedi.ei po.om.car. ita te glo. filius.i. notum te faciat omni carni quam dedisti ei.Sic enim dedisti,vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æternam. Circa med. HILA. 3.de Trin.Sed in quo tandem æternitatis vita est ostendit cum subdit:{Hæc est autem vitá æterna vt cogn.te solum verum Deum.} Vita est verum Deum nosse: sed solum hoc non facit vitam:quid ergo cõnectitur:{Et quem mi K sisti Iesum Christum? Post prin. HILA. 4.de Tri.Dum autem Arriani intelligunt solum patrem verum Deum,solum iustũ,solum sapientem,a communione horum secundum hos filius separatur.Soli.n. vt aiunt propria non participantur ab altero, quæ si in patre solo & non in filio existimabuntur,necesse est vt filius Deus falsus & insipiens esse credatur. Post prin. HILA. 5.de Tri. Nulli autem dubium est veritatem ex natura & ex virtute naturæ esse. verum enim triticum est quod spica structum, & aristis vallatum, & folliculis excussum,& in far comminutum & in panem coctum & in cibum sumptum reddit ex se & naturã panis & munus. Quæro ergo in quo filio veritas Dei desit,cui non desit Dei,nec natura, nec virtus. Naturæ enim suę virtute vsus est, vt essent, quæ non erant,& fierent,quæ placerent. Ante med. HILA. 9.de Trini. An forte quod ait: Te solum, communionem atque vnitatem suam a Deo separat? Separat sane si non ad id quod ait:Te solum verum Deum,continue subiecit:{Et quem misisti Iesum Christũ.} Per id enim ecclesiæ fides Christum verum Deum confessa est, quòd solum verum Deum confessa patrem sit,non enim vnigenito Deo naturæ demutationem naturalis natiuitas intulit. Cap.9. AVGV. 6.de Trini. Videndum est ergo an intelligere cogamur,cum dictum est patri,vt cognoscant te solum verum Deum,tanquam hoc insinuare voluerit,quia & solus pater Deus verᵘ est,ne non nisi ipsa tria simul patrem & filium & spiritumsanctum intelligeremus esse Deum. Nunc ergo ex domini testimonio, & patrem solũ verũ Deũ dicimus, & filium solum Deum verum & spiritumsanctum solum verum Deum, & simul patrem & filium & spiritumsanctum, idest simul ipsam trinitatem non tres veros Deos:sed vnum verum Deum. Tract. 105. AVGV. super Ioan. Vel ordo verborum est,vt te & qué misisti Iesum Christum cognoscant solum verum Deũ.consequenter enim & spiritussanctus intelligitur,quia spiritus est patris & filii tanquam charitas consubstantialis amborum. Sic igitur filius glorificat te, vt omnibᵘ quos dedisti ei te cognitum faciat. Porro si cognitio Dei est vita æterna,tantomagis in vita ęterna,quantomagis in hac cognitione proficimus, non autem moriemur in vita æterna. Tunc ergo Dei cognitio perfecta erit,quando nulla mors erit: summa tunc Dei clarificatio,quia summa gloria. A veteribus autem gloria diffinita est frequens de aliquo fama cum laude, at si homo laudatur,cum famę creditur,quomodo Deus laudabitur,quoniam ipse videbitur,propter quod scriptum est.Beati qui habitant in domo tua,in sæcula sæculorum laudabũt te,ibi erit Dei sine fine laudatio,vbi erit Dei plena cognitio,& ideo clarificatio. Cap.8. AVG.j.de Trini. Quod dixerit famulo suo Moysi:Ego sum qui sum,hoc contéplabimur cũ viuemus in æternũ. Cap.18. AVG.3.de Tri. Cũ enim fides nrã videndo fiat veritas,tunc mortalitatem nostrã commutatã tenebit æternitas. AVG. super Ioan. Sed prius hic clarificatur Deus,cum annunciatus hominibus innotescit,& per fidem credẽtibus prædicatur.propter quod dicit:{Ego te clarificaui super terram.} Circa med HIL'A. 3.de Trin. Hæc quidem clarificationis vicissitudo non pertinet ad diuinitatis profectum:sed ad honorem, qui ex cognitione ignorantiam suscipiebatur. Hom.79. CHRY. Vnde bene dixit:Super terram.In cælo enim glorificatus fuerat,& in natura gloriam habens,& ab angelis adoratus. non igitur de illa gloria ait, quæ substantiæ eius est:sed de ea,quæ ad culturam hominum pertinet.vnde subdit:{Opus consummaui quod dedisti mihi, vt facerem.} Tract.105. AVG. Non ait:Iussisti,sed dedisti.vbi commendatur euidens gratia. quid enim habet quod non accepit etiam in vnigenito humana natura?Sed quomodo consummauit opus quod accepit vt faciat,cum restet adhuc passionis experimentum, nisi consummasse se dicit, quod se consummaturum certissime nouit? Hom.79. CHRY. vel dicit:{Cõsummaui.}quasi ea quæ ex parte mea sũt omnia feci,aut quia cum id quod maximum est factum est, dici potest totum iam factum esse. Radix enim bonorum submissa erat, quam omnino debebat sequi fructus, & quia his quę futura erant, ipse iam aderat & copulabatur. Ante med. HILA. 9.de Trinit. Post quę, vt meritum obedientiæ,& sacramentum totius dispensationis intelligeremus adiecit;{Et nunc clarifica me tu pa. apud temetip.} Tract.105. AVG. Supra dixerat.Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. In quo verborum ordine ostẽderat prius a patre clarificandum filium, vt patrem clarificaret filius.modo autem dixit:{Ego te clarificaui,& nunc clarifica me.}tamquam prior ipse patrem clarificauerit, a quo deinde vt clarificet exposcit. Ergo intelligendum est vtroq; verbo superius vsum eo ordine quo futurum erat,modo vero vsum fuisse verbo pręteriti temporis de re futura,velut si dixisset: {Ego te clarificabo super terram,} opus consummando quod dedisti mihi vt faciam & nunc clarifica me tu pater, quę est omnino eadem senteutia, nisi quòd hic additur clarificationis modus cum subdit: {Claritate quam habui, priusquã mundus fieret apud te.} Ordo verborum est:Quam habui apud te priusquam mundus esset, hoc quidam sic intelligendum putauerunt,tanquam natura humana quæ suscepta est a verbo conuerteretur in verbum,& homo mutaretur in Deum,immo si diligentiᵘ cogitemus,homo periret in Deo. Non enim quisquàm ex ista mutatione hominis,vel duplicari Dei verbum dicturus est,vel augeri, sed quisquis Dei filium prædestinatum negat,hunc eundem filium hominis negat. Cum ergo videret illius prædestinatę suæ glorificationis venisse iam tempus,vt & nunc fieret in redditione, quod fuerat in prædestinatione iam factũ orauit dicens: {Et nunc clarifica me tu pater,&c.} idest illam claritatem quam habui apud te in prædestinatiõe tua,tempus est vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua. Circa med HILA. iij.de Trini.Vel orabat vt id quod ex tpe erat,gloriã eiᵘ quæ sine tpe est claritatis accipet, vt in Dei virtuté & spũs incorruptioné trãsformata, carnis corruptio absorberet. CHRY.

Hom. 80. b ¶ CHRYSOST. Quia dixerat: Opus consumaui, manifestat quale opus, vt scilicet nomen dei manifestaret. vnde dicitur. {Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo.} Tract.106. AVGVST. Quod si de his tantum dicit discipulis cum quibus cęnauit,non pertinet hoc ad illam clarificationem, de qua superius loquebatur, qua filius clarificat patrem,quanta est enim gloria xij. vel xj. innotescere potuisse mortalibus? Si auté quod ait, {Manifestaui nomé tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo.} omnes intelligi voluit qui in eum fuerant credituri, est plane ista clarificatio qua filius clarificat patrem, & tale est quod

b Manifestaui nomẽ tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt, & mihi eos dedisti, & sermonẽ tuum seruauerunt. Nũc cognouerunt quia oĩa quæ dedisti mihi abs te sunt. Quia verba q̃ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperũt & cognouerũt vere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.

c Ego pro eis rogo, nõ pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnũ sicut & nos. Cũ eẽm cum eis ego

ait.{Manif.no.tuũ}quale illud quod supra dixerat: Ego te clarificaui,pro tempore futuro,& illic & hic præteritum ponens, sed de his qui iam erant discipuli,non de omnibus qui in illum fuerant credituri eum hoc dixisse,ea quæ sequuntur credibilius demonstrant.ab ipso ergo orationis suæ exordio omnes suos dominus volebat intelligi, quibus notum faciendo patrem clarificat eum.Cum enim dixisset: Filius tuus clarificet te,mox quẽadmodum id fieret demonstrauit dicens.{Si.de.ei po.om. car. iam nunc quid de illis a quibus tunc audiebatur discipulis suis dicat.{Manifestaui nomen tuum homi.quos ded mi.de mundo}Non ergo dei nomé nouerãt cum essent Iudæi,& vbi est quod legitur,Notus in Iudęa Deus, & in Israel magnũ nomé eius? Ergo intelligendũ est. Manif.no.tuum homi.istis quos dedisti mihi de mundo,qui me audiunt hæc dicentem, non illud nomen tuum quod vocaris deus, C sed illud quod vocaris pater meus, quod nomen manifestari sine ipsius filii manifestatione non possit. nam ꝙ deus dr̃ vniuersę creaturæ,ét omnibus gentibus anteq̃ in Christum crederent nõ omnimode esse potuit hoc nomen incognitum. In hoc ergo ꝙ fecit hunc mũdum,& anteq̃ imbuerent in fide Christi, notus in oibus gentibus deus.In hoc aũt ꝙ non est cum diis falsis colẽdus, notus in Iudæa deus. In hoc uero ꝙ pr̃ est huius Christi,per qué tollit peccatũ mundi,hoc nomen eius prius occultũ, nunc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mũdo.Sed qũo manifestauit si nõdũ venit hora,de qua superius dixerat. ꝙ veniet hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis?proinde intelligendum est pro tẽpore futuro præteritum positum. Hom.80. CHRY. Vel ꝙ ipsum Christum Tract. 106. filium hẽat,manifestauerat eis iam & verbis & rebus. AVGV. Per hoc aũt quod dicit: Dedisti mihi de mundo, dictũ est de illis ꝙ non essent de mundo,sed hoc eis regeneratio præstitit, nõ generatio.Quid est aũt quod sequit.{Tui erant, & mihi eos dedisti? D An aliquando habuit pater aliquid sine filio? absit. Verumtamen habuit aliquid aliqñ dei filius quod nondũ habuit idem ipse hoïs filius,qui nondum erat hõ factus ex matre, quapropter qđ dixit: Tui erant,non inde se separauit dei filius, sed solet ei tribuere oẽ quod põt a quo est ipse qui põt,qđ itaque ait:Et mihi eos dedisti, s̃m hominem se accepisse hanc potestaté vt eos haberet ostendit, & ét ipse sibi eos dedit, hoc est cum patre deus Christus, homini Christo,quod cum patre nõ est. Hoc aũt dixit,vt ostendat eã quæ ad patré vnanimitaté,& qm̃ placet patri vt filio credãt. vñ sequit. {Et ser,tu.seruauerunt. BEDA. Sermoné patris semetipsum appellat, quia per ipsum pater oia condidit, & in se continet oés sermones,ac si diceret:Memoriæ me cõmendauerũt vt numq̃ obliuiscant, vel dicit:{Et ser. tuũ seruauerũt,}in eo.s̃. ꝙ mihi crediderunt.vnde sequitur.{Et nunc cogno.quia om. quæ dedi mi. abs te sunt.}Quidam aũt dicunt hanc esse literam:{Nunc cognoui quia oia quę dedisti mihi,abs te sunt,}sed hi non habent rationé.Qũo enim poterat ignorare filius quę sunt patris? sed de discipulis di- E ctum est.q.d. Didicerunt ꝙ nihil est in me alienum extra te, & ꝙ Tract. 106. quæcumque doceo,tua sunt. AVGVST. Simul autem pater Hom.80. dedit ei omnia cum genuit qui habet omnia. CHRY. Et vnde didicerũt? ex verbis meis quibus docebam eos,quoniã a te exiui, hoc enim per totum studebat ostendere euangelium.vnde sequit. Tract. 106. {Quia ver.quę de.mi.de eis, & ip. acceperunt. AVGV. idest, intellexerunt atque tenuerunt.Tunc enim verbum accipiẽ quãdo mente percipitur.vnde sequitur.{Et cogno.ve.quia a te exiui.}Et ne quisq̃ putaret istam cognitioné iam per speciem factam nõ per fidem,exponendo addidit: {Et crediderunt vt subaudiamus vere. Quia tu me misisti.Hoc itaque crediderunt vere,quod cognouerunt vere.Idem enim est, A te exiui,quod est:Tu me misisti, ꝙ autem dicit:Crediderunt,vere intelligendum est,non eo quo supra dixit modo crediderunt,sed vere,idest, qũo credendum est,inconcusse,firme,stabiliter, non iam ad propria redituri, & Christum A relicturi. Adhuc ergo discipuli non erant tales, quales eos dicit verbis præteriti temporis, quasi iam esset prænuncians quales futuri essent accepto spiritusancto. Quomodo autem pater ea verba filio dederit, facilior quæstio videtur, si secundum ꝙ est filius hominis accepisse a patre credatur, si vero secundum id quod est a patre genitus, accepisse a patre ista verba cogitatur, nihil ibi témporis cogitetur quasi prius fuerit & ea non habuerit,quoniã quicquid deus pater Deo filio dedit, gignendo dedit.

Hom.80 c ¶ CHRY. Quia multas a domino consolatiões discipuli audientes nondum persuasi erant,de reliquo patri loquitur, dilectionem quam ad eos habebat ostendens.vnde sequitur:{Ego pro eis rogo.}q. d. Non solum quæ a me sunt tribuo eis, sed & alium pro hoc rogo vt ampliorem ostendat amorem. AVGVST. Tract. 106. Cum ergo addit: Non pro mundo, mundum vult intelligi eos qui viuunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea sorte gratiæ, vt ab illo eligantur ex mũdo, quam sortem significat cum subdit. {Sed pro his quos dedisti mihi.}Per hoc enim quòd eos illi pater iam dedit,factum est vt non pertineãt ad mundum, pro quo non rogat, neque autem quia pater eos filio dedit, amisit ipse quos dedit. vnde subdit. {Quia tui sunt.} CHRYS. Hom.80. Frequenter autem hoc ponit,dedisti mihi, vt discãt quoniam patri hoc placet,& quoniam non ut alienus veniens eos seduxit,sed vt proprios accepit,deinde ne quis ęstimet nouum esse eius principatum,& nuper eos suscepisse a patre subiungit.{Et omnia mea tua sunt,& tua mea sunt,}ac si dicat. Neque audiens aliquis quoniam mihi eos dedisti, æstimet eos alienos esse a patre, mea enim eius sunt, nec audiens: Quoniam tui erant, æstimet alienos eos fuisse a me:quę enim sunt eius,mea sunt. AVGVSTINVS. Tract.106. Satis autem hic apparet,quoniam vnigeniti filii sunt omnia quæ sunt patris, per hoc vtique quòd etiam ipse deus est & de patre natus,patri æqualis,non quomodo dictum est maiori ex duobus filiis: {Omnia mea tua sunt.}Illud enim de omnibus dictum est creaturis quæ infra creaturam sanctam rationabilem sunt.Hoc autem ita dictum est, vt sit hæc etiam ipsa creatura rationalis quæ non nisi Deo subditur. {Hoc ergo cum sit Dei patris non simul esset & filii, nisi patri esset æqualis. Nefas est enim vt sancti de quibus hæc locutus est cuiusquam sint,nisi eius a quo creati & sanctificati sunt, hoc autem quod ait cum de spiritusancto loqueretur, Omnia quæ habet pater,mea sunt,de his dixit, quæ ad ipsam patris pertinent diuinitatem, neque enim spiritussanctus de creatura quæ patri est subdita,& filio fuerat accepturus, cum dicat de meo accipiet. CHRYSOSTO. Hom.80. Deinde demonstrationem prædictorum ponit dicens. {Et clarificatus sum in eis.} Ex quo patet,quoniam potestatem super eos habeo, quoniam glorificant me tibi credentes & mihi,nullus enim in quibus non habet potestatem glorificatus est. AVGVST. Tract.106. Dicendo autem iam esse factum, ostendit iam fuisse prædestinatum, & certum haberi voluit qđ esset futurum:Sed vtrũ ipsa sit clarificatio de qua dixerat. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, si enim apud te, quomodo in eis? an cum hoc ipsum innotescit eis,& per eos omnibus qui credunt eis quasi testibus suis?vnde subdit,{& iam non sum in mundo,& hi in mundo sunt. CHRY. Hom.80. Hoc est: Et si nõ appaream secundum carnem,per hos glorificor, qui per me moriuntur, sicut & pro patre & prædicant me,sicut & patrem. AVGVST. Tract.106. Sed si horam illam qua loquebatur attendas, vtrique in mundo adhuc erant Non enim secundum profectum cordis & vitæ id accipere possumus, cum dicat: Iam non sum in mundo, numquid ergo fas est, vt eum credamus aliquando mundana sapuisse? Restat igitur, vt secundum illud quod etiam ipse in mundo prius erat,in mundo se dixit iam non esse pręsentia corporali, an non quotidie dicimus, iam non est hic de aliquo quàm totius habituro & maxime morituro. vnde exponens cur hoc dixerit, adiecit:{Et ego ad te venio.} Commendat igitur patri eos,quos corporali absentia relicturus est dicens: {Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.} Sicut homo deum rogat pro discipulis suis, quos accipit a Deo. Sed attende quod sequitur:{Vt sint vnum sicut & nos,} non ait:Vt simus vnum ipsi & nos, sicut & nos vnum sumus, ipsi vtique in natura sua vnum sunt, sicut nos in nostra vnum sumus, quia enim vna eademque persona est deus & homo, intelligimus hominem in eo quòd rogat, & Deum in eo quòd vnum sunt, & ille & ipse quem rogat,poterat quidem dicere per id quòd ecclesiæ caput est, &

& corpus eius ecclesia: Ego & ipsi nō vnū, sed vnus sumus, quia caput & corpus vnus est Christus. Sed diuinitatem suā consubstantialē patri ostendens, vult esse suos vnum, sed in Christo, non tm̄ per eandē naturā qua oēs ex hominibus mortalibus ęquales angelis sunt, sed etiam per eandem in eandē habitudinem conspirantem cōcordissimā voluntatem in vnū spūm quodāmodo charitatis igne conflati. Ad hoc.n. valet quod ait: Vt sint vnum, sicut & nos vnū sum⁹, vt quēadmodū pater & fili⁹ nō tm̄ æqualitate substantiæ, sed ét voluntate vnum sunt, ita & hi inter quos & deū mediator est filius, nō tm̄ per hoc q̄ eiusdē naturę sunt, sed ét p eandem dilectionis societatem vnum sint.

Hom.80. CHRY. Rursus vt homo loquitur subdens. Cum essem cū eis ego seruabā eos in nomine tuo, hoc est per tuū adiutorium, humanæ.n. loquitur, & ad eorum mentem æstimantiū q̄ maiorē quandam haberent vtilitatem ab eius præsentia. AVG. In nomine

Tract. 107 enim patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana præsentia cōstitutus, sed & pater in nomine filii seruabat quos in nomine filij petentes exaudiebat. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere velut vicissim nos seruent pater & filius, simul enim nos custodiūt & pater & filius & spiritussan. sed scriptura nos nō leuat nisi descendat ad nos. Intelligamus ergo cum ita dominus loquitur personas eum distinguere non separare naturā. Q̄ ergo seruabat discipulos suos filius præsentia corporali, nō expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedēti, sed eos ambo seruabant potentia spiritali, & q̄ ab eis abstulit filius præsentiā corporalem, tenuit cum patre custodiā spiritalē, quia & custodiēdos q̄s filius homo accepit, custodiæ paternæ non abstulit, & cum pater filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, non sine deo eodem ipso filio. Sequitur enim.

{Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex ipsis periit, nisi filⁱ perditionis, i. traditor Christi, perditioni prædestinatus, vt scriptura impleretur, qua, s. de illo maxime in Psalm. 108. prophetat.

Hom. 80. CHRY. Et nimirum solus ille tunc periit, sed multi postea. Dicit aūt. Nemo ex eis periit, i. quantū ex mea parte nō perdā: quod manifestius alibi dicit: Non eiiciam foras. Si vero per ſeipsos exilient nō ex necessitate ad me traho. Sequitur. {Nunc aūt ad te venio.} Sed quia posset aliquis quærere, Numquid nō potes eos conseruare recedens? Pōt quidem, sed cuius gratia hoc dicat, ostendit subdēs. {Et hæc lo.in mun.vt ha.gau. me.imple.in ſemetipſis} i.vt non tumultuenē imperfectiores existentes, p id quod indicauit q̄ pp eorum gaudiū & requiem, omnia hæc infima loquebat. AVG.

Trac.107. Vel aliter: Quod sit hoc gaudiū, iā superius expressum est vbi ait: Vt sint vnum sicut & nos vnū sumus. Hoc gaudiū suū, i.a se in eos collatū, in eis dicit implendum, propter quod sē locutum dixit in mundo: Hæc est pax & beatitudo futuri sæculi. In mundo autem loqui se dicit, qui paulo ante dixerat: Iam nō sum in mundo, quia enim nondum abierat, hic adhuc erat, & q̄a mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat.

Hom.81. d ¶ CHRY. Rursus dominus assignat cām propter quam digni sunt discipuli multa diligētia potiri a patre dicens: {Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit,} q.d. propter te

Tract. 108. odio habiti sunt, & pp sermonem tuum. AVG. Nondum autē id experti fuerāt passionibus suis, quæ illos postea sunt secuturi, sed more suo dicit ista, verbis præteriti temporis futura prænunciās. Deinde causam subiicit, cur eos oderit mundus dicens: Quia non sunt de mundo, hoc eis regenerationē collatum est. nam generatione de mundo erant. Donatum est ergo eis, vt sicut nec ipse, ita nec ipsi de mundo essent. vnde sequit. {Sicut & ego non sum de mundo.} Ipse de mundo numq̄ fuit, quia etiam secundū formā serui de ſpiritusancto natus est, de quo illi renati. Quāmuis aūt iam non essent de mundo adhuc tm̄ necessarium erat eos esse in mūdo. vnde subdit. {Non rogo vt tollas eos de mundo.} BEDA. q.d. Iam imminet tempus vt tollar ego de mundo, ideoque necesse est vt illi nunc nō tollantur de mundo, vt me & te primū annunciēt mundo: quod vero subdit. {Sed vt serues eos a malo, licet omne malum intelligi possit, maxime vult intelligi malum secessionis.

Trac.108, Hom.81 AVGVST. Repetit autem eandem sententiam dicens. {De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo. CHRY. Supra autem dixit: Quos dedisti mihi de mundo, illic naturam dicens, hic autem de actibus malis. Dicit autem: Non sunt de mundo, quia nihil commune cum terra est eis, sed cælestium facti sunt

F ciues, in quo amorem suum eis ostēdit, dum patri eos laudat. hoc autem q̄ dicit sicut cum in ipso & patre ponitur parilitas ostenditur propter naturę vnitatem, sed cum de nobis & Christo dicitur, multa distantia intermedia inter vtrumque existit, cum autē prius dixit, Serua eos a malo, non de periculorum ereptione ait

seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis periit nisi filⁱ perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

G d Ego dedi eis sermonem tuū & mundus eos odio habuit, q.a non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo

vt tollas eos de mūdo, sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut & ego nō sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mūdum, ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.

e Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbū eorum in me, vt

solum, sed de permanentia in fide. vnde subdit. {Sanctifica eos in veritate. AVG. Sic enim seruantur a malo, quod superius orauit vt fieret. Quēri autē potest, quomodo de mundo iam nō erant, si sanctificati in veritate nondū erant? an quia & sanctificati in eadem proficiunt sanctitate, neque hoc sine adiutorio gratiæ dei? Sanctificantur autem in veritate hęredes testamenti noui, cuius veritatis vmbræ fuerunt sanctificationes veteris testamenti, & cum sanctificantur in veritate sanctificantur in Christo qui dixit. Ego sum via veritas & vita} vnde sequitur. {Sermo tuus veritas est.} Græcum euangelium logos habet, id est, verbum. Sanctificauit ergo pater in veritate, id est, in verbo suo vnigenito suos hæredes eiusque cohęredes. CHRYS. Hom.81.

Vel aliter: Sanctifica eos in veritate, id est, sanctos fac per sanctiſpiritus donationem & recta dogmata. Recta enim dogmata de deo docent & sanctificant animam, & quia hic de dogmatibus ait subiunxit. {Sermo tuus veritas est,} hoc est, nullum mendacium

H est in eo, & nihil typicum ostendit, neque corporeum: videtur aūt mihi & aliud ostendere hoc quod dicit: Sanctifica eos in veritate, id est, segrega eos sermoni & prædicationi. vnde subdit: {Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum. GLOS. Pro quo enim Christus missus est, p hoc & hi. vnde Paulus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis. hoc autem quod dicit, sicut, non similiter de eo & de apostolis ponitur, sed vt erat possibile hominibus. Dicit autem se eos misisse in mundum, secundum q̄ erat ei consuetudo, futurum vt factum diceret. AVGVST. Manifestum est Tract. 108. autem per hoc quod nūc adhuc de apostolis loquitur. nam ipsum nomen apostolorum quoniam græcum est, missus significat in latino, sed quoniam per hoc q̄ Christus factus est caput ecclesiæ, illi membra sunt eius, ideo ait: Et pro eis ego sanctifico meipsum, id est, eos in meipso sanctifico, cum & ipsi sint ego, & vt intelligeremus cum dixit: Pro eis sanctifico meipsum hoc eum dixisse q̄ eos ipse sanctificaret, mox addidit: {Vt sint & ipsi sanctificati in

I veritate,} id est in me, secundum q̄ verbū veritas est, in quo & ipse filius hominis sanctificatus est ab initio, quando verbum caro factum est. Tunc enim sanctificauit se in se, i. hominē se in verbo se, quia vnus Christus verbum & hō, propter sua vero mēbra dicit: {Et pro eis ego sanctifico meipsum.} hoc est ipsos in me, q̄n in me etiam ipsi sunt & ego: Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quid est: Et ipsi, nisi quemadmodū ego, &, In veritate quod sum ego? CHRY. Vel aliter: Pro eis sanctifico meipsum, id est meipsum offero tibi hostiam: hostię enim omnes sanctæ dicuntur, & quęcūque deo dicātur, quia vero antiquitus in figura sanctificatio erat, vtpote, in oue, nūc autē est in ipsa veritate, ideo subdit: {Vt sint & ipsi sanctificati in veritate,} q.a & eos tibi facio oblationē, q̄d ppea dicit: quia ipse qui offert est caput eorū, aut quia & ipsi imolant. Exhibete.n. ait apostolus membra vestra hostiam viuētem sanctā-

e ¶ AVG. Cum orasset dominus pro discipulis suis, quos & Tract. 109. Apostolos nominauit, adiunxit & ceteros qui in eum fuerāt credituri dicens. {Non pro eis autem rogo tm̄, sed pro eis qui crediK turi sunt per verbum eorum in me. CHRYSOSTOMVS. Hom.81. Hinc rursus consolatur eos, ostendens aliorum salutis causam futurorum cum dicit. {Qui credituri sunt per verbum eorum in me.} AVGVSTINVS. Vbi omnes suos intelligi voluit, Tract.109. non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant, neque hi tantum, qui ipsos cum in carne viuerent apostolos audierunt, sed & post obitum eorum & non longe post nati, per verbum eorum credidimus in Christum, quoniam ipsi qui cum illo tunc fuerunt, quod ab illo audierunt & ceteris prędicauerunt, atque ita verbum eorum ad nos vsque peruenit & peruenturum est ad posteros quicumque crediturі sunt: potest autem videri in hac oratione non orasse pro quibusdam suis, pro illis scilicet qui neque tunc erant cum illo, neq; per verbum eorū postea, sed in eū ante crediderunt. nūquid etiam cum illo erat tunc Nathanael, Ioseph ab Arimathia & multi alii de quibus Ioannes dicit q̄ crediderunt in eum? Omitto dicere de Symeone sene, de Anna prophetissa,

phetissa, Zacharia, Helizabeth, Ioanne præcursore, quoniam respō A uicem diuidi, quòd credentes fiant vnum, hoc ædificat ad fidem, & deri potest orandum pro talibus mortuis non fuisse, qui cum magnis suis meritis hic abierant, hoc enim & de antiquis iustis simili ter respondetur. Intelligendum est igitur q̄ nondum ei sic crediderant, quō ipse in se credi volebat, sed post eius resurrectionem spiritusancto impartito edoctis & confirmatis apostolis sic alios credidisse, quem. admodū Christo credi oportebat. Sed restat ad quæstionē paulus apostolus non ab hominib⁹ neque per hominē, & latro qui tunc credidit q̄n in ipsis doctoribus fides q̄ fuerat qualiscunque defecit, proinde relinquit vt sic intelligamus, quod dictum est per verbum eorum vt ipsum verbum fidei quod prædicauerunt in mundo, sic significatū esse credamus. Dictum au tē est verbum eorum q̄n ab ipsis est primitus ac præcipue prædicatum, nam quidem ab ipsis prædicabatur in terra q̄n per reuelationem Iesu Christi ipsum verbū eorū Paulus accepit, ac per hoc & ille latro in fide sua verbum eorum habebat, ergo illa oratione pro omnibus quos redemit, siue tunc in carne viuentes siue postea futuros redemptor noster orauit. Quid autem, vel quare pro eis rogaret, continuo subiunxit dicens: {Vt omnes vnum sint, hic pro oibus rogauit quod vt supra pro illis, vt omnes, hoc est vt nos & Hom.81. illi vnum simus.} CHRY. Et sic in vnanimitate sermonē concludit. vnde incępit ibi siniens, nam incipiens dixit: {Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.} HILA. viij. de Trini. Post prin. Tum demum vnitatis profectus exemplo vnitatis ostenditur cū ait: {Sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, C vt scilicet sicut pater in filio & filius in patre est, ita per huius vnitatis formam in patre & filio vnum omnes essent. CHRY. Hom.81. Rursus autem & hoc quod dicit: Sicut; non certissime parilitatis in eis est. sed vt hominibus possibile est, sicut cum dicit: {Estote misericordes sicut &c. AVGVSTINVS. Est autem hic diligenter aduertendum, non dixisse dominum. Vt omnes vnum simus. sed: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, subintelligitur.} Vnum sumus. Ita est enim pater in filio vt vnum sint, quia vnius substantiæ sunt, nos vero esse quidem possumus in eis vnum, vnum tamen cum eis esse non possumus, quia vnius substantię nos & ipsi non sumus. Sic autem sunt in nobis vel nos in illis, vt illi vnum sint in natura sua, nos vnum in nostra. Sunt quippe & ipsi in nobis, sicut Deus in templo: sumus autem nos in illis sicut creatura in creatore suo. ideo ergo addidit: In nobis, vt quòd vnum efficimur fidelissima charitate, gratiæ Dei tribuendum esset non nobis. AVGVSTINVS. iiij. de Trini. D Vel quia in ſeipsis vnum esse non possunt, dissociati ab inuicem per diuersas voluptates & cupiditates & immunditiam peccatorum. vnde mundentur per mediatorem, vt sint in illo vnum.

Ante med. ſpar. HILA. viij. de Trini. Laborantes autem hæretici fallere, ne per id quod dictum est. Ego & pater vnus sumus, naturæ in his vnitas & indifferens diuinitatis substantia crederetur, sed ex dilectione mutua & voluntatum concordia vnum essent, exemplum vnitatis istius ex his dictis dñicis protulerūt: } Vt oēs vnum sint &c. sed licet ipsum intelligentiæ suæ sensum impietatis demutet, non tamen potest intelligentia non extare dictorum: si enim regenerati in vnius vitæ atque æternitatis natura sunt, cessat in his solus vnitatis assensus qui vnum sunt in eiusdem regeneratione naturæ, soli autem patri & filio ex natura proprium est, vt vnū sint, quia Deus ex Deo vnigenitus, non potest nisi in originis suæ esse natura. AVGVSTINVS. Quid est autem hoc quod Tract.110. subdit: {Vt mundus credat: quia tu me misisti?} nunquid tunc crediturus est mundus quoniam in patre & filio omnes vnum erimus? nonne ista est pax illa perpetua, potius fidei merces quàm fides? sed etsi in hac vita propter ipsam communem fidē omnes qui vnum credimus vnum sumus, etiam si non vt credamus: sed quia credimus, vnum sumus: quid est ergo, Omnes vnum sint, vt mundus credat? Ipse quippe omnis mundus est credens cum de his dicat, de quibus dixerat. Non pro his rogo tantum, sed pro his qui crediturі sunt per verba eorum in me. Quomodo ergo intellecturi sumus, nisi quia non in eo causam posuit vt credat mundus: quia illi vnum sunt: sed orando dixit: { Vt mundus credat: sicut orando dixerat:} Vt vnum sint. Denique si verbum quòd ait: rogo, vbique ponamus, erit huius expositio sententię manifestior. {Rogo vt omnes vnum sint, rogo vt & ipsi in nobis vnum sint, rogo vt mundus credat, quia tu me misisti. HILARIVS. viij. Lib.8. ante med. de Trini. Vel per id mundus crediturus est filium a patre missum esse, quòd omnes qui crediturі in illum sunt: vnum in patre & filio erunt. CHRY. Nihil enim ita scandalizant omnes vt ab in Hom.81.

omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quia tu me misisti. Et ego claritatem quā tu dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnū sumus, ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum, & co B

gnoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & tu me dilexisti.

f Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecū vt videant claritatem meam quā dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mūdi.

AVGVSTINVS. Deinde saluator noster qui rogando patrem se hominem demonstrabat, nunc demōstrat seipsum, quoniam cum patre Deⁱ est, facere quod rogat, vnde subdit: { Et ego claritatem quā dedisti mihi, dedi illis, quā claritate, nisi immortalitatem, quam natura humana in illo fuerit acceptura? propter immutabilitatem enim prædestinationis præteriti temporis verba futura significat: immortalitatis autem claritatem quam sibi a patre datam dicit, etiam se sibi dedisse intelligendum est. Cum.n. tacet filius in opere patris, operationem suam humilitatem commendat, cum vero in opere suo tacet operationem patris, parilita tē cōmendat. Isto igitur modo, & hoc loco nec se facit alienum a patris opere, q̄uis dixerit: { Claritatem quam dedisti mihi, nec patrem fecit alienum ab opere suo, q̄uis dixerat, { Dedi eis.} Sicut autem ex eo quòd patrem pro suis omnibus rogauit, hoc fieri voluit vt omnes vnum sint, ita etiam suo beneficio id fieri uoluit. vnde ad iunxit: { Vt unum sint in nobis, sicut & nos unum sumus. Hom.81.

CHRY. Vel claritatem dicit gloriam quę est per signa & dogmata, & ut unanimes sint. unde subdit: {Vt unum sint in nobis, sicut & nos unum sumus.} Hęc enim gloria ut sint unum, etiam signis maior est. Vniuersi enim qui per apostolos crediderunt unū sunt, & si quidam ex ipsis diuisi sunt, hoc eorum defidiæ fuit, quod tamen eum non latuit. HILA. Per acceptum igitur & datum 8. de Trini. honorem omnes unum sunt, sed nondum apprehendo ratiōe, quo ante med. niam datus honor unum omnes esse perficiat: sed dominus gradū quendam atque ordinem consummandæ unitatis exposuit cū subdit: {Vt unum sint in nobis, ut cum ille in patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille iterum in nobis per sacramenti esse mysterium crederetur, per fecta per mediatorem unitas doceretur. CHRY. Ahbi uero ait de se & patre. Veniemus & mansionem apud eum faciemus, illic quidem Sabellianorum obstruens ora, dum scilicet ponit duas personas, hic vero Arrij suspitionem destruit cum patrem per se Tract.110. hoc ita dictum est. tanquam pater non in nobis aut nos in patre non simus: sed per mediatorem inter Deum & hominem se breuiter intimauit, quod vero addidit, vt sint consummati in vnum, ostendit eò perduci reconciliationem quæ fit per mediatorem, vt perfecta beatitudine perfruamur. vnde id quod sequitur, vt cognoscat mundus quia tu me misisti, non sic accipiendum puto: tanquàm iterum dixerit, vt credat mundus. Quamdiu enim credimⁱ quod non videmus, nondum sumus consummati, sicut erimus cū meruerimus videre quod credimus, quando ergo de consummatione loquitur. talis est intelligenda cognitio, qualis erit per ſpeciem, non qualis nunc est per fidem. Ipsi quippe credentes sunt mundus non permanens inimicus: sed ex inimico amicus effectus, propterea sequit {Et dilexisti eos sicut me dilexisti.} In filio quippe nos pater diligit: quia in eo nos elegit, nec ideo pares sumus vnigenito filio, neque enim semper æqualitatem significat, quod dicitur: Sicut illud, ita & istud: sed aliquando tantum quod illud est, est & illud: ita in hoc loco nihil est aliud: Dilexisti eos sicut me dilexisti, quàm dilexisti eos quoniā & me dilexisti. Non enim alia causa est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum, cum igitur eorum quę fecerit, nihil oderit, quis digne possit eloqui quantum diligat membra vnigeniti filii sui: & quāto amplius ipsum vnigenitum?

f ¶ CHRY. Postquam dixerat, quia multi credent per eos Hom.81. & multa gloria potientur, loquitur de reliquo de coronis eis repositis dicens, {Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. AVGVSTINVS. Ipsi sunt quos a patre accepit, quos & ipse de mundo elegit, sicut enim ait in huius oratio- Tract. 111. nis exordio: {Dedit eis potestatem omnis carnis: id est omnis hominis vt det eis vitam æternam, ubi ostendit potestatem se omnis hominis accepisse ut liberaret quos uoluerit, & damnaret quos uoluerit:} Quapropter omnibus membris suis promisit hoc prēmium, ut ubi est ipse, & nos cum illo simus, nec poterat non fieri, quod omnipotenti patri se uelle dixerit omnipotens filius, una uero est patris & filii uoluntas, etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas. Quantum ergo attinet ad creaturam in qua factus est ex semine Dauid secundū carnē, eo

modo dicere potuit. vbi ego sum, vt iam ibi se esse diceret, vbi fuerat mox futurus, in cœlo ergo nos futuros esse promisit. Illò enim forma serui leuata est, quam sumpsit ex virgine, & ad dexteram patris collocata. GRE GORIVS. xxvij. Moralium. Cap.1. Vbi est ergo quod rursus veritas dicit: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descēdit, quæ sibi in verbis suis non discrepat, quia enim membrorum suorum caput dominus factus est, repulsa reproborum multitudine, solus etiam est nobiscum, & sic dum nos cum illo vnum iam facti sumus. vnde solus venit in se, illuc etiam solus redit in nobis. AVGVSTINVS. Tract. III. Quod vero attinet, ad formam Dei: in qua æqualis est patri si secundum eam velimus intelligere quod dictum est, vbi ego sum, & illi sint mecum, absc̄edat ab animo omnis imaginum corporalium cogitatio, & non inquiratur æqualis patri filius vbi sit, quoniam nemo inuenit vbi non sit, propterea non ei satis fuit dicens: {Volo vt vbi ego sum, & ipsi sint:} sed addidit: Mecum. Esse enim cum illo magnum bonum est, nam & miseri possunt esse vbi est ille, sed beati soli sunt cum illo, & vt de visibili quàmuis longe dissimili qualecunque sumamus exemplum sicut cęcus etiam si ibi sit vbi lux est, non est tamen ipse cum luce: sed absens est a pte, ita non solum infidelis: sed etiam fidelis: etsi esse nunquàm possit vbi non sit Christus, nō est tamen ipse cū Christo per speciem. nam fidelem non est dubitandum esse cum Christo per fidem, sed hic de specie illa dicebat, in qua videbimus eum sicuti est, vnde adiunxit, {Vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Vt videant dixit, non Vt credant, fidei merces est ista, non fides. CHRY. Non autem dixit: Vt participent gloriam meā Hom. 81. sed vt videant, hoc occulte insinuans quoniam omnis requies ibi est filium Dei videre. Dedit autem ei pater claritatem quando eū genuit. AVGV. Tract. III. Cum ergo viderimus claritatem quam dedit pater filio, etiam si eam dici hoc loco intelligamus, non quam pater æquali filio gignens eum dedit: sed quam facto homini filio dedit post mor tē crucis. Tunc fiet iudicium, tunc tolletur impius ne videat claritatē domini, quā nisi illam qua Deus est? si ergo ℔ id quod filius Deus est, accipiam⁹ hoc dictum: {Volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecum, in patre cum Christo erimus, qui cum dixisset: Vt videant claritatem quam dedisti mihi, continuo subiunxit, {Quia dilexisti me ante constitutionem mundi. In illo enim dilexit & nos ante constitutionem mundi, & tunc prædestinauit q̄ in fine facturus est mundi. BEDA. Claritatem igitur vocat dilectionem qua ipse dilectus est a patre ante mundi constitutionē, in illa claritate & nos dilexit ante constitutionem mundi. THE. Postquàm ergo pro fidelibus orauit, & tot illis prospera promisit, ponit quoddam pium, & propria mansuetudine dignum dicens: {Pater iuste, mundus te non cognouit, quasi dicat, ego cupere cunctos homines consequi dicta bona quæ quidem pro fidelibus implorauij; sed quia ignorauerunt te, ideo non contingent gloriam & coronas. CHRYSOSTOMVS. Videtur autem mihi Hom. 81. hoc & anxius dicere, quoniam eum qui ita bonus & iustus est, cognoscere noluerunt, non igitur hoc est quod Iudæi dicunt: Quoniam ipsi quidem te cognoscunt, ego vero ignoro: sed econtrario est. vnde subdit: Ego autem cognoui te, & hi cognouerunt: quia tu me misisti: & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam per spiritum sanctum eis perfectam cognitionem dando. Si autem dicerint quis es tu, scient quia ego non sum separatus a te: sed valde amatus & proprius filius & coniunctus. Hoc vero suasi eis, vt ego maneam in eis, & sic fidem quæ est in me & amatorem seruabunt certissime & hoc est quod subditur: {Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis, quasi dicat.} Ipsis me amātib⁹, ego manebo in eis. AVGVST. Vel aliter. Quid est eum cognoscere, nisi vita æterna quam mundo damnato non dedit, reconciliato dedit? Propterea itaque mundus non cognouit: quia iustus es, hoc meritis eius vt non cognoscerent retribuisti, & propterea mundus reconciliatus cognouit, quia misericors es: & vt cognoscerent non ei merito: sed gratia subueneristi, denique sequitur: {Ego autem cognoui te. Ipse fons gratię est Deus natura, homo autem de spiritu sancto & virgine ineffabili gratia: denique quia gratia Dei per Iesum Christū est, dī: Et hi cognouerunt, ipse est mundus reconciliatus: sed ideo quia tu me misisti, ergo gratia cognouerunt. Et notum feci eis nomen tuum per fidem, & notum faciam per spem, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. Qualis est ista

Pater iuste, mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomē tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

HAec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.

b Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & phariseis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eū, processit & dixit ad eos. Quem quæritis? Responderunt ei. Iesum nazarenū. Dicit ei Iesus. Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eū cum ipsis. Vt ergo dixit eis. Ego sum. abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos, quē quęritis? Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respondit Iesus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quęritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

c Simon ergo Petrus habēs gladium eduxit eū, & percussit pontificis seruum & abscidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro, Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?

d Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum & adduxerunt eum ad Annā primum. Erat enim socer Caiphæ qui erat pōtifex anni illius. Erat autem Cayphas qui consilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo.

Tract. 111. Hom. 81. Tract. 111. Hom. 81. Tract. 111. Tract. 111. Hom. 81. Tract. 111. Hom. 81. Tract. 111. Hom. 81

rum,si iniquus pontifex inique iudicauerit, sæpe qui per auaritiã ad sacerdotium accedit, per iniustitiã in eo seruatur. CHRY. Ne autem audiens vincula auditor tumultuetur,recoluit prophetiæ,quoniam mors eius salus fuit orbis terrarum. vnde sequitur: {Erat autem Cayphas qui cõsilium dederat Iudæis:quia expedit vnum hominem mori pro populo:} tanta enim est veritatis superabundantia, vt & inimici eam psonẽt.

Hom.82.

e ¶ AVG. de Cõ. Euan. de Petri tentatione quæ inter domini contumelias facta est,non eodem ordine omnes narrant. nam ipsãs primo cõmemorat Matthæus & Marcus,deinde Petri tentationem. Lucas vero explicat prius tentationes Petri,de mum domini contumelias. Ioannes autẽ incipit Petri tentationem dicere cũ dicit: {Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.} ALCVI. Ex deuotione sequebatur magistrum,quãuis a longe propter timorem. AVG. Quis sit autem ille alius discipulus, non temere affirmandum est,quia tacetur. Solet autem se idem Ioannes ita significare & addere,quem diligebat Iesus, fortassis ergo & hic ipse est. CHRY. Se autem occultat humilitatis gratia, etenim hic magnam rectitudinem enarrat quomodo omnibus fugientibus ipse sequitur:sed proponit sibi Petrum & suipsius coactus est meminisse, vt discas quoniam certius aliis enarrat ea, quæ facta sunt in atrio quasi intus existens. Succidit autem propriam laudem subdens: {Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis.} nõ enim hoc vt magnum quid de seipso ponit:sed quia dixit cp introiuit cum Iesu solus, vt non æstimes hoc excelsæ mentis esse, addit causam. Igitur Petrum venisse illuc amoris fuit,non intrasse autem intra timoris. vnde sequitur: {Petrus autem stabat ad ostium foris.} ALCVI. Foris stabat qui negaturus erat dominũ,nec erat in Christo, qui Christum confiteri non erat ausus. CHRY. Sed quoniam & Petrus intrasset vtique domum si ei concessum esset indicauit subdens: {Exiuit ergo discipulus alius,qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ & introduxit Petrum.} Ideo autem ipse eum nõ introduxit,quia Christo adhærebat & sequebatur eum. Sequitur: {Dixit ergo ancilla ostiaria. Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille. Nõ sum.} Quid dicis o Petre? Nõne prius dixisti: Et si oportuerit,animam meam pro te ponam? quid ergo factum est, quoniam nec ostiarie fers interrogationem? non erat miles qui interrogabat:sed ostiaria vilis. neque dixit: Seductoris discipulus es:sed hominis illius,quod miserentis erat. Dicit autẽ: Numquid & tu,quia Ioannes intus erat. AVGVST. Sed qd mirum si Deus vera prædixit, homo autem falsa præsumpsit? Sane in ista quæ iam cœpta est negatione Petri debemus aduertere, non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum:sed ab illo etiam qui negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro. Discipulum meum te negabis: sed me negabis. negauit ergo ipsum,cum se negauit esse discipulum. Quid autem aliud isto modo,quàm se negauit esse Christianũ? quàm multi postea etiam pueri & puellæ potuerunt mortem pro Christi confessione contemnere, & regnum cœlorũ fortiter introire, quod tunc iste non potuit,qui claues regni eius accepit. ecce vnde dictũ est: Sinite hos abire, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. vtique enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quàm periret? CHRY. in Sermone de Petro & Helia. Iccirco autem diuinæ prouidentiæ secretum permisit,vt primus ipse laberetur Petrus,quo erga peccantes duriorem sententiã pro prij casus intuitu temperaret. Petrus enim orbis terrarum doctor & magister peccauit & veniam impetrauit,vt hæc indulgẽtiæ norma & regula iudicantibus præberetur. Iccirco enim non angelis arbitror commissam sacerdotij potestatem, ne cum ipsi minime peccarent, in peccatoribus sine misericordia vindicarent. Homo passibilis supra homines ordinatur,vt dum ipse in aliis suas recolit passiones, mitem apud eos se præbeat & benignum. THEO. Quidam tñ inanem quamdam gratiam appropriantes Petro dicunt cp ideo negauit Petrus,qm̃ volebat semper esse cũ Christo, & sequi continue. Nouit enim cp si fatereretur se esse de Christi discipulis,diuideretur ab eo,& non haberet vltra spacium sequendi videndique dilectum. vnde simulabat se officium gerere ministrorum,ne vultus mestitia cognitus excluderet. vnde sequitur: {Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem & Petrus stans cum eis, & calefaciens se.} AVGVST. Non hyemis erat & tamen frigus erat quale solet etiam æquinoctio vertente accidere. GRE. ij. Mo. Iam autem intus a charitatis calore Petrus torpuerat, & ad amorẽ præsentis vitæ,quasi ad persecutorum prunas infirmitate æstuante recalebat.

Tract. 113.

Cap.2.

f Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis,& de doctrina eius. Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt,& in occulto locutus sum nihil, Quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt quid locutus sim ipsis, Ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

f ¶ CHRY. Quia Christo nullum crimen inferre poterant de discipulis interrogabant. vñ dr: {Pontifex.in.ie.de.di.su.} fortassis vbi erant,vel cuius gra eos collegit: hoc autẽ dicebat qua si seditiosum & noua rerum factorem eum redarguere vo-

Hom.82.

g Hæc autem cũ dixisset, vnus assistens ministrorũ dedit alapam Iesu dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum, testimoleus, quasi nullo alio attendente ei quàm eius discipulis. THEOPHI. Explorat insuper de doctrina. vnde sequitur Et de doctrina eius cuiusmodi, scilicet foret,vt rum a lege discrepans & aduersa Moysi, vt exinde occasione concepta Dei emulum perdat. ALCVINVS. Non enim cognoscendæ veritatis amore interrogat: sed vt causam inueniret qua eum accusare potuisset & tradere Romano præsidi ad damnandum. Sed dominus ita temperauit responsionem, vt nec veritatem taceret, nec se defendere videretur. Sequitur enim: {Respõdit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.} AVGV. Non prætereunda nascitur hic quæstio: si enim ipsis discipulis non loquebatur palam: sed horam permittebat cp palam fuerat locuturus,quomodo palam locutus est mundo? Dein de ipsis discipulis suis multo manifestius loquebatur quando cum eis erat remotus a turbis, tunc enim & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Sed intelligendum est ita eum dixisse Palam locutus sum mundo,ac si dixisset. Multi me audierunt, & rursus non erat palam: quia non intelligebant, & quòd seorsum discipulis loquebatur non in occulto vtique loquebatur. Quis nanque in occulto loquitur qui coram tot hominibus loquitur? præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis. THEO. Reminiscitur autem hic propheticæ quæ dicit. Non in occulto locutus sum, nec in occulto terræ tenebroso. CHRY. Vel locutus est quidem in occulto,sed non vt hi æstimabant trepidans & seditionem faciens: sed vbi multorum audition superiora erant quæ dicebantur: volens autem ex superabũdantia fide dignum constituere suum testimonium subdit {Quid me interro. Inter.eos qui audi. quid lo. sum ipsis: Ecce hi sciunt quæ dixerim ego} quasi dicat. Tu me de meis interrogas, interroga inimicos meos qui insidiantur mihi: sicut autem hæc verba cõfidentis in eorum quæ dicta erant veritate. Hæc est enim veritatis inalterca bilis demonstratio, cum inimicos quis inuocat testes. AVGVSTINVS. Ipsa enim quæ audierant & non intellexerant talia erant vt non possent iuste ac veraciter criminari: Et quotiescunque interrogando tentarunt vt inuenirent vnde accusarent eum, sic eis respondit,vt omnes eorum retunderentur dolj,& calumniæ eorum frustarentur.

Hom.82.

Tract.113.

g ¶ THEO. Cum Iesus astantium interpellasset testimoniũ, volens se minister excusare cp non esset de his qui admirabantur Iesum, percussit eum. vnde dr: {Hæc autem cũ dixisset, vnus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesu dicens: sic rñdes pontifici?} AVG. de Con. Euan. Hic sane ostendit cp Annas pontifex erat, nondum enim erat missus ad Caypham cum hoc diceretur: Et hos duos Annam & Caypham pontifices commemorat etiam Lucas in initio euangelii sui. ALCV. Hic impleta prophetia: Dedi maxillã meã percutientib': sed Iesus iniuste percussus mãsuete rñdit. vnde sequitur: {Rñdit ei Iesus: Si male locutus sum,testimoniũ perhibe de malo: si aũt bñ, quid me cædis?} THEO. q.d. Si hẽs ex his quæ nunc a me prolata sunt reprehendere, ondе cp male dixerim, quod si nequis, qd furis? vel etiã sic: Si perperã docui cũ in synagogis docebã certifica principẽ sacerdotũ, cp sic recte docui, ita vt etiã vos ministri miraremini, quid me nunc cædis, quem prius admirabaris? AVGVST. Quid ista responsione verius, mansuetius, iustius, Qui enim accepit alapam? nũquid vellet cũ qui percussit aut cœlesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut etiam alia huiusmodi qualibet pœna, vel etiam grauiori puniri? quid horum per potentiam iubere non potuisset per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Hic dicet aliquis, cur non fecit quod ipse præcepit, percutienti. s. non sic respõdere, sed maxillam debuit alteram præbere. Quid, quòd & mã suetæ respondit, & nõ solum max illam alteram iterum percussuro, sed totum corpus figendum præparauit in ligno, & hinc potius demonstrauit sua illa præcepta patientiæ non ostentatiõe corporis, sed cordis præparatione fienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter homo præbeat iratus, quanto ergo melius, & respondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit paratus? CHRY. Quid igitur consequens erat, nisi aut redarguere, aut acceptare quod dictum est. sed hoc non fit: ea enim quæ fiebant non erant iudicium, sed seditio & tyrannis. Non inuenientes autem quid plus facerent: mittunt eum ligatum ad Caypham. vnde sequitur. {Et misit eum Annas ligatum ad Caypham pontificem.} THEO. Suspicantes hunc cum astutior esset excogitare aliquid posse aduersum Iesum dignum morte. AVG. Ad illum autem, sicut Matthæus dicit. Ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps Sacerdotum. Alternis quippe intelligendi sunt solere annis agere pontificatum, & credendum est secundu m voluntatem Cayphæ id esse factum, vt Iesum primo ad Annam ducerent, vel etiam domos eorum ita fuisse positas, vt non deberet Annas a transeuntibus præteriri. BEDA. Quod autem dicit {Ligatum.} non sic intelligendum cp tunc tantum fuerit ligatus, sed tunc ligatus est cum est captus, ita que ligatum ad Caypham misit sicut ibi fuerat præsentatus, siue fieri potuit, vt ad horam solueretur quatenus discuteretur, post hoc discussus iterum ligaretur, & sic ad Caypham mitteretur.

Tract.113

Tract.eodẽ.

h ¶ AVG. Cum dixisset Euangelista, cp Iesum ligatum miserat Annas ad Caypham, reuersus est ad locum narrationis, vbi re liquerat Petrum, vt explicaret quod in domo Annæ de trina eius negatione contigerat. vnde dicitur. {Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciẽs se.} Hic recapitulat, qd ante iã dixerat. CHRY. Vel multo ẽ stupore detinebatur, qui feruidus erat, vt deducto Iesu de cætero non moueretur. Sed hoc fit, vt discas. quanta naturæ sit imbecillitas, cum Deus hominem dereliquerit, & interrogatus, rursus etiam negat. vnde sequitur. {Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit. Non sum.}

Ho.eadem.

Lib.3. ca.6.

AVG. de Con. Euan. Hoc loco inuenimus non ante ianuam, sed ad focum stantem, secundo negasse Petrum, quod fieri non posset nisi iam rediisset postea q̃ foras exierat, vt Matthæus dicit. neque enim iam exierat, & foris vidit eum altera ancilla, sed cum exire eum vidit, ideẽ cum surgeret & exiret: animaduertit eum, & dixit his, qui erant ibi, ideẽ qui simul erant ad ignem intus in atrio. {Et hic cum Iesu Nazareno erat.} Ille autem qui foras exierat, hoc audito redieus, iurauit illis contra nitentibus, quia non noui hominem. deinde in eo, qđ Ioannes hic ait. {Dixerunt. Numquid & tu ex discipulis eius es?} quod redeunti & stanti dictum intelligimus. Hoc quoque confirmat, non illa tantum alteram ancillã quam commemorat, in hac secunda negatione Matthæus, & Marcus, sed & alium quendam commemorat Lucas, cum Petro illud egisse. vnde Ioannes dicit. {Dixerunt ergo ei.} Ioannes autem secut' de tertia Petri negatione, ita explicat. {Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nõne ego vidi te in horto cum illo?} Quod Matthæus & Marcus non singulari, sed plurali numero enunciant eos, qui cum Petro agebant, cum Lucas vnum dicat: Ioannes quoque vnum eũdemq; cognatũ eius, cuius abscidit Perrus auriculam, facile est intellige re aut pluralem numerum pro singulari vsitata locutione vsurpasse Matthæum, & Marcũ, aut cp vnus maxime tamquàm sciẽs, & qui eum viderat affirmabat. cæteri autem secuti eius fidem Petrum simul vrgebant. CHRY. Sed neque hortus in memoriam eius reduxit eorum quæ ibi dicta sunt, neque multa dilectio quã illic p verba multa ostẽdit. vnde sequitur. {Iterũ ergo negauit Petrus & statim gallus cantauit. AVG. Ecce medici cõpleta est prædictio, ægroti conuicta præsumptio. non enim factum est quod ille dixerat, Animam meam pro te ponam, sed factum est quod ille p̃dixerat, Ter me negabis. CHRY. Euangelistæ vero concordi-

ter negationem Petri scripserunt, non discipulum accusantes, sed nos erudire volentes quantum malum sit non Deo totum concedere, sed in semetipso confidere. BEDA. Mystice autem per primam Petri negationem illi designantur, qui ante passionem ipsius negauerunt eum esse Deum: per secundam vero illi, qui post resurrectionem eius in diuinitatem pariter, & humanitatem offenderunt. Item per primum gallicantum ipsius designatur capitis resurrectio: per secundum illa quæ in fine celebrabitur totius corporis. Per primam aũt ancillã, q̃ Petrum negaf coegit, designat cupiditas: p̃ secũdam carnalis delectatio: p̃ vnum seu plures seruos, dæmones, qui suadent Christũ negare.

Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.

i Adducunt ergo Iesum ad Caypham in Prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur. sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerũt ei. Si non esset hic malefactor, nõ

Tract.114

i ¶ AVG. Reddit Euangelista ad locum narrationis suæ, vbi eam reliquerat, vt explicaret Petri negationẽ. vnde dicitur. {Adducunt ergo Iesum ad Caypham in prætorium.} Ad Caypham quippe ab Anna collega, & socero eius dixerat missum, sed ti ad Caypham, cur ad prætorium quod nihil aliud vult intelligi quàm vbi Præses pilatus habitauit? BEDA. Prætorium enim dicitur sedes prætoris. Prætores vero dicuntur præfecti, siue præceptores, eo cp ciuibus præcepta donent. AVG. Aut igitur aliqua vrgente causa de domo Annæ, quo ad audiendum ambo conuenerant. Cayphas perrexerat ad prætorium Præsidis, & socero suo Iesum reliquerat audiendum, aut in domo Cayphæ prætorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, vt seorsum habitantem dominum suum seorsum iudicem ferret. AVG. de Con. Euan. Tamen ad ipsum Caypham ab initio ducebatur ad quem in extremo perductus est, sed quia iam tamquàm conuictum reũ adducebant, Cayphæ iam antea visum fuerat, vt Iesus moreretur, nulla mora interposita est quin occidendus Pilato traderetur. Sequitur. {Erat autem mane.} CHRY. Antequam gallus cantaret ad Caypham ducitur, mane vero ad Pilatum, per quæ demonstrat Euangelista, quoniam per totum intermedium noctis, a Caypha interrogatus in nullo redarguitur: & iccirco misit eum Pilato, sed illa aliis dimittens enarrãda, ipse quæsiuit quod deinceps est. Sequitur enim. {Et ipsi non introierunt in prætorium.} AVG. Hoc est in eam partem domus quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Cayphæ. Cur autem non introierunt exponit subdens. {Vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. CHRY. Quoniam tunc Iudæi faciebant Pascha, ipse vero ante vnã dieni tradidit Pascha. reseruans suam occasionem sextæ feriæ quando vetus Pascha fiebat, vel Pascha dicit totum festum. AVG. Dies enim agere cœperant azimorum, quibus diebus contaminatio illis erat, in alienigenæ habitaculum intrare. ALCVI. Pascha enim proprie dicebatur dies illa, qua agnus ad vesperam quartadecima luna occidebatur. Septem vero dies sequentes dies azimorum dicebantur, in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri, sed tamen dies Paschalis inuenitur inter dies azimorum. vt apud Matthæũ. Prima autẽ die azimorũ accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha, Pascha etiã dies azimorum inueniuntur nominati sicut hic: Vt manducarent Pascha. Pascha enim non immolationem agni hic notat, quæ fiebat quartadecima luna ad vesperam, sed magnam solennitatem, quæ quintadecima luna celebrabatur post agni immolationem. quarta decima enim luna dominus, sicut & alii Iudæi Pascha celebrauit. quintadecima luna quando magna solemnitas celebrabat est crucifixus: quartadecima uero luna cœpit esse immolatio ex quo captus est in horto. AVG. O impia cæcitas alienigenæ iudicis, p̃torio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem non timebant. Nam quòd etiam dominus erat & uitæ dator, qui occidebatur, non eorum conscientiæ, sed nescientiæ deputet. THEO. Sed Pilatus vtcumq; procedens mitius ipse idem egreditur. vnde sequitur. {Exiuit ergo Pilatus ad eos foras.} BEDA. Hæc autẽ erat consuetudo Iudæorum, vt quem mortis reum iudicarent, vindictum præsidi traderent, vt dum præses victum cerneret, intelligeret morti addictum. CHRY. Sed videns eum ligatum, & a tot dictum, non æstimauit hoc argumentum esse inalterabile accusationis, sed interrogat. vnde sequitur. {Et dixit eis: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?} Inconueniens enim dicit esse iudicium eos rapuisse: supplicium autem illi concedere. Sed illi renuẽtes ex directo accusationem, & coniecturis quibusdam vtuntur. vnde sequitur. {Responderunt & dixerunt. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.} AVGV. Interrogentur,

Tract.114

Lib.3.ca.7.

Tract.114

Hom.82.

Tract.114

Tract.114

Hom.82.

Tract.114

atque

atque respondeant ab immundis spiritibus liberati, cæci vidéres, E mortui resurgentes,& quod omnia superat, stulti sapientes; vtrũ sit malefactor Iesus: sed ista diebant,de quibus per Prophetam iã ipse prædixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. A V G V.de Con. Euan. Sed videndum est, ne contra sit quod Lucas dicit certa in eo dicta esse crimi
Lib.3.c.8. na. Cœperunt autem illum, inquit, accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertẽtem gẽtem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christũ Regem esse.} sed secũdum Ioannem videntur Iudæi noluisse dicere crimina, vt eorũ auctoritatem secutus Pilatus, quid ei obiicerẽt desineret quærere ob hoc tantum nocentem crederet, ꝙ sibi ab eis tradi meruisset: ergo intelligere debemus & hoc dictum esse, & illud quod Lucas cõmemorauit. multa enim dicta, & multa responsa sunt. Vnde in narratione sua quisque posuit qđ satis esse iudicauit. nam & ipse Ioanes dicit quædam, quæ obiecta sunt, quæ suis locis videbimus. Itaque sequitur. {Dicit ergo eis Pilatus. Acci. eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.} THEO. quasi dicat. Quoniam ad votum iudicium poscitis & superbitis, ac si nihil vnquam prophanum egeritis, accipite vos & damnate. ego nequaquam talis iudex efficiar. A L C V I. Vel hoc dicit, q.d. Vos qui legem habetis, scitis quid lex de talibus iudicet H
Tract. 114. secundum quod iustum esse scitis, ita facite. Sequitur. {Dixerunt ergo Iudæi, nobis non licet interficere quemquam.} A V G. Sed nonne lex præcepit, ne malefactoribus præsertim seductoribus adeo qualem istum putabant parcât? Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemquam propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam cœperant. Ita, ne omnẽ sensum nimia
Hom.82. malitia perdidistis, vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis. C H R Y. Vel ideo ipsi eum non interfecerũt, quia multum de potestate eorum abscisum erat eis, Romanis regibus subiacentibus. Vel aliter, qa dixerat eis, {secundum legem vestram interficite eum, volentes ostẽdere, ꝙ peccatum eius, non est Iudaicum, dicunt.} Nõ licet nobis.} Non enim secundum legem nostram peccauit, sed crimen eius est publicum, quia se Regem dixit, vel quia eum crucifigi cupiebant, vt etiam modo mortis eum diffament. non autem licebat eis cruI
cifigere. Sed quòd alio modo interficiebant, monstrat Stephanus ab eis lapidatus. Et ideo subditur. {Vt sermo Iesu impleretur, quẽ di. significans qua morte esset moriturus,} quoniam. s. Iudæis crucifigere non licebat. aut dicit hoc Euangelista, quoniam non ab eis
Tract. 114. solum, sed a Gẽtibus debebat interfici. A V G. Sic enim legimus apud Marcum, vbi ait. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & tradent eum Gentibus. Pilatus autem Romanus erat, eumque in Iudæam Romani Præsidem miserant. {Vt ergo iste sermo Iesu impleret,} idest vt eum sibi traditum gentes interficerent, noluerunt eum accipere dicentes. {Nobis non licet.}

Ho.eadem. k ¶ C H R Y. Pilatus ab odio Iudæorum eripi volens, iudicium non protraxit in longum. vnde dicitur. {Introiuit ergo iterum in præto. Pilatus, & vocauit Iesum.} THEO. Seorsum, eo ꝙ magnã habebat de eo suspitionem. Proponebat autem omnia exquisite rimari, amoto strepitu Iudæorum. vnde sequitur. {Et dixit ei. Tu es Rex Iudæorum?} A L C V I. His verbis ostendit Pilatus Iudæos obiecisse hoc criminis, vt diceret se esse Regem Iudæorum. K
Ho.eadem. C H R Y. Vel hoc Pilatus a multis audierat, quia vero nihil illi habebat dicere, vt non multa fieret inuestigatio, quod communiter dicebatur hoc in medium ducere vult. Sequitur, & respondit Iesus. {A temetipso hoc dicis an alii tibi dixerũt de me?} THEO. Innuit ex hoc Pilatũ esse vecordem, ac indiscrete iudicãtẽ, ac si diceret. Si hoc ex teipso loqueris. pande signa meæ rebellionis, ar si ab aliis p
Tract. 115. cepisti, inquisitionem fac ordinariam. AVG. Sciebat vtique dominus, & quod ipse interrogauit, & quod ille responsurus fuit, sed tamen dici voluit, non vt ipse sciret, sed vt conscriberetur quod vo-
Ho.eadem. luit vt sciretur. CHRY. Non ergo ignorans interrogat, sed ab ipso accusari Iudæos volens. vnde sequitur. {Respondit Pilatus:
Trac.115. Numquid ego Iudæus sum?} A V G. Abstulit a se suspitionem, qua posset putari a semetipso dixisse, id se a Iudæis audisse demõstrans. vnde subdit. {Gens tua, & ponti. tui tradiderunt te mihi.} Deinde dicendo. {Quid fecisti?} satis ostendit illud ei pro crimine obiectum, tamquam diceret. Si te Regem negas, quid fecisti, vt traderetis mihi? quasi mirũ non esset, si puniendus iudici tradere
tur, qui se diceret Regem. C H R Y. Reducit autem Pilatum nõ
Homi.82. valde malum existentem, & vult ostendere, ꝙ non est homo nudus, sed Deus, & Dei filius, & quod formidauerat Pilatus dissoluit tyrannidis suspitionem. vnde sequitur. {Respondit Iesus. Regnum meum non est
Tract.115 de hoc mundo.} A V G V S T. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit, sed prius nobis demõstrãda fuerat vana hominum de regno eius opinio, siue Gẽtium, siue Iudæorum, a quibus id Pilatus audierat, quasi propterea fuisset morte plectendus, ꝙ illicitum affectauerit regnum, vel quoniã solent regnaturi inuidere regnanti, & videlicet cauendum erat, ne huius regnum siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum. Quòd si interrogante Pilato continue respondisset, non etiã Iudæis, sed solis Gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Sed post responsionem Pilati, iam Iudæis, & Gentibus opportunius, aptiusque respondit. q.d. Audite Iudæi, & Gentes, non impedio dominationem vestram in hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite credendo ad regnum, quod non est de hoc mundo. Quid est enim eius regnum, nisi credentes in eum? quibus dicit. De hoc mundo non estis, quamuis eos esse vellet in mundo. vnde & hic non ait. Regnum meum non est in hoc mundo, sed non est de hoc mundo, De mũdo enim est, quicquid hominũ a Deo quidẽ creatum, sed ex Adam vitiata stirpe generatum est. factum est autem regnum non iam de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii charitatis suæ. C H R Y. Vel hocdi-
Hom.82. cit, quoniam non tenet regnum, vt hic Reges terreni tenent, sed quoniam desuper habet principatum, qui non est humanus, sed multo maior, & clarior. vnde subdit, {Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis.} Ostendit hic regni eius quod apud nos est imbecillitatem, quoniam a ministris habet fortitudinem. superius vero regnum sufficiens est sibipsi nullo indigens. Si igitur maius est illud re-
Tract. 115. gnum, volens captus est seipsum tradens. AVG. Cum autem ꝓbasset regnum suum non esse de hoc mundo, subdit. {Nunc autem regnum meum non est hinc. non dicit. Non est hic. hic enim est regnum eius vsque ad finem sæculi, habens intra se commixta zizania vsque ad messem, sed tamen non est hinc, quia peregrinaE in mundo. THEO. Vel ideo non dicit. Non est hic, sed} non est hinc.} nam regnat in mũdo, & vtitur eius prouisione, & iuxta votum cuncta disponit. Non est autem ab infimis constitutum regnum eius, sed cælitus & ante sæcula. C H R Y. Hinc autem hæ-
Hom. 82. retici accipientes occasionem alienum eum esse a mundi conditione dicunt. Sed cum dicit. {Regnum meum non est hinc,} non priuat mundum a sua prouidentia & prælatione, sed ostendit regnũ suum non esse humanum, neque corruptibile. Sequitur. {Dicit ita que ei Pilatus. Ergo Rex es tu? respõdit Iesus. Tu dicis, quia Rex
Tract. 115. sum ego.} AVG. Non quia Regem se timuit confiteri, sed ita dictum est, vt neque Regem se neget, neque Regem se tale esse fatea tur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo. Dictum est enim. {Tu dicis,} ac si diceretur. Carnalis carnaliter dicis. Deinde subiungit. {Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimo. perhibe. veritati} Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait. {In hoc natus sum,} tamquã dixerit. In hac re natus sum, sed corripienda, tamquam dixerit, Ad hoc natus sum, sicut & ait, {Ad hoc veni in mundum.} vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mundũ, non illam sine initio, qua Deus erat. THEO. Vel aliter quæsito per Pilatum si dominus esset Rex. {Ego, inquit, in hoc natus sum,} idest ad hoc quia Rex sum. hoc enim ipso, ꝙ
Hom.82. a Rege productus sum, me quoque testor fore Regem. C H R Y. Si igitur Rex natus est, nihil nisi accipiens habet. {Ad hoc, inquit, veni, vt testimonium perhibeã veritati:} hoc est, vt hoc ipsum sua deam omnibus. Et notandum est, ꝙ suam humilitatem ostendit, dum dicentibus, quoniam malefactor est, ferebat silens. quando vero interrogatus est de regno, tunc locutus est ad Pilatum, eruditens eum, & reducens ad altiora, & ostendit se nihil versutum operatum esse per hoc quod dicit. {Vt testimonium perhibeam veritati.} AVG. Cum autem Christus testimoniũ perhibeat veritati, testimonium perhibet sibi. eius quippe est vox, Ego sum veritas. Sed quia non omnium est fides: adiungit, atq; ait. {Omnis A qui est ex ueritate, audit uocem meam.} Audit vtique interioribus aurib⁹, idest obedit meæ uoci, ac si diceret. Credit mihi. Quod vero ait. {Omnis qui est ex ueritate, gratiam commendauit,} qua secundum propositum vocat. Nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cũ omnes ueritas creauerit, qs enim est ex veritate? sed nõ omnes sunt quibus vt obediant veritati, ex ipsa veritate præstatur. Si. n. dixisset: omnis qui audit vocem meã, ex veritate est: ideo dictus ex veritate putaret, quia obtemperat veritati. Nõ autem hoc dicit, sed ait. {Omnis qui est ex veritate, audit vocẽ meam.} Audit vtique, ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocẽ, sed ideo audit, quia ex veritate est, quia hoc illi donum ex veritate collatum
Hom.83. est. C H R Y. Hæc autem dicẽs, attrahit & suadet fieri eorum quæ dicuntur audito rem. itaq; denique & eum cœpit his breuibus verbis, vt quæreret. Quid est veritas? sequiẽ enim. {Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? THEO. Nam fere ab hominibus euanuerat, & a cunctis erat incognita dum essent increduli.

Tract.115.1 ¶ A V G. Cum dixisset Pilatus. Quid est veritas, credo in mẽ tem illi veniße continuo consuetudinem Iudæorum, qua solet eis dimitti vnus in Pascha: & ideo non expectauit, vt responderet ei Iesus, ne mora fieret cum recoluisset morem, quo posset eis in Pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est. vnde dicit.
Ho. eadem. {Et eum hoc dixisset: iterum exiuit ad Iudæos. C H R Y. Sciebat enim quidem quoniã hæc indigebat tempore interrogatio. oportebat autem eum eripere ab impetu Iudæorum. iccirco & exiuit. A L C V I. Vel non expectabat audire responsum, quia forte indignus fuit audire. Sequitur. {Et dixit eis. Ego nullam in eo inue
Ho.eadem. nio causam. C H R Y. Nõ dixit, quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo, sed primum eum excusans tunc rogat ex abũdanti, vt si nollent eum vt innocentem dimittere, saltem obnoxiũ donarent tempori. Ideoque induxit. {Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha.} BEDA. Hæc consuetudo non erat legis præceptum, sed ex antiqua Patrum traditione descendit, vt ob recordationem liberationis ex Aegypto vnũ etiã in die Paschæ dimitteret vinctũ. Deinde exhortatiue dicit, {vul
Tract.eodẽ. tis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?} A V G. Auelli. n. ex eius corde non potuit Iesum Regem Iudæorum esse, tamquam hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixit, de qua quid esset interrogauit. THEO. Pulchre aũt Pilatus respondet, per hoc ꝙ in nullo Iesus errauerit, sed fruſtra inquietatur ab eis velut regnum desiderans. Non enim eum, qui se Regem assereret, ac æmulum Romanæ potestatis Romanorum vicarius absoluisset. Quamobrem in hoc quod dixit. {Regem Iudæorum absoluam,} prorsus inno xium Iesum prodit illuditque Iudæos. q.d. quem vos criminamini, vt Regem se putantem, hunc ego absolui iubeo, quasi talem nõ
Tract.eodẽ. existentem. A V G. Sed hoc audito, clamauerunt. vnde sequitur. {Clamauerunt omnes rursum dicentes. Non hunc, sed Barrabã. E Erat autem Barrabas latro.} Non reprehendimus o Iudæi, ꝙ per Pascha liberatis nocentem, sed occiditis innocẽtem, quod tamẽ nisi fieret, verum Pascha non fieret. B E D A. Quia ergo reliquerunt Saluatorem, & petiuerunt latronem, vsque hodie diabolus suã latrocinia exercet in ipsos. A L C V I. Barrabas autem interpretatur Iste filius magistri, ideſt diaboli, qui huic latroni in suo scelere, Iudæis in sua perfidia magister fuit.

CAP. XIX.

Tract.116. VG. Cum Iudæi clamassent non Iesum sibi dimitti a Pilato velle propter Pascha, sed Barrabam latronem, subditur. {Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.} Hoc Pilatus, non ob aliud fecisse credendus est, nisi vt eius iniuriis Iudæi satiati, sufficere sibi æstimarent, & vsque ad eius mortem sęuire desisterent. Ad hoc pertinet, quòd idem præses etiam cohortem suam permisit facere quæ sequunt, aut fortassis, & iussit. dixit enim quid deinde fecerint milites: Pilatum tamen id iussisse non dixit. Sequitur enim. {Et mili. plect. co. de spi. impo. capiti eius, & veste pur. cir. eum, & ve. ad eum & dice.
Aue Rex Iu. & da. ei
Hom. eadẽ. alapas. CHRY. Quia enim Pilatus dixit eũ Regem Iudæorũ schẽma et contumeliæ de reliquo apponunt.
BEDA. Nam ꝓ diademate spineam illi imposuerunt coronam, & pro purpureo vestimento, quo Reges veteres vtebantur, vestẽ purpuream ei circundant, vbi non debet videri contrarius, quod Matthæus dicit circũdedisse chlamidẽ coccineã, quia vt Origenes refert, vniꝰ sunt materiæ coccꝰ & purpura. coccule enim in cidũtur, & ex his guttæ sanguinis fluũt, ex quibus vtriusque generis tingitur vestimentum, & quàmuis hoc milites illudẽdo facerent, nobis tamẽ operabãtur mysteria.
C Nam per spineam coronam nostrorum designatur peccatorum superceptio, quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat. In vestimento purpureo caro passionibus subiecta significatur. Purpura ẽt
Hom. eadẽ. vestitur, cum de triumphis sanctorũ Martyrum gloriat. C H R Y. Non autem iniunctio principis erat, quod faciebant, sed ad gratiã Iudaicam hoc faciebant, quia neque circa initium ab illo iussi iue
Tract.116 runt nocte, sed Iudæis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant. tot autem & talibus factis ipse stabat silens. Tu vero audiens, hæc in mẽte habe continue, & Regem orbis terrarum, & Angelorum dominum videns contumeliam patientem, & omnia ferentem silentio imitare. A V G V S T. Sic enim implebantur, q̃ de se dixerat Christus. sic Martyres informabantur ad omnia quę persecutores libuit facere perferenda. sic regnum quod de hoc mũdo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat. C H R Y. Vt autem conuitium quod Hom.83.
a militibus factum erat, in eum videntes, respirẽt a passione, coronatum Iesum adduxit ad eos. vnde sequitur. {Exiuit iterum Pilato, & di. eis. Ecce Adduco vobis eum fo. vt cog. quia nullam in eo
Trac.116. causam inuenio.} A V G. Hinc apparet non ignorante Pilato hæc a militibus facta, siue iusserit ea, siue permiserit illa. s. causa quã supra diximus, vt hæc eius ludibria inimici libentissime viderent, & vlterius sanguinem non sitirent. vnde sequitur. {Exiuit ergo Ie. por. spi. co. & pur. ve. Nõ clarus imperio, sed plenus opprobrio. Sequitur. {Et dicit eis. Ecce homo,} q.d. Si regi inuidetis, iam parcite, quia abiectum videtis, feruet ignominia, figescat inuidia.
Tract.116 b ¶ A V G. Iudæorum inuidia pro Christi ignominia non frigescit, in ardescit potius, & increscit, vnde dicitur. {Cum ergo vidis. eum pon. & mi. clama. di. crucifige, crucifige eum.} C H R Y. Vidit Hom.83.
ergo Pilatus omnia inaniter fieri. vnde sequitur. {Dicit eis Pila. Accipite eũ vos & crucifigite.} Execrantis est hoc verbum & ad rẽ non concessam eos impellentis. Ipsi enim ducebant eum, vt cum
Tract.116 præsidis iudicio hoc fieret. Contingit autem contrarium, iudicio præsidis eum magis absolui. vnde sequitur. {Ego enim non inuenio in eo causam.} Continue enim eum ab accusationibus eruit. Vnde manifestum est, quoniam & priora propter illorum concessit insaniam, sed Iudæos canes nil horum inuerecundiam conuetit. nam sequitur. {Respondunt Iudæi. Nos legem habemus, &
Tract.116 secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.} AVG. Ecce alia maior inuidia. parua quidem illa uidebatur velut affectatę illicito ausu regię potestatis, & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauit, sed vtrumque verum est, & vnigenitus est Dei filius. & Rex a Deo constitutus super Syon montem sanctum eius, & vtrumque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior. C H R Y. Adinuicem enim ipsis dis-
Hom. 83. putantibus silebat, implens propheticum illud, quod non aperuit os suum, in humilitate sua, iudicium ei sublatum est. A V G. de
Lib 3.c.8. Con. Euan. Hoc autem potest congruere ei quod Lucas commemorat, in accusatione Iudæorum dictum, Hunc inuenimus subuertentem

Universidad de Deusto Biblioteca

Hom.83. uertentem gentem nostram, vt adiungatur, quia filium Dei se fecit. CHRY. Deinde Pilatus quidem timet ab ipsis auditis, formidauit, ne forte verum esset quod dicebat, & videretur inique agere. vnde sequitur. {Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. BEDA. Non timuit, quia legem audiuit. quia alienigena erat, sed magis timuit, ne filium Dei occideret. Ho.eadem. CHR. Illi vero hoc dicẽtes non horruerunt, sed interficiunt eum, pro quibus oportuerat adorare.

c Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis q̃a potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respõdit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. d Iudæi autem clamabant dicẽtes. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se Regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autem, cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostratos, hebraice autem Gabatha. Erat aũt parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis. Ecce Rex vester. Illi autem clamabant. Tolle, tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.

Ho.eadem. c ¶ CHRY. Pilatus timore concussus, rursus inquisitionem facit. vnde dicĩ. {Et ingressus est prætoriũ iterum, & dicit ad Iesum, vnde es tu?.} Nõ autem vltra interrogat. Quid fecisti? Sequitur. {Iesus autem responsum non dedit ei.} Qui enim audiuit, quoniã in hoc natus sum, & ad hoc veni, & quoniam regnum meum non est hinc, cum debuisset resistere, & eripere eum, hoc quidem non fecit, sed secutus est Iudaicum impetum. Propterea ergo nihil ei respondit, quoniam inaniter omnia interrogabat. Sed & aliter operibus testantibus ei: volebat per sermones vincere & excusationes componere, ostendens quoniam ad hoc venit. Tract.16 AVG. Hoc autem silentium domini nostri Iesu Christi non semel factum collatis omnium Euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principem Sacerdotum, & apud Herodem, & apud ipsum Pilatum, vt non frustra de illo prophetia processerit. Sicut agnus coram tondente fuit sine voce, sic non aperuit os suum: tunc vtique, quando interrogantibus non respondit. quàmuis enim quibusdam interrogantibus sæpe respõderit: tamẽ propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo. vt in suo silentio non reus, sed innocẽs haberetur, idest non sicut male sibi conscius, qui de peccatis conuincebatur suis, sed sicut mansuetus qui pro peccatis immolabatur alienis. Ho. eadem. CHRY. Quia igitur siluit. sequitur. {Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? nescis quia po. ha. cru. te, & po. ha. dimittere te?} Vide qualiter seipsum condemnauit. si enim in te totum positum est, cuius gratia nullam causam inueniens, non absoluis? Quia igitur aduersus seipsum protulit: {respondit Iesus, Non haberes potestatẽ aduersum me vllam, nisi datũ esset tibi desuper.} ostendens quoniam non simpliciter, & secundum aliorum consequentiam hoc fit, sed mystice consumatur. Ne igitur hoc audiens æstimes eum ab omni erutum crimine, subdit. {Propterea qui tradidit me tibi, peccatum maius habet.} Et nimirum si datum erat, neque hic, neq; illi obnoxii sunt criminibus inaniter dicis. {Hoc enim datum est, idest concessum, ac si diceret, permisit hoc fieri, neque tamen propterea extra nequitiam sunt. Tract. 116. AVG. Ecce respondit proinde vbi non respondebat, sicut pastor docebat. Dicamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi a Deo. Et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quàm potestas ipsa si eum timore alicuius maioris potestatis occidit. Talem quippe Deus dederat illi potestatem, vt esset etiam sub Cæsaris potestate. quapropter, inquit. {Non haberes aduersum me potestatem vllam,} idest quãtulamcũque habes, nisi hoc ipsum quicq̃d est, tibi esset datũ desuper, sed quia scio quantum sit: non enim tantum est, vt tibi omnimodo liberum sit: {propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet.} Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo: tu vero eandem potestatem in me exerciturus es metuendo. nec timendo quidem præsertim innocentem hominem homo debet occidere, sed id zelando facere multo maius malum est, quàm timendo: & ideo non ait. Qui me tibi tradidit, ipse habet peccatum, tamquàm ille non haberet, sed ait. {Maius peccatum habet,} vt etiam se habere intelligeret. THEO. Dicit autem, {qui tradidit me tibi,} idest Iudas, vel etiam turba. Cum ergo patens responsum Iesus ediderit, q̧ nisi ego memetipsum præberem, & pater concederet, non haberes potestatem in me, ex hoc potius ipsum absoluere Pilatus satagebat. vnde sequitur. {Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.} Tract. 115. AVG. Lege superiora & inuenies iam dudum eum quærere dimittere Iesum. Exinde itaque intelligendum est. Propter hoc, id est ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum.

Tract. 116. d ¶ AVG. Maiorem timorem se ingerere putauerunt Iudæi F Pilato terrendo de Cęsare, vt occideret Christum, q̃ superius vbi dixerunt. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, q̃a filium Dei se fecit. vnde dicitur. {Iudæi autem clamabãt dicẽtes. {Si hunc dim. nõ es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se Regẽ facit contra Cæsari.} CHRY. Sed vnde habetis hoc demonstrare? a purpura, a diademate, a curru, a militib⁹? Nonne solus semper cum duodecim discipulis incedebat, per omnia vilia transiens & cibum, & stolam, & habitationẽ? AVG. Pilatus autem eorum legem non timuit, vt occideret, sed magis filium Dei timuit, ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Cæsarem auctorẽ potestatis suę, quemadmodum legẽ Gentis alienæ. vnde subditur. {Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit p̄ tribunali in loco, qui dicĩ Lithostratos, hebraice autẽ Gabatha.} Hom. 83. Tract.116 G

Hom. 83. CHRY. Exiit quidem, vt scrutaturus rem, sedere enim pro tribunali, hoc ostẽdebat. GLO. Sicut enim tribunal est iudicũ, sic thronus, vel soliũ Regũ, & cathedra doctorũ. BEDA. Lithostratos autẽ dr̃ pauimẽtũ quasi lapide stratũ, & erat locus sublimis. λιθόστρωτος Se H quitur. {Erat autẽ parasceue Paschæ, hora quasi sexta.} ALCVI. Parasceue. i. p̄parat. o. hoc nomine dicebatur sexta sabbati, in qua præparabant necessaria sabbato, vt de manna dictum est. Sexta die colligetis duplum, quia enim sexta die homo est factus, & in septima requieuit Deus: ideo sexta die p̄ homine patitur, sabbato quiescit in sepulchro. {hora autem erat quasi sexta.} Tract. 117. AVG. Quid est ergo quod Marcus dicit, Erat hora tertia, quando crucifixerunt eum, nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudeorũ, hora sexta manibus militum? vt intelligamus horam quintam iã fuisse transactam, & aliquid de sexta cęptum, quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est a Ioanne {hora quasi sexta:} & cum duceretur, & crucifigeretur, & iuxta eius crucem gererentur quæ gesta narrantur. hora sexta integra compleretur. Ex qua hora vsq; ad nonam Sole obscurato, tenebras factas trium Euangelistarum, Matthæi, Marci, & Lucæ contestatur auctoritas. Sed quoniam Iudæi facinus interfecti Christi a se in Romanos. i. Pilatum, & eius I milites trãsferre conati sunt, propterea Marcus ea hora qua Christus a militibus crucifixus est prætermissa: tertiam potius horam recordatus expressit, vt non tantum milites reperiantur crucifixisse Iesum: verum etiam Iudæi, qui vt crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Est & alia huius solutio quæstionis, vt non hic accipiatur hora sexta diei, quia neque Ioãnes ait, Erat hora diei quasi sexta, sed ait. {Erat parasceue hora quasi sexta. παρασκευή Parasceue autem latine præparatio est. Pascha enim nostrũ, vt dicit Apostolus immolatus est Christus. Cuius Paschæ præparationem si ab hora noctis nona computemus, quando videntur principes Sacerdotum pronunciasse domini immolationem dicentes, Reus est mortis, vsque ad horam diei tertiã, qua crucifixum esse Christum Marcus Euangelista testatur, sex horæ sunt, tres nocturnæ, & tres diurnæ. THEO. Soluunt autem quidam, q̧ ex peccato scriptoris contigerit apud Græcos: nam quædam litera græca nomine gamma, cuius talis est figura Γ. tertiam horam importat: quædam autem figura, K quæ ab eis vocatur episemon, quę talis est ς, sextam horam importat. Ex negligentia ergo scriptorum præcedens figura cedere potuit in sequentem. Hom.83. CHRY. Pilatus ergo, vt scrutaturus exiens, nullam tamen scrutationem faciens, tradit eum, æstimans mouendos esse eos. vnde sequĩ. {Et dicit Iudæis. Ecce Rex uester. THE. q. d. Ecce qualem hominem fatemini, q̧ imperium vestrum capesseret humilis, vt nihil talis possit tentare. Homi.83. CHRY. Et nimirum quæ dicta sunt erant sufficientia, vt facerent eos de cætero ab ira cessare, sed trepidabant, ne dimissus rursus turbam ducat. Amor etenim principatus uersutum quid est, & animum sufficiens perdere, propterea magis insistunt. unde sequitur. {Illi autem clamabant. Tolle, tolle.} Interficere enim eum conantur, exprobratissima morte. unde subdunt. {Crucifige eum} formidantes, ne aliqua eius post ipsum fiat memoria. Tract.116. AVG. Adhuc autem Pilatus terrorem, quem de Cæsare ingesserant, superare conatur. unde subditur. {Dixit eis Pilatus. Regem uestrum crucifigam?} de ignominia eorum uolens eos frangere, quos de ignominia Christi mitigare non potuit. Sequitur. {Responderunt pontifices. Non habem⁹ Regem,

Hom.83. Regem, nisi Cæsarem. CHRY. Volentes seipsos submiserunt supplicio. propterea & Deus tradidit eos. Quia enim concorditer negauerunt regnum Dei, dimisit eos in suum iudicium incidere, regnum enim Christi refutantes id quod Cæsaris est super seipsos vocabant. Tract.116. AVG. Sed Pilatus timore mox vincitur. vnde sequitur. {Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.} Apertissime enim contra Cæsarem venire videretur, si Regem se nõ habere, nisi Cæsarem profitentibus: alium Regem vellet ingerere dimittẽdo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderunt occidendum. nõ autẽ dictum est. Tradidit eis illum, vt crucifigerent illum, sed {vt crucifigeretur}. s. iudicio, ac potestate præsidis. Sed ideo illis traditum dixit Euangelista, vt eos crimine implicatos, a quo alieni esse conabãtur ostẽderet. non enim faceret hoc Pilatus, nisi vt id quod eos cupere cernebat, impleret.

e Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, hebraice autẽ Golgotha. Vbi crucifixerunt eũ, & cum eo alios duos hinc & inde: medium autem Iesum. f Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice, græce, & latine. Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorum. Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. g Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem, &

e ¶ GLO. Ad mandatum præsidis milites Christum susceperunt crucifigendum. vnde dicitur. {Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt.} Tract.codẽ. AVG. Potest enim hoc iam referri ad milites apparitores præsidis. nam postea euidentius dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum, quàmuis Euangelista etiam si totum Iudæis tribuit, merito facit. ipsi enim fecerũt quicquid vt fieret extorserũt. Hom.84. CHRY. Sed quia lignum, vt prophanum putabant, & vitabant, & neque tangere ipsum sustinebant, crucem Iesu vt condemnato imponunt, vnde sequitur. {Et baiulans sibi cru. exi. in eum qui dr̃ Calua. lo. hebraice autem Golgo. vbi eum crucifixerunt.} Ita & in typo factũ est. Isaac etenim ligna portauit, sed tunc quidem vsque ad patris beneplacitum res processit. nunc autem in rebus effectũ obtinuit: veritas enim erat. THEO. Sed quodammodo, vt illic Isaac dimissus est, & mactatus est aries, sic & hic diuina natura manet impassibilis, sed humanitas secundum quam aries dicitur: tam quàm errantis arietis Adæ filius hic mactata est. Sed qualiter ali⁹ Euangelista dicit, q̧ angariauerunt Simonem, vt crucem portaret. AVG. de Con. Euan. Vtrumque factum inuenimus. primo id q̃d Lib.3. Ioannes dicit. deinde quod cæteri tres. vnde intelligitur, q̧ ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locum memoratum. AVGV. Tract.117. super Ioan. Grande spectaculum, sed si spectet impietas grande ludibrium, si pietas grande mysterium. Videt impietas Regem, pro virga Regni lignum sui portare supplicii. videt pietas Regem baiulantem lignum ad seipsum figendum quod fixurus fuerat, etiã in frontibus Regum spernendum oculis impiorum, in qua erant glorificatura corda sanctorum, ipsam crucem suam gestans humero commendabat, & lucernæ arsuræ quæ sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat. CHRY. Et sicut victores, ita & ipse Ho. eadem. in humeris portabat victoriæ signum. Quidam autem dicunt, q̧ in illo loco, qui Caluariæ dicebatur Adam mortuus est, & sepultus, vt in loco vbi mors regnauit, illic & Iesus tropheum statuerit. HIERO. super Matth. Fauorabilis interprætatio, & mulcens Cap.27. aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foris portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ quasi decollatorum sumpsere nomen. Adam vero sepultũ iuxta Ebron, & Arbeæ in Iesu filii Nauæ volumine legimus. CHRY. Ho.eadem. Crucifigebant autem eum cum latronibus. Vnde sequitur. {Et cũ eo alios duos hinc & inde: me. autem Iesum.} In hoc prophetiam implentes, quoniam cum iniquis reputatus est. Quæ enim conuitiantes faciebant, hæc veritati conferebant. volebat enim dæmon, quod fiebat obumbrare, sed non valuit. Tribus enim in cruce affixis miracula, quæ fiebant, nulli ascripsit, nisi soli Iesu: ita inanes diaboli artes factæ sunt. nec solum non obfuit gloriæ eius, sed contulit non parum. nam latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere, non minus fuit quàm concutere petras. AVG. Tamen & ipsa crux si attendas tribunal fuit. in medio enim iudice constituto, vnus latro qui credidit liberatus: alter, qui insultauit damnatus est: iam significabat quod facturus est de viuis & mortuis: alios positurus ad dextram, alios vero ad sinistram.

Hom. eadẽ. f ¶ CHRY. Sicut in tropheo literę ponuntur victoriam ostẽdentes, ita Pilatus titulum cruci Christi inscripsit. vnde dicitur. {Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. simul quidem pro Christo respondens, vt eum a communione latronũ discerneret, simul autem & de Iudæis vlciscens: ostendens. s. ipsorũ malitiam dum in suum Regẽ insurrexerunt. vnde sequitur. {Erat autem scriptũ. {Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.} BEDA. In A quo monstrabatur iam tum regnum ipsius, nõ vt ipsi putabant destructum, sed potius augmentatum. Tract.codẽ. AVG. Sed Iudæorum tantum Rex Christus est, an etiam Gentium? immo & Gentium. Cum enim dixisset. Ego autem sum constitutus Rex abeo super Syon montem sanctum eius. subiecit. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: magnum ergo volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, quia. s. oleaster fact⁹ est particeps pinguedinis oleæ, nõ olea particeps facta est amaritudinis oleastri: Rex ergo Iudæorũ Chr̃s, ẽm Iudęorũ circuncisionẽ non carnis, sed cordis, non litera, sed spiritu. Sequitur. {Hunc ergo titulum multi legebant Iudæorum, quia B prope ciui. etat lo. vbi cruc. est Iesus. Hom. eadẽ. CHRY. Credibile autem est multos Gentiles simul cum Iudæis propter festum conuenisse: & ideo vt nullus ignoraret, non in vna lingua, sed in tribus scripsit. vnde subditur. {Et erat scriptum hebraice, græce, & latine.} Tract.117 AVG. Hæc quippe tres linguę ibi præ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca propter Gentium sapientes. Latina propter Romanos multis & pene omnib⁹ tunc Gentibus imperantes. THEO. Significat autẽ superscriptio triplici sermone figurata dominum esse Regem practicæ, physicæ, necnon theologicæ. Nam per latinas literas figuratur practica, eo q̧ Romanorum imperium potentissimum satisque officiosum in expeditionibus fuerit. Per græcas vero literas physica figuratur. C Græci namque erga naturalium speculationem insudauerunt. Demum per hebraicas theologia prætenditur, dum Iudæis est credita rerum diuinarum agnitio. Hom.84. CHRY. Iudæi autem crucifixo inuidebant. vnde sequitur. {Dicebant ergo Pila. pon. Iu. Noli scri. Rex Iu. sed quia di. Rex sum Iudæorum.} Nam hæc quidem enunciatio est & communis sententia. Si vero adiiciatur. Quoniam ipse dixit, ipsius petulantiæ, & extollentiæ ostenderetur crimen esse. sed Pilatus in priori stetit mente. vnde sequitur. {Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi} O ineffabilem vim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium: nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam si dici potest clamoso silentio personabat? quod tanto ante in Psalmorum literis prophetatum est. Ne corrumpas tituli inscriptionem. Sed quid loquimini insani pontifices? numquid enim propterea nõ erit verum, quia Iesus ait Rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit? Ideo enim Pilatus quod scripsit, D scripsit, quia dominus quod dixit, dixit.

Trac.118. g ¶ AVG. Iudicante Pilato, milites qui ei parebant crucifixerunt Iesum. vnde dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & tamen si voluntates, si clamores eorum cogitemus, Iudæi magis crucifixerunt. sed de partitione sortitioneq; vestimentorũ eius, cæteri Euãgelistæ breuius & clause, iste vero apertissime locutus est. nam sequitur. {Et fece. quatuor partes vnicui. mi. partem,} vnde apparet quatuor fuisse milites qui in eo crucifigendo præsidi paruerunt. sequitur. {Et tunicam, subaudiendum est. Acceperunt,} vt iste sit sensus. {Acceperunt autẽ & tunicã.} & sic locutus est, vt de cæteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica quam simul cum cæteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens. {Erat autẽ tu. incon. desuper cõtexta per totũ. Hom. 84. CHRY. Ipsam speciem tunicæ Euangelista historice designat, quia enim E in Palestina duos pannos connectentes subtexunt indumẽta, ostẽdit Ioannes, q̧ talis erat tunica Iesu, occulte vilitatem vestimentorum insinuans. THEO. Alii vero dicunt, q̧ apud Palestinam telas contexunt, non velut apud nos texuntur, existente superius stamine, inferius vero texentibus, vt sic non versus partem supremam textura protẽdat, sed econtra. Tract.118 AVG. Cur autem de illa sortem miserint narrat, dicens. {Dixerunt ergo ad inuicem, non scin. eam. sed sor. de illa, cuius sit.} Apparet itaq; in aliis vestimentis æquales se habuisse partes, vt sortiri necesse non fuerit. In illa vero una non eos habere potuisse singulas partes, nisi scinderetur, vt pannos eius inutiliter tollerent, quod ne facerent ad unum eã peruenire sortione maluerunt Huius Euangelistæ narrationi cõsonat, & propheticum testimonium. unde subiungit. {Vt scriptura adimple. di. parti. sunt uesti. mea sibi, & in ue. meam mi. sortem. Hom.84 CHRY. Intuere prophetiæ certitudinẽ. non enim quæ partiti sunt solum, sed & quæ non partiti sunt. {Dixit igitur propheta, uestimenta quidem diuiserunt, sed non uestẽ sorti concesserunt.

AVG.

Tract.118. AVG. Matthæus dicendo, diuiserunt vestimenta eius sortē mit F tentes, totam diuisionem vestimentorum voluit intelligi & ad illā tunicam pertinere, de qua sortē miserunt. Tale est quod etiā ait Lucas: Diuidentes vestimenta eius miserunt sortes. Diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sortitio. Dicendo autem sortes, pluralē numerum prō singulari posuit. Marcus autem solus videtur intulisse aliquam quę stionē dicendo enim. Mittentes sortem super eis, quis quid tolleret, tamquam super omnibus vestimentis non super sola tunica sors missa sit, locutus videatur, sed hæc brævitas obscuritatē facit. Sic enim dictum est, mittentes sortem super eis, ac si diceret, mittentes sortem cum diuiderentur. Cum autem dicit. Quis qd tolleret. i. quis tunicām tolleret, tamquam si totum ita diceretur. mittentes sortem super eis, quis tunicam, quæ partibus æquabis superfuerat tolleret. Quadripartita autem vestis domini nostri Iesu Christi, quadripartitam figurauit eius ecclesiam, quatuor. s. partibus in orbe diffusam, & in eisdem æqualiter. i. concorditer distributam. Tunica vero illa sortita omniū partium significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur. Si autem charitas, & supereminentiorem habet viam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, secundum illud. Super omnia autem hæc, charitatem habete, merito vestis, quæ significatur desuper contexta perhibetur. Et addidit. {Per totū.} quia nemo eius est expers, qui pertinere inuenitur ad totum, a quo toto catholica vocatur ecclesia. Inconsutilis autem, ne aliquando dissuatur. & ad unum perue H nit, quia in vnum omnes colligit. In sorte autem Dei gratia commendata est. cum enim sors mittitur, non personæ cuiusque vel Hom. 84. meritis, sed occulto iudicio Dei creditur. CHRY. Vel sicut quidam dicunt, tunica inconsutilis desuper contexta per totum, secundum allegoriam ostendit, quoniam nō simpliciter homo erat, qui crucifixus est, sed & desuper deitatem habebat. THEO. vel aliter. Vestis inconsutilis denotat corpus Christi, quod a superiori parte contextum est. Spiritus enim sanctus superuenit, & virtus altissimi virgini obumbrauit. Hoc ergo sacrosanctum Christi corpus indiuisibile constat. nam & si diuidatur per singulos sanctificans vniuscuiusque animam simul & corpus: integre tamen & indiuisibiliter consistit in omnibus. At quoniam ex quatuor elemētis mundus consistit, intelligendum est pro Christi vestimentis, visibilem creaturam quam inter se diuidunt dæmones quoties mortis tradunt verbum Dei quod habitat in nobis, ac satagunt nos suę I Tract. 118. partis efficere per mundanas illecebras. AVG. Et ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, quid enim de ipsa cruce dicturi sumus, quæ similiter ab impiis facta est? tamen ea significari recte intelligitur quod ait Apostolus. Quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Lata est quippe in transuerso ligno, quo extenduntur pendentes manus, & significat opera bona in latitudine charitatis. Longa est a transuerso ligno vsque ad terram, & significat perseuerantiam in longitudine temporis. Alta est in cacumine, quo trasuersum lignum sursum versus excedit, & significat supernum finem, quò cuncta opera referūtur. Profunda est in ea parte, quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, sed cuncta eius apparentia inde consurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi non potest, vniuersa procedunt. Sed etsi crux Christi hoc solum significet quod ait Apostolus, Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & concupiscentiis, quàm magnum bonum est. Postre K mo quid est signum Christi, nisi crux Christi? quod signū nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur, siue oleō, quo chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo alūtur, nihil eorum vitæ proficitur.

h ¶ THEO. Cum milites quæ ad propriam spectabant socordiam prosequebantur, ipse genitricis cura sollicitus est. vnde dicitur. {Et milites quidem hæc fecerūt. Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.} AMBR. O in Epistolis. Maria mater domini ante crucem stabat filii. nullus me hoc docuit, nisi sanctus Ioannes Euāgelista. Mundū alii concussum in passione domini cōscripserunt, cœlum tenebris obductum, refugisse Solem, in paradisum latronē, sed post iam confessionem receptum. Ioannes docuit quod alii nō docuerunt, quemadmodum in cruce positus, matrem appellauerit. Pluris putauit, q victor suppliciorum pietatis officia matri exhibebat, quàm q regnum cœleste donabatur vitæ æternæ. nam si religiosum est, q latroni donatur vita, multo vberioris pietatis est quòd a filio mater tanto affectu honoratur. {Ecce, inquit, filius tuus, ecce mater tua.} Testabatur de cruce Christus, & inter matrem, atque discipulum diuidebat pietatis officia. Condebat dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentū. Et hoc eius testamentum significabat Ioannes: dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecuniæ, sed vitæ eternæ, quod non atramēto scriptū est, sed spiritu Dei viui. Lingua mea calamus scribę, velociter scribentis. Sed nec Maria minor quàm matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filii vulnera, quia expectabat non in pignoris mortem, sed mundi salutem, aut forte, quia cognouerat per filii mortem mundi redēptionē. Aula regalis etiam sua morte putabat se aliquid publico adiuturam munert. sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore seruauit. vnde & dicit, Factus sum homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem affectu parentis, sed nō quæsiuit alterius auxilium. Hanc imitamini matres sanctæ, quæ in vnico filio dilectissimo tantum maternæ virtutis exemplum dedit. neque enim vos dulciores liberos habetis, neque illud virgo quærebat solatium, vt alium posset generare filium. HIERO. contra Eluidium. Maria ista, quæ in Marco, & Matthæo Iacobi, & Ioseph mater dicitur, fuit vxor Alphæi, & soror Mariæ matris domini, quam Mariam Cleophæ nūc Ioannes cognominat a patre, siue a Gentilitate familiæ, aut quacūque alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia, atque alia videtur, q alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophæ, disce scripturæ consuetudinem, eundē hominem diuersis nominibus appellari. CHRY. Et considera, q imbecillius genus. s. mulierum virilius apparuit iuxta crucem stando, fugientibus discipulis. AVG. de Con. Euan. Nisi autem Matthæus & Lucas Maria Magdalene nominassent, potuisse eius dicere alias a longe, alias iuxta crucem fuisse, nullus enim eorum præter Ioannem matrem domini commemorauit. Nunc ergo quomodo intelligitur eadem Maria Magdalene, & a longe stetisse cum aliis mulieribus, sicut Matthæus, & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse sicut Ioannes dicit, nisi quia in tanto interuallo erant, vt iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderāt, & a longe in conspectu turbæ propinquius circumstantis cum Centurione & militibus? Possumus etiam intelligere, q illę quæ simul aderant cum matre domini, post quàm eam discipulo commendauit, abire iam cœperant, vt a densitate turbę se eruerent, & cętera quæ facta sunt lōgius intuerentur, vt cæteri Euangelistę, qui post mortem domini eas commemorauerunt: iam longe stantes commemorarēt. Quid autem interest ad veritatem, q quasdam mulieres pariter, quasdā singuli nominauerunt? CHRY. Et cum aliæ mulieres astarent, Ho. eadem. nullius alterius meminit nisi matris, docens nos plus aliquid matribus præbere. Sicut enim parentes circa spiritualia aduersantes, neque nosse oportet. ita quando nihil impediunt, omnia decet eis præbere, & alius præferre. vnde subditur. {Cum vidisset ergo Iesus matrē & discipulū stantem quem dilexerat, dicit matri suę. Mulier, Ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.}

G

Sed nec Maria minor quàm matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filii vulnera, quia expectabat non in pignoris mortem, sed mundi salutem, aut forte, quia cognouerat per filii mortem mundi redēptionē. Aula regalis etiam sua morte putabat se aliquid publico adiuturam munert. sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore seruauit. vnde & dicit, Factus sum homo sine adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem affectu parentis, sed nō quæsiuit alterius auxilium. Hanc imitamini matres sanctæ, quæ in vnico filio dilectissimo tantum maternæ virtutis exemplum dedit. neque enim vos dulciores liberos habetis, neque illud virgo quærebat solatium, vt alium posset generare filium. HIERO. contra Eluidium. Maria ista, quæ in Marco, & Matthæo Iacobi, & Ioseph mater dicitur, fuit vxor Alphæi, & soror Mariæ matris domini, quam Mariam Cleophæ nūc Ioannes cognominat a patre, siue a Gentilitate familiæ, aut quacūque alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia, atque alia videtur, q alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophæ, disce scripturæ consuetudinem, eundē hominem diuersis nominibus appellari. CHRY. Et considera, q imbecillius genus. s. mulierum virilius apparuit iuxta crucem stando, fugientibus discipulis. AVG. de Con. Euan. Nisi autem Matthæus & Lucas Maria Magdalene nominassent, potuisse eius dicere alias a longe, alias iuxta crucem fuisse, nullus enim eorum præter Ioannem matrem domini commemorauit. Nunc ergo quomodo intelligitur eadem Maria Magdalene, & a longe stetisse cum aliis mulieribus, sicut Matthæus, & Lucas dicunt, & iuxta crucem fuisse sicut Ioannes dicit, nisi quia in tanto interuallo erant, vt iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderāt, & a longe in conspectu turbæ propinquius circumstantis cum Centurione & militibus? Possumus etiam intelligere, q illę quæ simul aderant cum matre domini, post quàm eam discipulo commendauit, abire iam cœperant, vt a densitate turbę se eruerent, & cętera quæ facta sunt lōgius intuerentur, vt cæteri Euangelistę, qui post mortem domini eas commemorauerunt: iam longe stantes commemorarēt. Quid autem interest ad veritatem, q quasdam mulieres pariter, quasdā singuli nominauerunt? CHRY. Et cum aliæ mulieres astarent, Ho. eadem. nullius alterius meminit nisi matris, docens nos plus aliquid matribus præbere. Sicut enim parentes circa spiritualia aduersantes, neque nosse oportet. ita quando nihil impediunt, omnia decet eis præbere, & alius præferre. vnde subditur. {Cum vidisset ergo Iesus matrē & discipulū stantem quem dilexerat, dicit matri suę. Mulier, Ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.}

vt magnum quendam & mirabilem. vnde subditur. {Venit ergo & tulit corpus Iesu. AVGVST. de con. Euang. In extremo enim illo officio funeri exhibendo, minus curauit a Iudæis, quis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare. BED. Sedata enim vtcumque eorum sęuitia, eo qp se aduersus Christū pręualuisse gaudebāt, corpus Christi petiit, qm nō videbatur cau sa discipulat', sed pie taris venisse vt funeri officium impenderet, quod homines nō so lum bonis, sed etiam malis solent impendere. Adiungitur aūt ei & Nicodemus. vnde sequitur. {Ve. au. & Nico. qui ve. ad Ie. no. pri. se. mixtu. myr. & aloes quasi li. cen.} AVGVST. Non ita distinguendū est, vt dicamus primum ferēs mixturam myrrhæ, sed vt quod dictum est primum, ad superiorē sensum per tineat. Venerat enim ad Iesum Nicodemus nocte primum, quod idem Ioannes narrauit in prioribus euangelii sui partibus. hic ergo intelligendum est ad Iesum non tunc solum, sed tunc primū venisse Nicodemum, veniſſe autem postea, vt fieret audiendo discipulus Christi: ferūt autem pigmēta, quæ maxime corpus apta sunt quamplurimum conseruare, & non permittere cito subiici corruptioni, adhuc enim vt de nudo homine disponebant, sed tamen multam dilectionem demonstrabant. BEDA. Notandū est autem, quòd simplex vnguentum fuerit, quia est diuersis aromatibus licentiam conficiendi non haberent. Sequitur. {Acce. er. cor. Ie. & liga. eum lintheis cum aroma. sicut mos est Iud. sepeli.} AVGVST. In quo euangelista admonuit in huiusmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem illius gentis consuetudo vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, vt diutius seruarentur illęsa. AVGVST. De con. Euang. Neque autem hic Ioannes aliis repugnat, neque enim illi qui Nicodemum tacuerunt, affirmauerūt a solo Ioseph dominum sepultum, quamuis solius commemorationem fecerint, aut quia illi vna syndone a Ioseph inuolutum dixerunt propterea prohibuerunt intelligi, & alia linthea potuisse afferri a Nicodemo & superaddi vt verum narret Ioannes, quòd non vno lintheo, sed lintheis inuolutus sit, quamuis & propter sudarium quod capiti adhibebatur, & institas quibus corpus totum alligatum est, quia omnia de lino erāt, etiam si vna syndo ibi fuit, veracissime dici potuit. {Ligauerunt eum lintheis.} Linthea quippe generaliter dicuntur quæ lino texuntur. BEDA. Hinc ecclesiæ consuetudo descendit, vt corpus domini non in sericis & auro textis consecretur, sed in syndone munda. CHRY. Quia vero breuitate tēporis vrgebantur, nona enim hora mortuo Christo, deinde accedentibus ad pilatum, & deponentibus Christi corpus vespera imminebat, ideo ponunt eum in proximum monumentum. vnde subditur. {Erat au. in lo. vbi cruci. est hortus, & in hor. monu. no. in quo nondum quisquam po. fuerat.} Quod dispensatione factum est, ne alterius alicuius, qui cū eo iaceret æstimaretur resurrectio facta esse. AVGVST. Sicut etiam in Mariæ virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est, ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. THEO. Per hoc etiam quòd nouum fuit sepulchrū, mystice datur intelligi, quòd per Christi sepulturam omnes innouamur, morte & corruptione destructa. Attende etiam abundantiam pro nobis susceptę paupertatis. Nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro recōditur, & nudus existens, a Ioseph operitur. Sequitur. {Ibi ergo propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.} AVGVST. Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduesperasceret quando iam propter parasceuem, quam cœnā puram Iudæi latine vsitatius apud nos vocant, facere tale aliquid non licebat. CHRY. Propinquum autem fuit sepulchrum, vt discipuli possent cum facilitate accedere & consideratores fieri eorum, quæ eueniebant prope existente loco, & vt sepulturę testes essent etiam inimici custodientes sepulchrum, & vt falsus ostenderetur is, qui de furto sermo. BEDA. Mystice autem Ioseph interpretatur aptus pro acceptione boni operis, ad quod monemur vt corpus domini digne percipere mereamur. THEOPHIL. Nunc etiam quodammodo Christus apud auaros mortificatur in paupere famem patiente. Esto ergo Ioseph & tege Christi nuditatem, non semel sed in tuo tumulo spirituali considerando reconde, & cooperi, & misce mirrham & aloem amaricantia, considerādo vocem illam, Ite maledicti in ignem æternū, quæ nihil amarius est timo.

Tract. 120.

Lib. 3. c. 23.

Tract. 120.

Hom. 84.

Tract. 120.

CAP. XX.

Hom. 84.

IN A sabbati Maria Magdalene venit mane cū adhuc tenebræ eēnt ad monumētum, & vidit lapidem reuolutum a monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonē Petrū, & ad aliū discipulū quē amabat Iesus, & dicit Illis. Tulerunt dominum de monumento, & nescimus vbi posuerūt eū. Exiit ergo Petrus & ille ali' discipulus, & venerunt ad monumentum. {THEO. Sed si quæras quomodo astantibus custodibus venerunt ad monumentum, Rudis quæstio, qm postq dās resurrexit & vna cum terremotu affuit Angelus in sepulcro, recesserunt custodes annunciātes Pharisęis. AVG. Cum autem iam dixisset, venerunt ad monumentum, re gressus est, vt narraret quō venerunt, atque ait. {Currebāt autem duo simul, & ille ali' discipulus pcucurrit citius Petro & venit prior ad monumētū} vbi ostendit, qp ipse prior venerit, sed tā quam de alio cuncta narrat. CHRY. Veniens aūt considerat lintheamina posita. vnde sequitur. {Et cū se inclinasset, vidit posita lintheamina, nihil tū ipse plus perscrutatur, sed desistit. & hoc est quod subdit. {Nō tamen introiuit. Petrus vero vt feruidus introiens, vniuersa in spexit diligenter, & amplius vidit. vnde sequitur. {Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & intro in mo. & vi. lin. po. & sud. quod fu. su. ca. eius nō cum lin. po. sed separ. inuol. in vn. lo.} quod erat re surrectionis signū} Neque. n. siquidem eum transtulissent, corpus eius denudassent, neque si furati essent, huius rei fuissent solliciti, vt leuarent sudariū, & inuoluerent, & ponerent in vnū locū seorsum a lintheaminibus, sed simplr, vt se habebat suscepissent corp'. ideo enim Ioannes præmiserat, qm sepultus est cū myrrha, quæ cōglutinat corpori lintheamina, vt non decipiaris ab his, qui dicunt eum furto sublatum esse. Non. n. ita insensatus esset qui furaret, vt circa rem superfluā tū studium consumeret. Post Petrū aūt & Ioānes introiuit. vnde sequit. {Tunc ergo intro. & ille disci. qui vene. pri. ad mo. & vidit, & credidit. AVG. Nonnulli putant hoc Ioannem credidisse, qp Iesus resurrexerit, sed quod sequitur hoc non indicat. vidit ergo mane monumentū, & credidit quod dixerat mulier. nam sequitur. {Nondum. n. sciebant scriptu. quia opo. eum a mor. resur.} Non ergo eum credidit resurrexisse, quem nescīebat oportere resurgere. quando aūt ab ipso dño audiebant, quāmuis apertissime diceretur, consuetudine tamen audiendi ab illo parabolas non intelligebant, & aliquid aliud eum significare credebāt. GRE. in Ho. Hæc autem tam subtilis Euāgelistę descriptio a mysteriis vacare credenda non est, per Ioannem iuniorem synagoga, per seniorem vero Petrum ecclesia Gentiū designatur, quia etsi ad Dei culcum est prior synagoga q̄ ecclesia Gentium, ad vsum tamen sęculi prior est multitudo gentium q̄ synagoga. Cucurrerunt aūt simul, quia ab ortus sui tpe vsque ad occasum pari & cōi via, & si non pari & communi sensu gentilitas cum synagoga decucurrit: venit synagoga prior ad monumentū, sed minime intratuit, quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione, ac passione dominica audiuit, sed credere in mortuum noluit. {Venit aūt Simon Petrus, & introiuit in monumentum,} quia se cuta posterior ecclesia Gentium, Christū Iesum, & cognouit carne mortuum & viuentem credidit Deum. Sudarium autem capitis domini cum lintheaminibus nō inuenitur, quia caput Christi Deus & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione diuinę disiuncta sunt, eiusq; potentia creaturæ transcendit naturam. Non solum autem separatim, sed inuolutum inueniri dicitur, quia linthei quo inuolutur, nec initium, nec finis aspicitur. Celsitudo aūt diuinitatis nec recipit esse, nec desinit. Bene aūt additur in vno loco, quia in scissura mētium Deus non est: & illi eius gratiam habere merentur, qui se ab inuicem p sectarum scandala non diuidunt. Sed quia solet per sudarium labo rantiū sudor detergi: potest & sudarii nomine intelligi labor Dei. Sudarium ergo quod super caput eius fuerat, seorsum inuenitur, quia ipsa redemptoris nostri passio longe a nostra passione disiuncta est, qm ipse sine culpa pertulit quod nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succumbere voluit, ad quam nos venimus inuiti. Postq autem intrauit Petrus, ingressus est & Ioannes, quia in fine mundi ad redemptoris. fidem etiam Iudæa colligetur. THEO. Vel aliter. Intellige Petrum actiuum, & promptum: Ioannem vero contemplatiuum, & docilem erga rerum diuinarum habuisse peritiam. Plerumque autem præuenit contemplatiuus notitia, & docilitate, sed actiuus instantia feruoris, & sedulitate præcedit illius acumen, & prius inspicit diuinum mysterium.

Lib. 3. c. 24.

Tract. 120.

Cap. 9

Tract. 120.

Hom. 22.

Mom. 25. b ¶ GRE. in Hom. Maria aūt Magdalene, quę fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatē lauerat lachrymis maculas criminis, cuius mentē magna vis amoris accenderat, quæ a monumento dīt etiā discipulis recedentibus non recedebat. Dicitur. n. {Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.} AVG. ideſt vbi habitabant, & vnde ad monumentū cucurrerant. Viris aūt redeuntibus infirmiore sexum in eodē loco fortior figebat affectus. vnde sequit. {Maria aūt stabat ad monumentum foris plorans.} AVG. de Con. Euan. ideſt ante illū saxei sepulchri locū: sed tū intra illud spatiū, quo ia ingressę fuerant: hortus qp pe illic erat. CHRY. Ne mireris aūt qp Maria amare flebat ad sepulcrum: Petrus vero nihil tale passus est: cōpassibile n. est mulicbre gen', & natura flebile. AVG. Oculi igitur qui dum quęrerant, & non inuenerant lachrymis vacabant: amplius dolentes, qp fuerat ablatus de monumēto, q̄ qp fuerat occisus in ligno, qm magistri tanti, cuius vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat. AVG. de Con. Euan. Viderat aūt cum aliis mulieribus Angelum sedentē a dextris super lapidem reuolutum a monumento, ad cuius verba cum fieret, prosperit in monumentum. CHRY. Magnum. n. ad mitigationē est monumētum apparens: vide denique eam vt plus requiesceret, & inclinauit se, & volentem locum videre, vbi iacuit corp'. vnde sequitur. {Dū ergo fleret inclinauit se, & prospexit in monumentum.} GREG. Amanti. n. semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionē multiplicat inquisitionis. AVGVST. Nimium enim dolebat nec suis, nec discipulorum oculis facile putabat esse credendum, an potius diuino instinctu in animo eius effectum esset, vt prospiceret. GREGO. Quæsiuit enim corpus, & minime inuenit: perseuerauit vt quereret: vnde & contigit vt inueniret, actumque est vt desideria dilatata crescerent, & crescentia caperent quod inuenissent. Sancta enim desideria dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Ista itaque quę sic amat, quę se ad monumentum quod prospexerat iterum inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur enim. {Et vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes. vbi positum fuerat corpus Iesu.} CHRY. Quia enim non erat excelsa mulieris mens vt ex fudariis perciperet resurrectionem, Angelos videt in leto habitu, vt & ipsa a passione mitigetur. AVGVSTINVS. Quid est autem, qp vnus ad caput, & alter ad pedes sedebat, an quoniam qui grece Angeli dicuntur, latine sunt nuncii? Isto modo Christi euangelium velut a capite vsque ad pedes, ab initio vsque in finem signabant esse nunciandum. GREGO. Vel ad caput sedet Angelus cum per Apostolos prędicatur, quia in principio erat verbum. & quasi ad pedes sedet, cum dicitur. Verbum caro factum est. Possumus etiam per duos Angelos, duo testamenta agnoscere, quę dum pari sensu incarnatum & mortuum, ac resurrexisse dominum nunciant, quasi testamentum prius ad caput, & testamentum posterius ad pedes sedet. CHRY. Angeli aūt apparentes nihil de resurrectione dicunt, sed paulatim in eum, qui de resurrectione est, intrant sermonem. Quia enim mulier vitra consuetudinem prędarum habitum videbat, ne turbetur, audiuit compassionis vocem. vnde sequitur. {Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras?} Angeli lachrymas prohibebant, & futurum quodammodo gaudium nunciabant. Ita enim dixerunt. {Quid ploras?} ac si dicerent, plorare noli. GREG. Ipsa enim sacra eloquia, quęnos in lachrymas amoris excitant, eaſdem lachrymas consolantur dum nobis Redemptoris nostri speciem repromittunt. AVGVSTINVS. At illa eos putat interrogasse nescientes causas prodit lachrymarum. Vnde sequitur. {Dicit eis, quia tulerunt dominum meum.} Dominum suum vocat dominī sui corpus exanime, a toto partem significans, sicut omnes confitemur Iesum Christum filium Dei sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. Sequitur: {Et nescio vbi posuerunt eum.} Hęc erat causa maioris doloris, quia nesciebat quo iret ad consolandum dolorem. CHRY. Nondum autem de resurrectione aliquid nouerat, sed adhuc translationem imaginabatur. AVGVST. de Con. Euange. Hic intelligendi sunt surrexisse angeli, vt etiam stantes viderentur, sicut Lucas eos visos esse commemorat.

Trac. 120.

Hom. 84

Tract. 120.

Hom. 84.

Tract. 120.

Hom. 84.

Tract. 120.

Hom. 84.

Universidad de ... Bibliot

Tract. 121. AVG. super Ioan. Sed hora iam venerat, qua id quod nunciatũ quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus: gaudium succederet flentibus. vnde sequitur. { Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum.} Hom. 85. CHRY. Sed quare ad Angelos loquens, & nondũ ab eis aliquid audiens conuertitur retrorsum? Mihi videt, ꝙ hæc ea dicente, Christus post eam apparuit, & Angeli considerantes dominatorem, & figura, & inspectione & motu confestim ostenderunt, quoniam dominum viderunt, & hoc est quod mulierē cōuerti retrorsum fecit. Homi. 23. GRE. Notandũ etiam, ꝙ Maria, quæ adhuc de domini resurrectiōe dubitabat conuersa retrorsum est, vt videret Iesum, quia videlicet per eādem dubitationem suam quasi tergum in dñi faciem miserat, quē resurrexisse minime credebat.

Iesum stantem, & non sciebat, quia Iesus est. Dicit ei Iesus. Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei. Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere. Nondum enim ascēdi ad patrē meum. Vade autem

Sed quia amabat, & dubitabat, videbat, & non agnoscebat eum. vnde sequitur. { Et vidit Iesum stantē & non sciebat quia Iesus esset. Hom. 85. CHRY. Angelis.n. vt dominator apparuit, mulieri vero non ita, ne eam ex prima visione stupefaceret. non enim oportebat eam repente ad excelsa reducere, sed paulatim. Sequitur. { Dicit ei Iesus. Mulier quid ploras? quem quæris? Homi. 25. GRE. Interrogatur doloris causa vt augeatur desiderium, quatenus cum nominaret quem quæreret, in amorem eius ardentius æstuaret. Hom. 85. CHRY. Et quia in cōmuni figura apparuit: æstimauit eum hortulanum esse. vnde sequitur. {Illa æstimans qa hortulanus esset: dicit ei: Dñe si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum, vt ego eum tollam. hoc est: si propter timorem Iudæorum leuasti eum, dicito mihi & ego eum accipiam. THEO. Timebat.n. ne iudæi etiam corpori inseruirent exanimi: & ideo volebat in alio loco incognito illud transponere. GREG. Forsitan aũt nec errando hæc mulier errauit, quę Iesum hortulanum credidit: an non ei spiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore per amoris sui vim semina virtutum virentia plantabat? Sed quid est, ꝙ viso eo quem hortulanum credidit, cui nec dum dixerat quem quærebat ait. {Dñe si tu sustulisti eum?} Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse semper cogitat, nullũ aliũ credat ignorare. Postq̃ aũt eam dñs cōi vocabulo appellauit ex sexu, & agnitus non est, vocat ex nomine. vnde sequitur. { Dicit ei Iesus. {Maria,} ac si dicat. Recognosce eum, a quo recognosceris. Maria ergo, quia vocatur ex nomine, recognoscit auctorem, quia & ipse erat, qui quærebatur exterius, & ipse qui eam interius, vt quæreret docebat. vnde sequitur. {Conuersa illa dicit ei. {Rabboni,} quod dicitur magister. Hom. 85. CHRY. Sicut.n. Iudæis quandoque immanifestus erat & præsens: ita & loquens cũ volebat seipsum notum faciebat. Qualiter aũt conuersa dicit cum Christus ad eā loqueretur? Mihi videtur, ꝙ dicente ea: Vbi posuisti eum, cōuersa est ad angelos, vt interrogaret, cur stupefacti essent. Deinde Christus vocans eam, conuertit eam ad seipsum, & per vocem manifestum seipsum fecit. Tract. 121. AVG. Vel quia prius conuersa corpore, qđ non erat putauit, nunc corde conuersa, quod erat agnouit. Nemo autē calumnietur mulierē, ꝙ hortulanum dixerit dñm, & Iesum magistrum. ibi.n. honorabat hominem a quo beneficium postulabat. hic recolebat doctorem, a quo discernere humana & diuina discebat. Aliter ergo dum dixit. Sustulerunt dñm meum. aliter aũt. Hom. 25. {Dñe si tu sustulisti eum.} GREG. Iam vero ab Euangelista non subditur quid mulier fecit, sed ex eo innuitur quod audiuit. Sequitur. {Dicit ei Iesus. Noli me tangere.} In his namque verbis ostenditur, ꝙ Maria amplecti voluit eius vestigia, quem recognouit. Sed cur tangi non debeat ratio quoque additur, cum subiungitur. Tract. 121. {Nondum.n. ascen. ad pa. meum. AVG. Sed si stans in terra non tangitur, sedens in cœlo qũo ab homine tangetur, qui certe anteq̃ ascenderet discipulis suis se obtulit tangendum dicens, Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, vt Lucas testatur. Quis autem tam sit absurdus, vt dicat eum a discipulis quidem antequam ascendisset ad patrem, se voluisse tangi, a mulieribus autem noluisse, nisi cum ascendisset ad patrem? Sed leguntur etiam fœminæ post resurrectionem antequam ad patrem ascenderet tetigisse Iesum, in quibus erat etiam ipsa Maria Magdalena, narrante Matthæo. Aut ergo hoc sic dictum est, vt in illa fœmina figuraretur ecclesia de Gentibus, qui in Christum nō credidit, nisi cum ascendisset ad patrem, aut sic in se credi voluit Iesus: hoc est sic se spiritualiter tangi, quòd ipse & pater vnum sunt. Eius quippe in intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualem. Quomodo autē hæc

F non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? AVG. 1. de Tri. Tactus autem tamquam finem facit notionis. Ideoque nolebat in eo esse finem intenti cordis in se, vt hoc quod videbatur tantummodo putaretur. Cap. 9. CHRY. Vel aliter. Hom. 85. Volebat hæc mulier adhuc cum Christo esse, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum excogitabat, quàmuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Ab hac ergo intelligentia eam abducēs dixit. Noli me tangere, vt cum multa reuerētia ei loquatur. vnde nec discipulis apparet de reliquo cum eis conuersans, vt reuerentius ei attendat dicens. Nondũ enim ascendi, ostēdit qm̃ illuc properat

ad fratres meos, & dic eis. Ascēdo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi.

G c Cum ergo sero esset die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erāt discipuli cōgregati pp metũ Iudæorũ; venit Iesus, & stetit ī medio, & dixit eis.

& festinat. Eum aũt qui illuc debet abire, & non vltra cum hominibus conuersari non oportebat cum eadem videre mente qua & ante. & hoc manifestat consequenter dicens. {Vade au. ad fra. meos & dic eis. Ascen. ad pa. meum & pa. ve. Deum meum, & Deum ve.} HILA. 1. de Tri. Inter cæteras impietates suas etiā hoc dicto dñi vti solent hæretici, vt per id ꝙ pater eius p̃r eorũ est, & Deus eius, Deus eorum est in natura Dei non sit, sed in forma Dei manens, formam serui assumpsit. Et cum hoc ad homines in serui forma Christus Iesus loquatur, non ambigitur quin pater sibi vt cæteris sit ex ea parte, qua homo est, & Deus sibi, vt cunctis sit ex ea natura, qua seruus est. Denique hunc eundem sermonem cœpit dicens. { Vade ad fratres meos.} Fratres autem ex carne sunt Deo. Cæterum vnigenitus Deus in vnigeniti exceptione sine fratrib? est. AVG. Vel aliter. Non ait patrem nostrum. sed patrem meum & patrem vestrum. Aliter ergo meum, aliter vestrũ, natura meũ, gratia vestrum. Neque dixit Deum nostrum, sed Deum meũ, sub quo ego homo & Deũ vestrũ, inter quos & ipsum mediator sum. AVG. de Con. Euan. Tunc ergo egressa est a monumento, hoc est ab illo loco vbi erat horti spacium ante lapidem effossum, & cum illa aliæ quas s̃m Marcum inuaserat tremor, & pauor, & nemini.s. aliorum quicquam dicebant. vnde & hic dr̃. { Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dñm, & hæc dixit mihi.} GRE. Ecce humani generis culpa ibi absconditur vnde processit. quia enim in paradiso mulier viro propinauit mortem, a sepulcro mulier viris annunciauit vitam, & dicta sui viuificatoris narrat, quæ mortiferi serpentis verba narrauerat. AVG. de Con. Euan. Dum autem cum aliis ueniret: tunc s̃m Matthæum occurrit illis Iesus dicens. Auete. Sic ergo colligimus Angelorum collocutionem bis numero eas habuisse venientes ad monumentum, & etiā ipsius domini. semel scilicet quando Maria hortulanum putauit, & iterum cum eis occurrit in uia, ut eas repetitione firmaret. & sic uenit Maria Magdalene annuncians discipulis, non solum ipsa, sed & aliæ, quas Lucas commemorat. BEDA. Mystice autem Maria, quæ interpretatur domina illuminata, illuminatrix, seu stella maris, significat ecclesiam, quæ Magdalena, idest Turrensis dicitur. nam Magdalon græce, latine turris dicitur, propter illud quod dicitur in Psalmo. Factus est mihi turris fortitudinis. In eo autem, quòd hæc mulier discipulis Christum resurrexisse nunciauit, omnes monentur, maxime quibus est commissum prædicandi officium, ut si quid ei cœlitus reuelatum fuerit, studiose proximis propinent.

[Ante med. — Tract. 121. — Lib. 3. c. 24. — Lib. 3. c. 24.]

c ¶ CHRY. Audientes discipuli quod Maria annunciauit, cōsequens erat, ut aut discederent, aut credentes dolerent, quoniam eos non reputauit dignos sua uisione. Hæc igitur recogitantes, neque per unam diem dimisit pertransire, sed ex eo quòd sciebant iam suscitatum esse, videre sitientibus, & timidis existentibus, cum sero factum esset ipsis astitit. vnde dicitur. { Cum ergo sero esset die vno sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum.} BEDA. In hoc infirmitas apostolorum monstratur, qui foribus clausis intus congregati resident propter timorem Iudæorum, quorum metu fuerant prius dispersi. { Venit Iesus & stetit in medio.} Ideo autem sero apparuit, quia consequens erat tunc maxime eos timidos esse. THEOPH. Vel quia præstolabatur, vt omnes conuenirent. Ostiis vero clausis, vt ostendat, quia eodem modo resurrexit adiacente lapide super monumentum. AVGVST. In Ser. Pasch. Nonnulli autem de hac re, ita mouentur, vt pene periclitentur afferentes contra miracula diuina præiudicia ratiocinationum suarum. Sic.n. disputant. Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, Serm. 2.

[Hom. 85.]

Quomodo

quomodo per ostia clausa intrare potuit? Si compræhendis modum: non est miraculum. vbi deficit ratio: ibi est fidei ædificatio. A Tract. 121. AVG. super Ioan. Moli quidē corporis vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit quo nascente virginitas matris inuiolata permāsit. CHRY. Sed mirabile est qualiter phantasma eum non æstimarunt, sed hoc fuit quia mulier præueniens, in eis multā fidem operata est. Sed & ipse per visum manifestum se eis ostendit, & voce eorum fluctuantem mentem firmauit. vnde sequitur. {Et dixit eis Pax vobis, idest, ne tumultuemini.} In quo etiā cōmemorat verbum qđ ante crucem dixerat. Pacem meā do vobis,

Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hæc cũ dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retēta sunt. Thomas autem, vnus ex duodecim, qui dicitur Didym?,

& rursus. In me pacem habebitis. GREG. Et quia ad illud corp? quod videri poterat fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus & latus, vnde sequitur. { Et cum hoc dixisset, ostēdit eis manus & latus.} Claui enim manus fixerant, lancea latus aperuerat. ibi ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia. Hom. 85. CHRY. Et quia ante crucem eis dixerat. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. hoc opere impletur. vnde sequitur. Cap. 19. {Gauisi sunt discipuli viso domino.} AVG. 22. de Ciui. Dei. Claritas, qua iusti fulgebunt, sicut Sol in regno patris sui, in Christi corpore, cum resurrexit ab oculis discipulorum potius absconditа fuisse, q̃ defuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille a suis ita deberet attendi, vt posset agnosci. Ho. eadem. CHRY. Vniuersa autem hæc eos ad fidem certissimam inducebant, quia vero prælium inexpugnabile habebant ad Iudæos, rursus eis pacem annunciat. vnde sequitur. {Dixit eis ergo iterum. Pax vobis.} BEDA. Iteratio confirmatio est, siue ideo repetit, quia gemina est virtus charitatis, vel quia ipse est, qui fecit vtraque vnum. Ho. eadem. CHRY. Simul quoque demonstrat crucis efficaciam, per quam soluit omnia tristia, & contulit omnia bona, & hoc est pax. mulieribus autem supra annunciatum est gaudium, quia in tristitiis illud genus erat, & hanc suscepit maledictionem dicente domino. In dolore paries. quia ergo vniuersa prohibentia sunt destructa, & directa sunt omnia, de reliquo subdit. {Sicut misit me pater, & ego mitto vos.} GREG. Pater quidem filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Itaque dicitur. { Sicut misit me pater, & ego mitto vos,} idest ea charitate vos diligo, cũ inter scandalum persecutorum mitto, qua me charitate pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Tract. 121. AVG. Aequalem autem patri filium nouimus, sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo. Ille me, & ego vos. Ho. eadem. CHRY. Sic igitur eleuauit eorum animum, & ab his quæ facta sunt, & a dignitate mittentis, & non adhuc deprecatio ad patrem fit, sed sua auctoritate dat eis virtutem. vnde sequitur. { Hæc cum dixisset, insufflauit & dixit eis. Accipite spiritumsanctum.} Cap. 20. AVG. 4. de Trini. Flatus ergo ille corporeus substantia spiritussancti non fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a patre, sed etiam a filio procedere spiritum sanctum. Quis enim dementissimus diceret alium fuisse spiritum, quem sufflans dedit, & alium, quem post ascensionem suam misit? Hom. 26. GRE. Cur autem prius in terra discipulis datur, postmodum de cœlo mittitur? nisi ꝙ duo sunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei, & dilectio proximi. in terra datur spiritus, vt diligatur proximus. ex cœlo datur spiritus, vt diligatur Deus. sicut ergo vna est charitas, & duo præcepta, ita vnus est spiritus, & duo data prius a consistente domino in terra, postmodum datur ex cœlo, quia proximi amore dicitur qualiter præ E ueniri debeat ad amorem Dei. Hom. eadē. CHRY. Quidam autem dicunt quoniam non spiritum dedit, sed aptos eos ad susceptionem spiritus per insufflationem construxit. Si enim Angelum videns Daniel excessum mentis passus est, quid ineffabilem illam gratiam suscipientes passi essent, nisi discipulos suos primitus instruxisset? Nequaq̃ aũt quis peccabit, dicens tunc suscepisse eos quandam potestatem spũalis gratiæ, non vt mortuos suscitent, & miracula faciant, sed vt dimittant peccata. vnde sequitur. {Quorum rem. pec. Tract. 121. remit. eis, & quo. retinue. reten. sunt eis.} AVG. Ecclesiæ charitas quæ per spiritumsanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorũ peccata dimittit: eorum aũt qui non sunt eius participes tenet. ideo postq̃ dixit. {Accipite spũmsanctum} cōtinuo de Homil. 26. peccatorum remissione, & retentione subiecit. GRE. Sciendum vero est, ꝙ hi qui prius spũmsanctum habuerunt, vt & ipsi innocētes viuerent, & in prædicatione quibusdā prodessent: idcirco hūc post resurrectionem dñi patenter acceperunt, vt prodesse non paucis, sed pluribus possent. Libet ergo intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen gloriæ sint producti. Ecce non solum de seipsis securi fiunt, sed etiam principatum superni iudicii sortiũtur, vt vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam vero relaxent: horum nunc in ecclesia epi locũ tenēt, & soluēdi, ac ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradũ regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ.

non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in loco clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nō credam.

B d Et post dies octo, iterum erāt discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit ī medio, & dixit eis.

CHRY. Sacerdos.n. etsi propriam bene dispensauerit vitā, aliorum vero non cũ diligentia curā habuerit, cum pernitiosis in gehennam vadit. Hom. 85. Scientes igitur periculi magnitudinē, multam tribuite eis deuotionem, & etiā si non valde nobiles fuerint: non aũt iustum est ab his, qui in principatu subiiciuntur iudicari, & si vita eorum fuerit valde detractabilis, in nullo lædens in his, quæ sunt eis commissa a Deo. non.n. Sacerdos, sed neq; Angelus, aut Archāgelus operari aliquid potest in his quæ sunt data a Deo. Sed pater & filius, & spũssanctus omnia dispensant. Sacerdos aũt suā linguā, & manum tribuit. non.n. iustum esset, vt pp alterius malitiam circa symbola nostræ salutis lædi eos, qui ad fidem veniunt. Oĩbus aũt discipulis congregatis, solus Thomas deficiebat a dispersione, C quæ iam facta erat, vnde dr̃. {Thomas aũt vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando uenit Iesus. ALCVI. Didymus græce, latine geminus, uel dubius, pp dubium cor in credendo: Thomas abyssus, quia altitudinem diuinitatis certa fide penetrauit. διδυμος. Homi 26. GRE. Non aũt casu gestum est, ut electus ille discipulus tunc deesset. Egit namque miro modo superna clementia, ut discipulus dubitans dum in magistro suo uulnera palparet carnis, in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Plus.n. nobis infidelitas Thomæ ad fidem, q̃ fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. BEDA. Quæri aũt potest, quare hic Euangelista tunc Thomā defuisse dicat, cum Lucas scribat ꝙ duo discipuli euntes in Emaus, reuersi in Hierusalem inuenerunt undecim congregatos, sed datur intelligi quoddam fuisse interuallũ quod ad horam Thomas egressus sit, & Iesus ueniens in medio eorum stetit. Hom. 86. CHRY. Sicut aũt simpliciter, & qualitercumque credere facilitatis est; ita multum inuestigare est crassissimę mentis, D & propter hoc Thomas accusatur. Apostolis enim dicentibus, qm̃ uidimus dñm, non credidit, non tm̃ illis discredens, quantum rem putans impossibilem esse. unde sequitur. {Dixerunt ergo ei alii discipuli, uidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meā in latus eius, non credā.} Aliis enim crassior existens eam quæ est per sensum crassissimum. s. tactum quærebat fidem, & neque oculis credebat. unde non sufficit ei dicere. Nisi uidero, sed addidit. {Et mittam digitum meum in loca clauorum, &c.}

d ¶ CHRYSOSTOMVS: Considera dominatoris clementiam, qualiter & pro una anima ostendit seipsum uulnera habentem, & accedit, ut saluet unum. Hom. 86. & nimirum discipuli annunciantes, digni erant fide, & ipse promittens. Sed tamen quia solus Thomas quæsiuit, neque hoc eum priuauit Christus, non autem statim ei apparet, sed post dies octo, ut in medio a discipulis admonitus accendatur in maius desiderium, & fidelior fieret in futurum. unde dicitur. { Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit. Pax uobis.} Serm. 2. oct. AVGVSTINVS in Sermo. passio. Quæris a me, & dicis: si per ostia clausa intrauit, ubi est corporis modus? & ego respondeo: si super mare ambulauit, ubi est corporis pondus? sed fecit illud dominus tamquam dominus: numquid Homi. 86. igitur, quia resurrexit destitit esse dominus? CHRY. Stat itaq; Iesus, & non expectat a Thoma interrogari, sed ut ostendat quoniam cum loquebatur ad condiscipulos aderat, eisdem uerbis vsus est. Et primo quidem increpat, uel improperat. unde sequitur. { Deinde dicit Thomæ: infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.} secundum autem erudit dicēs. {Et noli esse incredulus, sed fidelis.}

Vide quoniam infidelitatis erat ambiguitas, antequam spiritum sanctum acciperet: postea autem non, sed firmi erant de reliquo. Dignum autem est quærere, qualiter corpus incorruptibile typos habebat clauorum, sed ne tumultueris, condescensionis enim erat vt discerent, quoniam ipse erat, qui crucifixus fuerat. AVG. de Symbolo. Posset autē si vellet de corpore suscitato & clarificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis abstergere. sed sciebat quare cicatrices in suo corpore reseruaret. Sicut enim demōstrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis suis vulnera demōstraturus é sua: non q̄ eis dicat sicut Thomæ, Quia vidisti, credidisti, sed vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera, quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniā per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. AVGVST. 22. de Ciuita. Dei. Nescio autem quomodo etiam sic afficimur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo Regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus. non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam, quāmuis in corpore non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. nec ideo tamen si aliqua martyribus amputata, & ablata sunt membra, sine ipsis membris in resurrectione erunt mortuorum, quibus dictum est. Capillus capitis vestri non peribit. Sed si hoc decebit in illo nouo sæculo, vt inditia gloriosorum vulnerum in illa immortali carne cernantur vbi membra, vt prę scinderentur percussa, vel secta sunt ibi cicatrices, sed tamen eisdem membris redditis non perditis, apparebunt. Quāmuis igi
Hom.26 tur omnia quæ acciderant corpori vitia tunc non erunt: non sunt tamen appellanda vitia, sed virtutis inditia. GREGORIVS in Homil. Palpandam autem carnem dominus præbuit, quam clausis ianuis introduxit, qua in re duo mira, & iuxta humanam rationem valde sibi contraria ostendit: dum post resurrectionem corpus suum incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur, & incorruptibilem se ergo & palpabilem demonstrauit, vt profecto post resurrectionem esse ostenderetur corpus suum, & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. GREGORIVS 14. Moral. Corpus etiam
Cap. 31. nostrum in illa resurrectionis gloria erit quidem subtile per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ. non autem sicut Eutices scripsit impalpabile, & ventis, aereque
Tract. 121. subtilius. AVGVSTINVS. Videbat autem Thomas, tangebatque hominem, & confitebatur Deum, quem non videbat, neque tangebat, sed per hoc quod videbat, atque tangebat, illud iam remota dubitatione credebat. vnde sequitur. ¶ Respondit Thomas, & dixit ei. Dominus meus & Deus meus. ¶ THEO. Qui prius infidelis fuerat: post lateris tactum optimum se theologum ostendit. Nam duplicem naturam vnicamque hypostasim Christi edisseruit. dicendo enim Dominus meus, humanam naturam, dicendo vero Deus meus: diuinam confessus est, & vnum & eundem Deum & dominum. Sequitur. ¶ Dicit ei Iesus. Quia vi
Tract. 121. K disti me, credidisti. ¶ AVG. Non ait, tetigisti me, sed ¶ vidisti me ¶ quoniam generalis quodammodo est sensus visus. nam & per qua tuor alios sensus nominari solet, velut cum dicimus. Audi & vide quàm bene sonet, olfac & vide quàm bene oleat, gusta & vide q̄ bene sapiat, tange & vide quàm bene caleat. vnde & hic dominus dicit. Infer digitum tuū huc & vide manus meas. Quid aliud ait quàm tange & vide? nec tamen ille oculos habebat in digito: ergo siue intuendo, siue etiam tangendo, hoc ait. ¶ Quia vidisti me, credidisti, ¶ quāmuis dici possit non ausum fuisse discipulum tangere cum se offerret ille tangendum. GREGO. Sed cum Apostolus dicat: fides est substantia sperandarum rerum, argumentum nō apparentium, profecto liquet, quia quæ apparent: iam fidem non habent, sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, cum palpauit, cur ei dicitur: ¶ Quia vidisti me, credidisti? ¶ sed aliud vidit, aliud credidit: hominem vidit, & Deum confessus est. Lætificat autem valde quod sequitur. ¶ Beati qui non viderunt, & crediderunt. ¶

Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit. Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus. Quia vidisti me Tho G ma, credidisti: beati qui non viderūt, & crediderunt. Multa qui dem & alia signa fecit Iesus in cōspectu discipulorum suorum, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt vt credatis, quia Iesus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

In qua sententia nos specialiter significati sumus, qui eum quē F carne non vidimus mente retinemus: si tamen fidem nostram operibus sequimur. Ille enim vere credit, qui exercet operando quod credit. AVGVSTINVS. Præteriti autem tempo- Tract. 121.
ris vsus est verbis, tamquàm ille qui id quod erat futurum, in sua nouerat prædestinatione iam factum.

CAP. XXI.

POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare tyberiadis. Manifestauit Hom.86.
autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galileæ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo. Dicit ei Simon Petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus & nos te cum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto ste Hom.86.
tit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri, quæ non sunt scripta in libro hoc, ¶ sed nec alii omnia dixerunt, sed quæ erant sufficientia attrahere ad fidem audientes. Mihi autem videtur hic dicere ea quæ post resurrectionem sunt signa: & ideo dicit in conspectu discipulorum suorum, cum quibus solis post resurrectionem conuersatus est. deinde vt discas, quoniam non solum discipulorum gratia signa fiebant, induxit. ¶ Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei: ¶ communiter ad humanam naturam loquens, & vt ostendat quoniam non illi qui credit, sed nobis ipsis vtile est credere, subdit. ¶ Et vt credētes vitam habeatis in nomine eius, ¶ ideſt per Iesum: ipse autem est vita.

CAP. XXI.

AVG. Quod immediate Euangelista præmiserat, velu- Tract. 122.
ti huius libri indicat finem, sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dominus ad mare Tyberiadis. vnde dicitur. ¶ Postea manifestauit se Iesus iterum ad mare Tyberiadis. CHRY. Dicit autem: postea, Hom.86.
I quia non continue cum eis ambulabat vt antea. Dicit etiam. Manifestauit se, quia non videretur nisi condescenderet, quia incorruptibile erat corpus. Loci autem meminit, ostendens quoniā plurimum timoris eis dominus abstulerat, vt de reliquo ipsi longe a domo procedant non vltra in domo concluſi, sed in Galilæā ierant, periculum declinantes iudaicum. BEDA. More autem solito Euangelista prius retulit causam: deinde quemadmodum res gesta sit, enarrat. vnde sequitur. ¶ Manifestauit autem sic. CHRYS. Quia vero neque dominus cum eis continue erat, Hom.86.
neque spūs datus erat, neq; aliquid tunc erat eis commissum, neq; aliquid habebant agere, artem piscatoriam tractabant. vnde sequitur. ¶ Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galileę. ¶ qui. Cvocatus est a Philippo, & filii Zebedæi. Iacobus, & Iohannes, & alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simō Petrus. Vado piscari. ¶ GRE. in Ho. Quæri pōt cur Petrus, qui piscator ante cō Hom.24
uersionem fuit, post conuersionem ad piscationem redierit, cum veritas dicat. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciēs retro, aptus est regno Dei. AVG. Quod si fecissent discipuli, defuncto Trac.122.
Iesu priusquàm resurrexisset a mortuis, putaremus eos illa, quę animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum, post inspecta vulnerum loca: post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, subito fiunt sicut fuerant non hominum, sed piscium piscatores. Respondendum est ergo non eos fuisse prohibitos ex arte sua licita victū necessariū quęrere, sui Apostolatus integritate seruata, si quando vnde viuerent aliud non haberent. Sic enim beatus Paulus ea potestate, quam profecto cum cęteris euangelii prędicatoribus habebat: non cum cęteris vteretur, sed stipendio suo militaret, ne gētes a noie Christi positas alienas, doctrina eius quasi venalis ostenderet, aliter educatus artem quam non nouerat didicit, vt dum suis manibus transigitur doctor, nullus grauaretur auditor, quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad prędens illud tēpus, aliud vnde viueret nō inuenit. Sed respōdebit quispiā. Et cur nō iuuenit, cum dñs ꝓmiserit dicens, Quęrite primum

primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur A vobis. Prorsus etiam dominus quod promisit impleuit. nam quis alius pisces qui caperentur apposuit, qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam qua cogerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum? GREG. in Hom. Negociū
Hom.24. ergo quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc & post cōuersionem repetere culpa non fuit. vnde post conuersionē suā ad piscationem Petr⁹ redit. Matthęus vero ad thelonei negociū non resedit. Sunt.n. pleraque negotia quę sine peccatis exhiberi, aut vix aut nullater⁹ possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est vt post conuersionē ani
Hom.86. mus non recurrat. CHRY. Alii autem discipuli sequebantur Petrum. vnde dicitur, ¶ Dicit ei, venimus & nos tecum ¶ Colligati .n. de reliquo sibiinuicem erant. Simul volebant piscationem vi
Hom. 24. dere. Sequitur. ¶ Et exie. & ascen. in nauim. ¶ In nocte autem piscabantur, quia adhuc formidolosi erant. GREG. Facta est autē discipulis piscationis magna difficultas, vt veniente magistro, fieret admirationis magna sublimitas. vnde sequit. ¶ Et illa no. nihil
Hom.86. prendiderunt. CHRY. Laborantibus aūt, & afflictis discipulis assistit Iesus. vnde sequitur. ¶ Mane aūt facto ste. Ie. in lit. non tamen cog. discipuli quia Iesus est. ¶ Non.n. seipsum mox eis ostendit, sed voluit & allocutioné cum eis inire. Et primo loquitur eis humani⁹. nam sequitur. ¶ Dicit eis Ie. Pu. numquid pulmen. habetis? ¶ Hoc aūt dicit quasi ab eis aliquid emere vellet. vt aūt timuerunt, eis signum ostendit per quod cognoscerent. Sequit.n. ¶ Dixit eis: Mitti. in dex. na. rhe. & inuenietis. ¶ Multa aūt consequenter facta sunt: quorum primum est, multos pisces esse cōprehensos. vnde sequit. ¶ Miserunt ergo rhe. & iam non vale illud tra. præ mul. piscium. ¶ Sed in Christi cognitione Petrus & Ioānes suos proprios modos ostenderūt. Ioannes.n. perspicatior erat, & ideo primo cognouit Christū. vnde sequitur. ¶ Dicit ergo disci. il. quē di. Ie. pe. dns est. ¶ BEDA. Hoc inditio sicut sæpe, ita & hic suam demonstrat per
Ho. eadem. sonā. Cognouit aūt primus dñm siue miraculo istius piscationis, siue sono prædicantis vocis, siue primæ reminiscens piscationis. CHRY. Petrus aūt feruentior erat, & ideo promptius venit ad Christum. Sequitur. n. ¶ Simon Petrus cum audisset quia dns est tunica succinxit se, erat. n. nudus. BEDA. Dicitur aūt Petrus nudus fuisse ad cōparationem ceterorum vestimentorum quibus vti solebat, sicut solemus dicere cum aliquem simplici vestimento D videmus indutum, quare nudus incedis? Siue potest intelligi q̄ more piscatorum studio piscādi nudus incesserit. THEO. Quod vero se præcinxit Petrus pudoris est signum, præcinxit aūt se lineo amictu quem fenices & tyrii piscatores circumuoluunt sibi, cum nudi sint siue etiam ceteris indumentis apponunt. BEDA. Eodem autem ardore quo & multa alia fecerat, venit ad Iesum. vnde sequitur. ¶ Et mi. se in mare, alii aūt disc. na. venerunt. ¶ Non tamen intelligendum est Petrum super fluctus venisse, sed aut natando aut pedibus propriis, quia erant prope terram. Sequitur. n. ¶ Non lon. enim erant a terra, sed quasi cub. ducentis. ¶ GLOS. Interpositio est. Sequitur. n. ¶ Trahentes rhete piscium. vt sit ordo literæ: Alii discipuli nauigio venerunt trahentes rhete piscium.
Ho. eadem. Non longe. n. &c. ¶ CHRY. Deinde aliud signum ponitur cū subditur. ¶ Vt ergo descen. in terram, viderunt pru. po. & pis. superpo. & panē. ¶ Nō. n. adhuc ex materia superposita operatur, sed E ad id quod est mirabilius ducit signa, ostendens q̄n & ex subiecta materia ante crucem miracula faciebat propter quandam dispensationem. AVG. Non aūt hic intelligendū & panem fuisse pru
Tract.123. nis superpositum, sed quasi diceret: Viderunt prunas positas & pisces superpositum, & viderunt panem. CHRY. Vt aūt
Hom. eadē. seem superpositum prunis, & viderunt panem. CHRY. Vt aūt ostenderet non esse phantasmata quod factum est, iubet ex piscib⁹ ab eis captis afferri. Sequitur. n. ¶ Dicit ei Ie. Affer. ex pisci. quos prendi. nunc. ¶ Deinde & aliud signum fuit q̄ ex multitudine piscium rhete non est scissum. vnde sequitur. ¶ Ascen. si. pe. & traxit rhe. ad terram ple. mag. pisc. centūquinquagintatribus. Et cū tanti
Trac.122. essent nō est scissum rhete. ¶ AVG. Mystice aūt in captura piscū cōmendauit ecclesiæ sacramentum, qualis futura est in ultima resurrectione mortuorum. Et ad hoc commēdandum valet q̄ tanq̄ finis est interpositus libri, q̄ esset etiā secuturæ narrationis quasi prohemium. Quòd aūt septem discipuli fuerūt in illa piscatione, suo septenario numero finem significat tēporis, vniuersum quippe septem diebus voluitur tempus. THEO. Cum autem nox

li nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis trahētes rhete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas & piscē superpositū & panē. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit simon Petrus & traxit rhete in terra plenū magnis piscibus centūquinquagintatrib⁹. Et cū tanti essent, nō est scissum rhete. Litus etiam finis est
Tract.122 maris, & ideo finem significat sæculi. Sicut .n. in hoc loco qualiter in fine sæculi futura sit, ita dominus alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nunc sit. vnde ibi Iesus nō stabat in litore, sed ascendens in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. In alia piscatione non mittuntur rhetia in deterā, ne solos significent bonos, nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter. Laxate inquit rhetia vestra in capturam, & permistos intelligamus bonos & malos. Hic autem mittite, inquit in dexteram nauigii rhete, vt significaret eos qui stabant ad dexterā solos bonos. Illud fecit initio prædicationis suæ, hoc post resurrectionē suam: hic ostendens illam capturam piscium bonos & malos significare, quos nunc habet ecclesia: ista vero tantūmodo bonos quos
C habebit in æternum, completa in fine huius sæculi resurrectione mortuorum. Illi autem qui pertinent ad resurrectionē vitæ, ideſt ad dexterā, & inter christiani nominis rhetia deſiguntur, non nisi in litore, ideſt, in fine sæculi cum resurrexerint apparebunt, ideo non valuerunt sic trahere rhetia vt in nauē refunderent quos ceperant pisces, sicut de aliis factum est. Habet autem istos dexteros ecclesia post finem vitæ huius in somno pacis, velut in profundo latentes donec ad litus rhete perueniat, quod in prima piscatione duabus nauiculis hoc isto loco ducentis cubitis tantum, centū & centum existimo figuratum, propter vtriusque generis electos & circuncisionis & præputij. BEDA. Vel per ducentos cubitos gemina charitatis virtutis exprimitur, per dilectionem enim dei & proximi Christo appropinquamus. Piscis autem assus est Christus passus. Ipse latere dignatus est in aquis generis humani. Capi
Hom.24. voluit laqueo nostræ noctis, & qui nobis factus est piscis humanitate, extitit nobis panis nos reficiens sua diuinitate. GREG. Petro autem sanctæ ecclesiæ est commissa, ipsi specialiter dicitur. Pasce oues meas, quod ergo postmodum aperitur in voce, nunc significatur in opere. Ipse enim pisces ad soliditatem litoris perrahit, quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostēdit, hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit quotidie miraculorum signis, sed cū rhete magnis piscibus plenum dicitur, additur & quātis, & hoc est quod subditur. ¶ Plenum magnis piscibus, centumquinquagintatribus ¶
Tract.122 AVG. In alia piscatione numerus piscū non exprimitur tanq̄ illud ibi fiat quod prædictum est per prophetam. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hic vero certus est numerus, cuius reddenda est ratio. Numerus enim qui legem significat decem est propter decalogum. Cum aūt accedit ad legē gratia, ideſt, ad literam spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius, septenario quippe numero significatur spiritussanctus ad quem significatio proprie pertinet. Primum enim in lege sonuit sanctificatio in die septimo. Isaias etiam propheta cū commendat opere, vel munere septenario. Cum itaq; legis denario spiritussanctus per septenarium numerum accedit, fiunt x. & vij. qui numerus ab vno vsque ad seipsum computatis omnibus, crescens ad centumquinquagintatres peruenit. GREG. Ducamus ēt per trigonum x. & vij. veniunt quinquagintaunū. In quin quagesimo aūt anno cunctus populus ab omni operatione quiescebat, sed vera requies in vnitate est, vbi enim scissura diuisionis est, Tract.eodē.
vera requies non est. AVG. Non ergo tantummodo centum quinquagintatres sancti ad vitam resurrecturi significantur æternam, sed omnes ad gratiam spiritus pertinentes hoc numero figurantur, qui etiam numerus ter, habet quinquagenarium numerū, & insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis. Quinquagenarius aūt multiplicatis septem per septem & vnius adiectione completur, vnde autem additur, vt eos significet esse vnum. Non autē frustra dictum est q̄ erant magni Cum enim dixisset dns: Non ve ni soluere legem, sed implere, daturus spiritum vtique per quem

lex

lex posset impleri, paucis verbis interpositis ait: Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cęlorum. In prima autem piscatione rhete propter significanda scissmata rumpebatur, hæc vero quoniam in illa summa pace sanctorum nulla erunt scissmata, pertinuit ad euangelistam consequenter dicere. ¶ Et cum tanti essent, idest tam magni, non est scissum rhete, tanquam illud respiceret vbi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum.

Tract. 123. b ¶ AVGV. Peracta piscatione dominus eos ad prandium vocat. vnde dr. ¶ Dicit eis Iesus, venite prandete. CHRY. Hic quidem non dicit q̄ comedit cum eis, sed Lucas hoc dicit. Hoc autem fiebat, non vt natura indigente cibis de reliquo, sed condescensione ad demonstrationem resurrectionis facta. AVGVSTINVS. xiij. de Ciuita. Dei. Corpora autem iustorum quæ in resurrectione futura sunt, neque ligno vitæ indigebunt, quo fiat vt nullo morbo, vel senectute inueterata moriantur, neq; vllis aliis corporalibus nutrimentis, quibus esuriendi, atque sitiendi qualiscumque molestia deuitetur, quoniā certo & inuiolabili munere immortalitatis induentur, vt non nisi velint possibilitate non necessitate vescantur. non enim potestas, sed egestas edendi & bibendi talibus corporibus auferetur, sicut & saluator noster post resurrectionē iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit, non alimentorum indigentia, sed ea qua & hoc poterat potestate. Sequitur. ¶ Et ne.au discum. inter. eum, tu quis es? sci. quia dominus est. ¶ Ac si diceretur. AVGVST. super Ioan. Nemo audebat dubitare q̄ ipse esset. Tanta enim erat euidētia veritatis, vt eorum non solum negare, sed nec dubitare quidē vllus auderet, quoniam si quis q̄ dubitaret, vtique interrogaret.

Hom. 86 CHRY. Vel hoc dicit, quia de reliquo non similiter confidebant ei loqui vt prius, sed cum silentio & reuerentia multa sedebant attendentes in eum, & formam quidem alteratam videntes & multa admiratione plenam, valde stupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc q̄ sciebāt q̄ dominus est, detinebat interrogationem, & solum comedebant quę eis dabat cum priori potestate, hic autem non respicit in cælum, neque humana illa facit, ostendens quoniam condescensionis gratia fiebant. vnde subditur.

Tract. 123. ¶ Et ve. Ie. & acce. pa. & da. eis. & pisc. similiter. AVGVST. Mystice autem piscis assus Christus est passus. Ipse est & panis qui de cęlo descendit, hic incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam, propter hoc dictum est. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc, vt omnes qui hanc spem gerimus per illum septenarium numerum discipulorum per quem pōt in hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata tanto sacramento, nos cōmunicare nossemus, & eidem beatitudini sociati. GREG. Per hoc etiam q̄ septem discipulis vltimum conuiuium celebrat, eos tantummodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt, futuros secum in æterna refectione denunciat, septem quoque diebus omne hoc tempus euoluitur, & sępe septenario numero pfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuio de prędestinatione veritatis epulantur, qui nunc pfectionis studio terrena transcendūt. CHRY.

Hom. 86. Quia vero non continuo cum eis conuersabatur, neque similiter vt prius, subdit euangelista dicens: ¶ Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cū resurrexisset a mortuis. AVGVST.

Tract. 123. Quod non ad ipsas demōstrationes, sed ad dies referre debemus, idest, primo die cum resurrexisset, & post dies octo quando Thomas vidit & credidit, & hoc die quando hoc de piscibus fecit, & deinde quoties voluit vsque ad diem quadragesimum quo ascendit in cœlum. AVG. de Con. euang. Inuenimus autē apud quatuor euangelistas decies commemoratum dominum visum esse post resurrectionem: Semel ad monumentum a mulieribus, iterū eisdem regredientibus a monumēto in itinere, tertio Petro, quarto duobus euntibus in castellum, quinto pluribus in Hierusalē, vbi non erat Thomas, sexto vbi vidit eum Thomas, septimo ad mare Tyberiadis, octauo omnibus. vndecim in mōte Galilææ secundum Matth. nono ut dicit Marcus, nouissime recumbentibus, quia iam nō erant in terra cum illo conuiaturi, decimo ipso die ascensionis non iam in terra, sed eleuatum in nube.

c ¶ THEO. Finito prandio, commissionem ouium mundi Petro commendat, nō aliis. vnde dicitur. ¶ Cum ergo prandissent dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus his? AVGVST. Sciens dominus interrogat. Sciebat enim dominus q̄ non solum eum diligeret, verum etiam quòd plus omnibus eum diligeret Petrus. ALCVI. Dicitur autē Simon Ioānis, ideſt, filius Ioannis carnalis patris. Mystice autem Simon obediens, Ioannes gratia merito hoc nomine vocatur, ideſt, obediens gratiæ Dei, vt ostendatur q̄ ardentiori eum charitate amplectitur non meriti humani, sed diuini esse muneris.

AV. in Sermone pas. Cum autem dominus moreretur timuit & negauit, resurgens autem dominus amorē inseruit, timorem fugauit, nam quādo negauit, mori timuit, resurgente domino qd timeret, in quo mortem mortuam reperiret? vnde sequit. ¶ Ait illi, etiam domine, tu scis quia amo te. Confitēti autem amorem suum, oues suas commendauit. vnde sequitur. ¶ Dicit ei, pasce agnos meos. tamquām non esset vbi ostenderet Petrus amorem suum in Christum nisi esset pastor fidelis sub principe omnium pastorum. CHRYSOSTO. Quod enim maxime omnium tribuit nobis cum quæ desuper est beniuolentiam, est proximorū procuratio. Præterea autem dominus alios, Petro de talibus loquitur, eximius enim apostolorum erat Petrus, & os discipulorū & vertex collegii, vnde & negatione deleta, committit ei prælationem fratrum. Et negationem quidem ei non exprobrat, sed dicit: Si diligis me, præsite fratribus, & feruentem amorem quē per omnia demonstrasti, nunc ostende, & animam quam dixisti te esse positurum pro me, hanc da pro ouibus meis. Sequitur. ¶ Dicit ei ite. Sim. Ioan. dili. me. Ait il. etiam do. tu scis quia amo te. AVG. Merito dicitur Petro. Diligis me, & respondet: Amo te, eique dicitur: Pasce agnos meos, vbi etiam demonstratur vnum atque idē esse amorem & dilectionem. nam etiam dominus nouissime non ait: Diligis me, sed amas me. Sequit. ¶ Di. ei ter. Si. Ioā. amas me. ¶ Tertio, vtrum Petrus eum diligat dominus interrogat. Redditur enim negationi trinæ trina confessio, ne minus amori lingua seruiat q̄ timori, & plus vocis elicuisse videatur mors imminens q̄ vita præsens. CHRYSOST. Tertio etiam interrogat & tertio iniungit eadem, ostendens quantum appreciatur prælationem propriarum ouium, & quoniā hoc est maxime eius amoris signū. THEO. Ex tunc etiam inoleuit consuetudo vt ter confiteatur qui veniunt ad baptismum. CHRY. Deinde tertio interrogatus conturbatus est. vnde sequit. ¶ Contrista. est Pe. quia di. ei ter. amas me. ¶ Rursus formidans priora ne forte æstimans se diligere, si non diligat, corripiatur sicut & prius correptus est, multum se æstimans fortem, vnde ad ipsum Christum refugit. vnde sequitur. ¶ Et dicit ei, domine tu omnia scis, ¶ ideſt ineffabilia cordis, præsentia & futura. AVGVST. de Ver. do. Inde ergo cōtristatus est q̄ sæpe interrogatus esset ab eo, qui sciuerat quod interrogabat, & donauerat quod audiebat. Veraciter ergo respondit & de intimo cordis protulit amantis vocem dicens: Tu scis quia amo te. AVGVST. super Ioan. Non autem addidit plus his, hoc enim respondit quod de seipso sciebat, non enim quantum ab alio quilibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre non poterat. Sequitur. ¶ Dicit ei: Pasce oues meas. ¶ quasi dicat. Sit amoris officium pascere dominicum gregem, sicut fuit timoris indicium negare pastorem. THEO. Potest autem quis assignare differentiam inter agnos & oues. Agni sunt qui introducuntur, oues vero perfecti. ALCVI. Pascere autem oues est credentes in Christo ne a fide deficiant, confortare, terrena subsidia si necesse est subditis prouidere, & exempla virtutum cum verbo prædicationis impendere, aduersariis obsistere, errantes subditos corrigere. AVGVST. Qui hoc autem animo pascunt oues Christi ut suas velint esse non Christi, se conuincuntur amare non Christum, vel gloriandi, vel dominādi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi & subueniendi & deo placendi charitate. Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis ouibus eius ea quæ sunt eius, nō quæ nostra sunt quæramus, quisquis enim seipsum non deum amat, nō amat se, qui enim non potest viuere de se, moritur vtique amādo se. non ergo se amat, qui ne viuat se amat. Cum vero ille diligitur de quo viuitur, non se diligendo magis se diligit, qui propterea nō se diligit vt eum diligat de quo viuit. AVGVST. in Ser. pass. Extiterunt autem quidam serui infideles, qui diuiserunt gregem Christi, & furtis suis peculia sibi fecerunt, & audis eos dicere. Oues meæ sunt illę, quid quæris ad oues meas, non te inueniam ad oues meas, sic & nos dicamus meas, & illi dicant suas: perdidit Christus oues suas.

Hom. 87. d ¶ CHRY. Cum dixisset Petro dominus de amore quem habebat ad ipsum, prænunciat ei martyrium quod pro ipso debebat sustinere, erudire nos volens quomodo eum amare oportet. vnde dicit. ¶ Amen amen dico tibi. Cum esses Iu. cin. te & ambul. vbi volebas. Meminit prioris vitæ, quia in sæcularibus iuuenis quidem vtilis est, q̄ vero senuerit, inutilis. In diuinis aūt non ita est, sed cū superuenerit senectus tūc virtus clarior, tunc virilitas industrior, in nullo ab ætate prohibita, quia ergo Petrus semper volebat in periculis esse cum Christo dicit ei: Confide, ita implebo tuum desiderium, vt quæ passius nō es iuuenis existēs, oporteat te pati senē. vnde sequitur. ¶ Cum autem senueris. ¶ Per quod ostenditur quòd neque tunc iuuenis erat neque senex, sed vir perfectus. ORIGE. super Matth. Et attende q̄ non facile inuenitur quis ex eis qui apti fuerint ad hoc opus vt cito transeat de hac vita. vnde nunc Petro dicitur. ¶ Cum senu. extenderis. tuas.

Tract. 123. AVG. Hoc est crucifigeris. Ad hoc autem vt venias: Alius te cinget & ducet quo non vis. Prius dixit quod fieret, & deinde quomodo fieret. nō enim crucifixus, sed crucifigēndo

amorem protestatus est ampliorem, volens & Ioannem communicatorem accipere, dixit: ¶ Hic autem quid, quasi diceret: Nonne eadem nobiscum veniet via? Valde enim Ioannem amabat Petrus, & per euangelium ostenditur eorum colligatio, & in Act. apostol.

Hom.24. Sic igitur nunc vicem reddit Petrus Ioanni. Aestimans autem eū velle interrogare, de seipso, nec audere, ipse pro eo suscipit interrogationem. Quia vero debebant orbis terrarum procurationē accipere, nec oportebat eos de reliquo sibi inuicem esse coniunctos, quod esset damnum orbi terrarum, propterea dominus dicit secundum literam græcam. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. q. d. Opus tibi commissum attende & perfice: hunc vero si voluero manere hic, quid ad te? THEO. Quod vero dicitur cum venero. quidam sic intellexerunt ac si diceret, quousque contra Iudæos qui me crucifixerunt veniam, percutiens illos baculo Romanorum. Aiunt enim hunc apostolum vsque ad Vespasiani tempus cum Hierusalem capienda erat in locis illis conuersatum. Vel dicit: Dum venero, idest, dum hunc volens dirigā ad prædicandum, te namque nunc dirigo ad orbis pontificatum,

Hom. 87. & in hoc sequere me, ipse uero maneat hic, donec & eum educam sicut te. CHRY. Deinde euangelista discipulorum opinionē

Hom. 87. ponit & corrigit, vt supra dictum est.

f ¶ CHRY. Quia ex multa certitudine scripsit Ioannes, non refutat suiipsius testimonium in mediū ferre. vnde dicit. ¶ Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his. ¶ Consuetudo enim est cum valde vera dicamus nostrum testimonium non denegare, & multomagis ille qui spiritusancto scribebat. vnde & alii apostoli dicebant: Nos sumus testes horum. Sequitur. ¶ Et scribebat hæc, quod ipse solus dicit, quia posterior ad scribendum venit

f Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

F Christo monente, vnde & frequenter ostendit Christi ad se amorem, occulte insinuans causam ex qua ad scribendum processit, & fide dignum faciens hunc sermonē ex sua dignitate. Sequitur. ¶ Et scimus quia verum est testimonium eius. ¶ Omnibus enim aderat, & neque cum crucifigeretur defuit, & mater ei commissa est, quæ sunt signa amoris, & q̄ cū certitudine sciat omnia. Etsi aliqui nō credant, inducātur ad credendum ex hoc q̄d subditur: ¶ Sūt autem & alia multa quæ fecit Iesus. Vnde manifestum est q̄ nequaq̄ scripsi vt Christo gratiam præstarē, cum tot existentibus non tot scripserim quot cæteri, sed horum plura reliqui contumelias & conuitia in medium proponens. Eum autem qui ad gloriam alterius scribit, oportet ecōtrario, ea quæ sunt exprobabiliora, tacere, quę vero sunt clara, proponere. AVG. Quod aūt subdit: ¶ Quæ si scri. per sin. nec ipsum arbi. mun. cape. pot. eos qui scriben. sunt libros. ¶ Nō spacio locorum credendum est mundum capere non posse, sed capacitate legentium comprehendi non posse, quāmuis salua rerum fide plerumque verba excedere videantur fidem, quod non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium exponitur, sed quando id quod apertum est vel augetur vel extenuatur, nec tamen a tramite significandæ veritatis erratur, quoniam sic verba rem quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis, nec fallentis appareat, hūc loquendi modum græco nomine hyperbolem vocant, qui modus sicut in hoc loco, ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenitur.

Tract.124.

CHRY. Vel hoc referendum est ad eius potentiam qui faciebat virtutem, sicut enim nobis facile est loqui, ita & illi & multo facilius facere quæ volebat, quia ipse est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum Amen.

Ho. eadem.

Expositionis Diui Thomæ Aquinatis super quatuor Euangelia finis.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones præter Ll & Mm, qui sunt Terniones.



ROMAE
Apud hæredes Antonij Bladij, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios.
M D L X X.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universität Duisburg
Bibliothek